(1)

D. ANDREAE

ALCIATI

MEDIOLANENSIS

IVRECONSVLTI CE-

LEBERRIMI. OPERVM

Tomus IIII. 3

QVO

TRACTATUS ET ORATIONES CONTI-

nentur, vt ex sequenti pagina videre licet.

del Colegio Mr y R.l Univ.d de S.ta

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2.º C. 49 N. 13.

BASILEÆ, ANNO M. D. LXXXII.

(1)

D. ANDREAE

ALCIATI

MEDIOLANENSIS IVRECONSVLTI CELEBERRIMI, OPERVM

Tomus IIII. 3

QVO

TRACTATUS ET ORATIONES CONTINENTUR, vt ex sequenti pagina videre licet.

del Colegio Mr y Rl Univ.d de Gda



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.
Æ. 2º C. 49 N. 13.

BASILEÆ, ANNO M. D. LXXXII.

ELENCHVS OPERVM IN HVNC TOMVM relatorum.

I. TRACTATVS.

Paradoxorum libri VI. col. 1.
Diſpunctionum libri IV. col. 161.
Prætermiſſorum libri II. col. 247.
Parergõn libri XII. col. 279.
De magiſtratibus, ciuilibusq́ue & militaribus officijs liber col. 583.
De ſingulari certamine liber. col. 619
conſilium in materia duelli, &c. col. 665.
De præſumptionibus tractatus, cum annotationibus Ioannis Nicolai Areletani. col. 677.
De ponderibus & menſuris libellus. col. 895.
Cl. Galeni de ponderibus & menſuris liber, ab Andrea Alciato latinitate donatus. col. 903.
De verborum ſignificatione libri IV. col. 909.

II. ORATIONES, CVM QVIBVSDAM ALIIS.

Oratio in laudẽ iuris ciuilis, principio ſtudij Auennione habita. col. 1022.
Oratio in Ticini Academia habita. col. 1034.
Oratio Ferrariæ recitata. col. 1042.
Oratio Bononiæ habita. col. 1051.
Oratio alia. col. 1059
Oratio alia. col. 1063.
Oratio alia habita in præſentia Franciſci Valeſij regis Gallorum. col. 1067.
Declamatio. col. 1070.
Annotationes in Cornelium Tacitum col 1083.
Emblemata. col. 1097. 1098. & inde.

Andreas

Andreas Alciatus Lectori S.

AGITVR, niſi fallor, duodecimus annus, Lector optime, cùm Ciuilis, Pontificiiq́ue iuris profeſſoriis inſignibus primùm ornatus, Paradoxa, Diſpunctioneſq́ue in publicum emiſi: opus à me adhuc candidato & tyrone, ſucciſiuis horis elaboratum. quoties enim ea quæ à præceptoribus meis acceperam, ſtudendo ipſe mecum perpendiſſem, ſi qua probabilibus argumentis confutatione digna videbantur, ne confeſtim memoria exciderent, quibuſdam quaſi aduerſariis ſcribere conſueueram: quæ omnia tum in manus accepta, cùm paulò accuratius expoliiſſem, in codicem verasq́; tabulas referenda duxi, ſicq́; cum ſtudioſis communicãda. quod opus non tam vt gloriam, cuius illa ætas ſolet eſſe auidiſsima, captarem, à me editum fuit, quàm vt aliquo modo Doctorum, qui tum ſtudia hæc noſtra profitebantur, iudicium conuellerem, qui bonarum literarum cognitionem non modò Iureſconſulto non neceſſariam vbique inclamabant, ſed contrarſam potius, & ſeriis omnibus ſtudiis blanda quadam & illici voluptate repugnantem: quapropter non ſecus quàm à nauigantibus Homericæ illæ Syrenes euitandam, Vlyſsisq́; exemplum imitandũ, qui ſe malo nauis alligauit, ſociisq́; aures cera illeuit, ne vocum modulatione capti, cœptum curſum non tenerent. quæ ab eis vt non prorſus in omnibus falſa, abſq́; tamen delectu vbique prædicari æquo animo ferre non poteram: quoniam fieri hominum more apparebat, ea libenter damnantium, quæ aſſequi ipſi non potuerunt. nec enim ex eis tunc quiſquam in pretio habebatur, qui non egregiè (vno aut altero exceptis) omnium aliarum artium rudis eſſet. Satis itaque mihi abundeq́; factum eo tempore arbitrabar, ſi ſuum literis humanioribus honorem ſeruaſſem, iungiq́ue eas noſtra tempeſtate ſapientiæ ſtudiis eſſe docuiſſem. quæ omnis ſpes expectatioq́ue mea à principio planè me fefellit: nam & iuris Doctores tanquam transfugam me inſectabantur, ſcriptiſq́ue ſuis laceſſere non deſinebant. apud humanitatis verò profeſſores, tanquam alieni hominis, nec mihi locus, nec ratio vlla conſtabat: quorum alij me tanto æri ſoluendo non eſſe, alij prædijs prædibusq́; non ſatis idoneum, alij alia comminiſcebantur: quo factum eſt, vt maximam apud omnes inuidiam loco gloriæ adeptus mihi viderer: diſtædebatq́; eius ſuſcepti incaſſum, vel potius magno cum malo meo laboris: nec vt opus illud reſpicere amplius vellem, in animum inducere poteram, donec paulatim inſinuauit ſe ad ſtudioſorum gratiam liber, omnibusq́; in prouinciarum gymnaſiis locum ſuum pedetentim obtinuit, cuius rei mihi argumento eſſe cœpit, & quòd à pleriſque doctis vndique ad me datæ ſunt literæ, quæ & eius rei nomine gratias agerent. & ad alia edenda inuitarent, & quòd pluribus prælis & in Italia prouinciisq́; excuſus, diligenterq́ue à Cratandro Baſileę conformatus, nullo non in loco reperiebat emptorem. Addidit planè hæc celebritas mihi calcar, & quẽ ferè deſponderam animum reſtituit: cœpitq́; rurſus in manus accipere, & ſi qua prioribus in editionibus errata erant, corrigere: adeò enim à quibuſdam deprauatus fuerat, vt ſuſpicari potuiſſem, conſultò atq́; dedita opera id factum niſi cognouiſſem, in cæteris quoq́; aliorum operibus eandem eos diligentiam adhibere ſolitos, quapropter non eſt quod de eis vlterius conquerar, maius mihi negotium eſt cum detractoribus: è quibus aliqui ſtylum tanquam non planè Ciceronianum damnant. quibus reſpondeo, iniquè eos mecum agere, qui cùm ipſi in ſinu & ſub puluino Ciceronem ſemper habeant, eiusq́; elegantiam, copiam, ſuauitatem, non ideo præſtant, hęc à me requirunt, qui cum Bart. Bald. Alexan. Iaſone ſolùm verſor, eosq́; autores in delitiis habeo. Illud tantum Ciceroniani mihi habere videor, quòd ſicut Auguſtinus ſcribit, in eius libris aliquos deprænſos eſſe manifeſtos à doctis ſolœciſmos, quales quandoque etiam diligentiſsimis excidunt, opinor in noſtris pleraque eſſe vitioſa: quę omnia ego fortis vir ſtomachi, nihilominus æqui boni facio, vt qui non adeò veterum religioſus obſeruator fuerim, quin etiam aliqua de recentioribus Doctoribus mihi mutuò accipienda ducerem, dum tamen non omnino barbara eſſent, ſed exemplo aliquo, vel Theodoſiani ſeculi autorem, defendi poſſent. Alij titulum reprændunt tanquam nimis ſuperbum, qui Paradoxa inſcripſerim quod admirabilia

ipſi interpretantur: ſed cum παραδόξου apud rhetores argumentum & illud ſit, quod in fronte (vt Hermogenes ait) malæ eſt opinionis: vel quod, cùm maximam expectationem fecerit, leue aliquid (vt Quintilianus exiſtimat) inducit, cur potius hanc interpretationem non aſſumunt, & me ampuloſi lemmatis crimine non abſoluunt? quamuis & ipſi ſciant, me non alia ratione ita inſcripſiſſe, quàm vt oſtenderem, quæ hic diſputantur concluſiones, præter communem ſententiam eſſe. Sed hi videntur nobis hanc cõtumeliæ notam à Momi ipſius hiſtoria accepiſſe, quem fama eſt, cũ in veneris pulchritudinẽ nihil dicere poſſet, in deæ crepidas, vti obſtreperas, maledicæ linguæ virus effudiſſe. Sunt qui nimiam mihi ſermonis breuitatem obiiciãt, copiãq; requirant. quibus reſpondeo, id à nobis cõſultò affectari: quin & ſolere me eos ridere, qui aliter ſcribunt, nõ ꝙ flumina illa eloquentiæ exhauriri velim, ſed quòd rarius id donum eſt, quã vt ego ſperauerim mihi poſſe contingere: quapropter nec affectaui quidẽ vno excepto Cicerone, in quo nõ minus laudanda ſententiæ, quã verba. Mihi videt cæteros cõſultius fuiſſe facturos, ſi breuitatẽ affectaſſent. Vbi tã improbat Seneca quàm cũ copioſus (quod tamẽ raro facit) haberi vult: nã nec Quintiliani declamationes, nec Apuleij defenſiones, ſatis eorũ doctrinę (vt plerique tradiderũt) reſpondent. At enim in operibus ſuis autores laudare, eorũ integra dicta chartis inſcribere, congeriemq; huiuſmodi facere, ego hominis otio ſuo abutentis eſſe cenſeo: ſicut & qui omiſſo, in quẽ intendũt, ſcopo diuagant, argumentũq; aliquod declamatoriũ aſſumũt, nõ ſatis ſcire arbitror quo res quęq; loco ſtatuẽda ſit: quapropter & ipſe vnã itemq; alterã epiſtolam hinc ſummoui, ne huius ἀταξίας cauſam amplius dicerẽ. Sunt iuris ciuilis, ſicut alia pleraq; ſtudia, adeò diffuſe tractata, vt publicè interſit, eã ingentem ſyluã potius recidere, quã magnis cõmentariis lectorẽ onerare: qđ & Caius ex noſtratib. ſenſit, & qui ſub porticu philoſophabãt, pro dogmate habẽt, Sed & in Paradoxis quædã à nobis confuſe dicta, nolui in præſentia latius attingere, quòd à me aliis in operibus fuſius tractata fuerunt, q̃ & ipſa quãdoq; emittent: nec. n. omnia vnũ in locũ congerẽda ſunt. Ceſſerit hoc feliciter patrũ memoria aliquib. faciãt q nũc in humanis degũt, nõ tamẽ in ea parte aliã laudẽ videtur dignè poſſe cõſeq, quã quę ſolet Firmiano, vel Brixienſi, vel ſyllabographis (vt grãmaticos quoq; attingã) huiuſmodiq; repertoriorũ cõſarcinatorib. tribui. In diſpũctionib. verò omnes omnino locos reſtituere potuiſſem, quib. vel pandectæ Florẽtinæ, vel alij vetuſti codices à vulgatis diſſidẽt: idq; factu mihi facillimũ fuiſſet: ſed malui ea tãtũ recẽſere, quę probabilẽ in iure aliquã dubitationẽ faciebãt, aut vnde errori anſa præſtari potuiſſent, & viderer etiã Librariorũ ipſorũ munus præripere, & quod auari vinitores ſolent, ne racemationẽ quidẽ reliquã tenuioribus facere. In vtriſq; certè ita à me actũ eſt, vt Turcæ Variq; exemplo ſubſecãdæ potius quædã cenſuerim, quã locupletãda: tamet ſi adeò condus diſpenſator hac in re eſſe non potuerim, quin & quædã paulò vberius explicarem, quædam penitus obelo confoderem, aliaq; ſubſtituerem, poſterioribus (vt dici ſolet) melioribus. At hic video poſſe calumniis locũ eſſe, & non defuturos, qui me hoc modo errata mea cõfitentem damnent, & ceu talpam, qui indicio ſuo perierit, irrideãt. Sed hi velim ſciant, id à me & magna ratione, & maximis exemplis factum: cur enim dum famæ meæ conſulo, in publica ſtudiorum cauſa præuaricer? docuerim ea aliquando, multos annos profitendo probauerim, non tamen mutare iudicij mei defraudare volui ſtudioſos. Fecit id Hippocrates, medica arte clariſſimus, qui, ne poſteri errarent, quædam malè à ſe tradita primus correxit. Fecit M. Cicero, qui cum Rhetorici libri quos iuuenis ediderat, non ſatis placerent, de Oratore ad M. Brutũ ſcripſit, & à ſe iam tradita pleraq; prędamnauit. Sic & Fab. Quintilianus, cum prius de rhetorica libros ſcripſiſſet, hiq́ue dein ſatis ſibi non probarentur, duodecim illos celeberrimos compoſuit, quibus & priores emandauit, & maximam famam eſt conſecutus. Meritò igitur, quod aliis etiam laudi datum hactenus fuit, fraudi nobis etiam eſſe non debet. Detur hæc venia ſcriptoribus, hocque præmio ad publicanda ſtudia ſua alliciantur, in quibus erranti ſit conceſſa emendatio, & noua (quod dicitur) lima. Rectè quidem ſuaſit Horatius, vt in annũ nouum premantur

mantur, quæ diutius durare velimus: ſed quotieſcunque illi eſt, qui eiuſmodi præceptum poſsit obſeruare? Sunt qui ex tempore, quàm à cura, præſtantiores habeantur, ſunt qui adeò ingenio ſuo indulgeant, vt compeſcere nimiam licentiam non poſſint, ſunt qui & à ſe compoſita ſemel approbent, corrigendi tædium non ferant. Dicebat P. Ouidius decentiorem eſſe faciem, cui aliquis ineſſet næuus. Omnibus certè tanti temporis expectatione à fucis imminet periculum, qui alienis láboribus inſidiantes, quæ ſurripuerunt, pro ſuis venditant. Thales Meleſius cùm aſtrorum ſcientiam Mandraytum Prienenſem docuiſſet, magnũ prẽmium offerenti diſcipulo dixiſſe tradit. Næ egregia repenſa mihi merces erit, ſi quæ à nobis didiciſti, tuo nomini non adſciueris, ſed eius me inuenti potius, quàm aliũ, autorem prędicaueris. Belliſſima certè merces, & tali viro digna, ſed quæ rariſsimis bona fide præſtet. Nobis certè non ea fuit felicitas, (vt præterquàm à pauciſsimis) eã cõſequi potuerimus: atqui potius in cõtrarium vertit: nam ſi quicquã à me laude dignum excogitatum eſt, id ſilentio tranſmiſſum: ſi quid ambiguum, id in malam partem acceptũ à quibuſdam fuit, & in autoris notam deriuatam. Fuerũt & ex his qui me dixiſſe cõfingerent, quæ nè cogitaui quidẽ vnquam. Exiit nuper libellus, q̃ falſi reus deferor, quòd Pylei & Gulielmi intellectum (ſic enim ille loquit) ſurripuerim: cùm accuſator ipſe nullum habeat, & cõmuni careat ſenſu, qui ſubiiciat, in Paradoxis me docuiſſe, mixtum imperium cum iuriſdictione idẽ eſſe, cùm nemo, niſi planè delirus, nõ videat cõtrariũ ſemper & vbiq; à me tradi: ſed fortè tanta moroſitate obſcuritas mihi eſt ſtylus, vt inteligere quid ſenſerim, nõ potuerit. Atqui cũ id vitio mihi dari vererer, eius rei periculum hoc modo facere volui. Erat ſtudioſorũ comes amiculus quidam meus, vir Iuris quidem ſciens, atq; in hac profeſsione admodũ acutus ſed aliarum omniũ doctrinarum penitus alienus: huic capita quędã ex Paradoxis tradidi, eaq; potiſsimũ, quę obſcuriora arbitrabar: moxq; cõgreſſus, deprændi omnia ab eo optimè percepta: & dum adſit legũ cognitio, facilè dictata noſtra à quouis poſſe intelligi: vt appareat, qui hæc obiiciunt, & legũ imperitia, & animi vitio huiuſmodi cõminiſci. Illis igit̃ nihil eſt quod aliud precer, quã vt meliorem diſpendant mẽtem, vt tandẽ deprændere poſſint, quã iniuſtè ingrateq; nobiſcum agãt, qui cõmodo pro noſtris opibus cõuiuio accepti, & vt ille apud Plautũ ait, nucibus, fabulis, ficubus, quia accipenſerem nõ apposuerim, omnia mali cõſulant, & Cẽturias deteriores nõ ſolũ in cõuiuas ſed in ipſũ vocatorem arma cõuertãt. Reijcit huiuſmodi homines à carminis ſui lectione Sedulius: ſicut inuidos & vitilitigatores à libro de re militari Cato, à naturali hiſtoria Plinius. Nequeo temperare, quin quod compertũ mihi ſit, hic referam. Nuper in τικτοσοφίαν vniuerſitatem reuerſus eſt à trãſalpinis profeſsionis noſtræ Doctor quidã nouellus: is vt ea peregrinatione nõ ſolũ noſtratium vitia (quod aliqui faciũt) ſed virtutes quoq; addidiciſſe videret, cuiuſdam legis, ad pręſcriptionũ verborũ, vt opinor, tractatũ pertinẽtis, interpretationem, pro ſuggeſtu aggreſſus eſt: in ea cùm pleraq; diciſſet, quæ dubiæ ſanitatis hominẽ arguebãt, in eum deinde ſermonem incidit, vt diceret, aliter à ſe legũ nudos intelligi, quã ab ALCIATO, qui nihil aliud apud nos, inquit, facit, quàm quòd floretat iura. voluit vir facundus hoc quoq; verbo ciuitatẽ Romanã augere. aderãt docti quidã, q̃ hiſce auditis, ſeu hominis arrogantiã peroſi, ceu riſus captãdi cauſa, cũ ſentẽtiam rogarẽtur, ita decreuerũt, quę ALCIATVS floretat, iſte oletat. Sed quid ego in id genus hominũ calami aciẽ vlterius diſtringã qui vel noſtra hæc nõ legũt, vel lecta nõ intelligũt? Quid iuuat (vt rectè inquit Naſo) ad ſurdas ſi cãtet Phemius aures? Ad alios tranſeundum, qui eruditionis fama, doctrinæq; nomine in magno ſunt pretio: è quibus tamen aliquos cernere eſt à noſtris traditionibus diſſidẽtes: ſed hos tantũ abeſt, vt reprændere, aut læſi candoris inſimulare velim, vt gratias vltro agendas arbitrer: cũ enim à me humaniter, & adiecta cauſa diſſentiãt, nõ eſt quòd de eis iuſtè cõqueri poſsim. Solebãt veteres priuſquã aliquid ederent, amicis ſuis adnotãda opera tradere, eorumq; explorato iudicio, & perpẽſis emendationib. tũ demũ plurimis recitare. Mihi ea ſors nõ potuit contingere, ſeu ꝙ μᾶλλον δ' ἐφέρεσον, vt ita loquar, neminẽ in cõſilio habere tũ licuit, qui iuris ſtudia calleret, & à

Andr. Alc. ad Lectorem. Epistola.

Musis alienus non esset: siue quòd nostris temporibus apud multos ea ferè syncera-
tas interierit, faciliusque inter earundem doctrinarum professores reperias, qui car-
pant & inuideant, quàm qui candidè erroris admoneant. quotus enim quisque est,
qui nostra tempestate tantum amicitiæ tribuat, vt alieno in opere, in autoris gratiam
velit ingeniosus esse, & aliquas horas studiis suis subtrahere, quas castigandis amici
erratis concedat? idque præsertim in serio in amœnoque opere, qualia sunt Iuris ci-
uilis pleraque. Merito igitur plurimum me his debere fateor, si tamen non tam de vi
ctoriæ laude fuerunt soliciti, quàm de præstando consilio. Verùm vtcunq; sit, quòd
publicæ vtilitati inseruientes ea conscripserint, apud me in honore erunt: non enim
iudicium meum lapis est (vt vocant) Lydius, vt qui à me dissentiat, nihil sentiat: fieri
potest, vt quibus in locis ego hallucinatus sum, in his certius ipsi perspexerint. Ne-
mo mortalium omnibus horis sapit. Dissentiunt inuicem in re publica quandoque
summi viri illabefacto priuatę necessitudinis vinculo. Dissentiebant veterum secta-
rum principes philosophi, salua tamen mutua (vt verisimile est) gratia. Et hæc qui-
dem quod ad alios attinet satis & super. Ego, candide lector, si magis otium conse-
qui potuissem, pauloque minus ordinario docendi munere distraherer, & duplici
fœnore locupletatum opus emisissem, & ea in quibus Pyrrhonico more, ceu ambi-
guis, lectori amplius deliberandum censui quoquo modo declarassem: quæ tamen
spero fore, vt quamprimum aliis à me lucubrationibus dilucidentur. quod enim ad
has pertinet, satisfuerit nouissimàm hanc adhibuisse limam, ne toties reformatus li-
ber, Proteum nobis quendam, aut Acheloum videatur repræsentare: non enim hac
lege à me editur, vt alibi sententiam mihi mutare, si meliora nactus fuero,
non liceat στρεπτὰ μᾶλλα φρένες ἰσθλῶν, ait apud Homerum Iris, Tu
vale, & fausta interim ALCIATI tui laboribus
precare. Biturigibus. vij. Cal. Septemb.
M. D. XXIX.

AMPLIS.

AMPLISS. ET INTEGERRIMO VIRO ANTONIO A PRATO, FRANCIÆ MAGNO CANCELLARIO, ANDR. ALCIATVS S. D.

PTIMA ratione à maioribus institutum est, amplissime Cancellarie, vt cuiuscunque argumenti opera ederentur, ea principis alicuius viri nomine dicata exirent in publicum: tum quòd ea sit literarum dignitas vt neminem non longè honestiorem faciant: tum quòd qui diuulgantur libri, ob maximam vitiligatorum (Catonis verbo vtar) insectationem, caninamque facundiam, patrono, defensoreque plerunque indigeant. Quod cum & ipse animo meo diu versarem, nullum in locum mihi visus sum quantulascunque nostras lucubrationes posse tutius reponere, quàm si sinui tuo commendarentur. De iure enim ciuili dissertaturo, quæ nobilissima cæterarum professio est, consultissimum generosissimumque iudicem titulis prætendi æquum fuit. Sed & cùm Paradoxa, id est, præter cæterorum opinionem, scripturum me in ipso limine prodiderim, multum mihi inuidiæ vel titulus ipse concitaturus videbatur. quapropter non alio, quàm nominis tui clypeo eam retundendam existimaui, vt te nobis ἀλεξίκακον ferè Herculem inuocare non dubitauerim. Et licet nequaquã me lateat, quantæ sint in republica occupationes tuæ, quámque pro regiæ maiestatis negotiis indefesso animo excubes: ea tamen ingenij tui est acrimonia, vt nihil sit humeris tuis maius, nihil, quamuis cæteris non ferendum, quod tibi factu facillimùm non sit. Quapropter obrepente interdũ tibi otij memoria, vbi grauiores res à te interim segregaueris, in amœniora studia soles deuertere, & quicquid temporis tibi de sacris autoribus supereſt, in omne libenter legibus, legumque interpretibus impendis. Quæ animi tui clarissima instituta, mirum est quantum me impulerint, vt à virtutis tua contemplatione oculos deflectere nunquam possim: & tametsi ad tanti decoris, ceu ad solis radios insipienti, illi quandoque caligent, non desisto tamen, quin egregia facta, vel per transennam inspecta, vsque & vsque admirer. Est enim hæc tua Cancellarij magni dignitas huiusmodi, vt ingens semper aliquid pariat, partumque inde semper quippiam sit, vnde maxima gloria, virtutisque admiratio erga autorem in dies magis repullulet. Celebrant Archontas suos Athenienses, laudibus euehant Ephoros Lacedamonij, sint apud alios in pretio Dicastæ, tu vnus in amplissima prouinciarũ Gallia, omnia horũ munia magno animo suscepisti, incomparabili virtute illis te quoq; maiorẽ ostendisti. Apud Romanos ita diuisa fuit Galliarũ (quod Marcellinus scribit) iurisdictio, vt propter prouinciæ magnitudinem, populorumque frequentiam, quatuor proconsules acciperet, qui tamen tantæ administrationi vix pares erant. At tu solus vndique ingruentia negotia sic explicas, tanta celeritate perficis, vt etiam aliquas horas possis subtrahere, quibus bonis literis indulgeas. Meritò igitur tibi Paradoxa hæc nostra dicare institueram, quòd tantus vir Iuris ciuilis, Pontificiiq; scientia eruditissimus, totius operis optimus iudex, & censor esse poteras. Non ab re equidem fuit, vt qui supra omnes Galliæ magistratus ob virtutis vnicum plane specimen ascendisti, legum interpretamenta susciperes, & veluti Aristarchus vel asteriſco insignires, vel obelo confoderes. Illud me tantùm deterrebat, quòd tyronem me, & de gymnasijs vix eductum, vererer ne talia moliri, nimis temerarium existimaretur. Non iniuriaque ingenij tui summum examen formidabam, qui fortasse probaturus non esses, vt tam citò contra receptas sententias, & præiudicij præscriptione tutissimas, scribere auderem, atque tibi primario in Gallia viro dicatas edere. Verùm & pari audacia timorẽ hunc transmisi, quòd præsertim ad maiora quoque tenderem. Etenim si feliciter hoc mihi, qualecũque est opus, cederet. animo euoluebam, quinquaginta ipsos Digestorum libros, summa breuitate, vt nihil tamen dignum lectu omitteretur, Latino, & quantum in me esset, eleganti sermone interpretari, glossemataque seu scholia Accursij, more Iurisconsultorum marginibus inspergere. Quod negotium, quoniam summo in ea re iudicio opus esse me nequaquam latet, aggredi adhuc ausus non sum, voluiq; prius in leuioribus his operibus

Epistola.

Quæ meas experiri. Quare interim hæc, clarissime pater, læta fronte, qualem studiosis omnibus præstare soles, accipe, quæ nos tibi candidissimo certè animo nuncupauimus: non quòd nomini tuo his tibicinibus opus esset, sed vt sub tanti viri patrocinio à mala lingua innoxius liber per docta hominum hora volitaret. Cæterùm ne (quod ille ait) in commoda publica peccem, si longo sermone morer tua tempora Prate, non duxi proxiliore epistola mihi agendum: tu illud in summa habe, quicquid ipse ingenio, viribus, calamo possim, id omne tuo nomini addictum, obnoxiumque esse: solumque hoc vicissim à nobis rogari, vt in clientum tuorum ordinem me consilias: quod scio, de te humanissimo viro impetratu facillimum fuerit. Bene vale, amplissime domine.

ANDR.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONSVLTI MEDIOLAN. PARADOXORVM IVRIS CIVILIS LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

VM ALIQVID operis quisquã aggressurus est vel Horatio admonẽte docemur, debere eum prius vires suas diligenter examinare, ne fortasse in medio (quod aiunt) stadio deficiat, & assumpto oneri impar succumbat. Id cùm mihi ipsi vt vsu veniret, fore dubitarem, decreuerã omnino ab hac, quam parturire animus cœperat, prouincia me abstinere, vel perpetuò, vel sanè dum meliusculæ vires accederent. Nam in studiis perquàm arduis tyronem huiusce modi negotia aggredi, præmodum audax temerariumque incœptum videbatur, sed tamen vt facilè homines nobis ipsis ignoscimus, malui ego quoque exemplo Diogenis, dolium sursum, deorsum voluere, quã inter oscitantes nihil memoria dignum agens, vti feriata acies ferrugine obtegi. Prospiciebam enim, etiamsi in multis deficeremus, nõ omnino tamen inutilem posteris nostram hanc curiositatem fore: quoniam tametsi à nobis non satis doctè quędam ederentur, exemplo saltem adacti alij, longè felicius idem fortasse auderent, mihique is honos dein deberetur, quòd in iure ciuili Latinè scribi posse, post mille & eò amplius annos primus docuissem, quodque alios exemplo traxissem meo. Fuere nostra & patrum nostrorum memoria, qui idem in aliis studiis affectauerint, vt in Philosophia, in dialecticis, in medicina, astrorumque cognitione, quàm plurimi: sed in legum scientia, tanquam impossibile id esset, nemo opinor, ante nos attentauit. Et quoniam auguror futuros, qui & maiorem eloquentiam fortasse desiderabunt, ij (velim) pauxillum expendant, num materia ipsa suadelam hanc, stylique blanditias admittat. Quòd si in philosophicis Lucretius, in cœlestibus Manilius (dij boni quales autores) ornatum hunc suis impossibilem scriptis esse dixerunt, quis id me à semidocto homine etiam durissimus censor requirat? Denique si in toto opere aliquid erit, quod ad stomachum non faciat, is velim, sciat eum qui primus nauigare, colere, ædificare cœperit, nõ omnia eius artis scisse, quę ex vsu demũ reperta sunt: mihi satis sit, hoc profuisse iuris ciuilis studiosis, quòd difficilimas quasq; quæstiones Latino sermone explicari posse cognoscent: tum multa præter aliorũ sententiam inducta, quæ quàm vera sint, ipsi censeant. Tot enim opinionibus referta sunt huius disciplinæ volumina, vt superuacaneum existimem, & ineptum, quicquam pro certo adferre; Erramus omnes, & Andabatarum more clausis oculis plerunque decertamus. Et si illud meritò profiteri possim, quicquid à me dictum, disputatum est, existimare optimo iure defendi posse, quòd in primis ea mihi cura fuit, vt nõ nisi quod à cauillo abesset, adfirmarem: cum duro enim hoste digladiantem, fortissimis telis instructum esse oportuit: siquidem ea est multitudinis autoritas, vt iam hac in scientia non vniuscuiusque singularis virtus, sed scriptorum numerus obseruetur. Cùm itaq; præter eorum opinionem omnia hæc adserta sint, sola in lectoris humanitate confidentia mihi fuerit. quòd si eos professores quotidie laudibus extollimus, qui veterũ incuriam, cùm facultas adest, detegunt, noua ipsi excogitant, cur æquali iure mecum agi non debeat, certè non video. Lege feliciter.

A

B

C

D

E

CAPVT I.

Quæ sint stipulationes prætoriæ, quæ iudiciales, quæ communes, & quemadmodum à Doctoribus locus hic malè percipiatur.

SVMMÆ.

1 *Stipulationum explicitæ species. veriùs 2.3.*
4 *L. v. de verb. oblig. sensus.*

STIPVLATIONVM[a] treis species † prætorias, iudiciales, & communes, aliter nostri legum Doctores declarare videntur, quàm & veteres Iurisconsulti acceperint, & veritas ipsa admittat. Prætorias eas esse opinantur, quæ ex prætoris edicto semel introductæ sunt: qua ratione & ius prætorium dicimus. Iudiciales, quæ à lege aliqua ciuili descendũt. Communes, quæ partim ex lege ciuili, partim ex prætoria oriuntur. Hanc sententiam quòd omnes adprobarent, & ipsè tandiu sum secutus, quandiu non animaduerti à veritate longè abesse. Quocirca in primis id animaduertendum est, Pomponium † Iurisconsultum[b], ex cuius responsis hæc diuisio colligitur, si eius verba subtiliter respiciantur, in hisce stipulationibus non originem, à quo introductę sunt, sed exercitium, coram quo, videlicet, proponantur, perpendisse. Et quòd ita res se habeat, efficacibus quoq; argumentis conuinci potest. Nam cautio de dolo procul dubiò iudicialis est[c], & tamen ab edicto prætoris descendit, non solùm generaliter (quod ostendit in Digestis titulus de dolo) sed etiam eo casu, quo interponitur, de persequendo, qui in fuga est, seruo: quem casum pro exemplo huius stipulationis in Institutionibus Tribonianus adducit[d]. Demonstrat hoc Vlpian.[e] in tractatu, quod me-

1
a in l. v. in prin. ff. de Verb. obl.
2
b d. l. v.
c in l. j. in § ait prætor. in fi. de dolo.
d Instit. de diu. stipul. § j.
e in l. si cũ excepit. §. quod si homo. ff. quod met. cau.

tus causa, vbi ex verbis edicti istud fieri autor est. In communibus quoque stipulationibus eos errare fortissimum argumentum est, quòd in confesso est, cautionem duplæ communem esse: cuius caulam Bartol. cæterique dixerunt: quoniam si super seruo, prætoria: si de cæteris pretiosis rebus, iudicialis esset. Sed quænam hæc ratio est, quæso? duæ species simul iunctæ tertiã efficiunt, quando singulæ ex se censeri non possunt, aliter minimè [a]. Cur ergo in nostra quæstione id non est? & nouum genus nõ inducant, sed alteri semper cautio adhæreat. Quin etiam (vt ad iudiciales transeam) si hæ à lege initium trahunt, cur sicut à prætore prætoriæ, ita ab lege legitimæ non vocentur, vel à iure ciuili ciuiles? Ipse igitur, vt à Iureconsultorum [b], qui de his loquuntur, verbis nõ discedam, prætorias stipulationes eas arbitror, quæ ad ius prætoris iurisdictioni relinquuntur, quarum alius iudicis notio nõ est: quo in numero olim erant stipulationes, quæ dationem tutelarum respiciunt. Idem & in cautione damni infecti, quam suæ iurisdictioni reseruare prætores iuribus [c] quoq; testatum manet. Quapropter † intellige prætorias ab exercitio prætoriæ iurisdictionis venire, mistique imperij esse. Iudiciales verò eas reor, quæ non coram prætore, sed coram aliis iudicibus expeditionem nanciscebantur: veluti sub duumuiris, magistratibusque municipalibus, itemque sub delegatis, & similibus: quo in numero cautio de dolo est, quæ licet ex prætoris edicto sit inuenta, sub aliis tamen iudicibus interponebatur. At communes stipulationes esse existimo, quæ tam apud prætorem, quàm coram aliis iudicibus cognoscebatur: q illis ni reseruatum esset, sed promiscuè disceptaretur, vt alterius per prouocationem iurisdictio cessaret: quod ex Iurisconsulti verbis [d] apertissimè probatur † dum stipulationem rem pupilli saluam fore, communem esse tradit, quòd tam prætor, quàm iudex, vt id fieret, iuberent: dum item duplæ stipulationem communẽ affirmat, quia & à iudice, & ab ædilitio edicto venit, quia videlicet & per iudicem, & per ædiles edictum interponitur. Pellexit fortasse in errorem recentiores, quòd in prætoriarum stipulationum speciebus originem, à quo introductæ essent, considerari nouerant [e]: sed in illis à nostra quæstione ius omnino diuersum est: nam quæ hîc communis stipulatio est † rem ratam haberi, in eo prætoriarum tractatu prætoriæ species traditur. Cæterùm hæc à nobis hîc breuiter relata, diffusius in eius légis interpretatione tractata quamprimùm in publicũ edentur, vt possint inde studiosi percipere, quemadmodum quæ nostræ huic traditioni aduersantur, argumenta submoueant.

a §. pen. auth. de non alie. sec. nub. Ang. Soc. & Mod. in l. ij. in prin. de verb. oblig.

b d.l.v. & Inst. de actu stip.

c l.j.l.iij. §. duas. ff. de damno infect.

d in dict.l.v. §. 4

e l.j.ff. de præt. stipul.

CAPVT II.

Virum certa quantitas adiecta stipulationi censeatur mera pœna, an taxatio eius quod interest: & Doctorum in hac quæstione incuria.

SVMMÆ.

1 *Pœnalem actum etiam sine expressione dici. 2.5.*
4 *Pœnarum conuentionalium genera.*

TRACTABATVR in Tycinensi † gymnasio huiusmodi quæstio: si quis aliquid dare faceréve promiserit, & si factũ, datúmve non esset, centum: hæc stipulatio pœnalis ne esset, quoniã pœnæ nomine dari specialiter non exprimebatur? Et non esse pœnalem credidisse Ioannem Andream [f], Ludouicumq; Pontanum [g] quidam adferebant: quorum sententia etsi per eos non sat probaretur, efficax tamen argumentum illud videri. Quòd si ita stipulatio concepta foret cũ liberto, si decem operas non dederis, dabin' viginti nummos? & libertus operas non det, modò totam obligationem comprobet, vltra viginti æstimationẽ non redigendam [h]: at si huiusmodi stipulatio pœnalis esset, præterpœnam id, quod vlterius interesset, peti videretur posse. Sed videndum est [i], ne non aliter sit: quoniam promissio hæc causam lucri respicit, quo casu vltra pœnam quid interfit, non attenditur: tamesi & alio modo induci hoc respõsum possit, nihilo magis tamen efficaci argumento. Rectius itaque Aretinus † qui quamuis nihil expressum sit, pœnalem tamen esse opinatus est: cuius sententia communiter probari merita est: respondentque contrariis rationibus recentiores ram aperte, vt si eas referam, minimè operæpretium sim facturus. Aretinum Socinus Senensis sequitur [k], sed inter vtrumque casum hanc esse differentiam tradit: quòd si in stipulatione expressum sit pœnæ nomine dari, & promissor contrà fecerit, quamuis nihil creditoris interfit, committitur tamen stipulatio: si verò nihil sit expressum, quatenus interest soluẽ ex stipulatu ius exigendi esse. Quæ distinctio vera omnino non videtur: quoniam hoc modo pœnam, quæ etiam si non interfit, committatur, stipulari aliquẽ posse iura volunt [l] nisi dederis, tot aureos dare spondes [m]? & tamen exprimi hîc pœnæ nomine quicquam dari, vix dicendum est. Iacobus Puteus & Iason [n] referre plurimùm putauerunt inter stipulationes facti & dationis, vt in his quę factum respiciunt, stipulatio accessoria sue expressum sit pœnæ nomine, sue id minus, pœnalis tamen sit: sed quæ nisi ad id, quod interest (quoniam natura factorum [o] hoc suadeat) non committatur: in dationibus verò quod interfit, non perspiciatur. Sed hoc à rationibus legitimis abhorret, præsertim cùm in stipulationibus, quæ in emptione & venditione pœnales interponuntur, vltrà, quàm interfit, quicquid in pœna est, petatur [p], qui tamen contractus factum respiciunt. Nec quicquam vrgent duæ, quæ pro eorum opinione rationes adducuntur: quarum prima hæc, si pœna non id quod interest, respiceret, tam res, quàm pœna à contrà faciente posset peti [q]: quod in stipulationibus facti verum nõ esse nemo dubitat. Quibus ego respõderim, in dationibus quoq; idem esse [r], sed pœnam † & rem solùm peti posse cùm non principali stipulatione deficiente, qui noster est casus, sed in eius pœnam qui iudicem contemnit, ea apponitur: quod & Benedictus Plumbinus, & Ioannes Faber [s] scriptum reliquerunt. Quin & illud, in obligatione dandi pœnam id, quod interest, respicere non posse [t], à veritate alienum est: quia factum contrahentis prouisionem legis aufert: sensitque hoc Accursius, dum hac in pœna computari acceptum refert [u]: quod falsum esset, si huiusmodi stipulatione solus contemptus respiceretur. Vt igitur quid nobis sententiæ sit, exponamus, nõ videntur iure Doctores nostri hac in re dubitasse, quoniam cùm articulus hic clarus sit, haud opus fuit nodum in scirpo quærere. Scire † itaque debemus, duplex esse pœnarum conuentionalium genus, quæ damni vel

f in c. bon. de po.
g in l. stipulatio. §. alteri. de verb. oblig.
h l. si ita stipulatus. ff. de opt. lib.
i l. prædia. de actio. empt. Bar. in d.l. prædia. & in l. ita stip.
k in l. iij. §. Cato. de verb. obl. & in l. continuus. de verb. obl.
l §. alteri. Instit. de inut. stip.
m in d. §. Cato. in s. opp. Bart.
n l. stipul. non diu. vet. Celsus. de verb. obl.
o l. prædia. ff. de act. empt.
p l. si quis rem. vbi gl. ff. de arb.
q d.l. prædia.
r Bene. Plumb. in l. si quis à socio. ff. pro socio. Fab. in d. §. alteri.
s l. qui seruum. §. si. de ver. obl.
t l. v. §. fin. eod. tit. glos. in d.l. si quis rem. Bart. in l. si fic. ff. de verb. oblig.

vel lucri cessantis æstimationem præstãt, & quæ pro contemptu contumaciáve infliguntur. Has propriè pœnas vocant, illas non æquè: licet etiam frequenter in iure pœna pro eo quod interest, ponatur [a]. Igitur si quando in prædictis casibus stipulationes dicuntur pœnales lege aliqua, parum illud nos mouebit, quoniam æquiuoca est vox hæc, & vtram significationem habeat, dubitari poterit [b]. Quare ipse in † Aretini sententiam, quæ pluribus probatur, concesserim, stipulationem præscriptam pœnalem esse: nihilque referre, quamuis minus expressum sit, pœnæ nomine dari fieri. Sed cùm quæritur, huiusce modi stipulatio insolidúmne, an quatenus interest, cõmittatur: puto distinguendum, an directò promissor contrà faciat, an verò per obliquum, & (vt dicitur) quasi obiter: quam opinionem fine controuersia ciuilis scientiæ interpretum princeps Bartolus probauit [c], secutique sunt eum frequentiore calculo cæteri: tamesi maxima certè incuria nõ animaduerterint, ex eius distinctione præsentis quoque quæstionis fines terminari.

a l. nouissimè. ff. iud. sol. l. stip. non diui. §. pen. ff. de verb. obl.

b l. j. §. si plures. ff. de eo per quẽ fac. erit.

c in l. ij. §. item si in facto. ff. de verb. oblig.

CAPVT III.

Quòd interuallum stipulationem vitiet, & nouo sensu intellecta lex, Continuus. in princ. de verb. oblig. & l. si ex duobus. ff. de duobus reis.

SVMMÆ.

1 *Promittendum statim.*
2 *Interuallum non dici, sed horæ spatium.*
3 *L. Continuus. de verb. oblig. sensus.*
5 *Promittens interuallo, non obligatur.*

INTER cætera † quę in stipulationibus requiruntur, illud potissimùm est, vt interroganti promissor quamprimùm respõdeat, alioquin ex interuallo stipulatio concepta non valet. cæterùm quomodo interuallum hoc accipiendum sit, nõ satis inter ipsos Iurisconsultorum interpretes constat Bartolum in l. prima. §. primo. ff. de verborum obligat. quem † alij crebriori sententia probant, si eodem die respondeatur, longam intercapedinem non esse tradit: huicq; consequens est, vt si ego te summo mane compellem, an decem spondeas: tu verò vesperi spondere te dicas, si interim ad extranea negotia non diuerterimus, stipulatio valeat. Opinati & idem sunt Raphaël Comensis, Iason, rum cæteri: quam sententiam nequaq̃ veram esse ipse disputauerim: quòd vnico contextu absolui stipulationem debere, sicut & testamẽtum, iura velint [d]: qui terminus non integro die, sed & hora clauditur. Hinc si pro se paterfamiliãs testatus sit, & alia rursus hora pupillarem sui sequelam condat, huiusmodi testamentum vno contextu factum negatur [e]: nam & illud ex interuallo factum lex [f] dicit, quod interposito tempore est factum: ab aurora autem ad vesperas quis interpositum tempus neget? hæc igitur stipulatio ex interuallo facta dicetur. His accedit, si inter duorum reorum responsa fideiussor sit interrogatus, longum id spatium non esse Iulianus [g] ait, & idcircò eorum constitutionem non corrumpi. quis sanus de hoc dubiret, si nec duodecim horę longitudinem interualli habent? Quin & Venuleij responsum [h], quod suæ opinionis columen Bartolus & eius studiosi habent nostrę sententię adstipulatur, si tamen absque cauillo ex frequentiore scriptura eius considerentur verba: Continuus, † inquit, actus stipulantis & promittentis esse debet, tamen aliquod momentum naturæ interuenire possit, & cominus responderi stipulanti oportet: cæterùm si post interrogationem aliud acceperit, nihil proderit, quamuis eodem die spopondisset. Ecce quemadmodum iuris ciuilis auctores moméro rem expediri volunt, nec posse contrahentes præter primum, aliud momentum accipere (intellige autem hyperbolicos momentum dici) quantò rectior hæc interpretatio ea, quam & Accursius, & cæteri probãt? dum aliud acceperit, quasi aliud negotium fecerit, intelligunt. Quænam hæc locutionis forma? num accipere idem esse quod facere, salua Latini sermonis ratione, profitebimur? Nec multum nos mouet, quòd ex vltimis verbis à contrario sensu argumentum elicitur: nam eodem die, pro quacunque diei parte, quæ extra illud momentum sit, accipiendum est. Qua ratione & genus † pro singulis suis partibus plerunq; ponimus [i]: & in iuris pontificij scholiis, pro tempore, id est, pro quacunque temporis parte legitur [k]: eamq; interpretationem Paulus Eleazarus, & Baldus, vti iustam adnotarunt. Quare † opinionem Bartoli clariùs probari fortasse aliqui existimabunt. quòd in tit. de duobus reis. l. si duobus. in princ. ff. de duobus reis. scriptum sit, si interrogari eadem die sint duo, responderitq; eueſtigiò alter, in sequentem diem qui respondere alter distulerat, cùm actor iam ad alia negotia diuertisset, nõ obligari. Cui argumento obuiam hoc pacto iri posse arbitror Iurisconsultum non dubitasse de stipulatione, quam dubio procul irritam nosset, sed de reorum constitutione potius. Nam cùm duo rei etiam ex interuallo, si hoc agatur, constitui possint, l. iij. de duobus reis. nihiloque minus constitutio valeat, quãuis ciuili & naturali vnus, naturali tantùm obligatione alius teneatur, visum fuit Iurisconsulto non improbè dubitare, vtrùm in prædicto casu idem dicendum esset. Qui enim postera die responderat, naturaliter tenebatur, d.l. si ex duobus. §. fin. Bart. in l. fin. eod. tit. sed tamen non valere constitutionem existimauit: quoniam ex interuallo tunc possunt duo rei constitui, cùm id actum est: sed cùm actor ad alia negotia interim secesserit, non putauit Iureconsultus eam responsionem respectu primæ stipulationis factam: & idcircò tacitè actum, vt duo rei essent. Quo certè sensu, nihil cõmunis recentioribus sententia iuuabitur: alioquin eam probantibus, tot aduersantia argumenta oboriuntur, vt facilius quiuis subtilissimus, dum ea iura non percipit, ter Gordiani nodum explicet: nam & Aret. omnium sententiam mutare, & nunc hàc, nunc illàc sibi contrarius trahi, non est veritus. Illud quoque non prætereundum est, nostrates Iurisperitos, Bald. in rubr. de constit. Alex. in d. §. qui præsens. in eo, quod retulimus, Venuleij responso, non aliter ferè momentum naturę interpretari, quàm occupationẽ naturaliter necessariam: veluti in ægrotis, dũ catapotia medicamen túmve huiusmodi assumunt, dum excrementorum causa secedunt: & si qua similia. Quam interpretationem nec vocis ipsius Latina significatio admittit, & nemo sanus absurdam esse non fatebitur, cùm temporis momentum significari etiam mediocriter eruditi cognoscãt. Horatius:

Quid enim? concurritur horæ momento.

d Bar. in d. §. j. & text. in l. hæredes. §. fin. ff. de test. & gl. vtroque.

e l. si quis cum. §. fin. ff. de vulg. & pup.

f l. quoties. ff. sol. mat.

g l. duos. §. fin. ff. de duob. reis.

h l. continuus. ff. de verb. obl.

i l. si quis eũ tot. ff. de except. rei iudic. l. si vnus. §. item si pactus. ff. de pact.

k gl. in c. generali. §. illos. de elect. lib. vi. Paul. in Clem. fin. de vita & hon. cle. Bal. in rubr. extrà, de const.

CAPVT IIII.

Testatorem legatario stipulari non posse: & Bartoli sensum ad l. vlt. C. de fideicommissis. licet ab omnibus approbatum, iure non defendi.

SVMMÆ.

1 L. fin. C. de fideicom. sensus verior. 4.
2 Testamento non stipulandum. 5.

SOLET communi sententia dici, Litem serit lis. Noxa item noxam parit. Nã qui falsum aliquod proloquium admittat, necessarium est eum millies hallucinari. Visu id euenisse Bart. mihi videre sum visus: quod qualecunque sit, proponam. Imperatoria quædam est constitutio eius tituli, qui de fideicommissis inscribitur, vltima: quam, vt præter alios aliquid subtiliter excogitasse Bartolus[a]
1 videretur nouo † sensu ita intellexit, vt in testamento possit testator ab hærede stipulari fideicommissum, legatúmve Titio dari: quo casu poterit Titius ex stipulatu post testatoris mortem cum hærede agere, vt legatum, fideíve commissum illud præstetur: éritque eius commoditas maior, quã si more solito sibi relictum esset: quoniam satis fuerit hanc stipulationem duobus testibus probari, cùm alioquin in testamento septem requirantur. Addixeruntque huic sententiæ recentiores omnes[b]. Hinc, vti arbitror, alio loco.[c] Bartol. idem simpliciter dubitauit, si quis testatorem interroget, vis hæreditatẽ tuam Sempronio relinquere? & ille respondeat, quid ni? valere hanc stipulationem, hæredemq; Sempronium fore. Nec ab hac opinione quisquam, cuius ædita sit sententia, dissentit. Sed videamus pro-
2 babilisne sit. Et puto † defendi non posse: nam pactum de hæreditate, & quacunque eius portiuncula iure improbatur, præterquàm si inter milites conuentum sit[d]. Cuius rei ratio est, quòd liberam testãdi facultatem videatur auferre. Nec quicquam obest, quòd potuit testator reuocare, si velit: quoniam, hoc admisso, expectaret lex per testatorem reuocari, cùm tamẽ continuò irritum esse mandet. Quinetiam ratio Bartoli, eiusque sectatorum videtur perquàm leuis. Testator, inquit, stipulans legatario fideíve commissario, eorum personam refert[e], perinde ac si ipsi stipularentur. Apud quem, quæso, hoc legerunt? Atqui à legatariis testatores referri, vt non dubitem ita è conuerso idem esse quis non neget? Impeditq; etiam, eorum ratione admissa, noua quędam alia ratio. Nam si testator legatarium repræsentat, certè & hæredem: vni igitur & eidem homini, creditoris debitorísque qualitas per fictionem applicaretur, quod tamen fieri non posse, legibus[f] cautum est. Accedit his, quòd regula iuris est, al-
3 teri stipulari † neminem permitti: nec quicquam est, quòd contraria nos sectari suadeat, legatarij præsertim respectu (in vniuersali enim hærede facilius hoc concesserim[g]) cur ergo à regula interim discedimus? quòd etiam si stipulari legatario testatorem posse in expedito foret, intelligendus certè is esset, quem legatarium esse non veniret in dubium[h]: non autem eum, de quo dubitaretur, an stipulatio valeret (quod in nostro est casu) & consequenter, esséne legatarius? Ad hæc, sententiæ Bartoli repugnãt constitutionis[i]
3 ipsius † verba, quæ fideicommissum illud legatúmve ex testamẽto, vel codicillis deberi volũt:

a in l. fin. C. de fideicom. & in l. nemo pri. de legat. j.
b in d. l. nemo potest. & in l. ij. C. de bon. poss. secundum tab.
c Bar. in l. j. §. si qs ita ff. de verborum oblig.
d l. ij. C. de pactis.
e l. id tempus. ff. de vsucap.
f l. Vranius. ff. de fideiuss. Bart. in l. frater à fratre. de cond. indebiti.
g gl. in l. pactũ. ff. de probat.
h Doct. Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clã. Abbas in c. ex parte. el ij. de offic. deleg.
i in dicta l. fin.

at secundùm ea quæ ipse tradit, ex contractu deberetur, qui ab vltima voluntate longè differt[k]. Nos certè & illud non parum iuuerit, quòd in donatario causa mortis nullũ sibi vendicare locum eam constitutionem, communi quoque opinione existimatur[l], quantò igitur minus in pacto, quod ab vltimis voluntatibus magis distat? His addendum, quod idem Bartolus[m] scriptum posteris reliquit: Si † testator pluribus institutis hæ 5
A redibus, dari centũ vni ex illis stipuletur, talem stipulationem non nisi pro his partibus, quibus hæres erit, valere: quoniam aliarum ratione sit extraneus, cui per stipulationem ab altero nõ potuit acquiri, nam si integram rem hæredi dari nemo stipulari potest, multò minus certè legatario, fideicommissarióve potest.

k l. verba, gesserunt. ff. de verb. sign.
l Bald. & Cor. in d. l. fin.
m in l. continuus. §. fin. ff. de verb. oblig.

CAPVT V.

B *Cur libertas directè seruo alieno data, non trahatur ad fideicommissum: tum sublata crux, quæ Iurisperitis fixa, vt Asconius aiebat, tandiũ steterat.*

SVMMÆ.

1 Directam inutilem obliquari: in libertate contrà. 4.
2 Actum vnius, vt potest, valere.
3 Libertatis & hæreditatis discrimen.

VVLGATISSIMA est † Iurisperitorum sententia[n] substitutionẽ, ver- 1
C bis directis, non tamen merè ciuilibus conceptam, quæ vti directa à principio vires habere non potuit, in fideicommissi vim trahi. Idque non in vulgari tantùm substitutione, sed in compendiosa quoque quam paganus aliquis impuberi filio adiunxerit, verùm esse quidam[o] existimarunt: nam ita post pubertatem intelligitur, vt ex ea saltem indirectè hęreditas deuolui possit. Aliud etiam est,
D non minus frequẽs axioma, quod primus ex iure ciuili collegit Bartol.[p], & iuniores semper admiserunt, quod huiusmodi est: Cùm de † particu 2
lari dispositione tractatur in his, quæ vnius voluntate perficiunt, qui actus vt agitur valere non potest, ita tamen sustinendus est, vt quẽ iure possit effectum capiat. Exemplum (vt dixi) in directa substitutione addunt quæ in fideicommissariam transit. Cumque hæc crebriori interpretum testimonio approbata sint, contorquent tamen
E sese, quòd Raphaëlis Comensis[q] velitationibus respondere nesciant. credidit is (vt plerunq; ceruicosus est, & aliorum minimè imitator) superiora pronuntiata falsa esse, hoc potissimùm argumento: quoniam si seruo alieno libertas directa testamento detur, non solùm ita vti adscripta sit, constet non valere, sed neque vt fideicommissariam sustineri[r]. quòd si nec fauorabilis omnium libertas sic relicta defenditur, multò minus certè superiores casus iuris firmitate niti dicendum
F esse: vel hoc in titulo, qui de legatis primo sit, Africanum Iurisconsultum, studiosi omnes norũt. quam argumentationem dum duobus modis Alexander in dicta l. verbis. tribus Aretinus, totidem Iason euitare conantur, quòd alter alterius dicta confutet, inextricabilem facere nodum videri possunt. Et vt concedamus Iasonis vnã responsionem (nam aliæ omnes ab eo explodun tur) aliquo saltẽ cauillo posse defendi, certè negari non poterit, aduersus communem[s] aliorum sententiam eum illud existimare, dum in fidei-

commissum

n in l. verbis. ff. de vulg. & pupil.
o Alex. post alios. in l. centurio. ff. de vulg.
p Bart. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.
q in d. l. verbis.
r l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de leg. j.
s gl. Bart. Bald. Angel. Rapha. Paul. de Cast. in d. §. si seruus. & in l. cogi. §. si pater. ad Trebel. vbi & Alex. cũ simil.

cõmissum transire huiusmodi libertatẽ directè seruo alieno datã opinatur: quo factũ est, vtrùm affirmes necesse sit, in altero malè sensisse Bart. eiusq; studiosos oẽs censeas. Quamobrem egregiæ artis fuerit, vtrãq; sententiã vel idcircò tueri, vt tot procul dubiò summi viri vtriusq; assertores defendantur. Sanè, si mihi quid sententiæ sit, interroges, nõ aliud dixerim, q̃ q Bar.[a] nõ satis, animaduerso po-
3 steris loco, sensit: diuersa ẽm ratio † inter libertatẽ, & hæreditates differentiã cõstituit: siquidẽ libertas directò data nõ variatur, qm̃ diuersam speciem adsumeret: directa ẽm vni seruo proficit, fideicommissaria ppter ius patronatus etiã hęredi. Nec me mouerit, q idẽ in substitutione dici possit, q̃ si ad fideicommissorũ ius deuoluitur, etiã hæredi, q ab intestato succedit, pdest: nã de eis q̃ hæredi testator relinquit, cũ sua sint, liberã disponẽdi facultatẽ habet: at ius patronatus in bonis testatoris nec verè est, nec etiã solius facultatis ratione esse põt: & idcirco in hæredes extraneos nequit transmitti[b], auctor huius differẽtiæ est Bar[c]. Concludendũ
4 igitur, libertatẽ † directò datã in prædicta ratione fideicommissariam nõ verti: quod qm̃ perq̃ durũ erat, moderati eo pacto sunt I.C. æquitate suadente, vt seruo saltẽ propriè directè inutiliter data, in causam fideicommissi consisteret[d]: idémq; in eo, q pignori datus foret, statui debere illis est visum, vt iure nihil ab illo differret, qui suppositione omni solutus esset. Quo quidẽ sensu maximæ recentiorum altercationes cessabũt, alioquin vel linceis oculis caliginẽ obiecturæ: nã &, me audiente, magni nominis professor Ruin. indissolutam q. reliquit, q sibi etsi summa cura vestiganti, non tamen satis dubitationem hanc perspectam esse diceret.

a in l. j. de leg. j.
b d. §. si pater.
c l. j. de leg. j.
d l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideicom. liber.

CAPVT VI.

Quod & volumus, non valet, quemadmodum valeat vt possumus: & quatuor iura, quæ pugnare simul videntur, nuper declarata secùs quàm alij faciant.

SVMMÆ.

1 Actum nullum aliis non sustineri: alioquin contrà.
4 Impoßibilia variè argui & non substare.
6 Verbi eiusdem effectus varij.

COMPLVRES sunt iuris ciuilis regulæ, quas certa ratione finib. suis terminare, meo quidẽ iudicio nõ sat possibile est: tentauerunt tñ hoc, q indiscussum nihil reliquêre, iuniores Interpr. sed vti censeo, nõ multum feliciter. Pro exemplo sit, p ora hominũ celeberrima illa regulã: Quę res vti agit, nõ valet, quẽ de iure potest effectũ saltẽ sortitur. Distinxit hîc, subsecuitq; in tenuiss. partes Bar.[e] vt Homolottorum, qd' dicitur, bouẽ possis credere: nihiloq; minus oboriuntur eius dictis pugnãtia argumẽta, vt quò magis vestiges, eò minus scire te fatearis, q videlicet tot casus breui canone explicare etiã peritissimis haud facilè est. Demonstrauit hoc nõ Bar. solùm, sed q post eũ longa serie apud legũ Interp. fuêre in pretio, dũ nescire se perfectã huiusce propositionis doctrinã fateri minimè erubescũt: quo fit, vt cũ excusationi mihi sit aliorũ exẽplo locus, facilè adducat, paulò securiùs quid ipse mihi sententiæ sit enarrare. Quoniã igitur cõplures regulas in hac confundunt nostri Dd. videndum j. est, quemadmodũ intelligere hanc debeamus. Et non puto generaliter accipiendũ, vtrũ actus nullus aliquẽ effectũ pariat: qm̃ hæc q. in præsentia ad nos nihil attinet, q non de quocũq; effectu loquimur, sed eo tantũ, q actui tentato cõfinis est, & vt dicere solemus, pręcedenti subordinat: sicuti codicilli

e in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig.

testamẽto, pactũ stipulationi, fideicõmissaria substitutio directę, actus, seruitutes, vię, & id genus alia. Separãdæ † sunt igit, quas alij simul inuoluũt, 1
quædã regulæ: quarũ I. est, actũ nullũ nullius effectus esse[f]. II. est, si dispositioni impossibile aliqd p conditionem addatur, omnia vitiari: si p modũ dispositionẽ remanere, modũ reiici[g]. III. actum q ppria significatione intellectis verbis non valeret[h], ex impropriętate sermõis defendi. IIII. quo
A ties actus inualidus esset, nisi aliqua nõ verisimili præsumptione sustineret, non tñ eam capiendã[i]. Quatuor hęc enunciata, q sat dilucidè p posteriores Iurisper. exponuntur, minimè opus fuerit nũc attingere: verùm his exceptis, q̃ ad rẽ præsentẽ faciant, in medium proferre nõ pigebit: quamobrẽ arbitror ita existimandũ, vt q actus quemadmodũ agitur nõ valet, eã obtineat vim quã potest, dummodò contrahentiũ cõsensus talis præsumat, qd' in dubiis[k] credere humanius est, ita tñ vt is actus
B obtineat, quẽ † substantia indicat, nõ nomen[l]: qm̃ 2
q̃ ex ea oritur præsumptio, nominũ præsumptionibus fortior est[m]. Cũ itaq; in dubiis, vt diximus, præsumẽdus sit † consensus, vt actus aliquo modo 3
valeat, consequẽs est, vt quoties non præsumitur, omnino qd' agitur, irritũ sit. credit aũt obesse consensus, nunc ex impotentia † contrahentium, qm̃ 4
verisimile nõ est velle aliquẽ sibi impossibilia tentare: nũc ex magna diuersitate actus qui agitur, & eius in quẽ trãsire posset, vt in libertate directa, fi-
C deicõmissariæ respectu[n]. quãdoq; ex facto cõtrario, puta ex institutiõe, qua scripta nõ credit quis q̃ velle codicillos facere[o]. aliqñ nõ agens videatur velle quicquã maius expresso[p]: aliqñ alia causa, vt cũ p transactionẽ aliquis renuntiat fundo, transactio irrita nõ transit in donationẽ: quia credibile nõ est, actorẽ voluisse reo, quocum litigat[q], quicq̃ donare: veluti nec eũ, q se p stipulationẽ, aliúmve contractũ obligat[r], verisimile est id spontè facere: quin si sciuisset inutilẽ stipulationẽ, tacitũ lex
D credit: q̃ tñ præsumptio fauore liberationis quandoq;[s] cessat, sicuti in acceptilatione † inutili, quæ 5
licet verum pactum in se non habeat, parit tñ exceptionem ex tacita pactione: q̃ etiam absq; consensu, & obligatione vera naturali inducitur, oriturq; exceptio nõ quidem ex acceptilatione, vigore pacti, sed ex æquitate ppter acceptilationẽ[s]. Vt hoc modo putẽ dissolui posse quatuor inuicem aduersantia iura, q̃, dum concordiæ student Bar. & cæteri, ita peruertunt, vt eadẽ † verba alibi formã respi 6
E cere[u], alibi effectũ materiamq; fateantur, aliquando q; expressum consensum subintelligẽdo mera somnia fingentes se torqueant. Sed ad rem. Cùm superioribus idem iuris est, quoties cõtractus forma non seruatur[x]: nam quod diligẽter custodiendum omnes sciunt, qui id non curant, elusorium actum facere videntur velle, non aliter quàm si aliquis aduersus legem expresse faceret, quo casu idem quoque iuris esset.

f tangit Bar. in l. continuus. §. cũ quis. ff. de verb oblig.
g de quo scrib. in l. impossibilis. ff. de verb. oblig.
h l. sed & si p[illegible] §. item si iure[illegible] ro. ff. de iure[illegible]
i Aret. in l. a Titio. ff. de verb. oblig.
k l. quoties. ff. de rebus dub.
l l. in iulam. de præscr. verb.
m l. in venditi[illegible] de contr. empt.
n l. si seruus. §. si seruus alienus. ff. de leg. j.
o l. non codicillis. C. de testam.
p l. tutores. §. j. ff. de admi. tut.
q l. suus hæres. C. de repud. hęred.
r l. j. §. cũ quis. ff. de consti. pec. in l. j. §. si quis ita. de verb oblig. l. an inutilis. de acceptil.
s l. si vnus. §. [illegible] accept. de pact.
t ita d. l. [illegible] Bart. & alij in l. vbi pactum. C. de transact. licet Dd. non aduertant.
u in l. an inutilis. §. si accep. & §. si quis ita.
x l. mulier. C. si quis alij. gl. in c. P. & G. de offic. deleg.

CAPVT VII.

F *Simpliciter fieri quid dicatur, & nouæ quædam rationes adductæ contra communem sententiam in quæstione illa veteris municipalis statuti, requirẽtis vt simpliciter interrogationibus respondeatur.*

SVMMÆ.

1 Simpliciter respõdet negans & soluisse, si probetur, aiens.
4 Simpliciter variè accipi.

FREQVENS quæstio † est, si munici- 1
pali l. vt interrogationibus iudicialibus simpliciter respondeat, sub pœna cautũ

sit: & aliquis interrogatus an 100. receperit, neget
recepisse: & si id cõstiterit, dicat se in negotiis eius
expendisse: verũ hoc modo respondẽs dicatur nõ
simpliciter facere? Paul. Castr. & Nouoc. Raph.[a]
simpliciter eũ respondisse crediderũt, cæteri oẽs
contrà. Videamus nũ minus recepta sententia ve-
rior sit: & mouenẽ eius adsertores, qm̃ legis illius
ratio est, vt respõsiones sint claræ[b]: in ꝓposito aũt
casu nihilominus certa est responsio, q̃ si simplici-
ter negasset: qm̃ reliqua vti superuacanea iuris in- A
terpretatione reiiciunẽ: nec abundãs (qđ dicitur)
2 cautela † nocere solet, quinimò nullius effectus re-
gulariter est. At vt hãc ipse opin. probẽ, nouis qui-
3 busdam rationibus agor. Nã † simpliciter illud fie
ri dicitur, qđ sine fraude, doloq; malo fit[c]: quãob-
rem magis verisimile est, talẽ dolũ lege ꝓhiberi,
q̃ eam duplicium verborũ formã, præsertim cùm
hoc sensu de iur. Rom. nihil municipalis lex dimi
nuat, q̃ aliter intellecta illud corrigeret[d]: q̃ quidẽ
præsumptio capienda nõ est, huiusmodi decretis B
ita potius adstringendis, vt cõmuni legi nõ repu-
gnent. Verùm omnino validius me impellit, ꝗ si
4 Pont. Max. † rescripto[e] edicatur, vt purè & simpli
citer Iudices cognoscãt, pronuntiẽtq;, fraudulen-
tas solùm exceptiones, vel q̃ immodicũ iuris rigo
rem respiciunt, excludere tenebunẽ: tantũ abest,
vt huiusmodi eulogio iudicialis ordo soluaẽ, aut
alioquin permissus, conditionib⁹ locus tollaẽ. ꝗ
si geminata verba in rescripto hanc vim nõ habẽt,
quanto minus simplicia in lege municipali? quod C
arg. iure ciuili fortissimũ est: nã & Bal. & Nic. Abb.
& Ioan. Foroc. ac cæteri vtriusq; ꝓfessionis inter-
pretes, id aduerbij, simpliciter, eam posse vim ha-
bere negant, vt correctioni alicuius legis sufficiat:
qđ alioquin in nostra quæstione esset. Nec obstãt
huic sententiæ quædam ꝓ communi argumenta-
tiones adductæ: quoniam nequaq̃ diffitebor, qđ
sine conditione fiat, id posse simpliciter factum di
ci, quãdo ita res de qua agitur, fert. Sed illud quæ-
stionis nostræ est, quid iuris sit in dubio, cũ subie- D
cta materia nihil explicat: nam quod ab vocabuli
etymo argumentabantur, quòd sine plica sit, aut
relatu vix dignum est, vtpote barbarum; aut no-
stram adiuuat opinionẽ, quoniam sine plica idem
esse quod absq; dolo, intelliget, qui in Canonicis
decretis Archidiaconum[f] legerit.

a in l. penult. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig.
b ita Bal. in c. j. in prin. de sum. Trinit. & fid. catho. Bar in l de ætate. §. qui tacuit. ff. de interr. act.
c gl. in c. fin. 39. dist. & 16. q. j. si cupis.
d l. si quidem. C. de except.
e c. dilecti. de iudic.
f gl. in Clem. sæpe. de verb. sig. 16. qu. j. si cupis. & 8. dist. consuetudo.

CAPVT VIII.

Quòd communis intellectus ad §. si tamen hominẽ. in l. ij. de verb. obl. sine cauillo defendi nõ possit: nouum datum verbis Iurisconsulti longè aptiorem. E

SVMMÆ.

1 *L. ij. §. pen. de verb. oblig. explicari verius. 2.*
3. *Reorum & hæredum discrimen.*
4 *Soluentem ex causis non liberari.*

1 VERBA Pauli I.C.[g] hæc adnotatione di-
gna, in tit. de verb. obl. leguntur: *Si homi-
nem stipulatus cũ vno ex hæredibus promissoris
egero, pars duntaxat cæterorum obligationi su-* F
perit, vt exolui possit. Huius responsi interpretes,
non satis esse, ꝗ stipulator agat cũ vno ex hæredi-
bus promissoris existimãt, sed illud vlterius requi
ri, ꝗ succumbat: q̃ interpretatio ab ipsõ verborũ
contextu aliena est. Quamobrem vt absq; cauillo
2 I.C. Pauli verba defendam, censeo † ipse, hominis
in genere stipulatorẽ, q sibi obligatos oẽs promis-
soris hæredes habeat, si ab eorũ aliquo hominem
petat, p solam litis contest. ita sibi obesse, vt cohæ
redes cæteri nõ in solidum amplius, sed ꝓ reliquã
tantũ parte obligentur. In quã sententiam trahor,
qm̃ stipulator, qui illum cũ quo litigat, in solidum
non teneri, considerata ex actione[h], noscit, videẽ
à reo portionẽ eo modo petere, q̃ etiam ab inuito
exigi possit: at reus nõ aliter compellitur ad solu-
tionem, nisi vt liberetur, cũ alioquin condictio in-
debiti illi competeret. cũ ergo actor ita petat, vt
soluentẽ liberari velit, censetur fauori suo renun-
tiasse. Et ad argumẽta, quibus ꝓbabiliter cõtraria
sententia potuisset defendi, nõ admodũ difficul-
ter responsio suppetit, quale est illud, plures reos
debendi, etsi creditor ab vno petat, non tñ libera-
ri, vt ꝓ portione eius minus teneantur[i]. Nam arg.
hoc nõ esse efficax, ostenditur † ex differẽtia obli- 3
gationem, qm̃ rei debendi omnino insolidũ obli-
gantur: at hæredes ꝓmissoris diuidua obligatio-
ne, petitioneq; tenenẽ, non insolidum: nil igitur
mirũ, si validior obligatio difficilius tolliẽ. Quare
omnino fortius sententiam meã vrget, ꝗ si hic co
hæres solueret, nõ liberaretur: atqui in pendẽti so
lutio esset, donec in eodẽ homine alij cohæredes
partes suas penderẽt. Si ergo solutio ipsa præiudi
cium creditori nõ parit, quantò minus petitio[k]?
nisi & hîc dicamus, in petitione hoc introductũ:
qm̃ ea efficax aliter esse nõ potest, q̃ si intendat a-
ctor soluentẽ liberari, interimq; fauorẽ suum qđ
superius dixi, remittat. quæ ratio in ipsa solutione
cessat: nam quæ † I.C. responsa[l] soluentem nõ li- 4
berari in prædicto casu attestantur, ea in eo, q non
iure actionis coactus, sed spontè soluit, locum ha
bent, cùm nisi spe liberationis ducti debitores, ad
solutionem cogi non possint. Cautius itaq; stipu-
lator fecerit, si protestetur, nihil ob petitionẽ de
† iure suo se remittere. ꝗ si testationem nõ curat, 5
non cum vno, sed cum omnibus eum agere opor-
tere existimauerim: etsi in his, cùm cæterorũ sen-
tentiæ repugnent, vix hiscere audeam, præsertim
cùm alibi à me locus hîc diffusius sit explicatus.

g l. ij. §. pen. vbi not. ff. de verb. oblig.
h de quo in l. in executione. §. ꝓ parte. eod. tit.
i l. reos. C. de fideiuss.
k d. l. ij. & l. si non sortem. §. si x. de cond. ind.
l d. §. si decem.

CAPVT IX.

Intellectum communem in l. à quo fundus. de damno infecto. Verbis I.C. repugnare, quare aliter quàm cæteri credant intelligendam: confutataque ex eo textù communis quædam alia opinio, & possessionis præsumptionem libertati præualere.

SVMMÆ.

1 *L. à quo. de dam. infect. sensus. verior. 2.*
3 *Seruum aut liberum dicens probet.*

FRequentissimum Scæuolæ responsum
in tit. de damno infecto. tam peruersè
ab omnibus, quorũ in hanc diem edi-
ta sit sententia, intelligitur, vt operæ-
pretium me existimauerim facturum, si I.C. verba
prius apponerem: *A quo fundus petitur, si ab illo ædifica-
tum habes, ago tibi ius non esse ædificatum habere: si nõ defen-
deris, ad me possessio transferenda est, non quidam vt protinus
destruatur opus, (iniquum enim est demolitionem protinus fie
ri) sed vt id fiat, nisi intra certum tempus egeris, ius tibi esse æ-
dificatũ habere.* Igitur Accur. & Bart. Latini † sermo- 1
nis nõ sat periti, ita responsum id declarauerũt, vt
non aliud significare I.C. voluerit, quàm, quando
confessoria agitur, si ꝓ constituenda quasi posses-
sione seruitutis aliquid fieri debuisset, aduersus
contumacẽ ex primo decreto in possessionẽ loci,
in quo seruitus constituenda fuerat, iri: ex secun-
do, certũ terminũ statui, intra quẽ si agere superse
derit, amplius nõ audiendum: componuntq; hac
ratione verba legis, à quo fundus petitur, si ab il-
lo, hoc

lo, hoc est, à me ædificatũ habes, ago tibi ius non
esse, &c. Qui sensus, quàm absurdus, quàmve ine-
pta sit constructiò, etiam pueris notum arbitror,
vt minimè quisquam dubitare possit, quin senten
tia hæc omnino sit falsa. quamobrẽ quamprimùm
aperienda est veritas, formandusq; hoc modo ca-
2 sus: Possidebas † tu iniustè domum meam, inte-
rimque dum possideres, vicino, qui te dominum
existimabat, ius seruitutis concessisti, vt videlicet
posset ædificare, quod & fecit: nunc ipse vendico A
domum meam, quæritur nunquid pendente li-
te possim eodem tempore agere contra vicinum,
tanquam non potueris illi concedere, vt ædifica-
ret? Iurisconsultus respõdit posse: & si vicinus nõ
defenderit, possessionem ad me transferẽdam: &
ea quæ sequuntur. Hoc igitur sensu cùm ne vocu-
la quidem impropriè accipiatur, quid est cur du-
bitemus à veterum interpretum opinionibus dis-
cedere? Nec ratio præiudicij[a] quicquam obstat,
quæ cùm aduersus diuersos agitur, locum non ha B
bet. Illud quoque lectorem admonendum duxe-
rim, ex hoc textu, communi intellectu admisso,
confutari Bart.[b] cæterorumque sententiam, dum
propter libertatis præsumptionem existimant e-
3 tiam ei, q in † quasi possessione seruitutis sit, pro-
bandi onus incumbere: eum verò qui liberã rem
dicat, etsi non possideat, probationibus non affi-
ci. Nam dum in responsi fine contumax, qui libe-
ras ædes dicebat, agere intra certum tempus iube
tur, ergo & probare: quoniam qui accusare[c] vo- C
lunt, probationes habere debent. Sed & hanc Bar
toli sententiam aliquando efficacioribus rationi-
bus confutaui.

a vt per Bar. in l. fundi. ff. de except.
b in l. si prius. ff. de oper. nou. nunt.
c l. qui accusare. C. de eden. in ead. l. in x. opp.

CAPVT X.

Legem, Ita stipulatus. non rectè à Doctoribus interpretari solitam: & ratio, cur incerta stipulatio non valeat: & quando ea est ex certis, cur à legato iure differat: confutatáque communis sententia etiam in versic. quòd si ab initio.

SVMMÆ.

1 *L. ita stipulatus. de verb. oblig. explicari. 6.*
2 *Incertitudinis vitiantis causa. verior. 3.*
4 *Incertum improbabile dici.*

CVM aliquando celebratam multorum
commentariis Papiniani l. ita stipula-
tus. de verb. oblig. perlegere mihi con
tigisset, quamplurima animaduerti in
ea tractari, quæ nõ admodum diligenter excussa,
meris nodis Ius ciuile inuoluunt. Igitur ea in pri-
mis adnotatione digna visa sunt, quæ ad eius pri-
1 mum responsum attinent. Si † (inquit Iurisconsul
tus) in stipulatione certo loco sisti, dies p errorem
omissus sit, cũ id ageretur, vt certo die sisteres, im-
perfecta stipulatio erit. Idemque est in stipulatio-
ne ponderis, numeri, vel mensuræ, incerta. Videa-
mus primò quidnam in causa sit, vt incertitudo sti
pulationem vitiet? Et Bart.[d] nostræ huius discipli
næ signifer & primipilus, id esse scribit, quoniam
2 ob † incertitudinẽ stipulantes non videntur con-
sentire: quamobrem contractui forma deest. Sed
hæc ratio non sanè mihi probabilis videtur, quia
cùm in proposito casu, interrogatio & responsio
congruant, nihil adduci potest, qđ repugnet con
sensui: præsertim cũ alibi idem scriptor fateatur,
tunc demum deficere consensum, cùm error con-
uincitur: vtputà, si dies de qua in proœmio actum
est, stipulationi non inseratur. Quamobrem alio
loco Bartolus[e], cùm doctorum sequiore turba, ra-
tionem eam esse tradunt, ꝗ tam minimum posset
solui, vt nihil omnino accipientis interesset. Sed
& hoc ex eo potissimùm confunditur, quoniam
si ob huiusmodi causam stipulatio reiiceretur, pœ
nalis valeret, legatum hominis generale nõ vale-
ret: quæ quidem à veritate absunt. Quare, me auto
re, verius est, ratione † deficientis probationis sti- 3
pulationem incertã vitiari: & hoc est qđ dicitur,
incertam stipulationẽ facti, nõ iuris quæstionem A
cõtinere[f]: quæ verba nil vlterius q̃ probationem,
eius quod actum sit, ostendunt. Iuris igitur inter-
pretatione potest dici aliqua: sed quia probari nõ
potest, quid partes egerint, imperfecta erit, & etiã
(si magis placet) nulla. Itaque † in nostra quæstio- 4
ne, si partes de certa die apponenda agunt, in sti-
pulatione certo loco sisti, constetq; appositã, sed
non qualem, stipulatio nõ valet: quoniam poterit
ꝓmissor dicere semper, agi ante diẽ. Nam quam-
uis in stipulationibus, in quibus dies non sit, præ- B
senti die agatur[g], stipulator tamẽ si impræsentia-
rum egerit, negabit reus idem dicẽdum hoc casu
in quo de certa die actũ sit, probatumq; fuisse diẽ
expressam, tametsi qualis esset, in specie probari
non potuerit: quamobrem contra voluntatẽ par-
tium ageretur, si statim hoc liceret. Quod etiam, si
post aliquod tempus actor intender, cum in gene
re tantũ constet diem appositã, semper in fauorẽ
rei lex interpretabitur ante diẽ agi[h]: nec ad hære-
des obligationẽ transire posse dicendum est, quæ C
personalis sit[i]. Qua de causa si stipulatio hoc mo-
do concipiatur, ꝓmittis quacunq; die sistere? va-
let stipulatio, cùm prædicta ratio cesset, & tunc a-
getur, cùm declaratũ fuerit reum promittendi si-
sti nõ posse: quem intellectum Christoph. Castel.
versic. Quòd si ab initio. conuenire posse arbitra-
tus est: licet Alex. leuissimis ratiunculis in con-
trariam sententiam iuerit. Enarrato igitur quem
verissimum putauimus intellectũ, cõmunes alio-
rum positiones confutandæ sunt: & in primis de- D
claratio, quæ frequentiusculè approbatur multis
salebris penè obruta, vix subsistit. Intelligunt Dd.
nostri verba I.C. accipienda esse, quando in tract.
q præcesserat, contractum, conuenerant partes, vt
stipulatio contraheret die in ea certius explican-
da. Quam sentẽtiam Comensis damnat: quoniam
aut tractatus ex interuallo præcesserat, & præsu-
mitur ab eo discessum[k]: aut incontinenti, & tunc
tametsi non recordarenẽ de his, q̃ in tractatu dixe
rant, tñ stipulatio esse efficax debet, cùm eius sub- E
stantiam dies omissa non respiciat. Alex. Com. re-
fragatur: quia errorẽ in institutione præsumi vide-
mus, q̃ si à testatore simpliciter ꝓferatur, cũ prote
status fuerit se conditionem impositurum, nõ va-
let[l]. Sed hac ratione nemo me mouerit, cũ institu
tio testamẽti substantiam respiciat, dies formã sti
pulationis minimè. Nam etiam si concedamus sti
pulationem eã nõ valere, potius id ratione simul
pugnantiũ qualitatũ, q̃ erroris, qđ in tex. ipso ex-
primitur, dicendũ esset: siquidẽ cõtractus, q incon F
tinenti sit, cũ sequẽti contractu iuris fictione vnus
& idẽ: tractatus igitur diẽ adderet, contractus re-
pelleret[m], quæ contraria sunt. Ad hæc nõ medio-
cris est cauillatio, si in angustiis I.C. indetermina-
ta verba restringamus, & contra iuris præsum-
ptiones in actu incontinẽti facto obliuionem in-
ducamus[n]: & hæc quidem omnia aduersus regu-
lam, qua admonemur, omissionem † eorum quæ
substantiam non respiciunt, nihil obesse[o]. Sed 5
quantò peius sese extricat Aretinus, dum fate-

d in j & ij. opp.
e & in l insulã. & hic in vij. oppos.
f in l. triticum, idem de stat. homin.
g l. semper in stipul. de reg. iuris.
h l. si ita stipul. fuero x. aut xv. in fin. de verb. oblig.
i l. & hæredi. §. fin. de pact.
k l. si plures. §. locator horrei. ff. locati.
l l. quoties. §. tantundem. vbi Bart. ff. de hær. instit.
m Bart. in l. j C. de lit. contestat. Mod. in c. solitudinẽ. de appel.
n l. nõ aũ. ff. de cond. & dem.
o l. pacta ff. de contrah. empt. vbi not.

tur, ſi clarũ ſit ex obliuione omiſſum, aut ex certa
ſciētia diē, valere ſtipulationē: ſed in dubiis ſecus
eſſe: quaſi dubitatio actum aliquē ad nihilũ redu-
cat, q quocunq; modo ea reſoluat, valeat [a], pręſer-
tim cũ talis opin. nulla iuris autoritate defendat,
& plerunq; dicamus in dubio ꝓ valore cõtractus
iudicandum. Quin & com. ſententia in interpre-
tatione verſic. Quòd ſi ab initio. non ſat ꝓbabilis
eſt, dũ fingitur ſtipulationē ita conceptã, Promit-
tis ſiſtere quacunq; die volueris: & ſi non ſteteris,
pœnæ nomine tot? exiſtimant enim, quamuis
prima ſtipulatio tanquam in voluntatē promiſſo-
ris collata, iure roboranda nõ videatur [b], tñ ne in-
caſſum adiecta pœnalis ſit, voluntati ꝓmiſſoris re
lictum videri, qñ ſiſtat, non idipſum verũ ſiſtat, ſed
probandũ ab illis fuerit primã conuētionē inuti-
6 lem, vires ab acceſſoria ſumere: nã † contraria his
auctores tradere alibi manifeſtum eſt, cũ pactionē
nudã pœnali ſtipulationi nõ ineſſe opinantur [c]: ſi
enim hæc pactũ nudũ alioquin iure gentiũ efficax
non fouet, quantò minus omni iure nullã ſtipula-
tionem? Tenenda itaq; noſtra poſitio plurimis ra
tionibus firma: ex quib9 & hoc nõ omittendũ, qđ
Bar. & alij ſcribũt, in ſtipulationibus qñ clarũ eſt,
de vna ſpecie incerta ex certis quibuſdam actum,
nõ valere ſtipulationē, ſed legatũ valere [d]. Ratio-
nem dicũt eſſe, qñ hæres teſtatoris voluntatē de-
7 clarabit, quam etiã ſcire † præſumitur. Quod pro-
fectò faterer, niſi teſtator & abſentē, & quē nunq̃
viderit, cognoueritque, hæredē inſtituere poſſet [e]:
q̊nã pacto dicemus huiuſmodi virũ quicq̃ plus q̃
alios ſcire de teſtantis voluntate? Quare ex ſupra-
dictis fatendũ, in cõtractibus fauore promiſſoris
legē diſſenſũ interpretari, tanq̃ de vno ſtipulator,
de alio reus debēdi cogitauerit [f]: qđ in teſtamētis
dici nõ poteſt, cũ ab vnius volũtate ſumãt robur [g].

a l. Iulianus. verum ff. de condict. indeb.
b l. centeſimis. §. fi. de ver. obl.
c In l. petens. C. de pactis.
d In l. legato generaliter. de legatis j.
e §. ſi Inſti. de hęred. inſtit.
f l. ſtipulatio iſta. §. in ſtip. & l. inter ſtip. §. j.
g l. cum virum. C. de fideicom.

CAPVT XI.

Pœnam generaliter committi, cùm res in principali ſtipulatione deducta, cùm primũ dari potuit, data non eſt: nec in vltimis voluntatibus, in libertate, in penu quicquam ſpeciale eſſe: tum nouo ſenſu percepta l. ita ſtipulatus. de verb. obligationib.

SVMMÆ.

1 *Stipulationem quouis incipiat modo, niſi pareatur, committi. 3.4.*

SVCCEDIT in ead. l. diffuſior tra-
1 ctatus, qñ † ſtipulatio pœnalis commit-
tatur: & Sabin. I.C. poſtquàm promiſ-
ſum in principali ſtipulatione dari fie-
ri potuiſſet, & datum factum non eſſet, indiſtinctè
cõmitti credidit: & id ex contrahētium ſententia
& exemplo penus legatæ. Papin. ſententiã Sabini
videtur ſequi, cũ à conuentione, nõ à conditione
ſtipulatio incipit: tunc enim id expectatur tēpus,
quo ampliùs dari fieri non poſsit. Et hoc modo
quoquot ſunt, aut fuerũt Dd. verba I.C. intelligũt.
At ipſe longè aliter exiſtimaui, & omnino Sabini
opin. veram eſſe, Papinianoq; probari, aliàs diſpu
tando defendi. Pro hac itaq; ſentētia primò illud
adducēdum, rationē diſtinctionis, quã Accur. [h] &
alij tradunt, non ſatis firmã eſſe: quamuis enim in
ſtipulatione, ſi Stichum non dederis, dabis x. Sti-
chus in obligatione non ſit: ſicuti eſt in illa, pro-
mittis Stichum, & ſi non dederis, x. ſpondes? ſal-
tem tñ (vt Bart. [i] aliquando dicit) in conſequentiã
admittēdum eſt, in obligatione eſſe: ob minimam
igitur differentiam non debet probabiliter diuer
ſum ius induci. Sed fortiùs certè nos impellit, q, ſi
quis ita libertatem accipiat, Stichus, ſi hæres eum
nõ manumiſerit, liber eſto: niſi hæres cũ primùm
poteſt manumittat, ſit liber [k], & tamen diſpoſitio
hæc à conditione incipit. Nec huic argumento re-
ſponſiones per Dd. ſcriptæ quicquã obſunt, & in
primis crebrior Bart. opin. ſpeciale id eſſe in vlti-
mis voluntatibus fatentis. Sed qua ratione iſtud
introductum eſt? Cyrillus, Homodeus, & Iac. Pu
teus id factum exiſtimant, qm̃ noſtra intereſt teſtã
menta citiùs exitum habere, q̃ contractus [l]: item
A quia vltimę voluntates non ſuſpēduntur, ſicut cæ
teri actus [m]. Quę rationes noſtrum caſum minimè
attingunt: tũ quia anteq̃ dies cedat (quibus termi
nis nos loquimur) teſtamētorũ diſpoſitiones ma-
gis in pendenti ſtare permittũtur, q̃ contractus [n]:
tum etiã quia tam citò adimplēda eſt cõtractuum
diſpoſitio, q̃ teſtamentorum [o], ſi ita de contrahen-
tium voluntate eſſe præſumatur: quæ quidē præ-
ſumptio Sabini argumentum eſt. Iaſ. aliter opinã-
tur, & rationē eſſe ſcribit: qm̃ in contractibus ver-
B ba dubia interpretãtur cõtra † ſtipulatorē: in teſta 2
mentis verò latiſsimè accipiēda ſunt, eius fauore
cui aliquid relinquitur. Sed & hîc fallitur Iaſ. cùm
verba generaliter pro hærede interpretentur in le
gatarij damnũ [p], veluti in contractibus ꝓ debito-
re contra ſtipulantē. Cùm ergo ratione hæc dicta
careant, quid eſt q, in Bart. ſentētiam accedamus?
Aret. ſpeciale id eſſe non in vltimis voluntatibus,
ſed in libertate tradit, eo potiſsimum argumēto,
q, in ſerui venditione, cùm libertate ſub modo fa-
C cta, modũ intra duos mēſes implendũ lex ſtatuit,
& id fauore libertatis [q] Verùm quid commune ha
bet modus, in quo mihi deciſum erat, cum condi-
tione? quid itē contractus oneroſus cũ lucratiuo?
præſertim cũ in præſenti articulo Stichum ſtatim
liberum eſſe, lex ex voluntate teſtatoris diſponat,
non ex fauore aliquo. Et fortiſsimum eſt argum.
ab ea ad contrahentes, vt Sabinus aiebat. Proba-
tur & noſtra opin. tertia ratione: nam † ſeu ita le- 3
gem, hæres penũ dato: ſi nõ dederis, x. dato: ſeu
D ita, ſi penum non dederis, x. dato: ſtatim cùm dari
potuit penus, & data nõ eſt, committitur pœna [r],
transfunditurq; prior obligatio in pœnalem. Nec
hoc in vltimis tantũ voluntatibus procedere ex
Bart. quiſquã credat, cùm ratione id carere ſuprà
demonſtrauerimus, & in hac transfuſione idē eſſe
in contractib. Paulus atteſtetur [s]: alij in penu ſpe-
ciale eſſe prodiderũt propter rei naturam: nam cũ
penus alimenta reſpiciat, in eis longa dilatio non
fuit danda: communiterq; ſic dici ſolet. Sed hanc
E rationem haud ſanè faciliter ipſe admiſerim: cum
ſi iſtud ꝓpter alimentorũ fauorē induceretur, con
ſultius fuiſſet, in eis, non in penore exemplũ refer
re. Videmus eñ quædam in alimentis, quæ nõ in
penu, contineri, vt veſtes: & è contrario plerunq;
idem: quin etiã vt hęc vera ſint, neceſſariũ eſt I.C.
intelligere, vt de magna penoris quãtitate loqua-
tur, cùm ex perpauca ali nemo poſsit. Nec conſen
tiendũ eſt, ideo alimēta legatũ reſpicere, q, in ve-
ſcendo conſiſtat: alioqui dicēdum eſſet incertam
F tritici ſtipulationem valere, tanquam ad alimēta
pertineret: quod iuris autoritate reprobatur [t]. ad-
de quòd & in penu potius contrariũ ſtatuendum
fuerat. Nam cum frumentum vitietur, & vinum
aceat, muceatq;, expectãdum fuiſſet tempus, quo
ampliùs pręſtari nõ potuiſſent cùm id triennium
non excedat [u]. Fateamur itaq;, quod de libertate
penuq; dictũ eſt, ex cõmuni regula deſcēdere, quã
probari ſupraſcripta lege, Ita ſtipulatus, iamiam
demõſtrabo. nam & cũ fideiuſſor ita acceptus eſt,
Si reus xl. quæ ei credidi, non ſoluerit, fide tua
eſſe

h In gl. ſ. ibidē.
i In l. non ſolũ. § morte. de ope. noui nunt.
k l. ſi peculium. in fine. ff. de ſtatulib.
l l. vel negare. quem. teſtam. ape.
m l. fi. ff. communia præd.
n Bar. in d. l. fi.
o l. quæ de legato. ff. de leg. j.
p l. vnũ. §. j. de leg. ij. Rom. in l. ſi plures. de dãno infect.
q l. fi. ff. qui ſine man. Alex. cõſ. cxviij. in ij. vol.
r l. j. §. item ſi ita. ff. ad l. falc. cũ ſimil.
s l. obligationũ ferè. §. fi. de act. & ob.
t l. triticũ. §. eo.
u No. in l. j. C. ſi aduer. tranſ.

eſſe iubes? ſtatim deberi Iulianus ſcripſit, tamet-
ſi à conditione ſtipulatio incipiat. Nec Bartoli,
& cæterorũ reſponſio, dum præceſsiſſe conuen-
tionem ſaltem in reo tradunt, probabilis eſt: cõ-
uentio enim à reo facta, in perſonam fideiuſſoris
hoc caſu quicquam operari non debet, cùm ideo
operetur, quia ex illa ſtatim dies cedit: at hîc ex
conuentione nõ cedit, ſed ex conditionis euen-
tu, quæ in pœnali ſtipulatione deducta eſt. Ad-
4 uertendum igitur † eſt, Sabinum indiſtinctè exi- A
ſtimaſſe, quoquo modo incipiat ſtipulatio, pœ-
nalem committi, ſi principale, cùm cõmodè po-
tuit, datum factum non ſit: eiuſque ſententiam
colligi ex contrahentium voluntate. Sicut in pe-
nu idem eſt, propter defuncti voluntatem, & rei
ipſius legatę naturam: de cuius legati natura eſt,
vt à teſtatoris ſententia pendeat, ſicut etiam con
tractus à partibus legem capiunt. & hoc ſenſu
hæc dicta accipienda ſunt: alioqui ſi quicquam
ſpeciale inducerent, quid aliud feciſſet Sabinus, B
optimus (vt credere par eſt) Iuriſconſul. quã ad-
uerſus ſeipſum argumentari, & ſuo ſe gladio iu-
gulare? quòd profectò qui crediderit, temerari9
eſt. Neque verò quiſquam obijciat, non Sabini,
ſed Papiniani ea verba eſſe: quoniam ex vocula,
idq;, continuationem reſpicit [a], non aduerſatiuã:
quod faciundum fuerat, ſi hęc reſponſio recipia-
tur. Poſtquàm igitur argumentum retulit Papi-
nianus, diſtinguit, an ſtipulatio incipiat à condi-
tione, vel à pactione: deinde, quoniam ex ea di- C
ſtinctione argumentum Sabini non elidebatur,
eius opinionem tanquam indubitatò probat, eo
caſu quo actum ſit, vt ſi alterũ non detur, vtrunq;
debeatur: & hoc declarãdum, vt poſt Oldradum
alij tradiderunt. Sed quoniam adhuc argumen-
tum vrget, Papinianus à pręcedenti diſtinctione
recedit, & illi aduerſante clauſula: ſed etiã ſi (in-
quit) cautum ſit, vt ſola pecunia non ſoluto ho-
mine debeatur, idem defendendum erit quoniã
voluntas fuiſſe probatur: hoc eſt, probari à Iuriſ- D
conſultis, & ex argumento Sabini voluntatem
contrahentium ita eſſe, vt homo ſtatim ſoluatur,
aut pecunia petatur. Nec nouum videri debet, ſi
ab opinione, quam ſemel probauerit, recedit in-
continenti Iuriſconſ. nam & id alijs locis factum
plerunq; vidimus [b], quos enumerare nunc nõ va-
cat, nec operæpretium eſt. Et hęc noſtra declara-
tio non probabilis ſolùm eſt, ſed etiam neceſſa-
ria, cùm aliter finis legis rectè interpretari non
poſsit: & cum veteres interpretationes firmiſsi- E
mis argumentis Aret. reprobet, & iuniores ſecu-
ti ſint. acquieſcam interim hac in parte eorum la
borib. Videndum eſt, num ſat rectè ipſe Aret. &
eo prior Iacobus Puteus, atq; id genus alij decla-
rent: & eorum ſententia eſt, verſiculum hunc vl-
timum in ea ſtipulatione loqui, quæ à pactione
procedat. Quam ſententiam Accurſij gloſſema-
tidion [c]. quoddam attigit, licet nõ probet, & me-
ritò: contextis enim ibi verbis repugnat, in qui-
5 bus per ablatiuum abſolutum loquendo, † con- F
ditio denotatur: non enim aliud eſt, pecuniam
nõ ſoluto homine [d] promittere, quàm ſi ita inter-
roges, Si hominem non ſolueris, promittis pecu
niam? ſed & cùm aduerſatiuè verba in illo verſi-
culo proferantur, ſicut in præcedenti, agere cùm
à conditione cœptum eſt, poteſt. Ita & in ſequen
ti dicendum opinor: quoniam aduerſatiuæ vo-
cis, ſed & ſi, natura hoc requirit [e]? prętereà ſi à cõ-
uentione inciperet ſtipulatio, ſola pœna in obli-
gatione non eſſet, quod Iuriſconſ. ipſe affirmat.

a Not. in l. ea tamen. de leg. iij.
b In l. fi. ff. de cond. ſine cauſa. l. duobus. de lib. cau.
c In verb. defendendum.
d l. acceptis. ff. de cond. & demonſtr. Iaſ. in rubr. ff. ſolut. mat.
e Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Alex. in l. filius à patre. de lib. & poſt.

CAPVT XII.

Pœnalem ſtipulationem præcedentem nõ nouare, & quo tempore ex ea agi poſsit.

SVMMÆ.

1 *Pœnæ non nouari. 3.*
2 *Nouatur facti ſtipulatio.*
4 *Pœna petendæ tempus.*

TRACTATVR. Et † in eadem 1
Iuris ciuilis lege profuſiſsimus ar-
ticulus: quibuſnam caſib. pœnalis
ſtipulatio præcedentem nouet, &
quibus non nouet. Qua quidem
in quæſtione etiam tredecim varias Doct. opi-
niones enarrare poſſem: ſed quoniam id inutile
ſemper duxi, quid ipſe ſentiam breuiſsimè effa-
ri operæpretium fore arbitratus ſum. Tenēdum
itaque, priorem ſtipulationem per pœnam nun-
quam nouari, & hoc efficaci ratione: nam cùm
pœnalis ſtipulatio fauore ſtipulatoris apponat,
ne quod ſua intereſt, q̃ in principali ſtipulatione
tractata ſunt, minùs eſſe facta, probare (quod dif-
ficilimum eſt) illi neceſſe ſit [f], quónam pacto di-
cemus fieri nouationem? In ſtipulatione † tamen 2
facti, quia fauore debitoris lex ſolum id, q, inter-
eſt, vult pręſtari [g], quod quidem per adiectionem
certæ pecuniæ ad liquidum perduci cenſetur, fit
nouatio [h]: quia hoc caſu de ſolo ſtipulatoris fauo
re actum videri non poteſt. Idem cùm quis penũ
legat, & ſi hæres penum non dederit, centum: vi-
detur enim teſtator hæredi quoq; voluiſſe conſu
lere [i]. quòd † ſi dixerit pœnę nomine centum, ex- 3
preſſa pœnę mentio arguit, ſolùm legatarij fauo-
rem in teſtatoris animaduerſione fuiſſe, meritò
tunc nouationi locus non erit: quòd & Bal. pro-
bat [k]. Sed dubitauerit quiſpiam, quo potiſsimũ
tempore fiat hęc transfuſio, ita vt agi ad † pœnam 4
poſsit. Ipſe crediderim poſt interpellationē ex
modica intercapedine ad pœnam actionem cõ-
petere: ſed promiſſorem vſque ad litis conteſta-
tionem [l], quod in principali debebat, facultatem
ſoluendi habere, purgabitq; illuc uſque † moram: 5
tametſi Bartolus transfuſionē fieri neget, donec
lis conteſtetur: ſed intelligendũ de ea puto, quę
ineluibilem moræ notam patitur. Et hæc ſatis.

f l. fin. de præſc. ſtip.
g l. ſtipul. nõ diui. verſic. Celſus de verb. oblig.
h l. obligationũ ferè. §. fi. de act.
i l. ſi. penũ. quãdo dies leg. ce.
k Bald. in l. j. C. de his q̃ pœn. no.
l l. inſulam. de verb. oblig.

CAPVT XIII.

In ſtipulatione, per te neq; per hæredem tuum fieri, ſi plurium hæredum vnus contrà faciat, inſolidum cõtra omnes pœnam committi: & aſsignata ratio, cur in ſtipulationibus dandi, teſtator vni hæredum quærere non poſsit, in factis contrà.

SVMMÆ.

1 *Hæredes inſolidum vno contrà faciente teneri. 3.4.*
2 *Hæredibus ſingulis vſum quæri.*
3 *Stipulationem pro conceptu in ſolidum, aut pro parte committi.*
7 *Obligationis hæreditariæ, & nouæ diſcrimē & effectus.*
9 *Facta non tranſmitti.*
10 *L. fi. C. de fideicommiſ. ſenſus.*

EST & perquàm difficilis quæſtio: 1
Si quiſquã promiſerit † neq; per ſe,
neq; per hæredē ſuum fieri, quo mi
nus ire agere liceat: ſi vn9 ex pluri-
bus hęredibus cõtra q̃ cautum ſit,
fecerit, obligentúrne pro hæreditaria portione
omnes,

omnes,an insolidum ? & Bartolus,cæteriq; om-
a l.iiij.§.Cato.ff. de verb.oblig.
nes,ex celebratissimo[a] Catonis responso ꝓ.hæ-
reditarijs portionib.teneri tradunt. Verùm con-
trariam sententiam probabiliorē esse, quandoq;
in scholasticorum corona defendi : inter cætera
hoc quoq; argumento,dum in vj.quęstione Bar-
tolus,communiterq; alij eam regulam probant,
in obligatione,quæ ad hęredes non transit, si sti-
2 pulator †hæredis mentionem faciat,illis in soli-
dum acquiri : quamobrem si mihi, & hæredibus A
meis vsum stipuler, singuli in solidum hæredes
vsum habent,non quidem transmissum,sed inci-
piente in eis nouo iure.Item si sub pœna stipula-
3 ti vtrinq; simus,†neque nos, neque hæredes no-
stros offendi : & vnus ex tuis hęredibus,ex meis
vnum offenderit,insolidum stipulatio commit-
b In vij. quæst.
tetur[b]: cùm aliquem nō offendere personam re-
spiciat,nec ad hęredes transmittatur.Neq; dixe-
rit quisquam,prędictam stipulationem per te nō
c In l.ij. versic. contra de verb. oblig.
fieri,ad hęredes transire[c]:quia licet hoc adfirmā- B
dum sit,cùm pro iam constituta seruitute conser
uanda agitur, tamen alijs casibus minimè,quos
illa stipulationis verba compræhendunt. Et ne ra-
tionibus tantùm recentiorum sententiam hanc
comprobemus ex huiusmodi stipulatione inso-
lidum omnes hęredes teneri,Paulus Iuris auctor
d In l. hæredes. §.in illa fam.erciscund.
scripsit[d].Quapropter familię erciscundę iudicio
præstādam cautionem,ne factum vnius damno-
sum cæteris sit.At huic argumento respondet A-
e In d.l.ij.§.itē si in facto.
retinus[e],insolidum hęredes teneri omnes simul, C
non singulos : quod sanè perquàm durum est, &
f In d.§.Cato.
cauillo nō caret,vt Socinus[f] nequaquam id pro-
bans,soli rationi,quàm Iuriscōsultus adfert, ad-
hæserit.Sed & ipse non intellecto textu,sat infe-
4 liciter.Nam†etiam si finem attenderimus, vnius
facto omnes tenentur : quoniam licet vnus tan-
g l.in executione.§.quòd si stipul.de verb.oblig.
tùm prohibeat,stipulator tamen in totum prohi
bitus est[g]: ergo insolidū omnes obligari debent.
Ipse igitur vt nodos hosce extricem, plurimum
5 †referre existimo,an simpliciter, per me non fie- D
ri quo minus tibi ire agere liceat,stipulemur, an
vero adiecto successoris nomine,per me nec hæ-
redem meum fieri,&c. nam priore casu pro por-
h d.§.Cato.
tione hæreditaria[h] pœnam committi fatendum
est,posteriore non æquè : rationemq; illam esse,
6 quòd xij. tabularum lex obligationes†diuidat,
quæ à testatore in hæredem transmittantur, non
quæ ab hæredibus ipsis incipiant : nam hęredes
ipsi in obligatione hoc casu principales sunt : &
in confesso est, in princicipalium personis eam E
i l.tutor.§.Luc. de vsur.
legem cessare[i]: quoniam plus delinquit qui in
principali contrà facit,quàm si illi quę transfun-
7 datur,obuiam quis eat[k]. Quoties igitur†aliquis
k Ias. in vj.no.
hæredes nomen exprimit,illi stipulari intelligi-
tur,mortuoque testatore,quæ eius erat, obliga-
tio extinguitur, & noua in hæredibus incipit :
l Bar. in l.stip.ista.§.si quis ita. de verb.oblig.
quod nec Bartolus[l] ipse,puto,negauerit. Hoci-
taque casu nihil le.xij.tabularum nouatum est.
Nec mirum fuerit, mitius in obligatione trans-
missa agi,quàm in noua agatur. Nec quicquam F
obstābit, si fatebimur huiusmodi obligationem
hæreditariam esse : quoniam licet aliquo modo
verum id sit, lex tamen xij. tabul. eam hæredi-
m Imol. in d.l. cōtinuus.§. fin.
tariam solùm diuidit , quæ transfunditur[m],
non quæ noua incipit,cùm strictè loquendo vix
sit,vt eam hæreditariam concedamus.Et hoc ꝓ-
loquium si (vt certè est) vti verum defendatur,
Bart.quoque sententia,vt hæredem hæredes of-
fendens casu,quem suprà retulimus, in solidum
omnes obliget,sustinebitur : quamuis non parū

multi in ea septima quęstione aduersi eant. Tum
& efficax ratio, cur in stipulationibus dandi te-
stator vni hæredum acquirere nō possit, in factis
contrà reddi poterit. Nam cùm obligationes† 8
dandi ad hæredes transeant,tametsi testator vni
stipuletur,legis dispositione etiam ad alios trās-
feruntur: sed in factis,†cū ea ad hęredes non spe- 9
ctent,si vni eorum quisquā stipuletur,non trans-
mittitur obligatio, sed vti nouum ius in eo cui
stipulatum est,incipit,& idcirco alijs non com-
municatur.Sensitq; ita esse Petrus Aureliæ Gal-
licus[n] interpres : quamuis Bartolus fortissima,
n In d.l. continuus.§.fin.
vt sibi visum est,ratione in contrariā abeat. Nam
demus,inquit,hoc,necessariò etiā concedemus,
posse aliquem extraneo stipulari, cùm hic hæres
pro parte tantùm hæres,in cætero extraneus to-
tam obligationem acquirat, eo etiam respectu
quo est extraneus. Verùm Bartoli rationem alij
probent,nequaquam ipse eam probauerim,cùm
potuerit hæc stipulatio in portione ipsius hære-
dis computari,quo facto in eā nō erit extraneus.
Poterit † & vti legatum, præceptióue censeri : 10
nam si hac ratione nihilominus quisquam lega-
tario, fideiue cōmissario stipulari in totum per-
mittitur[o], quantò minus hæredi?
o l.fin. C. de fideicom.

CAPVT XIIII.

In promissione facti, quamuis litis ordinationem respiciat, si in vna contrà fiat, in solidum pœnā committi nec obstare exceptionem.

SVMMÆ.

1 *Pœna indiuidui solutam partim omnino committi nec excipi.* 3.

Affinis præcedenti tractatui est alia
hæc dubitatio : si †Stichum, Ero- 1
tem,Damam sistere promisero, &
si non fecero, pœnæ nomine cen-
tum : duobus statis,num in solidū
pœna committatur. Et committi proculdubio
est[p].Sed si pro rata portione pœna offeratur,agē-
p l.si seruus.ff.si quis cau.
ti obstat exceptio. Bartolus[q] id fatetur in omni-
q Bart.in.§.Cato.in x. opp.
bus factis procedere, quæ litis principium, non
terminos respiciunt : quod vix est vt concedam,
cùm in stipulatione rati lex id non sinat[r], quę ta-
r d.§.Cato.
men potest pręparatoria esse[s]: alioquin maximè
s l.j. C.de proc.
coactaretur legis dispositio : quin & in prædicta
stipulatione de sistendo, pœnam etiam †cum ef- 2
fectu committi iure probatur[t]. Nec Bart.sine ca-
t l.si is qui cen. §.cum ita. ff.de rebus dub.
uillo respondet, cùm eadem verba in vna lege
iudicium respicere,in alia verò minimè[u], tradit.
u In d.l. si seruus in §. cum ita.
Sed & fortasse imperitius Baldus iunior, & Ia-
son,dum alibi sub conditione promissum, alibi
sub pœna testantur, quasi pœna sub conditione
addi non soleat. Quamobrem Petri † Aurelia- 3
nensis sententiam ipse defendendam credo. Is
arbitratus est,si vnum factum indiuiduum in ob-
ligatione sit,si pars non præstetur, omnino pœ-
nam committi, nec exceptionem obstare si duo
vel tria sint : secùs est,cùm licet cōceptione ver-
borum stipulatio vna sit[x],verè tñ plures sunt : &
x l.scire debemus.de verborum oblig.
hoc verum, nisi stipulatio copulatiuè concipia-
tur, quia eius natura cuilibet insolidum actus
tribui solitum est[y].Et hac breuissima interpreta-
y Socin. in d.§.cū ita.in ij.notab.
tione ingens chartarum aceruus hallucinan-
tium hoc sensu Iurisperitorum ex
albo tollendus
est.

CAPVT

CAPVT XV.

Cur stipulatio annua sit vna : legatum annuum tot contineat legata, quot præstationes sunt.

SVMMÆ.

1 *Stipulationem à legato multiplicatione distare : caussæ verior.* 3.

1 Si in†singulos annos centum[a] dari
a l. si in singulos. de an. leg.
stipuler, vna est hæc stipulatio : si A
eandem quantitatē quotannis le-
gauero,tot legata sunt, quot præ-
stationes : primumq; simplex erit,
quæ sequetur,conditionalia[b].Huius differentiæ
b l.si Stichū.§.fi. ff.de ver. oblig.
ratio quæ sit, iuris interpretes nostri varijs mo-
dis differunt : & quidā cùm legata propter lega-
tarij beneficia fiant[c],& ab mente testatoris acci-
c l.nec adiecit. pro socio.
piant vires,necessariò cōditionalia esse tradide-
runt : cùm is defuncti animus fuisse pśumatur, vt
legatarius donec viuat,legato fruatur. Conditio B
itaq;, si viuat,omni anno suberit,suspenderetq; in-
terim dationem : at in stipulationibus aliter, cū
in eis verba[d],non legatarij merita attendantur.
d l.quicquid.de verb.oblig.
Sed hęc ratio parum quenquam mouere debuit,
cùm etiam si stipulatus sim x. quotānis si vixero,
vnā tamen sit stipulatio. Nec solent conditiones
ex vna plures stipulationes facere : neque ratio
ipsa affectionis pręsentē casum satis respicit. Er-
go alij introductū existimant, quoniā in stipula-
tione stipulator ipse sibi prouidet : in legato non C
2 legatarius,sed testator agit: factū igitur†propriū
plus alieno iuuat. Verùm nec hoc satis probabi-
le est,tum quia nec hinc necessariò sequit, vt di-
uersitas hęc debuerit iure approbari : tum etiam
quia in interpretationibus dubijs magis legata-
3 rio quā stipulatori solet cōsuli[e]. Quare aliter†e-
e l.semper. de regul.iur.
go respondendū censeo : in stipulatione em̄ quā
f l. in conditionib ff. de cond. & demonst.
maximè operantur verba, in legatis voluntas[f],
& præstatio : quocirca cùm in proposito casu sti-
pulationis verba ita cōcepta sint, vt vnum dictū, D
vnāmue formam compræhendant, vna est stipula-
tio : in legatis verò non verba, sed præstationes,
quæ plurimæ sunt, & voluntas,quæ multas da-
tiones ordinauit,considerantur.

CAPVT XVI.

Legitimatio quemadmodū fauorabilis odiosáue sit : et vulgata quædā quæstio aduersus neotericos defensa : & noua alia præterquā quisquā opinaretur enucleata. E

SVMMÆ.

1 *Spurios,& incœstos simul legitimat Palatinus.* 5.
2 *Fauorem, odiumue pro re censeri.*
6 *Fauorabilis odiosusq; actus idem esse potest.*
7 *Legitimandi forma.*

1 Qui potestatē†legitimandi spurios,
vel incestos,à Principe habeat, qri-
tur,an eum possit legitimū facere,
qui vtraq; nota famosus sit.Et quo- F
niā quęstio hęc plenissimis chartis
per recētiores explicatur, ea censeo in medium
adferri debere,quæ veritatem quam breuissimè
ostendant,alios tamen prætericrint.Igitur in pri
mis hoc attingendum,an legitimatio hæc (ita e-
nim nostrates loquuntur) fauorabilis sit,an tanq
odio non careat restringenda. Et Nicolaus Tu-
discus, quem Pontanus & Alexander probant[g],
g In l.ij.de ver.oblig. in c.at si clerici.de iud.
potestatē quidē ipsam fauorabilē esse,exercitiū
odiosum tradunt.Idemq; & Socino & Decio vi-

detur. Sed†hæc nos quam lōgissimè à verò abes- 2
se opinamur : tum quia ex effectu[h] videtur iudi-
h l.j.sol.mat.
candū,an res fauorabilis vel odiosa sit : sicut dos
i l.j.§.& generaliter. de vent. in poss. mit.
est fauorabilis ꝓpter filios,venter parturiens re-
spectu infantis[i]: tum etiā q, cùm potestas ꝓpter
k Arg.l.si argēto.ff.de aur.& arg. Bart.l.constitutionibus.ff. ad municip.
exercitium cōcessa sit,exercitij naturam habere
debet[k]: nam & hæc facultas solo Cæsari in su-
premæ maiestatis signū congruit : ergo si cuiquā
demandetur,†odiosam esse fatebimur[l],sicut de- 3
legata à principe iurisdictio,& potestatis & exer A
l cap. quod ad translationem. de offic.leg.
citij ratione restringitur[m]. Reijcienda igitur,ex-
plodendaq; est huiusmodi opinio,adhęrēdumq;
ipsarum cōstitutionū verbis : legitimationemq;
†ratione patris odiosam esse credendū est[n],quo- 4
niam quoddam quasi allicitū stupri, adulterijq;
m Bal.in c.gratum.de offi.de leg.
est: in filijs verò fauorabilis dicitur[o],cùm miseri-
cordia digni sint, qui alieno laborāt vitio,quam-
n l.fi.C.de nat. lib.
obrem secundum ea,quę proponuntur,credide-
o l.vj.distin.vn decunque.
rim filium huiusmodi vtrinque turpem legitimū
fieri posse : quam sententiam Bartolus,commu- B
niterq; ciuilis legis periti sequuntur, tametsi ra-
tiones minimè efficaces allegent. Igitur† si quis- 5
quam plures filios spurios,& plures incestos ha
beat,poterit Palatinus Comes dubio procul om
nes ex duplomate legitimos facere : quantò ma-
gis igitur vnum duobus contractum næuis[p] ?
p c.per venerabile.n.vbi Abb. qui filij sint legi
quamuis ergo respectu patris concessio odiosa
sit,tamen cū in proposito casu is minus delique-
rit,hoc admittendū est : respectu verò filij quam-
uis minor sit ratio (etsi enim quoscunq; simplici C
culpa læsos restituere poterit,non ideo eum re-
stituere debet,qui dupliciter deturbetur)tamen
cùm legitimatio fauorabilis sit,his casibus extē-
detur[q]. Nec†absurdum est,eandem dispositio- 6
nem diuersis modis fauorabilem & odiosam es-
q c.fin.de simo.
se[r]: siquidem fatemur omnes, legem qua liber-
r Gl.& scrib. in l.ij. C. de in ius voc.
tus patrono honorem exhibet, ratione patroni
fauorabilem,& ideo etiā ad hęredem eius extra-
neum produci : ratione liberti odiosam, vt eius
exteri hæredes non compræhēdātur : & hæc qui- D
dem vera esse ipse crediderim. Cęterùm cùm fre-
quentiore calculo probetur,legitimationes†ge- 7
neraliter fauorabiles esse[s], dispensationes † verò 8
s Bart.& alij in d.l.ij. de verb.oblig.Dec.in d.c.at si clerici.
quoniam omnino ad legitimam natalia non re-
stituant,odiosas : de facto interrogatus,cùm Pa-
latinus legitimandi concessa sibi potestate quē-
dam dispensasset,respondi,dispensationem non
valere : quoniam cōcesso fauore legitimandi,nō
sequitur,potuisse eum dispēsare, quod odiosum
t In cōsi. Franc. de Curt.consi. xviij.
est,& difficilius præstare solet[t]: videbanturq; ea E
verba,quæ dispensationem inducebāt,reijci de-
u Bart.& Aret. in l.impossibilis.de ver.oblig.
bere,remanereq; talem merè legitimatū,& id ex
regula,quamtunq; dispositionem sub modo im-
possibili factā valere,modū†abijci[u].Huiuscemo- 9
di†em̄ concepta verba ꝓponebantur : Legitimo 10
te ita, vt in eis tantùm succedas bonis,quæ tuus
volet pater. Sed hoc licet summo iure defendat,
per q̄ durum est, & diffusiore indigeret tractatu.

CAPVT XVII.

Quid in causa sit, vt vsusfructus diuisionē admittat, vsus verò sit indiuiduus : improbatæ aliorum rationes, & noua adsignatur. F

SVMMÆ.

1 *Vsumfructum diuidi,non vsum.rationes : verior.* 3.
4 *Diuisionis nescium inextimabile.*

Cur vti frui pro † parte possumus, vti 1
non possumus[x]? an quod vsus ex vsua-
x l.vsus pars.ff. de vsufr.
rij necessitate penditur,& ideo incert-
est :

est: sed in vsufructu secùs? quod quamuis repu-
gnante Bartolo[a], minimè concesserim, cùm ali-
menta personæ necessitatem respiciant,& tamẽ
diuisionem admittant[b]. nec maior est incertitu-
do hoc casu,quòd vsurarius & familiam & hospi
tem alat,cùm etiam alimenta & Titio,& eius fa-
miliæ legari possint[c]. Quid enim si vsus fundi
legatus sit,vt solus paterfamiliàs vtatur? Nec in-
certitudo sat firmum argumentum prò Bartolo
2 est,cùm & facta† omnia incerta sint,quædam ta-
men diuisionem admittant[d].An ergo quod alibi
traditur, vsum indiuiduum? quia cum realibus
seruitutib. indiuiduis maxima similitudine cen-
setur[e]: sed certè maiorem cum vsufructu commu
nionem habet, qui tamen separationes recipit:
etsi nec iure quisquam probauerit, indiuiduam
dici rem, quia indiuiduæ in quibusdã simillima
sit[f]. An igitur veriùs, quod communi sententia
Baldus,Ioannes Imolensis,Pontanus, & alij tra-
dunt, vsum necessitatem personæ respicere?
quamobrem portiunculam non id pro rata ope-
rari,quod totum,cùm ex solius partis præstatio-
ne nullus viuat,ideoque vsum non diuidi: quod
in vsufructu est contrà.Verùm hæc ratio ex eodẽ
alimentorum legato conuincitur. Item quid si
diuiti vsus relictus sit? viuet enim & ex eo, & ex
proprijs bonis.Item si pars vsus tam præpolleat,
vt vsuarium alat,quid iuris? nam etsi modici e-
molumenti sit,nec familiam,nec hospites admit
3 tet[g],solusque inde victitabit.an† igitur probabi-
liter noua ratione dicendum est, differentiam ex
proprietate verborum colligi? si quidem plus
est frui,quàm sit vti: quoniam qui fruitur, ple-
nissimam facultatem habet,non qui vtitur: hic
4 in itinere,ille in meta est[h]. Itaque† illud diuiduũ
esse nõ potest,quod ad æstimationẽ,vtpote rem
diuiduam[i] deduci non possit: quod in vsu est:
cuius ęstimationẽ si consideraueris,nõ vsum,sed
vsumfructũ feceris: quia pecunia in fructu est[k].

a l. stipulationes nõ diuidũtur.de verb.oblig.
b l.ij.§.fi.l.pecu. ff.de ali.le. Bar. in l Quintus.de aur.& arg. leg.
c l.cum alimenta.co. tit.
d l.iiij.§. Cato. de verb obl.
e Bart.in d l.stipul. non diui.
f l.quod Nerua. depositi.
g Arg. l. iij. de vsu.j.respon.
h l.plenũ. eod. tit. Valla in elegantijs. ccciij.
i l.ij.de verb.oblig.
k l.item quamuis.§.si vsus.ff. comm. diuid.

CAPVT XVIII.

Si sententiæ arbitri paritum non sit, pœnam statim committi, nec expectari quid bonus vir, ad quem proclamatum est, iudicet: & longissima quæstio aliter quã cæteri, breuissimè explicata.

SVMMÆ.

1 *Compromissum pœnale ad bonum virum non reduci. ex causis contrà.4.*
2 *§.Duo fratres.l.qui Romæ,enucleatur.5.*
9 *L.Rescriptum §.pe.& l.si vnus.de pact.conciliari.& 7.*
8 *§.Duo fratres.& l. sed & si. conciliatio.*
9 *Sententia nisi in casibus accessorio præiudicat.*

1 CVm tecum† litigarem, pacti sumus
arbitri iudicio negotiũ omne sum-
mittere: & vtrinque sub certa pœ-
na alter ab altero stipulatus est,bo-
ni viri arbitratu rem amplius non
cõmitti: dein cùm arbiter aduersus me pronun-
tiasset,perijssemq; arbitrium boni viri, qui prio-
rem arbitri sententiam probauit.quæritur,an ad
pœnam agere possis? & si agas, num contrà ex-
cipere,probareque possim, prolatum iudicium
iniquum esse? Et Bartolus posse existimauit, si
primam sententiam arbitrator confirmauit,quia
non probauerim: secùs si quia non iustè egerim:
communiterque ita iudicari solet.At angelus cũ
quibusdam alijs, omni casu exceptionẽ admit-
tendam existimarunt,alij verò alijs modis: tam-
que hæc quæstio frequens scripta est, vt vel xv.
pagellas opinionum relatione Alexan.[l] hinc in-
farserit.Sed nos ea omnia singulari ratione tolli
quandoque existimauimus, peccasseque in eo
Doct.quòd huiusce quæstionis principalem car-
dinem falsum esse non perspexerint: vt non mi-
rum sit si diruto(quòd aiunt)hypogæo,cœnacu-
la quoque,& pinnas ruere necessariũ sit. Siqui-
A dem in præsentem diem quotquot fuerunt recẽ-
tiores disciplina Iurisperiti, in promissione su-
prascripta pœnali existimauerunt tacitam con-
ditionem esse,† si arbiter iustè arbitratus sit:quo- 2
niam ea ferè mens est personã arbitri substituen-
tium,vt quia iustè eum iudicaturum sperent, id
faciant: non quòd vel immodicè grauari[m]. Igi-
tur expectandam boni viri sententiam credide-
runt,vt hinc cognoscatur,num arbiter ipse iustè
iudicauerit. Sed vereor,ne probata hæc passim
B opinio vera non sit,eo videlicet casu,quo pœnã
stipulati sumus:cùm vulgò soleat dici,metu pœ-
næ quoquo modo arbiter† ius dixerit parendũ 3
esse[n].Nam & si quis sub pœna,contra quàm cau-
tum sit,nõ facere promittat,& fecerit, quamuis
de iure,tamen pœna statim committitur, & qui-
dem certius,quàm si de facto tantùm contrà fe-
cerit[o]. quod igitur dictum est, præcedentem sti-
pulationem intelligi si arbiter iustè pronuntia-
uerit,nõ procedere fatendum est:cùm huiusmo-
C di stipulationi adiecta est pœna. Nec obstãt duo
argumenta,quorum prius ex auctoritate Scęuo-
læ vulgatissimum[p],si duo fratres de patris hęre-
ditate transigant,& sub pœna promittant trans-
actioni non contrauenire, & dein alter superstes
tanquam sibi per fideicommissum debita fratris
bona defuncti petat, non committi pœnam,nisi
lata contra eum sententia. Sed hoc ideo conce-
dendum est,quia dubium fuerat,an petens fidei-
commissum transactioni obuiam iret: quapro-
D pter expectanda fuit,quæ id declaret, sententia.
verùm in proposito casu mox certũ est, eum qui
ad arbitrium boni viri proclamat,contra stipula-
tionem facere,qua id expressim prohibetur: er-
go & confestim puniendus. Posterior argumen-
tatio minus quemcunque mouerit,cùm dicitur,
in compromissis nisi pars in dolo versetur,pœnã
nõ cõmitti[q]: nam in nostra dubitatione dixeris,
protinus eum dolosè agere, qui abstinere à bo-
ni viri iudicio, licet iustam causam haberet,pro-
E misit,& contrà quã spoponderit, petit tamen: i-
gitur fraude non caret[r].Et hæc quidẽ sine dubiò
vera esse profiteor, cũ pœna contemptũ senten-
tiæ arbitri vlciscitur: aloqui† si prius corã arbitra 4
tore litigauerim, poterimus boni viri arbitriũ e-
tiã requirere, quãuis pœna opposita proponat:
& hoc casu Doctorum varias altercationes posse
sibi locũ probabiliter vendicare, non diffiteor,
etsi maxima eorũ pars hanc differentiã non per-
spexerit:& hoc ideo, quoniã metu pœnæ arbitra
F toris sententię non statur[s]. Cæterũ quòd dixim[9],
† si duo fratres in diuisione pœnã promiserint,pe 5
tenti fideicõmissum non solũ obstare transactio-
nis exceptionẽ,sed etiã cõmitti pœnã: idque ex
Scæuolę sententiã,Accursius,& crebriore calcu-
lo cęteri,ita accipiendũ hoc existimauerunt,si a-
ctum sit vtrunque deberi,alioquin ad pœnã agẽ-
ti obstaturã doli mali exceptionẽ: quoniã Vlpia-
ni[t] respõso † traditũ est,si pacto subiecta sit pœnę 6
stipulatio,verius esse, vtraq; via vti posse eũ, qui
stipulatus sit: si tamen exceptione pacti vtatur,
æquum

l In l.qui Romæ §. duo fratres. de verb.oblig.
m l. si libertus de oper.lib.
n l.diem.§.stari. de arbit.
o Bart.in l.continuus.§. cum quis.de verb. oblig.
p §.duo fratres.
q l. de rebus. ff. de arbit.
r l. si procurat. §. dolo mãdati.
s Bar. Bal. Alb. de Rosa. in d.§. stari.
t l. rescriptum. §. pe. de pac.

æquum erit accepto eum stipulationem ferre.
Sed ego arbitror hoc in respõso ideo disiunctim
hæc iura competere,quoniam pactum præcedẽ-
tem obligationem ipso iure non extinguit[a]: at
7 in† Scęuolę responso transactio stipulationis ac-
cessione confirmata,præcedentem omnem ob-
ligationẽ extinguere videtur.Quo fit, vt disiun-
ctim accipi hæc iura nequeãt: quia cùm omnino
fideicõmissi petitio sublata esset, sequit̃ id actũ
vt pœna debeat̃,etiã si à persecutione actor sum-
motus sit: alioquin pœnæ stipulatio renuntia-
tione abolitum fideicommissum suscitaret,eiús-
que contrarium effectum operaretur, cuius cau-
sa solet induci.Dixerit aliquis, quomodo extin-
ctum fideicommissum arbitrabimur, cùm malè
pronuntiatum fuerit? Cui respondendum erit:
cùm pronuntiatum sit,quasi de hoc quoq; trans-
actum fuisset,talis sententiã pro veritatare habe-
tur,nec amplius quęrendum est,cùm dici soleat,
Rem actam ne agas.Hincque consequens est, vt
alius quoque obex submoueatur.Tradidit Scæ-
8 uola † ex ea sententia, qua à petitione fideicom-
missi actor reijcitur,committi pœnam,& de sen-
tentiæ veritate inquiri amplius non posse, quo-
niam præiudicium in accessorio pœnæ iudicio
faciat.Sed huic sententię aduersarij videtur Pau-
li responsum[b],quo tradidit,re vendita, & duplæ
pœna promissa,si venditor ab emptore petat,pos
se emptorem exceptione aduersus agentem vti:
quia quem actio euictionis tenet, eum agentem
exceptio[c] absque dubio summouet. quòd si eã
apposita nihilominus actor obtinuerit, saluum
erit emptori duplæ iudicium.Ecce quemadmo-
dum sententia in principali iudicio fauore acto-
ris lata,eum non adiuuat,quin conueniri ad pœ-
nam possit. Nec dicat quisquam,sequens iudi-
cium priori non aduersari,quod Alexander, Ia-
sonque existimauerunt: quomodo enim nõ ad-
uersatur,cùm sentẽtia fauore actoris lata arguat
exceptionem veram non esse? Bartolus actorem
à reo distinguit, idque nulla distinctionis ratio-
9 ne.Cæterùm nos aliter finiendam† rem existima
mus,atq; ita censendum: si sentẽtia exceptioni
oppositæ directò aduersetur,tũc siue absolutoria,
siue condẽnatoria sit,in accessorio iudicio præiu
diciũ facere: vt in Scęuolę respõso,in quo expres
sim traditur pronũtiasse iudicem, quasi de fidei-
commisso transactum esset: quapropter in pro-
posito Pauli casu,si emptor succubuisset expres-
sa causa, quia ab actore non emisset, præiudica-
ret sententia etiam duplæ respectu. Sed cùm ea
causa expressa non fuerit, interpretatio illa assu-
mitur,vt probationum defectu succubuerit[d]: vn
de in pœnali iudicio poterit probare ab actore
se emisse,quod in principali factum non fuerit.
Non igitur in responso suo otiosè Scæuola adie-
cit causa,quasi de fideicommisso transactum,ap-
positam fuisse: cùm alioquin pœna commissa
nõ fuisset,cùm item ex ea agenti obstaturã alio-
quin fuisset doli exceptio[e].

a l. si vnus.§. j. eod.tit.
b l. sed & si exceptio. de euict.
c l. vendicantẽ. vbi gl.ij. eodem tit.
d Bart l.Julian. verum. de cõd. ind.
e d.l rescriptũ.

CAPVT XIX.

Quæ sit ratio, quòd si interrogatio in contractu, qui sit verbis, præcedat, oritur actio, aliter non: & Bartoli communisq́ opinio reprobata.

SVMMÆ.

1 *Stipulanti statim respondentem obligari aliàs non, rationes. verior.3.4.*

CVR si interrogationem† inconti- 1
nenti sequatur responsio, ex stipu-
latu actio datur: si è conuerso,secùs
est: & quoniã pactum est nudum,
actionem non parit? Bartolus Ra-
phael,Paulus,Alexan.Iason, Socinus[f] in causã id
esse tradunt, quia si quis non interrogatus pro-
mittit,si eum,cui promittit, accepturum opina-
retur,fortasse non promitteret: quamobrem æ-
A quum non fuit, ex tali promissione petitionem
dari: sed si prius interrogetur quisquam vtrùm
daturus sit, respondeatque se daturum, iam ex-
ploratissimum habere potest, fore, vt si annuat,
stipulator acceptet: & idcirco efficaciter eum
obligari,iustum duxerunt.Verùm hæc ratio non
satis,me quidem iudice, vera est: nam cùm tibi
aliquid promisero,quod tuam vtilitatem respi-
ciat,si adsis,& taceas† tamen, te consentire legi- 2
bus præsumi expressum est[g]: quantò magis ipsi
B qui promittunt, considerare hoc debent? quid
enim si quis ex interuallo respondeat? quid itẽ,
si diligens quispiam,& cautus quid promiserit?
certè absque consilio quicquam ab eo promis-
sum fuisse dicendum non est,& tamen hoc quo-
que casu ex pacto non agitur.Accedit huic,quòd
etsi conuentione nuda, quotannis xenium tibi
spondeam,primamq; præstationem exoluerim,
non tamen ratione sequentium annorum agere
poteris: tametsi hoc casu dici non possit quic-
C quam incautè factum, aut existimasse xenia te
repudiaturum, cum primo anno, vel sequenti-
bus quoque quibusdam acceperis[h]: præsertim
cùm hoc casu quæque traditio nouum consen-
sum inducat[i]:nam & ex geminato pacto genera-
liter actio oriretur: quod tamen iure conceden-
dum non est[k], nisi animo constituendi secunda
pactio expressim concipiatur. Sed & omnino
validius ex Pontificijs decretis[l] conuincitur hęc
ratio, quæ dubio procul iniustè actionem ex pa-
D cto dari concessissent, si ab eo præsumeretur fa-
ctum,qui collegam crediderat non accepturum.
Quid igitur in præsenti articulo censendum? ni-
si † fortasse cùm de iure gentium siue interroga- 3
tio præcederet,siue non,pactio naturalem obli-
gationem pareret: Ius ciuile, quod aliam verbis
efficacissimam introduci volebat, eam appro-
bauit,in qua interrogatio responsionem præce-
deret: & hoc prædictæ rationis impulsu,quæ li-
cet(vt ostendimus)necessariò non concludat,ita
E tamen fieri debuisse,aliquo modo suadet. Qua-
propter quamuis ea quandoque cesset, stipula-
tionem tamen contrahi posse, sicut etiam si ad-
sit,quandoque non valere,dicendum est[m]: vt nõ
parum dubitem,an vera Bar.scripserit,qui stipu-
lationem quantitatis alioquin inualidam, secu-
to incontinenti nouo consensu, valere dixit[n]:
quoniam † interrogatio in stipulationibus re- 4
quiritur,vt eum,qui respondit,id animo se obli-
gandi facere,certiores reddamur: quæ quidem
F mens ex nouo consensu satis colligitur,quasi v-
bicunq; suasoria ratio pcedat,ibi & pcedere di-
spositionem dicamus, quod omnino falsum est.

f In rub.de ver. oblig.
g l.qui patitur. mandati.
h l.si certis C.de pact.
i l.Labeo. ff. de pactis.
k Ias. in l. si pacto. C.eod.
l c.j. de pact.
m l.j.§.sexum. de postul.
n In l.j. vers.sed cum adijcitur. de verb.oblig.

CAPVT XX.

Dispositiones legis à dispositionibus hominũ quemadmodum dignoscantur.

SVMMÆ.

1 *Actus hominum & legis differre.6.*
2 *Hæredem non nisi in hominis actu cæteros obligare;*

3 *Actus dignoscendi forma.*
5 *Conditionum tacitarum genera.*

1 OMinum † actus à legum dispositionibus multùm differũt, cùm ex generali regula, quòd legislator mitiores interpretationes acciat, tum pluribus casibus speciatim per varios Iuris professores varijs relatos locis, è quibus vnum exempli causa proponam. A
2 Si aliquis † deposita apud se ab amico re pluribus institutis hæredibus decesserit, quorum alicuius dolo malo res interuertatur, solùm qui dolo fecerit hæredem, insolidum teneri iure cõstat[b]. Huiusce casus rationem esse Paulus Castrensis, & Aretinus recentioresque quidam dixerunt[c], quòd huiusmodi hæres dispositioni legis contrafacit, quòd doli mali clausula non ex contrahentium conuentione in depositò deducatur, sed absoluto contractu: quamuis ab illis B nihil sit cautum, eam lex inducat, contractuique inesse velit. Nam si hæres iste ex pacisc entium facto teneretur, non se solum, sed ex suo delicto etiam cohæredes obligaret: quod omnium consensu in contractu stricti iuris expeditum est.
3 Sed illud declaratione eget, quemadmodum † dispositiones hominum à dispositionibus legum secernamus: & quæ de contractuum natura veniunt, vt in vini mutuo, quòd æquè bonum reddatur, ex dispositione legis venire per fictionem Aretinus[d] credidit, quòd, videlicet, fingatur C id à mutuante actum: hoc ipse nequaquam probauerim, cùm non ex fictione, sed ex præsumptionibus illud sit introductum: alioqui contra hanc fictionem probatio non admitteretur, quod dictu absurdum est. Nec admodum ad rem
4 facit, quòd præsumptio † legis, dispositio appellatur: quoniam id solum in firmissima illa præsumptione, quam iuris & de iure vulgò vocant[e], verum est: cæteræ legis interpretatione homi- D num dispositiones sunt. Ostendit hoc, dum conditiones † tacitas explicat Bartolus[f], quarum ex lege quasdam descendere testatus est, quasdam ex natura rei, ex præsumpta agentium voluntate alias, vt apertissimè ostendat eas sequentes à prima differre. Scripsit idem[g], legis obligationes esse, quæ præter pacisc entium voluntatem obligant, quæ verò ex voluntate præsumpta à lege introducuntur, non legis, sed hominis actus esse. Neque his contraria sunt, quæ ex eo- E dem alij in medium afferunt, dum diem, cui actioni, tutelæ, & percipiendorũ fructuum promissioni sit appositus, non hominis, sed legis dispositioni attribuit[h]. Nam cùm is dies ex partium voluntate nil capiat, non potuit illarum dispositioni deputari. Probatu id facilimum est:
6 quoniam (vt idem opinatur) ex aliqua † conuentione fieri non potuit, vt ante eam diem, quam lex statuit, tutelæ actio oriat: nos itaq; in his cõuentionibus loquimur, quas hominum voluntati liberas, lex reliquit. Illud tamen adnotatio- F

a l. Celsus. de arbitris.
b l. in depositi. ff. depos.
c In l. iiij. §. Cato. in v. opp. Bart. ff. de verb. oblig.
d In d. §. Cato.
e l. Vnica. §. accedit. C. de rei vx. act.
f In l. conditiones quæ extrinsecus. ff. de cõd. & demonstr.
g In l. stipulationes nõ diuiduntur. in vij. q. ff. de verborũ oblig.
h In l. ita stip. in j. quæst. de verb. oblig.

ne dignum, huic sententiæ videtur aduersari, quod quidam scribunt, & communiter affirmatur[i]: Si legis municipalis iussu cogantur aliqui compromittere, & mentione huius legis nõ facta compromissum sit, id non ex lege, sed sponte, & compromittentium voluntate censeri factum: vt inde non insubtiliter aliquis colligat, quæ dispositio & ad legem, & ad hominem referri possit, in dubijs ad hominem referendam.

i Alexand. in l. si quis maior. in prin. C. de rescind. actionibus.

CAPVT XXI.

Quæ dicantur facti, & quæ iuris, & intellecta l. si vnus. §. pactus ne peteret. aliter quàm cæteri faciant.

SVMMÆ.

1 *Factorum effectus.*
2 *Factum à iure dignoscendi forma.*
6 *§. Pactus ne pet. sensus.*

1 FActa † non præsumuntur, nõ transeunt ad hæredes, non quæruntur domino per seruum: ignorantibus ea, probabilem, & auxilio legis dignam causam præstant: multosq; alios effectus pariunt, longè & latè ab his quæ iuris sunt differentes. Discerni ea hoc modo quidam putant, vt corporalia facti quæ in corpus non coguntur, sint iuris. Sed cùm † crebrior Iu- 2 risconsultorum sententia sit, animum quæve in eo consistunt, facti, non iuris esse[k], sequitur vt ea declaratio falsa sit. Baldus fortasse rectiùs, qui in pace Constantiæ: Ea, inquit, de quibus sine probationibus non constat, in facto consistunt: qui probationibus nõ egent, articuli iuris dicuntur[l]. Quamobrem † interrogationibus quæ eos respiciunt, respondendum non esse, legibus cautum est. Ex his & illud clarissimè probatur, omnes contractus † esse facti, stipulationemque in pri- 4 mis[m], de qua admodùm dubitauêre recentiores, sicut & de possessione[n]: quod vt cõsiderato ipso tempore contractus, verum est, ita postquàm hi absoluti sunt, quod ex tali facto † oriatur ius, quãdoque iuris esse dicuntur. Nec his obesse potest, quòd in stipulationibus ius contineri, in pactis versari factum, lex dicit[o]: nam alium intellectum videntur ea verba admittere, quàm Doctores nostri pleriq; scriptis prodiderunt: nil enim † aliud 6 Iurisconsultum voluisse ipse crediderim, quàm in stipulationibus versari ius, id est, actionem: in pactis factũ, id est, exceptionem: nam actionem iuris esse ostendit eius definitio, nemini non cognita: exceptionem autem pacti, ne petatur, esse facti, Baldus[p] attestatur, & idem recentiores tradunt: quod & nos ea ratione sentimus, quoniam à iure naturali prouenit: & lex 7 ea quę solum iure naturali inducta sunt, facti esse interpretatur: quod à nobis latius eo libro declaratum est quem De quinque pedum præscriptione edidimus.

k Bar. & Scrib. in l. pro hæred. ff. de acquirend. hæred.
l Ornamento rum. ff. de aur. & arg. leg.
m In l. v. §. j. ff. de verb. oblig.
n In l. j. ff. de acquiren. poss.
o In l. si vnus. §. pact. ne peteret. ff. de pac.
p Bal. in rubr. extra de pactis. Iason. in l. auus. in ff. ff. eod.

ANDR.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARADOXORVM IVRIS NOSTRI CIVILIS LIBER II.

PROOEMIVM.

SCIO quamplurimos fore, qui nostris hisce inuẽtionibus non solùm aduersentur, sed etiam conuitiis insectari totum opus non erubescant. Verùm cũ palma in medio sit, illi vt lubet agant, probentque vel Chrysippeis acerris quicquid velint, dum eos solùm soriri iudices nobis contingat, q non multiloquio magis, q̃ rationibus moueãtur: nec tantum quid A nõ parum multi senserint, quantum quid rectè, quid procul à cauillo dictum sit, curent. Nam secundus hic quẽ auspicamur liber, dij boni quantum à frequentissimis illis Iurisper. opinionibus recedit, & bonam anni partem frustrà vulgò consumi, luce (vt arbitror) clarius demonstrat. Quãobrem non immeritò futuros arbitratus sum, etiam doctiores aliquos, qui me, tanquam à suorum turma transfugam, æquo animo vix ferant. Sed hos per cœlites testor, vt nõ tam inuentum, B quod certè controuersia aduersariisq; non carebit, quàm causam ipsam cognoscant: & reuulsis de pulmone quod in adagio est, veteribus auiis, tanquam si Bart. Alex. cæterorumque sententiæ præiudicium nullum facerent, legum ipsarum verba conspiciant, tuncq; id probent, quod à cauillatione aberit, & quod magis quadrare viderint. Nam si id factũ sit, non dubitõ, quin si omne punctum non feram, inuentionem tamẽ, vti laude dignam, bona pars probatura sit.

CAPVT I.

Mistum imperium mandata iurisdictione transferri, & quædam iure magistratus concedi, quæ decurionibus non competunt: probatq; Fulgosii sententia, & quidem generaliùs, quàm ipse prodiderit.

SVMMÆ.

1 *L. j. & ij. de offic. cui. explicari. j. 7. 8.*
2 *Imperium mistum mandari. 9.*
5 *Mandantur edicto contenta.*
6 *L. magistratus. sensus.*

a l. j. de officio eius, cui mand.

1 VRISCONSVLTI † Papin. verba 2 fuãt[a]: *Quæcunq; lege, vel S.C. vel constitutione principum specialiter concedũtur, mandata iurisdictione, non transferri: quæ iure magistratus cõpetũt, transferri.* Quę verba ita interpretãtur legum Dd. vt quę specialiter, hoc est, in signũ magnitudinis, dignitatisq; causarum conceduntur (ea autẽ sunt meri & misti imperij causæ) demandari nõ possint: aliæ verò, quę minimę iurisdictionis sunt, quasi iure magistratus competant, demandentur. Primumq; recentiorũ argumentũ, misti imperij causas non delegari, hoc ex textu deducitur, qui q̃ perũersè accipiatur, inferius ostendam. Existimo eñ dubio procul, mistum imperium iure magistratus competere: quæ sententia non solùm aliis rationibus, sed prædicto quoq; I.C. responso confirmatur, qui earum causarũ, quæ specialiter competunt, duo exempla referens, solùm meri impe

rij mentionem facit, vt si mistum eiusdem naturæ fuisset, certè eam rem, quæ longè dubitabilior erat, non sine nota silentio prætermisset. Nam † & si 2 Pauli in fine legis verba considerauerimus, dum imperium, qd̃ iurisdictioni cohæret, mandata iurisdictione transferri scribit, quid est quod aliud ibi q̃ mistum imperium intelligi dicamus? nónne id magis ea verba notant, q̃ modicam, quæ Accursij interpretatio est, coërcitionem? Nam & idem legis auctor Paul.[b] mandata, inquit, iurisdi- b In l. fi. cod. tit. ctione, etiam imperium, quod nõ merũ est, videtur mandari: quia iurisdictio sine modica coërcitione, nulla est. Contorquẽt hęc verba neoterici, & inuoluunt[c], vt de sola coërcitione intelligan- c Bar. in l. imperium. de iurisdi. tur quę verbalis est, & ad iurisdictionẽ minimam spectat, non de ea quæ qualemqualem pœnã in- om. iud. fert, & misti sit imperj, quod, quæso, quid aliud est, q̃ non interpretamentum quidem legi adferre, sed illi penitus aduersa prodere? cùm duplex tantùm sit imperium, merum & mistum. si mandata iurisdictione transfertur imperium qd̃ non est merum, certè mistũ transfertur. Quid hìc iurisdictionem minimam inculcamus? Probatur item quod diximus ex Ant. Imp. rescripto[d], q ad d l. cognitio. eo proconsulis Africæ suggestum: *Cùm*, inquit, *pro- dem tit. priam iurisdictionem legatis tuis dederis, consequẽs est, vt etiam de suspectis tutoribus posśint cognoscere.* Nã si mandata iurisdictione mistum imperium non transferretur, quõnam modo, quæso, esset consequẽs, C quod Imp. scribit? præsertim cùm ante illud rescriptum, cognitionem suspecti tutoris specialiter delegari permissum, non constet, sed potius tũm ex lege, tũm ex communi Doct. regula, contrarium prius fuisse, dicendum esset. Neque dixerit aliquis, in legato proconsulis illud tantũ procedere. cùm inde ad alios delegatos I.C. ipse ibidem argumentetur[e]. Sed & certè rationibus re- e l. j. §. j. de suspi. pugnat, quod cõmuniter proditur, vt causa quæ tut. intra ccc. aureos consistit, delegari possit: missio in possessionem, etiam si longè leuiorẽ pecuniæ in possessionem, etiam si longè leuiorẽ pecuniæ D quantitatem cõprændat, non possit. Accedit his, q̃, & vt bonorũ possessio detur, mandari posse, expressum est[f]: & Bart. cæterorumq; responsio non sine euidenti calumnia defendi potest, §. j. dum verbum, detur, intelligũt, id est, danda pronuntietur. Nec (quod Ias. mauult) magis probabile est, vt in bonorũ possessione tantùm, quæ summatim cognoscitur, generalia illa I.C. verba intelligantur. Cùm igitur his argumẽtis nostra opinio sat subsistat, videamus nũc quemadmodum aliis iuribus cõgrua sit, & principaliter declarandum est Papin. quod retulimus, respõsum. Dum ergo is † tradit, quæcunq; legib[g], vel S.C. vel con- 3 stitutione principũ specialiter concedũtur, non delegari: specialiter accipiendum puto, non in signum magnitudinis, priuilegiiq; causarum, vt perperam contra vocis naturã passim intelligitur: sed nominatim, & in specie. quæ autem hoc modo concedantur, non difficile fuerit edocere: & in primis merũ imperium, quod aliqua lege, puta Iulia, Pompeia, Cornelia: S.C. vt Silaniano,

f d. l. cognitio. §. j.

Turpilianoq; competit, non tam hoc, q̃ aliis re-
sponsis delegari prohibetur[a]. In misto quoq; im
perio quædã specialiter tribuuntur: vt alienatio
rusticorũ prædiorũ, quę diuorum Seueri & Anto
nini patris & filij oratione minoribus prohibe-
tur[b], nisi causa cognita fiat: quæ cognitio specia-
liter ipsi prætori datur. Quapropter demandari
nõ potest[c]. Est & super testamẽto relictis alimen
tis trãsactio vetita[d], præterq̃ si ex causa fiat: cuius
rei notio nominatim & prætori & præsidi conce
ditur: quamobrẽ delegatio in ea sibi locũ nõ ven
dicat. Idem & in datione tutoris[e], quæ quibusdã
magistratibus speciatim tributa est, idcircò peda
4 nei † arbitrio cõmitti nequit. Et hæc quidem in-
troducta sunt propter specialem quendã fauorẽ,
qui in illis casibus consideratur, vt est ꝑpter vtili-
tatem pupillorũ, & ex fauore alimentorum, sicut
merum imperium non demandatur propter pe-
riculum, quod in ea cognitione versatur. Et hæc
vera, cũ specialiter à lege, vel à S.C. constitutio-
5 neq; (vt Papin. ait) quicquam † conceditur. Cæte
rùm si ex edicto prætoris proueniãt, tametsi spe-
cialiter, tñ mandari possunt, vt missio in posses-
sionem ex damni infecti causa[f], & in bon. posses.
decretum[g], quod licet duumviris & magistrati-
bus municipalibus non competat, delegari po-
test. Nec enĩ eam declarationem admittendã pu-
6 to, vt quæ I.C. ait iure † magistratus competere,
iure magistratus municipalis, qđ vulgò dicitur,
intelligamus, cùm nihil hîc de municipiis dica-
tur: sed potius eam interpretationẽ probauerim,
vt quę conceduntur iure magistratus, id est, quæ
statim vbi quis in magistratum delectus est, puta
q; prætor, q; præses, q; proconsul factus, ex natu-
ra officij habet, delegari possunt: sicut ea q̃ spe-
cialiter nõ ex natura officij habet, non possunt.
Nã præterq̃ q; communis declaratio municipa-
les hîc ab re inculcat, ostendere quoq; possumus,
quædam municipalibus non tribui, quæ tamen
iure magistratus competunt: quod in bonorum
possess. de iure veteri est, quę vt dixi, quamuis de-
legari posset, ad duumviros non spectabat[h]: sicut
& restitutio in integrum, quæ decurionibus non
competit, & tamẽ demandari etiam antiquo iu-
re poterat[i]. Nec, quod quidam putãt, speciale id
dici potest fauore restitutionis: nam cur ex eodẽ
fauore municipalibus nõ est concessa? nónne e-
tiam magis faueretur, si lapsi per maioris indu-
striæ, auctoritatisq; iudicem restituerentur, q̃ per
pedaneum[k]? Nam & quędam ad municipiorum
magistratus spectant, quæ tñ delegatis abnegan-
tur: vt putà ius fustium ictibus noxios subiicien-
di[l]. Et si in hanc sententiam ire voluerimus, argu
7 menta quæ Alex. Rim. aliiq; aduersum mouent,
facilè elidi poterũt: quale est illud, Mandata † iu-
risdictione consilium nõ posse exerceri à delega-
to[m]: nam consilium intelligi poterit ꝓ assessorũ
conuocatione, q adesse proconsuli solebãt, cùm
decreto aliquid expediendum erat, vt in aliena-
tione rei minoris, qđ suprà ostendimus speciali-
ter præsidi vel prætori commissum: hocq; sensu
integra lex eiusdem argumẽti erit. Quòd si cum
Accur. & cæteris auctoritatem manumittẽdi in-
telligamus, illud ratione ineuitabilis damni veti
tum censendum est, cùm libertas semel data, re-
uocari non possit[n]. Potest & intelligi hoc tũ de-
mum procedere, cũ generaliter iurisdictio man-
datur: quoniam ob prædictam causam non cen-
setur in manumittẽdo translata cognitio. Quòd
si in specie de ea actum sit, transferri iure con-

a l. nemo. de regulis iuris.
b l j. ff. de reb. eorum.
c l. ij. de officio eius cui.
d l cũ hi. §. nec demandare. de transact.
e l j. de tuto. & cur. l. muto. §. tutoris. de tutel. l. nec mandante. de tut. & cur.
f l. iiij. §. duas. de dam. infect.
g l. fi. C. qui admitt. l. cognitio. §. vt bonorum.
h l. ea quæ. ad municip.
i l. fin. C. vbi & apud.
k l. non distinguemus. §. Iulianus. de arbit.
l Bart. in l. magistratib. de iur. om. iud.
m l. ij. de offic. eius.
n l. apud. de manu. vind.

stat. In restitutione enim in integrum idem fuis-
se veteri iure, legibus[o] traditum est. Est & aliud
nobis contrarium enthymema. Nam ex supradi-
ctis consequens esset, vt cùm coërcitio in corpus
specialiter defensoribus[p] concedatur, demanda
ri eius cognitio non possit: quod fortasse verum
est, & ita Fulgosio Socinoque videtur[q]. Quòd
& si hoc non admittamus, prædicta vel in maio-
ribus tantùm magistratibus intelligenda erunt:
A vel negandum ita specialiter defensoribus com-
petere, vt aliis non competat. Quòd si † propo- 8
natur, vel principẽ nominatim causam aliquam
cõcedere, vel iuris interpretem nominatim eam
alicui magistratui tribuere, non tamen prohibe-
ri eam demandari: dicendum est, cùm nos in ge-
nerali lege loquamur, non principis simplici de-
legatione, vel Iurisconsulti alicuius interpreta-
mento: quod quamuis vti lex obseruetur, lex ta-
men non est. Nam & prętor ex Iureconsultorum
B lectione, bonorum possessionem decernit: cuius
cognitio non idcircò minus delegari potest, ne-
que huic sententiæ secunda constitutio de peda-
neis iudicibus[r], aut Vlpiani in titulo de officio
proconsulis & legati, responsum[s] aduersantur,
quoniam ea passim nõ percipi sequentibus iam-
iam capitibus ostendam. Et hæc † vera opinor, 9
mistum quoque imperium transferri, cùm quis-
quam iurisdictionem suam mandat. Sed si cogni
tio respectu vnius causæ, vel articuli tantũ man-
C data sit, is præter eã nihil vlterius habet, & pro-
priè iudex datus dicitur. Quamobrem in eo man
dato † maiora expressis non veniunt, & huiusmo 10
di datus iudex ius exequendi non habet[t]: & ni-
hil contra contumacem moliri potest[u], quæ inte-
rius integro capite explicaturus sum, vt non im-
meritò Lernæam hydram tractatum hunc dele-
gationis vocauerim, quòd & tot exurgat ceruici-
bus, vt vna auulsa, altera non deficiat.

D
CAPVT II.

Lex, Placet. C. de pedaneis iudicibus. quem sensum accipiat, communisq; intellectus confutatur, & adscribitur alius longè probabilior.

SVMMÆ.

1 *L. placet. de ped. iudic. sensus. 2. 3. 5.*
4 *Merum imperium non nisi ex causis mandari. 6.*
7 *Iudicis criminalis officium.*

IMPERATORVM Diocletiani,
E Maximianiq; August. constitutio,
in tit. de pedaneis iudicibus, com-
prænditur, quam æquè difficilem
arbitratus est Bart. atque alia in to-
to Iustiniani Cod. sit[x]. *Placet* † (inquiunt August.) 1
nobis præsides de his causis, in quibus quòd ipsi non possent
cognoscere, antehac pedaneos iudices dabãt, notionis suæ exa
men adhibere, nisi vel ex publica vtilitate, vel ex causarũ mul
titudine impediantur. Quod non ita accipi conuenit,
vt etiam in his causis, in quibus solebant ex offi-
F cio suo cognoscere, dandi iudices licentia per-
missa credatur. Quæ verba cõmuni declaratione
ita accipiuntur, vt in causis quæ ccc. aureos exce
dunt, quamuis olim licentia dandi iudicem per-
missa foret, amplius nõ concedatur, nisi ratione
publicæ vtilitatis, &c. In causis verò, in quibus
iudex ex officio suo cognoscit, quæ sunt meri &
misti imperij causæ, nihilo magis ius delegandi
conceditur. Sed hæc expositio textui ipsi re-
pugnat: nam si in principio de causis loqueretur,
quæ vltra trecentos aureos constarent, cur opus
fuisset

o d. l. fin.
p §. audient. in auth. de defen. ciuit.
q in l. j. ff. si qs & à quo.
r l. placet.
s l. nequicquã. §. vbi decretũ. de offi. procon.
t l. à diuo. de re iudic.
u §. si verò. in auth. de exhi.
x l. placet. in j. C. de ped. iudic.

fuisset dicere eas delegari solitas, q; iudices ipsi
cognoscere non possunt, cùm hæ non solùm, si
non possent, sed etiam si non vellent, poterãt de-
legari? Quid item in hoc textu quicquam de cau
sis CCC. aureor. intelligimus? cùm distinctio il-
la ex Iustin. Cęs. lege reperta sit[a], qui longissimo
post Diocle. interuallo remp. administrauit: qua-
si ariolos, mathematicosq; illos Imp. credamus,
2 vt † legem secũdum eam diuisionem ediderint,
quæ penè CC. post annos introducẽda erat: quo
commẽto quid quæso est absurdius? Nam & cur
ex constitutionis verbis, quæ officium iudicis re
spiciunt, de mero imperio intelligamus? cùm ac-
cusationes ab officio iudicis separari frequẽtiore
calculo probetur[b]: tametsi Bart. ipse inconstans,
cothurni more, vtriq; sententię varijs locis adhę
serit. Sed & illud nequaquam admiserim, causas
CCC. aureorum per præsides cognosci posse, cũ
id Iust. expressim vetuerit, nisi in appellationis
causa, vt in auth. de defens. ciuit. habet. Et quòd
alibi hanc cognitionem pedaneis competere, ex
ordinarij iudicis mandato adfirmat[c], in vrbe tan
tùm Constant. locum sibi vendicat. Nam ea con-
stitutio de eius loci iudicibus solùm loquitur, q;
eius pręfatio indicat, nec Bart. fefellit. Quamob-
rem Guido Suzarius nõ immeritò à cõmuni in-
terpretatione discessit, & si illi (q; omnibus acci-
dere solet) faciliùs fuerit falsa cognoscere, quàm
3 vera reperire. Ipse † igitur aliter eum textum sic
exposuerim: vt quoniam solebant iudices merũ
4 imperium † delegare, tanquã quacunq; re occu-
pati, cognoscere non possent, vetant Imp. id lice
re, nisi ex duabus tantum causis non possint, vel
ꝑpter vtilitatem pulicam, vel ex negotiorũ mul-
titudine: Cæterùm, quia qui vnũ negat, aliud cõ-
cedere dicitur, videbatur[d] in causis misti imperij,
quæ q; specialiter tributæ essent, demandari non
poterant, indistinctè delegationẽ permissam, q;
5 legislator negat. Illa igitur verba †, ex officio suo
duplicem emphasim habent, & non solũ mistum
imperium significant, sed tale q; demandari non
poterat, cùm ꝓnomẽ illud, suum[e], personam re-
spiciat, creberrimeq; ei addatur, quod per alium
expediri non potest. Quo certè sensu nihil com-
munis sententia iuuabitur, qua mistum imperiũ
iure magistratus non competere, traditũ est. Po-
6 test etiam † probabiliter dici, cùm iure antiquo
propter absentiam, seu grauiores occupationes
causarum meri imperij delegatio concederetur,
restrictũ id ab Imperatoribus fuisse, cùm huius-
modi absentia seu occupationes ex causa publi-
ca, vel causarũ multitudine procedunt. In his ve-
rò, quę ex suo officio, id est, propria solicitudine,
solebant iudices cognoscere (sunt aũt hæ misti
imperij causæ, quas specialiter magistratibus da
tas suprà retulimus) neq; in prædictis casib. licet
iudicem dare: & differentiæ hæc videtur esse ra-
7 tio, quia in causis meri † imperij debet reus quã-
primùm[f] vel absolui, vel condemnari: & ideo si
præses sit absens, vel grauioribus negotijs impli
citus, iudicem alium constituere debet, ne inte-
rim ille fortè in carceribus de salute sua solicitus
diu expectet, quod in causis illis specialiter per
legem concessis, non est considerandum.

CAPVT III.

Communes declarationes in §. Vbi decretum à communi eruditorum ingenio abesse: quamobrem hîc interpretatus, vt debuit.

a §. & iudicare. in auth. de defen. ciui.
b Pet. Bald. Ias. Mod. in l. imperium. Bart. Alex. in l. iudex. de re iud. & ibi Imo. & Ang. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in ver. per accusa.
c §. audient. de iudicib.
d Argu. l. j. ff. de off. eius.
e Bar. in l. iubemus. C. de ero. mil. an. Bald. in consilio ccciiij. nobilis. in v. volu.
f l. j. de custo. reo. C.

SVMMÆ.

1 *§. Vbi decretum, sensus multiplex. verior 3.*
2 *Decreti, & sententiæ discrimen.*

VLPIANVS in tractatu † de procon 1
sulis & legati officio[g]: vbi inquit,
Decretum necessarium est, per libellum id
expedire proconsul nõ poterit: omnia enim
quæcunq; causæ cognitionem desiderãt, per
A *libellum non possunt expediri.* Hanc clausulam ita va-
rijs modis Accurs. interpretat, vt meritò Manlij
Seuerini sentẽtiæ locum fecerit, dum eius quod
multipliciter intelligitur, ignorari veritatem te-
status est. Siquidem Accur. definitiuam sententi
am absente parte ferri non posse, hinc quandoq;
credidit: quod quidem nil cõmune cum illis ver
bis habet. aliquando libelli dationem per actorẽ
nõ requiri: quod vti falsum mox improbat. quã-
doq; ea, quæ causæ cognitionem requirunt, non
B posse delegari ex illis verbis existimauit, vt per li
bellum iudicem delegatũ intelligamus: qui sen-
sus communiter approbatur, tametsi & Fulg. &
Ias. verba legis impropriè accipi fateantur. Et sa-
nè ridiculum est, libellum ꝓ iudice delegato in-
telligi, pręsertim cùm in huiusmodi delegatione
nec quisquam libellus requiratur. At alij aliter
intelligunt, miserabiliterque se torquent: nec ta-
men iniuria, cùm nodum ipsi in scirpo fecerint.
Quare vt ipse quàm clarissimè explicẽ, scire nos
C oportet †, decretum in hoc à sententia differre, 2
quòd ex ea regulariter aut absolutio sequitur,
aut condemnatio: in decreto solùm iudices au-
ctoritatem suam interponunt, & quod agitur, si-
bi iustum videri pronuntiãt. In his igitur causis,
in quibus decretum necessarium erat, solebant
partes per supplices libellos petere, vt iudex il-
lud interponeret. Sed quoniam quidam decreto
non interposito solùm libellis subscribebant, du
bitatum fuit, num id satis esset, eiusq; efficaciæ
D subscriptio esset, cuius decretum. Negat Iuriscõ-
sultus † subscriptionem eam sufficere: cuius ra- 3
tio esse potuit, quòd decretum interponi pro for
ma quodammodo inductum sit, requiraturq; so-
lenniter illud interseri[h]: & hoc qdem in his quæ
causæ cognitionem desiderant. Nam si de plano
& summatim cognosci opus sit, tunc ipsi præsi-
des † subscribere libellis poterunt, & illud offi- 4
ciũ adsessoribus suis permittere, seuerissima pœ
na prohibentur: quod secunda constitutione de
E assessoribus nominatim cautum est, vt Imp. Ca-
rini, Numeriani, lege de prædijs minorum, non
solùm nostra sententia optimè corroboretur[i],
sed & hac quam inter assessorum ordines inser-
tam diximus: tum & illo rescripto, quo subscri-
ptiones ad libellos datas, auctoritatem rei iudi-
catæ non habere traditur[k]. Et hoc sensu nihil o-
mnino ea sententia probabitur, qua testatum est
mistum imperium demandari non posse. Nam
etiam si alijs legibus constet, subscriptiones hu-
F iusmodi assessoribus non permitti, non tamen
consequens est, vt tota causa delegari nõ possit.

CAPVT IIII.

Causam missionis in possessionem ex primo decreto mandari posse.

SVMMÆ.

1 *Missio in pos. mandabilis.*
2 *Mittens re in poss. citet.*
4 *L. Properandum. §. sin autem reus. sensus.*

g l. nequicquã. §. vbi decretũ. ff. de off. procõ.
h l. minorum. C. de pręd. min.
i d. l. minorum.
k l. iudex. C. cõ. vel epist.

1 EX supradictis † in alia quoq; quæstione dubitatur, num causa missionis in possessionē ex primo decreto demandari valeat: & non posse frequentiori auctoritate approbatum est, & id quidem pluribus rationibus veluti cùm in hac missione necessaria sit citatio per edicta [a]. quæ tamen delegatis abnegatur [b]. quòd si præcedens prohibitum illis est, certè & in eo quod sequitur, idem dicendum
2 est. Verùm haud ipse † cōcesserim, in omni missione eiusmodi citationem requiri, sed in ea tantùm, quæ in reali actione fit, quòd plenum præiudicium pariat: nam & negari verisimiliter poterit, eam citandi facultatem iudicibus, quib. mandata est iurisdictio, non cōpetere, cùm prohibentes id constitutiones [c] in iudicibus datis, vel ab ordinario, vel ex sacra forma, loquantur: qui quidem dati iudices, diuerso iure ab illis censentur, quod sequenti capite declaraturus sum. Nam &
3 iudices † dati sententiam suam non exequuntur [d], & tamen illi quib. iurisdictio mandata est, exequuntur: cùm (vt diximus) mistum in hos transferri imperiū possit: sicut & huiusmodi iudices nihil aduersus contumaces posse nō diffitemur: cùm tamen alios mādata iurisdictione posse credam. nam etiam q. magistratus municipales hāc facultatem, nisi in speciali casu damni infecti, nō habeant [e], non propterea censetur idem delegatis vetitum, cùm & in hoc argumento demōstrauerimus, à vero cōmunem scriptorum sententiā recedere. Nec me etiam mouerit, quòd si reus cōtumaciter latitet, si iudex potest in possessionē il
4 li mittere, lege Iustiniani [f] iubeatur † tanquam illa potentiæ conditio delegatum respiciat. nam illud eo casu dictum est, quo contumax in quo litigat territorio facultates non habeat: qui enim illi poterit quisquā in possessionem mittere [g]? Possunt & ea verba in iudice dato intelligi. Sed quid in hoc ampliùs dubitem? cùm id expresso iure constet [h], & legis verba alij captent, alij manifesto errore coërceant, cùm etiam ex secundo decreto missionem mandari posse opiner? ita tamen si à iudice mandetur, nō si ex edicto iam defuncti pretoris, quisq̃ sibi id iuris arroget [i]. quam sententiam vt paulò audacius sequar, illud quoq; hortatur, quòd si quæ huic pronuntiato obstabant actiones, ex superioribus omnes sublatę, & quidem sine cauillo, videntur.

a l.iij.C.vbi rem actio. b Auth. qui semel.C. quomodo & quando. c §. si verò etiā. in auth. de exhi. reis. d l.à diuo. de re iudic. e l.iiij.§.si tam. de dam.infe. f l.properandū §.sin autem reus.C.de iudic. g l. extra. ff. de iuris.om.iu. h d.l.cognitio. §.vt possessio. i d.l.iiij.

CAPVT V.

Iudices dati, & ex sacra forma delegati, & arbitri iuris, aliaq; nomina, quantùm simul discrepent, quāq; maximos errores ex huius rei imperitia, nostri Doctores admiserint.

SVMMÆ.

1 *Iudicum genera.5.6.7.9.*
2 *Iudices dati, eorumq; potestas illis negata.*
3 *Iudicum datorum genera.*
4 *Iudices à principe dandi formæ.*
8 *Arbitros iuris variè accipi.*

COMPLVRA sunt iudicū nomina, diuersæ quidem dignitatis notæ, q̃ tamen à recentioribus ita implicātur, vt facilius qlibet Gordiani nodū explicare possit: & cū huius erroris sectatores, non existimatione solùm defendantur, sed & numero, vix tutò quisquam, & sine temeritatis argumento, quod eis aduersetur, dixerit. Sed quoniam perfricanda non impudéter, vt arbitror, à principio mihi facies fuit, & hoc q̃que adserere non pigebit. Septem itaq; ius dicētiū vocabula nobis explananda sunt: inter quos
1 † primas sibi hi iudices tenent, quibus mandata est iurisdictio, qui & ad plures causas delegati vt plurimū dicuntur [k]: his multò plura cōpetunt, q̃ iudicibus alijs pedaneis cōpetant. Nā quamuis iurisdictionē suam oēm mandare nō possint, iudices tamen dandi facultatem habēt [l]: siquidem
A vt Vlpianus ait, is cui mandata est iurisdictio, iudicē dare potest, vt sunt legati proconsulū. nec speciale id in legato esse, q. quidā opinati sunt, probauerim, cū dici soleat, ab exēplo regulā nō restringi: tū etiā q. & frequentissimè Iurisconsulti ipsi illos æquiparant: q. arg. omnino ineptum esset, si speciale quicq̃ in illis fore proponeret. Iudices au
2 tem dati, dicuntur etiā pedanei, quib. litis cognitio tantū, vel pronuntiatio, vel etiā vtrunq;, in vna causa concessum est: & hi eā tantū iurisdictionē
B habēt, sine qua mandatū cōmodè explicari neqt. Nā & qui eū dat, nihil, hoc casu ab se abdicare creditur [m]: quamobrē quandoq; dati iudices solum munere iudiciario fungi [n], quādoq; nihil habere pter iudicandi facultatē [o] dicūtur: hinc nulla dādi aliū iudicē licentia illis conceditur, & ab eorū sententia is q dedit prouocatur [p]. Quòd si duo dati sint, qui diuersi iudicauerunt, eorum sententias in pendenti esse, Modestinus [q] respondit, donec qui eos dedit competés iudex altera earum
C confirmauerit: nam & in possessionem mittere, nisi specialiter dati ob id sint, nō possunt [r], & sententiam suam exequi ipsi prohibentur [s]: quod, sicut & alia in eis, quibus mādata est iurisdictio, non procedit: & hanc iudicis dati interpretationem glossematum scriptor Albertus, tum Raphael Cumensis, Io. ab Imola, Io. an. Anania, Angelus, Aretinus, Socinusque [t] in appellationum memoria probauerunt, idemque Fulgosio, Pippo, & Andreæ Siculo visum est: vt non parum de nostro
D rum Doctorum diligentia plerunq; desiderem, qui tot autoribus enarratam rem in ordinarijs locis non attingunt, vt id solùm eos vidisse putes, quod quatuor annorum curriculo, in literarijs scholis legunt. quis enim dubitet, si ea quandoque aspicere illis contigisset, vel huius rei mentionem facturos? Ex † iudicibus hisce quidam 3
sunt, qui ex sacra iussione, vel forma dati dicuntur [u], nimirum quia accedente iussu principis, ab ordinarijs dati sunt. Huius rei potissimùm is mo
E dus erat: nam † si vnà duo litigaremus, & alter no 4
strûm mallet summatim, vel alio modo cognosci per supplices libellos, Imperatorem rogabat vt per rescriptum iuberet iudicem ab ordinario nobis dari, qui summatim, vel quoquo modo petitum fuerat, cognosceret, iudicaretque. Rescriptum illud sacræ formæ iussionisque nomen habet [x]. eas implorari à principe ante litis contestationem [y], passim conceditur: post litem contestatam secus est. & nisi à quæstore principis
F subscriptæ sint, contineantque & litigantium & iudicis nomina, nullum effectum habent [z]. Is ergo iudex qui ea forma datus est, nil vlterius habet, quàm cæteri iudices pedanei habeant: & ab eius sententia non quidem Imperator, sed ordinarius ipse appellatur [a]: solùm in eo distat, quòd alia forma quàm ordinaria procedere ex rescripto illi contingit. Sunt † & iudices ab impe 5
riali fortuna dati [b], qui in eo tantùm à cæteris principum delegatis differunt, quòd post eorum mortem iurisdictionem adhuc habent, cum. alioquin

k Gl. in l.j.§.qui mandatum. de offi.eius. in gl.j. l l.cùm prætor. §.is quoq;.ff. de iu. m l. à iudice.C. de iud. n l.fin.C.vbi & apud. o d.l.à iudice. p l.j.§.j.ff. quis & à quo. q l.duo. de re iu. r d.§. si verò etiam. s d.l.à diuo Pio. t in d.l.j.§.j.qs & à quo. Fulg. in l.solent. de iuris.om.iud. Pap. in d.§. his quoque. And. Sicu. in c.super.§.porrò. de offi. dele. u §.si vero. in authē. de exhi. reis. x tex. in §. oēm. versi. si verò. in auth. de litiga. Raph. & Alex. in d.l.a diuo. in prin. Alex. et Rimi. in l.ij. de iur. om.iud. y In authen. in med. litis. z in auth. vt di. iu. a l.fi. ff. quis & a quo. l.j.§.si quis in ap.ff. de ap. b l.fi.C.de iud.

alioquin iurisdictio nomine proprio delegantis concessa, eo mortuo, euanescat [a]: quòd si dignitatis vel alia perpetua, appellatione tributa sit, permanet: Imperialis enim fortuna nec vnquam perit, peritura've est. Leguntur & executores, quam vocem æquiuocam etiam Nicolaus Tudiscus [b] ostendit. Sed quod ad præsentem materiam attinet, quatuor enumerari significationes possunt, & in primis ordinarius quilibet iudex executor dici posset [c], quoniam is propriam sententiam exequendi ius habet: qua ratione & is cui mandata est iurisdictio, executor pariter dici poterit [d]. Sed & apparitores nuntiique iudicum executores sunt [e]: quorum duos quilibet iudex habet, desidiamque eorum simul & perfidiam
6 mulcta indicta, coërcēdi illi ius est. Quarta † species eorum iudicum est, qui ex municipali lege in causis executionum ius dicunt, quorum in iuris ciuilis corpore, mentionem aliquā fieri non arbitror: licet Raphaël & Iason [f] aliter opinētur, ex quibusdam scilicet constitutionibus, quæ ni
7 hil eam opin. adiuuāt. Traduntur † arbitri iuris,
8 qui electi à partibus † de aliquo articulo iussu ordinarij cognoscunt: vt si tecū litigem, petamque vt satisdes: quod cùm facias, nego fideiussores idoneos esse: ordinarius alicui, quem nos optauerimus, mandat vt eo in negotiolo disceptator sit, is arbiter iuris dicitur [g]: & huiusce sentētiam non solùm ex appellatione ordinarius rescindere potest, sed etiam non prouocatus corrigere: nam & si visum illi fuerit, sentētiás ipse exequitur [h], cùm ex eis agi possit, præsertim si in causa suspecti iudicis pronuntiauerint [i]: sed tunc iudex ipse, de cuius renuntiatione est actum, exequetur. Vulgò etiam arbitri iuris appellātur, qui legis municipalis iussu eliguntur. veluti si statutum sit lites inter agnatos sub compromissario iudice terminari, quo casu ab eorum sententiis prouocatio est, huiuscemodiq; iurisdictio magis delegatæ quā ordinariæ accedit [k]. Reperitur &
9 † quorundam iudicū mētio, quos chartularios [l] passim vocāt. cuius nominis ratio ex Hetruscorum consuetudine manauit: nam cùm eis in regionibus ex municipali decreto iurisdictionem tabelliones habeant, quotiescunq; alicuius contractus testationem scribunt, debitori mandant, vt intra tot dies æs illud alienū soluat: tanquam enim in confessum promissio illa semper paratam executionem habet. Horum iudicum mentionem in iure Romano esse non falsò abnuerim: nam & si Accursius, Baldus & Salicetus hoc sensu accipiendas eas leges [m] arbitrentur, quæ de his iudicibus meminère, qui iudicandi solam facultatem habent: rectius tamen ibi fuerit, eos intelligere, qui inter priuatos iurisdictionem spontaneam habent, qualis est procu
10 rator † Cæsaris [n]: mecumq; sentire demum Thomam Docium Senensem in l. ait prætor. §. si iudex. offendi, in rei iudicatæ commentariis.

a nota l.qui liberis. ff de vulgarib. & pupil. b Abb. in d.c. pastor. §. quia vero. c l fin.§.executores. C. vt nemo priuat. d c.si quis cōtr. de for.compet. e l.fi.C.de spor. l.lancinius. Co. de iudic. f in l.fin. C. de iudic. g l.arbitr. l.seq. [illegible] h l.fi. ff à quib. app. [illegible] i l.ageticum. l.fin.C.de iudic. k in l.fin. C de iudic. vbi Ias. l not. in l.rem non nouam. C. de iud. m d.l.fi.C.vbi & apud. in l.j. ff de iudic. n l.j. C. de ped.

CAPVT VI.

Meri imperij ius ipsum soli principi competere: eius exercitium etiam cæteris ordinarijs communicari: & cur illud delegari nequeat, noua ratio.

SVMMÆ.

1 *Imperij ius principi, magistratibus vsum competere.*
2 *L.j. de offic. eius cui. explicita.*
3 *Imperium variè accipi.*

CVM 300. † ferè abhinc annis Henricum Germanorum regem Bononiam venire contigisset, vigebant tum duo, maximi in nostra hac disciplina nominis interpretes Lotharius & Azo, discrepabantque inter se variis modis: & in eo præsertim, q. merū imperium apud solum principem esse Lotharius credebat, Azo etiam cęteris magistratibus proprium esse profite 1
A batur. Quamobrem deposito vterque ex sponsione apud sequestrum equo, regem ipsum adierunt, qui pro Lothario pronuntiauit, victorique illi ex conuentionis lege Azonis equus cessit. Verùm posteriores ita rem iudicatam damnauēre, vt maximo silentio quæstionē omnem texerint, solaque Azonis opinio sic probatur, vt neminem vnquam extitisse credibile videatur, qui in contrariam ire ausus sit. Verùm ipse vereor, num fortasse probabilior sit causa, quæ rei iudi
B catæ auctoritate defenditur, quòd videlicet magistratus solum meri imperij exercitium habēt, at ius ipsum in principe resideat: quæ sententia Papiani [o] verbis ad amussim quadrat, qui in vulgatissimo illo responso †. Videntur, inquit, erra 2
re magistratus, qui cùm publici iudicij exercitationem lege Iulia delatā habent, iurisdictionem suam mandant. hîc enim exercitatio delata (si impropria interpretatio absit) quid aliud significare potest, q̃ ius ipsum principi, exercitium a
C liis competere? nam & maiores illi magistratus nō alia de causa vbiq; administratores dicūtur [p], quàm ratione meri imperij, in quo solam administrationem habēt: quæ vox eum comprændit, qui alieno nomine non proprio agit: quod & Accursius in rubrica, de administratione rerum publicarum, libro Codicis xj testatus est: quamobrem & frequentissimè executores † dicuntur [q], 3
habereque misti imperij executionem, quod si propriè loquamur, merum factum demonstrat.
D In iuramenti quoq; formula, in qua ratio locutionis summa habetur, iurant magistratus, occasione traditæ administrationis, fidem se Cæsari seruaturos [r]: at traditionem, iuris translationem non respicere vulgò scitur. Azonem tamen communemq; opin. adiuuat, q. prætorem pro imperio suo agere [s], præsidem maximum imperium † post principē habere [t], præfectum Ægypti im 4
perium, quod illi datum est, deponere [u] legitur: quæ verba ius ipsum significare videntur: nisi di
E xeris imperiū, † iurisdictionemq; dupliciter ac 5
cipi, quandoq; pro ipso iure: aliquando pro iuris ipsius vsu tantùm & exercitatione [x]: & hoc casu prædictæ dictiones illæ interpretandæ sunt. Nam & iurisdictionem delegatam dicimus, quæ tamen alieno iure pendet, & merum vsum complectitur [y]. Validius igitur communiora iuuerit: quoniam si merū imperium nil aliud est, quàm potestatem animaduertendi in facinorosos homines habere [z], certè hæc potestas magistratib9
F tribuitur, quocirca & merum imperium habere dicendum est. Sed & hîc fortasse dixerit Lotharius: verbum, habere, latissimum esse [a], & respectu principis ius ipsum, in persona verò magistratuum exercitationem solam comprændere: sic vtroque modo definitionem illam intelligendam. quòd si hanc sententiam sequamur, in eo vtilis fuerit hæc quæstio, q. defuncto principe, magistratuū iurisdictionē, iudicio nondum cœpto, ratione meri imperij cessare fatendū fuerit: licet in eis quæ iure magistratus cōpetunt, aliter

o in l.j. de officio eius cui. p C. vt omn. iud. in rubr. & nig. q l.fin. C. vt ne priuat. r in auth. iusiu. quod præst. s l & si prætor. de offic. eius. t l.iiij. de offic. præsid. u l. j. de officio præt aug. x l.inter tutores de adm tut. Bart. y Bart. in l. imperium. in fi. ff. de iurisd. om. z d.l. imperiū. a l. stipulatio ista habere. de ver. oblig.

dici debeat, cùm & in illo non parua disceptatio
est [a]. Erit & inde consequens noua ratio, cur me-
6 rum imperium † in delegatum nó transeat: nam
cùm magistratus meram eius exercitationem ha
beant, alij demandare non possunt, cùm is, cui v-
sus relictus est, alium vsuariũ constituere nequẽ-
at [b]. Si quis verò fusiorem hui⁹ articuli tractatio-
nem efflagitet, diligentissimis oculis perlustret
nostros ad l.imperium.de iurisdictione omnium
iudicum commentarios [c].

a Mod.Ferr. in l.morc.in ij.no. de iur.om.iud.
b l.ij.de vsu.vbi Bald.
c versic. successiuè quærit Barto. vers.contrariam opinionẽ tenent.

CAPVT VII.

Quid sit merum imperium, Vlpiani definitio vera defenditur, & temeritate alij notantur, qui veriora quàm Iurisconsulti se tradere opinati sunt.

SVMMÆ.

2 *Imperium & officium iudicis diuersa.*
3 *Imperij meri definitio verior.*
4 *Gladium variè accipi.*

ADNOTATIONE digna nobis ea
quæstio visa est, qua de meri impe-
rij definitione dubitatur: & Bart. [d]
quem vti legalis reipublicę princi-
pem alij sequuntur, hoc potissimũ
modo finiuit, vt id iurisdictio sit, quę iudicis offi-
cio nobili expeditur, & vtilitatem publicã prin-
cipaliter respicit: q, tamen non satis verũ quan-
1 doq; mihi visum est: nam accusatio † i⁹ est ab of-
ficio iudicis nobili diuersum, vt Bart.Petr.Bald.
Angel.Ioán.ab Imol.existimauerunt [e], q, & recẽ-
tioribus visum est, & tamen illud imperiũ respi-
cit. Nam & in absolutione rei vtilitas principali-
ter agitur, quæ tamen ex mero imperio ꝓcedit.
2 quid enim si publica † aliquis ex occasione prin-
ceps in possessionẽ mitteret, vel bonorũ posses-
sionem decerneret. num ex hac ratione mero im
perio vti diceretur? q, perquàm absurdum est. Ac-
cedit his, q, & multa ex mero principis officio
proueniunt, quæ tamen huius imperij esse, legi-
bus non constat: vt, legum ferendarum potestas,
& tabelliones creandi autoritas, huiusmodiq;
duplomatum concessiones: nusquam enim, opi
nor, lectũ est, ea quicquam ad illud imperiũ spe-
ctare. quamobrem satis impudenter Bar. & id ge
nus scriptores faciunt, qui ipsi nouas finitiones
excogitant, tanquam ea quæ Iurisconsulto Vlpia
no traditur, veris rationibus non subsistat. Lógè
igitur melior nostra causa fuerit, cum multò mi-
nori nota recẽtiores accusare possim, quàm ipsi
Iureconsultum tacita saltem reprænsione coar-
guant, in eo presertim, q, optimo iure defendi po
3 test. Fateamur † itaq;, merum imperium nil aliud
esse, quàm potestatem gladio animaduertẽdi in
facinorosos homines: & hæc definitio cũ re de-
finita conuertitur, quamobrem iure ciuili valere
eam, negandum non est [f]. Nec dicat quisquã, ius
indicendi mulctam non compraendi, cùm ea ap-
4 pellatione animaduersionis veniat: nam & † gla
dius hîc nó pro telo simpliciter accipi debet, sed
pro quacũq; pœna, qua ex delicto plectendus sit
reus: quamuis & non improbabiliter aliquis ne-
gauerit, mulctãdi illud ius meri imperij esse. Sed
existimabunt fortasse alij magis obesse, quòd e-
tiam priuati, in militem desertorem, nocturnũq;
grassatorem, ius animaduertendi propria autori
tate habent [g], & tamen vix dixeris cuilibet merũ
imperiũ cõpetere. Verùm scire nos oportet, pote
5 statis, † q, in definitione est, verbũ, iurisdictionẽ
spectare: [h] quã vocẽ priuatis cõuenire palã negat.

d in d.l.imperium.
e Pet.Bal.& Ias. in l.imperium. Imo.Ange.in l. v.de verb.obli. Aretin in tract. malefi. dixi supra c.ij.
f l.j.§.dolum. de dol.
g l.j.C.quando li.vnicuiq;.
h l.potestatis.de verb.sign.

CAPVT VIII.

Mistum imperium quid sit, & nouo atq; eodẽ vero sensu perceptum responsum Iurisconsulti vltimum, in lege, imperium.de iurisdict. omnium iudicum.

SVMMÆ.

1 *Imperium mixtum variè finiri verius.2.*
3 *Imperij mixti vis.*
A 4 *L.Imperium.sensus.verior.5.*

MISTVM † imperium iurisdictio est, 1
inquit Bartolus [i], quę officio iudi-
cis nobili tractatur, & ad priuatam
vtilitatem spectat. Longè breuius.
Vlpi. † qui, mistũ imperium, ait, est 2
q, iurisdictioni cohæret. Quæ verba cùm ob bre-
uitatem obscura sint, eo modo ferè accipi debẽt,
vt à cæterorũ opinionibus nihil noui inducant,
B nisi, q, alià docui, distinctionẽ eã nobilis & mer-
cenarij officij apud † veteres non obseruatã fuis- 3
se, sed ꝑtoris officiũ dici. q, in misto imperio ver-
sari, id est, circa coërcitionẽ seu executionẽ, quæ
etiam in bon.poss. danda necessaria erat, vt παρέρ-
γοις lib. iiij. ostendi. Illud verò q, executionẽ non
respicit, quia qualicunq; iudici etiã pedaneo &
municipali cõpetebat, simpliciter iudicis officiũ
à Pomponio appellari. Videnda igitur quę apud
eũ à nobis adnotata sunt, obscuraq; Vlpiani ver-
C ba ex eis declaranda [k]. Sed ea quæ sequũtur, etiã
obscuriora sunt: quamobrem operæpretiũ fuerit
integrum legis respõsum referre. *Imperium aut me-
rum, aut mistum est: merum est potestas animaduertendi in
facinorosos homines: mistum est, cui etiam iurisdictio inest,
quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictio est
etiam iudicis dandi licentia.* Et hoc † responsum ita ex- 4
ponunt interpretes, vt non de vtroque imperio
tantùm locutus sit Iurisconsultus, sed & de mi-
nima iurisdictione. Atque eo modo vltima ver-
D ba, ex communi aliorum sententia. Alex. decla-
rat, vt non aliud notent, quàm causas delegare
iurisdictionis esse: cui sensui non implicatiua cõ
iũctio, etiam, solùm aduersatur, sed & illud quo-
que, quòd ius delegandi causas, iurisdictionis
sit, falsum est: nam & mero iudicis officio id ex-
peditur: quod & inde patet, cùm nulla prodita
adferatur actio, qua quisquam à iudice petat, vt
causam demandet. quinimò & inuitis & ignorã-
tibus partibus, mandare iurisdictionem suam or
E dinarii possunt [l] expressumq; id eo responso cre
diderim, cùm vulgò dicimus, ius dicentis officiũ
latissimum esse [m]: quoniam in possessionem mit
tere, tutores cõstituere, bonorum possessionem
decernere, iudices litigantibus dare potest: nam
cùm cætera misti imperij exempla hoc arguunt,
tum etiam q, officium in dubijs ad nobile referri
solet. Aliter itaq; Petrus, Cinus, & Baptista Seue
rin. eam structuram intellexerunt, vt de natura
causarũ iurisdictionis esse demonstret, vt deman
F dari possint: quæ interpretatio nusquam minùs,
quàm Iurisconsulti ipsius verbis quadrat. quam-
obrem verius esse, quod alià quoque disputan-
do sustinui, arbitror, Iurisconsultum † videlicet 5
ea in lege solùm de misto meroque imperio lo-
qui, mistumque illud definire, cui etiam iurisdi-
ctio inest, vt in bonorum possess. & in iudicis dã-
di licentia: nam in ea quoque, sicut in bonorum
possess. iurisdictio est: quocirca misti imperij exi-
stimatur. dictio itaque licentia, in eo contextu
sextum casum respicit: licet præpositio, in, adie-
cta

i In d.l.imperiũ.
k In l.v.de ver. oblig.
l c.pastoralis. de offi.dele.
m l.j.de iur.om. iud.

cta non præponatur, non idcircò tamen ab hac
sententia discedendum est, cùm plerunque eas
subtrahi, non veterum consuetudine solùm do-
ceamur, sed & elocutionis elegantia admoniti
simus. Est autem figura eclipsis. Tranq. in Dom.
Natus est regione vrbis sexta, pro in regione. Ci
cero oratione pro domo sua: Domo me conti-
neo, pro in domo. Et quò libentius nostrã hanc
interpretationẽ hisce quisquiliis insererem, il-
lud in primis suasit, quòd perquã eruditos com-
plures viros inuẽtum nostrũ probare cognoue-
ram, vt etiã præceptores nostri sibi eã arrogare
interpretationem non dubitauerint, ex Græco
vti opinor adagio, quo amicorum omnia com-
munia esse admonemur.

CAPVT IX.

Præfectum prætorio legem vniuersalem condendi autoritatem habere: & diuersa ab Iasone sententia, nescio quid in constitutione, Apertissimi. C. de iudicijs. enucleatum.

SVMMÆ.

1 *L.formam.de offic.præf. sensus.*
2 *Præfecti præto. generalis lex, nisi in casu.*

1 IMPERATORIS Alexãdri † rescri
ptum hoc legitur: *Formam à præfecto
prætorij [a] datam, etsi generalis, minimè le-
gibus, vel constitutionibus contraria, si nihil
postea ex auctoritate mea innouatum est, æ-
quam est seruari.* Quemadmodũ id intelligendum
sit, tractatum à maioribus video: & Bart. alijque
numero plures, facultatẽ habere præfectũ præt.
vniuersalem legem condẽdi ex ea constit. putãt.
At alibi idẽ Bart. & quidam alij, Othofr. autore,
id illi minimè licere, nisi in his, quib. præest pro-
uinciis, arbitrati sunt, verbumque illud generale
extra eius territorij fines nó accipiunt. In quam
sententiam si accedamus, nihil magis præfecto
præt. competet, q̃ cęteris magistratibus, q in sua
administratione & ipsi iura statuere edicereque
possunt: qđ omnino verisimile non est: tametsi
aliũ ipse huiusce legis sensum existimẽ, nempe
2 hunc, vt si præfectus præt. legem in sua † prouin
cia promulgauerit, & quidem generaliter: exem
pli causa, Quicunq;, vel omnis qui tale delictum
commiserit, plectatur: si Imperatoriis constitu-
tionibus nó aduersetur, etiam cæteros, alioquin
eius iudicio non subiectos, tamẽ lege illa teneri:
cuius exemplum inter iudiciorũ sanctiones hoc
reperire est. Generali præfecti præto. forma ex-
3 pressum fuerat, iudicẽ delegatum, si † suspectus
esse cœpisset, recusari posse: dubitatũ deinde est,
num & idẽ in delegato principis esset: & idem
esse Iustinianus Cæsar respondit: quod non tam
ex eius lege locum habet, quàm q, generalis hęc
præfecti forma, etiam ad hos delegatos produci
potest. & hanc interpretationẽ, quamuis recla-
mante Iasone, textui ipsi magis conuenire, qui
eum viderit, pronuntiaturus est, scio.

a l.formam.C. de offic.præfec. præt.
b in d.l.apertissimi.C.de iud.

CAPVT X.

Officij iudicis petitionem idem cum extraordinaria actione esse; & quòd ea ab actione in factum, & ab dátiua differat.

SVMMÆ.

1 *Officij petitio & actio, eadẽ.n. 8.9.*
2 *Officio obligationem supponi.*
4 *Persecutionem variè sumi.*
5 *Libertatis reuocandæ remedia.*
6 *Actionem variè accipi.*
7 *Doli actioni locus.*

QVAESTIONIS est, vtrum † officij 1
iudicis imploratio ab actione dif-
ferat: & solet dici [c], actionis appel
latione huiusmodi petitionem nó
contineri, nisi impropria significa-
A tione actionẽ capiamus. Sed ab hac declaratio-
ne tam ego dissentio, quã qui maximè. nã cùm
actio ius sit persequẽdi in iudicio, quod sibi de-
betur [d], conueniatque hæc diffinitio etiam huic
extraordinariæ persecutioni. cur non, quod ex
tali argumento deducitur, propriè deduci dica-
mus? quod si officium iudicis aliquam obliga-
tionem non respicere, responderis, non tamen
minus debitum peti idcircò fatebimur, cum in
ea definitione, verbũ, debere, lato significatu ca-
B pi, Accursius fateatur, & ad huiusmodi debitum
competere officium iudicis in cõfesso sit [e]: alio-
qui si aduersus nullo modo obligatum, persecu-
tio illa concederetur, nónne officium iudicis,
quod præmodùm æquitatem amplectitur, ini-
quissimum esset, cùm eũ soluere cogeret, qui nul
la obligatione teneretur? quamobrem eam obli
gationem hoc † officio efficacem crediderim, 2
quæ non ex communibus iuris regulis, vt puta
consensu, manat, sed quæ ex æquitate quadam
C extra ordinem consideratur. Nam & eum, qui
ex re iudicata † dare facere damnatus sit, verum 3
debitorem esse, dubio procul manifestum est:
& tamen in eum nó actione solùm experimur [f],
sed & iudicis officium imploramus: nimirum,
quoniam qui ex re iudicata debet, verè quidem
ex consensu non tenetur [g], sed solo iure ciuili
reus est. Sed & nostram sententiam non parum
tuetur, quod petitio hæc † frequentissimè à Iure 4
consulto persecutio dicitur: quoniam extraor-
D dinaria petitio est [h], quã etiam propriè actionis
verbo compræhendi iure testarum manet: hæc-
que sunt, quas in factum actiones appellare so-
liti sumus [i]. quin & persecutionis verbo extraor
dinarias persecutiones contineri, Vlpianus pu-
tat [k]: vt si quis impropriè id esse arbitretur, non
solùm Iureconsulto, tanquam propriæ signifi-
cationis ignaro, iniuriam fecerit, sed aduersus
Bartoli sentẽtiam responsurus est [l], qui verbum,
contineri, de proprio significatu dici solere exi-
E stimauit: tametsi & ipse non semper id admit-
tendum opiner [m]. Argumento & nostrę senten-
tiæ † fuerit, quòd si libertus à me manumissus 5
ingratitudinis notâ reus agatur, in seruitutem
reuocari per extraordinarium remedium, quod
idem cum officio iudicis esse Imper. Anton. tra-
dit, l.j.C.de libert. Honorius actionem compe-
tere testatur [n]: vt omnino idem vtrunque dixisse
credendum sit: quod & Accursio visum est. nam
& in causę cognitione illud versari, vt quæratur,
F num [o] citra in integrum restitutionem alia actio
competat, cùm Vlp. [p] scripsit: quid aliud osten-
dit, præterquàm in integrum restitutionẽ, quæ
ex officio iudicis descendit, per actionem expe-
diri? cùm dictio, alia, implicare (vt vulgò dici-
mus) idem soleat. Nec communem opin. satis
probant, quę in eius tutelam à Dd. adducuntur,
& illud maximè, quibusdam locis à iuris autori
bus dictum, actionem nullam dari, cùm tamẽ ex
officio iudicis consultum sit [q]. Verùm † ipse arbi 6
tror, quãuis actio specialiter accepta, ordinarias
tantùm

c in l.j.de iurisdict.om.iud.
d Instit.de act. in princ.
e gl.& scrib.in l.si ieruum.§.fi.de verb.obl.
f Bar.in l.intra. de re iudic.
g not.in l.Iullanus.de condict. indeb.
h l.pecuniæ.§. persecutiõis.de verb.sign.
i l.fi.de var.& extraord.cogn.
k d.§.persecutionis.
l in l.cui eorũ. de postul.
m per not.per Ias.in l.emancipata.C.qui admittan.
n not in l.cum filius.si cer.pet.
o l.in libert.C. de libert.
p l.in causæ.ff. de minor.
q l.quod si minor.§.fi.in l.hæreditas.in fi.de pet hær.l.Quintus de aur.& ar gen.leg.

tantùm respiciat, generaliter tamẽ etiam perse-
cutiones comprændere. quocirca cùm Iuriscon
sultus actiones competere neget, de ordinariis
intelligendum est[a], vt quæ extra ordinem dan-
7 tur, illæ competant. Nec improbanda † hæc est
responsio, cùm & constitutionibus cautum sit,
actionem de dolo dari, quãdo nulla alia compe-
tit: & tamẽ si generalis competat, datur: sicut &
in innominato contractu, si faciam, vt des, nullã
actionem dari scriptum est[b], cùm Fulgos. & alij
quidam, nullam dari ordinariam putent, sed ex-
tra ordinem generalemque secùs. Succurrunt &
huius rei quàm plurima exempla[c], quæ silentio
præterire consultiùs fuerit. adducitur & q, stipu
lationes damni infecti, & legatorũ nomine cau-
tiones instar actionum habere traditũ est[d], quæ
tamen ex officio iudicis pendent. Sed vti dixi-
mus, si actionem specialiter vt in rem vel in per-
sonam est, considerauerimus, tunc earum instar
persecutiones obtinere crediderim: sed cùm ge-
neraliter de actione loquimur, non similes, sed
eius speciem esse, magis verum est: etsi verbum,
instar, generis speciem, nõ similitudinem signi-
ficare hoc casu quisquam non indoctè dixerit[e].
8 Ergo † generaliter affirmãdum, persecutionem
hanc, actionemq; idem esse? minimè verò, sed id
tunc certum opinor, cùm quicquam petimus,
quod nobis aliquo modo debeatur. nam cùm
ea, quæ meræ facultati iudicis conceduntur, pe
timus, tũc[f] longè & latè ab actione persecutio-
nem hanc differre necessariò profitemur. Et ex
his consequens est, vt si ex officio iudicis actio
aduersus me intẽtata elidatur, exceptionẽ pro-
priè mihi competere fateamur: quoniam ex so-
la æquitate vera exceptio datur[g]. Quòd autem
inter vtrasq; voces multas differentias & Bar. &
Ias. recentioresq; aggregant, minimũ nostræ sen
tentiæ aduersatur, cùm nec ipsæ reales persona-
lesq; actiones à persecutionibus distare, inficias
eam: sed tamen inde non sequitur, quin actionis
appellatione persecutio propriè contineatur.
9 Cæterùm cùm † officij iudicis petitionẽ extraor
dinariam actionem esse dixerim, quid ergo ab a-
ctione in factum differt? quid ab ea quã datiuam
recentiores nuncupãt? & in hoc differentiã esse
censeo, q, datiua actio speciale nomẽ habet[h], vt
in aliquo casu mutui peculiíve, actio in factũ, vel
ex interdictis[i], vel ex innominato contractu, si-
milibusq; negotiis prouenit: persecutiones ve-
rò vt plurimũ in misti imperij causis intendun-
tur: nam & illas ex nobili, mercenarióve officio
distingui non putauerim, cùm has voces non à
Iurisconsultis acceperint, sed ex proprio ære re-
centiores ipsi effigiauerint: cùm & merum offi-
cium appellari in iure viderimus[k], quod merce-
10 narium isti credũt. Sit igitur causa † iurisdictio-
nis, quæ pecuniã respicit. Misti verò imperij cau
sæ non actione in rem, nec in personã expediun
tur, cùm ad huiusmodi debitum nõ pertineant:
sed cùm principale earũ robur ex iudice descen
11 dat, persecutionibus † terminantur.

a l.ij.C.de dolo.
b l.naturalis.§. q si faci m. ... præscrip.verb.
c l.ita nobis.C. de adult.
d in l.actionis. ff.de act.& obl.
e l.ij ff.de iureiurando.
f l. non quicquid de iudic.
g l.qui æquitate.de dol.exc.
h Bar.in l.certi condict.in prin. si cert.pet.
i gl.iusti.de interd.§.fin.
k l.v.de verb. oblig.

CAPVT XI.

Si contumaci defensio omnis ex lege vetita sit, quemadmodum hoc accipi debeat: multisq; casibus declarari illud statutum, quos alij minimè tam accuratè perspexerint.

SVMMÆ.

1 *Actione negata, persecutionis vetari.* 2.
3 *Contumacem ex caussis audiri.*

PRAECEDENTI articulo conse-
quens est quæstio, num quæ lex
municipalis actionem alicui ne-
gat, persecutiones etiam, quę offi-
cio iudicis expediuntur, prohi-
beat: & in fauorabilibus tantùm vetari commu-
ni sententia enuntiatur. Sed si nostra illa opi-
nio probetur, promiscuè indistinctéq; prohibe-
ri dicendum est. Verùm & hîc quæri solet, quid
A si lex nõ actionem simpliciter auferat, sed quan-
cunque defensionem? Finge statutũ esse, vt con-
tumax accusatus, nisi sese in carceribus consti-
tuat, omni defensione priuetur: & † tunc extra- 1
ordinarias quoq; has petitiones illi non compe
tere, nemo non probauerit[l]: tametsi hæc qualis-
cunque constitutio multas interpretationes ad-
mittat, quæ vulgò minimè agnoscuntur, & eam
in primis, vt licet ipse propriã causam tueri ne-
queat, extraneus tamen quilibet ratione publi-
B ci fauoris officium iudicis implorare poterit, si
tamen probaturus est, contumacem eum falso
crimine deferri: solumq; in hoc à reo disparerit,
q, reus, si contumax nõ esset, nisi crimen proba-
retur, absoluendus foret: at hoc casu, nisi extra-
neus innocẽtiam probet, condemnabitur: & ita
in quæstione facti interrogati Marian. Socin. &
Thom. Dotius responderũt[m]. sed & ipse credi-
derim, posse eum † qui cõtumax sit, rescissionem 2
sententiæ petere ex edicto prætoris, quasi me-
C tus causa abfuerit, cùm carcer iustã timoris excu
sationem adferat[n]: quod ita verum est, si iudex
ipse vir toruus fuerit, & qui etiam absq; indicio
plectere reos soleat[o]: nam etsi manifestũ sit, con
tumacem illum per calumniam delatũ esse, non
aliis tantùm defendere, sed etiam ipsi iudici, ne-
mine petente, absoluendi ius est[p]. Idem & si ex
leui delicto accusatus proponatur, vel accusatio
ipso iure nulla dicatur. Sed quid, si cõtumax re-
deat, & absentiæ causas alleget, audiendúsne
D est? & puto audiri æquum esse[q], quod & Alber.
Rosa. videtur. Cæterùm ex prædicta lege solùm
ea defensio phibita censetur, quæ adiuuare con
tumacem possit[r]: quoniam in eius damnũ pro-
cedi posse, dubio procul est: nam & hoc statuto
non solùm defensio respectu accusationis tolli-
tur, sed & quælibet alia in aliis causis[s]: vt nõ ab-
surdè tractatum sit, si quisquam de facto aliquid
ab huiusmodi contumace petat, posśitne contu
max defendi: & posse tandem obtinuit. quòd si
E proponatur, iudices accusatum hunc pariter &
contumacem admisisse, absoluisseque, senten-
tiam hanc ipso iure inualidam Baldus existima-
uit[t]: quod & cæteris perplacet: expresso enim
iuris errore videtur lata.

l Bart. in l.j.§. & parui. quod vi aut clàm.
m D. Anton. de Canar. in tract. de excus.
n l.qui in carcerem. de his, quæ met.cau.
o Aret. in l.accusat.C.eod.
p Bald in d.l.planè. de petit.hæred.& ibi Alex.
q Alb. de Ros. in sta in iij.parte. q.33. in q.32. eo loco.
r Bal.in extrauagan. de pace Constã. in verb. non admittemus.
s Alb. in q.41. eo loco.
t de pace Constantiæ. & in l. scire.§ cõsequẽs. e excus.tut.

CAPVT XII.

Vter in iudicando dignior haberi debet, ordinarius, an delegatus principis.

F

SVMMÆ.

1 *Ordinario vicarius potior.* 3.
2 *L.j.de offic.vic.sensus.*

TRACTATVM diligentissimè † apud 1
Alex. posterioresq; est, vter in iudican
do dignior esset, delegatus principis,
an ordinarius iudex: & digniorem es-
se delegatum obtinuit[u]: quam sententiam ratio-
nibus multifariam probant, quamuis nihil ex
legibus adducant, quod quæstionis terminos
plurimùm respiciat. Nos id definiri ex Imppp.
Valenti-

u in rub. de offic.ord.

Valentiniani, Valentis[a], Gratiani constit. de offi-
2 cio vicarij † arbitramur, qua in ciuilibus causis
præfecti prætorio vicarium iudicare, in milita-
ribus comites, expressum est. quod si causa vtriq;
communis acciderit, priore loco vicarius cogno
scere, comes illi adiunctus accedere iubetur. Vi-
den' igitur vicarium præferri, qui tamen iure ci-
uili ordinariam iurisdictionem non habet? licet
Pontificum decretis aliter sit: & eò diligentius
adnotanda hæc est constitutio, quò etiam minus
ab cæteris perspecta, dubitabilem alioquin aliã
quæstionem explicat. Fingamus ordinario iudi-
ci adiunctum ex causa à principe collegam, qui
in diuersam ab ordinario sentẽtiam iuerit: quę-
situm est, cuius potissimum pronuntiatio sit ob-
seruanda: & negotium omne ad principem de-
3 ferendum Bartolus[b] censet, qui in † dubijs dele-
gati iudicio potius acquiescat, tanquam is di-
4 gnior † sit. videtur sanè huius legis argumento i-
dem esse etiam, si ea res ad principis cognitionẽ
non referatur: sed tamen amplius quærendum
reor.

a l. vnica. C. de offic. vicar.
b in l.duo. de re iud.

CAPVT XIII.

In bonorum possessione adipiscenda hodie necessarium decretum esse.

SVMMÆ.

1 *L. fi. C. qui admitti. explicari: verius.* 2.
4 *Mitti in possess. decreto.*
5 *Duumuirũm officium.*

1 VT verborum † inanium captiones
excluderet, statuit Constantinus
Imp.[c] in adipiscenda bonorũ pos-
sessione, si qualiscunq; testatio e-
tiam apud duumuiros ostẽdatur,
sufficere interpretati id sunt posteriores, vt ex
illis verbis exponatur, in bon. poss. necessarium
non esse decretum interponi: sed illud sufficere,
si quisquam apud magistratum municipalem bo
norum possessionem accipiendi voluntatem
suam declaret. Verum enimuero perquam ve-
reor, ne hæc vera non sint: cùm testatio nihil a-
liud sit, quam protestatio[d] quędam, quæ loco pe-
titionis libellive successit: & cùm libellus scri-
pturam requirat, ea solis verbis efficax est. Prius
igitur quàm decretum interponeretur, iure anti-
2 quo requirebatur is libellus. Verùm † Cõstantini
ea constitutio, loco libelli qualemqualem testa-
tionem sufficere demonstrauit: sed nõ propterea
cõsequens est, vt & idcirco sublatum decretum
credamus. Cùm eñ de correctorijs agatur, quod
expressim non mutatur, cur prohibetur stare[e]?
nam etiam ratio legis, vt inanes captiones exclu
dantur, hoc casu locum non habet. Quis enim
sani iudicij non erubescat fateri, decreta præto-
3 rum, quæ † mira quadam solennitate ferebantur,
verborum varias captiones esse, præsertim cùm
4 etiam Iustiniani † lex attestetur, per Constantinũ
sublatam bon. possess. petitionem fuisse[f]? quod
ergo de petitione dicitur, quid cum decreto
commune habet? Idemque Cæsar eam posses-
sionem bonorum illi, quæ furioso decerni solet,
æquiparat, vt cùm in hac decretum requiri plus-
quam manifestum sit, idem iuris in alijs quoque
esse meritò asserendum videatur. eius verba hæc
sunt: Curatori furioso licentiam damus, eam bo
norum possessionem agnoscere, quæ antè ex de-
creto dabatur, & ad similitudinẽ bonorum pos-
sessionis habere, cùm petitio bon. possess. lege

c l. fin. C. qui admit.
d Barto. in l. nõ solùm.§.morte. de ope. noui nunt.
e l. pręcipimus. de appel.
f l. fin.§. nos itaque. C. de curat. fur.

Constantiniana sublata est, & ab ea introducta
obseruatio pro antiqua sufficit portione. Neque
verò opinetur aliquis, contraria ex eo iuuari, q,
bonorum possess. antea ex decreto dari dicatur,
quasi nunc non detur: nam ab legislatore id e-
narratum verisimile est: quoniam cùm ipse hanc
agnoscendi licentiam curatori præstiterit, non
ex iure prætorio videbatur amplius bonorum
illam possessionẽ esse, sed ex iure ciuili[g]: quam-
A obrem vt ambiguitatem hanc de medio tolleret,
eandem esse dixit, quę antea ex decreto dabatur,
& idcirco prætoriam. & quod subsequitur, peti-
tionem Constantini lege sublatam, ad verbum
illud, habere, pertinet, quod latissimæ significa-
tionis est[h], & id quoque continet, quod sine pe-
titione habeatur. Quòd autem duumuiros eosdẽ
& magistratus municipales, nostri Doctores cre-
dunt, fortasse & hoc non † ita verum est: nam ex 5
omni ordine duos esse electos magis puto, qui
B carceribus præerant[i], fascibus vtebantur[k], apud
quos emancipari non poterat[l], licet apud totum
ordinem posset. Omnino dignissimus, & maxi-
mus inter decuriones honor, duumuiralis habe-
batur[m]: sed de hoc alibi.

g arg. l. j.§. sed cum adijcitur. cum ibi no. de verb. oblig.
h l. stip. ista hab. de verbor.
i l. si quis vxori. §. si fug. ...
k l. duumuiri. C. de dec. ... lib. x.
l l. j. C. de emancip. lib.
m l. j. de alb. scr.

CAPVT XIIII.

Titulum, de suffragio Codice aliter intelligendum, quàm ad nostra hæc tempora intellectus: & quemadmodum aduocatis honorarium dari debeat.

C

SVMMÆ.

1 *Professores iuris stipendia ne petant: aduocati contrà.*
2 *L.j.C.de suffrag. sensus.*
3 *Suffragiorum acceptio varia.*

QVæsitum est, † quemadmodum ad- 1
uocato salarium dandum sit: & in
hac quæstione, cùm simul aduersa-
ri quamplurimæ leges videantur,
D sic existimo distinguendum, vt si in
professoribus iuris ciuilis[n] loquamur, qui de pu-
blico stipendia habent, eos non posse quicquam
petere dicendum sit: oblatum tamen accipere
valeant. Et introductum videtur, quoniam iuris
ciuilis scientia cũ res sanctissima sit, pretio num-
mario ęstimanda, dehonestandaq; non est. Quòd
si de alijs aduocatis quęramus, qui causarum pa-
troni sunt, his extra ordinem officio iudicis con-
suli constat[o]: vt tamen quod honorarij illis dari
E iudicatur, centũ aureos non excedat[p]: alioqui si
sibi præstari quicquam paciscantur, pactũ turpe
est, & ex eo agi non potest, nisi finita lite conce-
ptum proponatur. quamuis autẽ petere non pos
sint, oblatum tamẽ licitè recipiunt[q]: & si per eos
non fiat, quominus patrocinium non præstetur,
restituere non cõpelluntur[r]. Sed aduersus † hanc 2
sententiam nõ parum mouere nos poterit, quòd
ex quacunque pactione etiam nuda, actionẽ ad-
uocato dari est proditum[s], probarique ex titulo
F qui De suffragio inscribitur, testatum manet.
Sed videamus, quæso, quàm peruerse, quàm in-
doctè tractatus ille accipiat. Et in primis ab Ac-
curs. cæterisq; scire velim, apud quem idoneum
autorẽ legerint, suffragiũ pro patrocinio aduo-
catorum accipi: nemo certè in literaria palestra
nomen dabit, qui hoc affirmare sit potis: & quã-
uis suffragio copulari patrocinium, in Iustiniani
authentico legerint[t], non tamen vtranque vo-
cem eiusdem significationis esse quisquam as-
seret. Quamobrẽ † suffragia propriè ex doctissi- 3
morum

n l. j.§. proinde. de varijs & extraord. cog.
o in l. properandum.§. illo procul. C. de iud.
p d. l. j.§. litis. & l. quamuis. C. de postul.
q l. archiatri. C. de profess.
r d. l. j.§. diuus.
s l. vnica. C. de suffrag.
t vt iudices sine quoquo suffr.§. sic igitur à nobis.

morum virorum lectione ea esse dixerim, quibus in campo Martio populus Rom. honores magistratusque candidatis mandabat: quę quidem solebant etiam magno comparari: vade lex Iulia de ambitu lata est, quæ hanc emptionem, si clàm contraheretur, fieri prohibebat: palàm nullo iure
a in l. vnica. ff. de ambit. vetari, nec Accursium latuit [a]. Possunt & rectè suffragia appellari, cũ ex aulicis purpuratisq; principis, seu à scrinio quisquam vel quilibet alius principem exorat, vt aliquem diplomate iuuet, A vel summa potestate fontem liberet, vel quicquã aliud etiã iustũ concedat. Igitur si ob hãc causam aliquid promisero, puta vt principem exores, vt illiud mihi beneficium tribui facias, ex suffragio tibi obligabor: videbatur enim huiusmodi pactionem illicitam esse: quod vtiq; nõ est. tametsi ex hisce suffragatoribus quidam reperti sunt infames, qui vulgò fumum vendere dicebantur, vt apud Lampridium in Alexandri Imper. vita legere est. Neq; verò etiam illud admiserim, ex pac- B tione nuda hoc casu actionẽ dari, cùm verba legis eum qui spopõderit, obligent: cur enim sponsionem potius efficacem promissione non interpretamur, quam aduersus iuris regulas inducamus, ex pacto actionem dari, † cùm sponsio iure
4 b not. in l. lecta. si cert. pet. ciuili validam promissionem plerunque significet [b]? Sed & de suffragio hæc Tranquil. in Vespasiano: quendam ex charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem, cùm distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit, exactaq; pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit, &c. Nam Accur. expositio, si patrocinium denotari admittamus, & lẽgem in angusto reponit, & ante litem (quo tantum casu titulum hunc intelligit) posse pactum hoc concipi fatetur: quod omnino falsum est, cũ eo casu solum valere didicerimus, quo sopita lite fit contractum. quamobrem nihil est q, dubitem nostram opinionem veram esse, quam & ex Ammiani Marcellini autoritate comprobamus: D is lib. xxij. tradit, cùm Ægyptij, genus hominum litigiosum, quotidie Iulianum Imp. tædio afficerent, dum eius præfectos acceptarum pecuniarũ accusant, eum constituisse lege promulgata, nullum interpellari suffragatore super his, quæ eum rectè constiterit accepisse.

CAPVT XV.

Nouus intellectus famigerato versiculo, Is videtur. E *datus in lege singulari, Si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

SVMMÆ.

1 *L. j. §. is videtur. si quis ius dicen. sensus.*
2 *Extremi exceptio varia: verior. 6.*
3 *Mulctam obmissionem cessare.*
4 *Iurisdictionis extrema.*

1 c l. j. si quis ius dic. non obtem. PVD Iurisc. Vlpianum [c], in tit. † Si F quis ius dicen. non obtemp. hæc sententia legitur: Is videtur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in iurisdictione est, non fecit: veluti si quis rem mobilem vendicari à se passus nõ est, sed duci eã vel auferri passus est. Cæterùm si & sequẽtia recusauit, non obtemperasse videtur. Iñ hoc verborum sensu tanta est inter interpretes altercatio, vt etiam nouam variis modis in disceptationẽ res deducta sit: ex quib⁹ quoniã maxima pars

6 idcirco † quid extremũ sit, non exprimitur: quoniam si post citationẽ, vel litis contestationẽ, rẽ auferri permiserim, citatio vel litis cõtestatio ex tremũ in iurisdictione erit: idéq; in alio quocũq; iudiciali actu, qui abductionẽ hãc præcedat. Ille igitur qui rem mobilem à se vendicari passus nõ est, sed ab alijs duci auferriq; passus est, non obtemperasse videtur. & hoc exemplum maximè in re mobili precedit, quoniã cùm facilè abscõdi potuerit, prosumitur dolo ablata: & onus pro A bandi ad reum pertinet, vt si interim contumax sit, sequentia dicatur recusasse, & idcirco mulcta affligatur: verbum enim, duci, ad mouentia: verbum, auferri, ad mobilia refertur. Et quãuis hos casus Iurisconsultus, tanquam magis dubios, expresserit, non tamen negat aliter quoque in causa mulctari posse, vt & hinc quædam Bartoli argumentationes explodantur.

CAPVT XVI.

Explicata ratio, cur in furto sit vnũ factũ, in iniu- B *ria damnó ve plura: & male sensisse scriptores in l. si familia. de iur. omn. iudi.*

SVMMÆ.

1 *Furtum plurium vnum. in damno contrà. 4.*

1 a in d. l. si familia. ff. de iur. omn. iud. & l. j. ff. si fam. furt. fecit. b l. j. de furtis. SI familia alicuius † furtum fecerit, vnum factum est: si iniuriam, vel damnum faciat, plura facta sunt [a]. qua ratione hoc? Bartolus, & sequiores alij, furtum nomen iuris esse tradunt, delictumq; nomine proprio appellatum. Iniuriam facere, album corrumpere, damnum dare, facti esse: delictaq; hæc cum innominata sint, tot esse facta, quot delinquentes sunt. Sed illud mihi probari velim, idcirco quòd verba factum respiciant, plura facta dici: furtũ enim
2 c l. consilio. de cur. fur. quid aliud est, quàm rei alienæ † contrectatio, D inuito domino [b]? quæ definitio factum spectat, & tamen in furto à pluribus commisso, factum vnum est. Si enim eos contractus, tam qui proprium nomen habent, quàm qui innominati vocantur, facti esse dicimus [c], quamobrem & in delictis idẽ non opinemur? Nam plura facta † non
3 d d. l. si familia. in fi. considerari, ex verbis legis factum denotãtibus, sed ex pluribus consilijs, Pauli responso ostendi tur [d]: quamobrem quicquid vno consilio à familia fit, vnum factum esse: quicquid pluribus, plura crediderim: sed si, quid actum sit, non constet, E
4 e l. si plures. de iniur. in furtis vnum, in † damno iniuriáve plura facta præsumi, magis arbitror: huiusq; differẽtiæ
f Alex. & Iaſ in l. Gallus. §. si is. de lib. & posth. ea fortasse ratio est, quòd in furto res ipsa perpẽditur, quæ vnum tantùm furtum spectat, vnde & eius respectu duplum quadruplúmve in condẽnationẽ deducitur: sed in iniuria non tã conuicium ipsum attenditur, quàm eorum personæ, quæ iniuriam faciunt [e]: & quò plures sunt, eo atrocior est contumelia. quapropter si munici-
g inſt. ad l. Aquil. in prin. pum decreto puniatur, qui cum armatis hominibus alicuius domum incesserit, non is pœnam merebitur qui vno cum socio eò profectus est [f], F cùm grauior sit iniuria à pluribus quàm ab vno facta. Idemque est in damno dato, tum quòd non sine iniuria dari solet, tum etiam quòd non ratione rei duplum triplúmve rependitur, sed quanto pluris res, quæ damnum passa est, eo anno venundata fuisse probetur [g].

CAPVT XVII.

Pactum prorogationis, etiam priùs quàm cœpta iu- *risdictio sit, efficax esse, veterum sententia approbata, recentiores interpretes reiecti.*

SVMMÆ.

1 *L. Si convenerit. de iurisdict. sensus.*
2 *Prorogationem non nisi mutuo consensu solui.*
3 *Litem captam non nisi ex causis remitti.*

1 h l. fi. conuenerit. de iurisd. omn. iudic. SI conuenerit †, vt alius prætor, quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret, & priùs quàm adiretur, mutata voluntas fuerit, proculdubiò neminem compelli ei conventioni stare. Africanus iuris autor scripsit: quod responsum sic intellexerũt Bart. [h] & alij, vt à prorogatione iurisdictiõis alter, etiã inuito altero recedere possit. Et quamvis iuris regula admoneamur, nihil sanctius esse, quàm seruare promissam fidem: hoc tamen casu à promissis recedere licere, receptum B est: etsi quæras, qua ratione hoc admissum sit, ex Angeli scriptis respondebitur, in his quæ publici iuris sunt, priuatorum pactiones non confidere: sed cùm licitum cuilibet sit iurisdictionem prorogare, cur in eo pactum attenditur: si pœniteat, non attenditur? Aretinus, Iason, atq; alij aliter respondent: & tandem vel inuiti concedere coguntur, nulla efficaci ratione id introductum esse: quid igitur quod ratione caret, admittimus? C Quamobrem aliter intelligi posse † Africani ver- 2 i Alb. de Rosa. ibid. ba ex veterũ [i] cõmentarijs reor: vt ita demũ recedere liceat, si cõmuni cõsensu vterq; à pactione recesserit: nã cùm si cõuenerit, inquit Iurisconsultus, inter vtrũq; intelligitur, addatq; mutatã voluntatẽ proponi, certè & ab vtroq; mutatã accipere pronius est, tum ex cõmuni proloquio eius dem formę verba pariter accipi [k], tum etiã quòd præcedẽtis clausulę modus in sequẽti repetitus k l. nam hoc iure. de vulg. l. l. doli. vbi Bar. de ter. corru. m l. post quam. C. de pact. censetur [l]. Sed huic declarationi fortissimè resistit, quòd accepto ex contrario sensu argumẽto, D concluditur, vbi aditus sit prætor etiam vtroque retrocedente, licitam remissionẽ non esse: quod iure defendi non posse, nemo non crediderit, cũ renuntiare liti passim permissum videatur [m]. Verùm & hoc argumẽtũ elidi posse quandoq; † ar- 3 bitratus sum, in eãq; iui sententiã, vt postquã lis n glo. Bald. in l. vtiq. de rei vendi. cœpta sit, inuito iudice ius renuntiandi partibus cõpetere negarẽ: nã nec actor, si reus neget, quoniã sua interfit causam expediri, renũtiare liti po- E o l. sed si seruũ, §. fina. de arbitr. cum l. seq. test [n]: quod & hoc casu producendũ, cùm iudicis contẽnatur autoritas, si eius iudicio omisso, aliũ adeã [o]. Minimè tamẽ diffiteor, si nõ instantiã tãtùm, sed & litẽ remittamus, id licere: quoniã cũ alius iudex nõ adeatur, vix quisquã dixerit prioris autoritatẽ sperni: nã & nos iuuerit, post litis cõtestationẽ, etiã autore reo q; cõsentiẽtibus, libellũ alioquin ineptũ emẽdari, recentiorũ Baldiq; autoritate prohiberi [p], quòd videlicet nego p l. edita. C. de ed. Bar. in auth. hodie. C. de iur. cal. tiũ id iudiciũ spectet. Potest etiã id argumẽtum aliter dissolui, q, videlicet quãuis lex dicat, prius quã iudex sit aditus mutatã voluntatẽ, non tñ cõsequẽs est, vbi sit aditus, non licere eã mutari. Nam & Hier. inquit, quod dicitur, antequã cõue nirent, non sequitur, vt postea conuenerint [q]. q c. fin. de verb. sig.

CAPVT XVIII.

Si rubrica generalior sit lege, quę ad modũ accipi de- *bat: & in diuersam sententiã ituũ, ab eo quod post Paul. Castrensis consultationẽ cõmuniter existimatum est.*

SVMMÆ.

1 *Rubricam restringi responsis.*
2 *Tituli neg. ne mili. sensus.*

1 DVBITARI solet †, si legis municipa-
lis rubrica lege ipsa generalior sit, se-
quētibus capitibus vtrū coerceri de-
beat [a]. & Paul. Castr. nō debere, inte-
gra cōsultatione existimauit: quáobrem cùm ꝓ-
ponerētur ita cōcepta rubricę verba, Stantibus
masculis fœmina nō succedat: & in lege ipsa mu
liebris sexus tātùm à matris successione repel-
letur, nihilominus à paterna quoq; hęreditate
reijciēdas fœminas respōdit, quoniā rubrica ge-
neraliter scripta ꝓponebat. Videamus verúmne
2 sit: & cùm ex Iustiniani Codicis † rubrica [b] gene-
raliter militare negotiatores ꝓhibeantur, intelli
gaturq; tñ ex sequēti cōstitutione id tantū pro-
cedere, cùm sacramēto militari adigūtur, claris-
simū planè argumentū est, quantūuis generales
rubricas sequētibus respōsis astringi: nam & ex
eiusdē Codicis rubrica rusticani generatim ad
obsequia deuocari ꝓhibētur [c], q, tamē pluribus
casibus coarctari certū est. Fortius nos Pontifi-
cis epistola inter Decretales adiuuat [d]: nā si lege
sacerdotū in collegio facta generaliter, qui in tē-
3 plis nō residēt †, fructus suos facere vetētur, dice
músne eos comprēndi, qui in Archiepiscopi vel
Pōtificis officio permanent? & nō cōprēndi ex-
pressū est. Si ergo statutū potiꝰ intelligitur, vt nihil
noui inducat, quā generaliter cōtra ius accipiat,
quantò magis in rubrica id esse fatendū est? quin
& Bar. [e] si lex in municipio generalis promulge
tur, deinde alia specialis, à prima discessum vi-
deri scripsit.

a vt per mod. in rub. si cer. petatur.
b C. nego. ne mil. lib. xij.
c C. ne rusti. ad vllum. libro xj.
d c. ad audientiam de cler. non resid.
e in l. quæsitū. §. fi. de fun. instru. lega.

CAPVT XIX.

Commodatum dicitur etiam translato dominio, dum tamen actum sit eandem speciem restitui: & declarata lex vltima de præscriptis verbis.

SVMMÆ.

1 *Commodatum est, si de restituturo.*
2 *L. Si tibi. de præscrip. verb. sensus.*

1 SI speciē † aliquā tibi dedero, dominiū
trāstulero, ita vt eandē restituere mihi
intra aliquod tēpus tenearis, quæsitū
fuit quisnā is contractus esset. Et Ac-
curs. & cæteri omnes, contractus innominati, cū
do vt des, genus esse tradunt. Mihi, licet nō ab re
admirari quisquā possit, cōmodatum esse vide-
tur: quoniā mutuū damus, recepturi nō eandem
speciem, quā dedimus: alioquin vt Paul. Iurecō-
sul. ait [f], erit depositum: quod si (vt æquum est)
fateri cogamur, nónne Iurisconsul. malè prolocu-
tus foret, qui commodato depositoq; solùm tri-
buit, quod contractui innominato adscribendū
fuerat? Sed & in vltima lege de præscriptis ver-
bis [g], expressum hoc, dicere nō dubitauerim: Si
2 tibi †, inquit, scyphos dedi, vt eosdē mihi redde-
res, commodati actio est: si vt pondus argēti red-
deres, quantū in illis esset, tantum ponderis, pe-
titio est per actionem præscriptis verbis. Nam
quid rectius dari interpretabimur, quàm domi-
nium transferri? Quòd si in eo verborum cōtex-
tu impropriè traditionē significari dixeris, ad-
uersus auctoris sententiam dixeris, qui solā dif-
ferentiam inter vtrunque casum hanc cōstituit,
vt in primo, quia in specie res data sit, dicatur cō
modatum: in secūdo, cū in genere rē restitui actū
sit, innominatus cōtractus appelletur. nec obesse

f l. ij. si cer. pet.
g l. fi. de præscr. verb.

quicquam potest, quod vulgò dici solet, incōmo
dato † dominium non transferri [h]: quia hoc pu- 3
to admittendum: sed si actum sit vt transferatur,
non ideo minus commodatum erit: nam hanc
pactionem adversus eius substantiam esse, vllo
vnquam iure (nisi fallor) lectum non est.

h l. rei. cū l. seq. commo. l. j. de precar. in fin.

CAPVT XX.

A *Paragraphus, mutui datio. in l. ij. si cert. peta. aliter declaratus, quàm ab alijs in præsentem diem fuerit.*

SVMMÆ.

1 *L. ij. §. mutui. si cer. pet. sensus. 4. 6.*
2 *Credit dominum transferens aliàs secus.*
3 *Crediti itio executiua mutuo non alijs propria.*

MVTVI *datio † consistit in his rebus, quæ* 1
pondere, numero, mensuráve consistūt [i]:
quoniam casum datione possumus in cre-
ditum ire: quia in genere suo functionem
B *recipiunt, per solutionem magis, quàm per*
speciem: nam & in cæteris rebus ideo in
creditum ire non possumus, quia aliud pro alio, inuito credi-
tore, solui non potest. Dubitaui plerunque, quid his
verbis Paulus Iurisconsultus sibi velit: & (vt rē
omnem accipiamus) scire nos oportet, credere † 2
eum propriè dici, qui ita rē alienat, vt dominiū
transferat [k]: q, si nō sit translatū, ibi nec debitor
nec creditor ex propria strictaq; significatione
C est. & hoc casu tradita species eadem restitui de-
bet, cùm si dominium transferatur, is satisfaciat,
qui tantūdem in genere soluit. Item ire in credi-
tum † videtur dici ea ratione, qua alibi [l] dicimus 3
in creditum possidere, & alibi in possessionem
ire, quæ verba ad executionem referūtur. Igitur
sic argumentari Paulum Iurisconsultum opinor,
vt dicat † mutuum esse quod in his rebus consi- 4
stit quæ pondere, numero, mensura cōtinentur,
quoniam ex earum datione dicimur ire in credi
D tum: nam si debitor non soluat, captis pignorib.
sit eorum venditio, vt ea pecunia emantur credi
tori res mutuatæ, cùm huiusmodi res recipiant
functionem in suo genere magis per solutionē,
quàm per speciem: hoc est, quia in eis non cense
tur obligata species, seu ea res quæ data est, sed
recipiunt functionem suā per solutionē, quia si
tantundē soluas, liberaberis. Nam in cæteris re- 5
bus ideo non † dicimur in creditum ire, quia spe
cies ipsa est nostra, puta si domū, vel librū cōmo
E dauerim, pignori dederim: & ideo cū species sit
in nostro dominio, nō potest pręter eā aliud no-
bis solui: vnde quāuis in executionē iudicati pi-
gnora & auferantur & vendantur, tamen per re-
ceptionē pecunię nō est liberatus debitor, qui
ad restitutionē rei tenetur, ita quòd aliam eius-
dem generis dando, non liberaretur. Nec hoc in
tellectu admisso, dixeris ex vltimo versiculo per
argumentum à contrario sensu colligi, in cōmo
dato depositóve, si interuenissent res, quæ pon-
F dere, numero, mensura constarent, inuito credi-
tore posse aliud pro alio solui: quod iure perquā
reprobum est: nam respondendum existimaue-
rim, Iurisconsultum † loqui, cùm res illæ non vt 6
species, sed vti genus dantur, quòd demonstra-
tio hęc indicat, per solutionem magis, quàm per
speciem: & hoc modo explicāda arbitror Iuris-
consulti verba, quæ si rectè percipiantur, nihil in
ea quæstione extricant, vtrum qui dandi obligā
tione tenetur, possit aliud pro alio soluere: q,
Bart. & cæteri putauerunt. nec etiā iure dicemꝰ
Iuris-

i l. ij. §. mutui. si cert. pet.
k glos. & scrib. insti. de act. in prin.
l in l. à diuo Pio. §. si pignora. de re iud.

Iurisconsultorū rationes aut leues esse, aut nihil
ab ipso pronunciato differre, quę quorundā opi-
nio fuit. Cæterùm quoniam hæc à me alibi diffu
sius tractata sunt, nō est quòd eadem lectoribus
etiamnum reponam.

CAPVT XXI.

Bella vtrinque licita esse, & explicita quæstio Doctorum antehac penè irresolubilis, Fulgosiiq; opinio quædam approbata.

SVMMÆ.

1 *Belligerandi cum exteris ius esse.*
3 *Litigare ob dubia licere, & belligerare.*
5 *Hostibus capti, serui nec disponunt, ratio varia verior. 6.*
7 *Potentiori parendum.*

1 VTRINQVE licitáne † bella essent,
& si me nō lateat quandoq; dispu-
tatū fuisse, nemo tamē fuit, q nō du
bitationē hác tanquā absurdā auer
saretur: siquidem probabilius dice
re is videri poterit, qui vtrinq; abominanda pro
sitebitur: sed cùm & hoc iure defendi nō posse vi
deretur, in eam cōmuni calculo itū est sententiā
[a], vt Romanos iusta bella mouere, eorū hostes il-
licitè agere crederētur. Verùm nos aliter existi-
mandū censemus, & vtraq; parte optimo iure
belligerari arbitramur: nec tamē eousq; contra
omniū sentētiā disputamus, vt rixas, turbas, idq;
genus contentiones, hoc numero admittendas
putemꝰ: sed de his tātū bellis loqmur, q̄ cū exte
ris fiūt, & euidētissimè iniustā causam nō fouēt:
nā illa dubitatio, qua hinc atq; hinc, vter iùstio
ra arma moueat, mēs impellit, facit vt ea vtrinq;
licere profitear. Nec iure quisquā dixerit, me pu
gnantia loqui: quòd si iusta arma quisquā indu-
at, necesse sit eum, qui cōtrariæ sit factionis, iniu
stū esse. nō sequit hoc, nec absurdū est, ꝓpter an
cipites sentētias, vtrosq; nō iniustè belligerare.
Et vt rem exēplis ex ipsis legibus sumptis adiu-
uemus, nónne quilibet in liberali causa cōuētꝰ
2 de statu suo transigere † potest, pacisci nō potest
[b]? cur hoc, nisi quoniam si euidens sit & manife-
stum, aliquē esse liberū, is paciscēdo nequaquā
conditionem suam mutare potest, si dubium sit,
iura permittendū existimauere. Viden' igitur,
quædā in dubijs cōcedi, quæ si alio casu tribue-
rentur, neq; lex, neq; ratio sineret? Duo † corā iu-
3 dice litigaturi ante latā sententiā iustè agūt [c], iu-
stè excipiūt, præsertim si per calūniam ea nō fie-
ri iuratū sit: idē & in bellis esse quis meritò ambi
gat? Illud admittimus, si cōstet absq; vlla penitꝰ
ratione aliquā partiū reluctari, eam nō bella ge-
rere, sed potius latrocinia existimandum. Hinc
Longobardorū lex, q̄ eū qui gladio hominē vul-
nerauisset, singulari certamine fortunā experiri
iubebat: si constaret, quis iure fecerat, nullū ha-
bebat locū [d]. Nec illud multū absimile, eū qui fi-
dei causa emphyteuticū agrū possideat, & tunc
demū pro domino arma capere tenetur, cùm iu-
stè cōtendit, existimasse recētiores, ita obligari,
ne cùm palàm & in cōfesso est dominum iniquè
decertare, ferat ei suppetias [e]: nisi fortè, inquiūt,
velit se defendere: nā quāuis hoc iniustè agat, to
lerandū est. Sed quid ad hęc paulò remotiora di
gredior? nónne hostes ipsi ab eo dicti sunt, quòd
vtraq; pars ęquo iure pugnet? Hostimentū, inqt
Nonius Marcellus, ęquamentū est: vnde & ho-
stes dicti, qui ex iusta causa pugnā adeūt: hinc &
hostire dicimꝰ, Plauto in Asinaria: & hostimētū,
beneficij pensatio, Festo auctore, quibus cōcors

a in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.
b l. fi. C. de trās. act. l. nec si volens. C. de lib. caut.
c arg. not. per Bar. in auth. offeratur. C. de li. contest.
d Bal. in c. j. de pat. te in feu.
e Abb. in c. sicut vlti. de iureiur. Bar. in l. j. si cer. pet.

est Lucius Apuleius, nec ignobilis, nec fastidien
dus literator. Cùm itaq; ex ipsorū iurisperitorū
sentētia, illud fortissimū sit argumētū q, ex voca
buli † etymo deducitur [f], pręsertim quando eius 4
nō repugnat definitio, verisimile est nostrū hoc
pronunciatū iure defendi: nā qui cōtraria tuētur
Doctores, cùm bella vtrinq; licita esse simul pu-
gnare existimēt, causam ignorāt, cur iure Roma-
no statuatur, vt qui capti à sui hostib. essent, ser-
A uitutis iure attinerētur. Nā cùm Romani semper
iusta bella moueāt, cōcertatores cōsequenter, vt
opinant, iniustè pręlia agitāt: cur igitur quos ca-
piūt homines, seruos suos faciunt, eorūq; domi-
niū nanciscuntur? nónne ex sua † nequitia lucrū 5
acquirunt? q, tñ pluribus ciuiliū legū sanctionib.
nō permitti, plus quàm certū est [g]: nónne Roma
ni proprijs se telis iūgulauerūt? Dū hoc se ex ne-
xu eximere legū interpretes volunt, varij varias
adsignāt rationes: quin potius, vt ita dixerim, mi
B serabiliter se torquent. quidā [h] idcirco factū di-
cūt, nè si libertatis iura captiui retinerent, factio
quoq; testamenti eis salua esset: q, si datū propo-
neret, facilè victoribus fuisset, se eorū bonis insi-
nuare. fatua ratio quasi pretoris nō exter edictū,
q, vi vel metus causa factū sit, id rescindi debere:
at metū apud victorē ipso iure pręsumi dicendū
est, cùm & minori plerūq; causa idē lex opinet:
veluti si filia corā patre, etiam tacēte, hæreditati
renūtiauerit [i], pręsumit legislator metu factū.
C Alij nouam se adducere rationē dicūt [k], id scili-
cet instituisse Romanos, vt qui captiui essent ser
uarent: nam victores si ob eorū vitam nihil se lu-
crari vidissent, facilè in eam adducti forēt imma
nitatē, vt existimarēt trucidandos, vtpote sibi in
utilia mancipia. verùm qui hanc rationē recepe-
rit, idē dicat de eo qui à latronib. capitur, necesse
est, cùm nō minori sint in periculo, qui ab huius-
modi nefarijs viris capiūtur, quàm hi quos mili-
tes sua virtute & iusto bello acquirunt: cur ergo
D negauēre iura ciuilia, à latrone captū, seruorū iu
re cēseri [l]? In hoc igitur eos falsos esse nō dubitē,
quòd quę seruorū etymologia sit, eandē & ratio
nē esse cur seruiant, opinati sunt. Si igitur cōtra
omniū, quorū edita sit sentētia, pręter Fulg. [m] no
stram † hāc propositionē veram dixerimus, cùm 6
vtrinq; bella licita sint, nō est nouū, nec absq; ra
tione, si tā Romani, quàm hostes inde lucrentur,
& ex alterutra parte capti nō iniuria seruiant: nā
cùm bella sint ex iure gentiū orta, ęqua lance eō
E vti Romanos cū alijs ęquū fuit: tametsi. n. iure ci
uili nobiliores redditi sint Quirites, maioremq;
auctoritatē inde cōparauerint, quoties tamē de
gentiū iure agimus, nulla inter eos & alienige-
nas differētia est, tūc quippe id ius in vsu est, qd
omnib. cōmune, nulli propriū existimatur [n]. Li-
ber obiter referre barbari hominis Brenni, qui
Senonū regulus fuit, dicteriū: is, interrogantib.
Romanorū legatis, quānā ratione Clusiū Hetru-
riæ † vrbē obsidione premeret: iure, inquit, natu- 7
F rali hoc facio, quo is, qui minùs fortis sit, poten-
tiori cedere iubetur: nā eo etiā pecudes, & bruta
animalia vti deprændimus, cùm tauros, leones,
aquilas, cęteraq; animantia idcirco dominari vi
demus, quoniam alios viribus pręcellant: q, &
vos Romani secuti estis, cùm Fidenates, Ardea-
tas, Veios, Volscos nō alia subegistis ratione, quā
quòd illis pręstantiores viriū virtute habebami-
ni. Quin & Aristides in oratione, quam ad Rho-
dios misit: Lex, inquit, naturę est à potētioribus
planè clarior facta, vt maiorib. minores pareant.

f Bar. in l. ij. §. f. si cer. pet.
g l. quod Seruius. quod vi aut clam.
h Io. Fab. §. j. inst. qui mod. ius patr. potest.
i l. j. §. onerandę. ff. quarū reru a Pau. de Cast. cōsil. clxxvij.
k Ias. in dict. l. ex hoc iure. arg. §. j. inst. de iure person.
l l. in bello. de capt.
m in d. l. ex hoc iure.
n §. ius gentiū. instit. de iure natura.

&qui ꝑ pterea libertatẽ tolli opinaẽ, hic à vero lõgè abest:nec aliud inde sequiẽ,quã si homũciones nos,cõspiratiõe facta,dijs gigãtũ more cõgrederemur,vel æmuli eos nullos esse crederemus. Et hæc quidẽ illi de pristino,vti arbitror,naturali iure dixerunt,quæ tamen legibus nostris consentanea esse,fateri non ausim,cùm eo iure, quo nil vlterius quã mera æquitas spectabatur,illicita fuisse omnia bella,magis verisimile est, idque ex Pauli [a] verbis,in tractatu de captiuis, probabile admodũ videtur.Sanè hoc caput à me, cùm Iustinianus nouus essem,cõpositũ, tẽporis ordine omniũ antiquissimũ,hoc loco referendũ duxi,earũ matronarũ imitatione, quę quãuis matresfamiliâs factæ sint, tñ crepundia sua obseruant,& diligunt,neque sinunt interire.

a in l.postliminij in princ. in versic. per iniuria de cap.

ANDREAE ALCIATI I. C. MEDIOLANEN. PARADOXORVM IVRIS NOSTRI CIVILIS LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM.

SVCCEDIT & quædã nostrarũ vigiliarũ portiuncula, quæ ad aliud Digestorũ volumẽ tota ptinet,& pręter quoddã Papiniani respõsum, Galli Aquili celeberrimũ apud oẽs consiliũ interpretatur: cuius viri nomẽ vel idcirco celebrãdũ fuerit, quòd is omniũ Iuriscõsultorum optimus apud veteres habitus est:quòd illius(vt Cicero auctor est)prudentiam populus Romanus in cauẽdo, non in decipiendo perspexit,vt qui iuris ciuilis rationẽ nunquã ab æquitate seiunxerit:quiq; ita iustus & vir bonus extitisse traditur,vt natura,nõ disciplina cõsultus fuisse iudicatus sit. Quæ huic homini tributę laudes faciunt vt minima illis accessio sit, quòd tribunus fuisset plebis,quòd sibi familiarẽ eum in Topicis idẽ appellat,& se orãte inter iudices sedisse alibi attestatur. Cęterùm & eius responsum interpretatus,vnà cum affinis materiæ Velleia lege,Cerbidius Scæuola est, M. Antonini Impe.& philosophi pręceptor, & demũ à cõsilio,qui in iure libros duos & septuaginta multifariæ eruditionis scripsit,quorũ racemationibus Iustiniani Digesta passim decorantur: verùm ex eis perquã difficilis existimatus est cõmẽtariol9 quẽ ab Gallo Aquilio, vti diximus, auspicatur: quo factũ,vt nostrę huius disciplinę interpretes, Accursius,Barr. Alexander, & id genus alij quãuis multã in eo explicando operam nauauerint, quàmplurima tamen perperàm eos accepisse demonstraturus sim,si modò præsente animo modestus facilisque Lector, qualiacunque hæc non aspernabitur.

CAPVT I.

Papiniani legem, diuortio, solu. matrim. falso intellectu ita vulgò accipi, vt iniustissima sit: quamobrem non aliter declarata, quàm vti auctorem ipsum intellexisse verisimile est.

SVMMÆ.

1 *L. Diuortio.solu.matr.explanata verius. 2.5.*
3 *Fructus dotales pro tempore matrimonij diuidi.*
4 *Fructus à colono pro rata petit vir.*

DIVORTIO *facto fructus diuidi* (Papinian9 ait[b]) *nõ ex die locatiõis,sed habita ratione præcedentis tẽporis, quo mulier in matrimonio fuit.* Quare si Calẽ. Octobris vindẽmię tẽpore fũdus in do- A tẽ dat9 sit,eũq; vir ex Cal.Nou.primis locauerit, mẽsis Ian.suprema die facto diuortio, sic fieri debere diuisionẽ,idẽ auctor ẽ,vt cũ quatuor mẽsib. matrimoniũ stetisse ꝑponaẽ, vindemię fruct9,& quarta portio mercedis instantis anni cõfundi debeant,vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur. Quę ex verbis Iuriscõsulti†delibata clausula [c],ita ab omnib.quorũ vulgata sit sentẽtia,interpretib.percipitur,vt expresso errore lapsum Papinianũ fateri necesse sit. 1 Cùm enim plus quã B cõstet,maritum pro rata temporis,ꝗ ante diuortiũ intercessit,dotalis fundi fructus habere debere,quęsitũ fuit,quid iuris esset secũdũ ea,quæ prędicto casu referũtur: & recẽtior omnis Iurisperitorũ sententia hęc est,vt rẽ gestã sic euenisse fingẽdũ sit: Facto Calend. Octob. matrimonio, fructib. plenũ fundũ in dotẽ vxor mihi tradidit: quib9 collectis,sicq; coacta eo mẽse vindemia, q̃ xij.aureis ęstimata est,fundũ illũ ex Calend. Nouemb.in easdẽ sequẽtis anni.Calend.locaui,pre C tio aureorũ pariter xij.dubitatur misso in fine Ianuarij repudio,quẽadmodũ fruct9 quatuor illorũ mẽsiũ mihi debeaẽ: & ex recẽtiorũ omniũ sententia ita deberi Papinianus respõdit, vt quarta pars mercedis,quã ꝑ toto anno cõductor debet, mihi adscribaẽ,quę triũ aureorũ nummûm erit, & cũ fructib.vindemię cõfundatur,vt simul coacta qndecim sint:ex quib.tertia mihi portio,hoc est,quinq;,pręstabũẽ. Quã cõputationẽ iniquam esse Alex.fatetur,& ex ea quędã absurda sequi Ia D son nõ negat. Nã cũ reditus fundi is sit,vt nõ nisi duodecim quolibet ãño reddat, cur ex quatuor mẽsib.qnq; marito danẽ? an sanus quisquã rationẽ Doctorũ ꝓbauerit,q ꝑpter diligentiã,qua in locãdo vsus sit maritus,plus rata cõsequi eũ tradũt? quęnã,obsecro,hęc diligẽtia est? nõnne maiorẽ re ipsa,adhibemus,cùm nostro studio fundus colitur? siquidẽ locatio vel trib. verbis absolui potest:at colẽdi cura in dies mai9 negotiũ facessit. Nã & ab ęqtate abhorret, vt in manu mari E ti cõstitutũ sit,vel pl9,vel min9 de tradito fũdo lucrari, presertim cũ nõ probeẽ,ciuiles accessiones hoc casu ab naturalib.differre:imò ęquali cẽsura tractari,ex regula traditũ sit.Sed qd si vindemię fructus nõ xij.sed vj.tãtũ valere ꝑponaẽ,cur ex quatuor mensib.tres solos aureos maritus lucrifacit,cùm tñ vtroq; casu, si ratã tẽporis rationẽ duxerim9,nõ quinq; aut tres,sed quatuor habere maritus debeat? Atqui si ex horũ interpretũ sentẽtia Papiniani verba acceperimus, illud necessariò

b l diuortio. sol.matri.

c verũ.itaq.

cessariò admittere cogemur,vt si tãtidem vindemię fructus venũdari potuisse fingamus, quanti locatus est fundus,semp plus rata portione maritus habeat:si aliquãto minori pretio æstimatã vindemiã adferamus, minùs rata maritus cõsequaẽ: ꝗ nemo certè nõ videt quã absurdũ sit, & pręsertim in Iuriscõsulto Papiniano,quẽ iuris ciuilis apicẽ, & doctrinę legalis thesaurũ Aelius
2 Lãpridius appellat.Quãobrẽ † vt nemini adhuc satis pceptũ, prę stãtissimi auctoris respõsum explicẽ,facilè ipse in eã adducor sententiã, vt sensisse Iuriscõsultũ opiner,nõ totius vindemię fructus cũ quarta portione mercedis instantis anni cõfundendos:sed dandã marito quartã partẽ ei9 mercedis, deinde ita fructus ex vindemia cũ ea mercede confundendos,vt tertia portio reditus ãnui [a], id est,mercedis instãtis ãni penes maritũ resideat:veluti si fũdus duodenis locatus sit,ternos marit9 acqrat,& demũ ex vindemię fructib. tãtùm illi suppleaẽ,quãtùm satis sit ad tertiã portionem cõstituendam:ꝗ ex prędicto casu erit:& quãuis vindemia vel senis,vel denis,vel quoquo pretio ęstimata ꝑponaẽ,ex ea id solũ marito relinqui debeat, ꝗ mercedi additũ, tertiã reditus partẽ faciat.Nec huic intellectui verbũ, cõfundi [b],ꝗ generaliter fructus respicit,adversaẽ, † cũ nõ
3 simpliciter fructus cõfundi Papinianus scribat, sed ita cõfundi,vt tertia portio mercedis instãtis anni viro relinquatur: subsistetq; hoc respõsum ęquissimo iure, vt quoniã tertia anni parte maritus onera matrimonij sustinuit,tertiã quoq; annui reditus portionẽ habeat:& cũ, si matrimonium integro anno pmãsisset,expectatur9 erat maritus terminũ quo ab cõductore pretiũ solui debuerat.Idẽ quoq; ratione partis anni faciat,quo matrimoniũ stetit:nõ aũt ex vindemię fructibus omne deducat,cũ hi solũ vnius mẽsis ratione ad eũ pertineãt [c]:alioqui si vsq; ad locationis terminũ matrimoniũ durasset, tredecim mẽsib. duorũ annorũ fruct9 vir lucrareẽ:ꝗ quãuis absurdũ esse Ias.agnoscat [d],tñ ex hoc Papiniani falsa interpretatione declarato respõso,cõcedit.Nã etsi collecta vindemia nubat mulier,maritusq; Cal.Mar. fundũ locauerit,soluto sequẽtib.Calend.matri-
4 monio,†quinq; mẽsiũ fructus oẽs nõ à muliere, sed à cõductore repeteẽ [e]:cũ collecti ab vxore fructus,nõ eius tẽporis, quo nupta stetit,mẽses respiciãt, sed pręcedentẽ,quo nubilis erat, annũ: quocirca ex eis nihil marito debebit solui. ꝗ si messes ex cõuentione solũ ad colonũ spectẽt,soluto dein ante vindemiã matrimonio, nihil adhuc ab vxore ex pręcedẽtis anni fructibus vir petet [f],sed ęstimatione messiũ facta (si nũmis locatio cõtracta non ꝑponatur)cũ spe futurę vindemię cõputatio fiet. Nam licet matrimoniũ ante vindemiã solutũ sit,cũ tñ vindemia, vt diximus, nõ vnũ,quo colligitur,mẽsem respiciat,sed totũ
5 †annũ,ea quoq; pro rata cõputabitur:fructus.n. ad superioris tẽporis cõputationẽ ptinẽt, nõ ad id ꝗ eis coactis secutũ est:quãobrẽ quos mulier, antequã nuberet,pcepit,in hãc rationẽ nõ venirẽt.Et hoc modo exponẽda est Papin.illa lex, q̃ tot falsis interpretationib.intricata est,vt lõgissima glossemata,variosq; sẽsus dũ Accur.in eã descripsit,non alia de causa id egisse videri possit, quã vt multiloquiũ tanquã spleniũ quoddã,suis gerris obijceret.

a Id est,vt vtraque portio pariformiter determinetur.
b §. non solum. in verb.idem dicemus.ꝟ.ead.l.
c l.fructus.cod.titu.
d in d.l.diuortio.
e versic.ẽ contrario.
f versi.item si messes.

CAP. II.

Posthumus suus ab alieno quẽadmodum discernatur,& Gallum posthumo suo consuluisse,non, quæ omnium sententia est,alieno.

SVMMÆ.

1 *Posthumorum genera.2.*
3 *§.Posthumo.de lega.sensus.*
4 *Posthumo alieno relinqui posse.*

A POSTHVMVM,* qui† tẽpore testamẽti,simul & mortis defuncti in potestate ita esse potuit,vt nemo eũ pcederet,posthumũ suũ dici:qui verò si natus esset solũ mortis tẽpore, su9 fuisset,alienũ auo esse,nemo non adfirmat. Quapropter omniũ penè dixerim scriptis proditũ est, & ex Galli sentẽtia introductũ,vt is alienus posthumus institui posset:huiusq; differẽtiæ ratio illa traditur,quòd hic nepos cũ tẽpore testamenti à patre pręcedatur,auo suus hæres esse tunc non potest:quãobrem nil mirũ si alienus diciẽ. Verũ enimuerò licet omnib.quos legere mihi cõtigerit,probeẽ hęc opinio, nõ tñ vera ratione inniti crediderim.Cùm eñ si tẽpus,†quo au9 moritur, 2 spectemus,nepos in vtero adhuc existens, si nasceretur in potestatẽ aui futur9,neminemq; præ se habiturus sit,cur eũ posthumũ suũ nõ appellemus? nã quid necesse est testamenti facti tempus respici,cùm ex Velleia lege doceamur, satis esse id tempus obseruari,quo nepos nascitur [g]? Nã & Aquiliũ Gallũ de posthumo suo locutũ fuisse, C Iustiniani quoq; lex declarat, dum alienũ posthumũ hæredem institutũ, iure ciuili ab hæreditate repelli ostendit [h]:cùm tamen in nepote,quẽ institui posse Gallus induxit,id non procedere, nemo ambigat:siquidem ciuilis iuris auctor ipse est Gallus,& qui,eo auctore institui poterat,beneficio legis nouæ nõ potuit indiguisse: quã tñ alienis posthumis necessariã fuisse Cæsar ipse testatus est.quin & in Institutionibus,titulo de legatis [i],posthumus†alienus is definitur,qui nat9 3
D hæres testatoris inter suos futurus nõ est: qualis ex mancipato filio cõceptus nepos. Quæ verba quid aliud significant,quàm qui inter suos nat9 hæres testatoris futurus sit,suũ posthumũ appellari? Neq; verò hîc ego Socini responsionem admiserim, qui facto testamento, vt posthumus sit suus,illud requiri tradit,vt cùm auus testaẽ, primum ipse locũ in potestate teneat:in successione autem intestati,solius mortis tempus obseruari:quæ distinctio ex prædictis cõuinciẽ, cùm E in legatis posthumus ex emãcipato filio solùm alienus dicatur [k]:& tñ legata regulariter ad testati causam pertinent.nã & licet,cõdito testamento,tria tẽpora spectari ꝑditum sit, in suorum tñ hæredum successione,qui est noster casus, tempus mortis tantùm cõsiderari,& ex legib. testatum est,& Accur.cæteriq; censuerunt [l].Et dubio ꝓcul nostra hæc opinio omnibus applauderet, nisi Iuriscõsulti Pauli respõso arceremur [m]: is, hæredi,† inquit,posthumo fideicommissum da- 4
F ri potest:obtinuit sententia Galli,alienos quoq; posthumos,legitimos nobis hæredes fieri : quæ tamen verba ita declarari possunt , vt id non ex Galli oratione inductum sit , quæ in posthumo suo loquitur, sed à Iureconsulto Paulo ex Galli sententia per interpretationem : quoniam par ratio vtroq; in casu penè esset. Illud enim quod ex rationis similitudine deducitur,ex sententia, non ex verbis [n] deduci,palàm est:quod & vocula quoque † demonstrat , quæ vt plurimùm ad productiones,extentionésve pertinet. 5

* Hinc ad finẽ huius tertij libri vniuersa lex Gallus.de liber. & posth.explicatur.
g l.Gall9.§.nũc de lege. de lib. & posth.
h inst.de bon. poss.in prin.
i insti. de leg.§. posth. quoque.
k §.posthumo. l.eam.C.de fideicom.
l Glo.in.§.in extraneis hæred. inst. de hæred. qual.
m l.pe. de leg.j.
n d l.Gallus.§. & quid si tãtũ. gl.Bar.in l.iij. de pact.

CAPVT III.

Cur ex lege duodecim Tabularum posthumus alienus institui non poterat, cùm suus posset: & variæ rationes confutatæ.

SVMMÆ.

1 *Posthumi ante Gallum non instituendi causæ. verior. 2.*

TRACTATVM quoq; à doctoribus est, quanam † ratione posthumus, quem alienũ vocari vulgò diximus, ante Gallũ iure antiquo instituì nó posset: & Bar. cuius dicta alij non adnotauerunt, idcirco vetitum tradit, quoniá duodecim Tabularum lege ad successionẽ præter suos nemo admittebatur: is autem posthumus animaduerso testamenti tẽpore, suus non erat, imò alienus. Sed nẽ, nó vidit Bar. tametsi ea duodecim Tabularum lege ab intestato sui hæredes vocarentur: si tamen cõditũ esset testamentum, supremam defuncti voluntatem eo quoq; iure obseruari debuisse. Si enim extraneos, quos libuisset, instituendi facultas testatori præstita fuit, cur non id multò magis in nepote concessum est? Quamobrem Ioannes ab Imola in causa id esse adserit, quoniam cùm in nepotem nondum natum adfectionis amor nullus præsumatur, facilè existimatum foret cum matre posthumi testatorem concubuisse: quare, ne mala hæc de aliena vxore suspicio conciperetur, vetitam posthumi institutionem. Quæ ratio tam mihi absurda semper visa est, vt penè indignam duxerim, quam referrẽ: quis enim incestos hoscce partus præsumat? quis nepotes etiamsi nondũ natos, auis grauissimos spe propagandi generis potiùs non existimet [a], quàm fœdissimi fa cinoris argumento? Atqui & hac ratione extraneus & ignotus instituì prohiberetur, quasi materno stupro procurata institutio ea foret. quid item, si viuente auo, natus infans esset [b]? nónne instituì poterit, cùm tamen minimum gratię primis vagitibus indipisci queat? Sunt & qui eum, qui adhùc in rerum natura non esset, instituì nequiuisse opinentur [c], hacq; potissimum causa iure veteri alienum posthumum repelli [d]. sed & hoc perquam dubium est, cùm nó magis in rerũ natura sit posthumus suus, quẽ potuisse ex duodecim tabulis instituì, vulgo scitur [e], tametsi nó sat firmis argumentis probari valeat: quoniam qui de suorum institutione locutus est Vlpianus, Aquilio Gallo posterior fuit: vt fortasse nó falsò interpretatum Catonem Saccum opinari aliquis possit, qui & hoc Galli inuento adscribit. Sed verior † omnino est Raphaelis Comensis sentẽtia, qua id minimè ex duodecim permissum traditur, quoniam incertis personis olim neque legari, neque relinqui quicquam poterat [f]: quamobrem posthumo quoque alieno (vt Triboniani verba referam) inutiliter antea legabatur: nam & coniunctiua particula, quoq;, ex suprascripta regula eum casum deducere videtur. nec his sanè Pauli Castrensis adversatur argumẽtatio, dum † in certam personam esse eam negat quæ sequenti tempore demonstrari possit: quoniam ex beneuolentia humanitateq; id receptũ à Modestino [g] deinde est, qui Seueri Alexandri Imperatoris in consilio, lõgè post Gallũ floruit. Fortiùs itaq; illud obest, quòd & posthumus suę incerta persona est, nec magis illi delata hæreditas (quod Socinus credidit) dici potest, quàm nepoti, si filium mortem obijsse proponatur [h], quapropter huiusmodi nepotem instituere, vel exhæredem facere, sicut filios, auus debet. Sed vtique vt Socino hæream, adducor, quòd nepotes † in filiorum locum suos hæredes auis fieri, ex lege duodecim Tabularum non arbitror, sed id potius ex lege Velleia inductum [i], quod in eius tractatu explicaturus sum.

a in l. Gallus. §. fille casus. ff. de lib. & posthu.
b §. emancipati inst. de hæred. quæ ab intest.
c l. si infans. C. de iure delib.
d Aret. hic.
e l. placet. de lib. & posth.
f § incertis. & §. posth. inst. de lega.
g l. in tempus. de hær inst.
h §. sui. inst. de hær. qualit.
i l. si quis filiũ. C. de inoffic. testam.

CAPVT IIII.

Negatiuam verbo, posse, antepositam non excludere omnem potentiam, quod in nostra hæc tempora opinati sunt iurisperiti.

SVMMÆ.

1 *Impotentiam omnimodam accipi.*
2 *Condemnatio non citati omnia vitiat.*
4 *Arrogari absentem nequi princeps.*

TREBERRIMA recentiorum † sententia est, in lege, quæ aliquid fieri non posse dicat, quamcũq; potentiã abnegari: quoniam ea sit negatiuæ particulę, si huiusmodi verbo adiungatur, natura, vt precisam necessitatẽ induca t. Primusq; id inter canonicas Pont. sanctiones Ioann. Andreæ prodidit [k], quẽ dein Bart. & post alios alij sequuti sũt. Quapropter si Principes absq; citatione aliquẽ condemnauerint, eorũ † sententiã etiam supremæ potestatis robore latã, nullo iure validã esse Nicolaus Tudiscus [l] existimauit: quoniam se Pontifex aduersus inauditã partem causas definire nó posse testatus est: quę verba non ordinariam tantùm potestatem, sed & plenissimam præter ius falcutatem adimere videntur. Verum videamus idne iuris auctoritate reprobabile sit: & quandoq; animaduerti ex quibusdã argumentis facilè cõuinci posse: siquidẽ Hieronym. ad Eustochium [m]: Audacter, inquit, dicam, cùm omnia possit Deus, suscitare virginẽ non potest post ruinam: valet quidem liberare de pœna, sed non potest coronare corruptam. quis enim ex his verbis non posse deum arbitrabitur, laureola vitiatam virginem donare, cùm & longè maiora possit? Sed & Innocentius Pon. Max. nuptias, quæ à quarto cõsanguinitatis gradu coniunctis celebrantur, vt valeant, se dispensare non † posse tradidit [n], cùm tamen etiam ordinaria potestate facultas ea sibi concessa sit. nã & Gordianus Imperator absenti Reipub. causa, non posse obesse tempora, quę in actione de dolo computantur, rescripsit [o], cùm nihilominus mero iure absens excludatur, sitque illi necessaria restitutio. Ex Toletano quoq; concilio: Non potest, inquit Gratianus, erga homines esse fidelis, qui Deo non seruauit fidem [p]: cùm tamen Turcas, & Saracenos, & Scythas suis fidos esse, erga Deum infidos, possibile sit, Succurrunt ex iure ciuili, quę adduci possent, alia † argumenta: sed communem opinionẽ satis & super, ea quæ diximus, cõfutare mihi visa sunt: alioqui si à veteribus non recedamus, consequens erit, vt cùm simpliciter proponatur, aliquẽ a principe ex rescripto absentem arrogatum fuisse, præsumatur potiùs rescriptũ nullũ, quã arrogationẽ valere, quoniam cùm soli principi ius arroganti reseruatum sit, & Vlp. tradat absentem arrogari non posse [q], sequitur vt de ordinaria saltem potestate non possit: rescriptum autem potius nullum inter-

k Glo. in c. j. de reg. iur. lib. vj. Bart. & Ias. in l. Gallus. in prin. de lib. & posth.
l in c. j. de cau. poss.
m xxxij. q. v. fi Paul. gl. ibidem.
n c. literas. de resti. spol. & ibi glos.
o in l. iij. C. de dolo.
p ij. q. vij. non potest.
q l. neq; absens. l. sequ. §. fi. de adop.

interpretandum est, quàm inducenda sit huiusmodi præsumptio, vt credamus ab legitima potestate principem recessisse [a]: quod certè perquam dubium apud me est, cùm & hac ratione idem in adoptato dicendum foret, quod omnibus suffragijs reprobatur.

a c. si motu. iuncta ca. non potest. cũ ibi no. de præb. lib. vj. Alex. in l. quanquam. de testa. §. forsitan. l. Gallus ff. de lib. & posthu.

CAP. V.

Testamenta ex priuato fauore filij, ob præteritionẽ nuncupata inualida fiant.

SVMMÆ.

1 *Testamenti præteritione nullius causæ.*
3 *Renuntiare priuatis posse.*
4 *§. Hæc autem vt cum de ap. sensus.*
5 *Præteritione nullum consensu substare.*

QVAESITVM est, qua † ratione inductum fuit, vt testamentum, quo filius præteriretur, nullũ ipso iure esset: & triplici ex causa id esse Ludouicus Pontanus existimauit [b], fauore filij, odio paternæ imprudentiæ, tum ex solẽnitatis defectu. alij ex eo tantùm non valere opinati sunt, quoniam solennis ea verborũ, quibus filius instituatur, forma desit. Sed & hoc animaduersione indiget, num ea forma propter publicam vtilitatem, an ex priuato fauore [c] requiratur: & solùm filij præteriti vtilitatem considerari, & idcirco posse eum suo huiusmodi fauori renuntiare, Bartolus frequenter arbitratus est [d]. at Iason contrariam vbiq; sententiã tuetur [e]: quoniam vbicunq; aliquid ex solennitate necessarium est, in eo voluntas priuatorũ * nihil operatur, cùm forma, (vt dici solet) remitti nequeat. Sed & hoc facilè explodi potest, cùm, quãuis ex publico vsu introducta, solẽnitas nó possit omitti: si tamen priuatorum † gratia inducta proponatur, possit [f]: tradiditq; hoc Bartolus, Alexander, cæteri, ita vt communi omnium opinione firma hæc conclusio sit. nam & iuramentũ in testibus, si litigantes velint, remittitur nó alia ratione, quàm quòd priuato fauore requiri existimatũ est [g]. Quæstionis igitur huius cardo in hoc tantùm vertitur, an solius filij causa testamentũ prę teritio vitiet: & animaduertisse me id aliquãdo memini in eo Iustiniani authético, cui tit. est, Vt cùm de app. cognoscẽ. cùm † enim testamentũ paternum ex filij prę teritione corrumpi docuisset, & exhæredationem non nisi quatuordecim causis confirmari statuisset, subiunguntur hęc in constitutione verba: *Sola enim nostræ serenitatis intentio est, à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre*, cùm & paulò superiùs Imperator dixisset, ea se statuisse, vt parentes & liberos à testatorum iniuria liberaret: quæ verborũ formula id mihi expresim ostendere videtur, vt solus liberorũ fauor in causa sit, quò minus eis præteritis vel exhæredatis testamẽtũ valeat: quoniã id maximè procuratũ est, vt iniuria ab eis arceat. Si igit † casum aliquẽ fingamus, in quo cesset iniuria, valere testamentũ huiusmodi dicendũ est. quamobrem si proponatur, filium proprio consensu à patre præteritum, vel quamuis initio reluctantem, condito tamẽ testamento, assensisse, iuris firmitate talem volũtatem niti respondendum fuerit [h]: tametsi Iurisconsultorũ interpretes nostri, hac in re varij varia opinati sint, quòd videlicet extrinsecus quàmplurima adducentes, quæstionis ipsius fundamentum non considerauerint. neq; hęc tantùm ex his definiri dubitatio potest, sed & quã sequenti Capite relaturus sum.

b in l. fi. C. de eõ trata. bon. poss.
c in l. non dubium. C. de testa. in l. j. de lega. iij.
d Ias. in l. inter. de liber. & post hum.
e in d. l. non dubium. Alexan. in consi. xcvj. in iiij volum. visis.
f c. tuis. de testi.
g §. hæc autem di posuimus.
h Ias. in d. l. inter cetera & in d. l. fin.

CAP. VI.

In Galli consilio non requiri vllam filij institutionem, neq; necessariò accipiendum, cohæredem filio datum esse.

SVMMÆ.

1 *Galli consilium varie explicari: verius. 3.*
2 *Nepotem in casu Galli institui.*
5 *Caducorum fiscus hæres.*
6 *Papiæ legi locus.*

DIVERSIS opinionibus inter † iuniores interpretes certatum est, num si ex Galli Aquilij consilio nepos hoc modo institutus sit, Si filius meus, me viuo, morietur, tũc qui ex eo natus erit, hæres esto: censeat filius ipse hæres institutus. & crebriori sententia testatum est, filium præteritum censeri, quamobrem testamentũ illud inualidum esse: cùm enim filius sub cõditione referatur, quis eũ [i] institutum credat? Cęterum Bartolus saltem ab intestato ex illis verbis tacitè vocari existimauit: cuius sententiam, parum abest, quin in vniuersum ipse probem. quamuis enim in testamento filij institutio necessaria sit, vt si etiam, viuo patre, moriatur, semel inualida dispositio amplius non conualescat [k]: id tamen solummodò admittendũ putauerim, cùm alioquin iniuria filio fieret: quod suprà à nobis disputatum est. quocirca cùm filium eo casu præteritũ videamus, quo viuente testatore, moriatur, non potest iure dici facta illi iniuriã. Si igitur † fingamus euenisse cõditionem, nepos protinus succeder, tanquã sub paternæ mortis conditione institutus: etenim neminem (vti arbitror) latet, nepotem sub conditione instituì plerunq; [l] posse. si verò in humanis filiũ agere, & patri superstitẽ esse proponamus, tunc huiusmodi conditionalis institutio nulla erit. quoniã in testamento adscripta conditio nó euenit, sed filius ex tacita volũtate intestato succeder, & filio nepos, erũtq; hoc casu tanquam si duo hæredum gradus facti essent [m], quod Vlpia. videtur, censebiturq; filius, † si patri superuiuat, tacitè institutus, quod Scæuola [n] requirit: & hac interpretatione, quod in consilio Galli dicitur nepotem institutum, rectiùs & significantiùs accipietur, quàm si ex communi sententia substitutum exponamus: nec institutio filij aliqua subaudiri debebit, quod cæteri admiserunt, etiá quod minimè verò simile esset, vt verba Galli, quæ, vti Bartolus existimauit [o], formam respiciunt, eius clausulæ additamento suppleantur, cùm dici soleat, formæ * nihil addi, vel diminuì posse: cùm etiá, si quicquã huic sententiæ aduersẽt, & Alexandri, & Iasonis commentarijs facilè refelli possit. Quin & si nostrã hanc opinionẽ approbaueris, aliud quod cõtra omnẽ Galli legem argumentũ adducebatur, nihil oberit: siquidem Baldus [p] & Angelus, si filius institutus dicatur, testamẽtum non ualere hoc casu, tanquam in causam caduci † incideret, existimarũt: cùm ex lege Papia, si primo gradu hæres institutus, vinẽte testatore obierit, hæreditas non ad substitutum, sed fisco [q] de-

i l. ex facto. de hær. inst.
k Inst. de exh. libe. §. j.
l l. sed & si. & d. §. j de hæred. inst.
m l. cum in testamento. de hæred. inst.
n §. in omnib. l. Gallus. de lib. & posth.
o in l. & vno. de acceptil.
p in d. l. Gallus. in prin.
q l. j. §. prosecũdo. C. de caduc. tol.

ferebatur. Quamobrem ubiq; intelligendũ cre-
diderunt, datum fuisse filio cohæredem: quod
non ex verbis legis solùm confutatur, sed & ex
eo, quod forrasse falsum est, in præmortui filij lo
cum, iure accrescendi extraneum cohæredem fi-
sco pręferri. qua de causa aliter Iasoni visum est[a]:
is tradit etiam, veteri iure, si vniuersalis hæres, vi
uo testatore, decesisset, testamentum ex secun-
do gradu subsistere potuisse, fiscumq; nihil hoc
casu lucrifacere: quæ sententia & Iustiniani ver- A
bis[b] & Accursij probatissimæ interpretationi
repugnat, solumq; tunc locum habet, cùm is sub
stitutus proponitur, qui etiam intestato successu
rus fuerat: lex † enim Papia nihil locum sibi ven-
6 dicat, cùm filius, aut ex recta linea descendentes
instituti sunt[c]. quamuis itaq; præsenti casu Iaso
nis responsio defendi possit, longè tamẽ clariùs
argumentum remouebitur, si filium hæredẽ scri-
ptum nõ esse adfirmauerimus, sed solùm in con-
ditione positum. quare nihil est quod dici pos- B
sit, Papiam legem hoc casu quicquam sibi iuris
vendicare, vt Baldus credidit.

a §. in omnibus. & Iason. in §. nunc de lege. d. l. Gallus.
b d. §. pro secundo. l. si pater filiũ. de vulgar. text. & gl. in d. §. pro secundo.
c d. l. vnica. in §. j. & glos. in ver. erubuit.

CAP. VII.

Quot mensibus mulier vterum gerat, disputatumq; aduersus Iustiniani constitutionem, & Andreæ Siculi noua quædam opinio confutata.

SVMMÆ.

1 *Partum vndecimestrem non succedere: contrariũ veriùs.*
2 *Parere mense vndecimo posse.*
3 *Opinio communis potior.*

1 CVM mulier quędam † post viri mor
tem vndecimo mense peperisset, &
defuncti viri hæreditatem filio, tan-
quam legitimo dari peteret, ad prin
cipis Iustiniani auditorium res om- D
nis delata est, qui aduersus partum pronũtiauit:
quoniam indubitatum existimaret, & imposi-
bile, XI. menses vterum mulierem gerere: quam
obrem lata lege, sanxit, vt quæ hoc tempore pa-
reret, eas subiret pœnas, quibus iure veteri adfi-
ciebatur, si qua intra annũ luctus nupsisset. quod
profectò iniustè non dicã, sed summo rigore sta-
2 tutũ existimauerim[d], cùm tam grauissimus † ex
Græcis auctor Aristoteles, & Diocles Charistus
philosophus, quàm apud nos M. Varro, hoc tẽpo E
ris gestari filios posse prodiderint. quin & A. Gel
lius lib. 3. refert, fœminam honestis moribus, &
non ambigua pudicitia, cùm vndecimo mense
post mariti mortem peperisset, diu cum scriptis
hæredibus litigasse, diuumq; Hadrianum, causa
cognita, decreuisse, vndecimo quoq; mense iu-
stum partum edi posse: quod se statuere Hadria-
nus, requisitis veterum philosophorũ & medico
rum sentẽrijs, testatus est: vt quàm rectè Iustinia-
nus aduersus Aristotelis, atq; aliorum opinionẽ, F
& cõtrà quàm Hadrianus Cæsar decreuerat, ipse
pronuntiauerit, vix intueri possis. quod cùm fa-
ctum sit, nónne Andreæ Siculi ex his enuntiatũ
quoddam[e] confutatur? is in consilio sexto tradi
dit, si plures proponãtur Doctorum opiniones,
3 † quę testamentũ inualidũ reddãt, & vnius tantũ
sententia pro testamẽto sit, eam cæteris præua-
lidam obseruari debere, propter fauorem qui in
vltimis voluntatibus versetur. Nam si trium phi
losophorũ in sua quoq; arte auctoritas[f], vniusq;

d in auth. de restit. & ea quæ parit. §. fin.
e in princip. scriptũ est.
f argu. no. in l. j. si cer. per.

Imperatoris constitutio præiudicium nullum fe
cit, quo minùs mulier ea condemnaretur, cur nõ
idem esse prædicto casu adserendum est? nam &
hîc legitimę * prolis fauor, & probitatis pręsum 4
ptio non minùs iudicem mouere potuit, quàm
sustinendi testamenti vtilitas moueat. Sed & me
non latet, ex recentioribus quosdam[g] alia ratio
ne Siculi sententiam reprobasse.

g Decius in ca. j. extra de iudicijs.

CAP. VIII.

Testamentum in quo filius præteritus, viuo testatore, mortuus sit, tametsi nepos vel pronepos instituti proponantur, nullo iure conualescere: & expugnatus fortissimus obex, qui Gallo vbiq; aduersabatur.

SVMMÆ.

1 *L. Gallus. & l. posthumus. cõciliari & explicari. 5.*
3 *Testamenti sustinendi causæ & modus.*
6 *Præteritio omnino rumpit.*
8 *Testamenti irriti, iniustiq; forma.*

CVM testator ita scripserit, Si † fili- 1
us, & nepos, me viuo, morientur,
tunc qui post mortem nepotis in-
tra decem menses pronepos nasce
tur, hæres esto: valere institutionẽ
Scæuola auctor est, ita tamen, si priùs nepos, de-
inde filius decedat, ne successione testamentum
rumpatur. Verùm cùm alibi ex Vlpiano tradat,
posthumo pręterito, qui viuente testatore natus
diem statim obierit, testamentum cõualescere[h],
idemq; circa iniustum irritumq; testamentum
esse, si is institutus sit, qui rem ab intestato aufer-
re possit: dubitauere interpretes, cur in Scæuolę
casu, etiam si nepos post filiũ moriatur, testamen
tum validum non sit: & perquàm plures senten-
tiæ exortæ sunt, quibus aduersantia hæc simul
responsa conciliarent. Ioannes ab Imola, & qui-
dam alij[i], Scæuolam de ciuili iure loqui, de præ-
torio Vlpianum crediderunt, quo iure totã Galli
legem non procedere testantur: quod certè veri-
simile non est, cùm ius honorariũ à Scæuola con
siderari in fine legis constet. Nec illud probaue-
ro, quod ex eis proditum est, quæ ab Vlpiano tra
duntur post Scæuolam introducta fuisse: quoniã
quæ is prodidit, diui Hadriani auctoritate confir
mantur, quẽ ante Scæuolam imperasse, ex Chro
nicis manifestũ est. quamobrem Aretinus[k] Scæ-
uolæ responsum tunc demum verum esse existi-
mat, cùm speciali iure testamentum nititur: nam
vltimas * voluntates, quæ iure cõmuni adiuuan- 2
tur, faciliùs sustineri, nemo non dixerit, quàm
quæ specialiter permittebantur, sicuti institutio
nepotis, quæ per Gallũ speciali iure introducta
est. Sed cùm ex lege[l] Iustiniani generaliter hu-
iusmodi institutio nũc admittatur, consequens
esset, vt correctam Scæuolæ sententiam dicere-
mus, quod certè uitandum est. Igitur idem Aret.
sibijpsi parum constans, alibi[m] distinguendum
putat, vt cum † institutio sub eadem qualitate 3
saluari potest, sub qua cõcepta est, cõualescat te-
stamentũ: si nõ potest, nõ conualescat: siquidem
in exemplo Scæuolæ, pronepos eo tempore in-
stituitur, quo suus hæres nõ est, quòd si testamen
tum confirmari diximus, succedit vt suus, & id
circo diuersa qualitate. Verùm dubio procul di-
stinctio hæc quãmaximè inepta est, cùm potius
vti

h l. posthumus. ff. de iniust. rupto.
i in §. in omnib.
k in d. §. in omnib. in vl. notab.
l l. vnica. C. de cad. tol.
m in d. §. etiam.

vti suus hæres pronepos hic, de quo diximus,
semper instituatur. Nam etsi filij & nepotis men
tio facta non sit, vti suum hæredem institutum
fuisse, fatendum tamen esset, ne elegisse viam te-
stator videretur, qua iudicium suum impugnet.
Quapropter tertiò idẽ Aretinus aliter dissoluit,
vt in casu Scæuolæ, testamentum minimè susti-
neatur: quoniam etiam post nepotis, qui filio su-
perstes fuit, mortem, adhuc tamen dubiũ erat de
testamẽti firmitate, cùm accidere potuisset, post- A
humum pronepotem non nasci. confirmantur
itaq; testatorũ voluntates, cùm eam confirmatio
nem ampliùs rumpi non posse creditur: quod in
proposito casu nõ est: & hanc sententiam Iason
quoq;, tacito eius auctore, ꝓbat[a]: Socinus repro-
4 bat,[b] cùm dubitatio de natiuitate posthumi * in
corruptelam testamentorũ nihil operari soleat:
nã & ex huiusmodi incertitudine remedia præ-
torum interim nõ auferri, exploratissimum est:
alioqui nec possessio ventris nomine matri de- B
cerneretur. Angelus & ipse magni nominis in-
terpres[c], primũ gradũ cõfirmari solùm putauit,
atq; ita Vlpiani verba accipi debere: secundũ ve-
rò, qui Scæuolæ est casus, nõ cõfirmari. Sed tamẽ
etiam secundũ sustineri, ex Vlpiani lege, Accur-
sius, Alexander, Aretinus, Iason tradiderũt[d], vti-
que cùm nulla ratio diuersitatis idonea adfera-
tur. nam etsi ex Velleia lege primo gradu prone-
pos instituatur, hoc modo: Filio, & nepote mor-
tuis, pronepos hæres esto: non reualescere insti- C
tutionẽ, ex contextu Scæuolę traditur, si eam in-
terpretationẽ sequamur, quam Raphaël Comen
sis, Paulus à Castro, Petrus Besutius, Aretinus, So
cinus, Iason adprobauerunt[e]. At Socinus noua
ratione hîc se explicat[f]: nam si in hæreditate
quisquã institutus sit, viuo testatore, eo qui præ-
teritus sit mortuo sustineri testamentum iure
prætorio existimat: in Scæuolæ autem respon-
so, nepotem in suitate (sic enim ille loquitur) nõ
in hæreditate institutum: in suo autem hærede D
nullum ius prætor habet. Verùm ab Socino do-
ceri velim, quemadmodum vt suus hæres quis-
quam instituatur, qui in hæreditate institutus
non sit: num & commentitium hoc esse, sequen-
ti capite explicaturus sum. quónam igitur pa-
cto intricatissimum hunc nodum resoluemus?
& vt sententiam ipse meam recitem, aliter acci-
5 pienda † Vlpiani[g] verba arbitror, quàm hacte-
nus vulgò interpretata sunt. censeo igitur † testa-
mentum, quo suus hæres præteritus sit, tametsi E
6 instituti sint qui etiã ab intestato successuri fue-
rant, non conualescere, idq; ex Scæuolæ, quæ su
prà retulimus, verbis, satis perspicuè constat.
Nam & nullius momenti tale testamentum esse,
iuribus testatum est[h]. quæ verba quancunq; fir-
mitatem, etiam quæ ex iuris prætorij æquitate
proueniat, excludunt, vt Paulus Castrensis & Ia-
son & alij autumant[i]. Nec quicquam obstant
7 Vlpiani verba, dum iniustum & irritum † testa-
mentum confirmari auctor est: nam huiusmodi F
voces propriè accipiendas crediderim, vt † irri-
tum sit, quod aditione hæredis non defenditur:
8 iniustum, in quo solennia testamentorum iure
ciuili requisita desiderantur: id enim est quod ali
bi, non iure factum testamentum, Iurisconsultus
appellat[k]. cùm enim is inter testamentum, quod
irritum, quod non iure factum, quod nullius mo
menti sit, differentiam expressim constituat, cur
id interpretamur iniustum irritumue, quod nul-
lius momenti est?

a in princip. l. Gallus.
b §. idem credendũ. d. l. Gallus.
c in d. §. etiam.
d in l. si à primo. §. eod.
e d. §. etiam.
f in d. §. idem credendum.
g in d. l. posthumus.
h l. j. de iniu. rup.
i in l. si ita scriptum. §. si. per illum tex. §. eo. illo titu.
k vt in l. j. ff. de iniu. rup.

CAP. IX.

Falsò dici nepotem in suitate institutum, & idcirco per emancipationem ab hæreditate excludi: & noui sensu perceptus. §. & quid si tantùm.

SVMMÆ.

1 *§. Et quid si tantùm. explicari. 7.*
2 *Emancipatus adit. 4.*
3 *Gallus hæreditatem non suitatem spectat.*

IVRISCONSVLTI Scæuolæ
verba hæc sunt[l]: *Et quid si tantùm in*
mortis filij casum conciperet? quid enim
si aquæ & ignis interdictionem pateretur?
quid si nepos, ex quo pronepos institueretur, vt ostendimus, emancipatus esset?
Quam verborum formulam ita interpretes ex-
ponunt, † vt id Scæuola, quod Gallus de morte 1
filij & nepotis senserat, non solùm procedere te
stetur, cùm verè filius moritur, sed etiam si ciuili
iure pro mortuo habeatur: veluti si aqua, & igne
interdictum illi fuerit, vel emãcipatus sit. quam-
obrem si filius vel nepos instituti sint, & sub con
ditione, si, viuo patre moriantur, institutus sit
pronepos, euenisse conditionem aiunt, si de pa-
tria potestate per emancipationem liberentur.
& quoniam in iure nusquam legitur, & absurdũ
est emancipationem substituto locum facere,
Bart. & cæteri omnes responderunt, id tunc ve-
rùm, cùm in hæreditate quisquã institutus pro-
ponitur? sed in Scæuolæ casu huiusmodi filium
& nepotem, non in hæreditate, sed in suitate (vt
aiunt) institutos. Videamus quantum id falsum
sit: & in primis ex vltimo legis huius responso[m]
interpretatio hæc conuincitur, vbi An † si nasca- 2
tur (inquit Scæuola) nepos viuo patre, dein emã
cipetur, sponte adire hæreditatem poterit? quod
magis probandum est: nam si sententiam hanc
admiserimus, nepos hic, vtpote hoc casu nõ in-
stitutus explodi deberet, quod Iurisconsultus ne-
gat. Neq; quicquam me mouerint tres Alexãdri
resolutiones, quoniam hæ satis doctè ab Iasone
cõfutantur, sicut alia quæ Socini est ab Ruino[n],
vt indubitatum apud me sit, fortissimum hoc ar
gumentum esse. Nam & si nepoti ex Galli forma
vulgariter substituatur, nepos ad hæreditatẽ ad-
mittitur, qui, si cæteros Doctores sequeremur,
admittendus non esset, cùm vulgaris substitutio
necessitatem tollat, ille autem vti suus & neces-
sarius institutus fuit.[o] Cui argumento & illud
accedit, quòd datione cohęredis eadem suorum
hæredum iura auferuntur: & tamen nepos hic
etiam si cohæredem habeat, nihilominùs succe-
dit. & licet non admodũ efficaciter ex hoc com-
munem sententiam refelli dixeris, illud tamen
fortiùs vrgere fatendum fuerit, quòd in suitate
quenquã institui possibile non est, quin & in hæ
reditate idem institutus non sit. Cùm enim † in- 3
stitutionis hęc verba, si secundũ Galli formulam
proferantur, solã in hæreditate successionẽ respi
ciant, cur sui hęredis qualitatẽ hîc intelligemus,
ex qua testamentum præteritione rumpitur?
nónne hîc elegisse eam viam testator diceretur,
qua proprium iudicium subrueret[p]? quinetiam
ex hac Doctorũ interpretatione, alia quoq; ab-
surda consequunt, cùm † tametsi nepos hîc pro- 4
pter emancipationem ciuili iure ab hæredita-
te excludatur, contra tabulas tamen bonorum
possessionem

l l. Gallus §. & quid si tantùm. ff. de lib. & post.
m §. fin.
n d. §. fin. & §. & quid si tantùm.
o Vt not. in l. si filius qui patri. de vulg.
p l. iij. de testa. milit.

posſeſsionẽ accipere poſsit: quo caſu omni modo pronepos excluditur: friuolum igitur Scæuolæ conſilium erit. & quamuis huic argumento Raphaël Comenſis, Paulus à Caſtro. Socinus filius [a], varijs modis reſpondere conentur, à veritate tamen eorũ dicta abeſſe Ruinus oſtendit: quare ipſe aliter nodum ſic extricandũ putat, vt cùm filius & nepos hoc caſu inſtituti ſint, ſub conditione, ſi ſui permanſerint, & cùm cogi non poſſent, emancipare ſe permittant, idcirco etiam prætorio iure excludantur [b]: ſibijpſis enim imputanda eſt noxia, qui emancipationi adſentire voluerint. Sed & his argumentum non tolli crediderim, cùm ſub huiuſmodi conditione, vt pote difficili, filium * inſtitui non poſſe exiſtimem. Quid enim ſi filij intereſſet emancipari, cùm & emancipatio honor ſit [c]? nam & hoc pacto inuitus patria poteſtate exigi poſſet, quod iure Romano vetitum eſt [d]. Item cùm ex verbis expreſsè non conſtet filium in ſuitate inſtitutum, cur per ſubauditos hoſce intellectus patris teſtamento cenſetur præteritus? quinimò etiam ſi hęc patris intentio fuiſſe adferatur, huiuſmodi conditionem remiſiſſe credere humanius fuit, tum cùm eum manumiſit [e], cùm ita teſtatorum voluntates * interpretandæ ſint, ne filij excludantur: nam & ſi filius eo tempore, quo emancipatus eſt, hereditati renunciaſſet, non tamen ideo reijceretur: quoniã qui adire nõ poteſt, nec renunciare poteſt [f]: cur ergo quod expreſsè fieri non potuit, ex emancipationẽ inductum tacitè credamus? Igitur à veterum commentis ipſe diſſidens, ita ius conſulti verba accipienda opinor, vt hoc potiſsimum ſenſu præcedentibus adiungantur. Nam cùm ſub ſuperioris §. finem dixiſſet Scæuola, ſi filius inſtitutus ſit, † & nepos præteritus, & ſubſtitutus filio pronepos, ita demum valere teſtamentum, ſi nepos filio præmoriatur: alioqui ſi ſuperſtes illi ſit, teſtamentum ſucceſsione rumpi, cùm in eo præteritus ſit, qui ſuus hæres eſſet, ſi tunc decederet teſtator: ſubſequitur interrogando, Quid, ſi nepos non ſolùm non inſtitutus, ſed nec in conditione poſitus ſit? Quid, ſi filius prædicto caſu non naturaliter, ſed ciuiliter moriatur? Quid item, ſi nepos, de quo dictum eſt, emancipatus eſſet? nam tunc cùm in ſuitate non ſuccedat, quamuis filio ſuperſtes ſit, teſtamentum nõ rumpitur: & hos caſus expreſsim Iuriſconſultus non explicat: quoniam quod ius in eis obſeruandum ſit, ex prædicto §. ſatis declaratur, & inferiùs oſtendit, dum omnes caſus ad ſimilitudinem mortis admittendos putat. Sicuti enim ne ſucceſsione teſtamentum rumperetur, neceſſe erat nepotem ante filium mori: ita ſatis eſt ſi ante filium emancipetur. & hunc ſenſum ſi vti verum retineamus, minimùm oberit, quod ex aliorum ſententia ſuprà diximus, pronepotem in effectu excludi, cùm nepoti bonorum poſſeſsio contra tabul. decernatur. nam Scæuola eo caſu loquitur, quo prius filius, deinde nepos emancipatus ante patrem moriatur: nam tunc teſtamentum ſucceſsione nequaquam rumpi poteſt, & pronepos inſolidum admitteretur, cùm bonorum poſſeſsio contra tabul. defuncto nepoti decerni nequeat.

a d.§. & quid ſi tantum.
b l. ff mulier. ad Treb.
c §. hoc quoq. Inſtit. per quas perſo.
d l. iubemus. C. de emanci.
e l. i. §. largius de ſuc. edi. l. filio quem. infrà eo.
f l. is poteſt. de acqui. hær.
7

CAP. X.

Inter ſuos & emancipatos hodie eandem differentiam eſſe quæ olim erat: & quæſtio quædam Bartoli aduerſus omnium ſententiam finita.

SVMMÆ.

1 *Emancipatos cum ſuis ſuccedere, ſed varie.* 4.
2 *§. Nullam. de hæred. ab int. enucleatur.*
3 *Emancipationis, & ſuitatis non ſublatum diſcrimen.*
5 *Emancipatos vt ſuos vocari.*
6 *Nepos ex emancipato præteritus non rumpit.*

A

TRACTATVM † frequentiſsimè apud legum interpretes reperitur, quibus in caſibus eodem iure cum ſuis ad ſucceſsionem parentũ emancipati vocentur. Et Accurſius, recentis huius doctrinæ columen, Bartolusq; [g], & demum alij omnes, in ſucceſsione ab inteſtato nullam differentiam inter ſuos & emancipatos eſſe, ſed æqualiter iure ciuili omnes admitti exiſtimarunt: condico autẽ teſtamento tunc iure prætorio emancipatos, ciuili ſuos hæredes ſuccedere: quo fit, vt omnes bonorum poſſeſsiones, quæ in ſucceſsione inteſtatorũ emancipatis dantur, ſublatæ ſint. quapropter præter titulum, qui ſit, Vnde liberi, ſi præſentem vſum reſpiciamus, fruſtrà introduxit: multæq; præterea aliæ conſtitutiones, quæ diuerſum ius in emancipatis ſtatuebant, corriguntur. Idq; prodiderunt interpretes ex Iuſtiniani principis authenticorum conſtitutione [h]: Vbi nulla, inquit, † eſt introducenda differentia ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorũ prole ſeu fœminarũ deſcendẽtes, ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Cæterùm nunquã nobis ſententia hęc probabilis viſa eſt, cùm haud veriſimile ſit, tot leges, tot iuris prudentum reſponſa, breuibus hiſce verbis antiquari: quamobrem ſciendum eſt, eam ſanctionem Iuſtinianum non alia de cauſa promulgaſſe, quàm vt inter agnationem & cognationem differentiam tolleret, non autem vt emancipatos ad ſucceſsionem iure ciuili vocaret: quod ex conſtitutionis ipſius præfatione deprænditur, & ex titulo: ita enim inſcriptum eſt, *De hæredibus ab inteſtato venientibus & de agnatorum iure ſublato*. An ſi idem de emancipatis ſtatuiſſet † verboſiſsimus etiam in rubricis princeps Iuſtinianus, non aliquid dixiſſet? Dum igitur nullam differentiam inter eos qui ſunt in poteſtate, & qui ſui ſint iuris, eſſe tradit, intelligendum arbitror reſpectu effectus, quoniam æquali portione, vtrique admittuntur: *licet* † in ſuccedendi modo multum interſit, quoniam alter iure ciuili, alter iure prætorio adiuuabitur. Itaque eo caſu ſolum ius antiquum referri, non autem nouum induci credendum eſt. Nam & in Inſtitutionibus, de ſeruili cognatione, Tribonianus [i] primam cauſam ſucceſsionis deſcendentium eſſe adfirmat: & non intereſſe tradit, an in poteſtate, vel ſui iuris ſint, & an ex maſculis nati, vel fœminis: & tamen omnium ſententia receptum eſt, non nouo iure eos vocari, ſed vti iure ciuili vel prætorio priùs admittebantur, referri. Nec huic abſimile eſt quod alibi vidimus, nimirum alia Iuſtiniani conſtitutione *, beneficium abſtinendi ſuis hæredibus per annum conceſſum: quod non ideo tamen minus iuris prætorij eſſe creditur, nõ autem ciuilis. ſed cùm conſtitutio ea principaliter propter trãſmiſsionẽ edita ſit, quæ iuris prætorij ſunt, ea referre, nõ noua ſibi arrogare dicimus [l]. Siquidem & cùm ex lege Anaſtaſiana † emancipati, reſeruato agnationis iure, filijs diminuta parte ſuccederent, & ad ſimilitudinem ſuorum admitterentur, Iuſtinianus, qui integram portionem illis dari ſanxit [b], non tamen quicquam noui eo caſu induxiſſe credendus eſt, quo parentum ſucceſsionem amplectuntur, cùm tunc illis per prætorem propiſum ſit: nec enim in ea lege ſequitur, inſtar ſuorũ admitti, ergo & ſuos eſſe. Si igitur remanere adhuc differentiam inter ſuos & emancipatos conceſſe rimus, indubitabilis eâ fuerit quæſtio, qua Bartolus & alij tractauerũt [c], an ſi teſtator † filiũ emancipatum inſtituat, & ex eo nepotem in poteſtate retentum prærereat, teſtamentum prærititio ne rumpatur [d]? & non rumpi, nemo eſt, qui nõ dicat. nam cùm nepoti ab inteſtato nihil debeatur, nulla fit illi iniuria, ſi condito teſtamento, prætereritus ſit. recepta enim noſtra hac opinione, aduerſus omnium ſententiam teſtamentum illud nullius momenti fore, adſerendum fuerit: tametſi etiam, ſi à communi non diſcedamus, in propoſito tamen caſu, Bartoli & aliorum ſententiã ipſe minimè probauerim: nam dum ipſe exiſtimar, ab inteſtato huic nepoti nil deberi, vereor ne falſò exiſtimet. Cùm enim ſuus hæres auo ſit hic nepos, & emancipati ad ſimilitudinem ſuorum vocentur, cur non æquis partibus vtrunque admittimus [e]? cùm licet iure ciuili ex eorum ſententia † emancipati inſtar ſuorum ſuccedant, nõ tamẽ ita ſublatam differentiam probaturi ſunt, vt idcirco generaliter emancipatio nihil operetur, neposq;, qui in poteſtate permãſit, ideo ſuus hæres eſſe non poſsit: qua tamen in re ampliùs cogitandum reor.

g d.§. & quid ſi tantum.
h §. nullam. in auth. de hæred. ab inteſt. veni.
1
2
b in l. meminimus. C. de ſuis & leg.
3
6
c In d.§. & quid ſi tantum.
d d.l. meminimus.
7

CAP. XI.

Quemadmodum filia præterita ex ſtatuto, ſtantibus maſculis, &c. teſtamentum nullum dicere poſsit.

SVMMÆ.

1 *Dotata ne contratabulet, aut annullet: extraneo inſtituto contrà.* 2.
3 *Statuti dotatam excludentis ſcopus.*
4 *Præteritæ dotatæ remedium.*

1

SI ſtatuto † municipali cautũ eſſe his verbis proponatur: Exiſtentibus agnatis maſculis, filia dotata ab inteſtato non ſuccedat: quæſitum eſt, ſi in teſtaméto à patre prę terita ſit, bonorum poſſeſsionem contra tabulas petere num valeat? ſed & vtrum dicere nullum poſsit? Et non poſſe frequentiori calculo traditũ eſt: quoniam generali & antiqua regula, qui ab inteſtato non ſuccedunt, præteriti teſtamentum rumpere prohibentur. & licet in contrarium iuerit Petrus Beſutius [c], quod & nos quandoq; opinati ſumus, tamẽ dubio procul iudicando communis cæterorũ illa opinio obtineret: quam ita veram eſſe intelligunt, ſi agnati eo teſtaméto inſtituti proponantur: ſed ſi † extraneos teſtator
2 hæredes ſcripſerit, tunc ea remedia filiæ competere exiſtimarunt, quoniam hoc caſu ſtatuti ratio nõ extenditur. Cùm enim fauore conſeruandæ in agnatis opulentiæ editum ſit, & hîc fauor locum non habeat, diſpoſitione quoq; ceſſare dicimus. Sed & hoc dubium apud me eſt: quoniã ſi ratio ſtatuti deficiat, tamen adhuc ſtatutum viget, niſi per legem contrariam vel conſuetudinẽ reuocet: idq; Archidiacono, & Aretino uidet [f]. Nam & falſum putauerim, † ex ſola agnatorum vtilitate ſtatutum illud promulgatum eſſe, cùm & alia ratio reddi poſsit, nimirum vt diſcordiarum ſuſpicio remoueatur, quæ inter conſanguineos perniciоſiſsimæ oriũtur [g]. quamobrem ex primæ illius rationis defectu argumentum mini mè concludens eſt, cùm & veriſimile ſit, legislatores pluribus rationibus motos [h]. quod etiam, ſi vnicam illam rationem admittamus, dubium tamẽ adhuc fuerit, eur fœmina ſuccedat, cùm vt nullum teſtamentũ dicat, vel bonorum poſſeſsionem petat, fauor ipſe agnationis ſuadeat: ſed expugnato teſtamento, vt re ipſa ſucceſsionem capiat fauor non dicter: atqui agnati ipſi potiùs vocari debuerunt, vt ſolum mulieris beneficium venale ſit [i]. Verùm cùm à communi omniũ ſententia non † diſcedamus, poterit mulier, cui in
4 eo teſtaméto dos relicta eſt, repudiare eam, cùm iuri ſuo renuntiare paſsim concedatur, quo caſu tanquam indotata dicet teſtamentum nullum: tunc enim ſtatuti verbis non cõprænditur, quòd in ea filia loquiẽ quæ dotata eſt: igitur ab inteſtato ſucceder. & ita ſingulari certè, ſed perquã dubio apud me conſilio reſpondit interrogatus in facti quæſtione Baldus *, cuius auctoritas maxima hoc caſu eſſe debet, cùm qui contradicat ex ſcribentibus habeat neminẽ: tametſi qui & hoc apud eum ante nos animaduerterit, nõ reperies.

3 f In l. moribus. de vulgar. pupil.
g l. cum pater. §. dulciſsimis. de lega. 3. l. cùm oportet. C. de bonis quæ.
h Sali. in l. ſi ſeruitus. C. de noxal.
4 i l. filium. §. erit. ff. de bon. poſſeſ. contra tab.
k In conſ. clvij. Titius v. volu.
B
C
D

CAP. XII.

Num legitimatio (vt noſtratibus Doctoribus viſitata voce interim vtar) ad natiuitatis tempus per fictionem legis trahatur.

SVMMÆ.

D 1 *Legitimatio non trahitur retrò reſtitutio contrà.* 4.

1

VTILIS admodùm † eſt quæſtio, nũ legitimatio ad ea quæ retrò facta ſunt, per fictionem trahatur: & trahi legum interpretes exiſtimant: quoniã ex prudentum reſponſis traditũ eſt, quoties aliquis per principem natalibus reſtituitur, reſtitutionem eam etiã ad præcedẽtia produci. Verũ diuerſum ius in reſtitutione eſſe potius ipſe crediderim,
E cùm qui à principe natalibus reſtituitur, is propriè eſt qui cùm liber natus eſſet, poſtea ſeruus factus eſt [l]: quamobrem ea reſtitutio in eum ſtatum reponit, in quo erat cùm natus eſt, vt ſemper fuiſſe liber cenſeatur: tãmetſi interdum quoque aliter ſit [m], ſed irregulares caſus non conſiderantur. Itaq; cùm principis hæc verba, *Reſtituo de natalib.* ex proprietate locutionis beneficiũ illud retrò trahi denotent, fictionẽ eam tunc procedere mirum non eſt. Sed in legitimatione aliter obſeruatur: non enim * legitimatio natalium reſtitutio eſt: ſpurius quippe remaneret qui legitimatur, ſi ita eſſet, cùm eius natalia hac labe notata ſint: ſed eius ingenuitatis reſtitutio eſt, quę olim
F iure naturali vigebat [n], cùm paſsim omnes legitimi naſcerentur: & hæc reſtitutio minimè trahitur retrò, cùm manumiſsioni * ſimilem ° hoc caſu legislator adfirmet, quæ quidẽ dubio procul pręterita nõ reſpicit. Quamuis igitur reſtitutio à principe conceſſa retrò ſoleat aſpicere, non tamẽ in ea id iuris obſeruandũ eſt, quæ ſolius naturalis

1 l. fi. de na. reſt.
m l. ij. de na. teſt.
2
n §. licet. in authent. quibus mod. nat. effi. legit.
3
o d.§. licet.

ge

ralis iuris ratione restituit: alioquin, vt diximus, etiam seruorum manumissio retrò respiceret. Nam & hanc opinionem non Baldus solùm, Antoniusq́; Butrius probant, sed ex constitutionū ipsarum verbis confirmatur. Iustinianus in authentico, quibus modis naturales efficiantur legitimi. 4 Liceat † inquit, patri filios naturæ & antiquæ ingenuitati restituere, & de cætero sub potestate habere. & paulò inferius: Post legitimationem exinde filios frui solatio. quid enim magis ostendunt voces illæ, de cætero, & exinde, quàm antea gesta legitimationem nō respicere? Nec interpretatio Alexandri & Iasonis recipienda est [a], qui ideo in ea constitutione non trahi retro existimarunt, quoniam si id fieret, in alicuius damnum fieret. Quis enim hoc admittat, cùm palàm eo casu constitutio loquatur, quo legitimā sobolem non habeat pater? Quorsum ergo istud præiudicium oritur? Alexander iij. Pontifex [b]: Tanta est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. Si ita est, ergo secutis nuptijs, nō habentur legitimi ante contractum.

a d. §. & quid si tantum.
b c. tanta. extra, qui filij sint legitimi.

CAP. XIII.

Intellectus Doctorum in §. quid si is. veros nō esse, & corruptum à librario codicem, & quantum id in re literaria referat: quamobrem ex vnius elementi inuersione declaratus, vti debuit.

SVMMÆ.

1 *§. Quid si is. l. Gallus. sensus. 2. 3. verior. 6. emendatio. 5.*
4 *Emendationis vtilitas.*

1 QVID *si is* [e] (inquit Scæuola) qui † *filium apud hostes habebat, testaretur, quare nō induxit, vt si antequàm filius ab hostibus rediret, quamuis post mortem patris decederet, tunc deinde nepos, vel etiam adhuc illis viuis, post mortem scilicet aui nasceretur, non rumperet? nam hic casus ad legem Velleiam non pertinet, &c.* Perscrutandum à nobis est, qui nā potissimùm sensus his verbis quadrare posit. Et primò à quibusdam ita intelligitur, vt quæ Gallus Aquilius de naturali morte filij dixit, Scæuola ad captiuitatē extendat, vt eo casu nepos auo succedat: sed & si nascatur, viuo testatore, nihilo minùs Galli consilium & hìc efficax sit. atq; ita ordinantur verba, quæ alioquin aduersari vidētur, vel etiam adhuc illis viuis, scilicet testatore & filio nasceretur, post mortē aui non rumperet: qui intellectus omnem textū interpolat, & subuertit: tum etiam iure nō defenditur. nam si nepos, viuo auo, natus proponitur, certè casus hic ad legem Velleiā, non (vt Iurisconsultus ait) ad Gallum pertineret. Et minimū negantis hoc Socini respōso nos mouerit, qui legē Velleā solùm loqui existimat, cùm viuo testatore, filio verè mortuo, nepos nascitur. Nam cùm filius captiuus fictè mortuus dicatur, cur huiuscemodi legis dispositio (sicut consiliū Galli) ad fictum casum non trahitur? nam etiam si nō traheretur, certè negari non potest, eum casum Velleij magis quàm Galli prouisionis similem esse: & tamen plus Gallo tribui ex hoc contextu colligere-
2 tur. Alius igitur † sensus per interpretes tradit, vt nepos, qui mortuo apud hostes filio, vel etiā illo viuo, post mortem aui nascitur, succedat: & cō-

e §. quid si is. d. l. Gallus.

muni plurimorum auctoritate hæc expositio firma est: cæterùm quàm sit absurda, neminem Latinæ linguæ peritū (vt opinor) præterit: quomodo enim, illis viuis, pro illo viuo accipiamus? quis hallucinatum in grammatico numero Iurisconsultum credat? nam tametsi quandoq; pluralis pro singulari ponatur, cùm ad plura in genere dictio referri potest, cùm tamen rem solam respicit, salua ratione recti sermonis fieri nequit. Quamob-
A rem † Baldus, Ioānes ab Imola, Pontanus, Iason 3
aliter intellexerūt, vt ea verba, illis viuis, de filio, & nepote accipiantur: eaq; Scæuolæ sentētia sit, si pronepos post mortem proaui, cùm pater & auus captiui viuerent, natus sit, proauo agnasci, & idcirco institui posse. Verùm hic verbis legis contrarius est, cùm non post mortē aui, sed proaui scribere Scæuola debuisset. Sunt & aliæ Doctorum in his verbis tricæ, quas, quoniā ex aliorum dictis confutantur, referre operæpretiū no-
B bis visum non est. Itaq; vt ipse quæ nostra sit opinio tandem eloquar, ab imperitis corruptū esse textum cùm suspicarer, veteres libros adeundos censui, & id exemplo antiquorum. Siquidē Zenonem, cùm ab eo Aratus poëta quęsiuisset, quonam pacto † emendata Homeri opera compara- 4
ret, respondisse ferunt, id futurum si in antiqua exemplaria incidisset, non quæ ab recentiorum aliquo inuersa essent. Quamobrem & Valerius Probus, cùm quandoq; animaduertisset, scripto-
C rum negligētia optimos quosq; codices vitiari, ex antiquorum lectione eos adnotare, distinguere, emandare adortus, æternam laudem adeptus est: quod ex Græcis Appionem quoq; fecisse memoriæ traditum fuit, apud quos & Nicanor tam diligēs extitit, vt στιγματίας inde appellatus sit. Nā A. Gellium nemo, opinor, non legit, quantumq́; ei negotiū ex librariorū incuria factū sit omnes animaduertunt. Quapropter & Iustinianus Cæsar, non alia de causa falsi crimine eos librorum
D notarios teneri mādat, qui per signa & notas Iurisconsultorū responsa & leges scribere audent: callebat enim quàm facilis inde esset in mendā lapsus. Igitur cùm corruptum codicem vitiatūq; Scæuolæ responsum suspicarer, in Marciana Mediolanensi bibliotheca Digestorum opus, nō in tria, vt præsentis moris est, sed in duo volumina diuisum perlegi: quod quidē maximè fidei apud me erat, tum quòd sine glossematis ante Accursium scriptus est liber, tum etiam quòd ante cu-
E iusq; responsi principium autoris nomen adscriptū habet, additurq; numerus qua in libri sectione Iurecōsultus illud scripserit. In eo itaq; † Scæ- 5
uolę verba adscripta offendi, vt quod in vulgatis legitur, vel adhuc illis viuis, post mortē scilicet aui nasceretur. legendum sit, post mortē scilicet, qui nasceretur. Lubricus enim admodum error est, vnum quòd in a, vertere, cùm non nisi paulò productiore linea dissepare̅tur: & scriptor qui in superiore §. iusta scriptura similes voces scripse-
F rat, credidit in hoc quoq; idem esse, sed falsò. Sic itaq; Scæuolę verba declaranda duxerim. In prę cedentibus † clausulis dictū fuit, si filius & pro- 6
nepos nepote præterito instituti sint, nisi nepos filio prędecederet, testamentū successione rumpi: quod verū esse subiunxit, præterquā si emancipatus sit nepos. Subsequitur nunc præsenti responso Scæuola, & sicut prius Galli consiliū de morte filij loquens, ad ignis & aquę interdictionē produxerat, nunc ad captiuitatem quoq; producit deinde quod de emācipatione nepotis di-

xerat, ad eum casum trahit, quo nepos nō emancipatus, sed captus ab hostibus fuerit: nam filio nepoteq; apud hostes detentis, licet viui adhuc sint, tamen post mortem testatoris, qui nascitur, pronepos institui potest. Distinguenda ergo sic verba sunt, & vbi textus dicit, tūc deinde nepos punctū faciendum est, & repetendū infrà verbū, non rumperet. Sequitur alius casus ad pronepotem pertinens: Vel adhuc illis viuis [a], post mortem, scilicet, qui nascerēt nō rumperet. Post mortem [b], intellige testatoris, sicut in præcedenti §. Omnes casus, ex quibus suus hæres post mortē suā, &c. & quod ait, qui nasceretur, non rūperet, necessariò pronepotem intellige. Et hoc sensu omnia de plano & absq; salebra procedunt: tametsi, scio, reclamabūt ceruicosiores quidā, nec mendosi codicis confessionē admittent, quam tamen Baldo concertans & riualis. Bartolus admittere quandoq; non erubuit, si vera est fama.

a d. §. & quid si tantùm.
b d. §. instituens.

CAP. XIIII.

Filij appellatione an nepos, item auiæ an proauia veniat.

SVMMÆ.

1 *Nepotes filios in legibus dici in hominū actib. contrà. 3.*
4 *Auiā proauiam non contineri.*

1 DVBITATVM † est in ea quæstione, an filij appellatione nepos compræhendatur: & interpretes nostri tam prolixè id explicuerunt, vt vel integros libros cōsarcire quilibet ex eorum scriptis posit: & quoniam à veritate longè & latè (vt dici solet) abfuerunt, dū argumentis aduersantibus respondere per distinctiones subdistinctionesq; conantur, res in infinitū protracta est. Cęterùm vt quid in proposito casu sit, paucis ipse demonstrē, scire debemus appellationē filij ad nepotes ex proprie-
2 tate sermonis non pertinere [c], sed plerunq; * ex similitudine iuris per extensionē trahi [d]. Si igitur de legis dispositione loquamur, productionem hanc regulariter locū habere dicendū erit, nō in fauorabilib. tantùm, sed & in odiosis [e], nisi diuersa ratio inter vtrūq; casūm dissimile ius inducat: tūc enim nepos proculdubio filius nō existimat [f].
3 Quòd si in † hominū dispositionib. dubitemus, tūc filij appellatione nō continetur nepos [g], quoniā in huiusmodi actibus regulariter nulla extēsio fit. Si verò contrahentē etiā de nepote sensisse præsumat, tunc secus est: præsumitur aūt eius volūtas, cùm alioqui dura separatio indiceret [h], vel extranei suis præponerentur [i]: sed & plerūq; ex consuetudine loquendi patrisfamiliās conijcimus [k]: & differētiæ ratio ea est, quia faciliùs legis verba producunt quàm hominū [l]: cùm hæc nō extendatur, nisi ex mentis coniectura: at lex legis voluntatē semper exploratā habet. Nec ea ratio obst. quòd in testamētis lata interpretatio fiat: nam id verum est, si ita esse præsumpta testatoris mens persuadeat: nam & indefinitā vniuersali æqualiter pollere in verbis legis, certum est:
4 quod in hominū actibus non est [m]. Sed & huic † quæstioni adfinis est, nū auiæ appellatione proauia quoq; significetur: & ex vocabuli proprietate superiore ratione negauerim. Quamobrem si quæratur, an Iustiniani constitutio, quę matri, & auię tutelam defert [n], in proauia obseruanda sit,

c §. fin. Instit. qui test. dar.
d l. iusta. l. filij. de verb. sig.
e l. filius ad Maced. l. senatus. de rit. nupt. l. ŋ. §. si mater. ad tert.
f l. sed & milites. vbi Nicol. de Neapol. de excusat. tutor.
g d. §. fin. l. quod si nept. de testa. tut.
h l. liberorū. de verb. signi.
i l. Lucius de hæred. instit.
k l. alimenta. de ali. lega.
l l. commodissimè de libe. & posthum. & d. §. & quid si tantum.
m Bartol. in l. si pluribus. de leg. j.
n In authent. vt liceat matri & auiæ.

non obseruandam respōdebo: quod Angelo, Fulgosio, Paulo Castrensi, & Pontano [o] visum est, licet frequentiùs contrarium adfirmetur. Nam & matrem auiamq; solas admitti, cōstitutionis verba indicant. nec Imolæ, Alexandri, Iasonisq; respōsio solicitum me habet, dum per dictionem, solas, non excludi similes casus testantur [p]: nam id vtique concedi posset, nisi sic intellecta vox hæc, nihil operaretur [q]. quòd si lex municipalis,
A vt aliquid inducat, cōtra ius commune extenditur, quantò magis pro iure communi, vt proauiā excludat, vox hæc interpretatione adiuuāda est? Sed & in fauorabilib. solùm casus similes ea vocula non eximi, Bart [r]. certissimus auctor est: at nos hoc sensu, odia * quæ restringenda sunt, qua- 5
lis est legum correctio, extēderemus, quid enim si minor ratio in proauia sit? quæ, vt verisimile est, non tam impensè pupillū amabit, vt gradu proximiores [s], mater vel auia facturæ sunt, licet in
B proauo sit contrà, spe propagandi generis [t], quid item si Aretini [u] opinionem sequamur? qui ea dictione casus quidem non excludi, personas verò similes excludi existimauit, in commentarijs tituli de acquirenda hæreditate: quamuis Aretinū ipse non satis hoc casu probem.

o d. §. instituēs.
p Glos. in l. cùm notissimè. C. de præscript. xxx.
q l. si quādo. de leg. j.
r In l. si constante. sol. mat.
s Gl. in verb. appellabantur. Insti. qui dari tut.
t d. l. liberorum.
u l. ventre. per l. si necessarijs. §. de vendi. ff. de pigno. actio.

CAP. XV.

§. Si eius. non rectè adusq; nostra tempora intelle-
C *ctum, & quomodo dubium sit, ad Gallum, an ad Velleium vterq; casus pertineat.*

SVMMÆ.

1 *Postliminium ad Gal. & Velle. pertinere.*
2 *Postliminij capita: eorum vis.*
4 *Galli & Vellei scopus.*
5 *§. si eius. l. Gallus. sensus. 6.*
7 *Pronepotis postliminium nec ad Gall. nec ad Velleium pertinet.*

D

SVBSEQVENTVR in eadē lege [x] hęc ad literam verba: *Si eius †, qui filium habebat, nepotem ex eo instituerat, nurus prægnans ab hostibus capta sit, ibiq; viuo auo & eius filio pariat, mox ille nepos post mortem patris atq; aui redeat, etc.* 1
Idem quærendum est, si iam mortuo filio pronepotem instituat hæredem, redeatq; mortuo eo. Sed cùm testamentū ab eo non rumpatur, nihil
E refert, vtrùm ex iure antiquo, an ex lege Velleia excludatur. Vestigandum præcipuè est, ad quem primus ille casus pertineat: siquidē perquàm dubium hoc ex interpretū opinionibus factum est, cùm ad Gallum Accursius, & cum eo plurimorū auctoritas, ad legem Velleiam Aretinus, Paulus Castrensis ad neutrū, Raphaël Comēsis ad Iuliani indifficilem casum pertinere prodiderint. Sed quoniā eorum rationes confutare nō admodùm difficilè fuerit, præsertim cùm quæ ab Accursio
F dissideāt, verbis legis repugnēt, solùm hoc agendū erit, vt quæ nostra sit sententia exprimamus. Opinor itaq; prædictū casum & ad Gallū, & ad Velleium spectare posse: & id tribus rationibus. Prima est propter † capita postliminij, quorū al- 2
terum tempus captiuitatis respicit, & omnia illucusq;, tanquam si nunquam nepos in captiuitate natus esset, restituit: alterum tempus reditus considerat [y]: & hoc Gallo subijcit, illud Velleio: quoniam, viuo testatore, natus nepos est. Secunda ratio est: nam cùm nurus capta proponatur,

x d. l. Gallus. §. si eius.
y Ias. in l. si is, qui pro empto.

dddd

& de reditu nepotis solùm fiat mentio, sequitur
ipsam obijsse captiuã: quo casu summo iure post
liminium locum nõ habet, sed solùm censebitur
nepos natus ea hora, qua reuersus est: & ideo res
ad Gallum spectabit. Sed si ex Ioannis, & Accur-
sij sententiã, æquitatem considerauimus, etiam
quòd mater non redeat, ius postliminij obserua-
bitur [a], quo iure Velleij dispositio in promptu e-
rit. Tertia efficaciùs inducta ratio est: quia si ciui-
li iure ciuitatem attendamus, is casus Gallo de-
beretur, cùm tunc solùm credatur natus cùm re-
dijt: si fictionem obseruemus, quia, viuo auo, na-
tus est, ad Velleiũ spectabit. Nec fictioni veritas,
3 aut veritati * fictio [b] præualere debet, cùm si idẽ
respiceret, veritas obseruaretur: si diuersa, fictio:
sed hoc casu diuersis respectibus ad vtrunq; ten-
4 dunt, quum Galli † & Velleij leges diuersæ sint:
& cùm vtriusq; vnus sit finis, nimirum testamen-
ti sustinendi prouisio, eòdem quoq; contendere
dici possunt. Cùm igitur propter rationum repu
gnantiam, casus hic perquàm dubitabilis esset,
consultiùs Scęuolæ visum est, nil censere, usque-
adeò re non vtili, vt determinatione periclitare-
tur. Quamobrem & Cato Saccus nihil hac in re
disputat, quòd videlicet testetur aduersus Iuris-
cons. exemplum nolle se nodum in scirpo quæ-
rere. Videamus nunc quid in secũdo casu, quem
Scæuola refert, dicendum sit: & primò quẽ sen-
sum Iurisc. verba accipiant, ampliùs quęrendum
reor cũ interpretationes recentiorũ minimè mi-
hi satis faciant: & communiter dici solet, variari
in eo à superiore casum, quòd quæ in nepote di-
cta erant, procedere in pronepote etiam tradit:
intelligenturq; voces illæ. mortuo eo, id est, pro-
auo & nepote: quod commentũm planè absur-
dum est, cùm scribendum in textu, mortuis eis,
Latini sermonis ratio postularet. Quis enim me
diocriter eruditus, de duobus singulariter loqua
tur? Quamobrem Pyleus Moguntiacus, & Ioan-
nes, non pronepotem, sed nepotem legunt: Ian-
cinátq; hoc potissimùm modo legis verba, vt ex
hac & alijs rationibus non immeritò plurimorũ
calculis damnentur. Igitur vt verum ipse intelle
ctum aperiam, tale interpretamentũ adhibendũ
5 opinor, vt dubitet Iurisconsultus †, si capto, vt in
superiore casu suprà nepote, mortuo filio pater
testetur, soloq; pronepote viuo instituto dece-
dat, deinde redeat nepos, quid iuris? præteritus-
ne nepos rumpat, an excludatur à pronepote? &
num pronepos ex Gallo, vel lege Velleia institu
tus sit? & concludit à nepote testamentum non
rumpi, sed eum ab hæreditate excludi. quapro-
pter quo iure pronepos restitutus sit, non expli-
cat, quoniam nullius vtilitatis quæstio hæc est,
cùm omnino testamentum valeat, neposq; præ-
teritus à pronepote excludatur. Ergo in textu
6 dum dicitur, redeatq; mortuo eo † intellige ne-
potem, mortuo testatore, reuerti: nam hoc mo-
do verba ipsa prę modum clara explicitaq; erũt,
nec quicquam impropriè accipietur: & ex his il-
lud necessariò defendendum est, nepotem hunc
præteritum non rumpere testamentum: sed ta-
men nouum hoc, aut æquitati repugnans videri
non debet: nam cùm non solùm testamenti &
aditæ hæreditatis, sed & medio tempore nun-
quam nepos in potestate fuerit, iure potuit in
testamẽto præteriri, cùm successione illud rum-
pi hoc casu nequeat. Nec obest postliminij fictio,
tum quia in præiudiciũ pronepotis obseruanda
non est, quoniam iniquũ sit, eum qui iusto titulo

a l. j. C. de capt.
b Iason In l. si is qui pro empto.

dominus hæreditatis factus semel est, eo iure ho
nis priuari, & testamentum aditione co[...]
tum subuerti: tum etiam quòd, cùm mater a[...]
hostes obijsse proponatur, ius postliminij ex p[...]
mo capite nepos non habet, quod post Pla[...]
num, & veteres quosdã, Raphaëli, & Besutio, &
& Iacobo Puteo videtur [c], & rationi cõsentaneũ [...]
est: siquidem mater quæ apud hostes obijt, hora
captiuitatem præcedente obijsse, ex lege Corne
A lia fingitur: ergo filiũ parere nõ potuit. quamob-
rem si primũ postliminij caput spectaretur, nón-
ne lex aduersus legem fingeret [d]? quod omnium
calculis reprobatum est [e]. Superest vt † ostenda- 7
mus, ad quẽ casus hic pertineat: & cùm Velleius
vtroq; capite locutus sit, quando minimè præte-
rito filio, substituitur nepos, vel nepoti pnepos,
quod in nostro casu non est, ad Velleiũ nõ specta
re dixerim. Sed & cum Gallus de posthumo, vt
aiunt, alieno senserit, pronepos aũt viuente testa
B tore natus proponatur (quãuis etiã si eo mortuo
natus esset, idẽ iuris, quo ad successionẽ, seruare
tur) ad eum vix est, vt pertineat: verumenimuero
ad vtrunq; referri posse tandem placuit: ad Gal-
lum, quoniã nepos viuo testatore ciuiliter mor-
tuus est: ad Velleiũ, quoniam viuo testatore, na-
tus est pnepos. & id qdẽ ex primo capite legis.

d In d. §. [...]
e l. ij. §. è contrario. de acquir. possess.

CAP. XVI.

C *Legem impossibilia fingere, & extrema idonea non requiri, & meras nænias esse quæ in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Bartolus ex seipso deprompserit.*

SVMMÆ.

1 *Fingi impossibilia. 3.*
2 *Fictionem & dispensationem eodem iure censeri.*
4 *L. Si infanti. de iu. delib. sensus.*

D TRADITVR in eadem legis particula,
alia frequens regula, fictionem, videli-
cet, legis nunquam impossibilia ex re-
rum natura inducere: ideóq; esse in his,
quæ ciuili iure impossibilia reputantur [f]. Nos
hæc † temerè dici quandoq; putauimus: & in pri 1
mis rerũ natura impossibile est, eum qui in vte-
ro sit, ante septimum mensem viuum esse, tamen
pro nato fictione legis, tum quoq; habetur [g]: &
quamuis multùm se interpretes contorqueant,
E dum huic argumento respondere nituntur, fru-
strà tamen eos sese angere, in fictionum tractatu
Iason ostendit [h]. Et communiter dicitur, dispen-
sationem eam, non fictionem esse: quoniã quic-
quid existimauerit Iason, verba in lege posita (ni
mirùm quodammodo, & perinde) non fictioni
tantùm, sed & dispensationi conuenire possunt.
Validiùs itaq; nostrum argumentum obstiterit:
nam, Baldo auctore [i]. ex Papiniani respõso † no- 2
tatum est, quæ per fictionem fieri non possunt,
F nec per dispensationem posse. Igitur si ante se-
ptem menses fingi non potuit natum infantem,
certè nec ex dispensatione induci potuisse adfir
mabimus. quòd si res alioqui impossibiles, di-
spensari concedamus, cur non & fingi? par et-
enim vtroq; casu ratio est, tametsi differentiam
hanc ipse minimè agnoscam, cùm nihil aliud di-
spensatio hæc mihi videatur, quàm fictio quæ-
dam. Confutatur etiam communis opinio alia
ratione: nam si aliquem lethali vulnere adfece-
ris † aliusque alio vulnere æquè graui eundem 3
percusserit,

f l. talis. de leg. j.
g l. qui in vtero. de sta. ho.
h In l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.
i l. Papinianus. §. fin. de inoffic. testa.

percusserit, & cunctantem animam accelerare
coëgerit, vterq; hominem illum interfecisse fin-
gitur [a], cùm tamen nõ nisi semel mori permissum
natura sit. & non alias quàm imbecilles respon-
siones huic argumẽto per iuniores adduci, cùm
locupletissimus testis est Iason [b], tũ & nos quan-
doq; diffusiùs ostendimus. Sed & aduersus iure
ciuili possibilia, fictiones inductas esse, animad-
uertisse me in Iustiniani lege aliquando memi-
ni. Is in titulo, de iure deliberandi, si infanti hęre
4 ditas † delata sit, & ante aditam moriatur, licere
parẽti suo eam adipisci tradit, & iure patrio pos-
sidere, tanquam si infanti priùs delata, & quęsita
esset [c]: fingit itaq; lex delatam, & quęsitam infan
ti hæreditatem, quod tamen iure ciuili [d] fieri nõ
potuit, cùm infanti delata hæreditas dici pro-
priè non possit, & cùm is adire non possit, qui
nec animum habet. Admittamus ergo, generali-
5 ter fingi impossibilia per leges *, si tamen æqui-
tas subsit: quòd si ea non dictet, fictio nullum lo-
cum nanciscitur: qua ratione intelligenda sunt
iura, quæ in idipsum à Doctoribus adferuntur.
tum aliter explicanda quæstio, Si mortuo filio
concubina mihi nubat, num ex eo geniti nepo-
tes legitimentur? & nõ legitimari creditum est,
tanquam extremum fictionis caput aptum non
esset, quia mortuus filius: nam id non obesse ex
Iurisconsulti verbis [e] docemur, qui, si mortuo,
inquit, filio aliquẽ adoptauero, is filij frater fuis-
se uidetũ: vt iure meritoq; de albo tollendas Bar-
toli longissimas illas habiliũ extremitates cen-
seam; quæ nec Romano iure probantur, & nihil
vlteriùs sunt, quàm in parietibus pictæ nebulæ.

a l. ita vulneratus. ad leg. Aqu.
b In d. l. si is qui.
c l. si infanti. C. de iur. deli.
d l. pupillus de acquir. hær.
e In l. si filiũ. de gradibus.

CAP. XVII.

Omnes sensus, qui in §. forsitan. d. l. Gallus. per Doctores referũtur, verbis repugnare, absurdos ineptosq; videri, quamobrem aliter explicatus.

SVMMÆ.

1 *§. Forsitan. sensus. 2. verior. 3. 5.*
4 *Pronepotis successuri præteritio nulla ex causa diuersũ.*

FORSITAN *adhuc [f] dubitet quis, an istis
casibus, si nepos post testamentum nascatur,
viuo patre suo, deinde ex eo concipiatur, isq;
mortuo patre, deinde auo nascatur, an nõ po-
tuerit hæres institui? quia pater ipsius non rectè institutus es-
set, quod minimè esset expauescendum: hic enim suus hæres
nascitur, & post mortem nascitur: ergo & sic pronepos ad-
mittetur, qui natus erit ex nepote postea viuo filio, atq; si ex
eo natus esset adoptatus.* Scæuolæ hæc verba, quoniã
ab alijs falsò accipi contenderim, prius ex cæte-
rorum sententia declaranda sunt, vt eis proposi-
tis, quantò proximus nostra interpretatio verita
ti accedat, cuilibet noscere promptum sit. Et pri
1 mò Accursius † ita exponit, vt tali casu cõtrouer
siam esse proponamus: Pater filio instituto, nepo
te præterito, pronepotem substituit: videbatũ te-
stamentũ nullius momenti esse, quia præteritus
est nepos: quod expauescendũ non est, cùm ante
filium mortuus dicatũ, & idcirco successione nõ
potuerit rumpere. sed & si pronepos, viuo filio,
nascatur, idem iuris est, quod in adoptiuo quoq;
pronepote procedit. Verùm hic sensus & cõmu-
niter cõfutatur, & rationibus quoq; minimè
probabilis est: nam cùm Scęuola casum se dubiũ
proponere adfirmet, quis hunc intelligi meritò

f d. l. Gallus. §. forsitan.

dicat, quia antea per illum explicatus fuerat? &
quãuis in superiorib. nepos tempore testamenti
natus esset, hic nõ esset, minima tamẽ hæc varia-
tio rẽ nihil magis dubiã facit. Præterea cũ in ver-
bis Iuriscõs. nulla de morte testatoris mẽtio fiat,
cur nos eam præter verba inducemus? expressus
enim cauillus est, si illis verbis mortuo patre, de-
inde auo, etiã proaui mortem addiderimus: nam
& quis credat istos casus, quos Scęuola tacitè no
A tat ad versiculum, nam & si filius, ex interuallo
præcedentem referri, & nõ potiùs ad proximio-
ra? Itaq; aliter ex Accursij lectione fingendus ca-
sus est, ad hunc modũ: Pater filio instituto, & ne-
pote præterito substituit pronepotem, qui apud
hostes, illis viuis, nascitur, & post mortem eorũ
redijt: quo casu tanquam suus hæres testatori
succedit: sed & si non testatore, aut nepote, sed,
viuo tantùm filio, nascatũ, deinde post eius mor-
tem redeat, succedet, & nõ aliter admittetũ, quàm
B alius qui apud hostes existens à principe adopta
retur. Verùm in primis velim paulò diligentiùs
doctiores considerent, quid commune hic intel-
lectus habeat cũ verbis textus: nam præterquàm
quòd vbi dicitur, mortuo patre, exploditur anti
qua lectio, & legitur viuo. dictio quoq;, Deinde
non conuenit: cur enim, mortuo patre, deinde a-
uo, potius dixit, quàm patre mortuo, & auo? cũ
etiã si auus patri præmoriatur, nihil referat. Vbi
item in textu de præteritione nepotis, de hosti-
C bus, de reditu pronepotis mentio est, nónne hęc
sũt mera somnia? quis sanus verbũ, nascatur, in-
telligat ciuiliter, cùm redit, & non potiùs natura
liter, ex ventre matris [g]? quis etiam adoptionem
à principe factã hîc ex verbis accipiat? vbi de ab-
sentia verbum vllum? & cùm adoptio absentis
non nisi summa potestate per solum principem
fieri possit, quis verisimile credat hunc casum à
Scæuola consideratum? vt certè communi hoc
intellectu nihil sit prorsus ineptius, qui & diui-
D naci coniectura, & ex verborum conduplicatio-
nibus solùm procedat, & in quibusdã quoq; ex
præcedentis §. fine superfluus sit. Quamobrem
Socinus, vt erat in nostra hac disciplina perquã
acutus, veterum interpretationibus explosis, in
hunc fermè modum Iurisconsulti verba expli- 2
cat, † vt ex consilio Galli ponamus filium nepo-
tem, pronepotemq; institutum: accidisseq; vt ne
pos ab hostibus caperetũ, apud quos genito pro-
nepote, decederet, qui pronepos, mortuo filio,
E & testatore redijt. Et quoniã in nepote ius post-
liminij locum habere nõ potuit, videbatur pro-
nepotem tanquam filium serui, non posse succe-
dere: quod tamen nimis durum erat: quapropter
fauore sustinendi testamenti, pronepos suus hę-
res testatori fiet: nam & iuris fictione potest ali-
quis suus hæres auo esse, tametsi filium nunquã
habuerit: vt si aliquem in nepotem sibi eum ad-
optasse affirmemus. Sed & hæc interpretatio à
F Iurisconsulti verbis perquam aliena est, cùm (vt
suprà diximus) nulla hîc mentio de testatoris
morte, nec de hostibus fiat. Neq; id quisquã de-
ducendum ex pręcedenti §. opinetur: cùm ibi de
nepote tractatũ sit, qui apud hostes nascitur, non
de eo, qui in patria natus capiatũ, vt est Socini ca-
sus: nã & falsum est, ex vtilitate, quæ in testamen
tis versetur, decisionem hanc sustineri, cùm & in
textu de hoc fauore nihil dicatur: & absonũ est,
posse testamenti fauorem aliquid aduersus legẽ
Corneliam inducere, cùm nec fauor libertatis id
possit [h]: quin & in textu verba illa, uiuo filio, su-

g Gl. in c. susceptũ. de rescrip. lib. vj.
h l. diuus. de capt.

perflua,nulliusq; effectus essent.Ex his igitur nõ
dubito,quin omnes hę interpretationes cõmen
titiæ,& inconcinnæ paulò doctioribus videant,
& in posterum reijciantur: qua de causa sit verũ
ipse intellectum de tot ambagibus extricandũ
3 censeo. Fingamus † ex forma à Gallo & Velleio
introducta, filium, nepotem,pronepotem insti-
tutos, substitutosq;: dein euenisse, vt mortuo
prius nepote,deinde filio, viuente proauo, pro-
nepos nasceretur, quæsitum est, an ex prædicto
testamento pronepos his succedere possit? & re
4 pellendum videbatur † quasi inefficax testamen
tum esset, quoniam eius pater non rectè institu-
tus erat. Nam institutio ex consilio Galli facta,
eum admittit,qui suus nascitur: nepos autẽ cùm
natiuitatis tempore ab alio præcederet, vt suus
succedere non poterat [a], & ideo prę̨teritus vide- a l.commodissimo.supra eod.
batur.Sed tamen hoc parum obstat: quoniã præ
teritio hęc nullius effectus esse potuit, cùm ante
patrẽ ipse mortuus fuerit: igitur pronepos succe
det,qui suus hæres ipse nascitur,& post mortem
patris nascitur, quo casu nemo eum in potestate
præcedit, qđ in patre suo erat cõtrà. Sed si pro-
nepos,viuo testatore,non nascatur,vt in superio
re casu est,sed,viuo solùm filio,nunquid illi suus
hæres erit? & esse Scæuola ait, perinde ac si non
eius nepos esset,sed adoptatus in locum filij: si-
quidem ita illi suus hæres erit pronepos quãdo
à nemine in gradu præceditur, sicut si ab auo in
locum filij adoptatus esset: admittetur ergo vt
suus hæres filio,non tamen ex testamento proa-
ui,nam id impossibile est,sed succedet in primo
suitatis gradu: nisi fortasse testamenti verba ita
concepta proponamus, vt non instituant solùm
filium, sed & eum filio substituant, qui illi suus
hæres alioquin esset: quamobrem si viuo testa-
tore & filio natum hunc pronepotem in casu hu
ius vltimi versiculi admittamus, nihilominus
succedet, quàm si ex eo, hoc est, filio natus esset
adoptatus. Sed huic nostro intellectui aduersari
illud videtur,quod si institutionem ex Galli con
silio factam dicamus, cum in eo conditio sit, si
post mortem testatoris nascatur, pronepos hîc
non debuit succedere, quoniam conditio non
euenit:nam viuo testatore natus est. sed ipse ar-
bitror concepta non fuisse verba, vt ad literam
in consilio Galli referuntur, sed potiùs paulò ge
neralius: Si filius, me viuo, morietur, tunc ne-
pos & si nepos, tunc pronepos suus hæres esto.
nam cùm in superioribus casibus eas quęstiones
recitauerit quæ & ad Velleium,& ad Gallum re-
ferri poterant, subsequitur forsitan istis casibus,
&c. vt necesse sit verba ita concepta fateri, vt ad
Gallum,& Velleium casus hic pertineat. Et hæc
quidem interpretatio mirum in modum conue-
nire verbis legis videtur,nec efficacia argumen-
ta possunt in aduersum deduci: qua de re censeo
illi adhærendum, donec aliquid melius aptius-
que inueniatur. & quoniam hi casus non magis
ad Velleium spectarent, quàm ad Gallum,aliqui
5 bus fortasse nõ displicuerit in primo §.casu † in-
telligere pronepotem etiam post testatoris mor
tem natum, vt hoc ex subiecta materia accipia-
tur, quòd videlicet Galli consilium ita requirat.
nec obstiterint ea verba, Isq; mortuo patre, dein
de auo nascatur: quoniam solùm ea referuntur,
vt inde constaret,tametsi nepos vti suus hęres in
stitutus esset,& in alio casu præteritus,
testamentum tamen non
vitiari.

CAP. XVIII.

*Exhæredationem post mortẽ filij valere, si institu-
ti sunt venientes ab intestato: & aliter intellectus §.in
omnibus.d.l.Gallus.quàm ab alijs fuerit.*

SVMMÆ.

1 *Exhæredatio mortui firmabilis:ex causa contrá.2.*
A 3 *§.In omnibus.l.Gallus.explicatur.*

IN † omnibus suprascriptis casi- 1
bus illud obseruari Scæuola iu-
bet, vt filius, qui in potestate est,
hæres aliqua ex parte instituatur:
quoniam frustrà post mortem ex-
hæredaretur. Videamus num ve-
rum id sit,& quemadmodũ intelligendum.nam
si nepotes instituantur,cùm filius moreretur,ex-
B hæredato eo,possunt succedere [b],& tamen exhę b l.si.in fi.de cõdi.instit.
redatio hæc viuente filio confirmari non potest.
nec obest Bartoli,Iasonis, cæterorumq; respon-
sio, dum in vita filij adiuuari posse eam exhære-
dationem tradunt, quasi conditio illa, cùm mo-
reretẽ, vitæ tempus amplectatur: quod in odiosis
concesserim, in fauorabilibus certè solam mor-
tem cõprændit [c]: at vt exhæredatio non valeat, c l.qui duos.de man.test.
summus fauor est [d].Quamobrem ipse † credide- 2
rim,si nepos,vel pronepos, vel similes ab intesta d l.ij.supra eo.
C to successuri, instituti proponantur, huiusmodi
filij exhæredationem valere: nam si filius verè
præteritus, etiam contra naturam conditiona-
lium verborum,eo casu in consilio Galli pro in-
stituto habetur [e], quantò magis exhæredatio e In pri.d.l.Gallus.vbi Bartol.
hæc, quæ expressa testatoris voluntate defendi-
tur, propter vtilitatem nepotum sustineri de-
bet? Igitur si filius exhæredatus morietur, lo-
cum institutis nepotibus faciet: si autem super-
stes erit,tunc regulam admittemus, ne talis ine-
D pta exhæredatio filio obsit.nam Scæuolam præ-
senti § eo casu loqui arbitror, quo filius superui-
uat: alioquin & ipse ineptè loqueretur, dum
non requiri nepotis & pronepotis institutio-
nem ait, si liberi hæredes instituantur. nam si fi-
lium mori viuẽre patre ex Galli Aquilij formu-
la ponamus, nónne manifestè falsa Iurisconsul-
tus traderet? nam & eum qui Gallum superiùs
repræ̃nderat,quoniam de nepotis, & pronepo-
tis institutione nullam † curam adhibuerat, vti- 3
E que non decuit in eo ipso peccare, quo alios
damnauerat: quare necessariò eius verba acci-
pienda sunt,cùm filius patri superstes est:nam &
à superiore §. continenter in hunc subsequitur:
in illo autem is casus fingitur,quo filius patri su-
perstes sit: quod argumentum aliquem quoque
colorem nostræ sententiæ affert. Sed multò
fortiùs nos adiuuat, quòd paulò inferius in le-
gis Velleiæ tractatu pronepotem * succedere 4
F Scæuola ait [f] ita demum, si pater eius institutus f §.etiam.d.l.Gallus.
vel exhæredatus fuerit: admissa enim hac opi-
nione communi, exhæredari non potuit, nisi
post mortem, quæ inutilis exhæredatio esset.
Quare dicendum est valere,cùm nepos iste ante
filium mortuus dicatur.nam responsio, quam in
eo loco tradit Bartolus,datum,scilicet, cohære-
dem, oppidò quàm ariolatur, & textum coar-
ctat?sicuti quæ à Iasone ibidem referuntur: quo-
niam de præcedentibus casum va-
riant,admittenda non
sunt.

Legis

CAP. XIX.

*Legis Velleiæ verba alia esse,item aliter intelligenda,
quàm vulgò dici soleat: & si communes interpretatio
nes admiserimus,nihil noui ab ea inductum.*

SVMMÆ.

1 *Velleiæ legis explicita capita.2.7.9.*
4 *Velleiam legem superfluè videri.*
5 *Velleium non hæreditate,sed suitate disponere.6.*
8 *Nepos præteritus non rumpit.*

EXPLICITO Galli Aquilij tractatu, vi
deamus quemadmodum Velleię legis
verba concepta erant:& duo capita ha
buisse in confesso est,quorum primum
ita ad hunc sensum fortasse erat: *Qui testamentum
faciet, is omnis virilis sexus, qui ei suus hæres futurus erit,
cùm nascetur, instituẽdi necessariò potestatem habeat.* Quæ
1 verba quamuis † propriè eum hæredem respice-
re videantur,qui si nasceretur tempore testamen
ti, suus futurus erat: tamen Iurisconsultus ad eũ
quoque ex interpretatione producit, qui solo
mortis tẽpore inspecto,erat suus:tametsi ita ver-
ba sunt,qui testamẽtum faciet,& cætera.Et ideo
in textu non,nam etsi, sed tametsi,pro quamuis,
legendum puto:alioquin Iuriscõsulto Latini ser
monis vsus repugnabit,& crux interpretibus fi-
xa permanebit,dum in mendosę illius vocis de-
2 claratione æternùm se torquebũt.Secundi † au-
tem capitis verba hæc referuntur: *Si quis ex suis hæ-
redibus suus esse desierit, liberi eius, & cæteri in locum suo-
rum, sui hæredes succedant.* Quibus verbis ex Bartoli
& Dini, cæterorumq; sententia addendum est,si
in testamento hæredes instituti sunt. Sed quæ-
rendum est quo in casu vtilis hæc legis disposi-
tio sit: nam nullum caput necessarium esse faxo
ostendam. Et cùm ex primo institui is debeat,
qui si nasceretur, tempore testamenti suus hęres
esset, nónne id longè antea ex xij. tabularum le-
ge fieri poterat, cùm omnes admittant, posthu-
3 mum * suum antiquissimo iure institui potuis-
se [a]? nec in hoc Doctores ipsi dissentiunt, neque a l.placet.§.eo.
aliud exemplum quisquam obijciat, de nepote
videlicet, qui, viuente filio, institutus, post eius
mortem natus est: nam id speciatim ex Velleia
4 † inductum non est, sed ex Scæuolæ interpreta-
mento,quod verbis legis repugnare ipse conce-
dit.quod etsi à Velleio introductũ demus,nónne
id priùs ex cõsilio Galli producendum erat? tum
quia nihil differt,an tempore idoneo aliquid fa-
ciamus, an ab inepto incipientes in idoneum
conferamus [b]: quam regulam Galli tempore ob- b l.in tempus. de hær.insti.
seruari cœptam,Doctores ipsi fatentur [c]: nam & c Soc.in prin.l.
Gallum veteres leges non correxisse, sed potiùs
propter eas consilium suum dedisse, verior opi-
nio est.Cum ergo correctorium non esset,cur nõ
extendimus, præsertim cùm minor incertitudo
hoc quoq; casu esset, quàm in illius formula? Nec
Iasonis responsio recipienda est, qui priùs non
potuisse nepotem, viuo auo, oriturum institui
tradit: quia poterat testator expectare tempus,
quo nasceretur,& dein eum instituere: nam hoc
non considerasse Gallum, ex eo probatur, quia
idem statuisset in eo, qui, viuente auo, natus es-
set, sed post eius natiuitatem statim vel perijsset,
vel testamentum facere negotijs prohibitus es-
set [d]. nam & institutio, se mortuo, ab aliquo fa- d l.[illegible]abatur. de testa.mili.
cta,ad eum trahitur casum, quo posthumus,se vi

uo,nascatur [e]: quod Iasonis ratione attenta, non e l.fin.C.eod.
procederet: sed & posterius legis caput superflu
um dicendum esset. nam si iure duodecim tabu-
larum filio extraneus substitui poterat, quantò
magis nepos, & pronepos nati? & ex his si alio-
rum interpretationes probemus, manifestum,
putò, est, celebratissimam hanc Velleij legem
nihil noui induxisse, verùm potius inutilem,
superuacaneam, indubitati iuris esse: quod
A non solùm absurdum est, sed etiam legum ver-
bis repugnat: & in primis dum in lege dicitur,in
liberorum locum liberi sui hæredes succedant:
cur verbum id nouum potiùs ius induxisse,
quàm vetus retulisse, non dicamus? cùm & lex
Falcidia nihilò magis efficaci verbo vsa sit (hoc
videlicet, hæreditatem capiant [f]) & tamen no- f l.j.§.si.§.ad leg. falcid.
uum ius induxisse nemo dubitat. Sed & Caius
iuris auctor: Vt tales, inquit, nepotes substitue-
rentur,prouisum est lege Velleia [g]: nam si ex xij. g l.posthumorum.de iniust.rup.
B tabulis id fuisset, non debuerat ius illud ad Vel-
leium referre: quoniam quotiescunq; lex noua
aliquid refert antiquiore lege prouisum,ea pro-
uisio non ideo nouæ constitutioni tribuitur.
exempli causa: Prætor ius abstinendi suis hære-
dibus dedit,quod Iustiniani quoq; quadam con
stitutione sancitur:dicimúsne ideo ius abstinen-
nendi ciuili remedio competere, & non hono-
rario? sanè qui dicat, doctiorum sententijs con-
uincetur [h]. Quin & si quicquam noui antiquæ h Imol.Alex.in l.necessarijs.de acq.hær.
C legi adijciatur, illud quod additum est auctori
tamen antiquiori tribuitur, si vera est Aretini
opinio [i]. Vt igitur à cæterorum, quod videre mi- i In l.lex Cornelia.de vulg. Inst.de leg.ag. suc.in prin.
hi contingit, sententijs discedam, suprascriptæ
rationes me quàm maximè impulerunt: & vti-
nam tam facilè vera ipsi inueniremus,quàm alio
rum falsas opiniones confutare possumus. Sed
tamen (quoniam difficilimum nodum quoquo
modo soluamus, nihil interesse, in Gordia-
no Alexander docuit) ita nos opinamur, verba
D legis Velleiæ, si quis ex suis hæredibus suus hæ-
res esse desierit, liberi eius, † & cæteri in locum 5
suorum sui hæredes succedant, perfecta esse, &
nullam institutionem (quod Bartolus & alij fa-
ciunt) subinducendam, & idcirco nihil posterio
re hoc capite de successione in testamento sen-
sisse Velleium,sed solum de successione (vt ita di
xerim) suitatis. Nam cùm duodecim tabularum
lege solus filius sui hæredis locum teneret,nepo
tes, & pronepotes, eo defuncto, in eius locum
E non succedebant: quod etymon in primis ipse
ostendit:dicti enim videntur nepotes, quia suc-
cessionis paternæ nepotes non erant quemad-
modum filij: vnde & qui nepos posthumus na-
scebatur,alienus dicitur,cùm eo iure suus hæres
ex testamento non esset. Quapropter arbitror
præteritos testamentum eo tempore non rupis-
se. Id & hoc qualiquali colore probabile est:
quòd omnium sententia constat [k],eo iure in suis k l.qui se patri. C.vnde libe.
hæredibus successorio edicto,de persona in per-
F sonam locum non fuisse: quod quamuis ex eo
inductum non diffiteor,quia abstinendi faculta-
tem non habebant, tamen & hanc rationem in
causa extitisse crediderim. nam & alias differen-
tias inter filios,& nepotes adnotauimus: qualis
illa, filium purè solum institui posse, nepotem
sub quacunq; conditione potuisse: quod Paulus
Castrensis tradidit [l]. Non igitur absurdum fue- l In d.§.nunc de lege.in fi.apparatus.
rit, & hanc quoq; differentiam eo antiquissimo
iure inter filios, & † cæteros descendentes con- 6
stituere,cùm præsertim nusquam contrarium in

ciuili disciplina probetur. at id induxisse Velleium, & eius verba expresſim declarant, & ex Alexandri Imperatoris constitutione confirmatur, qui ad neptem præteritam scribens [a]: Mortuo, inquit, patre tuo, viuo auo, sine impedimento legis Velleiæ, succedendo in patris tui locum, rupisti aui testamentum. Sed longè clarius Iustinianus Cæsar: Qui superuixit, inquit, auo pater, quamobrem non potuit nepos ex lege Velleia in locum patris sui succedere, & rescindere testamentum [b]. vt ex his verbis nisi manifesta calumnia opprimamur, nostra hæc opinio perquàm dilucidè probetur, & aliæ confutentur: ex quibus traditum est, Velleium casus solùm eos introduxisse, quibus testamenta confirmentur, non qui rumpant, nónne id imperatoriæ illi constitutioni aduersatur? Nec obstat eorum argumentum ex Iuliani indifficili casu: quoniam quàm ineptè textus ille declaretur, sequẽte capite ostendam.

7 Sequitur ergo, Velleium lege introduxisse, † vt sui hæredes in præcedentium mortuorum gradum succederent: non autem quicquam de hæreditate locutum. Sed quoniam necessarium est, vt sui præteriti rumpant, instituti, vel exhæredati non rumpant, sequitur voluisse etiam vt instituerentur, vel exhæredes fierent: quod primo capite notatum fuit, quę verba generalia sunt, & omnem comprændunt qui suus hæres futurus erit. Sed Iurisconsultus, qui caput illud interpretabatur, ea intellexit omni casu procedere, prætęrquàm in eo, qui antè à Gallo inductus erat, videlicet, cùm nepos, pronepos, & cæteri, post mortem filij, & dein testatoris, nascerentur: & id, ne quicquam alienum Velleio tribueret: alioquin ex Velleij verbis, quæ generalia sunt, etiam Galli casus comprænderentur. & nostrę huic interpretationi solum argumentum id aduersat̃, quod si sustulero, nihil erit quod syncerus iudex auertatur, quin in sententiam nostram pedibus statim eat. videtur enim falsum esse, modos in suitate succedendi à Velleio introductos, cùm etiam tempore Galli nepotes & pronepotes succederẽt, rumperentq; testamentum. Verùm ipse arbitror Galli consilium non ideo præstitum, ne testamentum rumperetur, sed quoniam iniquũ illi videbatur, nepotem ab aui hęreditate excludi: qua ratione etiam motus quandoq; Iustinianus [c], nepoti non suo hæreditatem dedit. Igitur si quando in consilio Galli cauet Scæuola, ne testamentum rumpatur [d], id est, non quòd Galli tempore rumperetur, sed quòd ex lege Velleia id posteà inductũ sit: quamobrem cùm dixisset superiùs, vbi filius, & pronepos instituti, præterito nepote, essent, testamentum rumpi, si nepos filio superstes esset: subiungit [e] eum casum ex sententia legis Velleiæ esse, Adfirmemus itaque

8 † hanc conclusionem, nepotem præteritum, lege duodecim tabularum, in casu Galli non rumpere testamentum, & ab auita hæreditate excludi: quamuis si testamentum factum nõ esset, ad successionem vocaretur [f]: sed non sequitur, intestatò succedit, ergo & contra testamentum: diuersa enim hæc esse, & Accursius, & Bartolus, & cæteri omnes interpretes sunt [g]. Ex supradictis igitur cõcludendum est, secundum legis ca-

9 put † nihil antiqui iuris attigisse: primum verò id cauisse, vt instituerentur, qui futuri erant sui hæredes, ne præteriti rumperent, cùm iure veteri non rumperent. cæterùm quoniam verba generalia erant, & antiquos Galli casus comprændi posse, tametsi Scæuola, ne inuentione sua Gallus fraudaretur, eos solùm Velleio vendicauerit, qui ex verbis Galli non continerentur. & ex hac declaratione sequetur Iurisconsultum Scæuolã in §. videndũ. addubitasse, vtrùm, captiuo filio, impediretur nepos ex lege Cornelia, patri in sui hæredis primum gradum succedere: & non impediri existimauit: nam si de successione hæreditatis loquamur, dubium id magis erit: licet hoc
A in articulo Socini [h] rationes perquã frigidæ sint.

a l.iij.C.eod.
b in l.si quis filium. C. de inoffic. testa.
c d.l. si quis filium.
d §. nam & si filius. & §. quid si is.
e §. & quid si tantum.
f l. Titius. de suis & legit.
g In l.j. in prin. gloss. ij. de cõtra tab.
h § videndum.

CAP. XX.

Iuliani indifficilem casum non ita à Doctoribus interpretari debuisse, vti factum est: & quem sensum habeant illa verba, non permittit institui, &c.

SVMMÆ.

B
1 §. Nepos. in §. ille non rumpit.
2 §. Ille casus. sensus.

1 SVBSEQVITVR [i] qui in difficili est † casus: Si filium habeas, & nepotem nondum natum instituas, isq; nascatur, viuo patre suo, ac mox pater decedat, quid iuris? & videbatur huiusmodi nepotem ex lege Velleia vt institueretur pro-
C uisum non esse: quamobrem nõ rectè institutus, rumperet testamentũ. Nam aut loquimur ex primo capite legis, & illud eos propriè respicit, qui si nascent̃ tempore testamenti, sui hæredes futuri essent: quod interpretatus est Scæuola, procedere etiam in eis, qui nõ testamenti, sed natiuitatis tẽpore, sui hæredes erunt: at in prædicto casu hic nepos nec testamenti, nec natiuitatis tẽpore est suus. Aut quærimus in secũdo capite, & illud in suitatis successionẽ liberos admittit, qui in re-
D rũ natura sunt: igit̃ nõ permittit institui nepotẽ, quia nõ loquit̃ quo ad successionẽ nepotis in testamẽto, sed solùm de suorũ heredũ iure? verùm vetat rũpi, quãdo nepos est institutus, vti in casu nostro agit̃: posterius enim caput solùm de successione suitatis (sic facilioris intellectus causa loquor) tractat prius uerò de successione hæreditatis: sed neutrũ hoc casu loquit̃, vetat igitur rũpi, quia facit vt in locũ filij succedat: & cùm reperiat se institutũ, nõ rũpat. & hoc sensu puto acci-
E pienda ea verba esse, quæ dũ quadruplici interpretatione Accursius exponit, nónne videt̃ fateri ea se non intellexisse? vt nõ immeritò cõmuni sentẽtia reprobet̃ [k]. tametsi & illi ipsi interpretes suũ commentũ nõ defendent, dũ idcirco dicũt à Iuriscõsulto scriptũ posteriori capite, nõ permittit institui, sed vetat rũpi: nõ permittit (inquiũt) institui, quia priùs ea potestas ex xij. tabularum lege introducta erat. Nam si lex duodecim tabularum induxisset, vt instituerentur, nónne eti-
F am, ne rumperent, cùm instituti non rumpant? Sequitur versiculus, † Porrò. in quo Raphaël existimauit Iurisconsultum ironicè loqui: at certè 2
Raphaëlem ego ridiculè. alij verò interrogantis nota scribendum, quod contra vocis naturam est: quare interpretare Scæuolam velle, nepotem hunc potuisse institui vtiliter, hoc est, ex interpretatione legis, tametsi ex verbis nullo iure potuit: & eadem significatione, Vtiliter, hîc accipiendum est, qua & actionem vtilem [l] dicimus: hoc est, quæ ex verbis legis dire-

cta

i d.l. Gallus. §. ille casus.
k in d. §. ille casus.
l Bart. in l. curatoris. C. de neg. gest.

cta non oritur, sed ex interpretatione cõceditur. & quamuis Scæuola ita cõcludat, Iuliano tamẽ visum est, non ex interpretatione tantùm, sed ex verbis quoque Velleij casum hunc explicari, nimirum commistis legis capitibus, cùm primum locum habeat nepote in defectum filij substituto, & secundum generaliter loquatur, si quis suus hæres esse desierit, liberi in eius locum succedant: & sic etiam si tempore testamenti nõdum nati sint, & quamuis sui non nascantur.

ANDR. ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. PARADOXORVM IVRIS NOSTRI CIVILIS LIBER QVARTVS.

PROOEMIVM.

INOLEVIT apud nostros professores ea consuetudo, vt quotiescũq; legem aliquam interpretẽtur, ex ea quædã pronũtiata eliciãt, quæ notabilia dicũtur: tũ ex eis ad Accursij, mox Bart. commentarios trãsferant, eosq; referant, & ad verbum penè explicẽt. quem morẽ tametsi pinguioris mineruæ scholasticis non omnino inutilem credam, studiosis tamen nihil conducere arbitror, quod videlicet nimis longa hæc interpretatio in causa est vt integro anno sex, aut rursus totidem leges, & non eo ampliùs exponãtur. at non ita nos docuit in Digestorum procemio Iustinianus, aut Vlpianus ipse, si dum prætorum edicta declarat, eius exempla sequamur. quamobrẽ hinc factum est, vt cũ ex pluribus responsis eadẽ notabilia colligãtur, repetita toties crãbe in causa sit, vt ingentia hæc in iure ciuili volumina cõscribantur: nemoq; sit tam ieiunus & sterilis, qui non fluentisona hac (vt Lucretij verbo vtar) scaturigine quamplurimis voluminib. exuberet. accedit his, quòd barbaris vocibus maxima quæq; inculcantes, eadẽque sępius referẽtes, dũ cõmentorũ triplicationes, quadruplicationesq;, & expositionũ nouas expositiones inducũt, ingentẽ librorũ cumulũ conficiunt. quòd si exemplo veterum scriberetur, quos interpretes vix capit bibliotheca, enchiridion comprænderet. Deum Opt. Max. testor, ea quæ relaturus sum, cùm à me ex hac recentiorum consuetudine scripta essent, sesquiuolumen occupasse, & nunc Latinè dicta vix breuissimum libellum implent.

CAPVT I.

Bonorum possessionis definitionem, tametsi, nihil subinducamus, veram esse Iurisconsultumq; optimè defendi: tum alia quædam responsa declarata secus: quàm ab alijs traditum sit.

SVMMAE.

1 Bonorum possessionis explicita definitio. 5.
2 Hæreditatis repræsentantis quærendæ modi.
3 Succedendi modi. 4.
6 Hæredem bono possessione fieri. 7.

1 BONORVM † possessio est ius persequendi retinendiq; patrimonij, siue eius rei, quæ cuiusq; cùm moritur, fuit [a]. Definitio hæc bonorũ possessionis, quamuis à Labeone Vlpianoq; Iureconsultis tradita sit, vulgò tamẽ tã malè accipitur, vt vel bonã illam definitionẽ non esse, vel aliqua illi addenda esse verba, fateri

a l.sij. §. ij. de bo. poss.

A necessariũ sit: & cũ cõuenire etiã hęreditati videatur, Accur. differẽtiæ causa adiungi debere existimat, no simpliciter ius, sed ius prætoriũ esse, q̃, tametsi Bar. Alex. Cornęus reprobent [b], nihil tñ adferunt, quo definitio hęc sustineatur. Vt igitur huiusce rei veritas prodeat, scire debemus, quotiescunq; accidit † vt aliquis moriatur, in demor 2
tui locũ ante aditam hæreditatẽ quoddã ius succedere, † quod defuncti personam refert: idq; ius 3
hęreditatẽ dici, cùm Bar. auctor est [c], tum alij pe-
B nè oẽs probant. acquiritur aũt & ex lege duodecim tabularũ, vt in agnatis, & ex senatuscõsultis, qualia sunt, Orfitianũ, Tertyllianũ, & id genus similia, plerunq; ex cõstitutionibus principũ: & hi oẽs modi iuris ciuilis sunt. Est † & alius, succe 4
dendi modus qui iuris prætorij est (quãuis extra ordinẽ specialis casus, quãdo cõceditur, dubitari soleat [d]) & ad possessionẽ bonorũ petendam inductus est: & quãuis bona ipsa aliquis apprẽderit, nõ tñ dicit̃ bonorũ possessionẽ habere, do-
C nec prętorẽ adierit, & officio iudicis petat bonorũ possessionẽ sibi decerni, & prętor decreuerit. Est igitur † bonorũ possessio ius psequẽdi: quoni 5
am qui officiũ iudicis implorat, psequi dicitur [e]. & huiusmodi petitio persecutio est, & extraordinaria actio. Subiũgit deinde Iuriscõsultus Retinẽdiq;: quoniã tametsi bona ipsa retineamus, psequimur tñ vt ptor decernat: & ideo copulatiua dictiõe vsus est Iuriscõsult9: quoniã q̃uis retineat aliqs, necessariũ tñ ẽ, vt psequat̃. nã si cõmunẽ cę-
D terorũ sentẽtiã pbarem9, debuisset disiũctiua legislator vti, nõ ea cõiũctiõe. & cũ dici soleat, bonã definitionẽ ex pprio, & genere, & differẽtijs cõstare [f], in hac ius ad genus, psequẽdi retinẽdiq; ad differẽtias ppriũq; refert̃. Nã p bonorũ possessoriã hęreditatis petitionẽ si retinemus, nõ psequimur: & p hęreditatẽ neq; nobis, q̃ habem9 psequẽdi ius est. sed in bonorũ possessiõe aliter est, cũ etiã si res possideam9, necessariũ tñ sit iure veteri decretũ, q̃ nec mutatũ esse defẽdi posset: licet in cõtrariã sentẽtiã freqũẽtiùs itũ, superiori
E bus libris ostẽderimus [g]. Igit̃ † in quacũq; bono- 6
rũ possessione, etiã ppriè loquẽdo, hęreditatem adiri fortasse nõ fallò pfitebimur, cũ idẽ iure ptorio bonorũ possessio nobis acquirat, q̃ ius adeũdi in ciuili lege. Hinc † Imperatores Dioclecian9 7
Maximianusq; Augusti, puberẽ agnoscẽtẽ bonorũ possessionẽ, posteaquã ei fuerit hęreditas delata, pro hęrede gerere nõ ambigi testãt̃ [h]. quãobrem si quis ciuili aliqua sanctione hæreditatem adire prohibitus, coram prætore decretũ interponere, adire se hęreditatem dixerit, rectè agnouisse eum bonorum possessionẽ cum Fulgosio [i].

b In rub. C. qui admit.
c In rubr. ff. de acq. hær.
d §. septima. Insti. de bon. poss.
e l. pecuniæ. §. persecutionis. de verb. sig.
f In l. j. ff. de dolo.
g Lib. ij. c. xiij.
h l. puberẽ. C. de iur. delib.
i In l. fin. C. qui adm.

crediderim:dicemusq; adiuisse hūc hęreditatē ꝑ-
8 pter bonorū † possessionē hoc est,ius adeūdi, ꝗ
prętore auctore,cōcessum est.Sed qd,si dicat vel
le se hęredē fieri? & licet bonorū possessores lo-
co hæredum sint,non tamen idē iuris esse,quod
superiore casu,arbitror,cùm tametsi ęquiparen-
tur,bonorum tamen possessor hæres non sit [a]:
nec enim sequitur,hæreditatem habet,ergo hæ-
res est. & hanc definitionem ita intelligendam
esse,etiam Bartolus existimauit [b]: sed quoniam A
obscuris admodum verbis loquitur,posteriores
ea non percipientes, aliter atque aliter declara-
uerunt,variaq; adversus Iurisconsultū argumēta
effinxerunt, vt ante nos natatore quopiā Delio
(quod in prouerbio est)indigerent.

CAPVT II.

Cur ex agnitione bonorū possessionis filiusfamiliâs non obligetur,noua ratio allata, cæteris confutatis:& quid sit votum in iure ciuili.

SVMMÆ.

1 *Filiumfamiliâs ex quibusdam obligari, ex quibusdā nō.*
3 *Voti & pollicitationis discrimen.*
6 *Hæreditate filium non obligari.*

1 CVR ex omnibus† contractibus,
præter mutuum & votum filiusfa
miliâs obligāt , ex agnitione bo-
norum possessionis non obliga- B
tur?an quod huiuscemodi agni-
tio voto(vt Bartolus ait)æquiparatur?cùm ex so C
la voluntate pendeat,&(vt diximus)votum non
2 obliget:quòd Paulo Castr.Alex.Aret.Iasoni non
videtur [c],cùm solo animo subsistat † votum at in
bonorum possessione etiam quædā facta requi-
runtur,veluti vt voluntas ipsa exprimatur, & vt
decretum interponatur. sed hæc replicatio me
parum mouerit, quoniam tametsi ea, quæ Deo
vouemus,nulla demonstratione egeant, cùm is
cordis scrutator sit [d], & mentem solam conside-
3 ret:vota tamen, quorum in iure ciuili mētio est,
aliam significationem habent,nam inter† polli- D
citationem & votum hoc interest, quòd illa pro
missio est simplex Reip.vel ciuitati facta:votum
verò dicitur,cùm principi aliquid promittimus
[e]:nam quamuis princeps se acceptare non pro-
fiteatur,ex voto tamē obligamur, præterquàm
si filijfamiliâs simus. Igitur cùm votum ex vnius
tantùm contractu cōcipiatur,& in eo factum re-
quiratur,hoc est,verborum promissio,potest di-
ci aliquam similitudinem cum bonorum posses-
sione, hęreditateq; habere,cū huiuscemodi adi- E
tio solùm vnius factum expetat, & declaratione
animi opus sit.ergo ab argumento recentiorum
hoc pacto Bartolus defendi potest : quanquam
4 non multùm nobis arrideat vt quoniam in ali-
quo similis voto sit bonorum† possessio,idcirco
idem ius habeat:nam & contractus voto similes
sunt,& tamen diuersa semita gradiuntur.an igi-
tur verius, quod Raphael Comensis, Ioannes
ab Imola,Paulus & Alexander ipsi malunt [f] ? id
esse,quia filius ipse,cùm nihil sibi acquirat , sed F
patri omnia lucretur,æquum non fuit eum obli
gari,cùm secundum naturam sit ad eum perti-
nere onera,cui emolumenta præstantur. Sed
hoc facili admodum,& vulgato argumento ex-
ploditur:nam cur nō idē in cōtractibus in qui-
bus licet commoditatem patri filiusfamiliâs ac-
quirat,ipse tamen vinculo ciuili teneatur?an er-
go quod Decius senior & Iason crediderunt [g],
5 qui hæreditatem† aiunt ius indiuiduum esse,

a §.quod autē. Inst.de bo.poss.
b In l.iij.de bo.possess.
a In l.qui in aliena.de ac.hær.
d xiij. q.iiij. si c. quid crudele.
e l.si quis rem. §.voto.de polli.
f In d.l.qui in aliena.
g In l. iuris.C. qui adm.Ias. in l.j.cod.tit.

nec pro parte acquiri posse? quamob rem † cùm 6
pater totum sibi emolumentum adipiscatur, ad
eum quoque non ad filium obligationes, hære-
ditariaq; onera pertinere meritò debuerunt: sed
& contractus indiuidui sunt [h],vt meritò à Decio
iuniore confutentur.nam etsi in oneribus hære-
ditarijs eorum sententiam admiserimus,non tā
men quicquam oberit, quò minùs filius ipse ra-
tione quasi contractus,hoc est, aditionis per eū
factæ, debuerit hæreditarijs creditoribus obli-
gari:non ex ære alieno , quod testator debuit,
sed ex suo ipsius contractu.an verò quod Areti-
nus autumat [i]? is tradidit filium non obligari,
quoniam nihil sibi acquirat, qui non ex se , sed
propter patrem adeat:nec in illo ius resideat ali
quod,sed solùm quædam adeundi facultas,quæ
iuris non est.In iuribus igitur filiusfamiliâs obli
gatur,in ea facultate minimè: quia iuris non est,
cùm ius ipsum in patre resideat, solumq; quod
facti est,in filium trāseat. Sed & hoc falsum ipse 7
putauerim,cùm Iurisconsultorum responsis tra-
ditum sit [k],ius adeundi † in seruorum filiorumq;
persona situm esse , quamuis in bonis dici non
possit:quoniam ab aliorum iussu, patris videli-
cet,vel domini robur omne dependeat: nam & 8
ita Bartolus,[l] frequenter scripsit,& alij eum imi
tati sunt.Conuincitur enim expressa lege, † po-
testatem eam adeundi non facti,vt Aretinus pu-
tauit,sed iuris esse. nam etiamsi facultatum eam
facti dixerimus, cur non idem iuris esset in con-
tractibus,qui facti esse putantur [m]? an itaque ve-
rior Decij iunioris ratio [n] ? qui filium adire pro
patre ait,& ideo id non agere vt se obliget, quā-
obrem præter voluntatem suam obligatus dici
non debet [o].Verum(te appello Deci)cur non &
in contractibus idem præsumimus, cùm eorum
commoditas ad patrem deuoluatur?quod si ob-
ligarentur in aditione filij , certè præter eo-
rum intentionem id factum credibile non
est,cùm & scire leges præsumantur [p]. & illarum
dispositionibus contractibus suis obsequi [q].
Quid igitur dicendum est? ipse aut à Bartolo mi
nimè discedam,aut non idem iuris creditoribus
hæreditarijs,quorum opera in aditione necessa-
ria non est,acquiri dixero,quod in contractibus
ipsi , qui cum filiofamiliâs contrahit , ex cuius
persona substantiam contractus capit:in his er-
go obligatur,in illo non obligatur. solet enim
ex Accursio [r] tradi,factum,in quo quisquam ver-
satur,longè efficacius esse,quàm quod nil agēti
per alios quæratur.

CAPVT III.

Materna bona ad filiosfamiliâs iure Digestorū ratione dominij pertinuisse : firmißimisq; id rationibus defendi,licet contraria opinentur Doctores.

SVMMÆ.

1 *Aduentitia patri etiam Digesta non quærebantur.*
2 *Querelat pater filio.*
3 *Matris hæreditatem filiorum esse.*
6 *Marcum de bo.mater.& alimentis legem tulisse.*
7 *L.Pe.ad Tert. & l.si filius.si qui omni conciliari.*
8 *Patri non omnia quærit filius.*

IVRIS veteris regula est, quicquid
filiusfamiliâs lucret,patris eius fie-
ri [s]:quod iure Digestorū etiā in o-
mni aduentitio peculio verū esse
existimauerūt.quā obrē bona ma-
terna quamuis † ad filios deuoluerentur, vbi ta- 1
men

h l.si quis aliā. de sol.
i d.l.qui in aliena.
k l.pretia.ad legem falc.
l In d.l. pretia. in l.fi.C.de pact. in l.is potest. de acq.hæred. in l. nec emp.de lib. leg.
m l.consilio.de cur.fur.
n In d.l.j.
o l.nō omnis.si cert.pet.
p l.leges. C.de legib.
q l.quidam.de verb.oblig.
r l.j.C. si ad.vē.
s l.placet.de acq. hæred.

mē ab eis adita esset hæreditas,statim patri quę-
rebantur.quod cùm nimis rigidum esse Impera-
tori Constantino visum esset,is lege lata sanxit,
vt filiorum quidem dominium esset,patri autem
vsusfructus in illis bonis relinqueret: & ita esse
Accursij,Bartoli,cæterorumq; communiter cal-
culo probatum est [a].at nō Ricardo Malumbræo
ita visum fuit, qui idem ante Constantinum de
iure Digestorum fuisse scribit:cuius sententiam
nemini non reprobatā,ipsi nos probamus, & tā A
verā esse opinamur,quā quæ maximè, & plurib.
legib.ꝓbari iāiam demōstrabimꝰ. Et in primis
in tractatu de inofficioso testamento Iuriscon-
sulti Pauli auctoritate sustinetur [b]:qui si pater in-
2 officiosum † vxoris suæ testamentum dicat , vi-
ctoriæ commodum filio parare eum tradit.nam
quis Iurisconsultum intellexisse solùm de iure
adeundi meritò interpretetur,vt Bartolus facit?
quid enim commodi in eo est,si statim,vbi filius
adijt,integrum ius in illis bonis patri quæritur B
[c]?patris vtique,nō filij commodum est, qui ipse
pleno iure fruitur:vtilitatem enim, quæ nec mo
mento apud filium resideat,non considerari,vul
gò notum est [d] : nam & cùm illis verbis patrem
Iurisconsultus ratione vtilitatis prætereat, & fi-
lio commodum quæri testetur,quàm,quęso,ab-
surdum est,eum illis verbis exclusum accipere,
qui semper fruetur, & eum nominare , qui nec
momento dominus futurus sit?Sed & longè cla-
riùs pro nobis est Caius iuris auctor,qui in titul. C
3 ad Tertyllianum [e]:Sacratissimi,inquit, Impera-
toris nostri oratione cauetur, vt intestatæ † ma-
tris hæreditas ad liberos,tametsi in aliena pote
state sint,pertineat. quæ verba si ab his Doctori-
bus adnotata fuissent(primus enim ipse, vt opi-
nor,responsum id animaduerti) certè nemo nō
hanc iuisset in sententiam,quæ eo verborum cō
textu pluribus modis probatur:tum quòd verba
4 † cum effectu accipienda sunt , tum quòd mini-
mè pertinere creditur,quod momento pertinet D
5 [f].adde quòd & Bartolus, Pertinere,inquit,† ad
nos ea res dicitur , quæ nostram vtilitatem spe-
ctat : si enim aliorum opinionem sequeremur,
nulla esset filio vtilitas, nec aliquod commodū,
nisi fortasse spes quædam succedendi in patris
bonis,quā iure ciuili reprobatam, nec conside-
randam,sæpissimè Bartolus scripsit, & alij con-
senserunt [g].nam & si acquiri filio huiusmodi bo
na & deinde patri,vnà cùm alijs senserimus , Iu-
risconsultus ineptè locutus esset.cur enim dicat E
sacratissimi principis oratione cautū, quod an-
te eum Orsitiano senatusconsulto traditū erat?
Quòd si exemplo Iustiniani docemur,nefas esse
aliquem legum à se latarum titulo defraudari,
nónne impudenter à Iurisconsulto factum esset
[h]?qui quod Orsitiano tribuendum fuerat, prin-
cipis orationi adscribit.nam & Iulius Capitoli-
6 nus, summæ fidei historicus,in Marci † Antoni-
ni philosophi & Imperatoris vita,eum de bonis
maternis legem tulisse auctor est, vt dubio pro- F
cul apud me sit sacratissimum hunc principem
esse,cuius Iurisconsultus mentionē fecerit: eius
enim orationibus alia quoq; cauta esse, alibi ex
Digestorum volumine adparet : quale illud, ne
transactio in alimentis admittatur [i], & si qua si-
milia.Et si hanc opinionem sequamur, respon-
dendum erit duobus argumentis, quorum pri-
mum ex Iuliani responso deducitur [k]: is in tract.
tradit,si in bonis maternis nomine filij pater bo
norum possessionem petierit, & adversus edi-

a In l.j.C.quī admit.
b l.filius.de inofficio.testa.
c In l.iij.§.item si quis.de leg.j.
d l.fi.C.de bon. quæ lib.
e l.pen. ad Tert.
f In .si quis.§. pertinere. ff. de eden.
g In l.fin.C.de pact.
h In l.ij.§. tanta.C. de veteri iur.enucl.
i l.cum hi.de transf.
k l si filius me. us. ff. si quis omni.cau.test.

ctum committat, in patrem legatorum actionē
dandam:sed cùm lex illa ante Marcum Antoni-
num edita sit, eo iure bona omnia patri quære-
bantur.Iulianus enim in consilio fuit Hadriani
Imperatoris , qui diui Marci auus fuit,quod a-
pud Aelium Spartianum in Hadriano relatum
est. Sed † & dicere possumus,ex eo Iuliani re- 7
spōso nihil in nos probari,cùm in eo nil sit, quo
exprimatur, hæreditatem patri acquiri : nam
quamuis nomine filij bonorum possessionem
adierit,possumus interpretari adijsse eius man-
dato , cùm bonorum possessio per procurato-
rem agnosci possit [l].& quamuis in patrem actio
legatorum detur,ita dari fateamur, non tanquā
in dominum,sed vti adversus procuratorem,pri
usquàm rem ratam filius habuerit [m].nam si com
munes interpretationes ibi traditas sequamur,
necessarium erit ariolando subinducere,rem ra-
tam à filio habitam , de qua re in textu verbum
nullum.Secundum,quod nobis adversari vide-
tur,est argumentū quod ex contrario legis sen-
su conficitur: etenim probari videtur , in bonis
maternis iussum patris nepotes,qui in aui pote-
state erant,requisiuisse [n],vt hęreditatem adirent,
quamobrem nihil actum esse:quòd si aui iussio-
nem implorassent,auo acquiri:quod ex Ricardi
opinione ego interpretor,acquiri ratione vsus-
fructus,non tamen quicquam iure dominij ad
eum transire : acquiri enim etiam illud dicitur,
quod ratione traditionis tantum acquiritur [o]:
quod & in verbo accipere,plerunque annotaui-
mus.Igitur nihil obest,quin nostra hæc opinio
probabilis sit,quæ duabus quoque Cæsarum cō
stitutionibus adiuuatur,quarum prior [p], Bono-
rum,inquit,possessio,etiam emolumentum pa-
tri allatura:vt implicatiua illa particula ostēdat
aliquam bonorum possessionem esse,quæ emo-
lumentum patri non adfert.Sed quoniam varijs
responsionibus argumentum id eliditur, poste-
rior constitutio, quæ Iustiniani principis est [q],
paulò validius impellit,qui,In veteris,† inquit, 8
iuris obseruatione multas esse res animadver-
timus, quæ extrinsecus ad filiosfamiliâs veni-
unt,& minimè patribus acquiruntur:quēadmo-
dum in maternis bonis. quid enim magis pro-
priè ius vetus interpretabimur, quàm Digesto-
rum,cùm huiusmodi ita soleat à Iustiniano ap-
pellari [r]? Non me latet pro communi sententia
induci posse suprascriptum Pauli, vel, vt alij co-
dices habent, Triphonij, libro disputationum
vij. responsum, si, dum in eo dicitur,alij com-
modum victoriæ parari,non alij,sed illi,legatur:
intelligamusque de filio accusante loqui Iuris-
consultum,non de patre.sed contra hanc lectio-
nem omnium antiquorum codicum, quos equi
dem viderim , fides est: negari tamen non
potest, controuersi iuris articulum
hunc esse.

l l. Paulus. de acquir.hæred.
m Arg.l.filiusfam. de proc.
n l.j.C.de bon. mat. l. filiusfa. de acq.hæred.
o In l.naturalis. in prin.de præsc. ver.
p l.j.C.qui adm.
q In l.cū oportet.C.de bon. quæ lib.in prin.
r d.l.filius.

CAPVT IIII.

Qui iure ciuili præscriptione xxx. annorum legitima hæreditate excluditur, num vti cognatus tantūdē tēporis habeat: & qui iuri ciuili renuntiauit, num ex capite, Vnde legitimi,succedat: & an bonorū possess. Vnde cognati, hodie lata sit.

SVMMÆ.

1 *Successionum gradus.*
2 *Exclusum vno,alio vocari si diuersa sint,alioquin cōtrà.*

CVM

1 CVM tres † gradus in successionibus prætor fecerit, liberorum, legitimorum, & cognatorum: & quãuis ab vno quisquam exclusus sit, nihilo tamẽ minus ex alio † capite
2 succedere eum permiserit [a]: dubitatum est, num idem iure ciuili sit, vt si filiusfamiliâs per præscriptionem xxx. annorum ab hæreditate patris repellatur, possit dein vti agnatꝰ admitti, vel xxx. alijs añis transactis, tanquã cognatus hęreditatẽ capere? Et in facti quæstione interrogatus Bartolus, posse respondit [b], quem Baldus deinde & Alexander [c], cæteriq; probauerunt: nemoque in præsentẽ diem animaduertit, inter consilia Bartoli Franciscum Tigrinum contraria opinatum [d]: quam sententiam audacter aduersus aliorum rationes tuetur. Siquidem quamuis iure prętorio tria hæc capita constituta sint, vt omisso vno, alterum supersit, nõ tamen id considerari iure ciuili credit, quod filio tantùm hæreditatẽ defert, non quidẽ vt agnato cognatóve, sed solùm vti filio: alioqui iure ciuili emancipatus, vti cognatus admitteretur, quòd falsum est [e]. Sed omnino magis noua quędam in eo cõsilio opinatum Tigrinũ animaduerti: nã cũ nouissimo iure differẽtia
3 † agnationis, cognationisq; sublata sit, eũ qui à capite, vnde legitimi vocantur, exclusus sit, vti cognatum quoq; repelli existimauit, correctaq; in hoc vetera iura, quibus simul differentes hi successionum modi credebãtur; quod & in amplioribus commentarijs Angelum sensisse quãdoq; adnotaui [f]. Sed hęc posterior opinio haudquaquam mihi defendi posse existimatur: nam cùm lex, qua huiusmodi agnatorumq; differentia sublata est, idcirco sit ꝓmulgata, vt latior via
4 † in successionibus esset [g], cur contrarium effectum hoc casu operari debeat [h], non video, præsertim cum differentia ibi tollatur, quæ inter vnum qui cognatus, & alium qui agnatus esset, habebatur. quod ergo in diuersis personis statuitur, in eadem extendendum non est [i], cùm
5 in correctorijs, quæ lex in † simplicibus loquitur, ad casum mistum trahi non debeat. sed & cùm capita hæc ex iure prętorio inducta sint, lex ciuilis solùm conformis disciplinę respectu correxisse existimanda est, non propter edictum prętoris [k]: cùm enim diuersa sint, alterum alteri nihil conferre potiùs credẽdum est, nisi expressim res cõstet. Sed & dubium est, si agnatus aliquis, qui iure ciuili admitteretur, repudiauerit, num ex lege prætoria per caput, vnde legitimi vocantur, hæreditatem queat adipisci [l]? & ex Barto. verbis posse dicendum est, dum eum, qui senatusconsulti Orfitiani beneficio renuntiauit, non habere bonorũ possess. legitimis concessam arbitratus est. Sed hæc sententia omnibus suffragijs reijcitur [m], quam tamen nos esse probabilem existimamus. Nam cùm prętor is bonorum possess. vnde legitimi vocantur, concedat, qui ex lege xij. tabu. vel constitutione, vel senatusconsulto vocantur [n]: & qui semel repudiauerit non vocetur: consequens est, vt nec bonorum possess. illi competat: connexæ enim sunt bon. poss. vnde legitimi vocantur, & iure ciuili hæreditas [o]: quamobrem, vna sublata, tolli quoque aliam verisimile est [p]. nã & Accursius [q], licet obscuris verbis, tamẽ pro nobis est, dum filium qui bo. poss. vnde liberi vocantur, repudiauerit, ita demum sibi ipsi succedere tanquam legitimum tradit, si iure ciuili viam adhuc habet: & hoc est quod

- a l. j §. quibus. de suc. edict.
- b Consi. cxxix. quidã habuit.
- c In l. ij. de acq. hæred.
- d Consi. clviij. prædict. rationes.
- e §. emãcipati. institut. de suc. ab intesta.
- f Ange. in repe. l. qui se patris. §. vnde lib.
- g in auth. de succ. ab intest. in princ.
- h Argu. l. lega. inutiliter. de adim. legat.
- i l. si ita. de iniu. rupt. mod. in d. §. & quid si tantum.
- k §. repetitis. instit. de ser. cog.
- l vide Alex. in l. fi. C. vnde leg.
- m in l. j. C. quã. non pe. part.
- n l. generaliter. vnde legi.
- o l. ij. §. fi. vnde legi.
- p in c. translato. de consti.
- q in d. l. j.

dicitur, cessante legitima successione nõ admittendum. & quamuis alibi prætor se admittere retestetur eum, qui iure ciuili hæres esse potuerit [r], intelligẽdum est, & etiam impræsentiarum possit: quod ex eius sequentibus verbis colligi potest. nec obstat regula iuris, quoties ex duplici iure quisquam vocat̃, vno repudiato aliud superesse [s]: quoniam eam tũc veritate niti crediderim cùm altera via alteram non respicit, quod in ca-
A su nostro non est, cùm in huiusmodi cõnexis vtrunque simul tollatur. & hæc sic defendi posse opinor, vt tamen in filio qui in potestate morientis fuerit, nullum locum sibi vendicent: quoniã is tametsi iure ciuili remotus sit, tamen tria capita adhuc ex iure prætorio illi remanebunt [t], nimirum quia hoc casu sese hęc iura ex edicto non respectant.

CAPVT V.

B *Quid in causa sit, vt hæreditas non adita non trãsmittatur, reiectis aliorũ rationibus, noua adsignatur.*

SVMMÆ.

1 *Hæreditatis intransmißibilis ratio multiplex verior. 4. 5. 7.*
3 *Hæreditatem inaditam ob spem transmitti.*
6 *Contratabulandi ius non transmitti.*
8 *Fideicommissum transmißibile.*

C
CVR nondum adita hæreditas † nõ trãsmittitur? Cùm huius rei tres rationes adsignarẽtur, clarissimus legũ interpres Ias. falsas esse eas existimauit [u]: atq; ita confutauit, vt nemini dubium foret, quin ea quæ dixerat, quam verissima essent. quamobrem ipse in huius rei causa esse arbitratus est, quoniam ius adeundi in bonis nostris non est [x], & idcirco ad nostrum 1
D hęredem illud transmitti, iuris regula prohibemur [y]. Verùm videamus, nũ vera sit hæc ratio: siquidem nequaquam veram esse, semper opinatus sum, & quandoq; disputaui: ius enim adeũdi † esse in bonis nostris existimauerim: & huiusmodi hęreditatis capessendę spem iure ciuili ꝓbabilem esse, ex Bar. verbis adnotaui [z]: is tradidit eã spem, cuius euentus in nostra volũtate cõsistit, ratione nostri, non aliter, quàm si rẽ frueremur, cõsiderari, cùm si nos velimus, res omnino 2
E exitum habitura sit: q̃ si ex alterius animo finis dependeat, tunc secùs esse [a]. Quapropter si seruo, vel filiofamiliâs hęreditas delata sit, antequã adeant, dominus vel pater spem iustam in illis bonis non habent, quoniam seruus, vel filius, vt adeant, cogi non possunt [b], cùm quamvis iubente domino posse eos, nolle adire, Alexandri constitutione clarum sit. sed cùm † hæreditas ipsis agnatis, vel liberis hominibus scriptis in testamento defertur (qualis est nostrę quęstionis ca- 3
F sus) tunc spes illa approbatur, & ius adeundi in bonis eorum esse constat [c], cùm & de huiusmodi spẽ idem iuris esse, quod de seipsa re, veterum auctoritate doceamur, & Bar. ipse quibusdã exẽplis ostẽderit: veluti dum post mortem legitimũ rescripto fieri spurium non posse, indistinctè scripsit [d], quoniã agnatis pręiudicium fieret: quãuis enim nondũ adita hęreditas sit, iustè tamẽ sperãt se adituros, & idẽ obseruat̃, atq; si adijssent: quin & idẽ, iustã spẽ habere eum, cui fideicõmissaria hęreditas debeatur, autumat, & non aliter iudicari,

- r in d. §. fin.
- s l. quoties. C. quand. non pe. part.
- t l. j. §. nunc videndum. de succ. edict.
- u in l. emancip. C. qui admit.
- x l. pretia. ad l. Falci.
- y l. reperitur. eo. tit.
- z in l. fi. C. de pact.
- a d. l. pretia.
- b l. cum proponas. C. de hęred. instit.
- c Ioan. And. in c. iuris ignorantia. de reg. iur. Aret. consil. vij.
- d in § & quid si tantum.

iudicari, quàm si ea iam restituta esset [a]. nam & si domino relicta sit hæreditas, si seruum manumiserit, & seruus occisus sit, ex Iuliano [b] traditum est, per Aquiliam legem non æstimationem solùm serui, sed & hæreditatis eius causa amissæ domino restitui: vt expressim constet, spem illã probabilem fuisse, & in bonis domini illud ius ante manumissionem saltem legis disposuisse extitisse. Igitur minimè admittendum puto Ias. dum ius id adeundi in bonis nostris esse abnegat, præsertim cùm allegata ab eo lex, non rectè percepta sit, sed sententiam nostram ex Bartoli declaratione tueatur? quamobrem huiusce rei aliam rationem esse arbtrior. Scire † itaque de-
4 bemus, hæreditates in eius personã deferri, quẽ testator elegerit: qua de causa si is ab humanis decesserit, [c] integra re, non debet hæreditas eius hęredi concedi, quẽ testator ipse non nouit. Fingamus, me tibi mandare, vt centum Titio des, poterísne alteri dare? minimè verò, cùm mandati fines sedulò obseruari deceat [d]: nam & dispositio quæ vnius mentionem facit, etiam in fauorabilibus id alium tamẽ trahendã non est [e]. Item & quod alicui in beneficium, vel propter merita conceditur, personam non egredi testatum manet [f]. In contractibus quoque ius acceptandi in hæredem non transire eadem ratione proditum est [g]. Igitur cùm quis institutus est, & illi delata est hæreditas, si interim moritur, ad hæ-
5 redem non transmittit: quoniam † ea præsumitur instituentis voluntas esse, vt is, quem instituit, habeat non quispiam alius. quo circa felicissimi Imperatores Theodosius & Valẽtinianus, si ante apertas parentum tabulas filij decessissent, ad liberos hæreditatem transmittere eos posse sanxerunt [h], ne ob casus humanos aui hæreditate nepotes fraudarentur, & adversum auitum desiderium alij insperato hæreditatis commodo fruerentur. En igitur quemadmodum defuncti ipsius præsumpta voluntas transmissionem, vel locum habere suadet, vel vetat: siquidẽ & Baldus, Iasonq; & Socinus [i], causam cur legata transmitterentur, non aliam tradunt, quàm testatoris voluntatem: & id tertiæ legis argumento, quæ in Digestis de leg. primo est. Si igitur in legatis ita est, cur non idem in hæreditate esse adseramus? nam etiam ius bonorum possessio-
6 nem † contra tabulas implorandi, Bal. Cornęus, Alex. non transmitti existimarunt [k], quod idcirco esse interpretor, quoniam ea persecutio adversatur testatori, & contra auitum desiderium est. quilibet ergo suus hæres transmitti, cùm is credatur patris ánimus esse, vt trãsmittat: itemq; quoniã is ipso iure est hęres. quòd si illi substitutũ esse additũ proponat̃, nulla fit trãsmissio [l], cũ ius illud suorũ hęredum tollatur, vnde testatoris mens ádversari præsumitur. sed & infante idem dicendũ est, cùm non modicus amor testatoris erga infantis parẽtẽ videatur, qui illi per filium acquiri volebat [m]. Concludendũ igitur, transmis
7 sionẽ nõ fieri: quoniã † instituentis mens regulariter ea prę sumitur, vt illi quem instituit, solùm esse consultum velit. fiet ergo transmissio, cũ voluntas hæc ad instituentis hæredes porrigitur, vt in superioribus casibus. sed & cùm hæres institutus, constitutionum beneficio annum habeat ad liberandum, si interim moriatur, etiam transmittet [n], tum ne legis auctoritate fraudatus videatur: tum quòd verisimile est, hæredem institutum, si vixisset, aditurum fuisse. nam & quo-

- a in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obliga. facit ꝙ not. in l. qui duos. de reb. dub.
- b l. inde Neratius. §. idem Iul. ad leg. Aqui.
- c d. l. precia.
- d l. diligenter. ff. man. cap. cũ dilecta. de rescrip.
- e l. Titius. vbi Are. de libe. & posthu.
- f l. merito. pro soc.
- g l. iij. de ser. ex. por.
- h l. vnica. C. si ante aper. tabu.
- i l. iij. de leg. j.
- k d. l. emancip.
- l l. si filius qui patr. ff. de vulg. & pup.
- m l. si infanti. C. de iu deli.
- n l. cum in antiquiorib. C. eod.

tiescũque hæres vel ex facto alterius, vel pœnæ alicuius timore impeditus nõ adit, trãsmittere eũ delatã hęreditatẽ & ęquũ est, & Bart. cęterisq; videtur [o], sicuti & infans nõ suprascripta tãtũ ratione transmittit, sed etiã quia ob ętatẽ occupatũ verisimile est, cùm facultas adfuisset, aditurũ fuisse. & si hanc rationẽ admiserimꝰ, solùm illud adversabit̃, quòd ea ratiõe obseruata, vniuersale fideicõmissi ius nõ trãsmitteretur, cùm tamẽ cõ-
A muni cęteris sententia Bart. transmitti auctor sit [p]: verùm efficacib. argumẽtis opinio hęc nõ sustinet̃, vt Lancellotus, Dec. & Ias. asseruerũt: & ideo Accur. nunquã transmitti vbiq; censuit: quod † etiã si frequẽtiora sectemur, dicendũ est, idcirco 8
trãsmitti, quoniam hęres qui adijt, semel ratiõe spei verè obligatus est [q]: quoniã hęres adeundo videtur cũ fideicõmissarijs cõtraxisse, eoq; nomine illis obligatus est. at in directa hæreditate, ante aditam nemo obligatur: quæsitum enim a-
B liquod ius in causa est, vt in fideicõmissarij hæredem fideicommissum transeat, veluti indistinctè videmus, vbi ab hærede adita hęreditas est, etiã si incontientĩ moriatur, tamen omnia transferri, quoniam eius patrimonium factum est, plenumque ius illi acquisitum [r].

CAP. VI.

In bonorum possessione cur præsentia iudicis necessaria sit, non in hæreditate.

C

SVMMÆ.

1 *Bono. posses. & hæred. discrimen.*
3 *Obligat in casibus voluntas sola.*
4 *Bon. posses. decreto egere.*

CVR in acquirenda † bonorũ possessione necessariò præsentia iudicis requiritur, in hęreditatis aditione non 1
† requiritur? Iason treis huiusce rei ra 2
D tiones refert [s], & satis firmis argumentationibus reprobat. Ipse verò in causa esse opinatur, quoniam nullo iure quisquam sola voluntate obligatur, præterquam ciuili iure. quamobrem cùm hęreditatis aditio de iure ciuili sit, ex solo hæredis animo oritur obligatio: at bonorũ possessio iuris prætorij est, quod in obligatione aliquid vlterius præter mentem, mentisq; expressionem expetit. Sed hæc ratio multipliciter conuincitur: quo enim argumento probabit Iason iure † ciui 3
E li tantùm ex sola voluntate aliquem obligari? nam iure pontificio ex voto quilibet obligatur [t], quod solius mentis opere consistit. Idem quoque iure prętorio dicendum est, si prętoris in bonorum possessione decretum, solam cõfirmationem respicere, non autem aliquid noui inducere crediderimus: decretũ em iudicis auctoritas est ab eo interposita [u]: autoritas aũt nihil nouat, solùm rẽ gestã cõfirmat [x]: quãobrẽ etiã re trãsacta interponi potest [y]. nã & confirmationem ius
F denuò inductũ nõ facere, ex Baldi [z] aliorũq; responsis plusquàm manifestum est. Si igitur bonorum possess. animo acquiri, decretoq; confirmari dixerimus, quæ Bulgarini & Decij sententia esse videtur, totum Iasonis fundamentũ corruit: nam & hæc ratio quęstionis ipsius cardinẽ nõ attingit. admittamus Ias. pronuntiata vera esse, cur à iudicis auctoribus inductus non est, vt in bonorũ poss. quis obligaret̃, si aliquid aliud extrinsecùs ab eo factum esset, putà si conuentum cum creditoribus hæreditarijs proponeretur?

- o in l [illegible] de acq.
- p in l. cũ filio. leg. j.
- q l. j. ad Trebel.
- r l. sed & si plures. §. filio. de vulga.
- s in l. fi. C. qui adm.
- t extra de voto c. lic. vniuersis.
- u l. j. C. de præd. mi. cum rub.
- x C. quan. de opus.
- y l. si quis mihi ob. §. iussum. de acqui. hæred.
- z in l. qui indig. de sen. docto. in l. more. de iurif. dict. om. iudic.

nam & si eius dicta probauerimus, in bonorum possessione, quæ iure ciuili iure conceduntur, qualis est septima illa extraordinaria[a], præsentia iudicis opus non esset: quod falsum puto, cùm generaliter dicatur, in bonorum possessione qualemqualem testationem sufficere. quid ergo dicendum est? & vix posse veram rationem exco
4 gitari crediderim: attamē si † suasorijs locus est, dixerim in bonorum possessionibus decretū necessarium fuisse: quoniā prætor eas introduxit, voluitq; in eis paulò maiore diligentia vti: quod ius ciuile non fecit, cùm decretum nō in suo, sed in prætoris ære propriè esset. Nam & Baldus, Iacobusq; Butrigarius, & Nicolaus à Neapoli[b], cū quæreretur, cur ius ciuile cùm stipulationē adiuuasset, vt actionem pareret, prætor pactum nullo auxilio prosequi voluit? quia (responderunt) stipulatio à ciuili, pactum à gentium iure inuentū est: plus autem pullos nostros quàm alienos fouemus. His accedit, quòd ius dandæ bonorum possessiōis misti imperij est, quapropter omne ab arbitrio prætoris descendit: quod alibi à nobis tractatum est[c].

a §. septima. inst. de bonor. possess.
b in §. de const. instit. de act.
c l. v. de ver. oblig.

CAPVT VII.

Quanta differentia sit inter iustam hæreditatem & legitimā: pugnantia simul iura à duello exempla, tū error recentiorum ex Latinæ linguæ ignoratione.

SVMMÆ.

1 *Legitimi sunt etiam testamentarij.*
2 *§. De illo l. iij. pro soc. & l. lege de verb. sig. cōciliari.*
3 *Iustum omnino perfectum.*
4 *L. j. de testa. sensus.*
5 *Hæreditatis legitimæ, & iustæ discrimen.*

1 SI quisquā emphyteuticarium fidei causa agrū † stipulatus sibi sit, & suis heredib. legitimis, tractatū est, an de heredibus ex testamēto, an verò de his qui intestatò succedant, actū videatur. Et dubio procul eminentissimus in hac scientia Alex.[d] interrogatus, eos solùm intelligendos respondit, qui intestatò succedunt: quoniā hi propriè legitimi heredes dicūtur: opinionisq; suæ illud argumentū adfert, quòd in titulo pro socio[e], hæc Iurisconsulti Pauli verba legantur: *De illo quæritur, si ita societas coita sit, vt si qua iusta hæreditas alterutri obuenerit, communis sit: quæritur quid sit iusta hæreditas, Vtrum quæ iure legitimo obuenit, an etiam quæ ex testamento. & probabilius est, ad legitimā hæreditatem tantùm hoc pertinere.* Ex his igitur probari Alex. putauit, legitimam hereditatem propriè dici, quæ ab intestato debetur: non enim differētia est, an iustum siue legitimum dicamus, cùm hoc à lege, illud à iure, quod idem est, proueniat. Sed huic sententiæ Iurisconsultus Paulus aduer
2 satur[f], qui lege obuenire hæreditatem, † inquit, non impropriè quis dixerit, quæ ex testamento defertur. & quomodo hæc dissoluantur, simulq; non repugnent, maiores nostri vt explorarent, diu & multùm se fatigauerunt. Fulgosius non impropriè in prædicta lege interpretatur, id est, minus propriè: quæ interpretatio commendatione non indiget, sese enim ostendit, maximāque præ se fert calumniam. Bartolus, & Albericus Rosatius[g], cùm exploratum haberent, ex distinctionibus subdistinctiunculisq; nullum non argumentum euitari: aut, inquiunt, hæreditas le-

d Consi. lvj. secundo volu.
e l. iij. pro socio. §. de illo.
f l. leg. ff. de ver. signi.
g in d. l. lege.

gitima à lege profertur, & propriè vtranq; significationem habet: aut ab homine, & eius appellatione ea solùm venit, quæ ab intestato debet. Huius rei rationem eam esse, aiunt, quoniā quæ ab intestato capitur, continenter ex lege capit: sed alio casu non confestim ex lege, sed ex testamento debetur, quod tamen ope legis valet. verùm meræ nugæ hæc sunt: nam si appellatione hæreditatis legitimæ, in legum verbis ea venit,
A quæ ex testamento conceditur, cur non & in verbis contrahentium idem esse dicamus? num valet argumentum de lege ad cōtractus? num licet eisdem nos vti vocabulis, in eodem significatu quo & Iurisconsulti accipiunt[h]? num contrahentes verba accomodare, sicut & sensum dispositionibus legum videntur? nónne legitimum dicitur, quod quoquo modo à lege vires capit? quid ni? cùm legitima conuentio sit? & quidem propriè[i], quæ ex partium contractu concepta est, & non continenter à lege venit[k]. quis enim credat
B ex his argutiolis proprietatem verbo abalienari? vt quoniam à testamento descendit, legitima non sit. Sed & præceptores nostri corruptum codicem arbitrabantur, & apud Iurisconsultum legi debere credebant, hereditatem quę ex testamento defertur, non propriè legitimā esse: quod & ridiculum est, & alijs legibus rationeq; vincitur: cur enim propriè legitima dici nō debet, cū legitimam tutelam, legitimam cōuentionē dica
C mus? deniq; omne legitimū, quod autoritate legis factum est? Sed (vt rem ipse finiam) ex Latinę linguæ imperitia hanc quæstionem non decisam adhuc esse proculdubio existimo, vt tametsi rudiores, planeque barbari quidam iuris sectatores necessarias bonas literas Iurisperito non esse prædicent, minimè tamen ille prædicaturus sit, qui ex Alexandri imperitia propter eius consultationem iniquum iudicium susceperit. Igitur sciendum est, iustum † non sim- 3
D pliciter dici, quod à iure prouenit, sicvt quod à lege legitimum: sed eo amplius dictio hæc eam habet emphasim, vt illud significet, quod omni ex parte perfectum est, & cui ad rem, de qua agitur, nihil deest. Hinc apud T. Liuium, historiæ grauissimum auctorem, iustum prælium, non quod leue certamen sit, sed in quo omne prælij pondus vertatur, exempla ex humanioris literaturæ auctoribus in hanc rem adducit GVLIELMVS BVDAEVS, vir doctus & diligens, dum
E id ipsum in nostra lege interpretatur. Sed & in Apologia II. Apuleius de patruo, qui fratris filio insidiabatur, vt hæres ei esset: Sciebat, inquit, intestati pueri legitimum magis, quàm iustum hæredem se futurum: iustus enim non erat hæres, quoniam indignus propter demerita. Cæterùm nostri muneris fuerit ostendere, idem quoque legibus Roman. probari: & in primis testamentum, inquit Iurisconsultus[l], est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis
F post mortem suam fieri voluit: intelligemúsne iustam, id est, legitimam? minimè verò: nam & codicilli legitimam sententiam continent, ineptaque esset ipsa definitio. quamobrem iustam † interpretare plenam, perfectam, & cui maior 4
diligentia addi non possit. Fingamus puerum ex filiafamiliâs natum, quæ inscio patre nupsit: si is moriatur priusquā sententiā de matriomonio suo proferat, eritne legitimus infans? certè erit, & tñ iustus filius non erit[m]. In cōfesso est, natos ex cōcubina priusquā in vxorē ducta sit, secuto matrimonio

h Bal. in feu.
i l. legitima de pact.
k per not. per Bar. in l. more. ff. de iur. om. iud.
l in l. j. de testa.
m in l. v. C. de nup. gloss. in l. libert. & text. in l. Paul. ff. de sta. homi.

trimonio legitimos dici, num & iustos filios propriè appellabimus? & nō appellari crediderim, cùm Iustinian. Debent[a], inquit, filij qui post concubinæ nuptias nascuntur, fratribus prius natis agere gratias, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij: nam & iusta vxor Iurisconsultis dicitur[b], quæ verè vxor, & perquàm solenniter ducta est, non quæ simplici sponsione vxor est, tametsi legitima sit: qua ratione & Iurisconsultus[c] tolli naturalem obligationem iusto pacto dixit, nimirum illud sentiens, quod vulgò pactum vestitum appellamus. Itaque vt ad rem redeamus, iustam hæreditatem iuris auctor definiuit, quæ ab intestato capitur: quoniam ea non ex lege solùm, sed & naturali ratione ex bono & æquo debetur.
5 Meritò igitur † iusta appellatur, id est, quam omni iure præstari conuenit: quod in hereditate nō est, quæ ex testamento debetur, quæ casu quodā defertur, & plerunque ad extraneos pertinet. Legitimam ergo hæreditatem propriè appellabimus, tam quæ ab intestato, quàm quæ ex testamento capitur: nec obstant ea legis verba: & probabilius est, ad legitimam hæreditatem tantùm pertinere: quoniam quamuis simpliciter appellatione legitimæ hæreditatis vtraq; veniat, cùm tamen superius Iurisconsultus locutus sit de ea, quæ ex testamento obuenit, & ex altera sermonis parte ostenderit se non generaliter illud nomen accipere, sed solùm pro ea, quam iustam diximus, ex Iurisconsulti mente, in vna tantùm significatione capi debet[d]: nam & solemus dice-
6 re, vnam partem disiunctiuę † ex alia declarari: item alioqui generalia verba ex præcedentibus vel sequentibus coërceri[e].

a in l. cū quis. §. j. C. de nat. lib.
b in l. si vxor. ff. ad leg. Iul. de adul.
c l. Stichum. §. natura. ff. de solut.
d l. j. de rebus dub.
e l. si seruus plurium, de leg. j.

CAPVT VIII.

Qua ratione ius accrescendi introductū sit, & num ex tacita defuncti voluntate oriatur.

SVMMÆ.

1 *Accrescit ne pars hæreditatis vacet.* 4.
2 *Accrescendi iuris causa, & locus.*
3 *Coniunctionis legalis vis.*

1 FVit † quæstionis, qua ratione accrescendi ius fuerit inductum: & communiter dici solet, ex iuris regula id euenisse, qua prohibetur aliquem pro parte testatum, pro alia intestatum esse. Igitur ne id accideret, prouisum est, vt quæ hæreditatis portio vel repudiatione, vel morte hæredis vacaret, ad cohęredem per ius accrescendi transferretur: quam rationem quatuor argumentis confutauit Iason[f]: videamus an defendi possit. Et primo ab eo adducitur, ius accrescendi non in causa testamenti solùm, sed etiam in succedētibus intestatò locum habere: & tamen hoc casu nemo dixerit, eam iuris regulam quicquam operari, cùm omni modo semper mortuus, de cuius hereditate agitur, intestatus remaneat. Sed huic argumento ex iuniorum quorundam sententia dici posset, eum, qui nullo condito testamento moritur, tacita voluntate id agere, vt hæreditas ad proximiores deuoluatur: tacita autem hæc voluntas pro quodam quasi testamento est[g]: quamobrem si iuri accrescendi locus non esset, portio repudiata illi accederet, quem minimè testator habere volebat. Verum haudquaquam ego concesse-

f in l. j. C. quan. non pet. & in l. re coniuncti.
g l. cōficiuntur. de iu. cod.

rim, regulam iuris, quæ de testamento loquitur, ad causam intestati produci, tanquam tacita hęc voluntas pro testamento sit: consequens enim esset, quemlibet dispositionem de testamento verba facientem, ad intestatos trahi: quod nimis nouum est. quā ob causam aliter nos opinamur, suprascriptam videlicet rationem in testamentis ius accrescendi induxisse: at in intestatorum successione aliam regulam, quòd † videlicet, absur- 2
A dum iuribus existimatur, si quisquam scissa hæreditate portionem vnam accipiat, aliam repudiet[h]: qui enim intestatò succedunt, legis iussu coniuncti † per ius potius non decrescendi suc- 3
cedere videntur, tāquam principio solidum adeunti quæsitum sit: quamobrem inuitis quoque accrescit. Secundum quo mouetur Iason argumentum est: quamuis ab initio non possit quisquam partim testatus, partim intestatus decedere, ex intercapedine temporis postea tamen po-
B test: veluti si ad ita hęreditate per querelam pars euincatur[i]. Verum quamuis portionem aliquam de hæreditate auferri fateamur, hęres tamen qui adijt, in solidum hæres est, & in omnibus bonis succedit. Sed & in quęstionis nostræ casu, si deficiens ex repudiatione portio non accresceret, censeretur principio quis in totum testatus non esse, cùm quamuis renuntiatum deinde sit, repudiatio tamen per fictionem trahatur retrò[k]. Tertium Iasonis argumentum est per locum, quem
C à consequentibus vocamus: si enim vera esset suprascripta ratio, ius accrescendi in contractibus locum non haberet, cùm hi nihil ad testamenta pertineant: & tamen in contractibus id iuris obseruari manifestum est[l], qua propter si adiuncto socio rem aliquam comparauerim, adiectioque illa nō valeat, tota emptio ad me eo iure spectat. Verum enimuero † animaduertendum est, ius ac- 4
crescendi considerari, cum portio vel morte, vel repudiatione deficit: quod in eo exemplo non
D est, vt nihil ad rem facere illud opiner. Cæterum non negauero, in contractibus ius nō decrescendi locum habere: cuius rei ratio in promptu est, ne videlicet quod suum est quisquam amittat[m]: quamobrem nihil sibi in eis vendicare ius accrescendi, opinione quoque communi testatū permanet. Quarta eius argumentatio ex iurisconsulti responso deducitur: nam si quisquam pluribus partibus hæres institutus sit, habeatq; substitutum, non tamen partem accipere solam po-
E test, sed aut omnes illi capiendæ sunt, aut nulla. En igitur quemadmodum vna recepta cæteræ accrescunt, quamuis potuissent ad substitutum pertinere. nec quorundam responsio satis congrua est[o], qui ideo hoc casu ius accrescendi concessum arbitrantur, ne res in pendenti interim sit, cùm posset euenire, vt substitutus repudiaret. Nam cur in pendenti saltem n[illegible] donec deliberaret substitutus, an adiret[p] [illegible] æli-bet hæreditas in pendenti esse dici possit antè,
F quàm ab hærede adeatur[q]. quamobrem ego dixerim, ex tacita testatoris voluntate inductum, quæ huiusmodi præsumitur, vt institutum voluerit omnes habere partes: nam in substitutione hæc verba, si primus hæres esse noluerit, intelliguntur si in totum hæreditatem non capesset[r]: hæ enim sectiones odio non carent: nam & appellatione rei in dubijs de tota intelligemus[s], 5
& plurium partium contractibus actum tacitè videtur, vt omnes accipiantur: vt in hoc quoque communis Iurisperitorum sententia recipiatur,

h l. j. & ij. de acqui. hæ. Bart. in d. l. re coniuncti. in vlt. q.
i l. circa. de inoff. test.
k l. iij. §. vtrum. ff. si quid in frau. pat. l. si tibi homo. §. cū seruus. de leg. j.
l l. fundus ille. de contr. empt.
m vt not. in l. si mihi & Titio. de verb. oblig.
n l. si solus. de acqui. hæred.
o Bart. in d. l. si solus. Iason & Moder.
p in d. l. re coniuncti.
q vt ibi p Aret.
r l. nemini. de leg. ij.
s l. quod si vno. de in diem addict.

qui ius illud ex tacita testatoris voluntate prouenire existimarunt [a], idque vulgò dicitur: quãuis mihi ipsi aliter quandoque visum sit, cùm in bonor. possess. contra tabul. ius accrescendi detur, & tamen persecutionem eam animo testatoris aduersari nemo non dixerit [b].

a l. si duobus. de test. mili.
b l. si ex duob. de cõtra tabul.

CAP. IX.

Quemadmodum intelligendum sit, inter diuersis modis succedentes, iuri accrescendi locum non esse.

SVMMÆ.

1 *Accrescit variè succedentibus eodem titulo.*
2 *Hæreditatem trienti non accrescere econtrà secus.*
3 *Accrescit subrogatus.*

VLGATA regula est inter diuerso iure succedentes iuri accrescendi locũ non esse: cuius rationẽ Iason arbitratus est, ne diuersa censeantur eadẽ [c]. at Decius, quoniã in similitudinẽ aliquã habentes, faciliùs transire potest. quæ rationes perquã leues sunt, & nullius momenti, vt ex illis agnosci possit, iuris hãc regulã ab eis minimè intellectã esse. Sed & tale illi interpretamentũ à Saliceto p̃statur [d], vt diuerso iure succedere dicant, q̃rũ aliqui bonorum possessionẽ secundum tabulas, alij contra tabulas acceperunt: vel si qui iure prætorio succedunt, cùm collegæ ciuili iure admittantur. quòd & si quosdam vti testari hæreditatẽ vendicare proponatur, alios ab intestato vocatos, diuerso iure succedere, dicẽdum ex Saliceti sententia erit: quãobrem his casibus nullum iuri
1 accrescendi locũ esse. Verũ † nos longè aliter opinamur: & idcirco inter diuerso iure succedẽtes, siue ciuili, siue prętorio, aut secũdùm tabulas, vel contra tabulas, locum esse huic iuri arbitramur, ita tamen vt eodem titulo veniant, puta ex institutione omnes, vel titulo hæreditario omnes: & hoc ex ratione qua inductum illud ius suprà probauimus, ne videlicet quisquã partim testatus, partim intestatus credatur: siquidem huiusmodi ius non tam succedendi modos, quàm portiones ipsas respicere, satis & super cõstat. Quãobrem si patrono prętorito, libertus aliquem in-
2 stituerit, qui hæreditatem non adeat, dubitatum est, num quoniã † triẽs patrono debetur, cætera quoq; hęreditas, tanquã trientis accessio, illi exhibenda sit: & non deberi Iurisconsulti responso cautũ est [e]: cuius rei rationem eam dixerim: quoniam hoc casu nil contra iuris regulam cõmitti potest, qua diximus ius illud inuentum esse, vt idem testatus, intestatusq; non dicatur: patronus enim hæredi nullo modo coniungitur, non ex dispositione testatoris, cùm alter institutus, alter ab eo p̃teritus sit: nec etiã ex coniunctione legis, cùm hæres ex institutione vocetur, at patrono triẽs titulo institutionis minimè debitus sit [f]. Portio itaq; patroni, sicut & portio legatarij, ex suprascripta ratione hæredi accrescit, nõ quæ hæredis est patrono legatarióue, cùm tunc iuris illa regula nihil attingatur. quamobrẽ & si quisquam iure speciali succederet, quamuis diuerso iure, ne tamen cõtra illam regulam cõmittatur, ius accrescendi viam sibi facere, & Baldus, & Pontanus, & Alexander existimarunt [g]: adiuuaturq; hæc sententia Imperatoris Antonini cõstitutione [h], qui si à milite condito testamento aliquis in paganicis, hæres institutus sit, alius verò in castrensibus castrensiũ repudio facto, paganicorũ hæredi ea non accrescere tradit, si liquido probatur testatorẽ castrensia bona ad eum pertinere noluisse [i], quoniam voluntas militis in expeditione occupati pro iure seruatur: alioqui si non probetur, quãuis diuerso iure successio illa nitatur, ius tamen accrescendi oritur: tametsi enim miles idem testatus & intestatus mori possit, in dubiis tamen eius sententiam ex communi regula interpretamur. A Ex his quoque consequẽs est, vt Are. pronuntiatũ quoddã paulò diligẽtius perpẽdamus: is tradidit [k], si q̃ diuerso iure succedit, in locum eius subrogatus sit, qui eodẽ iure veniebat, ius accrescendi esse: quod vereor ne verum non sit: hac enim in materia locũ non esse subrogatis videbatur, alioquin in bonorum possessione, quæ in bonis libertorum defertur, ius accrescendi non esset, quod falsum est: subrogata enim ea bonorum possessio est in locum B contractus societatis [l], in quo non ambigitur, quin excludendum ius illud sit: nam & in emptorem hæreditatis nõ transire quidam opinati sunt [m], cùm tamen ad hæredem, cui subrogatus est emptor, pertineret [n]. Ipse igitur † & hoc casu 3
ex prædicta iuris regula crediderim portionem hæredi accrescere: cæterùm teneri eum hęreditatis emptori augmentum illud restituere, cùm in huiusmodi contractu venditor emptori promisisse censeatur, quicquid lucri hæreditatis ergò sibi accesserit [o]. C

c in l. re coniuncti.
d in l. j. C. quan. non pet. partes.
e l. sed cum patrono. ff. de bonor. possess.
f l. etiã. §. si debita. ff. de bo. libert.
g d. l. vnica.
h d. l. vnica.
i l. j. C. de test. mil.
k in l. si totam. de acq. hær.
l l. j. ff. de bono. liber.
m l. si mihi & Titio. ff. de ver. oblig.
n Ias. in l. re coniuncti. & in d. l. j. C. quand. non pet. part.
o l. hæredem. ff. mand.

CAP. X.

Posthumus num hodie in testamento paterno exhæredari possit, & qua causa: & opinio quædam Iasonis confutata.

SVMMÆ.

1 *Posthumus exhæredabilis, querelat tamen. 2.*
D 4 *Posthumi exhæredandi causa.*

FVit quæstionis, num posthumus exheredari in paterno testamento possit: & huiusmodi † exhæredationem valere, Alex. Imperatoris 1
cõstitutione expressum est [p], quod etiam Iustiniani lege approbatur [q]: & quamuis ita illis sanctionibus institutum sit, interpretes tamen legum, penè dixerim omnes in aduersam sententiam iuerunt, suæque opinionis E columnam hãc rationem habent, siquidem nouissimo iure prohibentur parentes, non nisi quatuordecim causis filios exhæredes facere [r], ex quibus nulla est, quæ in posthumo locũ sibi arrogare possit. quanquam igitur Alexan. aliorumq; edictis olim exhæredatio hęc permitteretur, recentiore tamen iure concessa non est: corriguntur que hac potissimum ratione veteres leges. At Fulgosius [s] aliter sensisse, & quidem probabilius, nobis videtur: existimauit enim testamen- F tum, quo posthumus exhæredetur, ipso † quidẽ 2
iure valere, licet inofficiosi querela expugnari possit: diuersumque ius in hoc ab alijs filijs esse, qui si causa non expressa exhæredes esse iubeantur, ius dicendi nullum habent, nec interpretum aliorum argumentatio eum quicquam mouet, cùm & iure veteri causa in exhæredatione filiorum aliqua iusta requireretur [t], & tamen posthumus tunc exhæredari poterat. & hac ratione vrgeri se Paulus Castrẽsis fatetur [u], quamuis & ipse extra aliorum ordinem nihil promoueat.

p l. ij. C. de contra tab.
q l. maximum. in fin. C. de liber. præter.
r §. aliud quoque vt cum de app. cogn.
s in l. si quis in suo. C. de inoff. test.
t l. cum ratio. de bo. dam.
u in d. l. si quis in suo.

ueat. Nos nouò quoque argumento cũ Fulgosio sentimus: nam cùm singulariter iure veteri concederetur, vt posthumus etiam sine causa exhæredari posset, consequens est, vt lex noua nihil in eo statuisse existimetur, cùm regula sit vulgò notior, quàm vt hîc explicari debeat: posteriorem
3 legem, quæ † aliquid noui inducat, ad casus speciales iuris veteris produci non debere [a]: quam tamen intelligẽdam puto, cùm casus illi speciales eosdem terminos respiciunt, in quibus noua lex lata est: alioqui si cõtractus aliquis, seu quælibet dispositio, etiam plurima & varia priuilegia habeat, cõprẽdetur tñ in lege, q̃ generaliter de contractu, dispositionéue mentionem faciat: probaturq; id ex I.C. quodam responso [b], qui in testamento militari competere bonorum possess. contra tabulas testatur, quoniã prętor generaliter locutus est, & id me adnotasse memini, aduersus Ias. quandã opinionẽ [c], qui municipalẽ legem generaliter de contractibus verba facientẽ, in dote accipiendã esse negabat, ex suprascripta regula: quoniam dotis priuilegia plurima sunt. & quæ notauimus diligenter obseruanda sunt, cũ qui hæc dicat, regulamq; eam declaret,
4 alium reperies neminem. Sed & in proposita † quæstione videamus, an possit aliqua causa exhæredatione digna hodie posthumo impingi: & videtur posse, si pater reus sit læsæ maiestatis: nam poterit auus nepotem posthumum ea causa bonis suis arcere: quod & rationibus probabile est, tum quod constitutio ea Iustiniani, non in XIIII. tantum causis, sed & in perduellionis crimine procedit, vt frequentiore sententia traditum esse Alexan. & Iason testãtur [d]: tum quod in filiorum fauorem introducta est [e]. at si exhæredari hic nepos prohiberetur, damnum illi fieret, cùm fiscus ex paterno delicto filij bona hoc casu sibi vendicaret [f]. His accedit, quòd si filium incapacẽ testamento pater prætereat, testamentum sustinetur: atque ita Bartolus sensit. nepotem autem hunc nõ falsò incapacẽ dixeris: nam lex in tali crimine, filij, inquit, etiam proximorũ hæreditate ac successione habeantur indigni.

a l. sciendum. qui sat. cogan. glo. ibi.
b l. in fraudẽ. §. fi. ff. de testam. mili.
c in l. j. in not. ff. sol. matr.
d in auth. non licet. C. de liber. præter.
e in §. & quid si tantum.
f l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.

CAPVT XI.

Cur, & quomodo instituto competat bonorũ possess. contra tabul. beneficio præteriti, & non querela beneficio exhæredati, ratio noua, tum veteres à iunioribus defensæ.

SVMMÆ.

1 *Præterito iuuare institutum exhæredato non item. 6.*
3 *Querelæ, & contra tabulationis discrimen & virtus. 4.*

1 SI ex duobus † fratribus, altero pręterito, alter institutus sit, & præteritus bonorum possessionẽ cõtra tabulas petierit, eius beneficio idẽ remediũ instituto quoq; competit [g]: quamobrem quæsitum est, si filius hic non præteritus, sed exhæredatus proponatur, cur eius beneficio institutus ad inofficiosi querelam non possit admitti [h]: & variæ rationes referuntur, quę tamen recentiorum auctoritate, & iudicio reiectæ sunt [i]: videamus ex illis quænam defendi possint. Et Decius senior in caussa esse in
2 primis tradidit, quoniam querela † hæc cùm odiosa sit, & longè minus alio remedio fauorabilis, interpretatione adiuuanda non fuit, vt exhęredati beneficio ad institutũ traheretur. odij au-

g l. post mortẽ. §. fi. ff. de contra tabul.
h l. mater. ff. de inoff. test.
i Ias. in l. fi. ff. de liber. & posthu.

tem causa hæc in promptu est: nam rupto † per 3
bonorũ possess. contra tabul. testamẽto, naturali æquitate quibusdã consanguineis legata conseruatur [k]: at eo per querelam rescisso, omnes testamenti partes corruunt, naturalisq; illa æquitas nihilo obseruatur: nam & prętoriæ dispositiones ex ęquo & bono magis dependent, quàm q̃ iure ciuili introductæ sunt: at querelã ad ciuiles, bonorũ possess. ad prętorias cõstitutiones pertinere, nemo dubitauerit. His accedit, cùm exhæredato querela competat, non æquè fauorabilem esse. Atq; id remediũ est, q. præteritis filijs cõceditur, cùm exhęredati p̃teritis peiores iuris pręsumptione existimarentur: vix em̃ est, vt qui iudicio patris dãnati sunt, boni reperiantur [l]. quãobrem iure veteri filius paterno testamento exhæres esse iussus, ingratus præsumebatur [m]. Alia ratio huiusce rei etiã adfertur, inofficiosi videlicet † querelam personalẽ iniuriã vindicare, quã- 4
obrem extra personã iniuria adfectã nõ extendi: & quãuis præterito quoq; p̃ iniuria habeatur [n], non tñ ita personæ adfixa censetur, quemadmodum exhæredatio est, q̃ specialiter fit: nã & passim dicimus, grauiorẽ eam iniuriã esse q̃ nominatim dicitur [o], quã si generaliter facta sit: cùm & in præteritione humanius sit, obliuionẽ præsumere, quàm paterni affectus erga filios tam insignem notam. Sed & hãc aliam rationẽ idem interpres refert, querelam nisi adita hæreditate nõ cõpetere [p]: quamobrẽ cùm institut⁹ semel adierit, testamẽtum aditione cõfirmatum, ab eodem impugnari nõ debuit, & idcirco querelæ locum esse eius respectu iniquum erat: & quãuis plures hæredes instituti proponerẽtur, illis qui nondũ adijssent concedi neque debuit, ne melioris cõditionis fieret qui postrẽmus deliberauit, quàm qui primus hæreditatẽ adiit. Et ex his manifestũ est omnes has rationes defendi posse, si ita accipiantur, vti à nobis explicatæ sunt: alioqui recẽtiorum argumenta non parũ studiosum hominẽ auertent. Sed & omnino veriorẽ esse nostrã hãc sententiam opinor, querelam instituto † non cõ- 5
petere: quia is ex institutione hæres esse potest: querela autem subsidiarium remedium est, & nunquam competit, nisi cessante alio omni legis auxilio: quod ex Iustiniani lege Cornæus Philippus annotauit [q]. Quomodo autem beneficio præteriti liceat instituto bonorum possessionem contra tabulas petere, magna est inter nostros interpretes altercatio, quam nos paucissimis finire possumus. Sic igitur † censendum, 6
vt si filio præterito alius paris gradus institutus sit, tunc is quoque bonorum possessionem contra tabulas petere possit: cùm enim is omnino successurus intestatò esset, æquum putauit prætor, ne omnimodo tabulæ nullæ censerentur, permisitque aduersus tabulas agi [r]. quòd si lapsu anni exclusus sit præteritus, tum instituto concessum est, vt secundum quoque tabulas possessionem petere possit [s]: instituto autem extraneo, certissimum est tabulas penitus nullas esse [t], nec contra tabulas possessionem peti posse: cessat enim tum omnis causa & spes conualidationis [u]. Quapropter si quæ iura ab instituto petitam bonorum possessionem dicunt, intelligenda sunt casu, quo peti iure potuit [x], vt quia paris gradus hæres præteritus erat [y]: & his consequens est, vt si institutus ex testamẽto virilem portionem consequi potest, in eorũ præiudiciũ, quibus integra legata ex testamẽto per edictum

k l. j. & l. sed & si. ff. de leg. præstand.
l l. iij. de inoff. test. l. maximũ. C. de lib. pręter.
m l. liberi. C. de inoffi. test.
n l. Papinianus. ff. eod. d. l. maximum.
o gl. in l. his verbis. ff. de hæred. instit.
p l. filiũ. de contra tab.
q Corn. in d. l. maximum.
r l. si duo. de leg. præst. l. illud. §. fi. de cõtra tab.
s l. æquissimũ. de lec. tabu. l. si duo. §. proinde.
t l. fi. de libe. & posthum.
u l. si duobus. §. j. de cõtra tabu.
x l. ij. C. de contra tabu.
y l. fi. §. sancimus. C. de lib. præter.

reseruantur,contra tabulas petere nequeat[a], filio.præterito testamentum approbante. quòd si virilem cõsequi nõ potest,etiã approbante præterito,ipse & cõtra tabulas possessionẽ petere[b], & nullas iure ciuili dicere eas poterit.

a l.filio.de iniu rup.l nõ vnquã de lega.j.
b l.nõ putauit. §.fin.

CAPVT XII.

Ius dicendi nullum filio sine causa à matre præterito quamuis competat,non tamen bonorũ possess. contra tabulas competere, vt Angelus, Pontanus, & Iason tradiderunt: & cur non decernatur aliam rationẽ esse,quàm alij crediderunt.

SVMMÆ.

3 *Præteritum à matre non contratabulare.5.6.*

1 IVrè veteri cùm matris præteritio† pro exhæredatione haberetur,Iustinianus Cæsar lege lata sanxit, vt tam pater quàm mater filios nominatim instituerent, B vel exhæredarent,addita ex XIIII aliqua causa[c]. Igitur eam legem posteriores interpretati sunt, vt si filium cum causa à matre præteritum proponatur,testamentum valeat, præteritioque illa pro exhæredatione sit.quòd si sine causa præteritum 2 dicamus, † ius dicendi nullum illi competat[d]: 3 quamobrẽ dubitatum est, num †bonorũ possess. contra tab.illis hodie concedatur, possintve ab intestato vnde liberi à prætore vocantur, succedere.Et Angelus Pontanusq́;[e],contra tabu. matris possessionẽ illis decerni posse existimarunt: C quoniam iure antiquo id prohibebatur, nõ alia de causa,nisi quia pręteritio pro exhæredatione erat: exhæredatũ autẽ à bonorũ possess. prætor repellit[f].at hodie aliter est: quapropter correcta 4 ratione legis,censetur†correcta lex[g]: Et hanc opinionẽ secutus Ias.alio argumento confirmat: regulam enim iuris esse,vt is cui iure ciuili ius dicendi nullum concedatur,iure prætorio bonor. possess.contra tabulas petere possit[h].cùm igitur D in fœminarum testamentis ius dicendi nullum competat,bonorum quoq; possessionẽ decerni dicẽdum est.quod eo fortius verum esse arbitratur,quòd Iustiniani eam legem antiquas nõ corrigere,sed hoc casu tantum pręter eas procedere opinatur: in limitatis igitur admittendã extensionem,vt quę lex in iure dicendi nullum loquitur,ad bonorũ possess.contra tabulas producat. Sed omnino à veritate hæc dissidere crediderim,videnturq́; argumenta eorum multipliciter falsa esse: & in primis iuris veteris rationẽ solam E eam esse,quòd præteritio pro exhæredatione ha- 5 beatur,minimè concesserim:sed & idcirco†pręteritis à matre filijs bonorũ possessionem illam non decerni,quia sui hæredes non sunt[i], nec iure prætorio instar suorum vt emancipati admittuntur: fœminę enim in potestate filios non habent,quamobrem nec suos hæredes habẽt: prętor autem bonorum posses.his concedit, qui vel sui sunt,vt sublato emãcipationis velo, pro suis F habentur.Nec Iasonis sententia recipienda est[k], qui eandem cum præcedenti rationem hanc esse,multis verbis ostendere conatur: quasi Iurisconsultus dum posteriorem hanc refert, vir admodum rudis, & batava aure, rationem proximam omiserit,longiùs summotã attigerit,quod planè verisimile non est: vt omnino Iasonis has argutias explodẽdas cẽseam. nam & fortasse verò priorem illam Doctorũ rationem falsam esse opinabimur,nec filios à matre præteritos,idcirco ab ea bonorũ possessione excludi credemus, quia pro exhæredatis sint, quos prętor reijcit: si enim ita res se haberet,consequens esset,vt filius à patre minore portione quàm legitima sit institutus,cùm in reliqua exhæres censeatur,beneficio præteriti contra tabulas persequi nõ posset: quia exhæredati nec ex se,nec ab alijs commisso edicto admittuntur,quod tamen à iuris ratione abhorret[l]: ergo clarum est,exhæredationem, A quæ ex præteritione inducitur, filium à bonorũ possessione contra tabulas nõ remouere: siquidem & in edicto prætoris hi solùm repelluntur, qui exhæredatiòne notati sunt: quia iudicio patris indignos non putauit prætor dignos,vt admitterentur[m]. at filius præteritione exhæredatus, non existimatur aliqua nota affectus esse[n], cùm præteritio nõ tam iniuriam,quàm obliuionem respiciat. quin & se exhæredatos pretor nõ admissurum pollicetur,qui solẽniter & rectè ex- B hæredati sunt[o]: at in præterito nulla exhæredatio solennis intelligi potest: non enim hîc quęritur,an purè,an nominatim,an à gradu exhæredatus sit: sola nominis suppresio exhęredationem hanc facit,de qua minimè locutum prætorem, magis probabile est,cùm in ea nihil solenne sit. Igitur potius †crediderim,solam eam rationem esse,vt filij bonorũ possessionẽ non petant,quia nec sui sunt,nec suorũ instar habẽtur: 6 quæ ratio hodieq́; procedit[p]: quamobrem nihil à iure veteri hoc casu immutatũ,verius est.quòd C etsi eorum rationẽ veram esse concedamus, non ideo tamen à nostra opinione recedendum erit, cùm falsum sit, correcta ratione legem corrigi[q], multorumq́; calculo contrariũ approbetur:nam & ratio de substantia legis non est: quamobrem lex & irrationabilis & iniusta,est tamen interim lex,donec abrogetur[r]: qua tamen de re diffusius à nobis alibi tractabitur. Sed & recepto hoc pronuntiato admittẽdum est, correcta ratione legẽ D corrigi,si ratio ipsa generaliter corrigatur: quod in nostro casu non est, cùm tunc solùm antiquetur,quum filius sine causa pręteritus est: quòd si cum causa præteritum asseramus, ius antiquum remanet,vt Accursius existimauit[s], & sequiores alij probauerunt.Et ex his primum eorum argumentum elidi cerdiderim. Aliud est, quod ex regula deducunt, vbicunq; iure ciuili ius dicendi nullum competit,& bonorũ posses. contra tabulas prætorem decernere.Nam generaliter id verum non esse primò dixerim: siquidem si fœmi- E na municipali lege, quæ stantibus masculis succedere prohibetur, institutis extraneis à patre pręterita sit,competere†illi bonorũ possess.con- 7 tra tabulas,communi sententia dici solet[t],& tamen à iure dicẽdi nullum arceri.Sed etsi demus, regulam eam generaliter veram esse, non tamen argumẽtum ita deduci potest,cùm tunc demum vel in limitatis, vel in correctorijs argumentum per eum locũ concedatur,si regula à iuris aliquo autore posita expresim inueniatur, non si à re- F centioribus ex pluribus legibus compacta sit[u], vt hæc est: nam & concedi potest,prætorem cõtra tabulas bonorum possess.dedisse,illis quibus ante se ius dicendi nullum competebat: sed in proposita quæstione, cùm noua dispositione ius ciuile filio in matris testamento facultatem eam dederit,ratione iuris ciuilis tantum intelligi debet, non autem ad prætorium extendi: alioqui cùm iure prætorio agnatis vnde legitimi, cognatis vnde cognati vocantur, successionum capita

c d.4. aliud quoque.
d glo.in §.exhęredatos. in auth.de hæred. & Falc.
e in l.ij.C.de cõtra tabul.
f l.non putauit. ff.eo.
g gl.in l.j. de leg.tut.
h l.j.§. vocãtur. ff.eod.
i l.illud.§.ad testa. ff. de contra tabul.
k in d.l.ij.
l Barto.in l.Papinianus.§.meminisse. de inoffi. testam.
m l.nõ putauit.§. si ex duobus. in prin.ff.eod.
n Ias.in l.fin.de liber.& posthumis.
o d.l.non putauit.
p d l.non putauit.§.j.& l.fin. in fin. prin. ff. eod.
q Aretin.in l.ij. de vulg.& pupilla.
r Mod. in ca.a omnes. de cõst. Aretin. in d.l.ij.
s d.§. exhæredatos.
t Alexan. in d. §.& quid si tantum.
u Raph.Cuma. in l.ij. de lega.j. p l.nõ possunt. de legib.

capita præstita sint, dicendum esset hodie cognatos,vnde legitimi vocantur,admitti,quoniã sublata nouissimo iure ea differentia est: quod nemo non aspernabitur. quamobrem fatẽdum est,hodieque præteritis filijs in testamento matris bonorum possess. contra tabulas abnegari: & idcirco nec bonorum possessionem,vnde liberi vocantur,nec quæ ex senatusconsulto Carboniano est,decerni.

CAP. XIII.

Multitudinem actuum non præsumi,quemadmodum verum sit.

SVMMÆ.

1 *Actum non,nisi ex caussis,multiplicari.*

2 *L.fi.C.de reb.cred.sensus.*

1 COmmunis omnibus † legũ interpretibus regula est,semper in dubijs nõ de pluribus, sed de vno actu intelligendum esse[a]. quapropter si tãquam hæres scriptus,testamentum quo mihi hæreditas delata sit,exhibeam,solùm illud factum à testatore fuisse pręsumetur: & qui plura condidisse dixerit,onere probationum grauabitur. quod & si in iudicio Stichum aut Erotem petã, tu nec Stichũ,nec Erotem debere te fatearis, de his intellexisse te interpretabimur, de quibus & nos locuti sumus[b],ne videlicet diuersitas aliqua inducatur.hanc tamen regulã non procedere,Bartolus,& post eum alij prodiderunt[c], vt suspicio periurij euitetur: quamobrẽ si ex testibus quidã testamentũ ritè factum,alij nõ solenniter factum dixerint,de diuersis testamẽtis intellexisse eos, credendum esse existimarunt, & hoc potissimũ modo discordiam tollendã,ne periuri videãtur. Cęterum ex Iustin.constitutione[d] per quam du- 2 bia res hæc nobis visa est: nam † cùm quidã sibi legatũ in testamento relictũ fuisse iurasset,& ex iurisiurandi religione illud consecutus fuisset, deinde inuento testamẽto cognitum foret,nihil illi relictũ esse,præsumi,Iustinianus ait, hominẽ hunc periurũ,nam cur potius,vt suspicio hęc remoueatur,non præsumuntur condita duo testamentã,& illud quod repertũ est,posterius testamentum esse? nam & cùm possibile sit in priori rem illi legatã,& hęredi fiet satis, & is cui delatũ fuit iusiurandum,periurij non erit reus. neq; dixeris cõstitutionem eam loqui,cùm clarum est, tabulas,quæ repertæ sunt,eas ipsas esse,in quib. rem sibi legatam ille iurauerat: quomodo enĩ id manifestũ esse potest; cũ quod ad negationẽ spectet, manifesta esse nequeant? nam & non mediocriter ea lex coarctaret, si ita accipiendã credamus.

a l.omnium. C. de testam. c.in præsentia de prob.
b Bart.in l.inter stipul.§.j.de verbor.oblig.
c in l.ij.C.de bonor.poss.secundum tabu.
d l.fi.C.de reb. cred.
e l.ij. de testi. l.ij. de prob.

CAP. XIIII.

Bonorum possessionem contra tabulas testamentũ rescindere, dein ex ea, vnde liberi vocantur,succedi, inaudita vulgò sententia.

SVMMÆ.

1 *Cõtratabulatio & vnde liberi,eadẽ.3.plerunq; diuersa.5.*

2 *L.Vt liberis. C.de colla.sensus.*

4 *L.j.Si tabu.testa.nu.ext.explicari.*

1 DVbitaui sæpenumero†, num bonorũ possessio contra tabu. diuersum successionis genus indũcat,ab ea quę ex bonorum possessione; vnde liberi

admittuntur,capitur: an verò rescisso per bonorum possess.contra tabulas testamento,succedatur per eam,vnde liberi vocantur. Et Philippus Cassula in altiùs repetita rubricę de testamentis prælectione,posteriorem hanc sententiam probauit[f],suęq; opinionis argumentũ Leonis Imp. cõstitutionẽ adduxit[g],qui,Liberis,inquit, quocunq; † iure intestatæ successionis,id est, aut te- 2 stamento penitus non cõdito,aut si factum fue- A rit,cõtra tabulas bonorũ possessione petita, vel inofficiosi querela mota,æqua lance pariq; modo prospiciendum est. quibus verbis expressim ostenditur,ex bonorũ possessione contra tabulas intestatò succedi, sicut etiam cùm testamentum vti inofficiosum rescinditur: in quo clarũ, id successionis genus locũ habere: vt dubitandum non sit,quin & idẽ credamus in ea bonorũ possessione,quæ illi hoc casu ęquiparatur[h].nam & Martiani,Vlpianiq; responsis constat,prętere- B to filio bonorũ possess.vnde liberi vocantur,cõcedi[i],cùm tamẽ alibi dicatur,bonorũ poss. cõtra tab.illi cõpetere[k]: vt verisimile sit vbiq; de eadẽ successione ab intestato agi. sed & Iulia.cùm adita est hæreditas,si emancipatus pręteritus bonorũ poss.contra tabul.non petierit,repelli omnino patria hęreditate, autor est[l]: quoniam huic prętor bonorũ possess.vnde liberi vocentur,non decernat: vt ex his verbis colligi possit,vbi†cõ- 3 C tra tab.actũ sit,vnde liberi vocantur,bonorũ possessioni locũ esse. confirmaturque id alia ratione: nam si idem operatur ex prætoris edicto bonorũ possess. contra tabulas quod in iure ciuili ius dicendi nullum[m],& hoc intestati causam respiciat[n], certè idem & in illo dicendũ est. & tametsi Alexan.Paul.Castren. Bartolusque[o] & alij minimè negẽt, testamentũ ad intestati causam ex ea bonorũ posses.trahi, non tamẽ admittunt, ex capite, vnde liberi vocantur, successionem esse: quæ opinio haud probabilis est, cùm filius D in intestati successione nullũ aliud remediũ cõpetat, præterquã illud,vnde liberi admittantur: & sicut iure ciuili testamentũ vbi declaratum est nullũ,alicuius momenti non est,ita & prætorio edicto esse,credibile est,vbi quisquam aduersus tabulas vicit.Sed huic sententiæ aduersatur Vlpia. responsum[p],qui ita inquit: ab intestato potest cõpetere bonorũ posses.si neq; secundũ tab. neque contra tabulas agnita sit. Verùm†hęc ver- 4 ba ita interpretanda sunt,vt Iurisconsulti mentẽ E eam fuisse nobis ipsis persuadeamus,de mera illa intestatorũ successione loqui,cũ nullæ tabulæ testamenti extant: & ita eum intellexisse & legis ipsius verba,& naturali tituli ostẽdit. Quo sensu debet Gordiani quoq; Imperatoris rescriptum[q],à quo filiæ dotem cõferre iubentur, si vel intestatò succedunt, vel bonorũ possess. contra tabulas petant: disiunctiua enim non inter omnino dissidẽtia posita est,sed quæ qualitate solũ quadam distent: quãuis enim & propter bono- F rum posses.contra tabulas ab intestato succedatur, ea tamen pura puta intestati successio non est: vt & † Triboniani in Institutionibus verba, 5 eadem ratione interpreter, dum differre, vnde liberi vocãtur,& contra tabulas bonorum possessiones ostendit: distant enim in eo, quòd ex altera rescinditur,ex altera succeditur. Itemque dum bonorum possessionem contratabu.remedium esse quo succedamus,non quidem expressim refert,sed quasi per transennam ostendit: nã nec hoc negauerim ex occasione ab ea præstari

f Philipp.Cassula in repet rubr. C.de testam.
g l.vt liberis.C. de collat.
h l.fin.ff.de lib. & posth.
i l.j.§.penult.ff. si tabu. testam. nul. ext.
k l.ij.C.de contra tab.
l in l.j.vnde lib.
m l.j.§. vocantur.ff.eod.
n in d.l.vt liberis.
o Barto. in l. illud.de cõtra tabul.
p l.j.§. ita autẽ. si tab.testa.nul.
q l. filiæ dotem. C.de coll.
r l. penul. C. de pact.
s inst. de bono. poss.§. sunt autem.

cùm resciderit testamentum. Et consequéter ex his dubitari potest, cùm lege municipali fœmina intestatò succedere prohibetur, an expugnato per bonorum possessionem contra tabulas testamento, admittenda sit? & non puto admittendam, cùm ad intestati causam deuentum sit. quòd si adita hereditate bonorum possessionem petitam dicamus, cùm qui semel fuit hæres, iure ciuili desinere hæres esse nequeat[a], fortasse aliter fuerit dicendum, cùm licet iure prætorio intestatus ille dicatur, cuius adita hæreditate testamentum contra tabulas expugnatum sit, iure tamen ciuili secus est: vt huiusmodi ciuitatum leges magis ex ciuili, q̃ prætorio iure declarétur[b].

a l. Papinianus. de inoffic. testamen.

b argu. not. in rubr. C. qui admitt.

CAP. XV.

Si agnatus per in integrum restitutionem abstinuerit, successio ad sequentes in gradu, an ad fiscum pertineat, duo pugnantia responsa, quæ alij dissoluere nequiuerint, extricata.

SVMMÆ.

1 L. fin. de suc. edic. & l. j. sed si. ad Tertil. conciliare. verius. 4.
5 Abstenta ex causis non capit fiscus. 7.
6 Verbi, si volet, vis.

SI cognatus, qui bonorum possessionem acceperat, per restitutionẽ in integrũ abstineat, in eis bonis successorio edicto locũ non esse, sed ad fiscum transferri, Papinianus scripsit[c]. at si quis ex S.C. Orficiano adita matris hæreditate, deinde abstineat, agnatos, non fiscũ admitti, Vlpia. ait[d]. q̃ responsa cùm simul pugnare videantur: Bar. talij q̃; interpretes ita se extricauerunt[e], vt de iure prætorio Papinianũ vera dicere opinarentur: quę verò Vlpia. scribat, iure ciuili probabilia esse. q̃ quidẽ interpretationes minimè verisimiles nobis videntur: & cùm successio hęc prætoria, ad instar successionum iuris ciuilis introducta sit[f], certè non debemus inter vtrunque ius differentiam hanc probare. nam cùm is qui abstinet, iure ciuili admittitur, & qui succedit, prætorio: & è conuerso cùm qui abstinet, à prætore recipitur, & qui succedit, iure ciuili succedit: cùm, inquam, his casib. nulla fisci ratio habeatur, cur iure prætorio admitti credamus[g]? nam & mater ad hæreditatem filij vnde legitimi vocãtur, etiam prætorio iure plerunque succedit[h]: & tamen generaliter lex tradit, si à bonorum possessione filius se abstineat, testatoris matrem vocari[i]. En ergo quemadmodum si tam is qui abstinet, quàm qui succedit, vterque ex edicto succedat, fiscus tamẽ repellitur. quin etiam si concedamus aliquem ex successorio edicto iure ciuili admitti, nónne etiam, vnde legitimi vocantur, iure honorario succederet[k]? Fingamus in Vlpiani casu agnatos eam bonorum possessionem petere, vnde legitimi vocantur, an eis exclusis hereditas fisco applicabitur? id enim aduersus eius verba est, qui generaliter loquitur. quòd si Bartolum intelligas loqui, cùm solo iure prætorio quisquam succedit, cur non idem opinabimur, cùm etiam ciuili lege successio adiuuabitur[l]? Nec differentiæ ratio per Iaſ. assignata, sat firma est, dum iure prætorio ad fiscum hæreditatem, qua quis se abstinuit, pertinere ideo putat: quoniam cùm admittendo cognatos nõ parum detrimenti fisco prætor dederit, voluit in eo saltem illi prodesse,

c l. fin. de suc. edic.
d l. j. §. si quis adita. ff. ad Tertillya.
e in rubr. C. de succes. edi.
1 sponsa
2 dentur
f l. j. §. nepos. ff. si quis à parẽt. fuẽ. manumiss.
g l. etsi modica. § pen. de bon. lib.
3
h l. ñ. §. bonorum. ad Tert.
i l. j. C. ad Orfic. in d. §. bonorũ.
k l. ñ. §. fi. vnde legit.
l in d. rubri.

& illatum damnum resarcire. nam quàm parũ verisimile, quæso, est, qui in detrimentum fisci contra leges ciuiles edixerit, in eius commodũ contra easdem leges rursus edicat? cur potius regulæ paritum non est, qua, donec aliquis hæres esse possit, fiscus repellitur[m]? cùm & in dubijs non erret, qui aduersus fiscum respondeat[n]. Quamobrem aliter quàm cæteri dissoluendum hunc nodum nos arbitramur: & idcirco vtroq; A iure si quisquam abstineat, successionem nó esse existimauerim[o], præterquã duobus casibus: quorum primus est, cùm legis verba extensiua sunt, & generaliter accepta, ad eum quoque qui ex successorio edicto veniat, referri possunt: qua ratione Vlpianus[p] sententiã suam tuentur. nam cùm senatusconsulti Orficiani verba huiusmodi essent, *Si nemo filiorum, vel quibus legitima hæreditas simul defertur, volet ad se eam hæreditatem pertinere, ius antiquum esto.* Si filius abstinuerit, iure antiquo agnati admittuntur, quoniam senatusconsulti verba admittunt. Si volet, inquit, ad se pertinere: hic enim nó vult, licet aliquando voluit. cùm igitur verbum, si volet, † tractum habeat[q], agnatos ex senatusconsulto admitti, dicendum est. & hanc rationem mirum est interpretes nostros non perpendisse, cùm ea se moueri euidenter Vlpian. fateatur. Nec ad rem pertinet, quòd nemo, nisi velit, ad hæreditatem vocatur: quoniam expressum id verbum, si volet, extensiuum est: sed si tacitè intelligatur, contrà[r]: tamesi in eo Vlpiani responso non ita insit, vt expressum verbis est. Alter† casus est, cùm qui regulariter succedit, ab aliquo specialiter excluditur: nam si abstineat, hæreditas ad eum deuoluitur, ad quem ex regula peruenire debuerat[s]. exempli causa: In bonis liberti patronus bonorum possessionem habet, solumque ab eius filio excluditur: quamobrem si se filius abstineat, tanquam remoto obice patronus admittendus est. Idem & in matre, quæ ex Tertulliano senatusconsulto filio succedit, solumque à nepote ex eo excluditur. nam si nepos per in integrum restitutionem, hereditatem bonorúmve possessionem deseruerit, matri successio, non fisco deferenda est[t]: huius q̃; rei causa est, tum quòd quæ ratio patronum, matrémue excludebat, amplius locum non habet, quãobrem regulæ adhæremus, tum etiam quòd speciali casu excluſus, non tam fortiter reiectus est, sicut qui ex regula remouetur.

m l. vacantia. C. de bo. vac. lib. x.
4
n l. non puto.
5 de iur. fis.
o d. l. fi. de succ. edic.
p in d. l. j. §. si quis adita.
6
q l. fideicommissa. §. hoc autem. de leg. iij.
7
r arg. l. si ita. §. illi. ff. de legatis primo.
s l. etsi modica. de bonis lib.
t d. §. bonorũ.

CAP. XVI.

In querela inofficiosi nec ius accrescẽdi, nec successionẽ esse: in Vltra montanorum sententiam aduersus Bartolum itum.

SVMMÆ.

1 L. Pen. de inoffi. test. sensus. 2.
3 L. Si proponas. de inoffi. test. explanata.
5 Contratabulat nepos ex se. 8. 11.
6 Querelam intentat pater, excluso nepote.
10 Querelæ causa.
12 Querelam ex causis accrescere, & transmitti. 13.
14 Successioni in querela ex causis locus.

REQVENTISSIME tractata ea q̃stio est, an in querela inofficiosi successorio edicto locus sit[u]. & hoc in articulo ita per factiones diuisi sunt interpretes recẽtiores, vt Itali, quorum signifer Bartolus, locum esse tradiderint: at Gallici quorum

u In rubric. C. de succes.

rum Petrus Aurelianensis primipilarius est, negauerint. Et quoniã vtrinq; rationes quãplurimæ adducuntur, quæ minimè efficaces sunt, ea solùm argumenta referemus, quorũ acumine tota quæstio sustinetur. Et Bart. adiuuat Pauli responsum, qui[a], in titulo inofficiosi testamenti, Si is, inquit, † *Qui admittitur ad accusationem, nolit, aut non possit accusare, an sequens admittatur, videndum est: ea placuit posse, vt fiat successioni locus.* Sed huic respondent alij, Paulum eo casu loqui, quo etiam sequens in gradu exhæredatus fuerat quam interpretationem vti diuinaci coniectura, ariolantem meritò nostri reprobant. Videamus num nos promere aliquid verisimilius possimus. & dici posset † non ratione querelæ sed respectu bonorum iurisconsultum Paulum loqui. nam si duo admitti ad querelam possunt, repudiante primo, sequés omnem successionem habebit: & hoc casu intellige, vt fiat successioni locus, non quidem successorio edicto in querela, sed successioni bonorum: & verbum, sequens, ita capiatur, vt eum accipias, qui simul admitti poterat, sed in portione repudiata sequens est, cùm priùs ea ad collegam pertinuisset: & hoc intellectu potius ad ius accrescendi, qui ad successorium edictum verba hæc referuntur. nam in querela locum esse iuri accrescendi, communis opinio est ex eiusdem Iurisconsulti sententia, qui si duo, inquit, sint filij exhæredati, & ambo de inofficioso testamento egerint, & vnus postea constituit non agere, pars eius alteri accrescit[b]: tamesi neque satis probem, in ipsa querela ius esse accrescẽdi †, verbaque Pauli magis referenda opiner ad bona, quàm ad querelam. nam cùm querela totum testamentum subruat, si frater non agat, sed repudiet, alij fratri omnia bona accrescunt, quid igitur in proposito responso accrescere dicamus, cùm nihil id operetur? si sola vnius querela totum subuertit, quid opus est aliam addi? & cùm ex regula constet, portionem † semel acquisitã, si deficiat, nemini accrescere[c], qua ratione concedemus agnitam à fratre querelam, si omittatur, fratri adiungi? vtrunque igitur responsum non in successorio edicto, aut iure accrescendi intelligendum opinor, sed ad successionem bonorum potius referendum. Adducitur etiam pro eadem Barto. sententia, quòd si emancipatus, ducta inuito patre vxore, & genito filio decedat, cùm dubitaretur, quid iuris huic in testamento aui cõm petteret, respondit † Vlpianus, ad bonorum possessionem contra tabulas admitti[d], cùm potuerit auus iure suo vti, eumq; exhæredare, neq; minus in hoc nepote is, qui de inofficioso cognituru est, merita nepotis, quàm patris eius delicta perpendet. quæ verba id indicant, querelam quę filio exhæredato competebat, ad nepotem per successorium edictum transire. Sed quamuis pluribus Iason hîc agat, in eo textu aliquis dixerit non tam merita filij, quàm nepotis considerari: non q̃ de inofficioso nepos agat, sed q̃ sub eo iudice, sub quo filius querelã intentare potuit, nepos bonorũ possessionẽ contra tabulas petebat: quãobrem cùm nepos ipse nil deliquerit, admittetur[e]. & ita hanc legem ex Accursij, Alexandri, Aretiniq; sententia interpretandã aiunt, videbatur enim cùm filius propter ingratitudinẽ excluſus esset, reiiciendũ quoq; nepotẽ tanquã ex regula, qua Bal. tradit[f], remota radice palmites omnes remoueri: quæ ratio efficax non est, cum licet filius ingratus sit, nepotis ipsius merita hu-

a In l. si is qui. in prin. de inoffic. testa.
1
b In l. si propona. ff. de inofficio. testa.
3
c l. j. §. interdum. de vsufr. accres.
4
d l. iij. §. si emancipatus. de bo. poss. contra tabul.
5
e In l. in suis. ff. de lib. & posthum.
f In l. si quis posthum. §. j. ff. de libe. & posthum.
g In l. fi. C. de legi. hære.

iusmodi non sint. Adducitur rursus aliud argumentũ: nam † cùm ex filio emancipato haberet quidam nepotem in potestate, & filius condito testamento patrem præteriisset, nepotem exhęredasset, neposq; in querela succubuisset, respondit Iurisconsultus patri querelam competere[h]: ergo ex successorio edicto competit. sed Alexan. aliiq; omnes querelam hîc pro bonorum possess. contra tabulas accipiũt. quòd si nec hoc placet, intelligere aliquis poterit patri querelam concedi, non ex persona sua, sed ex persona nepotis: & licet nepos ipse cessisset, non debuit tamen tolli patri remedium, quod semel sibi quæsitum est[i]. & hoc potissimum modo Bar. to partiumque fundamenta subrui possunt. Tranſeamus nunc ad ea, quæ pro sua opinione Petrus adferebat: & licet per recentiores sanè quamplura dicantur, solus huiusce sententiæ cardo, & quidem firmissimus, ex Iustiniani constitutione accipitur[k]: is tradidit, si pater filium, ex quo nepotẽ habebat, instituto extraneo exhæredauerit: mortuo post patris mortem filio, nondum adita hæreditate, omni adiutorio nepotem destitutum: inhumaneq; id à Iureconsultis statutum: nam si querela successioni locus fuisset, profectò nec auxilio nepos indigeret, nec inhumaniter acceptus dici posset. cui argumento frequentiore sententia responderi solet: idcirco eo casu successorium edictum non fuisse, quia querela ab additione hæreditatis incipit, pater aũt ante aditã defunctus fuerat: quãobrẽ cùm illi querela nunquã cõperiisset, nó potuit nepos in ea succedere. Verùm hæc responsio multiplicitè destruitur: nã exhęredatio ab † additione vires capit, & tamẽ ante eam aliqd operatur, nimirũ vt exhæredato hæreditas delata non dicatur[l]: cur non idem in querela? Negari quoq; non pót, licet actu ipso querela filio nó cõpeteret, spe tamen cõpetiisse: at in successorio edicto spem satis esse, ex eo probatur, quòd decretalis bonorum possessio si accepta non sit, ad sequentem transit[m], & tamen prius non competit, quàm decreta sit, solaq; spes illa transfertur: nam etiam quod re ipsa adhuc non cõperit, trãsmittitur: quamobrem infans hæreditatẽ, quæ sibi delata non erat, ad patrẽ transfert[n]: & si hoc in transmissione est, cur non multò magis in successorio edicto, quod longè fauorabilius est, cùm iure communi introductum sit, transmissio specialibus tantùm casibus obseruetur[o]? nam & nam querelam prius esse, cõsiderari non debuit, cùm nepos † ex ea non succedat, quæ filio data est, sed ex persona sua succedat. atqui Paulus Castrẽsis existimauit, si filio delata sit, ne frustra delatam, & ad irritum deductam diceremus, debuisse potius successionem reiici. Sed aliter quoq; argumentum huius legis tollitur, interpretanturq; quidam, intellígi eam debere, quando nepos ex patris, non ex sua persona succedere vellebat: vetita itaq; erat transmissio, non successio. verùm cùm omni remedio caruisse nepotẽ Iustinianus autor sit, duóq; ea tantum compręndantur, quàm absurdum id sit, nemo certè non videt. adde quòd nulla fuisset inhumanitas, si nepos successorio edicto admissus foret, & tamẽ inhumanè eo casu factum lex ait. quam sententiam posse & aliis rationibus confirmari arbitror: nam & querela † inofficiosi remedium personale est[p], at in iuribus personalibus successio non est: conceditur † enim propè iniuriã, ex exhæredationis nota illatam, quæ iniuria ad

h l. pater filiũ. de inoff. testamento.
6
i argu. not. per Bar. in l. emancipatus. §. fin. de contracta.
k l. si quis filium. C. de inoffi. testam.
7
l l. filium. ff. de bon. poss. contra tab.
m l. j. §. sciendũ. de succes. edict.
n l. si infanti. C. de iure deliberan.
o Bar. in l. ventre. ff. de acquir. hæredi.
8
p l. Papin. C. de inofficio. testam.
9
10

nepotem non producitur: & regula est, quotiescunque propter aliquam qualitatem alicui defertur hæreditas, in eũ nó transire, in quẽ ea qualitas non transfuerit[a], qua ratione hæredib. bonorum possess. vnde vir & vxor, non concedi Accursius tradit: nam & querelã hanc odiosam esse, Baldus[b], alijq; crediderunt. cur ergo eam interpretatione adiuuamus? quòd si Bartolum sequeremur, nónne consequens esset, vt hæc querelæ successio ad agnatos quoq; transiret? quod A à constitutionũ sententia abhorret, & nemo, opinor, dixerit. sed & fortius eo mouemur: quia aut propter superioris exhæredationẽ inferiori querelam competere dicimus, & † hoc à successionis natura dissidet, qua ex propria persona quis admittitur, non ex aliena: personalis quippe iniuria est. aut eis querelam ex propria persona deferri malumus, tanquam ex superioris exhæredatione (quod Bartolus ait[c]) præteritis: & neque successionem esse arbitror, cùm ex hoc edicto ad rem prius alteri delatã admittamur: querela autem hæc, quæ ex tacita exhæredatione oritur, nemini prius delata est, sed ab ipsis, qui eã intendũt, incipit. Igitur vt has ambages ipse tandem extricem, tres varios casus separari oportere arbitror. Primus† est, cùm plures exhæredati sunt, & vnus expressim vel tacitè repudiat, & tũ querelam illi competẽtem alijs accrescere Bartolus & pleriq; alij censuerunt[d]: ipse suprà ostẽdi non ius querelæ, sed portionẽ ipsam bonorũ C accrescere, vecunq; disputabilis est propositio.

Sequens casus est, cùm† qui exhęredatus est, mo- 13
ritur relicto hærede, isq; ex defuncti persona intendere querelam cupit, quod nó nisi transmissionis iure fieri potest: in quo articulo solet dici, si querela præparata sit, in quemcunq; hæredem transmitti: si adhuc preparata non erat, nó trãsmitti, nec in suum quidem olim hęredem: videtur enim moriens eam iniuriam remittere. at hoc die Iustiniani cõstitutionibus distinguitur, vt si- D ue additione hæredis inofficiosum. testamentum confirmatũ est[f], siue tacitè vel expressè repudiata querela est, iuri veteri adhæreamus, nullaq; fiat trãsmissio: si verò ante additionẽ hęredis scripti exhęredatus decesserit, tunc in nepotem suũ transmittatur[g]. Tertius casus est, quo nec de accrescendi, nec de transmissionis iure agitur, sed de successorio edicto, vt quia exhæredatus repudiat, vel moritur, an sequens in gradu non ex persona defuncti (id enim non nisi transmissionis iure comperit) sed ex propria succedere in iure querelæ possit, tanquã per præteritionẽ sibi facta sit iniuria: cuius ratio videtur habenda, cùm qui sibi obstabat, autor suus de medio sublatus sit[h]: & verius est, si iustè is autor exhęredatus erat, successioni in querela locũ esse, quia tũ 14
ratio legis in hoc nos adigit: cùm enim propter iustam causam is autor meritò excluſus sit, cõsequẽs est, subsequentẽ in gradu per præteritionẽ exhęredatũ censeri, meritoq; ex persona sua agere eum posse[i]. quòd si autor iniustè exhæredatus sit, tum successioni locus non erit, transmissioni erit: qui em iniustè exhæredatus est, iuris cẽsura bonã causam habet, ideo ex eius persona potest B fieri trãsmissio[k]. ad successorium verò edictũ nó attendetur, quod ex persona propria sequẽtem admittit, in quo hoc casu ius nullũ est. quaprotter in Iustiniani cõstitutione, cũ filius iniustè exhæredatus esset, nepos nó nisi ex patris persona iure transmissionis admitti potuit, ex sua nõ potuit, quoniã ius omne ad patrem pertinebat. & hoc modo conciliari aduersantia inuicẽ responsa ego non dubito, quę si qui rectè perpenderint, nostram sententiam approbabunt. quòd si quis reclamauerit, is, scio, ea dicet, quæ nó intelliget: nec enim diffusius huiusmodi hoc libro declarari possunt, q̃ latiore tractatu à nobis alibi sunt disputata. Illud non diffiteor, successoriũ edictũ hîc crassa minerua accipi, cùm nó idem ius ex eo nepoti deferatur, quod filio cõpetit: quippe filius ex iniuria sibi per exhæredationem facta, agere poterat, nepos ob iniuriã non paternæ, sed propriæ exhæredationis ex preteritione ortam. erit igitur quoddam successorii edicti instar: nã & successorium edictum fauore creditorum inductum est. ne videlicet longior illis mora fieret: at in casu nostro nulla eis fieri potest mora, qui ab hærede scripto petere possint.

a glo. in l. j. C. vnde vir.

b d. l. si quis filium.

cin l. pater filiũ. de inoffic. testa.

d l. si proponas. in fine. de inoffic. testam.

e l. firmus. §. fi. C. eod.

f l. cum mota. C. de transact. vbi Doct.

g d. l. si quis filium.

h l. si is qui. in princ. de inoffic. testam.

i l. pater filium. eo. tit. l. iñ. §. fi. emancip. contra tab.

k d. l. si quis filium. l. scripta. in fi. vnde libe.

ANDR. ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. PARADOXORVM IVRIS NOSTRI CIVILIS LIBER QVINTVS.

PROOEMIVM.

NEQVAQVAM me latet, inuidiosam fortasse materiã, sicut & huius operis titulum, fore: quòd videlicet, si qui sint, qui ab alijs diuersa docturos se profiteri ausint, hi tãquam fuci quidam, & in literaria palæstra scioli existimantur: & vt laudabilia quæcunque frequẽter silentio transigimus, sic obtrectatio & liuor pronis auribus accipiũtur. Verumenimuerò nó idcirco deterreri debuimus, quominùs cũ meta ipsa iam ferè in conspectu foret, incœptũ cursum prosequeremur. Nec me multitudinis autoritas ita vrgere potest, vt nó Pythagorico symbolo poti[y], aliorumq; testimonijs acquiescã. Perpublicã viã ingrediundũ nó esse, ille censuit, vt q̃ trita cæteris q; omnib. cõmunia sunt, pertinaciter à nobis defendi nó debere (q, Hieron. inquit) ostenderet: nunquam enim cum humano genere tam rectè agitur, vt quæ optima sunt, plurimis placeãt. quocirca Prienensis Bias, septem sapientum vnus, plures malos esse, celebri dicterio narrare solitus traditur. Indignatur grauissimus auctor Fabius, ineruditos quosq; vulgò ingeniosiores haberi. Refert Marcus Vitruuius, in Alexandria cęterorum omnium sententijs victorẽ poëtam, rectiore vnius Aristophanis arbitrio

arbitrio reprobatum. nam & Valerius tam parui æstimatam ab Euripide multitudinem tradit, vt emendare eum volentibus, se, vt doceret, non addisceret, in scenam prodijsse atteſtaretur. quãobrem & in religionis nostræ mysterijs proditũ est, viam latam in errorem nos plerunque deducere: at quę angustior sit, æternitati peruiam esse. Nihil igitur nobis fraudi esse debet, si horum exemplo sequiores alios confutemus, noua ipsi excudere nitimur: quod hoc præsertim libro à nobis factum esse non diffiteor. Attende igitur, humanissime lector, & rem æquis auribus accipe: quandoquidẽ & Iustinianus[a] ex multitudine autorum quid melius ęquiúsve sit, iudicandũ esse non censet, cùm possit vnius, forsan & deterioris sententia, & multos, & maiores in aliqua parte superare.

a l. j. C. de vet. iur. enucl.

CAP. I.

Ex pacto quod contractui inest, solam actionem ex contractu dari, nec præscriptis verbis agi posse contra omnium hactenus sententiam: & quamplurimæ leges aliter, quàm à cæteris declaratæ.

SVMMÆ.

1 *Pacto adiecto ex contractu agas.* 5.
2 *Præsc. ver. & in factum actiones, aliis cessantibus dari.*
6 *Pactum resolutiuum pro conceptione actionem dat.*
7 *L. ij. C. de pact. int. empt. sensus.*
8 *L. Labeo. de contr. empt. explicari.*
10 *Præscrip. verb. actionem variè censeri.*

EX pacto, quod incontinenti factum contractui insit, duplicem actionem dari, vnam ex contractu[b], item q; præscriptis verbis alteram nemo est, qui non affirmet: traditirq; id Accur. tum longo ordine pleriq; omnes: mirumq; est, in præsentẽ diẽ D ita creditum, vt qui cõtradicat neminẽ reperias. 1 ar ipsi nos eam solũ, q̃ ex contractu oritur, actionem dari probauimus: q̃ verò extra ordinẽ præstatur, præscriptis verbis non competere. quod quãuis nimis nouũ esse videri quibusdã possit, nobis certè nimis verũ videtur. Et in primis cõmunem sententiã oppugnat q, vulgò traditur†, 2
cùm deficiũt vulgaria atq; vsitata actionũ nomina, tũc præscriptis verbis agendũ[c]: tum & illud, quoties actio deficit, eam q̃ incerti, & in factũ dicitur, concedi: q, in nostro casu minimè est, cùm E dubio procul sit, actionẽ ex contractu non desicere: illudq; vsitatum & vulgare nomen esse, & coarctari, cauilloq; restringi à Doctor. has regulas plus quã euidenter cõstat, dum pscriptis verbis actionẽ non dari intelligunt[d], quãdo alia exoritur, quæ ex eadem verborũ forma originẽ capiat: secus, si ex diuersa: nam certè ex eodem pacto vtraq; actio tam ex cõtractu, quàm in factum datur. quod etiã si ex diuersa forma oriri concedamus, nihilò tamen minùs communib. regulis F repugnamus, cùm extraordinaria remedia non concedantur: quãuis diuerso fomite oriri possint, si vnũ factũ sit, cui ordinario iure prouideatur: quamobrẽ qui beneficio prætoris esse hęres potest, mota status controuersia, ex Carboniano e l. cum sine. ff. de Car. edi. bonorum possessionem non habet, cùm ordinarium illi remedium sufficiat[e]. Regulariter quoq; 3 post Bartolũ dici solet, si ordinario iure agi possit, extraordinarium, quod nó ita abundè pro-

b l. iurisgentiũ. §. quinimò. vbi Bart. ff. de pact.

c l. quoties. de præscrip. verb.

d in d. §. quinimò.

e l. cum sine. ff. de Car. edi.

f in l. in præscriptis. C. de fide instr. & si cerò. ff. de oper. nou. nun.

g in l. pacta quę contra. C. de pactis.

4 h l. si pecuniam. C. de condict. caus. dat. i l. vbi quę testa. de his qui pos. in test. k. l. certum. pet.

l in l. permutatis. ff. de præscriptis verb.

5

B

6

m l. regula. §. fin. ff. de præscript. verb.

n in l. ij. C. de eadict.

o c. accessorius. de reg. iur. in. 6. lib. vj.

p l. ij. C. de pact. inter emptorẽ & vendi.

q l. si vir. de præscript. verb.

r l. fundi partẽ. de cõtrahenda empt.

s l. j. de præscrip. verb.

7

clarisque casibus necesse erat alteram omnino
competere : quapropter disiunctiua[a] vsus est.
Obesse etiã nostræ huic opinioni videtur quod
Labeo[b] scribit : Si mihi bibliothecam vendide-
ris, si decuriones locũ cõcedant, in quo eam re-
ponerem, me quicquam ab illis non petente, a-
ctionem tibi præscriptis verbis dari : sed & pos-
se ex vendito agi, quasi impleta cõditione, cùm
8 per me stet, quo minus impleatur. Sed†hoc mul
tifariam tolli potest, tum quòd ibi non de pacto A
agatur, quæ nostra est quæstio, sed de conditio-
ne : vnde actio in factum ex pacto ibi non con-
ceditur, sed quia conditio verè impleta nõ erat :
tum quòd de subsidiaria quadã alia actione, non
de ea quæ ex pacto oritur, loqui Labeonem Bar-
tolus credidit[c]. Sanè & ipse nostram sentẽtiam
ibi ꝓbari magis dixerim, dum eo respectu, quòd
per me stat, quo minus conditio impleatur, agi
ex vẽdito posse traditum est : nam recepta alio-
rum opinione, eodem respectu debuisset posse B
etiam præscriptis verbis agi. Verùm & quod
Paulus scribit non parum nobis negotij facit[d]:
is, Si conuenerit, inquit, vt res vendita si displi-
cuisset redderetur, ex empto actio est, aut proxi-
ma actioni in factum, quod argumentum eadem
responsione eliditur, qua & Alexandri Impera-
toris superiùs rescriptum: nempe id in pacto re-
scissorio contractus specialiter suprà scriptis ra-
tionibus inductum : quamuis etiam dici pòssit,
huiusmodi contractum, tametsi venditionis for C
mam habeat, magis innominatæ conuentionis
naturã imitari : quod Bal. & Alex. crediderunt[e].
Quamobrem actio in factum datur non tam ex
pacto, quã quòd propter illud pactũ contractus
ille innominatis accedit. nam & Accursij sensu
accipere possumus, pretiũ venditori nõ solutũ,
sed sub prędicta conditione promissum : qua de
causa potest venditor ex empto agere, tanquam
nondum rescisso contractu : & præscriptis ver-
bis, vt si displicuisse sibi emptor dicat, illi actio- D
ni locus sit. cætera quæ contra nos adferri pos-
sent, perquam leuia sunt, & quæ ex se corruent :
veluti, quodlibet pactum contractum innomi-
natum esse, & ideo ex eo præscriptis verbis agẽ-
dum[f]. Item legib. tradi, ex pacto actionẽ nasci[g],
non ex cõtractu : & id genus similia certè friuo-
la, cùm pars cõtractus pactũ sit, & nihil differat,
vtrũ dicamus ex pacto, vel ex contractu agi : fir-
mataq; proximitate contractus, pactio minimè
innominata dicenda sit[h]. Et ex his consequens E
9 est, vt quod Accur. aliquãdo dixit[i], actionem†ex
cõtractu subrogari iudicio in factũ, verum sit, &
idcirco recipiendũ: quamuis nemo non Accurs.
hîc damnet. Verumenimuerò & Iacobi Butriga-
rij, & Alex. noua quædam sententia procul abij-
cienda est[k]: existimauerunt enĩ nõ solùm ex pa-
cto incontinenti apposito oriri actionẽ vnã prę-
scriptis verbis, sed & duas quoq; posse: veluti cũ
per relationẽ pactionis ad contractum, innomi-
natus inducitur : alteram enim ex rei præstatio- F
ne dari : quare si vna vel præscriptione, vel iura-
mento, vel sentẽtia sublata sit, noua supererit ad
agendum efficax. Hoc ego dubio procul semper
falsum esse opinatus sum : tum quòd nusquã, vt
arbitror, lectum est, duas actiones in factum in i-
dem concedi : tum quòd ex Pomponij respon-
so, etiam communi aliorũ sensu percepto, quòd
10 suprà retuli, conuincitur[l]. nam & recepta †cre-
briore sententia, actionem præscriptis verbis ex
pacto, quod contractui inest, orientẽ, bonæ fidei

a l. ii. §. j. versi. aut statim. ff. de verb. oblig.
b l. Labeo. ff. de cont. empt.
c in l. si quis eũ. in fi. ff. de iureiuran.
d in l. si conuenit. ff. de rescinden. vendi.
e in l. iurisgentium. in prin. de pactis.
f l. j. de actio. & oblig.
g d. §. quinimò.
h l. fundi partẽ. de cõtr. emptio.
i in d. §. quinimò. & in d. l. pacta quæ contra.
k in l. in bonæ fidei. C. de pact.
l in d. l. permisisti. de præscriptis verbis.

esse, nemo iam ambigit[m]. at hæc actio, quę ex rei
præstatione oritur, stricti iuris est. quamobrẽ in-
ducenda fuerit regula, quã Bart. tradidit[n], & cæ-
teri probauerũt, ex eodẽ contractu nunquã duas
actiones nasci, quarum altera bonæ fidei, altera
stricti iuris sit: quippe & omnes norunt, nõ de-
bere eundem actum effectus contrarios parere[o].

m in d. l. pacta quæ contra.
n in l. de diuisione. §. fin. ff. solu. matrim.
o l. qui hominẽ. §. fin. ff. de solu.

CAPVT II.

Lex, Petens. in Codicis tit. de pactis. nouo intellectu declarata.

SVMMÆ.

1 *Stipulamur ex interuallo conuenta : alioquin statim.*
2 *Consensum subsequi sat esse.*

Constitutio Diocle. & Maxi. hunc in
modum legitur[p] : *Petens ex stipulatione,*
quæ placiti seruandi causa secuta est, seu ante-
cessit pactum, seu pòst statim interpositum sit,
rectè secundum se ferri sententiam postulat. Quam con-
stitutionem varijs modis interpretantur nostri
Doct. vt tamen fateantur, voculam illam, statim,
vel superfluã esse, vel rectius fuisse in primo mẽ-
bro collocandã. Sed & ex alio intellectu admit-
tunt in contractu stricti iuris pacta incontinenti
facta inesse: quod sanè perquàm dubiũ est. Qua-
ꝓpter cogitaui quandoq;, an nouo aliquo sensu
lex hęc accipi posset : & placuit ita intelligere vt
si à te hoc modo stipuler, promittis q pacto nu-
do conuenisti? si prius†quicquã conuenerat, e- 1
tiam ex interuallo valeat stipulatio: quòd si nihil
cõuentum esset, ita valeat, si statim pòst stipula-
tionẽ cõtrahatur hęc cõuentio : vt id in hac con-
stitutione notabiliter colligatur, ea q incõtinen
ti postea fiunt, cẽseri antea statim facta esse. nam
& Alex.[q] & iuniores quidam † autores sunt, si ex 2
forma decurionũ ante filij contractũ requiratur
patris consensus, satis esse si incõtinenti pòst in-
terponatur. Quod igitur in lege municipali est,
in stipulatione quoq; admittimus, præsertim cũ
alioqui contractus nõ subsisteret : & vulgò dici-
mus, multa solere induci, vt act⁹ sustineatur. Nã
si stipuler, quicquid te dare, facere oportet, non
subinducet, oportebitq;, quoniã absq; ea interp̃-
tatione sat & super stipulatio valet[r]. Et hęc à no-
bis non quidem ꝓ certis dicta sint, sed vt ex tam
varijs opinionibus doctior aliquis veriorẽ eli-
gat : quid enim obest auido lectori varias appo-
suisse epulas ?

p l. petens. C. de pact.
q in l. is qui hære. §. neq; filius. in ii. no. de acq. hæred.
r l. si stipul. fuerim illud. §. fi. de verb. oblig.

CAP. III.

Videri indistinctè iure ciuili agi ex pacto posse : & quemadmodum in materia peccati, ius canonicum in foro ciuili obseruemus, tum confutata quorundam opinio in Decretalibus.

SVMMÆ.

1 *Pacto nudo agi posse in foro ciuili : idq; ob damnum. 5.*
3 *Pactum cur actio non pariat, caussa.*

Firmissima Iuris ciuilis regula est†ex 1
pacto nudo actionem non dari, sed
solum ex prætoris edicto exceptio-
nem competere. At Pontificij cano-
nis†interpretes, tametsi id ciuili le- 2
ge probari fateantur, suis tamen decretis aliter
esse opinati sunt : tum quòd seruari pactiones
Pontifices velint[s], tum quòd inter simplicem lo-
quelam, vel cõceptis verbis iuratã promisionẽ,
differen-

s c. j. de pact.

differentiam nullam Deus agnoscat[a]. sed & ser-
uabo pacta, inquit prætor[b] : & tamen nulla actio
ex eis oritur. & licet simplicem promissionem
seruari nõ minùs Deo acceptum sit. quàm iura-
tam, efficaciorem tamen obligationem, ex iu-
reiurando nasci, etiam patrum decretis nemo
dubitat[c]. Sequitur itaque, vt frequens ea inter-
pretum opinio validis argumentis nõ subsistat :
sed cum ita inoleuerit, vt minimè de ea ampliùs
dubitare sit operæpretium, videamus, ea admis-
sa, quid iure ciuili adfirmemus. nam quoties- A
cunque de aliquo aduersus Deum delicto agi-
tur, etiam in ciuili foro sacros canones obserua-
ri debere constat[d], quod etiamsi veniale tan-
tummodo peccatum sit, procedere Ant. But. Ni-
col. Tudiscus, Ioannes ab Imo. prodiderunt[e]. I-
gitur cum paciscens id, de quo pepigit, non ob-
seruet, certè vanus & mendax est, delictoq; sal-
tem veniali fit reus : quamobrem vt delictum il-
lud effugiatur, dicendum fuerit, in foro Cæsaris B
posse hunc Pontificia lege conueniri: qua ratio-
ne omnis pactorũ tractatus subrueretur. Cogi-
taui itaque sæpius, quemadmodum argumento
huic intercederem : in primisque eo adiuuari
3 videbamur, quoniam ratio†cur ex pacto iure ci-
uili actio non nascebatur, ea tradita est, quòd im
prouidè huiusmodi promissio facta præsumi-
tur[f]. cum plerique omnes his offerre soleant,
quos non accepturos opinantur : qua de causã
cùm animum obligandi adfuisse non credatur, C
qui promisso non steterit, non ideo tamen pec-
cat, cùm diuina lege sola mens consideretur.
quamuis itaque Pontificio decreto ciuilis iuris
prouisionem sublatam dicamus, permanere ta-
4 men adhuc legis † rationem fatendum est, qua
peccati suspicio tollitur[g], vt idcirco sacerdotali
iudicio cõueniri nõ debeamus. Sed & animad-
uertendum est, ne Butrij, Tudisci, & Ioannis
sententia vera non sit[h], & veniale peccatum à ci-
uili sanctione nos non dimoueat. nam & Ponti-
fex Roma. Anglorum Regem (quia suæ iuris- D
dictioni non subditus) in delicto criminali se iu-
dicaturum solum pollicetur[i] : simileque huic
argumentum ex vltimo pręscriptionũ rescripto
colligitur. Archidiaconus quoque & Baldus
non valere pactum, quòd veniale peccatum in-
ducat, tunc attestantur, cùm ex cõtemptu mor-
tale fieret[k] : quale illud, ne parentes alantur, &
ne delubrum alicuius sancti viri adeatur, & si
qua similia. quin & Alexan. venialis delicti au- E
ctorem pactionem iuramento confirmari pro-
bat[l] : hocque optimis rationibus aduersus alios
defendit. Ioannes Andreas F. Pontifices Roma-
nos in legem ciuilem ius nullum habere adfir-
mat[m], præterquàm vbi animæ periculum verti-
tur, quod vtique solùm in mortali peccato ver-
titur. Baldus nullius momenti municipalem
eam legem esse ait, quæ impunè aliquem inter-
fici sinit[n] : quoniam homicidium æternę mortis
pœnam sortitur : quæ omnia satis iudicant, in
venalibus à ciuili lege ad canònes nil deferen- F
dum, sed in mortali (vt vocant) solum crimine
eos attendi. In proposita ergo dubitatione sic
5 respondendum est, vt distinguamus, an reus†
accipiendi afficiatur damno, & tunc etiam iure
ciuili ex pactione agi potest[o], an nullum ei dãm
num paretur : & cùm promissor in venia digno
reatu solum sit, nõ agetur, quoniã hoc casu
ius quoque canonicum nihil
attenditur.

a ...iuramenti. xxij. q. v.
b l. iurisgẽtium. §. præt. de pac.
c c. cum contingat. extr à co.
d Bar in l. priuilegia. C. de sacr. eccle.
e In c. fi. de pręscript.
f Alex. in rubr. de verb. oblig.
g Arg. not. per Archid. in ca. Neophyt. lxj. dist.
h in d. c. fin.
i c. nouit. de iudic.
k c. fi. de pact.
l In l. si alia. §. e. legãter ff. solut. mat.
m De regu. iur. in regu. possess.
n In d. c. fi.
o l. & elegãter. §. seruus de dolo.

CAP. IIII.

Nouo intellectu declaratus textus in lege, Titia, §. fi. de manumissis testamento, tum aliorum interpretationes confutatæ.

SVMMÆ.

2 *Potentiam & actum vario tempore induci.*
3 *Excipiens actum infert.*
4 *Nisi conditionis modiq; nota varijs actibus.*
5 *Nisi vox suspendit actum.*

LVCIVS Titius testamento ita cauit :
Onesiphore, nisi rationes diligenter excus-
seris. liber ne esto[p]*. quæsitum est, an ex his*
verbis Onesiphorus libertatem sibi vendi-
care possit? &c. apud Scæuolam re-
latum est, ex his verbis libertatẽ potiùs adimi,
quàm dari Iurisconsulti responsum istuc quem-
admodum sit intelligendũ, magna quęstio inter
interpretes vertitur[q] : & cùm si testator dixisset, B
Onesiphore, si rationes excusseris, liber esto, du-
bio procul testamento libertas huic relicta esset,
probabiliter dubitatum est cur nõ & suprascri-
ptis verbis idem foret, cùm †eandem contrario- 1
rum disciplinã esse omnes dicãt, tum eiusdẽ per
se effectus propositum, cuius & oppositũ, diale-
ctici quoque, nedum Iurisperiti tradant[r]. Barto-
lus, atque post eum fermè omnes[s], cũ testamen-
ti verba futurum respiciant, liber ne esto, &c. ne-
gari potentiam actus solùm putant : vt ea mens C
Titij existimet, Onesiphorũ nisi redditis ratio-
nibus liberũ esse non posse. Quamobrẽ†genera- 2
liter eam regulã inducunt, vt quoties futuri tẽ-
poris verba proferãtur, potentiã, cùm pręsentis,
actũ denegari putent : & ideo in proposita quæ-
stione cũ potentia denegetur, dictio exceptiua,
non nisi, potentiæ respectu ponit. Sed hæc om-
nino à vero abesse nos quandoque disputatio-
nis gratiã credidimus, cũ indubitati iuris sit, hęc
verba, liber esto, actũ inducere ergo & illa, liber D
ne esto, actũ negare debent : & exceptio illa†ni- 3
si redditis rationib. &c. actũ inferre, vt redditis
rationibus Onesiphorus liber sit. nam & ex cõ-
muni sententia dicendũ foret, ante excussas ra-
tiones Onesiphorũ liberũ fieri non posse : quod
generaliter acceptũ falsum est, cũ ꝓhibitio hæc
testatoris nõ, nisi certis casibus, admittat[t]. Bald.
ex prædicto Scęuolę responso promiscuè tradi-
dit, ex oratione negatiua sumptũ à contrario le-
gis sensu argumentũ nõ valere[u] : q aliquãdo A-
lex.[x] ꝓbauit, quandoq; verò rectiùs sentiens ar- E
gumẽtis cõfutauit. q̃ enĩ ratio est, vt q in oratio-
ne adfirmatiua omnes dicim⁹, in negatiua nõ re
cipiam⁹? Igit aliter declarãda I.C. ea verba ipse
arbitror : & in primis illud adfirmandũ, idẽ pol-
lere si dicam, Onesiphore, nisi redditis rationi-
bus liber ne esto : ac si diceremus, si rationes red
dideris, Onesiphore, liber esto. Sed in nostra q̃-
stione dubiũ erat, num etiã ante redditas ratio-
nes libertatẽ adipisceret, deberetq; deinde red- F
dere rationes : tanq̃ illa verba, nisi rationes dili-
genter excusseris, modũ, non autẽ conditionem
faciant[y]. Nã si dixisset, liber esto, ita vt rationes
reddas, statim manumittẽd⁹ fuerat seruus[z]. quã-
obrẽ & in pscripta verborũ formula idẽ dicẽdũ
videbatur : quoniã & si ita dixero, vẽdo hãc do-
mũ, nisi alius meliorẽ conditionẽ attulerit, em-
ptio non suspenditur, sed statim perfecta est[a].
quòd si in cõtractibus sic agitur, quãtò magis in
legatis, in quib. accelerandę libertatis fauor est?
Quin

p l. Titia. §. fi. de man. test.
q [illegible]
r l. fi. §. fi. de l. [illegible]
s in d. l. actione. & in d. §. fi.
t l. fi. de manu. test.
u In l. ij. C. de condi. infer.
x In d. §. fi. in l. j. in iij. not. de offic. eius cui.
y l. quibus diebus. §. termil. de condi. & dem.
z l. libertas. §. j. de man. test.
a l. ij. de in diem addict. & ibi gloss.

Quin & Ofilius Iuriſconſultus exiſtimauit[a] hæc verba, Hæres meus Titio, niſi mater mea morietur, centum non dato: quæ æquè valent atq; illa, ſi mater morietur, centũ dato: diem, non conditionem inducere, & ſtatim deberi centum, tametſi nondum perijſſet mater: quod dictum Labeo reprobauit. Sicut igitur in eo Ofilius deceptus eſt, certè & non abſurdè pro Oneſiphoro ſimili caſu dubitari potuit. Iuriſconſultus tamen Scæuola decidit, ante excuſſas rationes liberum non eſſe, cùm exceptiua vox. niſi, conditionalis omnino ſit[b]: quãuis in contractibus, vbi de eorũ reſolutione agitur, reſpiciat modũ: quoniã contractus in dubio ita interpretamur, vt ſub modo, non ſub cõditione factos dicamus[c]. Cùm igitur interrogaretur Scęuola, num ex illis verbis liberas Oneſiphoro danda eſſet, reſpondit, ex illis verbis tantùm non dandam, quoniã ea potiùs adimeretur ante excuſſas rationes, quã daretur: quamobrẽ expectandum fuerit, vt reddat rationes: nam & ex illis verbis, & ex facto, hoc eſt, ex rationum calculo reddito, tunc libertas competeret. Satis itaque Iuriſconſulto viſum eſt, ſecundũ ea quæ rogabatur reſpondere, num ex verbis ſolis liber eſſet: quapropter non inconſultè interrogationis verba in reſponſione replicauit. Neq; dicat quiſquam, perquam breue conciſumq; reſponſum hoc pacto fore: nam ita ſolitum reſpõdere Scæuolam, pluribus locis adnotauimus[d]. Tametſi & ſat clarum hoc in loco eum eſſe magis probem: nam & nondum redidiſſe rationes tunc ſeruũ illum omnis admittet, qui contextis illis verbis nihil ſubinducere voluerit. Et ſuprà ſcripta ad eam quoq; quæſtionẽ adduci poſſunt, an ſi virgini quiſquã ita dixerit, Non capiam † aliam in vxorem præter te, contrahatur matrimonium: & Nicolaus Tudiſcus cõtrahi dixit[e]: quã ſententiam communis ex prędicto reſponſo interpretatio acriter vrgeret.

a In d.l.quibus. §.quidã Titio. in fin.

b Bart. in l.j. in ſ̃ q. de cond. & demonſt.

c Vt not. in l. cũ mota. C. de trãſaction.

d Gl. in ſ̃. cõſti. C. 4. j. verbo, certas.

e Abbas in c. ex parte. de ſponſalibus.

CAPVT V.

Legem, cùm precum. in Codice, de liberali cauſa, nõ rectè hactenus fuiſſe intellectam.

SVMMÆ.

1 *Confeßionem obeſſe.*
3 *Enuntiatiuis diſponi.*

DIOCLETIANI Imperatoris conſtitutio quædã eſt in hęc verba: *Cùm precum tuarum conceptio, licet eum, contra quem ſupplicas, ex ancilla tua natum eſſe expreſſerit, tamẽ nomini cognomen, quo liberi duntaxat cognominantur, addiderit:* † *& nõ ſeruum eſſe, ſed ſeruili macula aſperſum compræhenderit cõtra eum qui ſeruus non eſt, ſupplicaſſe te intelligis.* Reſcriptum † hoc ita communi ſenſu interpretes accipiunt[f], vt generaliter concludant, confeſsionem in duplici libello ad principem ſcriptam, confitenti præiudicare: quod quamuis dubitatione non careat[g], admittendum tamen nec ipſe negauerim, dum tamen de enuntiatiuis verbis generaliter id diſpoſitum non accipiatur. In huiuſmodi enim enuntiatis verum id non eſſe, licet Accurſ. interpretatio vix patiatur, attamen ratio ipſa, & verborum proprietas luce clarius oſtendunt. Exiſtimauit Accurſius[h] eius conſtitutionis talem caſum fuiſſe: Supplicauerat quidam aduerſus Titium, vti ſeruum ſuum: deinde in progreſſu libelli adſcriptitium, non ſeruum appellauerat: quamobrem ſanxit Imperator, huic appellationi ſtandũ eſſe ne ſeruus ille cẽſeatur, ſed potius adſcriptitius. Verùm hæc declaratio minimè verbis legis quadrare nobis videtur, cùm adſcriptitius cognomen non ſit, quo liberi duntaxat cognominentur: ſed potius nomen eſt appellatiuum, non cognomen[i]. Quare ſciendum eſt, apud † antiquos qui ſerui erant, vnico tantùm nomine appellari ſolitos, vt Stichus, vel Eros, vel Dama: quod ſi quandoque manumitterentur, prænomen & cognomen patroni aſſumebãt, & tum demum fiebant trinomines. oſtendit id Perſius:

Verterit, hunc dominus, momẽto tẽporis exit Marcus Dama.
Tanquam habeas tria nomina. Iuuenalis.

Quanquam id carmen ad Catuli ſenarium alludere videatur: Niſi impudicus, & vorax, & helluo, & Polician. in Miſcellaneis cap. XXXI. declarat. Igitur cùm Proculus patronus Damam ſeruum ſuum eſſe dixiſſet, deinde in ſupplici libello cognomine, quo liberi duntaxat appellantur, nuncupaſſet, puta C. Proculum Damam, confeſsionem hanc illi præiudicare Imperator ſtatuit. quod quamuis ſubdurum videatur, cùm tamẽ fauore libertatis etiã adulatoria verba diſponant[k], mirum † eſſe non debet, ſi & idem ſit hoc duntaxat caſu in enuntiatiuis, quæ præſertim in libello ad principem referantur, cùm debeat huiuſmodi verborum forma conſultiùs concipi[l], vt in eis nihil ſuperfluat, nil ſit vel inconditè, vel barbarè ſcriptum[m].

† Nuncupãtur.

f In l.cum te. C. de tranſact.

g De quo per mod. in l. edita. C. de edẽ.

h In d.l.cum precum.

i Vt not. in l.j. de lib. & poſthumis.

k l. Paulus. §. fi. ff. de fideic. lib. l. l. ſi. C. de pre. Imp. offer.

l. ad audientiam. de reſcr.

CAPVT VI.

Diſſolutus fortiſſimus obex, qui diſpoſitioni legis, Cùm mota. C. de tranſactionibus, aduerſabatur, improbatæq; aliorum compoſitiones.

SVMMÆ.

1 *L. Cùm mota. & l. ſi inſtituta. conciliari.*
3 *Pacti, & renuntiationis, à vi diſcrimen.*
5 *L. Cùm mota. ſenſus.*

VM mota † inofficioſi teſtamenti querela, tranſactio inter matrem, & hęredes teſtatoris ita conuenit, vt pars bonorum matri daretur, &, ea defuncta hæredes teſtatoris nil præſtent, filiis matris actionem præſcriptis verbis competere, vt placita obſeruentur, Imperator Alexand. conſtituit. at Vlpianus[n]: Si inſtituta, inquit, inofficioſi accuſatione de lite pacto tranſactum eſt, nec fides ab hærede tranſactioni pſtatur, cauſam integrã eſſe placuit: quę reſpõſa, cùm inuicem pugnare videantur, noſtri Doctores variis modis ea conciliare adorti ſunt. quidã tranſigenti ipſi reſtitui querelam, at eius hæredibus actionem præſcripſit. verbis competere dixerunt: quod probabile non eſt, cùm non ſoleat actio de teſtatore in hæredem mutari[o]: & cùm prędicto caſu mater certis limitibus ſuam tranſactionem arctauerit, videlicet ſi promiſſa ab hæredibus ſeruarentur, cùm ipſa agere querela poſſit, certè & eius filij. alij in Alexandri reſcripto tranſactionem ſub modo factam, in Vlpiani reſponſo ſub conditione: quamobrẽ actio ſublata non eſt, niſi euenientẽ cõditione, hoc eſt, vbi hęredes promiſsioni ſteterint. in Alexandri autem conſtitutione ſub modo tranſactum fuiſſe, ex eo colligi,

n l. ſi inſtituta. in princi. ff. de inoffi. teſta.

o l. ſi. §. ex his. de verb. oblig.

colligi, quod in dubio † modus præſumitur, non conditio: quod Cinus, Bartol. Bald. cæteriq; exiſtimauerunt. Ipſe non ſatis extrico, cum ablatiui abſoluti eadem ratione in modum potiùs, quàm in conditionem reſoluendi erant, & tamen cõditionem ferè ſemper faciũt. nam & qui promittit, cùm aliquid factum fuerit, non ſub modo, ſed ſub conditione promiſiſſe, Celſus auctor eſt[a]: & tamen cõiunctiua illa particula, potuit modum comprændere. Sed & quicquid hoc in articulo concludamus, diuinatione hæc ſolutio non caret. quidam apud Vlpianum præparatam inſtitu tamũe fuiſſe querelam aiunt, quod in Alexandri reſcripto non acciderat: ſed & hoc recentiores omnes improbant: cùm ratione eius, cui ea competit, præparamentum aliquod non ſit neceſſarium: ſicq; Alexandro ab Imola, Riminaldo Ferrarienſi, alijsq; videtur. at iuniores quidam, cùm eorum lectioni adeſſem, Vlpiani legem Digeſtorum iure locum ſibi facere dixerunt, quo tempore à tranſactione recedi, paſsim concedebatur: q, poſterioribus legibus in Codice Iuſtiniani emendatum eſt[b], vt nouiſsima hoc iure Alexandri cõſtitutio obſeruetur. Verùm id multipliciter confunditur, tum quòd Alexander Imperator, & Vlpianus eodem tempore vixerunt, quin & à conſilio Alexandri Vlpianus fuit, vt Aelius Lampridius auctor eſt: quamobrem admittendum non eſt, alterius legem ab altero tanquam poſteriore correctam: tum etiam, q, qui non licere à tranſactione diſcedere Diocletianus & Maximianus ſanxerunt, longo temporis interuallo poſt Alexandrum imperauêre: vt credibile non ſit, de illorum conſtitutionibus Alexandrum rationem vllam duxiſſe. quamobrem aliter nos diſſoluendum hũc nodum arbitramur: & idcirco in Vlpiani reſponſo redire ad querelam licere dicimus, quoniam tranſactio ea pacto nudo facta erat: quapropter cùm actio adhuc ſublata non ſit, ſi promiſſa non obſeruentur[c], poterit quiſquis ille accuſationem ordiri, & ſi de tranſactionis † pacto accipiatur, de contemptu hæredis replicabit, qui fidem non ſeruauit: & eo caſu tranſactionem per pactum factã, Vlpiani verba expreſsim oſtendunt. at in Alexandri reſcripto tranſactio non pacto, ſed renuntiatione celebrata erat, quod Aretinus, Riminaldus, Socinus admittunt. renuntiatio † autem ipſo iure actionem perimit, & hoc caſu pacto longè efficacior eſt, vt etiam Decio videtur[d]: nil ergo mirum, ſi ſemel ſublata querela, ad ſubſidiariam præſcriptis verbis actionem diuertendum eſt: nam & mater ipſa ſi vixiſſet, non alio remedio potuiſſet vti. nec nobis obſtat, quod Accurſius opinatus eſt per pactum ipſo iure querelam tolli: nam & falſum eſt, & communi calculo reprobatur[e], quod ex interpretum recentium ſcriptis apparet. Nec dicat † quiſquam non conſtare in prædicta Alexandri conſtitutione tranſactionem pacto nudo factam non eſſe: nam ſatis hoc probari videtur, dum querelam inſtaurari poſſe negat: ſiquidem niſi peremptа eſſet, de inſtauratione agendum non fuerat, cùm propriè id ſit inſtaurare, quod rem, quæ priùs erat in priſtinum ſtatum reducere. adhærendum itaque huic reſponſioni eſt, quia aliud quoque argumentum eliditur, quod ex ſuperiore titulo de pactis, Accurſius adducit[f], & Bartol. Aretinusque multum inde ſe ſe angunt:

a l. qui promiſit. de condi. indebi.

b l. quamuis. C. de tranſ.

c l. cum proponas. C. de pact.

d Decí. in l. poſtquam. C. de pactis.

e Alex. in d.l. cũ mota.

f actione. C. de pact. l. cum proponas.

CAPVT VII.

Paragraphum, quod ſi faciam. in l. naturalis, de præſcriptis verbis, vulgò male accipi: & innominatos contractus ex forma, quam initiò accipiunt, denominari, tametſi Bartolus & alij contrà.

SVMMÆ.

1 *Doli actioni locus.*
2 *§. Quod ſi. ſenſus multiplex. verior. 4.*
3 *Conditioni locus.*
5 *Doli, repetitione ceſſante, agendum.*
6 *Actionem pro conuentis dari.*
7 *Præſcrip. verb. ob indicium agi.*

IN contractu † innominato (inquit Paulus[g]) ſi faciam, vt des, & poſtea quàm feci, ceſſas dare nulla erit ciuilis actio, & ideo de dolo dabitur. Videndũ eſt, quemadmodũ reſpondendum ſit. Et Bart. quem cõmuniter † alij ſequuntur, locum ſibi vendicare eam diſpoſitionem arbitratur, quando ex facto nihil illi adeſt, qui dare debuerat: quare alio caſu præſcriptis verbis agendum eſſe. quæ interpretatio non iniuria quibuſdam diſplicuit, vt Iuriſcõſulti verba, quæ generaliter in formam regulæ proferuntur, rariſsimo eo caſu duntaxat intelligantur, cũ ex facientis opera aliquid alteri contrahenti nõ adeſt. quamobrem Chriſtophorus Caſtellioneus[h], & Fulgoſius Decius q;, ſemper & indiſtinctè in ea contractus ſpecie dari actionem de dolo, tradiderunt: ſed & nihilominus præſcriptis verbis agi poſſe: quoniam pluribus id legibus teſtatum eſt. nec Pauli verba quicquam eos mouent, dum nullam eſſe actionem ciuilem dicit: nullam enim intelligunt ſpecialem & nominatam, alioqui generalem quandàm dari, quæ actioni de dolo coniungi poſsit: ciuilem itaq; actionem, id eſt, nominatam exponunt. Verùm hanc opinionem impugnat & expugnat Alex.[i] vt etiam ab ea, cùm caſuillo quoq; non careat, recedendum ſit. Iuniores alij interpretes ex Alexandri rationibus in nouã ſententiam iuerunt, vt dum dicitur, nulla erit ciuilis actio, &c. de ea loqui Iuriſconſultus credatur, quæ plenè prouideat: nam in alijs innominatis contractibus haber locum præſcriptis verbis actio, vt promiſſor adimpleat: vel condictio ob cauſam, vt ſi pœnituerit acceptum reſtituat[k]: ſed in ea ſpecie contractus, quando aliquid factum eſt, condici non poteſt, cùm facta infecta fieri nõ poſsint: idcirco in locum conditionis actio de dolo datur. Verùm & hoc nobis haudquaquam applaudit, cùm condictio † poſsit in quibuſdam quoque factis intendi, veluti in obligatione rem tradi: & ſi admiſeris eo caſu, cùm factum repeti valeat, & condici, & præſcriptis verbis agi poſſe (quod Alexander exiſtimauit[l]) non minus Iuriſconſulti ſuperiora verba reſtrinxeris, quàm vel Bartolus, vel Fulgoſius, vel quiuis alius fecerit: quamobrem generaliter nos illud reſponſum interpretamur, † vt eo caſu nunquam præſcriptis verbis agatur, ſed ſolùm doli mali iudicium intendi queat. Et ratio cur non detur præſcriptis verbis actio, ſicut in alijs contractibus eſſe potuit: quoniam cùm facta vt plurimum repeti non poſsint, lex generaliter introduxit, vt ageretur de dolo: tametſi † quandoque reperiantur caſus ſpeciales, ſed ea non debuerunt generalem regu

g In l. naturalis §. quod ſi faciã. de præſc. verb.

h In l. cum proponas. C. de dolo. Dedus in d. l. cum mota.

i In d.l. cum proponas.

k l. ſi pecuniam de condict. caudat.

l In l. actione. in C. de tranſact.

lam impedire, cùm huiuſmodi regulæ habeant
locum etiam in caſibus, qui tanta ratione non ſu
ſtinentur [a]: cùm item lex frequentiora reſpicere
ſoleat, non quæ ex inopinato accidant [b]. Proba-
tur etiam noſtra ſententia ex Alexandri Imp. in
titulo de tranſactionibus conſtitutione [c], atq; ex
lege quarta in tractatu Codicis de dolo malo [d],
quæ generaliter in prædicto contractu actionem
de doli tribuunt: quamuis à Bartolo & alijs ma-
ximo cauillo reſtringantur, cùm reo ex alterius
facto nihil adeſt. Nec in communem ſenſum nos
traxerint duo argumenta, quibus illi nituntur.
prius eſt, quod Alexander Imp. conſtituit [e], ſi in
querela inofficioſi cum filio hæres ſcriptus tráſ-
6 egerit, vt filius à lite diſcederet, & partem † bo-
norum ſuſciperet, fide non ſeruata filio, ſi ſtipula
tio interuenit ex ſtipulatu, alioqui præſcriptis
verbis actionem dari: ſed in eo caſu non eſſe con
tractum, facio vt des, ſed potiùs, facio vt facias,
crediderim: quod & Socinus in anteludijs rubri
cæ de verborum obligationibus probat [f], & nos
cõfirmamus: quoniam niſi eo in textu hæres ſcri
ptus ſolùm ſe ad tradendum obligaſſet, nó actio
ex ſtipulatu (vt verba indicant) ſed certi condi-
ctio competijſſet [g]. Poſterius argumentum ex Iu
liani reſponſo dependet, apud quem ſi tibi pro-
7 miſero decem, † ſi fugitiuum ſeruum indicaue-
ris, deinde ea non ſoluam, competere aduerſus
me præſcriptis verbis iudicium traditur [h]. ſed có
tractum nos illum opinamur, qui ſit, do vt facias:
non (qui caſus eſt noſter,) facio vt des: ſiquidem
& contractus innominatos à forma ineundi de-
nominari, magis placet [i]: quam ſentẽtiam Accur
ſius vbique tuetur. & nos non rationibus tantũ,
ſed & Iuriſconſultorum verbis probari, quando
que animaduertimus. Nam ſi dedi tibi Stichum
vt Pamphilum manumittas: manumiſiſti, euict9
eſt Stichus: non actionem de dolo, ſed præſcri-
ptis verbis dari, Vlpianus ſcribit [k]. certè ſi alios
ſequeremur, qui manumiſit, agere de dolo malo
potuiſſet, tanquam is contractus eſſet, facio vt
des. Nec Alexandri Imolenſis reſponſio quicquá
obeſt [l], diſtinguentis, an nihil datum ſit, an ali-
quid, licet nõ plenè, vt primo caſu de dolo aga-
tur, ſequenti non item: nam conuincitur id ex-
preſsim, cùm in contractibus innominatis non
interſit, nihil præſtes, an totum non præſtes [m].
Neque Pauli reſpóſo adiuuatur Alexander, dum
in prædicta quæſtione dari actionem de dolo pu
tat [n], ſi ſciés alienum Stichum tibi dederim: nam
8 ea actio de dolo † ſubſidiaria eſt ex æquitate, vt
Riminaldus exiſtimat, non quæ ex contractu, fa-
cio vt des, oriatur: ſiquidem & nos adiuuat,
quòd innominati contractus ſub modo contra-
huntur [o]: quamobrem etiam antè, quàm aliquid
cœptum ſit, oritur obligatio, cur non igitur ab ea
determinantur? Sed & Bartoli opinio probabi-
lis non eſt, dum ratione eius qui dedit, contra-
ctum eſſe, do vt facias, ratione facientis, facio vt
des, exiſtimauit: nam ſi ſemel à me tibi datum
eſt, quomodo (quæſo) tu facies vt dem, cùm iam
acceperis? quòd ſi qua huic ſententiæ argumen-
ta aduerſentur, adeundus eſt Riminaldus [p], qui
ea omnia diffusè & eleganter explicat. Cæte-
rùm cùm locus hic omnis planè ſalebroſus ſit,
non puduit me quandoque mutare ſententiam,
& in commentarijs de verborum ſignificatione
Pauli Vlpianique reſponſa aliter interpre-
tari [q], poſterioribus ſemper, vt di-
ci ſolet, melioribus.

a l. ij. §. ex his. & ibi Socin. nor de verb. oblig.
b l. iura. de legi.
c l. actione.
d d. l. cum proponas.
e l. cum mota.
f Soc. in rub. de verb. oblig.
g l. vbi autem. de verb. oblig.
h l. ſolet. de præſcrip. verbis.
i Vt per Bart. in d. l. cum mota.
k l. iuris gentiũ. verſ. & ideo. ff. de pact.
l In d. l. cum mota.
m l. j. ff. de rerũ perm. gl. in d. l. iuris gentium. in verb. facias.
n In l. naturalis §. at cũ do. verſ. ſed ſi dedi.
o Bart. in l. ſi qs cum debitore. ff de iureiur.
p In d. l. cum mota.
q l. Labeo. ij. de verb. ſigni.

CAPVT VIII.

Cur in adulterij accuſatione licita tranſactio non ſit, efficax ratio aſsignata, & cæteræ ante nos traditæ confutantur.

SVMMÆ.

1 *Tranſigi ob ſanguinem licere: in adulterio non: eius cauſæ verior. 5.*
A
2 *Epiſcopo collata crimina.*
4 *Adulterij pœna. 6.*

PROLOQVIVM iuris † firmiſsimum 1
eſt, in criminibus in quibus de pœna
ſanguinis agitur, pactionem tranſa-
ctionemque permitti [r]: quoniam vni
cuique proprium ſanguinem redimere licet: à
B qua regula adulterij crimen excipitur. Dubita-
uerunt longis quæſtionibus interpretes noſtri,
quænam huiuſmodi diſpoſitionis ratio fuerit: &
alij aliter reſponderunt: quidam adulterium gra
uiſsimum crimen eſſe, & idcirco quò magis ar-
ceatur, quamcunque pactionem prohiberi. ſed
grauiora eo quædam delicta plures adnotaue-
runt [s]: & Baldus non admodum graue exiſtima-
uit, quoniam huiuſmodi ad facinora impellente
natura, procliues ſumus [t]. quapropter Romanus
Pontifex, qui in grauibus delictis facultatem ab-
C ſoluendi ſibi reſeruat † de adulterijs, & alijs le- 2
uioribus criminibus ius indulgendi reliquis epi
ſcopis relinquit [u]. Bartolus igitur, & alij qui-
dam, in cauſa huius rei adferunt: quòd ſi pro
comperto ſtupro pecuniam quiſquam receperit,
puniendum eſſe, legibus cauetur [x]: non itaque
mirum ſi tranſigi non poteſt. Alexander Barto-
lum damnat: quoniam paciſci ſaltem liceret,
cùm ſine pecunia ſimplex pactio procedat. Sed
dixerit aliquis, pactiones quoque prohiberi, ne
D de lenocinio paciſcens ſuſpectum ſe faciat. ve-
rum quamuis pro comperto adulterio maritus,
ſi vxorem non accuſet, lenocinij reus ſit [y], non ta
men idem eſſe quiſquam probauerit, cùm de cri-
mine dubitatur: quid enim ſi deliquiſſe vxorem
ambigens, eam accuſauerim? cur ex hac ratione
non debuit permitti pactio? ſed & quid ſi extra-
neus accuſauerit, num is lege Iulia lenocinij pu-
nietur [z]? nam & concedamus pecuniam, vt cri-
men non deferat acceptantem plecti, debuit ſal-
E tem valere tranſactio, cùm & alibi legerimus, ta-
metſi contrahentes puniantur, actum tamen ab
eis geſtum valere [a]. at Salicetus, Fulgoſius, Pau-
lus Caſtrenſis, Alexand. & cæteri iuniores, intro-
ductum id fauore matrimonij exiſtimauerũt, ne,
videlicet, ignobili patre nati liberi, per adulteriũ
generoſis familijs inſerantur [b]. Sed cur non idẽ
in ſtupro? cùm vbi grauem ſibi vterum vel vidua,
vel puella ſenſerit, veriſimile eſt nupturam, vt ci-
tra famæ diſpendium, tanquam ex marito con-
F ceperit, pariat: & tamen in ſtupro idem non eſ-
ſe frequentior opinio eſt. nam & fauorabilior o-
mnino cauſa vitæ humanæ eſt, & tamen ſuper † 3
homicidio tranſigitur: vt fauorem hunc in cauſa
huius rei non eſſe, facilè mihi perſuadeam. O-
miſsis itaque † aliorum dictis, ſciendum eſt, iu- 4
re veteri adulteros pœna ſanguinis nõ coërceri,
ſed potiùs deportari ſolitos [c]: quod Bart. & cæte
ri prodiderunt. Igitur eo iure cùm † pœna ſangui 5
nis nõ irrogaretur, tranſactio locũ non habebat:
qa in huiuſmodi criminib9 cũ publicè expediat
ſcelera

r l. tranſigere. C. de tranſ.
s l. fin. §. j. ff. de publi.
t In c. at ſi clerici. §. j. de iudic.
u In d. c. at ſi de ricl.
x l. auxilium. ſſ. ff. de mino.
y l. ſi cuius. in j. reſpon. ff. de adult.
z l. j. in prin. de adult.
a Bart. in l. non dubium. C. de legi.
b l. ſuper ſtatu. de quæſt.
c l. ſi quis vidua. de quæſt. Bar. in l. Claudius. de his quibus vt indign.

ſcelera vindicari, ſupraſcriptum proloquium nõ
procedit, & hoc ex prædicta ratione, vt crimina
arceantur: quæ ratio nõ omnino efficax, ſed ſua-
ſoria impulſiuaq; eſt [a]. Igitur quamuis ea ceſſet,
remanet adhuc diſpoſitio: ceſſauit enim, cum po
6 ſterioribus legibus † capitalis pœna adulteris ir-
rogata ſit [b]: at non idcirco prior ipſa diſpoſitio ſu
it tollenda. Animaduertendum tamen eſt, quam
uis præſcripto caſu paciſci nemini licet, odium
tamen vltro citroq; remittere, litigatores permit
tuntur, & ex pace inimicitijs modum ſtatuere,
quod Bart. Alexáderq; teſtati ſunt, nemoq; quic-
quam his aduerſari prodidit.

CAPVT IX.

Cur in falſo tranſigi liceat: itemq; explicatum, an in pœnalibus fiat extenſio, quaſi reipublicæ interſit reos puniri: noua quædam aduerſus Bartoli Aretiniq; ſententiam deciſa.

SVMMÆ.

1 *Crimina intranſigibilia, aut tranſigibilia. 4. 5. 6.*
3 *Sacerdotum homicidarum pœnæ.*

VIDEAMVS nunc regulam ſuperio
1 ri contrariam, quæ eſt: In criminib.
† quæ pœnam ſanguinis non inge-
runt, nõ permittitur aut tranſactio
[c], aut pactio, præterquàm in crimi-
ne falſi. & huius pronuntiati ratio eſt, quia publi
cè expedit reos impunes non eſſe [d]: quod quam-
uis generaliter verum ſit, ex humaniore tamen
2 regula, qua licere vnicuique † ſanguinem ſuum
redimere traditum eſt [e], reſtringitur, vt non pro-
cedat, niſi cùm de ſanguinis pœna nõ agitur. Sed
& in eo dubitari ſolet, cur falſi crimen exceptum
fuerit: & hoc eſſe propter eius atrocitatem, Do-
3 ctores ſcripſerunt: quippe homicidio † grauius
creditur [f], vt etiam ſacerdotes eo delicto rei, Pon
tificum decretis ſtatim exautorandi, ciuilium iu
dicum criminali ſententiæ ſubiaceant. Verùm
quicquid ab alijs traditum ſit nõ dubito grauio-
ra delicta quædam eſſe, in quibus tranſigi non li-
cet. nam & vix cuiquam probabile fuerit, vt idcir
co licita ſit tranſactio, quoniam atrox crimen eſt:
4 atqui tantò minus permitti debuerat. Bart. † igi-
tur aliter ſenſit, qui, ſicut in homicidio tranſactio
conceditur, ita & in falſo, prodidit, cùm hoc in
crimine de hominis exiſtimatione & fama aga-
tur, quę vitæ par eſt [g], cùm plerunque grauiorem
hanc cauſam viri boni & prudentes vitæ pericu-
lo ducant. Sed & hoc nobis non probabitur,
cùm ex hac ratione conſequens eſſet, vt quoties
de infamiæ nota ageretur, tranſigi poſſet, quod
iuris auctoritate vacillat. Ideo rectiùs nos ſenti-
re forſitan aliquis crediderit: nam in priuatis pu-
5 blicisque criminibus † idcirco tranſigere non li-
cet, quoniam huiuſmodi tranſigens pro confeſ-
ſo habetur: hoc Bartol. hoc Baldus id cæteri o-
mnes probant [h]. Hæc autem confeſsio non ve-
ra eſt, ſed odio in rempublicam delinquentis in-
troducta, & idcirco ficta, præſumptaue, quod &
plerique omnes tradunt: at nos id in crimine fal
ſi ſpeciale eſſe ſcimus, vt ex eo quantumlibet fir-
mis præſumptionibus, nemo condemnandus
ſit: quod Accurſius, Baldus Alexand. Iaſon teſta-
ti ſunt [i], & à Philippo Decio eleganter defendi-
6 tur [k]. Nihil igitur mirum † ſi in crimine falſi qui-

a l. j. §. ſexum. de poſtul.
b l. quamuis. C. de adult.
c d. l. tranſigere.
d l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil.
e l. j. de bonis eorum.
f Innoc. in c. nouimus. de verb. ſignifi.
g l. iuſta. de manu. vind.
h Per l. final. de præuari. l. eius, qui. de iur. iur. ff.
i Gl. in l. iuris gẽtium. §. quod ſere de pact.
k Dec. in c. porrecta. de confir. vtili vel inutili.

libet tranſigere poteſt, cùm ex hoc condemnari
vti confeſſus non poſsit. ſed hæc hactenus. Diſ-
ſoluenda nũc eſt ex ſupradictis proloquijs quæ-
dam dubitatio. Quoties de nocentis alicuius
pœna agitur, ſolent noſtri Doctores, qui patroci-
nium reo exhibent, allegare in pœnis mitiorem
interpretationem retinendam, reſtringendam-
que huiuſmodi odia: at qui actoris partes fouẽt,
in primis Bartol. adducunt [l], qui dixerit admit-
A tendam extenſionem, cùm fauorabilis res ſit, &
reipublicæ expediat ſontes damnari. quẽadmo-
dum (quæſo) hæc ſimul non pugnant? Aretin. [m]
Bart. ſententiam reprobat: verum nos ex ſupra-
dictis ita opinamur, vt quoties pœna ſanguinis
ingerenda eſt, mitiora probanda ſint: ſi verò ea
non indicatur, fauor Reipublicæ præualeat.

CAPVT X.

B *Qua pœna ſtuprum iure ciuili puniatur duo contraria reſponſa ſimul conciliata: & diſputatum, an in ſtupro tranſigere liceat.*

SVMMÆ.

1 *Stuprum intranſigibile.*
2 *Stupri pœna. 4.*

C CVM ſuperiùs à nobis diſputatum
ſit cur in adulterio tráſactio vel pa-
ctum, vt ab accuſatione diſcedat,
nullius momenti ſit, conſequens
eſt, vt videamus † quid iuris in ſtu- 1
pro ſit obſeruandum: & quidam idem eſſe opina
ti ſunt, quoniam adulterij appellatione etiá ſtu-
prum comprændatur, & lex Iulia promiſcuè ſtu-
prum & adulterium φθοράν appellat, quod & nos
probamus [n]. Sed quò noſtra hæc ſententia firmi-
or ſit, quærendum eſt qua pœna ſtuprum punire
D tur: nam † ſi ea ad gladij ius non pertinet, in dubi 2
tatum profectò, quod opinamur, fuerit, Tribo-
nianus in Inſtitutionum calce [o]: Lege, inquit, Iu
lia ſtupri flagitium punitur, cùm quis ſine vi vel
virginem, vel viduam honeſtè viuentem ſtupra-
uerit. Pœnam autem eadem lex irrogat peccato-
ribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimi
diæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem
cum relegatione. quæ verba indicant, eo in deli-
cto ſanguinis vltionem non eſſe: quod memora-
E tu dignum & ſingulare Matheſilano viſum eſt [p].
Cæterùm dudum ipſe animaduerti, Paulum de
extraordinarijs criminibus ſuprà dictis aduer-
ſantia prodere [q]: is, ſi quis virginem † interpella- 3
uerit, perfecto flagitio, capite puniẽdum, imper-
fecto, deportandum, auctor eſt: tum comites, qui
pecunia corrupti opem dederint, trucidandos.
Nam & Baldus [r], ſi ſe iudice, huiuſmodi ſtupra-
tores oblati fuiſſent, ſummum ſupplicium de il-
lis ſumpturum ſe dixit: quippe abſurdum eſt, mi
F nus adulterio ſtuprum puniri, cùm regulariter
æquiparari ſoleant. Verùm totius dubitationis
cardo in hoc vertitur, quemadmodum Tribonia
ni verba elidi poſsint. Cotta vir planè doctus, &
diligens [s], corruptum Inſtitutionum codicem
exiſtimauit, & in eo non peccatoribus, ſed præ-
dicatoribus legendum: quod & humanitatis
profeſſores quidam cenſuerunt [t]. Sed & hoc vix
probauerim, cùm atrociſsimo illi delicto nimis
leuis pœna hæc eſſet: alibi vtrique traditur, in vin
dictam armari iura gladio. Fuit & cùm precato-

l In l. quem admodum. C. de agri. & cenſ.
m In l. Gallus. §. quod ſi is, de li. & poſth.
n l. inter liberas ff. de adul.
o §. item lex Iulia Inſt. de publ. iud.
p In notabili c.
q l. j. de extraor. crim.
r In l. ſi quis nõ dicam rapere. C. de epiſ. & cle.
s In memorabilibus.
t Bapt. Pius in annot. ea. l. iij.

ribus legerem,& interpretes hortatoresq; scele-
ris intelligerem, quod etiam haudquaquã, arri-
4 det: quamobrem verius est † lege Iulia stuprato-
ribus eam pœnam irrogari,sed extraordinario iu
dicio longè grauius eos plecti, nimirum pœna
quam Paulus tradidit:nec enim nouum est,eius-
dem criminis diuersis legibus, diuersas pœnas
constitui potuisse.

CAPVT XI.

Transactionem in causa sanguinis, processui finem imponere, & nouo intellectu vtcunq; exposita lex ij. C.de abolitionib.

SVMMÆ.

1 *Transactione crimina extingui.*
2 *Inquirere generaliter licet.*
3 *Accusatoris transigentis pœna.6.*
4 *L.ij.C.de abol.sensus.5.*

1 SVPEREST,vt † videamus, an trans-
actio in accusatione criminali, cùm
fieri licitè potuit, iudiciario proces-
sui finem imponat:& imponere Bar.
atq; responderunt.nam si vbi transactum foret,
iudex extra ordinem inquirere permitteretur,
nihil certè à legibus, quæ transactiones eo casu
concedunt, iuuaremur, cùm etiam q; quisquam
pacisceretur, non tamen sanguinem suum rede-
misse dici posset.Et quamuis publicè intersit,no
2 centes puniri:& † graui, atq; bono præsidi con-
ueniat in eos inquirere:de inquisitione generali-
ter facta intelligendum est:nam alioqui simul pu
3 gnantia facere præses videretur: siquidem † ab
accusatore qui transegit, ex Turpiliano senatus-
consulto quinque libras auri exigere potest, quę
mulcta his indicitur,qui ab accusatione desistũt:
quod vt plurimùm fit, deficientium probationũ
metu, vnde eas accipiens videtur fateri accusa-
torem præuaricatum, & accusatus in dubio in-
sons præsumitur: si igitur inquirat, de rei noxia
adhuc agit. In contrariam tamen sententiam iuê
re Fulg.Riminaldus, & quidam alij,huiusque di
sputationis summa ex Constantini Imperatoris
4 constitutione pendet [a]: is, Si accusator † inquit,
per deceptionem vel pecunijs à reo corruptus
ad postulandam abolitionem venit, redemptæ
miserationis vox minimè admittatur,sed aduer-
sus nocentem reum inquisitione facta, pœna cõ-
petens ingeratur. quæ verba Bart. solùm proce-
dere intellexit, cùm transactum est in illis casi-
bus,in quibus iure transigi non potest, videlicet
cùm de pœna sanguinis non tractatur. Sed hoc
subtiliter illi reprobant:quoniam in illis casibus
transigens pro confesso habetur, aduersus quem
inquisitio locum non habet, nisi modica quædã
inuestigatio,an delictum factum sit,& tamen in-
quiri lex iubet.Quid adfirmandum? Bartoli me
plurimùm & auctoritas,& ratio mouet [b], tum q;
& eius sententia humanior est.Nouo itaq; intel-
lectu accipiendum esse Cõstantini eam sanctio-
5 nem putauerim : dum enim † in ea scriptum est,
si accusator à reo pecunia corruptus desistat, vo-
cem redemptæ miserationis non admittendam,
ita intelligendum est, vt ipsi accusatori abolitio
non cõcedatur: sed aduersus eum qui, quoniam
destitit ab accusatione,factus est reus,inquisitio-
6 nẽ facta pœna competens ingeratur,quæ est,vt †
si destitit ab accusatione,quæ pactionem recipie

a l.ij.C.de abol.
b In d. l. transigere.

bat,quinq; auri libris ex Turpilliano puniatur [c],
alioqui pœna talionis [d] : & hoc sensu nihil de i-
pso primi criminis reo in constitutione dicitur:
nam & solùm de accusatore eam loqui is iudica-
turus est, qui totam legerit. Et hoc quidem mo-
do Bart. opinio defendi potest, tametsi non sine
scrupulositate, & (quod vulgò dicitur) non ci-
tra puluerem.

c l.ſſ.C.de accu.
d l. qui crimen. C qui accu. non poss. l.iij. de præuaric.

A

CAPVT XII.

Quatuor interpretationes, quæ in l. Vbi pactum. C. de transact. per Accursium referuntur, omnes defendi posse, quod alij non putauerunt: tum in alia quæstione ibidem aduersus Bartoli sententiam itum.

SVMMÆ.

1 *Transactionem rumpentis pœna.*
B 3 *Actionis sublatæ resuscitandæ modi.4.5.*

FAMOSISSIMA est Imperatorũ Gra
tiani,Valentiniani,& Theodosij con
stitutio,in [e] hæc verba: *Vbi pactum, vel*
transactio scripta est, Atq; Aquilianæ stipula-
tionis & acceptilationis vinculis firmitas iuris innixa † est,
aut subsecutis secundum legem accommodandus est consen-
sus, aut pœna vnà cum his, quæ data probantur, ante cogni-
tionem causæ, si aduersarius hoc maluerit, inferenda est. Ve-
C stigandum in primis est, quo sensu constitutio
hæc percipienda sit. & Azo † quem Bart. crebri- 1
usq; cęteri secuti sunt,ita interpretatur,vt is,qui
prædictæ transactioni contrà facit, & ab ea rece-
dere vult,non solùm accepta restituere, & pœnã
soluere teneatur, sed etiam agens nihilominùs
exceptione summoueri possit.at Petrus, Cinus,
Rainerius,Fulgosius,& iuniores alij,prędicto ca
su si accepta restituta sint, & soluta pœna, exce-
ptioni locum non esse arbitrati sunt:quæ senten
D tia verbis legis defenditur,dum aut promissioni
standum,aut suprascripta exoluenda esse tradũt:
cùm enim per disiunctiuam † voculam concepta 2
sint, sufficit si alterum interueniat [f] : vt nemo ne
euidenter calumniatum Alex. deprændat, dum
quamuis disiunctiuè verba prolata sint, non id-
circo tamen negare existimat, quin coniunctim
ea remedia competant, quasi qui per disiunctiuã
promittit, coniunctim ea se daturum non neget
[g].Sed & aliter respondere alij nituntur, quorum
E dicta quoniam recentiores [h] confutant, iterum
sub incudem reuocare, præsentis instituti non
est:nam & pręter Fulgosij argumenta illud quo-
que communem sententiam impellit, quòd si ea
in transactione iuramentum interuenisset, gra-
uior aliqua pecuniaria pœna non infligeretur [i]:
& illa opinione recepta, nihil periurium vindi-
caretur, præterquàm simplici infamia, cùm ta-
men eas omneis pœnas se statuere in peieratio-
nis vindictam Imperatores declarent : siquidem
F ecquis, quæso, tàm mentis inops esset, vt § Bar-
tol. probetur, transactioni contraueniat? cùm
& accepta, & pœnam reddere cogeretur: & ta-
men nihilò magis quicquam ex pristina actio-
ne consequi posset. Exibilanda igitur hæc est
interpretatio, quæ & inhumana est, & non veri-
similis,& verbis legis repugnat. Cæterùm cùm
per † acceptilationem actio sublata sit, vidẽdum 3
est, quemadmodum rursus agi possit: & quatuor
antiquorum sunt sententiæ, quas cõmuniter no
stri Doctores dãnant,& eas omnes defendi posse
nos

e l.vbi pactum. C.de transact.
† innexa. Pand. Flo.
f l.hæc verba.ff. de verb sig.
g l.j.§.si qs simpliciter. ff. de verb.oblig.
h Rimin.& alij d.l.vbi.
i In l. si quis maior.C.de transactio.

nos opinamur, & in primis glossematũ scriptor
Albertus, suscitari directam actionem dixit, ne
pœnam & res datas cum cæteris bonis reus ha-
beat:quod Bar. Alexandroque non videtur,cùm
etiam si hoc expressè ageretur, non tamen con-
trahentes facere possent,vt extincta actio reuiui-
sceret. Verùm generaliter ego animaduerti o-
mnes contractus dissolui, si per omnia contrariũ
agatur [a] : quamobrem etiam quòd per contrariã
acceptilationem pręcedens acceptilatio non pe A
reat [b]:quoniam(vt vulgò scimus)negationes ni-
hil ponunt: si tamen agant partes,vt cessante ac-
ceptilatione prior obligatio duret,nihil,opinor,
oberit quo minùs directa suscitetur [c].cùm igitur
non vtrunque remedium,sed alterum tãtùm reo
competat,si pœnam recipit,& data repetijt,id a-
gere videtur,vt actio rursus oriatur:quamobrem
ex legis dispositione satis admitti potest, priorẽ
actionem actori indulgeri,& hoc suadente ęqui-
tate,ne omniá reus habeat.Cætera quę aduersus B
hanc interpretationem referuntur, quoniam sa-
tis leuia sunt, piget adscribere. Alij vtilem rena-
sci actionem magis probant : nam cùm iniquum
sit res retinere,& pœnam petere [d] : vbi actor pœ-
nam,& res receptas soluerit,restitutionem in in-
tegrum ex clausula generali poterit petere:qua-
propter actio illi à prætore decernetur, quæ vti-
lis est: nam & aduersus trãsactionem restitutio-
nem competere, ex legibus satis & super cõstat
[e]. Et hæc expositio ratione vtique non caret, ta- C
metsi Bartol. & post eum alij aliter Accursij ver-
ba perceperint, quò faciliùs in suã ipsi sententia
persisterent. Quidam nullam actionem renasci
maluerunt, sed potiùs condictionem sine causa
dari:quæ sententia omnium maximè probabilis
est:sed & hoc ijdem Doctores oppugnant, quo-
niam cùm causa propter actoris culpam cesset,
non debet actionem consequi, ne ex proprio do
lo locupletetur. Verùm & hoc argumentum per-
quàm leue est:cùm enim remedia illa disiunctim D
competant, falsum est actorem delinquere, qui
4 facultate sibi à lege concessa vtitur [f]. Igitur † ab-
surdum non est, si condicere potest, vt si reus in
antiquam obligationem reponat : dummodò e-
nim æquitas subsit, condictio sine causa locum
habet [g],tametsi qualisqualis culpa arguatur:alio-
qui si absque causa decem promisero, condicere
nõ possem, cùm verum sit me fidem fallere. nam
& si quid in re mala fide possessa vtiliter prædo
impenderit,repetitionem impendij illi dari, iu- E
re Romano cautum est [h] : poterit itaque actor de
facto agere, & si reus pœnam & res datas petie-
rit, tunc vt in pristinam obligationem restitua-
tur,condicet. Quarta sententia aliorum est, quã
Petrus, Fulgosius,& Paulus Castrensis probant,
dicentium,de facto agi posse [i].nam generalis re-
5 gula est, reo volente † huiuscemodi actionẽ ad-
mittendam:quapropter cùm remedia illa disiun
ctim competãt, reus qui res datas & pœnam ac-
cepit,necessariò velle videtur,vt agere actor pos- F
sit: quoniam si primus actus spontaneus est, qui
necessariò inde consequens est, æquè voluntari-
us censetur [k].Et hanc interpretationem si ita de-
claraueris, Bartoli & Alexandri velitationes ni-
hil eam impedient. Neque dicat quisquam, pos-
se hunc actorem ex officio iudicis repelli, cùm
sine actione experiatur.: nam cùm reus ipse non
possit, ex æquitate nec iudex potest, vt Fu-
sius Riminaldus, recentioresq;
alij explicant.

a l. ab emptione.ff. de pac.
b Gl.in l.si vnus. §.pactus ne peteret.ff eod.
c Arg.l.quãuis. §.quoties. ad Velleian.
d l.apud Celsũ. §.Labeo.ff. de dol.exc.
e l.j.&ij. C.si aduer.trans.
f l.Gracchus.C. de adulte.
g l.qui sine. ff. de cõd.sine cau.
h l.planè.ff.de petit.hæred.
i l.Iulianus.§. quantum.ff.ad exhib.
k l.& ideo. in princ. de cond. furt. Aret.in l.is potest.in fin. de æqui. hæredi.

CAPVT XIII.

Qui promissioni suæ de facto contrà facit, quemadmodum teneatur, improbata Bart. Aretiniq; sententia: & nouo intellectu dilucidata lex, Ea quidem. C. si mancipium ita fuerit alien.

SVMMÆ.

1 *Pœnam contrà facto negato committi.*
2 *Manumittens contra pactum pœnale esse.*
3 *L. Vbi pactum. de transact. sensus.*
5 *L. Ea quidem. C. si mancip. explanari.*
6 *Promissioni impossibili non standum.*

SI quicquam non † facere sub pœna p- 1
miseris , deinde perperàm & irrito
modo feceris, dubitatur, num com-
mitti pœnam dicamus? & Bartolus [l],
distinguendum putat, vt si stipulator lædatur, di
camus committi, alioqui non committi : sed cũ
dubij sumus,an incommodum pati possit,idem
existimandum esse, vt soluenda sit pœna. Itaque
si in mancipij venditione eam legem dixero [m],vt
nunquam † manumitti possit, & stipulatus sim 2
pœnam si emptor manumiserit, non committi-
tur pœna : quoniam manumissio ea nullius mo-
menti est : & venditor nullum dispendium inde
patitur. Cæterùm distinctio hæc dubio apud me
non caret, cùm prędicto casu venditoris interes-
se possit, ne seruus manumittatur : cùm etiam in
contractibus bonæ fidei, ratio adfectionis non
modica habeatur [n]:sed & quid venditoris dispẽ-
dium illud consideremus , cùm manifestum sit,
in pœnis quicquam quod intersit non considera
ri [o]? Aretinus dùm se ex hoc nexu eximere vult,
distinguendum putat [p], vt si quicquam his quæ
ex proprietate sermonis in conditione stipula-
tionis pœnalis continentur, quoquo modo con-
trà factum sit, pœna omnino committatur: alio-
qui cùm ex proprietate non continentur, si stipu
latoris intersit committi , aliter non committi.
Sed verba hæc Aretini haudquaquam nobis ve-
ra esse visum est, cùm lex [q] dicat † vbi transactio 3
per acceptilationem facta est, si contrà, quàm cau
tum sit, fiat , & pœnam solui , & data reddi: & ta-
men eo casu non, nisi perperàm , agi potest : nec
lex explicat, an verba propriè accipiantur, vel im
propriè: quid enim , si eo casu expressim cautum
esset, ne actor etiam de facto contraueniret, nón-
ne quamuis nõ interesset, committeretur ? quod
tamen Bartol. negat. nónne etiam generaliter di
ci solet, contrahentium verba † quę de iure intel 4
ligi non possunt, ad solum factum , vt actus susti-
neatur referenda [r] ? quod etiam in his quæ stricti
iuris sunt, procedit, vt etiam iudicia ea interpre-
tatione adiuuentur [s], ne ad nihilum reducantur.
Itaque sciendum est, stipulationes pœnales du-
plici de causa apponi solitas, vt contemptum vl-
ciscantur, & vt id, quod interest, resarciant : qua
de causa, si directè illis contrà factum sit, tota pœ
na committitur: si ex intercapedine & obliquè,
tunc nisi quatenus interest, exoluitur [t]. Igitur in
proposita quæstione , si stipulationis verba eum
sensum patiantur, vt etiam de facto contraueni-
entium comprændere possint, idque actum ve-
risimile sit, tunc pœnam committi censeo. quòd
si per obliquum contrà fiat, si intersit, eatenus
committi, quatenus interest. nec video, quemad

l In l.vbi pactũ. C.de transa.
m l. ea quidem. C.si mancip.ita fue.alien.
n glo. in verbo, neq; l. fideiussoris. ff.de pact.
o l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig.
p In l. continuus.§. cum quis. ff.de verb. obli.
q d.l.vbi pactũ.
r l.si ista.habere.§.hi qui.ff.de verb.oblig.
s l. solemus. ff de iud.
t Bart. in l ij.§. item si in facto. ff.de verb.obli.

modum dubium esse posſit, an interſit, cùm aut ſtipulator probabit, & contrafaciens punietur: actore autem non probante reus abſoluetur [a]. Nec ab hac ſententia nos dimouebit Gordiani Imperatoris [b] conſtitutio, qui in prædicto caſu, cùm ſeruus ſub conditione, ne manumitteretur, vænit, ſi manumiſſus ſit, non tamen committi ſti-
5 pulationem pœnalem ſanxit† exiſtimo enim intelligendam, cùm non primus, ſed ſecundus aliquis emptor manumiſit: quod conſtitutionis ipſius finis oſtendit: quamuis enim ex facto primi emptoris contrafactum ſit, quia niſi alteri vẽdidiſſet mancipium illud, liberum nõ foret: quia tamen directò non contràfecit petitioni, pœnæ locus non eſt. & hanc legem ita accipiendam. Accur. cenſet: & id quidem in vltima interpretatio-
6 ne, quæ prioribus præuertere ſolet [c]. Neque† obſtat Iuriſconſulti reſponſum, quo promiſſorem ſub conditione, ſi res ſacra venderetur, non incidere in pœnam vulgò tradi dicitur, quoniam ea Iuriſconſulti verba aliter accipienda ſunt [d]: neque enim ibi mentio vlla de pœnali ſtipulatione habetur, ſed ſolùm attingitur. Finge Titium mihi promiſiſſe x. ſi eccleſia [e] venderetur: nullius momenti hæc eſt promiſsio, quoniam ſub cõditione impoſsibili facta, atq; item contra bonos mores quod & ibidem Ioannes ab Imola interpretatus eſt: omnino enim reſponſum illud nihil aduerſus nos nouat.

a l qui accuſare. C. de eden.
b d. l ea quidẽ.
c Iaſ. in l. pacta nouiſſ. C. de pactis.
d In d. §. cũ qs.
e l. inter ſtip. §. ſacram. de verb. oblig.

CAPVT XIIII.

Alio ſenſu, quàm cæteri hucuſq; fecerint, perceptus Verſiculus Vltimus in l. cum filio. de leg. j.

SVMMÆ.

1 *Reſtituendi hæreditatem filio modus.*
3 *L. Cùm filioſa. de leg. j. ſenſus.*

1 QVOTIES pater † fideicõmiſſo grauatus eſt, filio à teſtatore inſtituto, reſtituere hæreditatem non vt hæres, ſed vt pater grauatus eſſe intelligitur, quapropter ex Falcidia lege quicquã detrahere prohibetur: q. Papinianus [f] ſcripſit, cuius verba hæc ſubſequuntur, intellectu admodum difficilia: & ideo ſi filio rogatus ſit pater poſt mortem ſuam, quod ad ſe peruenit, ex legato vel hæreditate filio relictis reſtituere, iſque, viuo patre, decedat, omnimodo patrem id retenturum, quoniam fideicommiſſum ex perſona patris ſui vires accepit. quæ verba ex contrario ſenſu indicant, ſi extraneo rogatus ſit pater reſtituere, & extraneus interim moriatur, patrem non retenturum fideicommiſſum: quod vix defendi poteſt, ſitque potiſsimum, vt quod in directo ſenſu dicitur, indubitabile ſit: quoni-
2 am regula eſt, fideicommiſſum † conditionale non tranſmitti: quod verò tacitè colligitur, falſum, cùm nec extraneus tranſmittat, ſed tũ quoque apud hæredem permaneat. Accurſ. Iacobus ab Arena, Bartolus, Petrus Beſutius varijs modis vt gryphum hunc diſſoluerent, Iuriſconſulti verba declarauerunt: ſed quoniam eorum expoſitiones ab Iaſone acutiſsimè confutantur, ſilentio eas tranſigendas duxi, cùm videam ſatis eſſe, ſi Pauli Caſtrenſis, quem Areti. & Iaſon ipſe ſequitur, ſententiam legi non conuenire conuicerim. Igitur Paul. ita ſupraſcripta verba accipit, vt ſi extraneo † grauatus ſit pater poſt mortem ſuam 3 reſtituere hæreditatem, & ille interim decedat, fideicommiſſum ad filium deuoluatur, qui effectus erat ſui iuris, tempore quo ante patrem extraneus deceſsit: quod latiùs Iaſon refert, & exponit. Sed ſcire velim, quomodo ex eo verborum contextu inducant, filium, viuente patre, ſui iuris effectum fuiſſe: euidenter quippe verba contorquentur, & illud inducitur, de quo in lege verbum eſt nullum; & regulæ repugnat, qua traditur, emancipationem niſi apertiſsimis probationibus conſtet, ſubinducendam non eſſe [g]: quamobrem nos aliter ea verba Iuriſconſulti interpretamur: recto enim ſenſu non dubitauerim verum eſſe, ſi filius antè, quàm fideicommiſſum ſibi reſtituatur, decedat, nõ tranſmitti, ſed apud patrem omnimodo remanere: at ſi ex obliquo extraneum inducamus, tunc quoque conceſſerim, ſi is moriatur, remanere apud patrem, ſed non omnimodo: nam cùm quidam caſus enumerentur, quibus fideicommiſſa tranſmitti poſſunt veluti cùm mentionem mortis non propter conditionem, ſed vt ſolam moram reſpiciat, expreſsè factam conſtaret [h]: vel cùm is qui moritur filios relinquit, ad quos coniectari poſsit teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum deuolui [i], his quoque & ſimili. caſibus ad patrem fideicommiſſum pertinet: quamuis in extraneo ſit contrà: & ratio eſt, quia cùm pater rogatus eſt reſtituere, vti pater, mortuo filio, non ad eius hæredes, ſed ad ſe bona pertinent: quod paternæ pietatis cauſa inductum videtur: quaprõpter aliæ cõiecturę, quæ filij hæredes iuuare poſſent, non admittuntur: quæ ratio in extraneis locum non habet: & hoc ſenſu dictio illa, omnimodo, maximam emphaſim habet, quę, ſi aliorum interpretationes ſequeremur, in Papiniani verbis ſuperflueret [k].

f l. cum filioſa. de leg. j.
g l. ſi emancipatũ. C. de coll.
h l. ſi cũ hæres quando di. leg. ced.
i Cor. in l. vnica. in gl. ſi. C. de his qui ante apert. tab.
k Bald. in rub. C. de cõtra emp. in ix. quæſt.

CAPVT XV.

Legem municipalem, ſeu quamcunq; aliam diſpoſitionem, tametſi nihil noui inducat, non ita interpretatione adiuuandam, Vt antiquiora corrigat, quod plerique omnes arbitrati ſunt.

SVMMÆ.

2 *Generalitati diſpoſitionem pro re derogari.*
4 *Reſcripti interpretandi forma.*

TRITISSIMA iuris regula eſt verba † in quacunque diſpoſitione ita 1 debere interpretatione ampliari, vt aliquid operentur [l]: quod Raphael Comenſis [m] intellexit, etiamſi p quàm impropriè accipiantur. quamobrem ne diſpoſitio nihil inducat, etiam pupillum intelligemus, qui xxv. annis minor eſt: & ſi quis priuilegio ſuo renuntiauerit, etiam communi iuri renũtiaſſe, ex hac regula Decius tradidit [n]: quam & recentiores vberrimè ſic declarãt, vt nihil ſit ea diffuſiùs tractatum. Inter cætera & illud communiter probatur, vt quamuis facultas alicui à lege cõceſſa, ſecũdum leges interpretari debeat, ſi tamẽ nihil noui induceret, ita extendenda ſit, vt contra ius cõmune accipiatur: quod & ſuffragio ſuo Bald. [o] item conſilio quodam Ancharanus, adiuuant, [p] & alij retulerunt: qua in re, (quod equidẽ ſciam) ſolus ego anceps, vix extrico: in primiſq; animad-

l l. etiã in princ. de bon. lib.
m l. cum filio. ff. de leg. iij.
n In c. j. de iud. per gl. in l. j. ff. ſi qs in ius voc. non ierit.
o In l. nullus. C. ad Iul. maieſta.
p In cõ. dxxxvj.

animaduerti ex Iuriſconſultorum reſponſis ali-
2 ter probari. Nam cùm conditiones † quæ tacitè inſunt, vim ſuam amittant, dubitatum eſt, ſi Titio hæredi inſtituto, ita legauerim, Si Titius hæres erit, centum Seio dato, nũc conditionale legatum ſit: & iuris autor reſpondit [a], non eſſe: tametſi verba illa, ſi Titius hæres erit, nullius effectus ſint. cùm ergo potius ſuperfluere verba exiſtimentur, quàm conditionem inducere, nónne & multò magis idem dicendũ eſt, ne legum correctio vtriq; odioſiſſima inferatur? Sed & ex Pontificis maximi decretali epiſtola, eandem ſententiam comprobari dixerim [b]. Sacerdotes, qui à proprio templo recedant, eius reditus & vindemias amittere, generaliter cautum iure communi eſt: præterquàm ſi inter Romani Pontificis palatinos ſint, vel ſuo archiflamini deſeruiant. Fingamus ſacerdotum collegio conſtitutum inter ſe fuiſſe, ne abſentibus quicquam reditus nomine præſtetur, an ſi quis in Pontificum antiſtitiſve ſui officio ſit, excuſabitur? & excuſari traditũ eſt. Viden' ergo, conſtitutionem eam non ſolùm ius cõmune corrigere, ſed & nihil omnino operari, nec in ſpecialibus illis caſibus quicquã mutare? & tamen facilius quæ ex interpretatione derogatio ſit (limitationem vocant) conceditur, quàm correctio. Accurſij quoque expoſitione perceptum Iuriſconſulti reſponſum, idem indicat [c]: ſi em municipalis lex ſit iuri Romano cõformis, nimirum vt in ordine digniores præferantur, quamuis nihil vlterius inducatur, ex iure tamen communi intelligẽda eſt, vt videlicet idonei tantùm præferantur, cùm tamen generaliter declarata alicuius effectus eſſe poſſit: quod & ex ſecunda conſtitutione de noxalibus Salicetus prodidit. quin & Innocent. dixiſſe traditur, in c. prudentiam. de offic. deleg. quoties in man-
3 dato id † exprimitur, quod iure cõmuni inerat, toties interpretandum nouam formam illi non eſſe datam: quod etiam Baldus frequenter ſcripſit. Quamobrem ſi delegata iudici cauſa, vt iuſtitiam faciat mandem, & ille non fecerit, nihilo minus tamẽ ſententia in rem iudicatam tranſit, nec videtur aduerſus mandati formam lata. & quanquã diu hac in re à veteribus diſceptatum ſit, impræſentiarum tamẽ nemo eſt, qui non Innocentium ſequatur, aduerſariorumque ſententia crebriore calculo reprobatur [d]. Verùm & Bartolus nobis addicere opinor, is, ſi conſtitutione municipum caueatur, vt effractarius centum ſoluat: deinde alia conſtitutione rurſus dicatur, vt quinquaginta tantùm pendat, primam non corrigi exiſtimauit [e], ſed potius poſteriorem hãc legem irritam eſſe: idemque Ancharano & Alexandro, aliiſq; viſum eſt, tametſi ex iunioribus alij eo argumento Bartolum damnent, Iaſon in d. l. ſi conſtante, & in aliis locis: quod nos falſum eſſe diſputamus. Supereſt vt contraria argumenta diſſoluam: & quamuis plura ſoleant adduci, quoniam tamẽ leuia ſunt, & ex aliorum ſcriptis conuincũtur, ea tollere neceſſariũ magis viſum eſt, quæ fortiter aduerſari videatur: quorũ prius ex iure ciuili eſt, poſterius decretalibus epiſtolis introducitur. Cùm Cn. Pompeius Ponticis debellatis eorum regionem in prouinciæ formam redegiſſet, hoc illis indulſit, vt qui Pontica matre naſceretur, Ponticus eſſet: quod Iureconſulti quidam ad ſolos vulgò quæſitos pertinere credebant. at Celſus Vlpianuſq; non probauerunt [f]: nec enim debere id caueri, cùm iure communi idem eſſet: quare ad eos trahẽdum eſt, qui ex diuerſarum ciuitatum parentibus orirentur. Sed id ego ita interpretatum crediderim, quia qualia eſſent priuilegij verba, expreſſim nõ conſtabat, quamobrem ea inducta eſt interpretatio: ſed ſi qualis † forma diplomatum ſit, appareat, 4 expreſsimque nihil quod ad veteris iuris correctionem ſpectet, in eis legatur, tunc potius ad literam verba accipienda ſunt, quàm ita extendenda vt aliquid nouent. Pontifex verò Romanus cùm quibuſdã ex Franciſci fraternitate conceſsiſſet, vt vbicunque forent, cum altari viatorio myſtica ſacra celebrare poſſent: ita interpretandum priuilegium adſerit [g], vt etiam abſque p̃ſulum licentia id facere eis concedatur, cùm alioquin ea neceſſaria eſſet. Sed hoc me non mouerit: cùm enim conſtaret Pontificis eam mentem eſſe, vt eis indulgẽtiam aliquam faceret, niſi ea interpretatio admitteretur, nihil conceſſiſſet. at noſtra quæſtio tunc dubitabilis eſt, cùm neſcimus qui ſtatuentium animus fuerit: nam & maximum fuiſſet illis incommodum, ſi à tot præſulibus licentia accipienda fuiſſet: & hoc modo intelligentia illa in damnum, faſtidiumque fratribus vertiſſet, Abbas ibi, præſertim vbi de celebratione miſſarum agitur, quæ perquàm fauorabiles ſunt.

a l. in conditionib. §. j. de cõd. & demonſt.
b c. ad audientiam. de cler. nõ relid.
c in l. vt gradati n. §. & ſi lege. ff. de mun. & hon.
d Felin. in c. cauſam quæ. de re iudic.
e Bar. in l. iij. §. cum Titio. de adi. leg. & Alex. and. in l. ſi conſtante. ſol. mat.
f l. j. in ff. ad municip.
g cap. In his. de priuileg.

CAPVT XVI.

Quæ ſint de ſubſtantia, de forma, de ſolennitate actus: & quemadmodum hæc ſimul differant: ſolereq; hæc ab ineruditioribus non diſcerni: tum quædam alia ſcitu non indigna.

SVMMÆ.

1 *Actuum circunſtantias diſsidere verius eſt. 5.*
2 *Formæ definitæ virtus, generaq;.*
3 *Formæ defectu actum ex cauſis non corruere.*
4 *Subſtantiæ definitæ effectus.*
6 *Subſtantiæ dignoſcendæ forma.*
7 *Solennitas finitur.*
8 *Electionem variè ſumi.*
9 *Solennium ſpecies & vis.*

SOLENT noſtri temporis Doctores, ea quæ formam † vel ſubſtan- 1 tiam, vel ſolennitatem alicuius actus reſpiciunt, ſimul coniungere, & nihil differre arbitrari: videamus paulò diligentius, quali differentia diſcernatur. Et Baldus [h] formam ſic definiendam † putat, vt 2 ea ſit ordinata ſeries, rem ad ſubſtantiam deducens. quam ſententiam auctoritate Nicolai Abbatis confirmari crediderim [i]: is, vt denuntiatio, quam euangelicam vocant, valeat, quinque ſeriatim requiri tradidit, quę ſi minus interueniãt, actus ille non ſubſiſtit. ſed & idem Baldus [k], eius efficaciæ formam ſcripſit, vt ex ea quælibet diſpoſitio eſſentiam ſuam capiat: ſi non interuenerit, nullius momenti ſit: & quoties in eadem materia diuerſam eſſe formam proponatur, non vnum actum, ſed diuerſos eſſe. Ioan. Andr. F. Bononienſis [l] tripliciter formã diuidi ſcripſit: aliam enim verbis cõſiſtere, vti in ſtipulatione, q. præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio: aliam rationalem eſſe, vt in cõtractibus teſtamentiſq; conſenſum: aliam legalem, vt in vſusfructus ſeruitute perſonam. Verùm is non ſatis propriè formam accipit, ſicut & Bar. [m] dum ex conſenſu for-

h in c. j. de no. for. fidel.
i in c. nouit. de iudic.
k in dict. c. j. de no. for. fidel.
l in c. fin. de baptiſmo.
m in l. ita ſtip. de verb. oblig. in j. opp. verſic. ſed in caſu. & in l. j. de cond. ind.

mam ſtipulationis conſtare opinatus eſt:ſi enim
propriè loquamur, Baldi definitionem proban-
dam eſſe non dubitauerim, vt illud rectè defor-
ma ſit, quod ſeriem quandam ordinemque de-
notat: quæ ſi in aliquo actu requiratur, & minus
interueniat, in cauſa eſt vt ipſo iure is actus defi-
ciat: quod eouſq; fortiter defenditur, vt etiam cō
tractus alioqui fauorabiles non ſubſiſtant [a]. quin
& ſi culpa notarij in inſtrumento aliquid ad for-
mam pertinẽs omiſſum ſit, damnum ad contra-
hentes in tantùm pertinet, vt fruſtra egiſſe iudi-
centur [b]. ſed & ſi non ſolùm quæ neceſſariò re-
quiruntur, interuenerint, verum & aliquid vlte-
rius, vitiari pariter contractum quidam arbitrati
ſunt [c]. Quamobrem quum municipum lege in
teſtamentis tribulis ſacerdos, quem parochianũ
vocant, adeſſe teneretur, & duos quidam aduo-
caſſet, teſtamentum irritum eſſe aliqui reſpon-
derunt, quaſi contra quam lex velit, factum fue-
rit: vnum enim requiri, non duos: ſed id magis
ad ſolennitatem ſpectat, & non æquitati ſolùm
repugnare, ſed & iure ciuili falſum eſſe aliquan-
3 do admonui. Cæterùm † ſupradicta omnia eo ca
ſu non procedunt, cùm forma illa, quæ requiri-
tur, leuis eſt: tametſi enim ea remoueatur, nihil-
ominus quæ aguntur, valida ſunt [d]. quemadmo-
dum autem dignoſcamus, quæ ſit leuis forma, o-
ſtendit in Decretalium præfatione Baldus, vt
quoties alteri actui, quàm qui fit, forma illa con-
uenit, leuis dicatur. quamobrem in Doctorum
noſtri temporis deſignatione, libri datio iuſtam
formam reſpicit: at oſculum, & chirotheca, & te-
gmen capitis, leuem, cùm ea nihil ad doctrinam
ſpectent. Id verum eſt, eundem Baldum exiſti-
maſſe, formam quæ à lege traditur, in dubio in-
terpretandam, vt maximũ pondus habeat, quod
& Aretino & Iaſoni viſum eſt [e]. Sequitur vt de
4 ſubſtantia diſputemus: & Bald. Subſtantia † in-
quit, eſt quæ prima rei eſſentiam præſtat [f]: quod
Alexander, & Decius probant [g]. Variauit idem,
& alibi ſubſtantialia eſſe tradidit [h], quæ in ipſo
faciendi contractus tempore interueniunt: ſicut
accidentalia, quæ poſt contractum inſeruntur:
quandoquidem accidentalia eſſe definiuit [i], quæ
præter naturam cōtractus inducuntur, vt pactio
eundi Romã: naturalia, quæ, etiamſi non expreſ-
ſè agatur, inſunt, vt in emptione euictio: ſubſtan
tialia, ſine quibus actus non valet, quale in ven-
ditione pretium. Quapropter, ſi agamus, vt em-
ptio abſque pretio conſiſtat, nihil tamen agimus.
Accurſ. quoque credidit, non poſſe legem face-
re, vt contractus, cui ſubſtantia deſit, valeat [k]: nã
pugnantia ſimul hæc eſſent [l], actum valere, & in
ſubſtantia deficere: qua ratione ſi pupillus aduer
ſus debitorem ſibi ex tutoris contractu obliga-
tum agat, & in libello tutorem ſe habuiſſe ne-
get, intentio hæc ipſo iure nulla eſt, quoniam ſi-
bi ipſi aduerſatur, cùm ex tutoris contractu libel-
lus ſubſiſtat, & ipſe tutorem neget: & ita in facti
quæſtione Baldus reſpondit [m], quæ res Aretini
quoque calculo confirmatur. Sed & Baldus [n],
non valere legem tradidit, quæ ſententiam con-
firmet, omni remota ſubſtantia prolatam. Verun
tamen animaduertendum arbitror, vt quæ pro
ſubſtantia in contractu iure ciuili requiruntur,
poſsint à lege tolli: ſi de iure gentium, ſecus: a-
lioquin inconſultè Iuriſconſultus dubitaſſet, an
emptio ſine pretio procedat [o]. Alibi Bald. ſub-
ſtantiæ contractus illud eſſe appellauit, quod na
turam eius neceſſariò & immutabiliter ample-

a l. qui Romę. §. Flauio. de verb. oblig.
b c. ſuper eo. de ele. & Mod. in l. ambiguitates. C. de teſt.
c Per l. diuus. §. licet. ff. de iur. cod. la. in l. ſi mihi. §. in legatis. in ij. lect. de lega. j.
d l. j. §. fin. ff. de ventre inſpi.
e In l. ij. §. ſi prius. ff. de vulga. & pupil.
f In l. etiam. C. de exec. rei iudi.
g In rub. extra. de appell.
h In l. vniuerſa. vbi etiam Iaſ. C. de prec. Imp. offe.
i In l. pacta. de contr. emptione.
k In l. ij. ff. de vſufru. earum rerum.
l Angel. conſil. clxxvij.
m Bald. conſil. clxxxj. in ij.
n In l. prolatã. C. de ſenten.
o In l. j. de emp. & vend.

ctitur: quod verò immutari vel extingui poteſt,
hoc non ſubſtantiæ, ſed qualitatis eſſe [p]. Verum
& idem interpres aliquando ſic diſtinxit, vt tri-
plicem eſſe ſubſtantiam opinaretur [q], vnam for-
mæ, aliam materiæ, tertiam conſenſus: quæ ſi in
primis caſibus deſit, negotium omni iure reijci-
tur, ſed ſi conſenſus ſimplicis ſolùm defectus
proponatur, licet à principio actus pereat, dein-
de tamen poteſt conualeſcere [r], quæ Baldi pro-
A nuntiata vera eſſe exiſtimo, quamuis in hac di-
ſtinctione ſubſtantia non admodum propriè ac-
cipiatur: nam hæc differre, nec ipſe ignorauit,
dum aliud eſſe de conſuetudinis forma, aliud de
ſubſtãtia arbitratus eſt [s]. Sed & Ioannes Andreæ
faciliùs formam tolli, quàm ſubſtantiam tradi-
dit [t]: tametſi Zanzelinus mutata forma monetę,
mutari & ſubſtantiam adfirmet [u]. Hoc † ampliùs 5
ſcripſit Angelus, quæ de forma ſunt, poſt actum
expediri non poſſe, quæ de ſubſtantia, poſſe: con
B trà Baldus [x], etiam quæ ſubſtantiam ſpectant,
eodem tempore cùm actu induci debere [y]. Sed
ego in Nelli ſententiam pedibus iuerim, vt [z], ſi
negotium ſit, quod vnico contextu fieri debeat,
vt contractus ſunt & teſtamenta, Baldo acquie-
ſcam: alioqui ſi interuallum admittat, Angelum
ſequar. Verùm † dubitauerit quiſpiam, quemad- 6
modum ſecernamus aliquid de ſubſtantia eſſe:
& Baldus [a] ea quæ in diffinitione dicuntur, eius
ditionis ſubſtantialia eſſe autumat: quod & A-
C retin. & Iaſon probauerunt [b]: ipſe quandoque
dubitaui, quoniam iuriſdictio eſt poteſtas de pu
blico introducta cùm neceſsitate iuris dicendi,
& æquitatis ſtatuendæ [c], & tamen conſtitutio
boni & æqui ad ſubſtantiam iuriſdictionis non
pertinet: quippe etiam iniuſta ſententia ex iuriſ-
dictione non deficit, ſed plerunque & Iuriſcon-
ſulti aliquam rem ex effectu definiunt, vt in bo-
norum poſſeſsione vidimus, cùm nemo dubi-
tet, ſubſtantiam ab effectu differre. quamobrem
D quod ex prædicta opinione argumentum colli-
geretur, probabile crederem eſſe, non quòd ne-
ceſſariò concluderet. Nunc ad vltimum tranſea-
mus: & Baldus, Solennitas †, inquit, modus eſt, 7
ſeu qualitas quædam rei accidens, qua actus fit
ſolennis [d]. Sed Bartolus ſolennitatem à ſubſtan-
tia non differre, ſenſiſſe videri poteſt [e]: quod ve-
rum eſt, ſi lata ſignificatione eas voces intelliga-
mus: nam differentiam propriè loquendo Inno-
centius agnouit [f], qui tripliciter electionem † ac- 8
E cipi dixit: latè: vt cùm iure naturali tantùm va-
let: propriè, vt ſi in ea ſubſtantialia tantum inter-
uenerint: ſignificantiùs & magis propriè, cùm
& ſubſtantialia & ſolennia eius facta eſſe propo-
nitur: nam & promiſcuè atque indiſtinctè ſolen-
nia lege ciuili auferri poſſunt, cum tamen ſub-
ſtantialia nequeant [g]. quin & ſi ſubſtantiam teſta
menti probare voluerimus, ſeptem teſtes requi-
ri nemo ignorat: ſi ſolennitatem, duos ſatis eſſe,
Bartoli autoritate docemur [h]. Solennium † du- 9
F plicem eſſe ſpeciem, idem ſcripſit [i]: alia enim
ſubſtantiam reſpicere, vt cùm aliter contractum
negotium lex irritat, alia probationem: in prima
autem ſpeciem renuntiationem non admitti.
quod ego non procedere opinor, cùm ea ſolen-
nitas fauore priuato inducitur [k]: tunc enim à par
tibus remitti poteſt. quapropter valet conuen-
tio, vt etiam non iuratæ teſtationi ſtetur: item fi-
lij conſenſus, vt paternis tabulis prætereatur [l],
& ſi qui ſimiles caſus. ſed & ſi lex interueniſſe ſo
lennitatem fingat, idem iuris eſt, vt actus valeat
quod

p In d. l. prolatam.
q In l. vnica, C. ſi ſeruus extero.
r l. fi. C. ad Mac.
s In c. fi. de conſuet.
t In c. ſuper eo. de ſent. excõm.
u In extrauagãt cũ ad ſacroſanctæ. in verbo, taxetur.
x In cõ. lxxxvij. incip. pro deciſione.
y In rubri. C. de reſcinden. ven.
z In tract. de teſta. verſ. xx.
a In l. cum quis. C. de iur. et fact. igno.
b In l. ij. in ij no. de vulga. et pu. in l. nemo poteſt. de leg. j.
c glo. l. j. de iuriſdict. om. iud.
d In l. etiam. C. de exc rei iu.
e In d. l. nemo poteſt.
f In c. quod ſicut. de elect.
g Inn. in c. cum dilectus. de conſuetud.
h In l ij. C. de cõtratab.
i In l. j. de condi. indeb.
k c. tuis. de teſti.
l Bart. in l. non dubium. C. de teſtam.

quod Bald. Aretinoq; [a] ſcriptum eſt. & hæc vera
ſunt ratione efficacis obligationis. nam quãuis
in aliquo caſu ſolennitas ꝓpriè accepta deficiat,
oriri obligationẽ naturalem magis eſt: quocirca
pupillus ſine tutoris autoritate naturaliter obli-
gatur [b]: qđ in his quæ ſunt de ſubſtantia, vel for-
ma, ſecùs eſt: & ita ſenſiſſe Bald. aliquoties adno
taui [c]. Sed & fortaſſe nō falsò dixeris, contractus
10 † ſtricti iuris ipſo iure ex defectu ſolennium infe
ctos non eſſe: cuius opinionis id mihi argumen-
tum eſt: nam omiſſis ſolennibus, negotium ipſo
iure cur corruat, ea ratio traditur, quoniam mala
fide id actũ præſumitur, vt Bart. ſenſit [d], & Pont.
non damnat, dum notarium, q inſtrumentũ non
ſolẽne conficiat, l. Corn. falſi reũ eſſe teſtatur: at
mala fides ſupraſcriptos contractus ipſo iure nō
vitiat [e]. Cæterùm his contraria ſcripſiſſe Bal. me
non latet [f], dum electionem caſſam eſſe, vel ex ſo
lennium, vel ex perſonæ defectu cũ tradidiſſet,
ſubiunxit, in dubiis ne dolus præſumatur, exiſti
mandum eſſe, ſolennia potius defeciſſe: quod &
nobis placet: quapropter & Bart. eam rationem
nequaquam probo.

CAPVT XVII.

Teſtes qui in teſtamento requiruntur, probationis, non ſubſtantiæ cauſa introductos, & id aduerſus cæteros noua ratione defenſum.

SVMMÆ.

1 *Teſtes teſtamenti fidei non ſubſtantiæ ſubſeruiunt.*
2 *Teſtamenti ob teſtes irriti cauſa.*
3 *Imperfecti inefficacia.*

1 PRobabiliter dubitari † conſueuit, an
teſtes, q ſeptem in teſtamento neceſſa
riò aduocantur, teſtamẽti ipſius ſub-
ſtantiam reſpiciat, an probationis cau
ſa ſolùm requiratur: & Accur. Bal. Iaſ. & commu-
niter alij [g] de ſolennitate ſubſtãtiali eſſe arbitran
tur. Quam ſententiam cũ quandoq; ſequerer, eo
reſcripto adiuuabar, quo teſtatũ eſt [h], ſi teſtamen
to ſex tantũ teſtes adfuerint, illud iure deficere:
de his autẽ quæ interlita ſunt, nō ad iuris ſolen-
nitatem, ſed fidei quæſtionẽ pertinere: nam ád-
uerſatiua dictiuncula, autẽ, oſtendit ſuperiorem
caſum ipſum ad ſolennitatẽ ſpectare. Sed tñ re-
ſpondendum eſt, & concludendum, ad ſolenni-
tatem, nō quidẽ ſubſtantialem, ſed probatoriam
pertinere: cùm & Bal. [i] autor ſit, in dubio ita fieri
ſolere interpretationẽ, vt teſtes ꝓbationis ergò,
non cauſa ſolennitatis inducti credanẽ. Curent,
Venul. inquit [k], magiſtratus cuiuſcunq; loci teſta
ri volentibus & ſeipſos, & alios teſtes, vel ſigna-
tores prębere, quò facilius negotia explicent, &
ꝓbatio rerũ ſalua ſit. Neq; dixerit quiſquã, non
ex probatione ſolùm, ſed ex ſolẽnitate quoq; id
dici. nam cũ maius damnũ inferat, ſi omittatur
qđ ad ſolennitatem, q̃ qđ ad probationem ſpe-
ctat [l], nō eſt veriſimile, iuris autorem quæ magis
referũt, ſilẽtio inuoluiſſe, vt minora diceret: nec
id citra culpã facere potuiſſet. Iuſtin. [m] etiam in
teſtamento cæci, multorũ teſtium conſpectũ re-
quirere ſe tradit, vt nullum locũ relinquant inſi-
diis, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot
inſuper in tuto locata manibus: quæ omnia non
ad aliud q̃ ad probationẽ pertinent. quinetiam
idem Auguſt. alibi [n], Lex, inquit, ne quicq̃ falſi-
tatis incurrat, maiorẽ numerũ teſtium expoſtu-
lat, vt p ampliores homines perfectiſsima veri-
tas reuelet. Et hanc ſententiam non prædictis le

a in l. ex facto. de vulg. & pupil.
b l. obligari. §. tutor. ff. de autor. tut.
c in l. ad exactionem. C. de dot. promiſ.
d in l. j. C. de fide inſtru. lib. x. Ro. l. j. de oper. nou. nunt.
e l. & elegãter. de dolo.
f in c. ſuper eo. de elect.
g in l. nemo poteſt. de leg. j.
h l. ſi vnus. C. de teſtam.
i in c. j. quid ſit inueſt.
k in l. curent. ff. de teſtib.
l Bart. in l. an inutil. ff. de acceptil.
m l in hac conſultiſsima. §. ſi. C. qui teſta. fac.
n in l. fi. C. de fideicom.

gibus tantũ, ſed & ratione confirmauerim, cur e-
nim contractum, etiam ſi de mille philippeis pe
riclitarer, duobus ꝓbare poſſum, at teſtamẽtum
quantumuis minimi pretij, p ſeptẽ teſtes neceſ-
ſariò aſſerere debeo? nónne, vt Bald. exiſtimat [o],
quoniam in teſtamẽto de eius voluntate agitur,
q in rerum natura non eſt, & quid iuris ſui ſit, ex-
primere nō poteſt? qđ in contractibus regulari-
ter nō accidit, vt hęc quoq; ratio ad probationes
A tendat. Vt igitur hãc ſententiã tuear, ſcire debe-
mus, teſtes quidẽ in teſtamento † probationẽ ſo 2
lam reſpicere: ſed ſi legitimus numerus non ad-
fuerit, teſtamentum deficere: non q, probari non
poſſit: ſed quoniam mutatã teſtatoris voluntatẽ
lex firmiter præſumit. nã cũ quilibet leges noſſe
credatur, quæ hoc diſponũt, vt ſeptem teſtes ad-
ſint, ſi quis ſex tantũ adhibuerit, videẽ eluſoriũ
actum conficere voluiſſe: qđ & pluribus compro
bari poteſt. nam ſi quis condiderit teſtamẽtum,
B qđ non niſi iure codicillorũ ſuſtineatur, cur niſi
clauſula codicillorũ addatur, omnino perit, cũ
etiam contractus valeant, vt valere poſſunt? non
alia certè ratio eſt, q̃ q, præſumitur, teſtatorẽ vo-
luiſſe fruſtrà agere: alioqui contractus teſtamen
tis fauorabiliores eſſent: in quo & Iaſ. valde du-
bitauit [p]. Sed & Chriſt. Caſtel. quotieſcunq; à fa
cto teſtatoris conditio pendet, ſi non illi pareat,
pœnituiſſe eũ præſumi tradidit: qđ & Iaſ. [q] ſequi
tur. Paul. † quoq; Caſtr. ſi teſtator inſtituat hære- 3
C des, dein incipiat legata relinquere, & nō perfi-
ciat, teſtamentũ non ſubſiſtere opinatur: quoniã
tametſi teſtamenta abſq; legatis vires ſuas exer-
ceant, quod tñ legata nō perficit, mutaſſe totam
voluntatẽ præſumitur: idemq; Aret. ꝓbat [r]. Ge-
neraliter quoq; ex regula dici ſolet: Vbi quiſquã
actum nō perficit, quẽ perficere potuiſſet, pœni-
tuiſſe eũ videri [s]. Accur. quæ ante teſtamenti finẽ
inconſultè delata ſunt, non deberi ſcripſit: qm ſi
teſtator ea pręſtari voluiſſet, credibile eſt iterum
D eadem ſcripturũ fuiſſe [t]: qđ cùm nequaq̃ factum
ſit, videtur pœnituiſſe, & à priſtina ſententia de-
ceſsiſſe. Huc accedit qđ Bal. affirmat [u], ſi decreto
decurionũ caueatur, ne eorum reſcripta, niſi ſub
certa forma valeant, dein aliquid ſtatutum ſit, ea
non ſeruata, non valere † decretum, quia conſen 4
ſus deeſſe præſumitur. nam in noſtro caſu cũ ſe-
ptem teſtes neceſſarij ſint, ſi non allegẽtur, in te-
ſtamento conſenſus pariter deeſſe præſumi de-
bet: quamobrem nec obligationem naturalem
E oriri inde crediderim: in quo tamẽ Dd. certant [x],
& adhuc ſub iudice lis eſt.

CAPVT XVIII.

Cur iure veteri Falcidia prohiberi non poterat, vetera confutantur: & diſputatum, an in codicillis hodie prohiberi quadrantis deductio ex Trebell. poſsit.

SVMMÆ.

1 *Falcidiæ cauſa.* 3. 2 *Falcidia non prohibenda.*
F 4 *Trebellianicam prohiberi poſſe in codicillis contrà.* 5.

QVæſitum eſt, qua ratione † introducta 1
ſit l. Falc. quã C. Falcidius Trib. pleb.
vt in chronicis Hieron. teſtatur, tulit:
& Bar. in fauorẽ teſtatorum latã, autor
eſt [y], ne videlicet abſq; hærede morerentẽ: quam-
obrem, cùm Iuſtinus ſtatuiſſet, hærede non ad-
eunte ad cohæredes, vel ſubſtitutos, aut legata-
rios, vel fideicommiſſarios hæreditatem deuol
ui [z]: quoniam tunc prædicta ratio ceſſabat, con-
ſequenter induxit, vt teſtator prohibere poſſet,
ne in

o in c. ij. de cõſt. inueſt. inter do.
p in l. fin. C. codic. per textum.
q in l. Stichum qui meus. de legatis j.
r in l. ſi is qui. de teſtam.
s in d. l. ſi is q.
t in l. j. §. ſed ſi legit. ff de his quæ in teſt. del.
u in l. humanũ. C. de legib.
x in l. j. de cõd. indeb.
y in l. nemo poteſt. de leg. j.
z §. ſi verò. in auth. de hæred. & Falcid.

2 ne in suo testamēto Falcidiæ locus † esset : quam opinionem meritò improbari opinor: quoniam aut sensit Bart. Falcidiam prohiberi posse, quasi testamentum omnino sustineatur, vel p ius accrescendi, vel ex substitutione : & cùm idem iure veteri esset, non video cur Iustinianus illud induxerit [a]: aut quia etiam singularibus legatariis fideicommissariisque locum in successione fieri cōstituit: & nec hoc sufficere crediderim, cū etiam iure veteri legitimi hæredes, qui ab intestato succedant, fideicommissariis legatariisque præferantur [b]: & tamē Falcidiæ legis portio reiici non poterat, tametsi hærede non adeunte legitimi successissent: & sicut hi in testamēto nuncupati non sunt, sed solùm tacita voluntate admittuntur, ita legatarij ipsi respectu hæreditatis præteriti dicuntur, & solùm legis dispositione
3 quibusdam potiores sunt [c]. Alia † itaq; ratio adfertur, iure veteri institutos hæredes, non nisi lucri causâ adire solitos : at postquam Christiana religio inualuit, humaniores factos solius pietatis gratia adire debere, Iustinianum existimasse. quæ ratio friuola est: & (vt alia omittam) an qui actionem ex pacto non dedit, delictumq; mendacij vltus nō est, tam leuem pietatem considerasse credetur? quamobrem arbitror Falcidiæ legi iure veteri renuntiari non potuisse, ex regula qua admonemur, à lege, quæ aliquid fieri vetet, recedi non posse [d]. Verùm Iustin. hîc noster induxit, vt hoc casu posset, tum vt testatorum voluntates ampliaret, tum q, ad ius antiquum reuertebatur, cùm C. Falcidius legem xij. tabul. correxerit. Cæterùm si Bart. rationes sequeremur, dubitabilis admodū esset illa quæstio, an Trebelliani
4 beneficio † hæredi debitus quadrans, in codicillis per testatorem ne detrahatur, prohiberi possit: nam posse dicendum esset, cùm etiam q, hæres nō adeat codicilli sustineantur: & hæreditas ad eos pertinebit, qui in testamento cohæredes, vel substituti, vel legatarij sint. quam sententiam Aret. quodam consilio videtur approbasse [e], & recentiores sequuntur: quoniam in Iustin. lege de hac remissione verba faciēte, expressim cauet, ea in omnib⁹ vltimis voluntatibus locū sibi vendicare [f]: at dubium nō est, quin codicilli vltimis voluntatibus attributi sint. Verùm in cōtrariam sententiam euntem Bald. animaduertisse memini [g], quam & nos probamus, cùm quadrans, de
5 quo † agimus, iure institutionis ab hærede capiatur, igitur per codicillos remitti nō potest: quoniam non debet id in codicillis auferri, quod in eis prestari non potuisset: nam & ita sequeretur, omnem hæreditatem codicillis dari. quid enim si legitimo hæredi fideicommittā, vt hæreditatem Titio cum quadrante restituat? Neq; obest, verba legis esse, vt ea in omnibus vltimis voluntatibus procedant: nam quamuis generalis clausula ad ea restringitur, in quibus ratio sibi locum facit [h], sed cū hærede scripto, non adeunte fideicommissum vniuersale non sustineatur, vt Iacobus Beluisius, Baldus, Alexander, Iason opinantur [i], non potest dici remissionem hanc codicillis fieri posse. & hoc si Bartoli primam rationem sequamur, quam suprà retulimus, argumentum admodum probabile est.

a l. vnic. §. si vero. C. de cad. tollendis.
b l. conficiūtur. ff. de iur. cod.
c §. eadem. Inst. de hæred. quæ ab intest.
d gl in rubr. C. ne fid. dot.
e consil. xij. in causa Nicol.
f §. fin. in auth. de hęred. & fal.
g consil. 474. ad euidentiam. in ij. vol.
h l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. j.
i in d. l. nemo potest. Ias. in l. ea quam fra. C. de fideicom.

CAPVT XIX.

An testator quod supra dodrantem est, ex Trebelliano, quo minus detrahatur, prohibere possit, minus frequentem sententiam veriorem videri: & quomodo intelligatur, vniuscuiusque voluntatē legibus concordem præsumi.

SVMMÆ.

1 *Falcidiæ, & Trebellianicæ differentes caussæ.*
3 *Actus interpretandi forma.*

SED subsequens quæstio est, an ve-
A rum sit quadrantem ex Trebelliano debitum, non deduci, cùm testator vetuit: nam Iustinianus in lege Falcidia solùm corrigit [k]: & communiter dici solere adnotaui, in hoc differentiam non esse, cū quadrans ex Falcidia iure antiquo illi æquiparetur, qui ex Trebelliano senatuscōsulto deducitur [l]. Sed animaduertendum est, contrariam sententiam, quam quandoque Bartolus [m] probauit esse veriorem: siquidem frequentiore calculo pro-
B batur, Falcidiam † legem inductam fuisse fauore 1
testatoris, vt qui in testamēto ab eo scriptus est, facilius ad hæreditatem adeundam animum applicet. Senatus autem cōsultum Trebellianum non idcircò scriptum est, vt hæres adeat, cū possit cogi, sed ne directæ actiones incassum hæredi, vel contra hæredem compererent. Igitur quamuis de Falcidia aliquid à Iustiniano mutatum sit, non sequitur idem esse in Trebelliano, cuius auctoritas diuersa ratione subnixa est, cū
C id principaliter hæredis fauorem ea testatorem respiciat: faciliusq; fauori suo † renuntiare cui- 2
libet permittendum est, quàm beneficio quod hæredis causa inducitur [n]. cùm itaque nihil hoc casu mutatum sit, consequens est, vt concedamus, etiamnum eam Trebelliani portionē contra voluntatem testatoris detrahi [o]: quæ verò ex Falcidia sit, non detrahi: tametsi ante Iustinianum etiam legis Falcidiæ dodrans aduersus testatoris sententiam resecaretur [p]: quod & Alex.
D & Ioan. ab Imola aliiq; approbauerunt. Verùm quandoque dubitaui, quonam pacto id defendi possit, cùm nihil sit in iure vulgatius, quàm testatorum contrahentiumque voluntates, secundùm † legis disputationē interpretari [q]: & quē- 3
libet præsumi idem velle, quod etiam lex velit. Quamobrem ita arbitror in præcedenti regula distinguendum, vt si lex aliqua sit, cui renuntiari possit, nisi expressim constet renuntiatum fuisse, eadem præsumatur contrahentis dispositio, quę
E & legis est: sed si aliquid fieri omnino lex iubeat, tunc metu legis magis q̃ spontè actum credi, nam & Vlp. [r] Velle, inquit, non creditur, q obsequitur imperio patris, vel domini, cuius rei ratio est, quia cū cogi possent, videntur timore ducti voluisse: vt non parū dubitē, si agnati simpliciter compromittāt, videatúrne timore idē disponentis decreti, an sponte id (vt communiter pbatur [s], factum: & magis est, vt à communi sententia discedam: & ex hac distinct. dilucidè ad-
F modum prędicta quęstio intelligi potest: quāuis Barbatius [t], recentioresq; [u] alij vix extricent.

k in §. si verò expressim. in auth. de hæred. & Falc.
l in l. Marcel. ff. ad Trebel.
m in d. l. nemo potest.
n Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect.
o c. Raynald. in fin. de test.
p in l. Titia. ff. ad l. Falc.
q in l. quidam. de verb. oblig.
r in l. iiij. de reg. iur.
s Alex. in l. si quis maior. C. de transact.
t in d. c. Raynaldus.
u Picus in l in quartam. ad legem Falcid.

CAPVT XX.

Si testator decem annua leget, donec legatum soluatur, valere legatum, nec decem ea aliquid ad fœnus pertinere, quod alij opinati sunt.

SVMMÆ.

1 *Annua donec sors soluatur, fœnus non censeri.*
4 *L. iij. §. fin. de ann. leg. sensus.*

CVM

1 CVM Titius † testamentum conderet, Sempronio centum legauit, & hæredem damnauit illi in annos singulos sex dare, donec omnem summam solueret: dubitatum fuit an legatum id ita, vti factum est, valeret, an verò ea sex, quæ quotannis exhibentur, sorti sint imputanda. Dubitatiouis ea ratio est, quòd manifestum est, iure, quo hodie vtimur, omne fœnus
2 † prohiberi: nec concedendum videtur, vt testator possit facere, vt heres cuiquam vsuras soluat, quippe rem inhonestam, & quæ bonis moribus aduersaretur, iuberet. Vsuram autem hanc esse, Vlpiani responsum id ostendit: Si cui certa quantitas legetur, & quoad præstetur, in singulos annos certum aliquid veluti vsuras iusserit testator præstari, legatum valet [a], &c. Et hâc opinionem non Bart. solùm & Iason secuti sunt, sed in facti quæstione Petr. Anchar. Iac. Puteus, atque Aret. ita esse responderunt [b]. Ipse contrariam senten-
3 tiam potius cū † Socino defendendā arbitror [c]: quoniam in proposito casu interpretari potest, voluisse testatorem annua illa sex potius ex legato, quàm iure fœnoris præstari. Si enim in confesso est posse quēlibet tot annua legare, donec illud aut illud factum sit, nónne idem & hoc casu admittendum æquitas admonet? veluti cùm dictum fuerit, Donec illi centū dederis, tot annua hæres meus dato: siquidem & vsura ea est, cùm ab inuito quis extorquet pecunias ob mo-

a l. iij. §. fin. de an. leg.
b in l. j. Cod. de sum. trin. & fid. cathol.
c in l. ij. de his, quæ pœnæ nomine.

ram. at nostra quæstio tunc procedit, cùm pecuniæ ab inuito non exiguntur: hæres enim nō ex sua, sed ex defuncti persona tenetur, & eius voluntatem exequitur: vt hæc præstatio eodem iure censeri debeat, atq; si testator ipse pecuniam repræsentaret: quo casu fœnus nō est, cùm spontè soluitur [d]: sed & vtique hæres, qui annua illa soluit, non de suo soluere, sed de testatoris ære creditur: quam legem suis rebus imponere eum
A potuisse, non dubitauerim. His accedit, omnes leges, quæ vsuras exerceri prohibent, de his loqui, quæ ex contractu debitoris: pactionéve aliqua debentur: quod hîc dici non potest: quod ergo mutatum non est, cur prohibetur stare [e]? Nec Vlpiani responsum efficaciter aliorum † senten- 4
tiam adiuuat: tum q, ex eo tacitè probatur posse certum aliquid in singulos annos dari, quod vsura nō erit, tametsi detur, donec sors extinguatur: alioqui generalis clausula vnico exemplo restringeretur, qđ incōcinnum esse nemo non di-
B xerit: tum etiam, quòd si expressum sit, deberi illa annua pro vsuris, nō ambigam vsuras esse: sed si earum mentio facta non fuerit, aliud iuris est, & tunc nostræ sententiæ locus erit: expressa enim nocent, non expressa non nocent: quamobrem si in contractu iurauerim soluere tot nomine vsurarum, nullam omnino obligationem oriri Baldus in cap. j. de iureiurando, scripsit, cùm tamen si nil de vsuris dicatur, non dubitemus agi posse.

d ca. consil. Iulij vl. gl. [illegible]
e l. proxima [illegible]

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARADOXORVM IVRIS NOSTRI CIVILIS LIBER VI.

PROOEMIVM.

VRGENTIBVS iam calcem, & metam tenentibus, adferenda excusatio est, quæ vel in carceribus ipsis, vel saltem in stadij initio facienda fuerat: Quis enim non auersetur eum de iure disceptātem qui si læsus esset, ex edicto vti minor posset restitui? quique si paterna res administranda illi foret, vix ætatis veniam iustis annis potuisset impetrare? cū & Homerus iuuenum leuissima esse consilia, at contrà seniorum grauia author sit. qua de causa Lycurgus, qui Lacedæmoniis leges scripsit, omnium primùm instituit, vt vigintiocto seniores semper principibus Laconum adsisterent: quod in eius vita Plutarchus refert. Queritur in Epigrammatis Posidippus, iuuenes stultitia opinionúmque vanitate affici: & debiliter vitulos, fortius boues lassos pedes figere, Hieronymus attestatur: qđ & Vergilius noster in Darete Entelloq; eleganter ostendit. quam ad rem in Casina Plautus adlusit, dum, qui vtuntur, inquit, vino vetere, sapientes puto. Cæterùm, tametsi horum grauissima est auctoritas, non tamen vsquequaque reiicienda iuuenum opera existimandum est: quandoquidem & adolescens hæc ætas suarum laudū quamplurimos assertores habet. quamob rem in problematis Aristoteles dubitauit, cur ingenij celeritate, efficaciaque promptiores se-
C nioribus iuuenes essent. Ausoniusque poëta ad Paulinum inquit:

Non quia mille annos viuit gangeticus ales,
Vincit centum oculos regia pauo tuos.
Cedimus ingenio, quantum præcedimus æuo.

Nam & Nerua filius, Vlp. autore, l. j. de postul. traditur decimo & septimo anno publicè de iure respondisse. Mitto Celsum, q vbiq; adolescēs appellatur, cū ea ætate ius ciuile interpretatus fuisset. Siquidē & Papinianū constat, tanti nominis
D virum, iuuenē admodum decessisse. Celebratur in patriæ nostræ monumentis C. Val. Petronianus, q annos tres & viginti natus, diuina humanaq; iura calluerit, nihilominus medicinā politicaq; professus, legationeq; vrbica & peregrina quinquies functus: quapropter Græca appellatione ἀνδρίμος dictus, q, breui multa percurrisset. nam & causidicus Veiento iam ætate grauior, cū à Cæcilio Secundo superaretur, Homerico carmine senum imbecillitatem consolatus est:
E *ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.*
Te senior iuuenes pugnaces acriter vrgent.

Quid memorem in re militari celebres admodum Imperatores? nónne Cn. Pompeius decimo octauo anno, & decimonono C. Octauius ciuilia bella sustinuerunt? An Alexandrum Seuerum prætercam, in cuius consilio, Paulus, Modestinus, aliique Iurisconsuli fuêre, cùm tñ & ipse cōsultissimus esset? nū eius ætate minor Gordianus

nus adolescens fuit, cuius auspicio nõ solùm feliciter foris disciplina populi Romani, sed & domi leges seruatę sunt: conspiciunturq; etiamnum in Codice quamplurimæ sanctiones ab eo latæ. Verùm quid, quæso, magis non adiuuat, q̈ Imperatorum Diocletiani, Maximianiq; constitutio? qua qui liberalibus studiis, iurique ciuili incumbunt, vacationem munerum vsque ad vigesimumquintum annum habent: quoniam eo transacto tempore, nemo (vt Bart. inquit[a]) addiscere adhuc posse præsumitur. Et hęc quidem in iuuentutis nostræ excusationem satis & super.

a in l. j. C. qui ætate & profes. lib. x.

CAPVT I.

Perplexa quædam enucleata, & lex, æquissimum. ff. ad Tertyllianum, cũ quibusdam aliis responsis. non hactenus à professoribus extricata, nunc declarata (ni si fallor) optime.

SVMMÆ.

1 *L. æquissimum. ad Tertyl. & explicari.*
3 *Auus in nepotis successione potior huius causa.*

1 PAVLI verba † sunt[b]: *Si ex filio nepotem auus manumiserit, isq; patre, & auo, & matre superstitibus decesserit, potest quæri, quis potior esse debeat. nam si mater excluserit auum manumissorem, qui patri anteponitur, edicto prætoris inducetur pater defuncti: quo admisso desinit senatusconsulto locus esse, & rursus auus vocabitur. itaq; rectius est, auo ius suum conseruare: qui & contra scriptos hæredes bonorum possessionem accipere solet.* & cùm huius responsi interpretatione nihil mihi videat difficilius, quærendum est, cur non aliter Iurisconsultus suum hunc ordinem deduxerit: nam eodem modo & sibi mater hæreditatem vendicare poterit, quasi auus patrem, ipsa auum vincat: quod argumentum pro patre quoque deduci posset, cùm mater auo, ipse potior matre sit, quemadmodum ergo extricamus? & Bartolus[c], Angelusque idcircò prædicto casu matrem excludi opinantur, quoniam auus non ex persona sua, sed in locum patris succedens, hæreditatem petat, pater autem matrem remouet. sed his ego non annuero, cùm probandum id sit, auum in patris locũ succedere. atqui contrarium vulgò dicitur, in ascen
2 dentium † successionibus, alterũ, alterius sedem non ingredi[d]. Cyrillus Homodeus eius legis rationem eam esse scribit[e], vt circuitum euitemus: nam cùm auus patrem vincat, & pater matrem, vt breuius res expediatur, auus quoque matre ipsa potior esse debet, sed & hoc dilema est, cùm mater vincat auum, auus patrem, cur eadem ratione matrem non adiuuamus? Philippus Corneus[f] pro eo pronuntiandũ putat, qui in discretis casibus iure potentiori vtatur. quamobrem cùm pater iura efficaciora habeat, meritò matri anteponitur. Verùm & hoc quoque telum ipse retorserim, cùm dubium nequaquã sit, validiores matris esse rationes, quàm sint aui, & tamen auus superior est. Bald.[g] vincere eos tradit q primam suæ victoriæ & exclusionis alienæ causam tenent, quamobrem idcircò auum potentiorem, quoniam primus ipse patrẽ excludat, à quo mater submouetur. quod eisdẽ rationibus conuincitur, quibus & proximæ opiniones: siquidem & pater ipse primus matrem excludit, & tamen remotus auo locum facit. Quid igitur censendum? etsi me non lateat, tam scabrũ salebrosúmque hunc casum esse, quàm nullus in iure alius sit, licet admodum anceps, ita finiendum puto, vt primum gradum consideremus, & qui in eo cedit, semper excluditur. quamobrem cùm in
3 † prędicti nepotis successione, primus gradus patris & matris sit, mater à parente exclusa, nõ amplius se committit, sed perpetuò remouetur, & auus qui patre potior est, succedit, & hoc pro vero accipiendum est, cùm is, qui succedit, eadem semita progreditur, ex qua præcedentis gradus hæres est: alioqui si diuerso stipite sint, tum q antiquiore & magis simili causa succedunt, primi computantur, & dein sequẽs admittitur, si illis iure potior est. Quapropter si sit agnatus defuncti, & naturalis pater sit in adoptiua familia, matrem admittamus[h]: quoniam patrem agnatus excludit, agnato autem potior mater est: nã cùm pater & agnatus iure veteri vocarentur, primò de illis agendum fuit: eo igitur iure patrẽ agnatus deturbat, vnde ex Tertylliano S.C. inducitur mater, quę agnatum ipsum vincit. cùm enim S.C. Tertyllianum factum est, idcircò inductum est, vt matri, non aliis prouideretur. at in suprascripto Pauli responso[i] non ita est, quippe auus simul cum matre non inducitur, quia cùm eodẽ ordine, quo pater veniat, inducẽdus primò fuit pater, à quo mater ipsa victa est. Itaq; si in municipio statuatur à fratribus patruelibus matrem excludi, & aliquis patruelibus matre & amita superstitibus moriatur, puto patrueles tantùm admittendos: nam quamuis amita in gradu patruelibus propinquior sit, & verbis legis nouæ non comprændatur, cùm tamen omnes diuerso iure hæreditatem petãt, & iure veteri mater amitam vincat, inducuntur deinde ex statuto patrueles, qui matrem ipsam remoueant: quod etiam, licet aliis rationibus, sensit Bald.[k] at si aliqua sit persona, quæ omnino non excludatur, tunc ea cum collegis suis admittitur. quare si sit consanguinea soror defuncti, & mater sit, atque item pater adoptati, ea cũ matre reiecto patre succedit[l]. Hinc si ex lege filia dotata per patruum † exclu- 4
datur, attamen poterit vnà cum indotata admitti: quæ omnino succedit, cùm nec iure communi, nec municipali lege abdicetur, vt ex Cornæi consilio quodam adnotaui[m].

b in l. æquissimũ. ad Tertyll.
c in l. j. §. qui habebat. ff. de bo. poss. cõtra tab.
d vt in authen. defuncto. C. ad Tertyl.
e in repet. l. si ego. de iniu. rup.
f in l. fin. C. ad Tertyl.
g in d. l. fin.
h l. ij. §. si sit agnatus. ff. ad Tertyl.
i in d. l. æquissimum.
k in d. l. fin.
l d. l. ij. §. si sit consang.
m Cor. in d. l. fi.

CAPVT II.

Legem, si is qui pro emptore. de vsucap. non videri rectè intellectum esse: quamobrẽ alio sensu enodata.

SVMMÆ.

1 *L. si is qui pro. sibi reclamantis conciliatio. 2. 4.*
3 *Vsucapionem captiuitate ruptam hæredi non prodesse.*

FAMOSISSIMA Pauli I.C. lex est, in hæc verba: *Si is † qui pro emptore* 1
possidebat, ante vsucapionem ab hostibus captus sit, videndum est an hæredi eius procedat vsucapio: nam interrumpitur vsucapio & si ipsi reuerso nõ prodest, quemadmodum hæredi eius proderit? sed verũ est eum in vita sua desiisse possidere, ideoq; nec postliminium ei prodest. quòd si seruus eius emerit, in pendenti esse vsucapionem Iulianus ait, & post paulò. Marcellus posse plenius fictionem legis Corneliæ accipi. quemadadmodũ enim postliminio reuersus plus iuris habere potest in his, quæ serui egerint, quàm quæ per se, vel per seruum possidebat? quum ad hostes peruenerit: nam hæreditates in quibusdam vice personæ fungi receptum est,
ideoq;

*ideoq; in successoribus locum habere** *vsucapionem*. In huius responsi interpretatione si alios sequamur, & in primis eius in commentationib. verbosissimos, Bartolum, recentioresque, notabiliter bis diuinandum est, semelque atque etiam iterum verba textus inuertenda sunt: & cùm hac in lege de bonis ex peculio per seruos comparatis, ne mentio quidem sit, nihilominùs in versiculo, q, si seruus, de eis verba Iurisconsultum facere, in principio non facere prodiderunt: tum in versiculo, quemadmodum, Iulianum loqui, qui Marcelli argumento dein respondeat, cùm tamen posterior ex Spartiano & Lampridio Marcellus Iuliano tradatur. quamobrem Iacobus ab Arena, rei absurditate perterritus, impossibilem esse scholasticis huius legis interpretationem, pfessus est: cæterùm nos admodum claram semper opinati sumus, & si rectè accipiatur, nihil esse quod merito quenquã angere diu possit. Sci-
2 endum itaque est, inter Iulianum † Marcellumq; olim id controuersię fuisse, quòd Iulianus tradiderat[a], ab hostib. capto eo qui pro emptore vsucapiat, vsucapionem interrũpi: quòd si interim serui eius aliquid emissent, vel antequam caperetur possiderent, vsucapionem in eo nõ interrumpi. Marcellus nihil interesse dicebat: & idcirco neq; in primo casu, cùm ipse dominus possideret, vsucapionem interrumpi: quam controuersiã ita fuisse, in tractatu de captiuis, Tryphonius refert[b]. Igitur in nostro textu talẽ quęstionẽ
3 euenisse fingendum est. Cùm pro † emptore vsucapere inciperem, & captus ab hostibus ibi decessissem, quęsitum est, an hæredi procedat vsucapio? & non procedere certum est: cùm etiam si ipse rediissem, ius postliminij in eo mihi non pfuisset: quare & de lege Cornelia idem iuris est. Sed quid, si non ipse, sed seruus meus emerit, & possederit? & tunc vsucapionem locum habere ex Iuliani sententia constat, solumque illud in pendenti est, cui acquiratur per seruum: siquidẽ me reuerso, mihi acquisiuisse videtur: alioqui dubium est, an hæredi ex lege Cornelia acquisi-
4 uerit. & hæc à † Paulo Iurisconsulto ex Iuliani sententia referuntur: nunc Marcelli opinio, quæ ad nostram quæstionem facit recitanda est. Is plenius legis Corneliæ fictionem accipiendam putauit: quapropter dum Iulianus procedere vsucapionem à seruo factam existimabat, & iure postliminij acquiri, sed quam dominus per semetipsum perficiebat, interrumpi, minimè hanc sententiam probauit. quemadmodũ enim plus iuris postliminio reuersus dominus in re, quã seruus possidebat, habere potest, quàm in re, quã ipse possideret, cùm omnis eorum potestas à domino pẽdeat? Igitur quod ad principalem quæstionem attinet, cùm hęreditates in quibusdam vice personæ fungi receptum sit & legis Corneliæ verba plenius accipienda sint, dicendum est contra quam Iulianus opinaretur, & ex eius sententia Paulus in principio dixerit, in successoribus locum habere vsucapionem: nam negatiuã hoc loco nullam esse, ostendũt antiqui codices, quorum duos ego ante Accursiũ scriptos offendi: sed & ipse Accursius in quibusdam se libris ita legisse attestatur. tametsi etiam si negatiuam hîc admittamus, possit tamen nostra hæc interpretatio defendi. Igitur vt hunc intellectũ tueamur, illud in primis adseuerandũ est, eãdem hîc attingi opinionem Iuliani, Marcelliq;, quam & alibi Tryphonius recensuerit: quamuis[c] ipse clariùs in Iuliani sententiam, Marcello reiecto, eat: sed hîc noster Paul. cùm quæstionẽ ex Iuliani sentẽtia determinet, eiusq; distinctionem referat, & tacitè ei adhæreat, Marcellum demũ cõtraria sentientem describit, quem nec probare, nec expressim reprobare audet, quapropter Tryphonio adhærendum est. Et hæc pro legis intellectu sint satis: nam quæ argumenta nos vel adiuuent, vel confutent, vix discernas, cùm admodũ dubitabilia esse Ias. ostẽdat: quale illud, An peculiaria bona ab aliis, quæ serui possident, secernantur vsucapionis causa: item & an differẽtia sit, acquisitáne ex peculio ante domini captiuitatẽ à seruo bona sint, an postquàm hostium potestatis factus est: tametsi ipse putauerim, cùm priùs à seruo quæsita sunt bona per captiuitatem dñi vsucapionem interrumpi, siue ex peculio sint, siue non sint: at post captiuitatem peculiũ in seruo considerari, quoniam illud administratione suum est, cætera verò minimè.

* alius non habere.
a l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis.
b In d. §. factæ.
c In d. §. factæ.

CAPVT III.

Paragraphum, si pignora, in l. à diuo Pio. de re iudic. alio intellectu declarandum, quàm hactenus factum sit.

SVMMÆ.

1 *Pignore minori debito, hoc extingui.*
2 *Addicendi forma, & vis.*
3 *Crediti itionis modus.*
4 *L. à diuo. §. si pignora. species, & sensus.*

VLPIANI verba hęc sunt: *Si pignora † quæ capta sunt, emptorem non inueniant rescriptum est ab Imperatore nostro & à patre eius, vt addicantur ipsi, cui quis condemnatus est: addicantur vtiq; pro quãtitate, quæ debetur: nam si creditor maluerit pignora in creditum possidere, hisque esse contentus, rescriptum est, nõ posse eum quid amplius, quàm sibi debetur petere: quia velut pacto transegisse de cætero videtur, qui contentus fuit pignora possidere: nec posse eum in certam quantitatem pignora tenere, & superfluum petere.* Dubitauit admodum, cũ eius lectioni adessem, ætatis nostræ maximus Iurisconsultus Iason, quemadmodum secunda huius responsi pars intelligi, saluis Iurisconsulti verbis, posset: quidem interpretum nostrorum, Bartoli, Alberici, Alexandri, & id genus similes expositiones, scabrę, & parum conuenire illi videbantur, tametsi nihil ipse ex suo penu illic deprompserit. Commune omnium interpretamẽtũ hoc traditur: Si creditor nolit pignora capta sibi adiudicari, sed malit ea tantùm possidere, & dominiũ penes debitorẽ relinquere, debet hoc contentus esse, etiã si minor sit huius possessionis reditus, quã id q, sua interesse posset, debitũ non solui: nam de cæterò transegisse videtur. Cęterùm vt argumenta, quæ ex voculis impropriè acceptis, omittam, non video quomodo nõ absurda sit hæc interpretatio. quis enim credat à Iurisconsulto Vlpiano cõsideratũ eũ casum fuisse, cũ creditor sibi adiudicari pignora negat, sed mauult possessione sola contentus esse? cùm enim fructus percepti in sortem computarentur, quis quæso, tam demens, & sui prodigus esset, qui non malit addici, quàm possidere? Fingamus debere te mihi mille, & pignora pretij mille & centum aureorum capta fuisse: nónne etiã si pignora quingenta tantùm valerent, satius esset ea iure dominij nunc retinere, quàm fructibus esse

contentum?cùm intra viginti fortasse annos cõ-
sumptis fructibus tua pignora restituere dein co
gi possim. Quamobrem aliter nos suprà scripta
verba accipi debere existimanus:& quoniã scri-
bentis mens intelligi non potest, nisi ex verbis
attendendum primò est, quid propriè significet
2 † addicere.Et Laurẽtius Valla, & humaniorum
literarum professores cæteri, in iure ciuili in eã
significationem id verbum capi tradunt, cùm rẽ
aliquam auctionamur,& alius alio maius pretiũ
offert:nam tali modo vendere, addicere est. Vi-
deamus nunc quid significet in creditum possi-
dere:& ego existimauerim id esse, cùm ex causa
crediti, à iudice nulla facta addictiõe, rem nobis
concessam in solutũ accipimus, nec idcirco mi-
3 nus dominij trãslatio fit. In creditum † enim ire
apud Iurisconsultos significat[a], cùm ex causa cre
diti à debitore rem aliquam peto, vt eam nõ tra
dat solùm, sed etiam det: quo sensu pluribus in
locis capitur: & quamuis nec ire, nec posside-
re quicquam ad dominium faciant, quoniam ta
men creditum ad translationem dominij pro-
priè pertinet, nõ simplicem traditionem, sed da
tionem accipimus. Igitur in hoc responso sic po
nendus est casus: Cùm deberem † tibi centũ ex
4 re iudicata, & iudex pignora capi iussisset, cum
in auctione exposita emptorem non reperirent,
qui tanti ea empturus esset, quãtum tibi debeo,
addicenda à iudice tibi esse pro omni debito, Vl
pianus censet, siue pluris, siue minoris valeãt. q;
si omissa auctiõe ea à me ex causa crediti petas,
egoq; simpliciter dederim, idẽ iuris est: qa illis
contentus esse debes: solumque hic à superiore
casus differt, quia si maius sit ęs, quod credidisti,
peteirdo pignora videris de cætero transegisse:
at priore casu, cùm addictio per iudicem fiat, &
actus necessarius sit, non potest videri factã trãs-
actionem, magisque tunc aliquid vlterius pete-
re iudicis autoritate prohiberis quàm quod trãs
egisse videare. Igitur posteriore hoc casu non po
teris pignora retinere, & superfluũ petere, quo-
niam de hoc superfluo transactio facta intelligi-
tur:& hoc cum simpliciter in creditum, in pigno
ra iueris, alioqui si expressè aliud ageretur: lex
contractus seruanda esset: & verbum, addican-
tur, in textu geminatum, maiorem emphasim fa
cit[b], mirum quippe illud videbatur.

a In l.ij.si certũ petatur.
b Arg. in l. Balista. ad Treb.

CAPVT IIII.

Rationes legis, In quartam. ff. ad legem Falcidiam. aliàs esse, quàm quæ hactenus à professoribus relatæ sint: tum Versiculus, Sed & quod implendæ. nouo sensu à cæterorum errore vendicatus.

SVMMÆ.

1 *L. In quartam. explicari eiusq; causa.* 5.
2 *Falcidiæ & Trebellianicæ discrimen.*
3 *Testantium repressa li bertas.*

IN Martiani † Iurisconsulti respõ
so traditum est[c], quadranti, qui ex
1 lege Falcidia deducitur † non cõ-
putari, nisi quod iure hæreditario
2 acceptum est: quamobrem neq;
præceptiones, neque quicquam
causa conditionis implendæ acceptum legata-
riis prodesse, quo minus integrum quadrantem
hæres deducat. Sed in Trebelliano senatuscon-
sulto aliud est: in eius enim portionẽ omne im-
putari, quod ex iudicio testatoris hæres habeat,
dummodo vniformiter habeat: quamobrem in
legato à cohærede relicto dimidium computa-
ri, quoniam illud iure hæreditario habeat: aliud
dimidium non computari, ne biformem (vt ita
dixerim) portionem accipiat. Vidẽdum est, quæ
sit huiusce rei ratio. cùm enim in fideicommis-
sis vniuersalibus quadrãs ex Pegasiano senatus-
consulto, perinde atque ex lege Falcidia, dedu-
A catur[d], non fuerat absque magna aliqua ratione
differentia hæc admittenda. & Bar.[e] hanc ratio-
nem tradit, in lege Falcidia caueri, vt is quadrãs
de hæreditate deducatur, quamobrem nõ nisi q;
hæreditario iure accipitur, deduci: at in Trebel
liano, cui Pegasiani senatusconsulti vires attri-
butæ sunt, de hęreditate nil dici, sed solùm illud
cautum esse, vt de fideicommisso quarta portio
retineatur: & idcirco tam variè inductum, quo-
niam cùm in legatis particularibus plus graue-
B tur hæres (in legatarios quippe onus æris alie-
ni non transit, quod in fideicommisso vniuersali
non est) in vno grauatus, adiuuari in alio debuit.
Sed hanc rationem & recentiores reprobant, &
nobis haud satisfacit: quoniam cùm vterq; quã-
drans lege veteri æquiparetur[f], quod in vno di-
citur, ad alium quoque trahendum est. & quam-
uis accidere possit, dictionem, Perinde, & Sicut,
& si quæ similes, eandem similitudinem pror-
sus non inducere, regulariter tamen inducunt,
C & nisi expressim differentia constituatur, idem
omnino iuris habent. Cùm itaque ex Pegasiani
verbis nulla diuersitas inducat, non admiserim,
nisi aliud constet, rationẽ hanc esse veram: quã-
uis neque multum applaudat, grauari hęredem,
quia in legatarios æs alienum non transit: quod
enim onus considerari debet, cum quadrans hic
ex lege Falcidia deducto omni ære alieno detra
hatur[g]? Baldus aliam rationem refert[h], quòd Fal
cidia res hæreditatis respicit: senatusconsultum
D verò non bona ipsa, sed vniuersitatem quãdam,
quamobrem in eo particularia non perpendi: &
ideo quodlibet in quadrante imputari, quod te-
statoris iudicio datum sit. Sed & hoc multifariã
improbãt recentiores quos tute adire poteris[i],
Mathesylanus fauorem fideicommissi vniuersa
lis id operari tradidit[k], vt multò plura cõputen-
tur in eius quarta, quàm in particularibus reli-
ctis: quod & iuniores alij probauerunt: nam nisi
fauorabilia essent, vniuersalia fideicommissa, nõ
E cogeretur hęres adire. verùm hoc haud multum
nos mouet: cùm enim cogatur, cur potius nõ ei
succurritur, qui cogi potest, quàm qui spontè a-
dit[l]? nam & ita demum fideicommissa particu-
laribus legatis fauore præualent, cum aliqua
hoc specialis ratio suadet, quam in hac dubita-
tione certè nõ reperimus: alioquin & plures ca-
sus annotare est, in quibus legatis magis, quàm
fideicommisso indulgemus, vt ex Bartoli com-
mentariis constat[m]. Alij in legatis non deduci,
F nisi quid iure hæreditario accipitur, existima-
runt[n]: quoniam legata non nisi in testamentis
iure Digestorum relinqui poterant, quod in fi-
deicommissis contrà est. verùm nec hoc autori
sat placet, & multò minùs mihi, cùm pronun-
tiatum illud falsum sit, & crebrior sententia p-
betur, etiã in codicillis eo iure legari potuisse[o]:
tametsi vel eo admisso, non satis consequens ea
ratio sit, quid enim cum in testamento fideicom
missum relinquitur, an idcirco quòd possit in co
dicillis, ampliãdum fuit in legitimi hæredis de-
trimen-

c l. in quartam. ad l. Falc.
d §. postea verò. Inst. de fid. hæred.
e In d.l. in quartam.
f Bar. in l.ij. de leg.j.
g In l. in imponenda. ad leg. Falc. C.
h In l. filiũ quẽ habentem. C. fa. ercisc.
i Picus in d.l. in quartam.
k In d.l. filium.
l l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui sat. cog.
m l.j. de leg.j.
n Picus in d.l. in quartam.
o In l.j. de leg.j.

trimentum? Cęterũ nostra tandẽ opinio recitan
da est: siquidẽ in Falcidia nõ cõputari, nisi quod
hæreditario iure accipitur, inductum esse non à
Martiano Iuriscõsulto, sed ab ipso auctore legis.
C. Falcidio magis crediderim: & huius rei auto-
rem habeo diuum Hieronymũ in Eusebij chro-
3 nica, cuius hæc verba sunt: Imperante Augusto †
C. Falcidius tribunus plebis legẽ tulit, ne qs pl9
testamento legaret, quàm vt quarta pars hære-
dibus superesset, si quatuor aut minus essent: si
autem plus quatuor, medietas: eo tenore, vt siue
liberis, siue ppinqs, itẽ exteris pater sua legaret,
illa pars, quã Falcidius cõstituit, nisi pater inter-
dixerit, & legatis fructibus & iisdem carẽtibus
ęquabiliter partiretur, nam si æqualiter quadrã-
tem cohæredes deducturi sunt, tam qui præce-
ptiones habent, quàm qui non habent: certè se-
quitur voluisse Falcidium præceptiones nõ cõ-
putari: quod & ex eo efficaciter probatur, quòd
Falcidius induxit, ne plus quàm hæreditatis do
drans testamento legari posset[a]. igitur qui su-
perest quadrans, portio hæreditatis esse de-
bet, & iure hæreditario capi: cùm enim legis
xij. tabularum verba ita essent latissimè con-
cepta, VTI QVIS LEGASSIT REI SVAE
ITA IVS ESTO[b], per Falcidium potestas hæc
coangustata est, vt non nisi intra dodrantem va-
lerent legata, quamobrem quod supra dodran-
tem in hęreditate esset, id iure hęreditario ad hę
redem ptinere debuit: & hoc in causa est, vt nec
præceptiones, nec data implendæ conditionis
causa in Falcidiam imputentur. At in pegasiano
senatusconsulto aliud iuris est: quandoquidem
illud non prohibuit vltra dodrantem fideicom-
mitti, sed solùm constituit, vt si fideicommissum
foret, quarta portio deduceretur[c]. Nil itaque mi
rum, si etiam quod iure hæreditario non acqui-
ritur, in ea portione computatur: satis enim se-
natusconsulto fit, si perinde quadrans apud hæ-
redem permaneat, sicut in lege Falcidia remane
ret, quamuis non eadem prorsus forma remane
ret, & hoc supradicta ratione, quam nec Bar. nec
eius complices satis perspexerunt. Quòd si quę
ras, cur Falcidius hoc in lege expresserit, senatus
consultũ verò non expresserit? in senatuscon-
sulto respondere possumus, voluisse amplis-
simum ordinem hæredi consulere, & tamẽ quã-
minimum posset fideicommissario præiudica-
re. quid autem in Falcidio efficaciter dicam, vix
suppetit: & cùm verba legis qualia fuerint, satis
ex Hieronymo constet, non arbitror adhuc in-
quirẽdum: potuit enim legislator persuasiua a-
liqua ratione moueri, & legem ferre, quam po
pul9 sciuerit, veluti si iustum existimauit, vt qui
in testamento hæres scriptus esset, saltẽ quadrã-
tem iure hæreditario haberet: quod & simili ca
su in filiis ferè Iustinianus introduxit[d], vt videli
cet teneatur pater iure institutionis quadrãtem
filio relinquere: videtur enim Falcidij legẽ imi-
tatus, dum etiã constituit, vt si plures quatuor li
beri essent, semissem pro legitima habeant[e]:
quod & Falcidium statuisse Hieronymus osten
dit, quamuis hucusque, quod equidem sciam,
animaduerterit nemo. Videamus nunc, cur in
fideicommissaria hæreditate, si cohæres suum
aliquem fundum præstet, ab hærede totus in
quadrantem computetur: si verò fundus iste hæ
reditarius sit, portio solùm hæreditaria, puta di-
midia imputanda sit. Et Accursius quem Barto-
lus[f] sequitur, id introductum tradit, ne eadem
res diuerso iure censeatur: quæ ratio meritò re-
centioribus omnibus displicuit[g], cùm hoc casu
potissimum eadem res variè accipiatur: quippe
pars vna Falcidiæ imputatur, alia non imputa-
tur. Quidam rei alienæ legatum non tanta in-
terpretatione adiuuari, sicut propriæ, scribunt:
quamobrem legatario incumbit onus proban-
di, cognitum fuisse testatori, rem esse alienam.
Igitur cùm cohæres fideicommissa rei non hæ-
A reditariæ præstat, vt voluntas hæc perstringa-
tur, omne quod præstat, Falcidiæ imputari de-
bet: cùm verò hæreditaria res est, latiori inter-
pretatione sola portio computatur. Verum nec
id ego probauerim, cùm ex pronuntiatis Barto-
li[h] constet, non aliam interpretationem fieri so-
lere, cùm res hæredis legatur, quàm cùm pro-
pria relinquitur. Sed & si falsum id esset, ex eo-
rũ tñ ratione contrarium asserendum fuerat: cũ
enim Falcidia aduersus testatoris voluntatem
B detrahatur[i], quo magis fideicommissario faue-
tur, eo amplius testatoris sententiam adiuua-
mus: fauetur autem maximè, cùm tota res alie-
na legata Falcidiæ imputatur. Sed & tametsi o-
nus probandi legatario incumbat, non ideo mi-
nus legatum rei alienæ interpretatione proten
di dicendum est, cùm argumẽtum de probatio-
ne ad substantiam rei nihil inferat[k], quid erit si
hæres hic, cui huiusmodi legatum factum est, sit
filius testatoris, vel consanguineus? tunc enim
C quicquam probare opus non est: quamobrem
fortasse in Baldi sententiam eundum fuerit[l]. Sci
re † enim debemus, tam in Falcidiæ legis, quàm 4
in senatusconsulti portione id imputari, quod
voluisse testator creditur: cauit vtique id expres
se Falcidius, & ex Iureconsultorum quoque re-
sponsis palam est[m]. Igitur ordinatio testatoris, e-
iusdem rei diuersos titulos constituentis, con-
fundi non debuit. & sicut quod accipitur iure
prælegati, differt ab eo quod hæreditario acci-
D pimus, ita etiam in computatione faciundum
fuit: & hoc tametsi frigidè, vtcunque defen-
di potest, quando nec Alexandri[n] argumenta
quicquam vrgeant. Sed quid si ratione noua ipsi
nodum hũc dissoluimus? vt enĩ suprà visum est,
induxit Pegasianum senatusconsultum, vt hæ-
res retinere quartã fideicommissi, hæreditatis-
ve posset: at cùm fundum hæreditarium dari co-
hęredis fideicõmissum est, pars hæreditaria im-
putatur: quia verè pars hæreditatis est, reliqua
E non est, & idcirco non imputatur. Nec obstat, q;
datum causa conditionis implendæ, vel rei p-
priæ ipsius hæredis legatum imputatur: quoniã
illud subrogari loco quartæ portionis fideicom
missi videtur: sed in nostro casu pars non hære-
ditaria fingi non potest in eã portione subroga-
ri[o]: cùm enim idcirco legatum hoc valeat, quia
à parte eius hæredis, cui præstari debet, separat,
non debuit fingi ptinere ad eius hæreditatẽ pos
se, ne à se sibi legatum videat[p], & vnà cum cæte-
F ris omnino corruat: Et ex hac ratione bellissimè
infertur ad sequentes Iuriscõsulti Martiani deci
siones. Cùm enim rei hæreditariæ portio, quæ
ad cohæredem spectat, non posse fingi pars esse
hęreditatis alterius, idcirco non imputat. Quid
si legatum hoc consistat in pecunia? & tunc sec9
est, cùm nil fictioni repugnet: quoniam in gene-
re suo pecunia functionem recipit[q]. Subsequi-
tur: quid † in fideicommisso dato causa condi-
tionis implendæ? veluti si testator me & Titium 5

a l. j. ad l. Falci.
b l. uerbis. ff. de uerb. signif.
c d. §. postea uero.
d §. aliud quoque. in auth. ut cum de appell.
e auth. nouissima. C. de inoff. test.
f In d.l. in quartam.
g Mod. in d.l. filium quem.
h In l. nemo potest. in ij. op. de leg.j.
i l. Titia. ad legem Falcid.
k l. duo sunt. de testa tut. Bal. in l. cum quis. C. de iuris & fact. ignor.
l In d.l. filium.
m l. cum quo. §. fi. ad leg. Falc.
n In d.l. in quartam.
o Glo. in l. talis. de leg.j.
p l. legatum. §. j. de leg.j.
q l. ij. si cert. pet.

hęredes instituat, & grauet vt Titio partẽ meã, si fundum mihi ille dederit, restituam: dein Titio fideicommittat, vt fundum mihi ipsum det: videtur hic fundus quia hæreditarius, nisi pro parte imputari debere: contrà ostenditur ex voluntate defuncti, qui voluit dari causa conditionis implẽdæ, cùm quæ eo modo dantur, integrè computari soleant: & hoc magis Iurisconsulto visum est. Ponit itaque regulam, à qua duos casus excipit, cùm pecunia præstatur, vel cũ fideicommissum causa adimplendæ conditionis datur. & hoc sensu puto accipienda eius verba, interpretationes enim Doctorum perquàm calũniosæ sunt[a]: quarum prima est, fideicommissum hæredi datur, id est, dandum iniungitur: qđ meritò recentioribus displicuit[b], quapropter alij, fideicommissum appellari posse, quod causa implendæ conditionis datur, lata & impropria significatione autumant, quæ responsio seipsam ostẽdit, vt cõfutatione nõ egeat. alij aliter, & ineptè, vt huiusmodi affaniæ quibusdã ante nos improbatæ sint[c]. alij ab vno dari, puta x. causa conditionis implendæ, ab alio fideicommissum malunt, quod verbis Iurisconsulti non cõgruit.

a Bar. Alex. ibi.
b Mod. Perusini ibi.
c In d. l. filium quem habentẽ.

CAPVT V.

Intellectus omnes qui hactenus dati sint l. filium quẽ habentẽ. C. famil. erciscũ. probabiles nõ esse, quare aliter quàm à cæteris declarata: & nil differre deductionem ab alijs legatis.

SVMMÆ.

1 *Falcidiæ in l. filium. ratio.*
2 L. *Nesennius. ad l. fal. sensus.*
3 L. *Deducta. §. numis explicari.*
4 L. *filium.* C. *fa. ercisc. enucleata.*

† aliàs Filius.

1 FILIVM † *quem † habentem fundum portionem hæreditatis fratribus & quibusdam aliis, sub conditione verbis precariis restituere, sanxit testator: post eius conditionis euentum hæreditaria parte prædij in quartæ ratione retenta, compensato præterea quòd à cohæredibus vice mutua percepit, & si quid deest in supplementum deducto, quod à cæteris in eo fundo soluitur, suprà quartam habens reddere compellitur.* Sacratissimorum Impp. Diocletiani Maximianiq; hoc rescriptum[d] tam difficile intellectu, tam horridum tractatu, tam confusum interpretamentis existimatur, vt non aliud simili forsan in iure ciuili reperias. Videamus nos igitur, quo sensu accipiendum sit. Et in Accursianą paraphrasi tres expositiones adferũtur, quæ eò tendunt, vt fideicommissum vniuersale, adueniente conditione, deducta quarta restituatur, in qua hæreditaria portio fundi computetur, quem fundum in peculium datum veteres crediderunt. Ioannes pręlegatum mauult: Azo mortis causa filio donatum: quę declarationes & textum peruertunt, & etiam iure non ꝓbantur. nam cur fundum hunc in peculium datum dicamus, vel mortis causa donatum, cùm id in rescripto non exprimatur? Sed & concedamꝰ hoc exprimi, cur in quadrante fideicommissario computari debet, si non ex iudicio testatoris accipitur? ea enim quæ donantur, in quartam computari non debent[e]. item quæ in peculium filiis conceduntur, post mortem patris non retinenda, sed communicanda sunt[f]: quod in dubio cũ effectu intelligendum est, cum & id dicatur propriè ad communionem reuocari, cuius pars ad vnum, pars ad alium vel pertinet, vel pertinere potest. neq; dicat mihi quisquam, ex Bartoli sententia fundum hunc filio ex causa omnem adiudicatum fuisse: quoniam & hoc extra rescripti verba inducitur, & à quibusdam etiam aliis modis confutatur[g]: quam aleam Ioannis quoq; interpretatio subit, q̃ videlicet textus verba multifariam trãsferat, & quędã impropriè accipiat, quamobrem Cinus improbabilem eam appellat, & meritò ab aula, vt eius verbis vtar, reiectã. In quam sententiam & Bart. & vno consensu alij scribunt. Fuit & noua interpretatio Mathesilani, quam cùm expugnatam confutatamq; Politus Senensis, mehercule & diligẽs, & bene doctus Iurisconsultus, relinquat, illi acquiescendũ duco. Disputemus interim, an quod ipse ex suo penore interpretamentum adfert, defendi possit: is huiusmodi casum in rescripto adserendum opinaẗ, vt pater tribus filiis, vel fortasse quibusdam aliis etiam institutis, vnum ex filiis sub conditione rogauerit portionem suam restituere, retento tñ & deducto sibi fundo hæreditario: eueniente conditione tractatum est, quemadmodum ratio legis Falcidiæ ineunda esset: & respõdetur, debere eum portionem hęreditariam fundi cõputare: tum etiam si quid iure legati, vel fideicommissi à cohęredib. accepit, & si adhuc ad quartam desit, suppleat ex hæreditate: illud aũt quod in fundo habet, non hæreditarium, sed ex cohæredum portione, hoc non imputetur, sed supra quartam habeat. & licet hæc interpretatio mihi quandoque applauserit, duo tamen maximè nunc videntur illi aduersari, nam si diuinandum non est, vt certè non est, quomodo in textu probabitur, voluisse testatorem, vt filius retineret fundum? de hoc vtiq; in quo huius declarationis cardo consistit, in rescripto verbũ est nullum, sed cùm à testatore dictum non constaret, & Imperator rętineri iubeat, Bartolus vt multò minus ariolaretur, induci id ex tacita voluntate testatoris tradidit, quæ ex eo præsumitur, quòd fundus is in peculium illi datus fuerat. Secundũ argumentum ex Pauli epistola ad Nesennium Apollinarem colligitur[h]. cùm † enim quartã ex senatusconsulto filius hîc deducat, non videtur quòd portionem tantummodò hęreditariam in eo fundo computare debeat, sed aduersus cohæredes omnem potius. 2 Neque mihi satis arridet illa distinctio, vt secernamus, an testator à cohærede fideicommissario legauerit, vel fideicommiserit, vt tũc epistola Pauli obseruetur: an verò iusserit hæredem deducere, vt hoc casu hæreditaria solùm portio deducatur: nam si Dinũ, Bartolũ, concordesq; aliorũ traditiones sequamur[i], contrariũ potius dicẽdum foret, cùm illud quod deduciẗ: facilius totũ cõputetur, quàm ab alio accipitur. exemplum in pecunia, quã si hæres ex seipso deducere iussus est, totã imputat, alioq nõ imputat. Sed et nõ crediderim ꝓbabilẽ hanc esse differentiã, cũ indubitati iuris sit, in legatis verba nõ cõsiderari: vt siue hęredi dictũ sit, accipias fundũ, siue, lego tibi fundum[k]: nisi expressim à Iurisconsultis animaduersum id offendam nihil referre arbitrer. nam etsi deductio hęc à legato differret, debuit vtique à Iureconsulto nominari. quòd si legati species est, tunc Iustinianum obiiciam, qui legata sinendi modo nihil ab aliis differre, itidem & præceptiones, ex constitutione diuorum fratrum ostendit[a]. Sed & Papiniani responsum, quod suæ opinionis argumentum habet, pro nostra & communi sententia induci potest[b]: cùm enim pecuniam omnem imputari in Falcidiam docuisset † 3 Diuersa, inquit ille, causa est prædiorum hæreditaria parte retentorum: quippe pecunia omnis de portione retineri potest: prædiorum autem alia portio non nisi à cohærede, qui dominium habeat, accipitur. nam cùm de pecunia scribens vtatur Iurisconsultus verbo retentionis, deinde aduersatiuè loquendo de fundi portione, accipitur, inquiat, à cohærede, ostendit non posse hęredem propria autoritate deducere, & nihil deductionem hãc à legato differre. Verùm nec verborum vi differentia hæc, quod ille opinatur, latis probari potest. Si enim scriptum in testamẽto sit, deducto fundo fili hæreditatem restituas, non propterea fundus in Falcidia computandus non est: alioqui si hoc obseruaremus, nec hę reditaria pars deduceretur, quod textus noster iubet: nam & in legatis diciẗ, vt hæres accipiat, vel hæredi detur, & tamẽ in effectu integrè non accipit, cùm teneatur reddere. Præterea quibus ex verbis constet in textu nostro deductione actum, velim Politus ipse viderit: simpliciter ẽm scriptum est, fundum habẽtem: cur non alio potius iure, quàm deductionis? atqui verbum, habere, latissimum est[c], vt ita coangustari nõ debeat. Confutatis igitur aliorum expositionibus, tempestiuum est, vt quod ipse sentio, in medium adducam: non quòd sententiam nostram probari postulẽ, aut maleuolis vitilitigandi ansam pręstare velim, sed vt qualemqualem ostam studiosis potius obiiciam. Itaque sic me interprete fingendum est de facto euenisse. Testator pluribus filiis hæredibus institutis, vni prælegauit fundũ per legatum vendicationis, quod fiebat hoc modo: fili mi, talem fundum tibi habe vel pręsume, vel vẽdica, vt Caius in Institutionib. sub rub. de legatis, scribit. Idem testator eum rogauit, vt hæreditatem fratribus si nauis ex Asia veniret, restitueret, mandauitque vt ipsi fratres vice mutua decem illi darent: ea conditione eueniente, quæritur quid quartæ ex senatusconsulto Trebelliano deducendæ imputandum sit: & si hæreditas restituenda centum æstimetur, xxv. erunt pro ea quarta retinenda: quæ computatio sic inibitur, vt in primis portionem hæreditariam fundi imputet, quæ si fundus xxiiij. valeat, cùm tres hęredes scripti proponantur, erit viij. 4 Rursus† decem quoque illa quæ à cohæredib. vice mutua percipit, compenset: quod verò ad quartam deest, nempe vij. ex eo quod restituere debet, sibi suppleat: reliquas enim partes fundi supra quartã habet, nec imputat. & redditur hoc modo sensus clarissimus, & dictio illa, habentem, ad legatum vendicationis refertur, quod solebat eo verbo concipi: tametsi etiam nihil impedit, eam vocem ad restituendi verbum referre, quasi eo tẽpore habeat, quo restituit, ne existimemus (quod alij arbitrantur) eum habuisse fundum viuente patre. Nec me mouet Nesennij consultatio, quã traditur, aduersus cohæredem omne legatum computari: quoniam eo casu loquitur, quo hæres grauatus à cohærede legatũ petit: erit. n. cohęrẽs cõuentus exceptione doli tutꝰ, nisi ille huiusmodi legatũ Falcidię imputauerit. at nos loquimur in hęrede, q̃ nõ ipse qcquã petit, sed ab eo petiẗ: cũ. n. fundus ꝑ vendicationem sibi sit prælegatus, non compellitur eum petere, sed propria autoritate ex seipso accipit, vt Caius attestatur: sicq; vocula illa, habentem, perquàm ἐμφατικῶς ea in constitutione accipitur. Nec nouum est, æquitatem, de qua Nesennij consultatione, soli exceptioni sufficere, & adeò efficacem non esse, vt inde actio ꝓduci possit: totum enim id voluntas testatoris facit, qui legando per vendicationem, magis fauere honorato voluisse videri potest. & quamuis hodie sublata sit differentia legatorum vendicationis, damnationis, sinendi modo, & præceptionis, hoc procedit quantum ad actiones, quæ eædem quibuslibet conceduntur, nõ quantum ad alios effectus, qui ex mente testatoris proueniũt, quæ potissimum attendi debet: quod pluribus exẽplis probare possum, sed duo sufficiant. Si testator per damnationem nurui suæ adhuc in matrimonio agenti, ius petendæ dotis pręlegauerit, nihil agit[d]. si hęredem sinẽdi modo grauauerit, vt sinat se conueniri ab ipsa, quamuis de facto, vtile legatum est, idque frequentiore calculo Alexander probat[e]. Rursus si per vendicationem testator dixerit, Titius talem fundum accipiat, sibi habeat, videtur etiam hodie concessa facultas propria auctoritate sumendi[f], cùm alioquin de manu hæredis petenda sint regulariter legata, quod & in ea specie respondit Modestinus, cùm testator filio dixisset, volo ipsum à seipso præcipuũ accipere, σύγκτησιν ἀμνοφόρον* κομιάνην σὺν οἷς ἔχει ἐνθήκαις πάσαις, latifundium agniferum Comianum cum omnib. quæ habet instrumentis[g]. Adde q̃ Iustinianus in legatorum fauorem quatuor illas species exæquauit: vt minimè verisimile sit, manus iniectionem, quæ ex legato vendicationis concedebatur, ab eo sublatam, ne quod fauore indultum fuit, in odium retorqueatur.

d l. filium. C. famil. ercisc.
e l. in quartam. ad l. Fal. ff.
f l. certum. C. famil. ercisc.
g Politus in d. l. filium.
h l. Nesennius. ff. ad l. Falc.
i In d. l. in quartam. in vij. opp.
k l. ij. C. communia. de leg.
a Instit. de leg. in prin.
b In l. deducta. §. numis. ff. ad Trebell.
c l. stipulatio ista habere. de uerb. obl.
d l. ij. de dot. præleg.
e l. si Titius. de uerb. oblig.
f Doct. l. centurio. de uulg.
* In Pand. Flo. ἀγονοφόρον *Sed neutra lectio recta est.* ἀγνοφόρον *igitur legendũ primus animaduertit Pardulphus Prateius cuius lectio à multis probata est. Est autẽ* ἄγνος *fructicis, ceu plantæ genus apibus gratissimum Aristo. lib. ix. animalium.*
g l. Titia. cũ. §. j. de leg. ij.

CAPVT VI.

Africani Iurisconsulti responsum in l. qui CCCC. §. qui CC. ff. ad leg. falcid. à recentiorum calumnia defenditur, qui errasse Iurisconsultum in computatione asseuerabant.

SVMMÆ.

1 *Falcidiæ ratio rectè à Iuriscon. inita in l. qui 200.*

CVM quidam † ducenta in bonis habens, Titium hæredẽ instituisset, mihi centum purè, Seio centũ sub conditione legauit: interim dum cõditio euenit, ex legati fructibus xxv percepit: dubitatum est, quemadmodum legis Falcidiæ ratio ducatur. Et Africanus Iurisconsultus respondit[h], quoniam tãtò minùs meo legato Seij legatum est, quantò fructus interim collecti æstimari possunt, censeri centum mihi. Seio lxxv. legata esse: quare septem partes fieri debere, vt tres Seius, quatuor ego soluam. quæ decisio quamplurimis visa est iniusta, & calculi errore facta: & memini, cùm adhuc Iustinianus nouus essem, vixq; liminarem Digestorum pagellam euoluissem, fuisse quendam magni nominis scholasticum, qui publicè ostensurum se proposuerit, maximum hac in computatiõe Africani errorem: quamobrem tametsi etiam tum disciplinæ huius admodum rudis, dolebam tamen tanti viri memoriam lacerari. Aliquo post 1

h In l. qui CCCC. §. qui CC. ff. ad leg. falc.

tempore editus tractatus est, non eius quidem arrogantis viri, sed perquàm consummati Iurisconsulti, qui vt verbis modestior est, ita rationibus efficacioribus pugnat[a]: is inquit: Siue tempus quo conditio existit, consideremus, siue tẽpus mortis cum superiore iunctum, vtroque casu videri aliter computandum fuisse. nam cùm, vbi extitit conditio, dominus legati puri centũ vigintiquinq; habeat (ex fructibus.n.xxv.illi acquisita sunt) cui verò sub cõditione legatũ fuit, centum teneat, non septem partes, sed nouem faciendæ fuerant: non enim quarta ampliùs, sed quinta in legato puro est, cùm ego centum xxv. Seius centum acceperit. Quòd si aliud tempus, nimirum mortis, consideremus, ego centum habui, Seius non æquè centum, sed tantò minus quantùm potuisset interim ex fructib. acquiri, donec centum fierent: quæ summa lxxx. esse potest, cùm ex centum lucrer xxv. eadem ratione ex octoginta xx. Igitur perinde est, ac si à principio ego centum, Seius octoginta habuisset: qua ratione in nouem quoque partes diuidendum fuit, quod conferendum erat. Cæterum quoniã verisimile non est, Iurisconsultum Africanum errasse, videamus an defendi sua hæc computatio possit. Et crediderim, si tempus quo conditio existit, respiciamus, non posse dici, eum cui purè legatum, est cxxv. habere, vt ille existimauit, sed centena tantùm: nàm cùm is sua centum statim habuit, confusa sunt propriis bonis, factaq; sunt pars patrimonij ipsiꝰ legatarij[b], & ideo fru-
2 ctus inde collecti ampliùs † non cõputant: vt idcirco augeri legatum dicere possumus, cùm illi fructus sint rei iam suæ. At in fructibus legati cõditionalis aliter est: quia hæres eos in quencunque euentũ de re hæreditaria capit: quapropter vtrique computat, censeturque illo minus in eo legato esse: igitur meritò mihi centum legata cõputatur, Seio lxxxv. & in vij. partes fit deductio. Neq; à tempore mortis ex altero argumenti capite fieri computatio debuit, cùm si Seius lxxx. tantum haberet, xx. illa sibi soli acquireret: sed in nostro casu lxx. hæc v. collecta non Seio tantùm, sed & mihi prosunt[c]: vt tandem nobis in hoc applaudam, quòd eius sententiæ semper fuerim, vt magis me Iurisconsultos ingenij debilitate nõ intelligere faterer, quàm eis erroris aut negligentiæ notam inurerem: non quòd & ipsi homines non fuerint, sed quòd nos ita illis inferiores, vt discernere vbi lapsi sint, nequeamus, si tamen quandoque dormitauerunt, quod non opinor.

a. repe. l. filium. famil. ercis.
b l. sed si plures. §. filio. ff. de uulgar. & pu.
c l. in ratione. ad leg. Falc.

CAPVT VII.

Intellectum Hugolini in l. re coniuncti. de lega. iij. non rectè à recentioribus defendi, tametsi verus sit: quamobrem disputatum, an alijs modis sustineri posit.

SVMMÆ.

1 *Coniunctorum potior. 2.3.4.*

DIFFICILIS est Pauli illa lex, qua qui sint coniũcti vel re vel verbis, explicatum est: idq; siue materiã expositionesue Doctorum respicias, siue etiam † Iurisconsulti ver-
1 ba: præfertur enim, inquit, cæteris, qui re, & verbis coniunctus est. quòd si re tantùm coniunctus sit, constat non esse potiorem: si verò verbis quibus coniunctus sit, re autem non, quæstionis est, an coniunctus potior sit: & magis est vt ipse pręferatur. Dubitatum fuit, quo intellectu versiculus hic vltimus accipiendus esset: & quoniam veteres maiorum opiniones, Ioannis Roglerij, Azonis, & id genus cæterorum referre, cùm ab omnibus recentioribus confutentur, operæpre-
A tium non est, videamus an Hugolini interpretatio, quæ dubio procul verbis legis admodũ congruit, vera sit, & quomodo defendatur. Existima- 2
uit is, à Iurisconsulto in vltimo responso quærit† num coniunctus verbis tantùm, pręferatur illi, qui re solùm coniungitur: & responderi præferendum: & profectò cùm pręmodum contextus verbis congruat hæc expositio, non arbitror futuros fuisse vnquam aliquos, qui cũ Hugolino non sentirent: nisi Iurisconsulti quodam respon-
B so arcerentur, quo hoc videlicet traditum est, eos qui verborum complexu iunguntur, & qui re connexi sunt, æqualiter succedere, nec alterũ alteri pferri. Pomponij[d] enim in tractatu de hæredibus instituendis. verba hæc sunt: Si ita quis hęredes instituerit, Titius hęres esto, Caiꝰ et Męuius ex æquis partibus hęredes sunto: quamuis, &, syllaba coniunctionem faciat, si quis tamen ex his decedat, non alteri soli pars accrescit, sed omnibus hæredibus pro hæreditariis portioni-
C bus: quia non tam coniunxisse, quàm celeriter dixisse videatur. Petrus ex Genabo, quam Aureliam dicunt, & alij quidam Gallici doctores[e] negant Titium in proposito exemplo re tãtùm cõiungi. atqui ex eorum sententia, inter primã institutionem & secundam, addendum fuit punctum, quod ęquè pollet atque copula, & idcirco etiam verbis coniungit. Sed hæc responsio nemini non reprobatur: vbi enim necessaria est copulatiua illa vox, vel subinducitur, vel ex pun-
D cto colligitur: at in nostro casu nemo eam ad rectam locutionem quicquam facere fatebitur. Salicetus distinguendum putauit, vt si coniunctus re, alios verbis cõiunctos pręcedat, quòd in superiore casu est, tunc pariter succedant, ex præsumptione legis, quæ testatorem magis voluisse celeriter scribere, quàm coniungere, arbitratur. pinde igitur est, ac si omnes re coniungere voluisset. at verò si è conuerso scriptum sit, Et † coniũ- 3
cti verbis ordine scripturæ eum antecedant qui
E re cõiungitur, secùs esse, cùm eo casu quicquam de celeritate non fingatur. Iason id improbat[f], tanquam in textu ordo ille non consideretur: quod parum me mouerit. fortiùs ex eo vrgeor, quoniam si testator re coniungere voluisset, non instituisset eo addito, se æquis portionibus instituere, quo casu etiã celerius dixisset. Sed & hac admissa opinione, præferendi erant vel Caius vel Mæuius, quòd etiam verbis coniuncti forent. Petrus Besutius[g] nunc coniungi eos verbis ne-
F gat: quippe non vt coniungeret, sed vt celeriter diceret, appositam à testatore copulam: nunc Titium re quoque disiunctum opinatur, tanquam verba illa, æquis portionibus, ad eum quoque referri debeant. Sed vtranque expositionem argutissimè Iason confutat: cur enim vox hæc, æquis partibus, ad Titium referatur cùm quæ in aliena clausula dicta sunt, ad pręcedentem referri non debeant? aut cur cõiunctos Caiũ & Mæuium non dicamus, qui vna oratione positi, etiã remota copula coniunguntur? Iason cùm se valde no-

d l. si ita quis. ff. de hær. inst.
e In d. l. re coniuncti.
f In d. l. re coniuncti.
g In rep. d. l. re coniuncti.

de notabiliter respondere testatus esset, Titium asseuerauit neque re cõiungi: cùm enim in principio absque partibus hæres institutus sit, censetur institutus in totum: quamobrem vbi Caium Męuiumque testator addidit, existimandus est ad dupondium transisse. Cum igitur diuersis assibus instituti sint, non potest credi ius accrescẽdi inter eos, tanquam re coniunctos, esse. sed & Caius Męuio non coniungitur, quoniam non tam coniunxisse, quàm celeriter dixisse testator videtur. Cęterũ & hæc Iasonis interpretatio minimè mihi satisfacit, cũ si ratio celeritatis cessaret, præsupponit textus Titium aliis coniungi, ergo ad dupondium trangressum non est: qđ & Ioannes ab Imola satis perspicuè ostendit[a]. nam & cur Caium Mæuio iungi negem? quasi testator duas orationes facere separatimque eos scribere voluerit, sed celeritatis causa, vna clausula vtrunque instituerit. Videtur vtriq; nobis hoc nõ sat congruere: quis enim Iurisconsulto hanc testatoris voluntatem manifestam fecit, vt ex ea à communibus regulis recederet? ex verbis certè non constat, ergo obseruanda nõ fuit, sed potius ex vi verborum respondendum fuerat, Caiũ aut Mæuium Titio præferri. Quid censendum? Existimarem in casu claro, cùm constat testatorem
4 expresè egisse, vt vnus † verbis coniungeretur, alius re tantùm, eum qui coniunctus verbis est, præferri: quod ex Hugolini interpretatione cõstat: alioquin in dubiis tantæ efficaciæ non esse coniunctiuam copulam, vt propter eam disiuncti excludantur: quamobrem censeri potius, gratia celeritatis appositam, eo scilicet respectu, vt etiam disiunctus simul admittatur, non vt coniunctum verbis tantùm, quasi non coniunctum excludat: & hoc in hæredibus præsertim, in quibus vt ęquales portiones fiant, legib. admodum placuit.

a In d. l. si ita quis.

CAPVT VIII.

Lex, Mulieri & Titio de condit. & demon. declarata, & ab Raph. Socin. Ias. argumentis defensa: & noua ratione dicendum ex ea probari, tametsi speciali iure succedatur, ius accrescendi esse posse.

SVMMÆ.

1 *Legatum mulieri vetitæ nubere deberi.*
2 *Accrescit specialiter succedenti.*

1 MVLIERI & Titio † *vsusfructus, si non nupserit mulier, relictus est: si mulier nupserit, quãdiu Titius viuet, & in eodẽ statu erit, partem vsusfructus habebit: tãtùm enim beneficio legis ex legato mulieri concessum esse intelligendum est, quantùm haberet, si conditioni paruißet: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.* Ex hac Papiniani lege eã conclusionem collegit Bar.[b], vt quoties aliquis iure speciali aduersus testatoris voluntatem legato fruitur, in coniuncti portione ius accrescẽdi non habeat: cuius rei variæ rationes à Baldo diuersis locis referuntur, quæ à Socino, Iasoneq; collectæ omnibus ad manus sunt. Cæterùm videndum est an communis intellectus defendi possit, existimauerunt enim Raphael Comẽsis, & recentiores[c] alij, non solùm Bartoli eam conclusionem ibi non probari, sed potiùs contrarię

b In l. re coniuncti. de le. iij.
c Raph. & Soci. in d. l. mulieri. Ias. in d. l. re coniunct.

sententiæ argumenta duo efficacia colligi. primum est, dum dicitur, quandiu Titius viuit, & in eodem statuerit, vsusfructus ad mulierem pertinebit. Sed argumentum hoc haud ita ego admiserim: quoniam si Titius in eodem statu non erit, sequitur eam non habituram vsumfructum: non tamen concedendum est, ad mulierem deferendum: atqui ad proprietarium potiùs ex re-
A gula ptinebit[d]: quamobrem quod Iason adfert, verba illa nihil operari, explodendum est: operãt eñ, vt dominus, proprietatis eũ capiat. Secundum argumentum ex ratione legis deducitur: inquit enim Papinianus, Tantùm ex beneficio legis mulier consequetur, quantum haberet si conditioni paruisset: sed si paruisset, iure accrescendi toto vsufructu frueretur: cur ergo contrà? Verum & hìc respondendum puto, verba ea accipi secundum legis casum oportere: cùm enim
B Iurisconsultus, quando Titius accepturus erat, nisi defecisset conditione, locutus esset, subiunxit illam rationem, quæ eo casu perquàm vera est: sed vbi Titius repudiaret, tunc ea ratio inducenda non est. Nec obiiciat mihi quisquam, rationem generalem esse[e], & ideo extra casum trahi: quoniam tametsi hoc peruulgatum sit nimis, & indistinctè verum esse omnes admittant, possunt tamen plures leges adduci, quæ huius pronuntiati falsitatem ostendunt. Sed & Bartolus
C id intellexit, si commodè ad alios casus ratio pduci posit[f], nõ aliter. Bal. verò hoc admittit, cũ in generali clausula ratio recitat̃, nõ si in speciali, vel (vt verbis eiꝰ vtar) discretiua[g], q̃ in nostro casu est. Et hęc ad cõmunẽ intellectũ defendẽdũ satis. Cęterùm aliam huius responsi rationem esse opinor, quàm vt Badus, vel alius quisquã tradiderit: fauore enim matrimonij in suprascripta quæstione admittebatur mulier, etiam cõtra võluntatẽ testatoris: sed postquã iam nupta est, ces-
D sat pauxillum ille fauor (non enim quæ nupta est, aliud matrimonium sperare debet) quamobrem priuilegium cessat, & id ex regula, cùm acquisitionis causa amplius non subest, licet quæsita permaneant, acquirenda desinere[h]. Igitur † 2
aduersus Bartolum existimauerim etiam inter succedentes iure speciali ius accrescendi esse, si tamen specialis illius iuris, & gratiæ causa adhuc supersit: sed si non superest, neque iure non decrescendi locum esse. nam si Bartol. generali-
E ter sequamur, illud falsò dixerimus, iuri non decrescendi etiam inter speciali indulgentia succedẽtes, semper locũ esse: in prædicto.n. respõso, mulier Titio nõ verbis tantùm, sed & re coniungitur: quapropter & ius non decrescendi vtique illi competeret, & tamen non succedit.

d l. si Titio usufr. ff. de usufr.
e l. regula. ff. de iur. & fac. igno.
f In l. metum. §. animaduertere. ff. quod metus cau.
g In c. secundo. requiris. extra de appel.

CAPVT IX.

Num definitionem generaliter procedere sit satis,
F *Accursij, Angeli, Alexandri, Aretini, Abbatis sententiam veram non videri.*

SVMMÆ.

1 *Definitio imperfecta non dicitur. 4.*

QVÆSITVM est † an definitio ea sustinenda sit, quæ non omnes casus comprændit, sed regulæ tantùm adhęret, atq; generalia complectitur. & 1

h l. j. in prin. ubi Cor. C. de cadu. tollend.

Accurſius ſuſtinendam eſſe arbitratus eſt[a], neq; ex ſpeciali iure aduerſus definitionẽ probabile argumentum eſſe: quamobrem Nicolaus Tudiſcus, Aretinus, Decius[b], eam iudicij definitiõem probarunt, vt ſit actus* trium perſonarum in iudicio contendentium: tametſi enim quandoq; abſque actore iudicium ſit, quale eſt inquiſitionis: ſaris tamen eſſe opinantur, ſi quæ frequẽtiora ſunt, deſcribantur. Alexander[c] quoque in dicte illud in definitione probat, vt videẽ propter onera matrimonij: quamuis aliquando accidat, vt ex pacto teneaẽ mulier, ea onera de ſuo ſuſtinere, non vir ex dotalibus bonis. Sed & Aretinꝰ de teſtameti ſubſtantia eſſe hæredis* inſtitutionem ſcripſit[d], quanquam ſpeciali caſu miles in codicillis inſtituat. Angelus[e] quoque filij definitionem Iuriſconſulto Vlpiano traditam probat, vt is ſit, qui ex viro & eius vxore naſcitur: licet et alij filij ſint, non ex vxore nati: veluti legitimati, vt vocant, qui ab illis iuris æſtimatione non differunt. Sed ſatis fuit generaliter finire, quod & ex Papiniani reſpõſo ꝓbatur[f], qui, Lex, inquit, commune præceptum eſt, cùm tamen priuatæ quoque leges ſint. Vlpianus[g]: Puto, inquit, conditionem, quæ in poteſtate eſt generaliter rectè definiri, facti poteſtas eſt: poteſt enim hæc, ſi Alexandriam peruenerit, non eſſe in arbitrio propter hyemẽ: quare ad generalem definitionẽ recurrendum eſt. Cæterùm licet me horum auctoritas plurimùm moueat, non dubitauerim tamẽ contrariæ opinionis aſſertorem me præbere: & vt ab aliis diſcedam, efficacioribus vtique rationibꝰ adducor. nam nemo opinor, negauerit, cui rei id † quod in definitione dicitur non competit, nec definitionem congruere[h]: quod ſi ita eſt, ſequeretur vt ſpeciales caſus improprie appellarentur, alioqui definitio cum definito cum definito non conuerteretur, nec eſſet quod Græci dicunt ἀντιστροφὴν itaque iudicium inquiſitionis, iudicium non eſſet: dos in qua onera matrimonij nõ ſuſtinerentur, dotis nomenclaturam propriè nõ haberet, & id genus cętera, quod certè nimis notum eſt: ſiquidem & quod Iuriſconſultus in regula iuris tradit, omnem definitionem periculoſam eſſe[i], quoniam facilè ſubuerti poteſt, falſum eſſet: ſi enim ſatis foret generaliter definire, quę (quæſo) difficultas eſt in terminãda regula? nulla vtique, vt Iaſon ait[k], Celſus, regula, inquit, Catoniana ſic definitur[l]: quòd ſi teſtameti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile fore legatum: id, quandocunque deceſſerit, nõ valere: quæ definitio in quibuſdam falſa eſt. Viden' igitur definitionem, quæ generalia tantùm deſcribimus, idcirco reprẽndi, quoniam in quibuſdam deficiat? Neque oberit, ſi ex Bartoli teſtimonio eam non definitionem, ſed deſcriptionem eſſe dixeris[m]: quoniam ſi deſcriptio, quæ facilius ſuſtineri ſolet eo argumento confunditur, quanto hercle magis definitio? nam & Vlpianus Seruij definitionem in dolo reprobat[n]: quæ tametſi generaliter vera ſit (rarò enim fit, vt citra ſimulationẽ dolus* inducatur) quia tamen etiam ſine ſimulatione id agi poſſe Labeo ait, Labeonis definitionem vti magis veram probat. Accurſius[o] quoque, ſi cautio in definitione vſus fructus eſſet, nõ poſſe abſque ea vſumfructum dici, autor eſt: vt **inde expreſsim oſtendat, omnia quæ in definitione dicuntur,** requiri vel definita res nomen ſuum habeat, vel ſpeciales caſus compręndi. Et

a In l.omnis.de reg iur.
b In rub. extra de iud.
c In rub. ff de ſol.mat.
d In l.ſ. de teſt.
e In conſil.lxxj.
f In l.ſ.de legi.
g In l.ſuus quoque.ſ.puto. ff. de hær.inſt.
h l. Quintus.ſ. cui aurum. ff. de aur. & arg. leg.
i l omnis.de regul.iur.
k In rub.ſol. mat.
l.j.de reg.Cat.
m In d.l.ſ.
n l.j.de dolo.
o In rub.ff.de vſufruct.

noſtrę huic ſententiæ non aduerſatur ſuprаſcriptum Papiniani reſponſum[p]: quoniam ea non tam lex definitur, quàm ſimpliciter deſcribitur: quod recentioribus quoque quibuſdam viſum eſt. Sed & Vlpiani autoritati[q] quo minus reſpondeam, in cauſa eſt, quòd in vtranque partem adduci poſſe video, licet efficaciter neutrũ ꝓbari.

p In d.l.ſ de legib.
q In d.ſ.puto.

CAPVT X.

Canonem pontificium à ſynodali nihil differre: & probabilem non eſſe huius rei diſputationem.

SVMMÆ.

1 *Conſtitutionum genera.*
2 *Conſtitutio conciliaris pro re & conceptu nuncupanda.*

TRADVNT Canonicæ † legis periti, duplex eſſe conſtitutionem genus: alias enim pontificias eſſe, alias quæ à ſacerdotum generali cõuentu ſynodales conciliares ve dicuntur[r]. qua in re, vt communem ſententiã tueamur, ex doctiorum adnotationibus quædam axiomata affirmãda ſunt: in primiſq; illud, vt cõſtitutio in cõuentu generali facta, tametſi illi interſit Romanus põtifex, tñ cõciliaris dicatur, ſi à cõcilio originẽ tractatꝰ trahit: cognoſcimuſq; id, cũ in cõſtitutionis titulo ſolũ ex concilio ꝓmulgatam ſcribitur: alioqui ſi ſuppreſſo ſacroſanctæ ſynodi nomine ſolus Pontifex inſcribatur, pontificiam eſſe conſtat. Quòd † ſi proponatur dictum, Iulius Pontifex de conſenſu concilij, Nicolaus Tudiſcus oratione quadam conciliarem eſſe adſeruit, recẽtiores Felinus & Decius cõtrà[s]: quoniam iuris regula eſt, ſolere res geſtas facientibus attribui, non iis, qui conſentiunt tantùm. Sed ſciendum eſt, in quibuſdam contractibus requiri quorundam conſenſum, ad quos cõtractus ipſe non pertinet: & non dubitauerim ſuprаſcriptæ regulæ adhærendum: ſed cùm is qui facit, & ille qui conſentit, etiam ſeparatim poteſtatem faciendi habent, cùm per hoc caſu ſit vtriuſque conditio, fortiori titulum rei geſtæ attribuimus. quamobrem & cùm generalis ſacrorum antiſtitum conuentus, legem promulgandi ius habeat, & nihilominus idem Pontifex poſſit, in dubiis fortiori adhærendũ fuerit: ꝑualere aũt concilium non ambigam[t]. quòd ſi non generalis ſynodus, ſed conuentus aliorũ, puta Cardinales conſenſerint, Pontifici negotium omne adſcribemus[u]. Hinc ſi Pontifex ſe legẽ ferre aſſerat, vel autoritate concilij, vel decernente ſimul ſacroſancta ſynodo, conciliaris ea lex appellabitur[x]. Sed quid ſi inſcriptum ſit, Iulius Pontifex ſacro approbante concilio? pontificalem eſſe traditum eſt, cùm potuerit à Iulio prius fieri, deinde à ſynodo approbari. Sed quorſum hæc? num de titiuillitio caprináve lana diſputamus? minimè verò: nam in hoc vtilis quæſtio eſt, quia difficilius aduerſus conſtitutionem ſynodalem admittitur diſpenſatio, quàm aduerſus Pontificis legem[y] quæ enim à pluribus fiunt, maiori firmitate nituntur[z]: & hæc ex aliorum ſententia, cui nos nequaquã ſubſcribemus: hæc.n. ratio ſacroſanctæ apoſtolicæ ſedi iniuriã facit quaſi in ſanctionib. ex ea diuulgatis, ꝑfecta cognitio nõ adhibeat. nã & cũ Imperator legẽ ꝓmulgat, ſi in cõ

r Abb. & Mod. in c.j. de ſponſ.
s Feli. in c.j. de ſponſ. Dec. in c.j de iud.
t Gl in c. ſi Papa. xl. diſtin.
u c.j. de renũt. lib.vj.
x c.nimis. de iureiur. c.ſi.ij. q.j.
y Scith. in c. at ſi clerici.ſ.j. de iudi.
z c.prudentiam. de off. dele.

ſultationem quamplurimos Conſiſtorianos adhiber, & vniuerſis approbantibus, tum demum ſe legem ferre atteſtatur, cur eandem diligentiam in Pontifice Romano non præſumimus[a]? atqui non ita ſenſit Gratianus[b], qui, Decretales, inquit, epiſtolæ canonibus conciliorũ pari iure exæquãtur: nam & ſi id admittimus, cõſequens eſſet, conſtitutionibus ſenatuſconſulta præuortere, quod nemo dixerit. ſed & cùm Pontifex approbante concilio ſancit, cur hãc rationem non producimus? Probabilem itaq; tot interpretum ſuperiorem quæſtionem non arbitror: inutilis quippe eſt, & quę nulli vſui eſſe poſsit.

***

a l. humanum. l.ſi. C. de legi.
b xx. diſtinct. in prin.

CLARISS. ET OPTIMO VIRO
DN. IOANNI SELVAE REGII SENATVS MED. PRAESDI, ANDRAEAS ALCIATVS IVRISCONS. S.D.

QVM in omni diſciplina maximo nominis ſui periculo hi agant, qui vetere & multis ſeculis probata lectione immutata, nouas ipſi res ſubſtituunt: tum illi nobis videntur temerè magis facere, qui in ſactoſancta Iuris ciuilis volumina id moliri auſint: quippe cùm in cæteris ferè artibus, ſi myſtica & medicinam demas, nullo humani generis incommodo peccetur (nec enim multum refert, inemendatus circumferatur alicuius hiſtorici, poetæ, muſici, aſtronomi, huiuſq; profeſſionis autoris quiſquã liber) in legibus ipſis ſi quod verbum vel excidat, vel malè percipiatur, maximum in humanis opibus detrimentum affert. quapropter quæ mei muneris partes eſſe deberent, ſatis hoc ipſo admonitus, non ſine ſumma trepidatione quicquam innouare auſus fui, etiamſi certiſſimis ferè rationibus adducerer, donec emendatiſſimis quoque codicibus noſtras annotationes comprobari poſſe cognouiſſem. Cùm igitur & plura à nobis collata exemplaria fuiſſent, cùm item Hetruſcorum Pandectas obiter, ſeu per tranſennam, legere mihi datum eſſet, decreui pauculas aliquas de multis, inſigniores tamen, in codicillum obſeruationes redigere, mediaſtinisq; ſeruolis, qui in alienum locum impudenter obrepſerant, de familia eiectis, ordinarios reſtituere, & quantum in me eſſet, in libertatem aſſerere. quod num ſatis legitimè à nobis factum ſit, id omne, velim nolim ad lectoris iudiciũ pertinet: in cuius notione cùm tergiuerſari nequeam, ſolùm illud relictum eſt, vt facilem, candidiq; pectoris ſortiri deſiderem: qua in re optima me ſpe plenum, merita certè noſtra conſtituunt. cùm enim non ambitioni opus id ſcripſerim, cùm & ſuperbiæ multò minus à me tribuatur, quid eſt quòd dubitem, ne non humanum modeſtumq; habere contingat? cùm item delator ipſe neminem in ius vocem, fameq; aliorum per me nihil detractum ſit, non eſt quòd verear, ne crabrones dicat excitaſſe. Accedit his minimè ampulloſus titulus, demiſsæq; ſub illum diſputatiunculæ, quas etiam ſi viderit Momus, minimè operæpretiũ facturus eſt, ſi verum eſt, ſumma petere liuorem, & rapidiſſimis ventis inconcuſſa radice ſtare arundines. Non hìc magnã eruditionẽ quiſquã requirat: minusq; à leguleio ſermonis nitorem, & ſtyli candorem expectet: rebus ſolùm ipſis pugnamus, idq; ne fruſtra membranæ occuparentur, quantò paucioribus verbis fieri potuit. Non opiſtographa, & vel in tergo (quod ille ait) Oreſtem ſcriptum multi facimus: agellus noſter minor eſt, & qui vilioribus ſolùm oluſculis luxuriet. Deſideret quiſquam lepidum dicendi characterem, exquirat eruditionem (non noſtrum hoc onus) is alios adeat, vel certè miſcellaneis immoretur. Exoptet neſcio quis plurimarum obſeruationum ingentem ſyluam, res ipſas curet, ſtylum quamuis ineptum nõ auerſetur, poterit & hoc ab aliquib. accipere. Exierunt & dignæ lectu aliæ annotationes, in quibus & bonã frugem colligere ſtudioſi poſſunt, & recentium autorum ingenia admirari: eos ipſe imitatus in Iuris ciuilis diſciplina compoſui, quæ illi in alia profeſſione factitauerant, ſed in eo mihi durius certamen fuit, quòd nemo eſt tam infelicis ingenij, qui non paucos apud quencunq; autorẽ locos poſsit, vel emendare, vel diuerſa à cæteris ſententiã interpretari, & id etiam, ſi dis placet, ſine vlla præuaricationis noxia: at qui de vno codice id ipſum faciat, non paſſim (vt opinor) reperietur. Extitere qui ante nos paucas quaſdam notulas hoc tractatu vulgauerint, ſed illi quidem, non dicam aridi & ieiuni (quandoquidem id à nobis etiam vltrò affectatum eſt) ſed nullius planè iudicij literaturæque fuerunt: vt non iniuria temeritatem damnes, ea quæ ipſi ignorant, publicè editioni mandantium. Contrà & alios cernere eſt perquam eruditos, qui tamẽ quod ferè omnia ad humanitatis ſtudia deflectãt, Iuriſconſultis ipſis non æquè magno ſunt vſui. Verùm hoc in re literaria frequens vitium eſt: quod videlicet cæca ambitione omnes ducamur: neque eſt quiſquam, quem non in aliqua re videre Suffenum poſsis: quamobrem & fortaſſe nos, noſtrãq; ſuſpendet naſo aliquis, præſertim cùm tam liberè auſus fuerim, etiam præiudicij præſcriptione reiecta, annotatiunculis hiſce noſtris, contra receptas à maioribus ſententias pronuntiare: ſed hi velim ſciant, quæ à nobis affirmantur, non eo animo dici, quòd lectorem etiam reluctantem in noſtram ſententiam velimus pertrahere: liberum vnicuique iudicium ſinimus: & velut in apparatiſſimo conuiuio plurima fercula apponuntur, ex quib. quod magis ſapiat, vocati eligant: ita & honeſtioris otij ſtudioſis pro ferculo hic exhibetur liber, quem is demum legat, probetq;, ad cuius ſtomachum hæc lectio fecerit. Ego quidem ad vtranque ſubeũdam aleam paratus, conſtanter qualecunq; iudicium tulero: vt ſi fortè populari aura exceptus, multorumq; manibus

tritus fuerit, non idcirco exultem, cristamúe tollam, cum plures malos Bias existimauerit: vel è conuerso si rarissimum quẽq; eius lectio retinuerit, hac causa mihi displiceam, cùm deserto ab omnibus auditorib. discipulo, Antigenidas musicus, mihi, dixerit, & Musis cane. cuius exemplum imitatus Augustus, cùm omnium cauillis obnoxium Tiberium ipse approbaret, ἐμοὶ, inquit, καὶ τοῖς μέσοις θεατηγῶν Tiberi: vt meritò, quacunque huius

Locus Tranquilli. *nostri cœpti se alea verterit, etiam clariss. virorum exemplo habeam, vnde causam tueri possim: & his quidem ipse satis aduersus caninam facũdiam firmum me præparaui. Minus certè negotij exhibebunt, quos togatus Vulturios verè appellaueris, qui non alio fine Iuri ciuili assiduam dant operam, quam vt assidui fiant, hocq; potissimum studiosi sint locupletes. nam hi vt plurimum solis interpretum vulgatissimorum scholiis immersi, cùm Latinè tria verba effari non possint, non est quod dubitem aduersus illos etiam intra teli iactum nudus progredi. Intendi animum iamdiu, in dies q; & horas hoc ipsum ago, vt Bartoli, cæterorumq; sententias optimè teneam: quo in studio nec recentiorum volumina auersor: adlubescunt mihi ea omnia, autoresq; ipsos ob ingenij quandam perspicaciam, acumen q;, non modica in veneratione habeo. Cæterùm vix æquo eos animo possum ferre, cum optimè Iurisconsl. responsa interpretaturos prædicantes, omnia potius commiscuntur, quàm quæ ad Dionysium, vt in proverbio est, faciant, quos tamen non dubito, si nostras hasce pauculas interpretationes vidisset. de sua sententia in nostram quandoque transituros. quod minimè nostrates isti recentiores facturi sunt, qui vbi paulò elegantiorem libellum viderint, attoniti, tanquam veteres illi barbari, Romanam aciẽ vix oculis sustinẽt. quin etiam veluti magica manibus deturbant. quod & si mihi contingat, non iniquo tamẽ animo laturus sum: quandoquidẽ Lucilij exemplo, qui Tarentinis, Siculis & Consentinis solum se scribere attestatus est, ipse humanitatis studiis insignibus tantum Iurisconsl. scribo, & non aliter quàm à deorum mysteriis, profanos omnes, impium q; vulgus hinc arceo. Explodant ergo, reijciant, deturbent: id non secùs boni consulam, quàm si rem mihil ad se pertinentem, ne attingere quidem velint: quanquam & mihi satis fuerint paucorum consensus, non omnino nostras lucubrationes aspernantium: nec enim eò temeritatis mihi progredi licet, vt libru hunc protinus approbari, & seu Phidiacum opus in Mineruæ arce statui velim: quapropter non nisi multorum, & præsertim cõsultiss. viri Iacobi Minutij conuitio ferè debellatus adduci potui, vt in apertum, tanquam insignem tabulam referrem: cessi tamen plurimorum iudicio, maluiq; nimiæ facilitatis, quàm morosæ cuiusdam contumaciæ reus describi. postquam igitur vela ventis permisimus, auram (quod ille ait) soluentibus bene precemur: ne ea, vt Vlyssis sociis accidit, vt re dilapsa, in Lestrygonas Circæumq; littus nostram penè disiectã ratem impingat. Id autem periculi, vt audacius pertranseam, tutelare aliquod numen deligendum fuit: quam personam tu amplissime pater, senatusq; nostri columen Ioannes, vt sustineres, cùm etiam atque etiam desiderarem, posse id assequi mihi visus sum, si opus hoc, qualecunque est, tibi dedicarem, quod vt facerem, & egregia merita tua, & clarissimi illius viri Antonij à Prato, qui tibi primarium hunc locum demandauit, autoritas impulerũt. Si enim summam integritatem, sapientiam, æquanimitatem, iurisprudentiam perspicere voluerimus, non aliud clarius exemplum etiam inter veteres inueniri poterit. rursus si animo aduerterimus, quanta cum dignitate principem hunc in senatu locum tuearis, verè te summi illius viri personam sustineri non diffitebimur. Sed hæc aurib. tuis iam nimis perstillata sunt, qui cum quotidie benefacere non desistas, in commune q; amplissimæ huic vrbi consulere, plurimas quoque de te laudes audire compelleris: quandoquidem hoc vel maximum virtutis præmium est, laus & gloria. Accipe igitur, consultissime vir, Dispunctiones hasce nostras, ea lege, vt arbitrio tuo vel stent, vel cadant. autoremq; ipsum iamdiu tibi addictum, commendatum habe. Bene vale.*

ANDR.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. DISPVNCTIONVM LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

CVM PROPTER imminentia Insubribus bella nostrorumque temporum in ea regione calamitate, collibuisset pauxillum secedere, Bononiamque fortè aduenissem: nescio quo pacto in manus meas incidit venale Digestorum volumẽ antiquissimũ, membranis scriptum, tam pulchris characteribus, vt A pridie eius diei notarum videret, qua ad mẽ delatũ esset. In eo nulla Accursij interpretatio, nullius paraphrastis glossemata cernebantur: solæ erant in regulas Iuris cuiusdam antiqui expositoris scholia, quæ eruditione & Latinę linguę elegantia cũ ipsis Iureconsultis certabãt: & q; nõ minorem codici gratiam comparabat, autorum inscripta aderat nomenclatura, tam diligens, vt numerum librorum titulosque vnde respõsa excerpebantur, contineret: tum non vulgarib. protritisque tomis, diuisa volumina, sed in duas tantùm partes, & posterior à Trebelliano senatusconsulto exordium accipiebat. quæ res abundè mihi exploratissimum fecit, ineptam esse recentium dubitationem, dum potissimum ambigũt, cur secundum Digestorum volumen, Infortiatũ dicatur, quasi non barbara hæc vox sit, & nullius sensus, ab indocto aliquo literatore primùm facta, quem deinde alij æquè indociles secuti sint. Igitur cùm sparsim & inordinatè eos libros quo C dãmodo delibassem, annotaui insigniora quædam errata in vulgatis codicibus esse: quæ si cũ antiquo illo conferantur, poterunt cognosci, & de omni albo vel induci, vel circũscribi. Et quoniam, quo anno hæc prodebam, tractatũ de acquirẽda possessione celeberrimi quique professores declarabant, libuit à prima eius tituli lege auspicari. Et cùm in promulgatis exemplaribus sic legatur.

CAPVT I.

Vnde possessio dicta sit, & declarata l. j. de acquir. possess.

RAVLVS: Possessor appellata est à pedibus vt (& Labeo ait) quasi pedum positio, &c. in eo veteri libro sic inscribitur: Paulus lib. liiij. ad edictum: Possessio appellata est a sedib[a], & (vt Labeo ait) quasi positio: quia na E turaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, quam Græci κατοχὴν dicunt, &c. vulgatam enim lectionem falsam esse, literatum, puto, neminem latebit, cũ possessio in etymo vocabuli nihil commune cũ pedibus habeat: imò grammatici omnes norũt, possidere, assidere, considere, residere, dissidere ab hoc verbo sedeo omnia formari. Quapropter Baldi, Pauli Castrensis, Iasonisque quæstiones quis laudauerit, dum id maximè scire satagunt, cur possessio magis à pedibus, quàm ab alia corporis parte denominet? Sed & quis Accursij argumentum probauerit, possessionẽ propriè in rebus mobilibus dici negãtis: quoniam in earum possessionem pedibus non eamus? vt illud mirum in eo sit, qui cùm meliora viderit, id quod deterius fuerat maluerit sequi. Quòd autẽ dicitur, quasi positio, alluso vocabuli est, quandoquidem etiam dicimus, ponere sedes.

a dixi in l. j. ff. de acq. poss.

CAPVT II.

Inemendatam l. si patersam. de hæred. instit. nitoriq; suo modò restitutam, vt amplius optima quæque ingenia non habeant, quo se in eius explicatione torquere possint.

ALIVD subsequitur maius erratũ, vt maximi quique Doctores valde se ob eam rem torserint: in Marcelli responso. Is[b], *Si patersamiliâs, ait, Titium, quem ingenuum esse credebat, hæredem scripserit, eique, si hæres non esset, Sempronium substituerit: deinde Titius, quia seruus fuerat iussu domini adierit hæreditatem, potest dici Sempronium in partem hæreditatis admitti*, &c. vt in hoc casu duo semisses fiant, ita vt alter semis inter eum qui dominus instituti hęredis fuerit, & substituturum, æquis portionibus, diuidatur. Dubitauit hîc Accursius [c], & ferè omnes, cur computatio hoc modo fieri debeat: itẽque quid de semisse, qui supereſt, sit agendum: et cùm longissimi tractatus hac de re ceteriati sint, nihil attinet tantam molem confutare. In antiquo codice is Sempronius Titio cohæres traditur hac scriptura: *si patersam. Titium, quem ingenuum esse credebat, hæredem scripserit, eique si hæres non esset, Sempronium cohæredem substituerit*, &c. vt plenissimè pateat, si cohæres Titio Sempronius fuit, prius duos semisses constituẽdos esse, vt alter ad Sempronium, alter ad Titium pertineat: deinde propter patrisfam. errorem, rursus semissem illum [d] Titij cum Sempronio æquis portionibus diuidẽdum. quod & Tribunianus [d] in Institutionib. adserere videtur, qui in partem admitti debere substitutum refert: partis autem appellatiõe de dimidia intelligendum est. Nec quicquã obstat, quòd Iurisc. de semisse integro, Sẽpronio dando, expressè non loquatur: nam cum principalis tractatus sit de errore testatoris, nihil pertinuit diutiùs immorari in Sempronij portione, cũ id scrupulo omni careat, & ita in facto euenisset, vt etiam cohæres esset. accidit autem fictis nominibus: nam res in Parthenio Titi Imperatoris seruo reapse cõtigerat. Is autẽ est Parthenius, cui & Martialis meminit, conscius, cum Entello & Stephano necis Domitiani: cuius rei Tranquillus & Dion sũt autores, vt facilis deprænsu sit error, cũ in Digestis Tiberius tradat, quẽ in Institutionibus Titium castigatus appellant. Quod autem dicitur, Sempronium in partem hæreditatis admitti, intellige eam partem hæreditatis, quæ Titio applicanda erat: alioqui Sempronius suum

b l. si patersa. ff. de hær. inst.

c in gl. in verb. diuidatur.

d §. fi. Instit. de vulg. subst.

suum semissem omnino habiturus erat, tanquã cohæres.

CAPVT III.

Subrepta ciuitati pecunia, quæ actio competat: conciliata duo responsa, quæ aduersari simul videbantur.

a l.iũ.in fi.ff.ad l.Iul.pec.

MARCELLVS quoque [a] in titulo, ad l. Iuliam peculatus: Sed &si, inquit, de re ciuitatis aliquid sibi furripiat, constitutionibus principum diui Traiani, & Hadriani caueatur, peculatus crimẽ committi, & hoc iure vtimur. Cui responso contrarium affert aliud Papiniani[b]. Ob pecuniã, inquit, ciuitati subtractã actione furti, non crimine peculatus tenetur. ꝙs obices dum remouere quærit Accursius, mera ægrotantium somnia adfert. In antiquo exemplari ita refertur: *Ob pecuniam ciuitati subtractam actione furti, nec non crimine peculatus tenetur.* Cessat itaq; hic omnis dissensio, & cõcors fit Marcello Papinianus.

b l. ob pecuniã. ff. de furt.

CAPVT IIII.

Ex Græcæ vocis defectione Caius, qui absurdè loqui videbatur restitutus.

c l.licet. de usur. signif.

SEDET Caius [c] libro trigesimo quarto, ad edictũ prouinciale adducitur, licet, inquit, inter gesta, & facta videatur quędam esse subtilis differentia, attamẽ nihil inter gestum & factum interest, &c. Quæ, quæso, differentia hæc est? qui modus loquendi? In eo codice Græca dictio textui inserit in Pandectis Florent. hoc modo: Attamen καταχρηστικῶς, nihil interest inter factum & gestum. significat autem illa vox, quod abusiuè dicimus: & hoc vel maximè propter legis municipales est notandum.

CAPVT V.

*Supellex vnde dicta, emendatum Vlpiani *responsum.*

* In Pandectis Florent. Celsi.

* In Pandect. Florent. Celsus.

* Ita in Pandectis Florẽtinis.

VLPIANVS * de supellectili legata: Labeo ait originem fuisse supellectilis, quod olim his, qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quæ supellectilis vsui forẽt. Inemendatus est codex, qua ex insigni nota videtur Iurisconsultus ineptè loqui: quamobrem cum veteri nostro codice reponas, locari solebant, quæ sub pellibus * vsui forent: vt ea sit supellectilis etymologia. Quo autem sensu capiẽdæ sint hîc pelles, neminem latebit, qui Iulium Cæsarem in commentariis legerit.

CAPVT VI.

Deesse integram legem in tit. de probat. quapropter à nobis in integrum restitutam.

* Imò est lex penu. tit. eiusdem.

d l.fi. eod. tit.

IN vltima * lege, titulo de probationib. quæ lex Iurisc. Ceruidio Scæuolæ tribuitur, deest in fine huiusmodi responsum, quod paragraphum vulgò dicimus. Si ancilla fuerit, ad libertatem perductam non videri, neque per fideicommissi relicti sibi probationem, nec quòd alimenta sint vti nutrici præstita. Subsequitur deinde alia lex ad hoc modo, Idem lib. ij. ad Masurium Sabinum: commemorationem in chirographo pecuniarum, quę ex alia causa deberi dicantur, factã, vim obligationis non habere. Quæ verba cum apponere dubitassem, ne maledicendi ansam præstarem calumniatoribus vt adscriberem, perpulit, quoniam ita quoque scriptá esse in antiquissimis Florentinorum Pandectis, quidam mihi retulerunt.

A

CAPVT VII.

L. non hoc. C. Vnde legit. hactenus regulis iuris repugnasse, nunc à nobis emendatam, non æquè.

e l. non hoc. C. vnde legi.

CELEBRATISSIMA est Impp. Diocletiani & Maximiani Constitutio [e], quę in vulgatoribus lib. his verbis annotatur: *Non hoc quis tenuerit quis res hæreditarias, necne, sine voluntate acquirendæ sibi hæreditatis, quærendum est, sed an admiserit hæreditatem, vel bonorum possessionem.* Qđ quidem rescriptum, si ita legatur, non satis idonea ratione adduci videtur, dum potissimum negat id esse inquirendum, an quis res hæreditatis tenuerit sine volũtate sibi aquirendæ hęreditatis, nam cum hæreditas adeatur vel solo animo, quì extrinsecus ex aliquo facto innotescat: si probetur aliquem res hæreditarias tenere cum animo acquirendæ hæreditatis, nónne satis constabit eum esse hæredem? sicut ex contrario, si probabitur abesse voluntatem adipiscendæ hæreditatis, probabitur ex eo actu non adiuisse. cur igitur non quærendum est, cùm idem sit, vel id quærere, vel illud an admiserit hæreditatẽ, bonorúmve possessionem? Quamobrem cum de verę lectionis incolumitate dubitarem, consului antiquos codices: & non solùm, quem habebã ipse, id genus vnum, sed etiam alios, qui mihi paulò vetustiores Accursio viderentur: in his reperi aliter legendum esse illud rescriptum, & verba illa, *sine voluntate acquirendæ sibi hæreditatis*, esse cancellis inducenda, quoniam superfluant, & abundent: quippe existimauerim pro glossemate ab aliquo Iurisperito superapposita, quæ dein ab imperitis ab ipso contextu recepta fuerint. Cæterùm non vulgatæ solùm lectioni, sed & nostrę huic declarationi obstat Bartoli[f], aliorumque argumentum, quo probare contendunt, respõsum id iure nó consistere: siquidem si delatam Titio hæreditatem dicamus, probato eum res hęreditarias tenuisse, constabit esse hæredem: quòd si non delatam dicamus, etiam quod admiserit, non sequetur verè esse hæredem. Cui rationi, concordi omnium interpretum consensu respondetur, ita textum accipi debere, vt principium in eo intelligamus, cui delata non sit hæreditas: finem verò legis cõtrà, in eo videlicet, cui sit delata. quæ portenta sunt hæc? quæ cauillationes? ipse certè totam legem, cùm delata est hęreditas, accipiendam puto: nec id admiserim, idcirco quod quisquam res hæreditarias retinuerit, in dubio existimandum adiisse, nisi fortasse is sit filius, qui vel ipso iure est hæres: quo casu lex ista non procedit, cùm ex rubrica constet, de legitimis & cognatis hunc titulum principaliter loqui, non de filiis. Itemque, nisi cum alio is de re hæreditaria contraxerit, ne scilicet vllus captioni sit locus. Et ita quandoque disputando defendi.

f l. j. ff. de repet. hæred.

g Bart. l. gerit. ff. de aequir. hæred.

B

C

D

E

F

CAP.

CAPVT VIII.

L. Cum putarem. famil. ercisc. declarata aliter, quã alij existimauerint.

IN lege, cum putarem. familiæ erciscundæ, sub ipsius responsi finẽ Paulus Iurisconsultus de cohęredibus loquens, quorum alter falsò cohæres existimabatur: *Planè, inquit, si sine iudice diuiserint res, etiam condictio est earũ rerum, quæ ei cesserint, quem cohæredem esse putauerit.* In antiquo meo exemplari fidelior hæc lectio reperitur: *Planè si sine iudice diuiserint res, etiam condictionem ei, qui fuit hæres, competere dici potest: non enim transactiũ inter eos intelligitur, cùm ille cohæredem esse putauerit.* Ex quibus verbis colligitur, si transactum intelligeretur, nullius partis condictionem dari: & tamẽ Accursius plerunq; in hac fuit sententia, in diuisione hæreditaria, in qua trãsigi videtur, pro parte euinci posse, & pro parte condici: quod meritò reprobatum est. nam & nostrę huius legis generalibus verbis cõuincitur: dum [a] enim dicitur condictionem dari, quis æquo animo coartationem hanc admittat, vt intelligamus pro parte tãtum dari, pro reliqua verò rei vendicationẽ? Nec me mouerit Accursij ratio, asserẽtis, cùm rẽ meã quasi tuam trado, non trãsferri dominium: quoniam qua ratione pro dimidia transfertur, eadẽ & pro tota transfertur, cùm in diuisione vniuersitatis altęra res in locum alterius succedat: & quod vnus hęres habet, ex seipso habere, non à cohærede creditur: quod & Bartolus annotauit.

a §. subtilius. in l. dedi. de cond. causa da.

A

CAPVT IX.

L. eam quàm. C. de fideicommiss. hucusq; non vero sensu declaratam: quare emendatur, vti debuit.

TRACTATVS fideicõmissorum in Iustin. Codice hoc rescriptũ habet: quod vt breuitati cõsulerem, non vt vulgò legitur, sed vt in antiquo meo codice extat, referre operæpretium duxi. Eam * *quam frater tuus instituerat, sive quæsita, sive non quæsita hæreditate decesserit, cùm tamen simpliciter antè quàm duodecimum annum ætatis implesset.* * *aliàs, ea.* *verbis precatiuis, testamento facto, nonnullos ei voluerit substitutos, nihil prohibet fideicommissum petere, vel ab ipsius hæredibus, qui bona intestati tenent: tunc enim locum habent, quæ regulariter traduntur, ea quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento nõ adeatur hæreditas, non valere quum verbis relicta directis adiri potuit hæreditas, nõ quũ illa ipsa sic data est, vt esset etiam ab intestato successoribus postulanda: quod rescripsimus sequentes adseuerationem tuam, quasi scripta hæres non fuerit iure adoptata: alioqui si in familia relicta, hæres facta decesserit, consequenter ipsius hæredes petitioni fideicommissi respondere cogantur.* Ponẽdus aũt ita est in facto casus: Titius habẽs adoptiuã filiam, solã hæredẽ instituit & prætereà prælegauit etiã fideicõmissum in quo fideicõmisso substituit & quosdã hæredes, si morerẽtur ante duodecimũ annũ q̃ritur quid iuris? Et respõdẽr Impp. siue filia adeat, siue nõ, fideicõmissum deberi. nã cùm testator solã eã instituit hęredẽ, & prætereà prælegauit, illud prælegatum, ea ad eunte hęreditatem, esset nullum: quia à nemine sibi ipsi legatur. quapropter videtur eã fuisse defuncti voluntatem, vt eo casu valeret, cùm non adiretur hæreditas: igitur filiæ competit fideicõmissi pśecutio. Sed ponamus eã adiuisse hęreditatẽ, vel fuisse hæredẽ ipso iure, & decessisse intra duodecim annos, nũ substituti admittẽtur? Videbat nó admitti, qa fideicõmissum à principio est inutile. cõtrà respõdetur: quoniam vel sola volunras ex coniectura in fideicommissis sufficit. Determinantur itaque in hac cõstitutione duo mehercule pulcherrimi casus, & valde dubitabiles, qui etiã ex vulgato exemplari colliguntur, si vbi legitur *peti, petere* corrigamus: alioqui cæteræ interpretum expositiones, salua Latini sermonis ratione, non consistunt. Quod autem in principio dicitur, *sive quæsita, sive non quæsita hæreditate*, deflecte ad fratrem, vt is perierit, ex cuius testamento [b] vel quæsita, vel non quęsita fuit hęreditas. vel si respici filiam mâuis, intellige, decesserit: non tunc quidem, cùm petit fideicommissum, sed postea: vt id verbum, *decesserit*, tractũ habeat.

b l. fideicõmiss. §. fic fid. de legat. iij.

B

C

D

E

F

CAPVT X.

In definitione furti, quædam verba superfluò addi, aliaq; corrupta esse.

EGEM primam de furtis, quæ Iurisc. Paul. est, ex antiquo codice liber in medium adferre. ea legitur hoc modo: *Furtum à furuo, id est, à nigro dictum Labeo ait, quòd clàm & obscure fiat, & plerunque nocte: vel à fraude, vt Sabinus ait: vel à ferendo, sed auferendo: vel à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures: imò & Græci* * *dixere* παρὰ τὸ φέρειν &c. Dein paulò inferiùs: *Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia: id est, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisve, quod lege naturali, &c.* Operæpretiũ autem idcirco existimaui prędicta referre, quoniam vulgò in definitione additur, furtum fieri solùm inuito domino: quod vsquequaq; verum non est: nam si domino volente, cum existimem eũ nolle, quicquã furripiam, Pomp. [c] ait furẽ me esse: quod & ratione non caret: ex delinquentis enim animo maleficia pensantur, non ex aliorũ volũtate. Sed & de incolumitate veræ lectionis Accursium non latuit, qui ea verba, *inuito domino*, tam in Digestis, quàm in Institutionibus subaudienda existimauit: tametsi ab impressoribus glossema in textu insitũ perperàm nũc legatur.

* *In Pand. Flor. ἀπὸ τοῦ φέρειν, φῶρας dixerunt.*

c l. inter omnes. §. penul. ff. de fur.

CAPVT XI.

L. Antiochensium. de priuil. cred. emendata, & nouo sensu clarior reddita.

IN titulo, de priuilegijs creditorum * Papiniano tribuitur responsum quoddam corruptissimum, ita vt nullo pacto construi, & salua veterum loquẽdi ratione intelligi possit. Id nos ex antiqua lectione sic reponimus: Paulus * lib. x respont. *Antiochensium Cœlesyriæ ciuitatis, * qui * de lege sua priuilegium in bonis debitoris defuncti accepit, in * ius persequendi pignoris durare constitit.* vt sit sensus Antiochenum quemcũq;, qui ex lege sua municipali prefertur cęteris creditoribus, si iure legis agat, nó idcirco minus posse propter anteriorem hypothecã agere, cùm illud ius sibi saluum remaneat, & lex illa quicquã de ciuiũ iure nõ detrahat, sed accumulet potius. Est aũt Antiochia Syriæ metropolis, & omniũ Orientis vrbiũ vt Herodianus scribit, longè pulcherrima: cuius fortasse vtilitati cõcessum erat, vt ciuium Antiochensium in bonis debitorũ potior causa esset, hiq; cæteris aliarũ urbiũ ciuibus anteferrentur. παραγραφίαν id priuilegiũ appellari, Plin. Cęcil. in epistolis ad Traianũ Cæs. ostẽdit. Sanè quę Accurs. & Bar. hîc scribũt, verbis legis nó quadrãt: alioqui, salua vulgatiore lectione, sic posset construi, Constitit ius pignoris persequendi durare,

* *In Pand. Flor. est sub titu. de reb. auct. iud.*

* *Papinianus in Pand. Flor.*

* *ciuitati Pand. Flor.*

* *quòd lege Pand. Flor.*

* *in, deest Pand. Flor.*

quod ciuitatis Cœlesyriæ Antiochensium priuilegium de lege sua ipsa scilicet ciuitas, in bonis debitoris defuncti accepit. Sed alius hîc est, quã à cæteris tradatur sensus, & minimè verisimilis: nõ enim solent Iurisconsulti scribere, lex aliqua municipalis duret, vigeatque, an id minus, cùm de facto non respondeant, sed de iure quod factum sequitur.

CAPVT XII.

In tit. de publicanis, quoddam responsum antiquæ lectioni restituendum esse.

APVD Paulum in l. licitatio. de publicanis, principium legis aliter in exemplari nostro fideliori legitur, quàm in alijs soleat: nimirum his verbis: *Locatio vectigalium, quæ calore * licitantis vltra modum solitæ conductionis * inflatur, * admittenda est*, &c. Quibus verbis nihil iuuatur Philelphi in epistolis sententia, ex vulgatę lectionis argumento existimantis, licitatorem pro proxeneta accipi. Sed & ferè incontinenti sequitur[a]: *Ad conducẽdũ vectigal inuitus nemo cõpellitur: & ideo impleto tempore conductionis ea alijs locanda sunt. Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem*, &c. Hæc autem quantum nõ in verbis, sed in re ipsa ab alijs dissideant, qui Accur. ibi legerit, cognoscet.

* calor. Pand. Flor.
* insultat. Pand. Flor.
* id demum admittenda. Pand. Flor.
a §. j. d. l. locatio.

CAPVT XIII.

Paragraphũ, Augerius. in l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. non satis hactenus intellectum: sed & in ead. §. Seia. corruptum circunferri.

CVM vulgatissimã legem, qui Romæ. de verborum obligationibus, perlegerem, & impressa cum manu scriptis codicibus cõferrem, animaduerti ex duobus responsis, quæ paragrapho signãtur, alterum, quamuis corruptum non circunferatur, vulgò tamen rectè non intelligi: alterum verò ob scripturæ labeculam erroris causam Accursio, deinde Aretino dedisse. Is est huiusmodi in §. Seia. Quæratur, si Seia, quę sortem trãsactionis causa, vsurasq; hęredi promiserat. cùm hęres, transactioni ne staret, diu litigasset, teneatur vsuras eius tẽporis pręstare, quod interim lapsum est, dum iniustè hæres litigat. Et Scæuola respondit, Si Seia non cessasset ex stipulatione pecuniã offerre, iure vsuras non deberi. Ex quibus verbis Accursius, Aretinusq; existimarũt, necessariam fuisse oblationem, alioquin vsuras deberi, Bart. & alij frequentiori consensu consentaneum iuri id non existimant, sed tamen verbis legis expressim aduersantibus, idonea responsione non satisfaciunt. Igitur ex antiquo meo codice ita legendum est, *Respondi, & si Seia ante * cessasset ex stipulatione*, &c. non autem, *si Seia non cessasset*. Quòd verò responsum rectè non percipitur, hoc est: In paragrapho Augerius. traditur talis casus, non quidem vt Doctores referũt, sed vt ipse arbitror: Augerius seruo Mæuij promisit, se soluturum quicquid patrẽ suum debere constitisset. patre defuncto, & alio hærede instituto cùm Mæuius egisset cum hærede & constitisset, quæritur num Augerius teneatur, & id potissimum ratione eius temporis, quod intercessit ab eo tempore, quo stipulatio concepta est donec constitit. & respondet Iurisconsultus, si conditio non extitisset, stipulationem non esse commissam: & cõsequenter cũ respectu accessionum, & debiti interea temporis aucti conditio nõ extitisset: & vbi extitit, solùm referatur ad tempus, quod stipulationem præcessit, nõ quod secutum est, meritò ob illud non tenetur: ratione verò ipsius sortis, & summæ, quam constiterit tempore stipulationis cõceptæ debitam tenetur. Negant id ex communi intellectu Doctores & vt colligitur, tribus rationibus. Prima Rogierij hæc est. nam cum Augerius promiserit, quicquid patrem debere constitisset, nisi constet eo viuente, post mortem euanescit stipulatio: quoniam pater amplius non debet, sed debuit: igitur constabit patrem debuisse, non debere: quo quidem modo concepta sunt verba stipulationis. quę ratio leuior nescio, an absurdior sit. cũ enim in stipulatione cõditio vbi euenit, retrahatur ad tempus, quo concepta est, & illud considerandum sit: certè eo obseruato, tum debebat, non autem nunc debuerat. nam & cum stipulatio ad hæredes transeat, hæres ipse qui patris personam fictè refert, non solùm non debuit, sed nunc debet. An in stipulationum verbis cauillamur? cognouit certè Paulus Castrensis abesse id à naturali ratione. Secũda ratio adfertur, iniquum esse, vt declaratio debiti facta cum hærede, qui forsitan instructus nõ est, præiudicet filio: sed & hoc leuissimum est cùm calculis ducatur ex rationibus quæ nunc tam præstò erunt hæredi, sicut patri futuræ fuerant, nec probabilis sit suprascripta pręsumptio. Quapropter ineptas esse has rationes animaduertens Iason, tertiam hanc addidit. nam etsi cõstet quid quantumque debuerit pater, non tamẽ constat cum Augerio, & idcirco in eius damnũ non dicitur constare, nec committitur stipulatio. Sed & hoc non probauerim, cum Augerius hic non differat ab intercessore fideiussoréve: quapropter res,[b] inter alios acta, quãuis alijs nõ præiudicet, tamẽ si actũ sit in principali, id fidẽ facit respectu accessorij: quod plurib. exemplis in tractatu rei iudicatę confirmat Alexander. Omitto, communem hunc intellectum non nisi per cauillum accepto contextu procedere. quid enim aliud est ita interpretari, si conditio non extitisset, id est, quia conditio non extitisset? Igitur dubitandum non est, quin nostra sententia sit probabilior. Dum ergo in textu dicitur, quæsitum est an Augerius teneatur, intellige verbum, tenetur, generaliter, non solùm respectu sortis, sed etiam auctarij à tempore conceptionis ad eventum conditionis. Et dum sequitur, respondi si conditio non extitisset, &c. declara eatenus, quatenus extitit conditio, committi stipulationem: extitit autem respectu sortis, & accessionum vsque ad tempus concessionis pòst non extitit[c]: priore igitur casu est commissa, posteriore non æquè. Respondit autem Scæuola succinctè & breuiter, more suo, & verba contulit directè in eum casum, quo conditio non extitit, id est, vsurarum: quia is casus magis dubius fuerat. Ratio autem decisionis ea est, quoniam Augerius non promisit nisi quod constitisset: igitur donec constat, non est in mora: non debet ergo soluere seu fructus, seu vsuras medij temporis, quæ solent deberi propter moram, cum ipse nequaquam in eam inciderit. Et ita disputationis causa differebam.

*In Pand. Flor. Seia non cessasset.
b l. Papin. §. si ex causa. ff. de inoff. test. Alex. in l. sæpe. de re iudic. glos. in l. de vno quoq. ff. de re iudic.
c Gloss. in vers. certas. §. j. prima const. Cod.

CAPVT XIIII.

Titulo, de fideicõmiss. libert. respõsa quædã correcta.

DE

DE fideicommissarijs libertatibus sic legitur apud Celsum: *Scæuola Claudius cùm tibi iussum fuerit manumittere, vtiliter datur fideicommissaria libertas.* Sed ex nostro perueteri codice aliter legẽdum esse admonemur, nimirũ hoc modo: *Celsus lib. xxi. * ad Sabinum Acciolã: Claudius, cùm visum tibi fuerit, manumittie, vtiliter datur fideicommissa libertas.* Sed & eodem titulo in lege generaliter. versiculo, cogetur. dum dicitur, *Si hoc maluerit is, qui rogatus est manumitti*: superfluũ est verbum *Manumitti*, ex antiquo codice: & hic non seruus accipiendus est (quod fecit Accursius) sed ipse hæres. Et paulò inferius: *Sed potius ab eo ad libertatem perductus, qui erat rogatus manumitti.* In antiquis legit̃, *manumittere*, quod magis placet. Quin etiam in l. fideicommiss. lib. ita dari. dum legitur vulgò, si te meruerit, corruptus est codex: qa Latinè nõ dicimus mereo te: quapropter legendũ, *si demeruerit*, vt hęc prępositio[a] in cõpositione augeat, quæ quandoque minuere solita est.

* in Pand. Flor. ex lib. xxi. Digestorum Scæuolæ Claudius, ij. Cùm.
a l. j. in princ. deposit.

CAPVT XV.

L. Imperatores. de appell. inemendatam circunferri: & propterea à nobis tractatum, quomodo restituenda videatur.

IMPERATORES *Seuerus * & Antonius rescripserunt, appellationes, quæ retrò * ad principem factæ sunt omissis his ad quos debuerunt fieri, ex vno * ordine ad præsides remitti.* Lex hęc in titul. de appell. corruptè circumlata, maximũ Accursio negotium fecit, dũ vnum ordinẽ nunc interpretatur referri ad clarissimos, nunc ad ordinẽ, qui fit vt à minore ad maiorẽ prouocetur: & vtrunq; nõ conuenit. non quidẽ prior, cùm præsides ipsi clarissimatus dignitate fungãtur, nec de clarissimo ad clarissimũ appelletur. sed nec posterior, cum deficeret rescriptum in eo, quod maximè intererat referre, videlicet à quibus iudicibus prouocetur. nec enim passim verũ est, à quibuscunq; iudicibus retrò prouocetur, ad pręsidẽ negotiũ remitti. Igitur ex antiquo codice vbi legit̃ *retrò*, repone *recto*: *vbi vno, imo*. Appelauit autem imum ordinem, magistratus municipales, quorum ordo infimus est: & ab his ad præsides iure prouocandum esse, vulgò dicitur.

* In Pand. Flor. Verus.
* In Pand. Flor. rectò.
* In Pand. Flor. imo.

CAPVT XVI.

Alexandri Imp. rescriptum inter tractatus appellationum, hactenus à nemine intellectum, nunc nostro Marte de Græco translatum vnicuiq; posse intelligi.

IN eodẽ titulo alia est lex Gręca Alexãdri Imp. ab aliquo in Lat. vulgò trãslata, qui se & Lat. & Græcè nihil intelligere demõstr. ea rectiꝰ hunc in modũ transducẽda fuerat: *Imperator Alexander vniuersis Græcis in Bithynia existentibus. Prouocare quidẽ qualiter quisquã ab ius dicentibus prohibeatur, non video: cùm aliam viam capessentem, idem facere liceat. & ad me celerius deuenire. iniuria autem, & vi aduersus prouocantes vti, & custodiam militarẽ circum immittere, & (vt simpliciter loquar) eis ad nos accessum huc perstruere prohibemus: suggerentes procuratoribus nostris & populorũ magistratibus, vt quã protulimus, nostræ huic iussioni obediant: illudq; sibi proponant, non minorem subditorum securitatis curam nobis esse, quàm eorũ vel beneuolẽtiæ, vel obediẽtiæ sit.* Si qs aũt verba desiderat hęc sunt: Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. ἐκκαλεῖσθαι μὲν πῶς αὐτῷ κωλύοιτο ἀπὸ* τῶν δικαζόντων ἐχόρῳ, ὁπότε ἔξεστι τὴν ἑτέραν ὁδὸν παρεμπόμενον * τὸ αὐτὸ ποιεῖν καὶ θᾶττον πρὸς με σφισιν ἐλθεῖν. ὕβρει δὲ καὶ βίᾳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐκκαλουμένους, καὶ φρουρὰν στρατιωτικὴν περιϊστάναι, * καὶ ἁπλῶς ἀπειπεῖν, ἀποφράττειν αὐτοῖς τὴν δεῦρο ἄνοδον, ἀπαγορεύομεν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν, καὶ πείσονται ταύτην τῇ προρρήσει, εἰδότες ὅτι τοσοῦτόν μοι μέλει τῆς τῶν ἀρχομένων ἐλευθερίας, ὅσον καὶ τῆς εὐνοίας αὐτῶν καὶ πειθοῦς. Et huius constitutionis exemplũ retulimus, vt inde cęteri cognoscant, quantum fidei adhibendum sit illi, quis fuit, qui, quæ plurima in Digestis sunt, responsa Græca transtulit in Latinũ. Sanè constitutio hæc ex Pandectis Florentinis accepta est.

* ὑπὸ Pand. Flo.
* τρεπόμενον Pãd. Flor.
* πειρατᾶν. Pãd. Flor.

CAPVT XVII.

Decipi in decisionibus litiũ etiã peritos, ob humaniorum literarũ imperitiam: atq; ibi instauratum Iurisconsulti responsum, tit. de pœnis.

CVM duo pueri aleam luderent, atq; (vt fieri solet) iurgio orto, quod in regione aluei rectè dispositam tabellam alter negaret, paulò iracundior alter, tẽperatorio cultro, quẽ secum de ludo literario fortè attulerat, collusorem percussit, ita supra pubem, vt statim & e vestigio moreretur. quæsitum est, qua pœna puer plectendus esset. respondi, non vltra exilij vltionem coercendum: atque id ex Homeri carmine Ἰλιάδ. ψ. quod Claudius[b] Saturnius in tit. Digestorum de pœnis, allegat: quamuis in vulgatis codicibus vitio scriptorum nihil legatur, quod ad rẽ faciat. Verba Iurisconsulti ex antiquis codicib. ita reponenda sunt: *Euentus[c] spectatur vt in dementissimo * quoq; facta (quanquam non minùs lex eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quàm qui occiderit, puniat) & ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, vt apud præcipuum poetarum scriptum est:*

Εὖθ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμέτερονδ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,*
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς,
In vestras puerum ex Opoente Menœtius ædes.
Me duxit, cædem quò fugi propter amaram,
Tempore cùm fatuus gentium Amphidamante peremi
Inuitus, propter talos cùm incanduit ira.

Nec quicquam obest, quòd Homerus inquit οὐκ ἐθέλων, id est, inuitus: quoniam nemo ita percutit, vt inuitus percutiat: sed accipiendum est, vel quòd post iracundiæ calorem pœnituerit, vel quòd non existimabat eum ex tali vulnere periturum. quod maximè in nostro casu fuit, cum ex genere cultelli coniectemur mentem nolentis occidere: is quippe armorum appellatione non continetur, quod & existimauit Aretinus. Sed & huiusmodi homicidia fato plerunque imputant[d]: nec Cornelia de sicarijs puniuntur, nisi alijs delictis aggrauata fuerint: nam tunc rei summo supplicio afficiuntur.

b In l. aut facta. §. fin.
c In l. aut facta. §. fin.
* clementissimo quoque. Pand. Flor.
* λυγρῆς. Pand. Flor.
d Consil. lxxx. l. j. C. de sicarijs. l. si qs. §. qui abortionis. ff. de pœn.

CAPVT XVIII.

In tit. depositi, duo responsa emaculata: & quid sit trophund.

LEGEM, Publia, quæ sub tit. depositi, est nonnihil in emendatũ esse cũ dubitarem, placuit cũ antiquis scripturis vulgatas cõferre. In his ita legere est: Lucius Tit. ita cauit, Ἔλαβον, καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης, τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μύρια, καὶ πάντα ποιήσω, καὶ συμφωνῶ, καὶ ὁμολόγησα ὡς προγέγραπται, καὶ συντίθεμαι χρηστὰ δώσειν τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας, μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. q̃ verba sic Romanè trãsferas: Accepi

hhhh 2

& in rationibus depositi relatū habeo, vt perscripti argenti sestertia quadraginta, omnia facturus, vt consentio, & vt firmißimè promitto secundum suprascripta: quibus cōueni me fœnoris nomine daturum in vnumquemque mensem tibi pro singulis libris obolos quatuor, donec omne argentum reddidero. Quæro an vsuræ peti poßint. Paulus respondit, cum contractum, de quo quæritur, depositæ pecuniæ modum excedere: & ideo secundum conuentionem vsuræ quoque actione depositi, peti possunt. Legendus autem est hoc modo iste paragraphus: qui cū Græca cautione conscriptus esset, Accurs. nihil admonito, cuius essent ineptæ illæ translationes tanquam Iurisconsulti ipsius fuerint, eas interpretatur: cū tamē nemo, nisi planè ἄμικος, sit, qui imposturam lectori fieri nō animaduertat. Sed & sequens paragraphus ita legendus videtur: Titius Sempronio † salutē. Habere me à vobis † plus minus x. & discos duos, saccum signatū, ex quibus debetis mihi x. quos apud Titium deposuistis: item quos trophima † decem: item ex ratione patris vestri decem, & quæ † excurrunt, &c. Significat autem trophima hîc, vt arbitror, κουροτρόφιον, id est, mercedem ipsam & pretium nutricationis, & id ferè quod vulgò pretiū duodenæ dicimus: potest Latinè dici nutrititium, sicut plurali numero nutritiria, nutricū merces: à qua voce nec Vlpianus Iurisconsultus se abstinuit. Ostendit igitur Titius hac epistola, habere depositum, super quos inter cætera sibi debeantur decem, quos trophimati debeat Sempronius. τρέφειν significat alere, τροφὴ & τρόφιμα nutricationem: vt non omnino damnandus sit Accursius, qui id ingenuè fassus est se non intelligere: & non satis rectè alij faciant, qui nescio quid hîc de cistiphoris inculcant: quod, mehercule, tantum ad rem facit, quantum, quod dicitur, in lente vnguentum.

† *Semproniis.* Pand. Flor.
† *à vobis auri pondo, &c.* Pā. Floren.
† *Trophimati.* Pand. Floren.
† *quod excurrit.* Pand. Flor.

CAPVT XIX.

L. vlt. C. de bon. auto. iud. poßid. ex vnius voculæ superfluitate inenodabilem esse.

CVM Imp. Iustin. sanxisset, vt si plures creditores alicuius cōtumacis essent, & vnus ex primò decreto in possess. missus foret, is etiā alijs ita prodesset, ac si illi quoquā in possessionem iuissent: subsequitur in vltima constitutione, de bonis auctoritate iudicis posidendis, his verè verbis: Sin autē hi, qui detinent possessiones, vel ex sententia iudicis rem vendiderint, vel alio quocūq; modo legitimo, omne ius, quod in ijsdem † rebus habere noscuntur, in alias personas post definitū à nobis tempus trāstulerint, & certas pecunias acceperint: quicquid superfluū inuentum fuerit, & ampliùs quàm eis debetur hoc modis omnibus, &c. Dubitauit Accurs. quid esset istud tempus à Iustin. definitum: & nunc idem tēpus opinatur, quod in iure dominij impetrando statuitur: nūc id quod ad pręscriptionē necessarium est: quorum vtrunq; non conuenit: quandoquidem ius dominij in pignoribus conuentionalibus, nō autē pretorijs impetratur: itemq; tempus præscriptionis expectare nimis longum esset, cùm secundum decretū soleat sequenti anno interponi. Igitur cùm dubitarem, consului antiquiores codices: in his reperi illa verba, *à nobis*, non esse: sed solùm legi, *In alias personas post definitum tempus transtulerint*, &c. quapropter libet hæc contexta verba aliter intelligere, videlicet statutū tempus significari, non quidem à lege, vt vulgò existimatur, sed ab ipso iudice: puta quia creditor ex primo decreto ita missus est ab ius dicente in possessionem, vt si debitor intra annum, vel viginti menses non comparuerit, habeat ius vendendi ea bona, in quorum possessionem destinatus est. esse autē tēpus id prætoris arbitrio statuendum, communi calculo cēseri Ioan. ab Imola, & Alexander abūdè testātur.

† *aliàs*, his. Pand. Flor.

CAPVT XX.

L. si hæreditas. de testa. tut. ex minimo script. lapsu A *obscuriß. reddi: quapropter suæ luci à nobis restituta.*

IVRISCONSVLTVS Vlpianus [a] de testamētaria tutela: Si pater filio & nepoti ex eo tutorem dederit mortuo, viuente se, filio confirmari dationem tutoris in nepotem ex lege Iulia Velleia † tradit: cùm enim confirmatum sit testamentū, cōsequēter tutoris quoq; datio valebit in eo testamēto q valet, vbi nepos vel hæres institutus sit vel nominatim exhæredatus. B Impressi codices, & etiā bona pars eorū q post Accurs. scripti sunt, dictionem habent superfluentem, quæ non parum negotij ipsi Accursio fecit: siquidem post hæc verba, In eo testamēto quod valet, subsequitur, idem vbi nepos vel hæres institutus sit, &c. cùm aut vox illa eradenda sit, aut (quod in alijs annotaui) legendum sit, id est: † vt sit sensus, valere dationem tutoris in testamēto quod valet: tunc autem valet, vbi nepos vel sit in C stitutus, vel exhæredatus: quoniam alioquin agnatione rumperet, vt ex Galli Aquilij institutionibus constat. Nam quod Iacobus Arenæus hîc comminiscitur, mihi certè non fiet verisimile, qui in sequens comma illud verbum, idem, refert: quasi diceret, idem esse, vel quòd nepos sit institutus, vel quòd exhæredatus. Sed certè hæc ex seipsis constant, tantum abest vt nostris argumentationibus reprobando sint.

a d. l. si hæred. §. qui filium.
† Velleia. in Pand. Flor.
† *Sic in Pand. Flor.*

CAPVT XXI.

D *Rubricā C. de senten. ex peric. recit. vitio scriptorū labe non carere: quapropter declarata vera lectio.*

EXPLICANDAE nunc sunt quædam rubricæ, quę propterea quod corruptæ circunferantur, non satis integrum sensum habent. Et in primis titulus est Codicis Iustiniani, de sententijs ex periculo recitandis: in quo lē E mate vox illa, ex periculo, non sat rectè explicari potest. nam si Doctorū interpretationē hîc referā, scio vix tenere risum lector poterit: quando quidē tractari aiunt, queādmodum sine periculo sententiæ ferātur: & in exemplum adducunt nescio quem prætorem Genuensem, qui cataphractus equo insidens sententiam tulerit, dum iram victi formidat. sed (vt verum fatear) ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα, vt Aristophanis versiculo vtar. quapropter ex quorundā sententia[b] legen F dū videtur, de sententijs ex breuiculo recitādis: tractat enim totus ille locus, quemadmodū sententię ex scripto recitari debeant. Breuiculus diminuta forma deducitur à breui, hoc est, ab schedula seu scrip. pactióve: & vt alios omittā, Impp. Valetin. Valens & Grat. titulo C. de conuenien. fisci debit. libro x. inter chartulas (aiunt) confiscati cuiusdam breuis asseueratur inuentus, &c. Quamuis futuri sint qui existimabūt barbaram etiā vocē qua nihil frequentius in Romanorum scribarum archiuis. meminit & plerūq; Lampr. &

b Budę. in prio. ad Pan. annot. l. si. ff. de sena.

& huius monetę consimiles. In vetustis tamen codicibus, itemq; Theodosiano Codice[a] vulgata lectio approbatur, vt fortè dictio illa, periculū, ad experiētiam memoriæ referenda sit, ἀπὸ τῆς πείρας, id est, à tentamento, vt in diuinatione in C. Verrem interpretatur Asconius Pædianus.

a li. iiij. titul. xv. in rub. & in l. j.

CAPVT XXII.

Rub. C. de sponsalib. non rectè vulgò consideratā.

EST & malè exposita rub. Codicis, de sponsalibus & arrhis sponsalitijs, & prosœneticis. Interpretatur autem Accurs. prosœnetica salariū esse, quod prosœnetis datur: & cū de hoc nil agatur hac in tota lectione, existimauit rubricam esse ipso tractatu generaliorē. Sed sciendum proxenetriam significare conciliatricem nuptiarum: & sensu sequiori ideò dici, quoniam id minus soleret per fœminas fieri. Vocatur & promnestria. Aristophanes in nubibus: εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρια ἀπολέσθαι κακῶς, ἥτις με γῆμ' ἐπῆρε τὴν σὴν μητέρα. Imprecatur mortem Strepsiades, iratus filio, promnestriæ, quæ suaserat, vt eius matrem duceret in vxorem. Igitur in hac rubr. arbitror legi debere proxenetrijs, vt intelligamus hîc tractari de arrhis sponsalitijs, quæ videlicet dantur sponsis & proxenetrijs, quæ scilicet deponuntur apud proxenetrias: & hòc modo rubrica ita generalis non erit, quin posit cōprendi ex his, quæ in tractatu dicuntur. Cæterùm quòd Accursius tradit, proxenetricum dici salarium proxenetę, advertendum est, quoniā Iurisconsl. in eius titul. lege vltima tradit ἑρμηνευτικὸν dici: quamuis in vulgatis codicibus Græca vox desideretur.

CAPVT XXIII.

In l. ij. C. de vet. enulc. iur. quædā verba emendari declararíque debere.

IN posteriori constitutione, de veteri iure enucl. edicit Imp. ne alicui liceat interpretationes in ius ciuile cōdere, ne ex his aliquid dubietatis insurgat, vnde iterū omne ius turbetur: quod edictum non modò palam cōtemnitur, longa iam interpretandi consuetudine ab Irnerio cœpta, ab Accurs. perfecta, à Bart. Baldo, cæterisque συμμύσταις vsque ad nauseam aucta: verumetiam, si dijs placet nemo laureola Doctoratus insignitur, nisi cum hac præfatione, Damus tibi auctoritatem glossandi: vt sicut prima initia adversus Iustiniani legem auspicātur, ita discant in futurum in eadem corruptela perseuerare, & indies aliquid adversus legumlatores conari. Libet Cæsaris ipsius verba referre, quoniam in vulgatis codicibus Græcarum quarundam vocularum defectu sunt imperfecta. Nemo eorum qui † iuris peritiam habent, † audeat commentarios ijsdem legibus adnectere: nisi tātum si velit eos in Græcam vocem transferre sub eodem ordine, eaque consequentia, sub quo & Romanæ voces positæ sunt, hoc quod Gręci κατὰ πόδα dicunt: vel si quis forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerit, & ea quæ παράτιτλα dicūtur, componere. significat illud per vestigia, quasi ijsdem vestigijs inhęrere, hoc verò, summaria quædam per titulos, quorum mentio quoq; in præcedenti constitutione.

† *in præsenti iuris. in* Pand. Flor.
† *neque qui postea fierent.* Pand. Flor.

CAPVT XXIIII.

L. Mæuius. §. duorū. ff. de legat. ij. non rectè hactenus perceptam, nunc posse intelligi, si quis tamen hæc quoque scripta legat.

VERBA Iurisconsulti Papiniani [b] ita se habent: *Duorum testamentis pars fundi, quæ Mæuij est Titio, legata est. non ineleganter probatum est, ab vno hærede soluta parte fundi, quæ Mæuij fuit,* A *ex alio testamento liberationem obtingere: nec postea parte alienata revocari actionem semel extinctam. Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mæuij fuit, legetur, solutio prior non perimit alteram actionem, atque etiam hanc eandē partē aliquo modo suam factā poterit soluere alter hæres: nāque plures in vno fundo dominiū iuris intellectu, non diuisione corporum, obtinent, &c.* Accurs. hoc in loco non, nanq; plures, vt vetustus meus codex habet, sed neq; plures, legit: atq; exponere conatur duobus modis, sed mehercule tā alienis à vero B sensu, quantū ipse à literatis literis fuit: fuit aūt oppido quàm longissimè. Igitur ne in his quæ minimè necessaria arbitror, confundantis tempus teram, sic in hoc responso fingendum esse casum opinor, atq; ita declarandū. Fundus, puta Trebatianus, communis erat Męuio & Sempronio: fingamus duorum testamentis mihi legatā partem huius fundi, quæ Mæuij est, hoc casu solutio prior perimit alterā actionē. Sed pone non esse dictum aliquid de Mæuio, sed simpliciter le C gatā partem fundi Trebatiani, an hîc idem erit quod superius? minimè verò: & ratio est, quoniā Mæuius & Sempronius in eo fundo dominium habent iuris intellectu, nō diuisione corporum. Cùm enim constet medium fundum vtriusque esse, nō tamen cōstat vtra pars alterius sit: igitur non habent dominium diuisione corporum, sed solo iuris intellectu, quo iure totus fundus illis communis est. Igitur si soluatur mihi pars huius D fundi, ex quo posibile est, vt in diuisione spectet ad Sempronium, rectè soluta est: si iterū soluatur, rectè quoq; soluitur, tanquā ferè eadē non sit, cùm iuris intellectu potuerit vel Mæuij esse, ergo tanquā diuersa penditur. Idemq; iuris est hoc casu, cùm fundus est duorū atq; si res aliqua generaliter legetur, quæ potest rursus solui, licet diuersa ratio sit in homine generaliter legato. Cæterùm his vlteriùs insistere, præsentis non est instituti: non enī me præterit, quàm dubitabilis hîc sit intellectus, vt existimo tamen verus.

b l. Mæuius. §. duorū. de leg. ij.

CAPVT XXV.

E *Restitutum Græcum responsum l. vlt. de act. & oblig. ex cuius ignorantia antiqui decepti, longè de linea aberrauerunt.*

VLTIMA lex in titul. de actionibus & obligationibus circumfertur, quæ si eo legatur modo, quo in antiquis Digestorū voluminibus cōpicitur, & emendatior erit, & non F parum à vulgatioribus differens. Verba ita se habent: *Procurator Seij admisit subscriptionem apud † argentarium vascularium in verba infrà scripta:* Λεύκιος Κλαύδιος † ἐπέγνων καθὼς προγέγραπται, τὰ † λοιπὰ παρ' ὑμῖν ὀφειλόμενα τῷ δάνι τίσα. quæro an C. Seiū obligare potuerit. &c. (nā quæ sequuntur, satis fideliter in impreßis leguntur.) Cæterùm nec interpretatio Accurs. quā nescio quis inuertit potiùs, quàm Græcam illā subscriptionem conuertat, admittēda est, quippe quæ nil cōmune cum vero sensu habeat, cùm

† ad, Pand. Flo.
† Κλαύδιος. Pand. Flor.
† ἐστὶν Pand. Floren.

in ea de exactione debitorũ,nihil de vasculis cõficiundis minus sit:sed hoc modo rectius dixeris,L.Claudius agnoui,prout adscriptum est,reliqua à nobis debita esse.Est autem L. Claudius procuratoris nomẽ,nec vascularius artifex quicquam ad argentarium pertinet. Non probatur itaq;,(vt Doct.opinantur,ex hac lege) confesſionem procuratoris extra iudicium factam domino non obesse, sed potiùs procurator in calculo subscribat,reliquatorem se alicuius esse: si re vera non sit dominum nequaquam obligari. Non refero Accursij translationem:quoniam cùm, vt dicitur,neq; cœlum,neq; terrã attigerit, operæpretium non arbitror,talia chartis infarcire.

CAPVT XXVI.

Pauli respõsum titul. de adulterijs,hactenus ineptè perceptũ,ex mala vnius Græcæ dictionis tranlatione.

PAPINIANVS lib. j. de adulterijs, cuius responsum sub eodẽ titulo in Digestis [a] relatũ est:*Lex, inquit, Iulia stuprum,& adulterium* † κατακεχρηστικῶς *appellant* † φθορὰν.*Sed propriè adulterium in nupta committitur propter partum ex altero cõceptum,composito nomine:stuprum verò in virginem , viduámve committitur quod Græci* διαφθορὰν † *appellant.* Igitur quod in vulgatis codicibus est,promiscuè abradendum est:quandoquidem non est κατακεχρηστικῶς significat, sed potiùs quod dicere solemus,abusiuius & magis impropriè. quod vel ꝓpter leges municipales notandum est,cęterosq; id genus tractatus,quibus per extentionem verba non accipimus: & quamuis latiùs quoq; aliquando capiamus,vix est vt ad huc maiorem abusum trahamus, nisi fortasse sit fauore testamentorum: pro quibus sustinendis non impropriè tantùm,sed vt Raphael Comensis [b] ait, improprijssimè quoq; verba declarantur.

a l.Inter liberos. illo titul.
† *promiscuè.* Pand.Flor.
† καταχρηστικῶς. Pand.Flo.
† φθορὰν. Pand. Flor.
b In l.cum filio. de leg.iij.

CAPVT XXVII.

Scæuolæ Græcum responsum aliud vulgata translatione significare quàm debeat.

REFERTVR & huiusmodi Scęuolæ [c] responsum. Sorore sua hęrede instituta de seruis ita cauit: Βούλομαι, καὶ παρακαλῶ γλυκυτάτη μου ἀδελφή, σὲ παρακαταθήκην ἔχειν Στίχον καὶ Δάμαν τοὺς μου πραγματευτάς μου, οὓς ἐγὼ οὐκ ἠλευθέρωσα ἄχρις ἂν ... † ψήφους ἀποκαταστήσωσιν, ἐὰν δὲ καὶ σοὶ ἀρέσωσιν ἐμὴν ... τὴν γνώμην μου. quæro, si paratis actoribus rationes reddere, hæres libertatem non præstet,dicendo eos non placere sibi,an audiendi essent.respondi,non spectandum quid hęredibus displiceret, sed id quod viro bono posset placere,vt libertatem consequatur.Eas autem voces Gręcas,quisquis ille fuit,ita vulgò transtulit: Volo , & rogo dulcissima mea soror,in commendatione te habere Stichum & Damã meos actores, quos ego non manumisi.donec rationes redderent : si aũt tibi placuerint,significaui tibi mentẽ meã. Quæ verba vtcunq; translata satis congruũt Græcis literis,referuntq; totius clausulæ sensum:vt quod inde sequitur,omnino sit abradendum : significaui tibi mentem meam,id est,vt redditis rationibus sint liberi. Postrema enim hęc verba supra contextũ Iurisconsulti ꝑ glossemate ab aliquo addita , deinde in ordinẽ ipsum ab imperitis relata crediderim:quæ quanti momẽti sint,nemo certè non videt:cùm longè dubitabilior sit is casus,quem simpliciter Græcè Iurisconsultus proposuit:alioqui si ea verba in fideicommisso fuissent , nemo dubitasset hos boni viri arbitratu fore liberos.

c In l. Thais. §. sorore. ff. de fideicom.libe.
† ἄρτας. Pand. Flor.

CAPVT XXVIII.

A *Iuliani sententiam quandam iure non subsistere, nisi menda de illius scriptis tollatur.*

APVD Iulianum, de suis & legit. Quod,inquit, nepotes ex cõsuetudine cognati appellantur, non propriè, sed per abusionẽ potius accidit. Quæ verba si hoc modo legantur, id necessariò probant, cui nemo non, qui peritus sit,reclamaturus est, B generis videlicet verbum per abusionem de specie dici:id enim falsum est. Nã cùm [d] cognatio, vox sit generalis,quæ agnatos contineat, non video cur nepos etiam post mortem testatoris cõceptus,non dicatur propriè fuisse illi cognatus. Quare & antiquum meum codicem,& eum qui Florentiæ sit, non dubito longè fideliores esse: in his ita propemodum est,non propriè,sed per abusionem,vel potius ἀναφορικῶς accidit. Significat autem vocula hæc , per relationem : & hic C est sensus,vt cùm testator sit mortuus, non possit habere cognatum,tamen per quendam quasi abusum , vel potius relationem ad hoc tempus, si viueret,dici cognatum . Illud ergo quod dixerat Iurisconf. per abusionem, statim emendauit, insuper Græcam illam dictionem additando.

d l.item pretor. c.Rodoph.vbi Abb.de rescrip.

CAPVT XXIX.

D *Declaratus Iurisconsultus,dum amphorarium vinum explicat, Græcámque vocem Latinè subrogandam.*

IN vltima lege,de tritico,vino,et oleo legato: Qđ si,inquit Iurisconsultus ita esset legatum, vinũ amphorarium,Aminæũ,& dulcia omnia:nihil inter dulcia,nisi quod potionis fuisset, putat Labeo,&c.In antiquo codice non Aminęum legitur,vt sit species vini,cuius Vergilius & Ausonius E meminerint(syllaba tamen in illo inemendata,sunt & Amineæ, pro sunt etiam Amineæ) sed potius Græcè ἄμεινον , id est, optimum quod quidem in iure non multum referret,nisi Comẽsis Raphael [e] in ea aduersus Bartol. fuisset hęresi, vt si generi vna tantum species adderetur, existimaret per speciem genus non restringi: si verò post genus plures species annumerarentur, tunc coarctari. Cuius opinionis argumẽtum ex suprascriptis verbis colligebatur: quasi non aliam ob causam dulcia omnia restringãtur ad potiones,quàm quia duæ enumeratæ erant F potionum species,vinum scilicet amphorarium,& vinum Aminæum. sed, vti dixi, inemendatus est codex:non tamen diffiteor Raphaelis sententiam longè mihi probabiliorem videri, quàm Bartoli,qui hoc in tractatu ita distinguit,secat, subsecat, minutiasque rursus diuidit, vt in clarissima re chaos ipsum induxerit.

e In l. quæsitũ. §.fin.ff.de fund. instruct.

ANDR.

ANDR. ALCIATI IVRISCONSVLT. MEDIOLANEN. DISPVNCTIONVM LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.

SCRIBENTEM me & hisce quisquilijs successiuas horas tribuentem, nihil æquè ab incepto deterret, quàm quòd lectorum iudiciũ reformidem. Nam & eo magis id mihi pertimescendũ est,qui maximis(his pręser tim diebus)negotijs districtus, vix otium studio suppeditare possum:quapropter non iniuria vereor,ne in nos studiosior aliquis genuinum meritò frangat, minimeq; eius audaciam probet, qui aliud agens, edenda, & per manus hominũ itura,componat.Sed & his fortasse illud satisfecerit,quod non omni laude defraudandus sit ille statuarius, qui tametsi ipse poliendi ignarus, corpus tamen ipsum, marmorisq; venas diligenter conspicatus,materiam peritiori exhibuit: sicut nec omnino illaudati rhetores, quod iugulũ nudent,in quo excellentiores oratorũ eloquentiæ aciem stringant.Sic enim & ipse defendi potero, qui locos difficiles & mendosos annotarim,& ceu digito indicauerim . Prodeat nunc eruditior aliquis, qui maiore eos otio explicet, qui distringat, qui expoliat. Verùm omnino ab his qui ista facere possunt, parum mihi metuendum est:sunt enim in literis fuci quidã, qui, cùm ipsi vel Cirnæo melle amariora congerant, doctos tamen naso suspendere non erubescunt:solumq; inde eruditos se arbitrantur, quòd sibi tũ maximè placeant,cùm de peritioribus iudicant. His ego non aliud respondeo,quàm sicut Solon existimauit, eos demum bene imperare, qui ipsi seruissent : ita eos demum de eruditis rectè pronuntiare,qui ipsi uel æquè bene,vel melius componant . Quandoquidem meo iudicio is in literarum palestra solùm aliquod nomen mereatur, qui πρὸς τὴν σύνταξιν valeat. sic antiquos , sic etiam recentiorum aliquos laudamus . qui nihil aliud quàm criticus est,is vt phreneticus meritò inspuatur . Horum igitur cùm vti Megarensium οὐ λόγος , οὐδ' ἀριθμὸς sit , secundum hunc librum dijs auspicibus exordiendum duxi, quem vel sola nouitate plausibilem fore meritò suspicor, studiososque hoc nomine ad eius lectionem prouoco:ex quibus fortasse aliqui in hisce Græcis verbis maiorem sermonis puritatem requirent : qui velim sciant , in facto ita accidisse, vt eo modo conceptæ clausulæ proponerentur : nec idcirco Iurisconsultos arguendos, qui non de castitate elocutionis, sed de iure responsitarent. Cæterùm & si quisquam nobis etiam alia,obiecerit, is sibi hoc proponat,eum qui edere quicquam in publicum velit, periculi magnitudinem non prospicere, at studiosorum humanitate diffidere qui nolit.

CAP. I.

Celebratissimum quoddam Scæuolæ responsum nõ rectè à glossematicis translatum, declaratumq;.

A INSTITVTO *filio hærede, ex eo nepotibus emancipatis, ita testator cauit* [a] : Βούλομαι δὲ τὴν * ἐμὴν οἰκίαν μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων, † μηδὲ δανείζεσθαι παρὰ † αὐτῶν , ἀλλὰ μένειν αὐτὴν ἀκέραιον † αὐτοῖς , καὶ υἱοῖς καὶ ἐκγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον , ἐὰν δὲ τὶς βουληθῇ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ ἢ δανείσασθαι, κατὰ αὐτοῦ ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ , καὶ δανείζεσθαι περὶ αὐτοῦ . ἐὰν δὲ τὶς παρὰ ταῦτα ποιήσῃ ἔσται τὸ χρηματιζόμενον ἄχρηστον καὶ ἄκυρον. *Quæritur cùm filius defuncti mutuam pecuniam acceperit,&c.* legendum hoc modo est Scæuolæ responsum , non vti vulgata lectione passim circunfertur. nam & illud mirum , Accursium præter morem suum , non admonuisse lectorem Græca testatoris verba in archetypis esse B . Eorum translatio hoc modo faciũda erat his qui Latina barbaris antistare arbitrantur. Hæres meus domum meam ne vendito, néue creditoribus obligato , sed ipsa permaneat simpliciter in filijs, inq; nepotibus per omne æuum. si quis autem ipsorum vel vendere, vel creditoribus obligare partẽ suam voluerit, id ei vt faciat, potestas esto, dũ cohæredi vendat obligetúe. si quis hanc iussionem aduersus fecerit, quod ob pecuniam obligat, inutile & infirmum esto. Ex veteri quip D pe translatione non constat, an voluerit testator alijs, quàm fœneratoribus posse obligari domũ, cùm verba illa simpliciter possint restringi ratione aliarum obligationum: & tamen Græcè dicitur μηδὲ δανείζεσθαι , quod non solùm ad creditores fœneratitios , sed ad quoscunque qui pecuniam credunt, referri potest. His adde, quòd verbum illud , neq; fœnerari super eas , in vulgata translatione Latinè non ponitur, cùm fœnerari in passiua significatione veterum nemo dixerit. Dicet E aliquis, quid istud ad Iuris ciuilis professionem attinet? cui ipse: nõ aliter, quàm totus titulus de verborum significatione.

a l.Lucius. §. in stit. de legat. iij.
† τὰς ἐμὰς οἰκίας Pand.Flor.
† μη.Pan.Flor.
† κατὰ.Pand. Flor.
† αὐτὰς ἀκεραίας. Pand.Flor.

CAP. II.

Græca lex , titulo locati , restituta : cùm tamen ex interpretibus eam deesse hactenus nemo animaduerterit.

F LIBET referre Græcã legem [b], quæ in omnib. codicib. impressis ita desideratur vt neq; vllam interpretationẽ Latinã habeamus. ea in Pandectis Florẽtinis est in titulo locati, subsequiturq; legẽ, cui initium est, si cui cauero . Modestinus lib . vj . excusationum ; οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι ἢ κουράτωρες πρὶν ἐκτίσαι τὸ τοῖς μισθωταῖς , † μισθωταὶ καίσαρος γενέσθαι κωλύονται , καὶ αὐτὸς ἀπεκηρύχθη ... τοῦτο προσῆλθε τῇ μισθώσει τῶν τοῦ καίσαρος

b l.οἱ ἐπίτροποι. ff. loca.
† ... Pand.Flor.

χωρῶν, οἱ παρακινήσαντες ἐκλάζεται, τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος, κατὰ ταῦτα δὲ ἐγχειρίζοντες † ὡδὶ τροπαίας † ἢ κερατωρίας, ἀπὸ ἐκκλινομένοι μισθοῦνται καὶ παρὰ τὸ ταμεῖς. † Qui tutores facti sunt aut curatores, priusquàm satisfecerint, conducere aliquid à Cæsare prohibentur: quod si quis dissimulans progrediatur, & agros Cæsaris conducat [a], vti contrà faciens punitur, vt Imperator Seuerus constituit: secundum hęc & qui tutorum vel curatorum officium iniungunt, ab fisco conducere prohibentur.

† οἱ χαρίζοντες. Pand. Flor.
† ἐπιτρόποις, Pand. Flor.
† ταμεῖς χωρία. Pand. Flor.
a Facit l.j.C.ne tut.vel cu.

CAP. III.

Non antiphona, sed antichresis, in duobus Digest. responsis legendum: vt eaq; interpretatione maiores nostros hallucinatos esse.

SI *pecuniam*, inquit Marcellus [b], *debitor soluerit, potest pignoratitia actione vti ad recuperandum antiphonam: nam cùm pignus sit, hoc verbo poterit vti.* Accursius hîc cùm corruptum in codicē incidisset, meras nugas effutiuit in declaratione huius legis. quem & secutus Bartolus, existimauit hîc probari, pignus, quod sub alterius nomine datum esset repeti per pignoratitiam actionem. Sed nescio an maiora fuerint Pauli Castrensis somnia, qui nescio quid hîc de prætorio pignore intelligit: quòd tantum ad rem facit, quantum crepidæ (vt dici solet) clauus trabalis. Itaq; legendum est non antiphonam, quæ ad hanc legem nullius sensus est, sed antichresin. ἀντίχρησις, † vt ex etymo vocabuli conijcere licet, pignus est quod ita datur, vt eius vsum & fructum pro vsuris sibi creditor computet: puta, si tibi tradam fundum ea conditione, vt eum pignori habeas, donec tibi centum soluerim: & vt interim fructus colligas pro vsuris, quas alioqui tibi præstare debuissem. verbi gratia: Sex. videbatur, quoniam id non omnino consuetam pignoris formam seruaret, non competere pignoraticiam actionem: quod Marcellus negat. Et hoc quoq; sensu hæc vox accipienda est in tit. de pignoribus [c]. vbi idem Iurisconsultus: Si (inquit) ἀντίχρησις facta sit, & in fundum, aut in ædes alias † inducatur, eousq; retinet possessionem pignoris loco, donec ei pecunia soluatur, &c. vbi etiam de pignore prætorio Accursius & cæteri intelligũt: qua expositione nil frigidius est. Eius autem sensus hic est? Si promitto tibi fundum Seianum in pignus dare, cuius fructus in vsurarum compensationem tu capias, deinde non illum, sed alium tradiderim, an retineas possessionem, &c.

b In l.si pecuniam. de pign. actio.
† sic in Pand. Flor.
c l.j.§.j.
† aliquis. Pand. Flor.

CAP. IIII.

Restituta Græca vox Iurisconsulto, cùm antea mutilus esset sensus.

IN lege, quam Tuberonis. de peculio [d], vnius Græcæ voculæ defectus totum sensum tenebris inuoluit, & maculat. nam cùm Iurisconsul. dixisset, vt seruus peculium habeat, scientiam domini necessariam esse subiungit: scire autem non vtiq; singulas res, debet ex necessitate, sed παχυμερέστερον & in hanc sententiam Pomponius inclinat. Significat vox illa, pinguius. id alia declaratione non videtur indigere, cùm & ea in hunc sensum Aulus Gellius vtatur. lib xiiij. cap. j.

d §. scire autem.

CAP. V.

Eudæmonis deprecatio non satis fideliter versa: quapropter hic de eius expositione disputatum.

A REFERENDA nũcà nobis est Græca lex, quæ in vulgaris codicibus ita translata, vt sensum qualemqualem exprimat, quibusdam interpretibus ineptitudinis, aut erroris ansam præstitit. ea est in titulo Digestorum ad legem Rhodiam, de iactu, in hæc verba: Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυάγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᳳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. Eudæmonis Nicomediensis ad Antoninum Imperatorem supplicatio. Domine Imperator Antonine, naufragium facientes in Italia, direpti sumus à publicanis, Cycladas insulas habitantibus. Antoninus dixit Eudæmoni: Ego quidem mundi dominus, lex autem maris, qua lege Rhodiorum nautica iudicetur in his, in quibus nulli nostrarum aduersatur. Idem enim & diuus Augustus existimauit. Libuit hanc legem referre, vt duos interpretum nostrorum errores confutarem. & in primis dum Accursius & Bartolus, cæterique aiunt ita accipiendam, vt valeat consuetudo, cui lex non aduersatur: cùm nihil hîc de consuetudine dicatur: imò τῷ νόμῳ, inquit, τῶν Ῥοδίων κρινέσθω. id est, lege Rhodia indicetur. νόμος enim apud Græcos, si propriè loquamur, legem scriptam magis significat: sicut ἐθισμὸς legem non scriptam, & quandam potius consuetudinem refert. Nam & Iurisconsultus vbique hanc Rhodiam legem appellat: vt non videam, cur consuetudinem hîc intelligamus. Sed & dum dicitur, ego quidem mundi dominus, lex autem maris: quidem Gallici Doctores existimabant propter aduersatiuam, maris imperium ad Imperatores non pertinuisse: quod sanè periculum est: tametsi Bald. [e] & Iason hac ratione existimauerint Venetos Romano imperio subditos non esse. Sensus autem huius legis is est: Nam cùm Imperator sit mundi dominus, certè non terra tantùm, sed & mare ipsius legibus parêre debuerat, & ipse in eis leges statuere: cùm tamen in mari, non lege propria iudicet, sed Rhodia, quæ ab eo approbata est. Intellige ergo, dum dicitur, ego mundi dominus: quia orbem terrarum ex lege mea rego. lex autem, intellige Rhodia, maris: quoniam ex ea ius in mari redditur. Huic accedit, quòd particula hæc δὲ id est, autem, nõ ita aduersatur, vt præcedentia semper excludat.

B C D E
e Ioan. Igneus in tract. Bald. in rub. de rerũ diui. Iason in l. ex hoc iure.

F

CAP. VI.

Ex Solonis legibus verba quædam è Caio adducta suo loco restituenda esse, eorũq; interpretatio adiecta.

LEGEM, quæ in titulo [f] finium regundorũ vltima est, fuisse maxima ex parte à Iurisconsulto Caio Græcè scriptã, nemo ignorat. eã in Digestis ex Bulgari trãslatione Latinã habem[*], licet nõ sat politã: eiusmodi tñ vt sensum

f l. fin. ff. fin. reg.

sum satis conuenienter exprimat, præterquàm in fine, dum dicitur, alia autem ligna quinq; pedes: nam scribendum erat, alias autem arbores duos pedes. Id ex Gręca ipsa Solonis lege cõstat, cuius Plutarchus quoq; meminit. ea in hunc modum in Pandectis extat: Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύξῃ τὸν ὅρον μὴ διαβαίνειν †, ἐὰν τειχίον πόδα ἀπολείπειν, ἐὰν δὲ οἴκημα δύο πόδας, ἐὰν δὲ τάφρον ἢ βόθρον ὀρύττῃ ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν, ἐλαίαν δὲ ἢ συκῆν † ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα δύο † πόδας. Cur autem hic error inualuerit, non aliud in causa fuisse existimauerim, quàm quòd in Iustinia. Codice, Valentis Imper. legem esse animaduerterant, quæ, nescio quid, de quinq; pedũ pręscriptione loquitur, sed èa alium sensum habet, vt ex Iunij Nipsi commentarijs alibi declaraturus sum. nã & mutatos quandoq; in sepulchris fines apud Ciceronem ij. de legibus traditur. Sanè & quod vulgò translatum est passum, malim vlnam: ὀργυιὰ enim id quoq; mensuræ significat.

† παραβαίνειν Pand. Flor.
† πέντε Pand. Flor.

CAP. VII.

Ex mala interpretatione l. Lucius. de seruit. rust. præd. quædam Bartoli, cæterorumq; distinctiones adducta, de albo tolluntur.

DE seruitutibus rusticorum prædiorum lex est Græcè scripta his verbi: Λούκιος Τίτιος Γαΐῳ Σηΐῳ τῷ ἀδελφῷ πλεῖστα χαίρειν. ὕδατος τοῦ ῥέοντος εἰς τὴν κρήνην τὴν κατασκευασθεῖσαν ἐν ἰσθμῷ ὑπὸ πατρός μου, δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι δάκτυλον εἰς τὴν οἰκίαν σου, τὴν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἢ ὅπου δ᾽ ἂν βούλῃ. *Lucius Titius Caio Seio fratri salutem dicit plurimam. Ex aqua fluente in fontem, quem instruxit in isthmo pater meus, do, & ob gratiam concedo tibi digitum, in domum tuam in isthmo, aut quocunq; volueris.* quæro an ex hac scriptura, ius aquæ etiam ad hæredes C. Seij pertineat. & Paulus respondit, non pertinere. Huius rei rationem ego arbitror: quoniam non tanquam ius, sed in modum simplicis facultatis concessum erat, vt aqua duceretur. Item verbum χαρίζομαί σοι, id est, gratificor tibi, personan: respicit: & ideo ad hæredes nil transmittitur. Vnde constat in tex. qui Latinus circumfertur, legendum non esse, *Ius aquæ fluentis*, vt passim habetur, nam cùm Bart. distinxisset ea ratione, vt cùm verba concessionis referuntur ad factum, concessio sit personalis: cùm verò ad ius, tunc ad hæredes transeat: & huic opinioni cùm obstaret id responsum, quod dicitur, concedo tibi ius aquæ, & cætera: eò confugit, vt rursus subsecaret, an concessio terminata esset, vel ne. quæ quidem sunt merę scholasticorum cruces: tantum refert, incidisse vel indeprauatos, vel malè translatos codices. quapropter antiqua translatione abrasa, non dubito, quin æquissimus & doctissimus quisque pro nobis sit. Illud non prætereundum, Accursium hîc tam ineptè, digitum aquæ, intellexisse, vt planè constet, mechanicarum rerum nihil sciuisse: quandoquidem etiamnum vulgò mensores & hydrometræ non aliter aquarum mensuras colligant, quàm per digitos, palmos, pedes: quarum rerum rationem in Iulij Celsi cõmentarijs, quos de arithmetica arte facit, legere memini: sed quoniam togatus aliquis vulturius exclamabit, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, hîc referre supersedeo.

CAP. VIII.

L. iura. ff. de legibus cùm non sat rectè acciperetur, alio modo declarandam.

IVRA constitui oportet (inquit Iurisconsultus [a] Pomponius) vt dixit Theophrastus, in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου. Subsequitur deinde Celsus [b]: Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ frequenter & facilè, quàm ad ea quæ perrarò eueniunt: quoniam, vt ait Theophrastus, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Has leges ita interpretantur recentiores Iurisconsulti, vt casus qui rarò accidant, non habendos in consideratione existiment: quod nequaquam ipse probauerim. Quare sciendum est, nomothetas non simpliciter auctores legum significare, sed ipsos qui principaliter leges promulgant: qualis apud Græcos Solon, Draco, Minos, Lycurgus: apud nos Pompeius, qui tulit legem Pompeiam, Iulius legem Iuliam, Cornelius Sylla legem Corneliam, & simiies. Ipsi verò Iurisconsulti Vlpianus, Paulus, Scæuola, non sunt νομοθέται sed legum interpretes: hi plerunq; casus referunt, quę rarissimè eueniunt: quapropter de his in suprascriptis responsis minimè intelligendum est, vt vulgò fieri videmus. Sed & rarissimos casus non considerari fatendum est, raros tamen considerari: verbi gratia, Fœmina vel septenos parere potest, istud est rarissimum: potest & tergeminos, istud rarum, vnum verò vel duos, frequens. quod igitur statuendum? certè medium illud, tres posse nasci. quamobrem Paulus, [c] Quia, inquit, fieri poterat vt tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio assignauerunt, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, (vt ait Theophrastus) παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. ideoque & si vnum paritura sit, &c. hoc enim modo legenda sunt Iurisconsulti verba, quæ in vulgatis codicibus tam peruersè circunferũtur, vt nullum sensum accipiant: qui rei insignem errorem addidit Accursius, qui tergeminos interpretatus est sex.

a l. iij. ff. de leg.
b l. v. ff. eod.
c l. antiqui. ff. si pars hæred.

CAP. IX.

L. aduersus. de arbit. quorundam temeritate corruptam circunferri.

ADVERSVS sententiam arbitri [d] fit si petatur ab eo, à quo arbiter peti vetuit: quid ergo, si à fideiussore eius petatur, an pœna committatur? & putat Iulianus † committi & ita Sabinus scribit: nam τῇ δυνάμει à reo petitur †. ita legenda sunt Iurisconsulti verba. significant autem, cùm à fideiussore petitur, per quandam, vt ita dixerim, possibilitatem à reo peti, cùm si fideiussor soluat, actionem habeat contra reum. Verba autem Græca non solùm in Tuscorũ celebri archetypo, sed & in alijs antiquis codicib. ita se habent, vt nemini dubium esse debeat, quin quisquis ille fuit, qui vulgatam translationē induxit, longè aberrauerit, imposturamq; cæteris fecerit. is ita transtulit: Nã etenim qui à fideiussore petit, à reo petit. Quid, quęso, cõmune hęc verba habent cum Græco τῇ δυνάμει? Dixerit aliquis, cur Iurisconsultus Latinè potius locutus nõ est? Sed & hoc plerisq; notum, dici istud non sat eleganter

d In l. aduersus. ff. de arbit.
† & puto committitur. Pand. Flor.
† petit. Pand. Flor.

ganter potuiſſe. nam & veteres δυνατὸν dicebant: quoniã, poſsibile, nõ admodũ recepta vox erat.

CAP. X.

Sibiipſi reſtitutus Vlpianus, cùm ſcriptorum incuria nullo ſenſu eius verba acciperentur.

a l.de ætate.§. quod autem.ff. eod.

VLPIANVS [a] de interrogatorijs actionibus, ſeu, vt antiqui codices habẽt, de interrogationibus in iure faciendis, ita ferè in caſtigatis voluminibus ait: *Quod autem ait prætor, omnino non reſpondiſſe, poſteriores ſic acceperunt* †, *vt omnino non reſpondiſſe videatur, qui ad interrogatum non reſpondit, id eſt,* πρὸς ἔπος: cuius vocis interpretatio eſt, ac ſi dixeris ad verbum. πρὸς enim ſignificat ad, ἔπος verbum. vt hîc riſum tenere nequiuerim, cùm vidiſſem Accurſium Græcas voces tanquam Latinæ eſſent exponentem, pro ſe pos: cui deinde quoniam vltima ſyllaba nihil ſignificabat, facilè fuit addere, vt diceretur, poſcit. Sed quid ego hîc Accurſ.? quaſi vel hic vnus eius error, alioſque nihilo leuiores fecerit, vel iuſtam cauſam non habeat, qui eorum vitiorum reus fiat, quæ temporis magis erant quàm hominis. Sanè ἔπος Græco ſermone variè accipitur, ſed præſertim pro carmine heroico, cuius inuentionem Pythio Apollini tribuunt, reſponſa enim dabat carmine, id per excellentiam Epos dictũ fuit, quod ἕπονται τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς, id eſt, vti reſponſum erat, res ſubſequerentur, vt Euſtathius ſub ipſum Iliadis Homericæ principium tradit. Inde natum adagium ego crediderim, vt cùm res iuxta præſcriptum conſequerentur, πρὸς ἔπος eueniſſe dicerentur, quæ verò minimè propoſito quadrarent, ea, οὐδὲν πρὸς ἔπος facere teſtaremur. quo ſenſu & Luciani in Philopſeude verba accipienda ſunt. οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα φασίν, nihil hæc ad verſum, vt dici ſolet: nec enim de his interrogabam, ἀλλὰ περὶ τούτων ἠρόμην. Non me latet Eraſmum Rot. modis omnibus incomparabilẽ virum, adagij rationem aliunde deducere, nimirum vt à ſcena tranſlatum cenſeatur, vbi in hiſtrio, ſaltatu, geſtuq; carminis genus repræſentat: ſed veriſimilius videtur, quod nos prodidimus.

† exceperunt. Pand. Flor.

CAP. XI.

Vnam voculam malè in l.iij. de condict.trit. tranſlatam, totum ſenſum peruertere.

DE condictione triticaria, in Digeſtis titulus eſt, in quo tractatu Vlpiani Iuriſconſulti hæc verba in emendatis codicibus referuntur [b]. In hac actione ſi quæratur res, quæ petita eſt, cuius temporis æſtimationem recipiat, verius eſt, quod Seruius ait, condemnationis tempus ſpectandum: ſi verò deſierit eſſe in rebus humanis, mortis tempus: ſed etiam † ἐν πλάτει, ſecundum Celſum, erit ſpectandum: non enim debet leuiſsimum † vitæ tempus æſtimari, &c. Significat autem dictio illa ἐν πλάτει, quaſi latiùs dicas, & inobſeruatis iuris anguſtijs, ne ita tempus mortis ſpectetur, vt ad leuiſsimam æſtimationem rem redigamus: ſed potiùs, quod bonum, æquumq; eſt, æſtimemus. Inducenda igitur circumſcribendáue eſt vox illa, antea, quæ loco Græcæ dictionis ſuppoſita fuit, vt variæ illæ & inconſtantes Accurſij expoſitiones explodantur: qui dum illud aduerbiũ tripliciter interpretatur, oſtendit planè ſe textum nõ intelligere. Sanè vox iſta, ἐν πλάτει, non hîc ſolùm ſed in tribus alijs Digeſtorum locis reponenda eſt: & in primis in Labeonis reſponſo [c] de probationibus, cùm quæritur memoria facti, non hoc quæritur, num aliquis meminerit, quo die, aut quo Conſule factum ſit, ſed num id aliquo modo probari poſsit, quãdo id opus factum ſit: & hoc Græci ἐν πλάτει dicunt. Iulianus quoq; [d] de ſolutionibus. Ratum, inquit, habere dñs debet mox, cùm primũ certior factus eſt. Sed hoc, ἐν πλάτει & cũ quodã ſpatio temporis accipi debet: in quem ſenſum & Vlpianus [e], in titulo rem ratam haberi: Græcè, inquit, hoc ita erit accipiendum, ἐν πλάτει, & cum quodam ſpatio temporis.

b In l.iij. de condict.tritic.

† etiã, in Pand. Flor. deeſt.

† nouiſsimum tempus. Pand. Flor.

c l.penul.

d l.ratum.

e l.quo enim.ff. rem ra.ha.

CAP. XII.

Dictionem παρατατικῶς duobus Iuriſconſulti locis reponendam, nec ſine ea ſenſum ſatis quadrare.

HAEC verba edicti [f], quo prætor legitimos ad bonorum poſſeſsionẽ vocat, quem † ei eſſe hæredẽ oporteret, ſi inteſtatus mortuus eſſet, παρατατικῶς † non ad mortis teſtatoris referuntur tempus, &c. ita in emendatis codicibus (intelligo autem Florentinorum Pandectas) legitur: quamuis vulgò Græca vox non deſideretur, quia nec impreſſorũ vitio ſpatium quidem relictum eſt, in quod poſsit referri: cùm tamẽ neceſſaria ſit, ſi eas, quas Accurſius facit [g], ſubauditiones velimus euitare. Id autem denotat παρατατικῶς, quod eſt, cum extenſione: vnde apud Græcos præteriti imperfecti nomen. Et nõ hîc ſolùm locus, ſed & lex iij. ex quibus cauſis in poſſeſsionem eatur, vbi ex fideliori lectione ita reponendum eſt: Hæc verba, neq; defenderet, παρατατικῶς ſcripta ſunt, vt neq; ſufficiat vnquam defendiſſe, ſi non duret defenſio: neque obſit ſi nunc offeratur. Hac in emendatione diutiùs immorandum non arbitror, quandoquidẽ vix opinor fore, qui his antilogia connectat, vt Plautino verbo vtar.

f l.j.ff. vnde le.

† tum quem Pand. Flor.

† παρατατικῶς et cum quodam temporis ſpatio accipiuntur Pand. Flor.

g l.iij.ff. ex qui. cau. in poſ.

CAP. XIII.

Vlpiani emaculata verba, tit. de iniurijs.

IN lege, iniuriarũ. de iniurijs, vox Græca deeſt, quæ totum ſenſum obnubilat, vt vix quicquam ſani ex eo eliciatur. eſt autem ibi ita legendum: Si quis me prohibeat in mari piſcari, vel verriculum, quod Græci dicunt σαγήνην, ducere, an iniuriarum iudicio poſſum conuenire? ſignificat autem σαγήνη rete. Nec huic abſimilis eſt minimus quidem voculæ defectus in l. ſi quis uxori. de furtis. niſi clarus idcirco ſenſus deprændi non poſſet. Si quis, inquit Vlp. Iuriſc. aſinum meum in equas ſuas, τῆς γονῆς duntaxat χάριν captum admiſiſſet, furti nõ tenetur, niſi furãdi quoq; animum habuerit. hoc autem verba illa referunt, quaſi Latinè, generationis gratia, dixiſſes.

CAP. XIIII.

L. vlt. de colleg. illicit. & in Latina voce, et in Græco ſenſu corruptam circunferri.

CAIVS quoq; Iuriſconſ. in tit. de colleg. illicit. Inter cæteros adducitur, qui in hæc uerba reſponſum id conſcripſerit: quod referre operæpretiũ non arbitrarer, niſi tam Latinis verbis, quàm in Græco ſenſu deprauatum eſſet. Sodales ſunt, qui eiuſdem collegij ſunt, quos Græci ἑταίρους vocant: his autẽ poteſtatem facit lex pactionem, quàm velint, ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis tranſlata eſſe: nam ibi citata eſt eadem. Ἐὰν δὲ ἢ δῆμος, ἢ φράτορες ἢ ἱερῶν * ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι *, ἢ ὁμοτάφοι, ἢ θιασῶται ἢ ἐπὶ λείαν * οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅτι ἂν * τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. Si plebs vel vicini, vel ſacrificuli, vel nautæ, vel conuiuæ, vel communia ſepulchra habentes, vel in thiaſis ſocij, vel ad prædam ſimul profecti, vel in negotiationem, vel id genus ſimile, alter cum altero conuenerit, firmum eſſe, dum publicis ſanctionibus non contradicat. Sanè συνθιασώτας Athenæus eoſdem cum ἐρανισταῖς eſſe tradit: hi ſunt collegæ, qui thiaſon, hoc eſt, tributum, de publico exigunt, vt inde donatiua, ſeu congiaria in plebem, vel in collegia diſtribuant: quamuis alia quoque vulgaris ſit thiaſi ſignificatio. Demoſthenes & Xenophon thiaſotas appellant multitudinem, rei diuinæ cauſa coëuntem: quales noſtro tempore ſunt, quos vocamus vulgò ſcholares & diſciplinatos. Sed & huius legis mentionem facit Plutarchus in Solonis vita, & Corn. Tacitus Auguſtæ hiſtoriæ libro xiiij. Ex his autem manifeſtus eſt Accurſij error, qui Latinum codicem corruptè legens, meris ambagibus inuoluit illa verba. nam ibi citata eſt eadem: quaſi vel illicita, vel licita legendum foret: cùm noſtra ſentẽtia dubio procul probabilior ſit. dicitur autem citata, id eſt, nominata eadem. indicant autem illa uerba, μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα.

* ἱερῶν Pand. Flor.

*σύσσιτοι. Pand. Flor.

* λείαν. Pand. Flor.

* ὅτι ἂν. Pand. Flor.

CAP. XV.

Duæ leges reſtitutæ cum Græcis verbis, ſuperq; ea re diſputatum.

DVAE ſunt in tit. de ædilitio edicto leges, quæ quoniam impreſsis voluminibus abſque Græcarum uocum deſcriptione vulgatæ ſunt, non ſatis perſpicuè poſſunt intelligi. eas ex Piſano codice placuit his noſtris quiſquilijs adnectere. Et quantũ intereſt inter vitia, quæ Græci κακοήθειαν, & quæ πάθος aut νόσον appellant, tantum inter alia vitia, & eum morbum ex quo quis minus aptus vſui ſit, differt. Alia lex, hæc eſt Pauli Iuriſconſulti: Mutum morboſum eſſe, Sabinus ait: morboſum enim eſſe, ſi ſine voce apparet. ſed qui grauiter loquitur morboſus non eſt, neque qui ἄσαφος. planè qui ἄφωνος, hic vtique morboſus eſt. ſignificat autem ἄσαφος obtuſè loquentem, ſicut ἄφωνος idem eſt ac ſi ſine vlla ſignificatione ſermonis diceres: qui quidem ſonum emittunt ſine vllo intellectu: & iidem ferè quos Iuriſc. de ſupellect. leg. loqui ait τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ, id eſt, voce inarticulata.

CAP. XVI.

Demoſthenis verba Claudio Saturnino reſtituta, & hactenus non intellecta, lex nunc optimè declarata.

CLAVDIVS Saturninus in tit. Digeſtorum de pœnis: Qualitate, inquit, delicta cognoſcuntur, cùm factum vel atrocius vel leuius eſt: vt furta manifeſta à non manifeſtis diſcerni ſolent, rixæ à graſſaturis, expilationes à furtis, à violentia petulantia. Qua de re maximus apud Græcos orator Demoſthenes ſic ait: οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησεν τὴν ὀργήν, ἀλλὰ ἡ ἀτιμία, οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶν δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν ἀήθεις τοῦ προπηλακίζεσθαι (οὐδεὶς ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτ' ἀπαγγέλλων δύναιτο, τὸ δεινόν, παραστῆσαι τοῖς ἀκούουσιν, οὕτως ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ πράγματος τῷ πάσχοντι καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται.) Non enim plaga iram præ ſe fert, ſed contemptus: neque graue eſt liberis verberari, tametſi graue, ſed ſi per contumeliam, multa enim is, qui verberat, ô viri Athenienſes, facit: quorum quædam is qui patitur, neque alteri denuntiare poterit, habitu, aſpectu, voce. percutit quis vti conuitiator, percutit vti inimicus exiſtens, percutit pugnis, percutit in maxillam: hæc mouent, hæc extra ſeipſos conſtituunt homines, iniuriam pati non aſſuetos. nemo enim, viri Athenienſes, denuntians hoc quod aggrauat, audientibus repræſentare poteſt, ita vti rei veritas ſe habet: cùm tamen ipſi perpeſſo & videntibus manifeſta iniuria apparuerit. Ita totus hic locus emendandus eſt, & vulgares ineptiæ explodendæ.

His notis incluſa ( ) deſunt in Pand. Flor.

CAP. XVII.

Quædam verba nec Latinè, nec fideliter tit. de pig. tranſlata: quia propter à nobis declarata vti debuit.

SCAEVOLA [a] in vltimo ferè reſpõſo, de pignoribus, huiuſmodi refert epiſtolam: Δανεισάμενος παρὰ σοῦ δηνάρια πεντακόσια, παρακαλῶ * σε, μὴ βεβαίωσιν * ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, οἶδας γὰρ ἀκριβῶς ὅτι καὶ ἡ ταβέρνα, καὶ οἱ δοῦλοι μου οὐδενὶ κατέχονται ἢ σοι, καὶ ὡς ἀξιοχρέῳ ἀνθρώπῳ ἐπιστεύσας. Cùm mutuò acceperim à te denarios quingentos, id rogo, ne aliam à me cautionem petas, ſed hypothecam accipias: euidenter enim noſti & tabernam, & ſeruos meos, ad neminem alium quàm ad te pertinere, qui mihi tanquam honeſto viro fidem exhibendam dixiſti. Libuit & hãc referre, quoniam in protritis exemplaribus non ſatis fideliter Græci huius epiſtolij ſenſus redditur: vt mittam barbaras voces inculcatas, cum nec certificationem, nec fœneratum, nec ſuppoſitionem eo ſenſu priſci illi Iuriſc. agnoſcant: vt indolendum ſit, quas Græcas voces illi ornatus cauſa ſuis ſcriptis inſeruerant, eò temporum culpa decidiſſe, vt turpiſsima carcinomata perpolitis alioqui reſponſis induxerint.

a l.cùm taberna.ff. de pig.

* παρακαλῶ. Pand. Flor.

* βεβαίωσιν. Pand. Flor.

CAP.

CAP. XVIII.

Legis quoq; vlt. de decret. ab ord. facien. sensum nõ rectè in vulgatis reddi.

a l.fi.ff.de decr. ab ord.fac.

EIVSDEM Iurisconsulti [a] responsum, in tit. de decr. ab ordine facien. ita hęc verba relatum est: Municipali lege ita cautum erat, καὶ τις ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάσηται, τούτῳ * συνέδριον εἰργέτω, καὶ προσαποτινέτω δραχμὰς χιλίας. Quęsitum est quã * pœnã sustinere debeat, qui ignorans aduersus decretum fecit. respõdi, huiusmodi pœnas aduersus scientes paratas. Ita legendũ est hoc responsum, & ex quibusdam antiquis codicibus, & ex Etrusco volumine: quamuis in impressis codicibus interpretatio quędam Græcarum dictionũ addita sit, quæ longè nugacior est, & multò plura cõtinet, quàm Græcũ illud comma significet: quòd videlicet varię expositiones, & recentiorum annotatiunculæ, quę super contexta Iurisconsulti verba adiuncta fuerãt, ex subsidijs in ipsam aciem transiere. Si quis ad verbũ transferre voluerit, is ita interpretetur necesse est. Si quis extra collegium iudicio experiri voluerit, prohibeatur, & soluas drachmas mille. Quæ enim sequuntur, vulgò abdita sunt, & in familiã alienam irrepsere: nec Scæuola eas voces agnosceret. quantum autem id in Iure ciuili referat, qui legem vulgatam viderit, scio, nihil dubitaturus est, etiam si illi adsit (quod aiũt) cornea fibra.

* τοῦτο, Pand. Flor.
* an pœnam. Pand. Flor.

CAP. XIX.

Clausulam codicillarem ex Pauli responso non satis bene perceptam: idcirco noua expositio assignata.

b l.ex ea. §. fin.

PAVLVS [b] Iuriscõsultus in tractatu de testamentis. Ex his inquit, verbis, ταύτην τὴν διαθήκην βούλομαι εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας, quæ in scriptura paterfamiliâs addidit, videri eum velle voluisse omni modo valere ea, quæ reliquit, etiam si intestatus decessisset. Accursius ita Græcas voces interpretatur, dubitans tamen & per coniecturas: Legata quæ reliqui, & fideicommissa dari volo ab omni hærede meo, etiam ab intestato. quæ interpretatio nihil habet commune cum ipsis literis: quare ad verbum ne dubites ita traduci debuisse: Id testamentum volo firmum esse per omnem potestatem. quibus verbis clarum est etiam compraendi hæredis institutionem: quæ si iure directo sustineri nequibit, in fideicommissum flectetur. nam Accur. expositio solum legata, & fideicommissa, non autem institutiones compraendit: quod etiã Bald. notauit: cùm tamen vel præcipuè in tractatu testamentorum respiciantur institutiones, alioquin ea lex in legatorum sectione referenda fuerat.

CAP. XX.

Declarata quoq; l. cum enim. de stip. seruo. ante nos non intellecta.

SI seruus communis Titij & Mæuij ita stipuletur, Titio aut Mæuio dare spondes inutilis est stipulatio: idem si dixerit, Titio decem, aut Mæuio fundum dabis: nõ idem si Titio aut extraneo stipulatur, & rationem his verbis prosequitur Vlpianus [c] titulo de stipulatione seruorum: cùm enim stipulatur domino aut extraneo seruus, vtrunq; constat *, & in domini persona stipulatio, & in extranei solutio. at hîc τὸ ἰσάζον corrumpit stipulationẽ & solutionem. significat illa vox Græca, æqualitatem: qua eadem forma per disiunctiuam nominati sunt domini, propter quam dubietatem vitiari stipulationem. at cùm domino & extraneo A stipulatur, τὸ ἰσάζον, hoc est, æquitas ista cessat: quoniam extraneo cùm stipulari nequierit, habetur solùm pro adiecto. Accursius hoc in loco quantum recedat ab orbita, ac toto erret cœlo, qui eũ viderit, non ambiget.

c l. cùm enim. ff. de stipu. seruo.
* consistat. Pand. Flor.

CAP. XXI.

Quid sit quod vulgò dicitur, Romam esse communem patriam, quiq; item ciues Romani, plurimæ leges B *hactenus non intellectæ declarantur.*

d l. Rom. ff. ad munic.

MODESTINVS Iurisconsultus [d] tit. ad municipales: Roma, inquit communis patria nostra est. Cuius verba Accursius enarrans, id dictum idcirco existimat, quòd quilibet Romæ conueniri possit. Quam sententiam, qui in ius pontificium scholia edidere, vbiq; probãt: nullusq; ferè est ex Iuris ciuilis Doctoribus [e], cui hæc interpretatio nõ C applaudat. Cæterùm hęc mihi sententia tantum abest vt placeat, vt verbis Iurisconsulti eam repugnare existimem. Quis enim admittat id consequens esse, propterea quòd aliquis conueniri in illa vrbe possit, idcirco eã cẽseri patriã? an quòd Statuliensis, si à suis iudicibus ad senatum Mediolanensis Ducis prouocat, Mediolani litigare aduersarium cogit, ideo Mediolanensis est? Igitũ vt non hanc solùm legem, sed & multa alia Iuris ciuilis respõsa explicem, animaduertendum est, D nequaquam vulgò cognitam esse historiam, vnde hæc omnia declarantur: quàm eò libentius referre destinaui, quòd pleriq; etiam eruditi humanioris literaturæ professores, hac in re hallucinati videntur. Constat hoc in primis, cùm Romani vicinas sibi nationes armis domuissent, veluti qui Latium incolunt, eos non planè pro subditis habitos, sed in societatem admissos, ita vt in legione Romana ius militandi haberent, magistratusq; in ea plerunq; gererent: quales sunt de- E curionatus, tribunatus, præfectura castrorum, & similes: id vocabatur ius Latij veteris: & hoc ea ratione, quoniam subsequente tempore Latinis socijs ius quoq; in urbe Romana adipiscendi honores indultum fuit, ferebantq; unà cum Romanis tribubus suffragia, plerunq; & ipsi magistratus deligebantur: vnde non iam ius Latij habere dicebãtur, sed ius ciuitatis. fuitq; primò Latinis hæc prærogatiua à Romanis tributa, quòd videlicet viciniores erant, & conterranei omnes (Ro- F ma enim, vt Plinius autor est, Latij pars est) quòd item eorum fideli opera in prælijs vtebantur. Quapropter apud Liuiũ ferè vbiq; legimus Romanis legionibus additos socios Latini nominis. Propagatis deinde viribus, cũ Italis quoque dominarentur (intelligo autẽ Italiam secundũ veteres terminos) & illi peterẽt, vt ipsi quoq; ciuitate Romana donarent, & factione optimatum Romani id denegarent, multæ seditiones exortæ sunt: quarum præcipuum incitamentũ Fuluius Flaccus fuisse dicit. hunc Appianus Sophistes

e Ias. in l. qui Romæ. ff. de verb. oblig.

phistes tradit, cum consulatum gereret, primùm retulisse de admittendis in ciuitatem Italis, deq; iure honorum illis concedendo: quod cùm impetrari nõ potuisset, irati Itali bellum Romanis, duce Tito Afranio, intulerint: quorum partes cùm Etrusci quoq; sequi constituissent, dubitantes Romani ne tantam belli molem sustinere nõ possent, eos præoccupauerunt. Sic Etrusci priores in vrbem adsciti, demum cùm aliquandiu cũ Italis belligeratum esset, multaq; incommoda vltro citroq; illata, tandem pax secuta est, & Itali quoque ciues Romani habiti sunt: cuius rei etiam Velleius Paterculus historiæ libro primo meminit. Celebratur Ennij spondaicum carmẽ apud Censorinum, quo traditur Campanos in ciuitatis Rom. iura etiam admissos. Cæterùm in ferendis suffragijs nouos hosce ciues Roma. decipiebant: quoniam quinque & triginta Romarum tribus priores rogabantur: quę cùm Italicas numero superarent, facilè quos libitum fuerat, promouebant: quod à principio clàm fuit. Verùm cognita fraude, nouæ seditioni ansa præstita est, donec bona fide Romani cum socijs egerunt. Post aliquod deinde tempus, cum Transpadani populi idẽ ius peterẽt, annitente Pompeio Strabone, qui Cnei pater fuit. lex lata est, quà & ipsi iura Latinitatis recentiora consecuti sunt, hoc est, ius petendi magistratus, & eadem quę Itali antè habuerant: cuius rei autor est Asconius Pedianus. Verum id tum etiam omnibus Insubribus concessum non fuisse arbitror, cùm Tranquillus autor sit, Lambri accolas de petenda ciuitate, L. Sylla, & P. Antonio consulibus, agitasse: & Plutarchus tradat Nouocomẽses Iulij Cæsaris rogatione ciuitatem adeptos. quod cùm ægrè ferret Marcellus, eorum decurionem flagris publicè cędi iussit, cum hac exprobratione, vt meminisset ciuem se Romanum non esse, nec Cæsarem ius id indulgendi habuisse. Sed vtcunq; sit, & vniuersis etiam Insubribus id iuris tandem indultum esse, ex Corn. Tacito constat. Conqueritur Cicero apud Atticum, quòd M. Antonius Siculis iura ciuitatis Rom. concesserat: tanquam id fieri debere, in commentarijs Cæsaris vidisset. Protensa demum hæc concessio est in Narbonensem prouinciam. scribit Tranquillus ex semibarbaris Gallorum quosdam à Iulio Cæs. ciuitate donatos, & in curiã admissos. nam & alibi traditur propositos publicè libellos, ne quis nouo senatori curiam monstraret, quòd videlicet tot externi in curiam pro senatoribus irrupérant. Cæterum quamuis Galli ciuitatem Rom. adepti forent, ius tamẽ adipiscendi honoris aliquandiu illis detractum fuit, donec à Vitellio & L. Vipsana Coss. Claudius Imperator vniuersæ Galliæ Comatæ illud quoq; indulsit, habita super hoc ornatissima oratione, quam xj. lib. Corn. Tacitus refert. Fuit & id prolatum ad aliquas Hispaniarum urbes, donec in vniuersum illæ quoq; ciuitatẽ adeptæ sunt. Apud Strabonẽ refert, vidisse eũ Nemausi in Gallia, Gallos homines, qui ædilitatem quæsturamq; in vrbe Rom. gesserant, quòd videlicet ciues Romani effecti forent. Legitur & apud Spartanum, à diuo Seuero Neapolitanis & Palæstinensibus ius ciuitatis sublatum, quod in armis contra eum fuerant. Paulus [a] Iurisconsl. in tit. de cẽsibus l. Iuris inquit, Italici sunt Τρωάς, Βηρυτός, Δυρράχιον, hoc est, Troas, & Berytus, & Dyrrachium. quamuis in codicibus Græcæ voces vbique, prætérquam in Pandectis Florentinorum, desint. Et Vlpianus [b] eodem titulo: *Iuris Italici est in Syria Phœnice splendidissima Tyriorum colonia, vnde mihi origo est, nobilis regionibus, serie seculorum antiquissima*: sic enim legendum est. Referuntur enim in illo titulo multæ ciuitates, quæ ius habent Italicum, hoc est, quorum incolę adipisci possunt in vrbe Roma magistratus: & sunt immunes, sicut ipsi Romani Italięe, qui nec vectigalibus multis, nec tributis, capitationibusq; A atterebantur. quapropter Drepanus Paccatus (nisi fallor) in quodam panegyrico in Maximũ tyrannum inuehitur, qui in Gallias hanc capitationem perduxerat. Cùm igitur, vt superius ostendimus, id ius ciuitatis plurimis nationibus & gentibus cõcessum esset, tandem diuus Antoninus lege lata sanxit, vt qui imperio Rom. subditi forent, ciues Romani essent, Paulus iuris autor in titulo de statu hominum: In orbe Romano qui sunt, ciues Romani ex constitutione diui B Antonini effecti sunt. ita [c] enim in Pãdectis Etruscis habetur: quamuis vulgò lectum sit, in vrbe Romana. Nec quenquam moueat nouitas dictionis: quandoquidem vox hæc frequẽs Spartiano Lampridio, Marcellino, & id ætatis autoribus. nam nimis nouum esset, si idcirco quòd quisquã Romæ esset, ciuis Romanus haberetur: quod existimauit Accursius, quoniam ita statutum fuerit in grammaticis & professoribus. Tranquillus in Cæsare: Omnes, inquit, medicinam Romæ pro- C fessos, & liberalium artium doctores, quo libentius & ipsi vrbem incolerent, & cæteri appeterent, ciuitate donauit. Idem autor est, multas ciuitates sua merita in rempubl. allegantes, Latinitate vel ciuitate donatas. Intellige autem per Latinitatem, ius illud Latij veteris. Plin. lib. iiij. naturalis hist. cùm de Lusitania loquitur: In ea, inquit, coloniæ sunt quinq;: municipium ciuiũ Romanorum vnum: Latij antiqui, tria. Et lib. iij. de citeriore Hispania loquens: Continet, inquit, D oppida ciuium Romanorũ, xiij. Latinorum veterum, xviij. fœneratorũ, vnum: stipendiaria, cxlix. & alibi sæpe. Sed & Iosippus libro aduersus Apionem ij. Romanorum, inquit, clementia non modicum cunctis appellationis suæ donũ concessit, non solùm viris singulis, sed etiam in vniuersum maximis gentibus. Hiberi deniq; antiqui, & Tyrrheni, Sabiniq; Romani appellantur. Idem approbat Strabo, qui omnes Italos hac ratione Romanos dictos scribit. Relatum est apud E A. Hirtium, hybernis in Gallia à Cęsare peractis, eum venisse in Italiam, vt municipia & colonias appellaret: quibus M. Antonij quæstoris sui commendauerat sacerdotij petitionem. quod idcirco factum est, quia ius suffragiorum habebant, & vnà cum pop. Rom. magistratus creabant. Cæterùm id ius ferendi suffragij, vt erat ante occupatam remp. maximum, sic postea modicæ vtilitatis fuit: quoniam vt Heren. Mod. [d] scribit, ad curã F principis magistratum creatio cœpit pertinere: quapropter & lex Iulia de ambitu in vrbe cessauit. Verùm aliàs inde commoditates accipiebãt, qualis immunitas, & quam Græci ἀτέλειαν vocãt. Item quod iure Romanorũ proprio, quam rem inferius declaraturi sumus, vtebantur. Item quia principes in magistratus non admittebant, nisi ciues Rom. hoc est, subditos imperio Rom. Quapropter lib. xvij. scribit Ammianus Marcel. inuectum in Constantinum patrem, filium, quòd Barbaros quosdam, & in orbe Romano non genitos promouisset ad consulatum. Illud tamen

a l. Iuris. ff. de cens.
b l. j. ff. de cens.
c & in l. j. in princip. C. de cad. tollend.
d l. j. ff. ad l. Iul. de ambitu.

non diffiteor, non idcirco quòd alicui concessa ciuitas esset, habuisse eum protinus ius suffragiorum: nam cùm Itali in ciuitatem Rom. recepti sunt, post aliquot annos ius quoq; suffragiorum recepere: quod ex Liuij periocha constat: sicut Galli Comati prius ciues effecti: dein annitente Claudio in curiæ etiam iura prorupere. Nam & illud concesserim, quàm plurimis nationibus ius ciuitatis datum, honoris solùm causa, non quòd immunitatẽ aliquam haberent. Igitur constitutionem diui Antonini, cuius meminimus, ciuitatem omnibus tribuisse, ita intelligo, vt nõ tamen ciuium immunitatem concesserit [a]. Solum Italicum immune fuisse, etiam Iurisconsulti posteriores tradiderunt: non æquè prouincias, quæ annua tributa pendebant. Nec tamen omnino inutilis fuit hæc constitutio: quandoquidem omnibus tribuebat ius in legione Rom. militandi, & in ea honores adipiscendi, quod non ciui Romano vetitum erat. Hinc in palatinis Theodosij officijs legitimus, in legione Rom. militasse Neruios, Dacos, Belgas, Batauos: cùm alioquin auxiliares tantùm fuissent, non legionarij. Sed & qui ciues Roma. essent, flagris subijci ex delicto non poterant, hinc in Actis Aposto. προσελθὼν δ' ὁ χιλίαρχος, εἶπεν αὐτῷ, λέγε μοι, εἰ σὺ ῥωμαῖος εἶ; ὁ δὲ ἔφη, ναί. ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος, ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην, ὁ δὲ παῦλος ἔφη, ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι. εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν. καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς. hoc est, accedens tribunus dixit illi: Dic mihi nũ tu Romanus es? at ille dixit, etiam. responditq; tribunus: ego multa summa ciuitatem hanc consecutus sum. & Paulus dixit: at ego etiam natus sum. protinus ergo discesserunt ab eo, qui eum torturi erant. tribunus quoque timuit, postquam resciuit quòd Romanus esset, & quòd vinxisset eum. Erat & aliud ciuibus Romanis proprium, quòd videlicet in potestate filios habebant: si modò ciuem Roma. vxorem habuissent: cum alijs enim matrimonium non erat, quod etiam sequenti capite ostensurus sum. Cæterùm vt tandem capiti huic finem imponam, potuerunt & ex suprascripta Antonini constitutione, alia oriri commoda, quę nos quàmplurimi negotijs occupati, colligere ex autoribus nequaquam potuimus. sed nec indecorum Varro putauit, specilegio perfecto spicam relinquere, sicut nec vindemiatori racemum.

a in l.i.C.de vsucap.trans.

CAP. XXII.

Quemadmodum intelligendum sit, Francigenas in potestate filios non habere: item num subditi fuerint Romano imperio.

SCRIBIT Iuris autor Caius [b], in potestate nostra filios esse, quos ex iustis nuptijs procreamus: quod ius proprium ciuium Romanorum est. Id quomodo intelligendum sit, non omnibus constat: tametsi satis repertu id apud autores facilè sit. Nam cum id ius ad ciues Romanos tantum pertineat, sequitur, vt qui iura ciuitatis non habuerit, minimè filios in potestate habeat, sed potius huiusmodi liberi ventrem sequantur. Hoc magni momenti fuerat, priusquam diuus Antoninus statuisset in orbe Romano qui essent, ciues fore Romanos. Quamuis enim Romani armis domitæ essent nationes, parerentque prouinciæ, non tamen in eis filij patriæ potestate suberant, nisi si qui parẽtes ius ciuitatis impetrassent. Hinc quandoq; legimus, ius Quiritium fœminis fuisse impartitum: quod non alia causa fiebat, quàm vt ex eorum connubio nati, in patrum potestate essent, haberenturq; Romani ciues. ostendit id in Topica Ciceronis Boëthius. A quin & ipse Cicero: Si mulier, inquit, quum fuisset nupta cum eo, cum quo connubium nõ esset, nuntium remisit: quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Vera igitur sensit Accursius, qui Francigenas non habere filios in potestate tradidit, quòd hi ciuitatis iura nunquam habuerint. Non me latet, quantum nugarum hoc in articulo recentiores quidam infarserint: quas omitto, ne chartæ dispendium feram. Historiæ veritas ita se haber, B Gallos omnes Romanis principibus paruisse, & ius ciuitatis adeptos. quin Orosius, Eutropius, Eusebius, siue quisquis ille fuit, qui additamenta τοῖς χρονικοῖς scripsit, ostendunt Romam prius ab imperio Romano desciuisse, nimirum à Gotthis captam, quàm Gallias ipsas. Igitur Franci Scythica prius, mox Germanica natio, Maximiano Diocletianoq; Impp. Rheno traiecto, in Neruijs & Treuiris consederunt, cùm id ab ipsis Impp. impetrassent, vt in quodam panegyrico (nisi fal- C lor) Mamertinus refert. De quibus intellexisse Ausonium crediderim in Mosella:

Aruaq; Sauromatum quondam metata colonis.

Hi & Salij dicti sunt, vt Ammianus Marc. li. xvij. scribit. & eorum lex, Salica: vnde & Sidonius: Salius, pede falce Gelonus. Accidit deinde vt direpta à Gotthis vrbe, legiones Romanæ, quæ Rheno impositæ arcendis Barbaris erant, cum ipsis hostibus, qui maxima multitudine aucti, D flumen transire conabantur, conuenerint, vt quas Romani tunc retinebant vrbes, eas sibi haberent, reliqua Gallia ipsis accederet: quamobrem propulsatis populariter Gallis, Franci eorum sedes tenuere, vt scribit Procopius: & hinc Francia dicta. Horum Rex Theudibertus, cùm in Italiam numeroso cum exercitu venisset, & Iustiniani duces, Gotthosque simul profligasset, minimè propositi tenax retrocesit in Galliam: quod interpretatus est Iustinianus, tanquam E metu suorum ducum fugisset: vnde se Franciscum appellauit. quo titulo vti nimis superbo indignatus Theudibertus, decreuerat cum exercitu in Thraciam penetrare, & Byzantio bella indicere: sed id votum fato propera mors eius frustrata est, vt Agathius scripsit. Igitur Galli ipsi, item Franci, qui Treuirorum, Neruiorumque loca tenuerunt, Imperio Rom. paruere. At alij qui tandem traiecto tota gente Rheno Franciæ nomina dedere Romanorum hostes, suis solùm F regibus ceruices summiserunt. Risi quandoque Episcopum negantem in Gallia dominatos Romanos, qui si vel Hilarium suum legisset, huiusmodi deliramenta effutire non fuisset ausus. Sed verum est, quod cùm Romæ essem, saxeo illi Pasquillo affixum depraendi:

Tandem maxime Pontifex galerum
Pasquillo hoc tribuas tuo roganti.
Si sensu sine sum, rude atq; marmor,
Complures quoq; episcopos creari
Ipso me mage saxeos videmus.

b l.item de his qui sunt sui.inst. e oat.potest.6. a.

CAP. XXIII.

Annotati duo errores in decretis Pontificum ab ipsis autoribus commissi, ex Græcæ linguæ imperitia.

LIBET duos summorum virorum errores, quorum scripta pro lege recepta sunt, confutare: atq; id citra verborum ambitum, cùm veritas ipsa huiusmodi non egeat adminiculis, nosque quamplurimum à multiloquio adhorreamus. In veterum patrum decretis, relatum est Alexandri Pontificis [a] huius nominis secundi, quoddam responsum, quo dicitur duorum fratrũ vxores ianitrices appellari, quasi eandem ianuam tenentes. vel per eandem ianuã intrantes quam sententiam, quisquis fuit, Isidorus omnino malus Latinitatis autor, in etymologijs illis suis visus est sequi. sed dij boni, quàm euidenti errore: tantum refert incidisse in corruptos à librarijs codices. Modestini verba sunt [b] in titulo de gradibus affinitat. ita legenda: Viri frater leuir est, apud Græcos δαήρ appellatur, vt est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dicit, δᾶερ ἐμοῖο κυνός. viri soror glos dicitur, apud Græcos γάλως. duorum fratrum vxores εἰνατέρες dicuntur apud Græcos, quod idem Homer. vno versu significat, δαέρων, ἢ γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων. Cùm igitur magis probi illi patres quàm docti, apud Modestinum legissent, duorum fratrum vxores inateres dici Gręcam dictionẽ, quę in eorum codice Latinis notis scripta fuerat, Latinam existimauerunt, & corruptè scriptam vnde non inateres, sed ianitrices legendum crediderunt: quorum error ex carmine illo Home. depræenditur, ἰλιάδ. ω. quod inter legendum à nobis repertum, Iurisc. restituimus. Nemo enim vnquã audebit profiteri, se apud idoneos autores ianitrices eo significatu offendisse: nisi is planè excors sit. & omnium indoctissimus. Sunt qui has σωνύμφες vocant. sanè duarum sororum viri aëlij, ἀέλιοι nuncupantur. Alius est Isidori error xxj. dist. quo in loco ex eius autoritate refert Gratianus, metropolitanos dici à mensura ciuitatum, quod falsum est, cùm μητρόπολις Græcè dicta sit, quasi matrix ciuitas, quamobrem per ἦτα scribitur: cùm si vera esset Isidori sentẽtia, μετρόπολις per ἐψιλὸν dicendũ foret. Suidas metropoles dici tradidit eas vrbes, vnde colonię deductæ sunt: quoniam hæ quasi coloniarum matres sunt. meminit & in hunc sensum Thucydides.

a xxxv.q.v.c. quod autem.

b l.non facile.ff. de grad.

CAP. XXIV.

Quid significet lis & controuersia, item iudicium: & Isidori error in c.forus. de verb.sig.

CERTATVM est varijs opinionib. inter nostros Doc. [c] quomodo lis & controuersia accipi debeant. & crebrior sententia videtur esse vt controuersiam de re extra iudiciũ acta dicamus: litem verò tunc dici, cùm in iudicio facta est contestatio. Sunt qui aliter opinentur, respondeantq; contrarijs argumentis: vt nihil est in iure, quod altercando non inuoluatur. Ipse proprietatem sermonis ex antiquis scriptoribus accipiendã duco: inter quos Cor. Fronto in opere cui titulũ fecit, de nominũ verborumq; differentijs: Lis inquit, nascitur: controuersiam pertinacia efficit: & litigant homines, res in controuersiam deducitur, ita controuersia partis est, lis summæ. Ex quib. verbis constat, propriè quoque litem dici antequam contestatio fiat: cõtrouersiam verò potius post iudicium acceptũ. quæ sententia ex Digestis ipsis plerunq; probatur, licet Iustin. & Rom. Pontifices in Decretal. [d] vocis proprietatẽm non obseruent. Cæterùm & dubitatum est, quomodo intelligatur iudicium: & A aiunt, post litem cõtestatam solùm esse iudiciũ, quam sententiam Isidori autoritate confirmant. Qui forus, inquit, est exercendarũ litium locus, à fando dictus siue à Phoroneo rege, qui primus Græcis leges dedit. Constat aũt forus causa, lege & iudicio. Causa, à casu quo venit, dicit, est enim materia & origo negotij nondũ discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, iudiciũ: dum finitur, iustitia. vocatur autem iudicium, quasi iurisdictio: iustitia, B quasi iuris status. verba hęc Isidori quàm inepta, quàm falsa sint, nemo arbitror doctus ignorat. & in primis vbinam gentium reperitur forus masculino genere, hoc in significatu? nemo enim ex antiquis hoc dixit: nec dubito, si Papin. aut alij Iuriscõsulti ita dici audirent, quin barbaram vocem deridiculo haberent, despuerentq;. Sed & etymus ipse nihilo melior: fari primam producit, forum corripit. A Phoroneo verò dictum qui credam? cùm Phoroneus Argiui regis nomen, id C apud suos Argiuos non obtinuerit, vt de suo nomine forum dicerent: ipsi enim ἀγορὰν, δικαστήριον, πωλητήριον dicunt, non forum quin φόρος apud veteres Græcos cùm tributum significet, tum & alia nihil ad forum facientia, vt nõ parum mirer Philelphum, alioqui virum eruditissimum, maluisse Isidori ineptias quadam oratione sequi, quàm grauissimum autorem M. Varronem, qui libro primo de lingua Latina. forum dictũ à ferendo ait, quòd in eum locum litigantes controuersias D deferãt, sicuti negotiatores res quas vendere cupiunt. Sed & quod subsequitur, dum discutitur causa, dici iudiciũ, aut aliter intelligendum est, quàm vulgò fit, aut non satis rectè opinor dictũ: quippe iudicium etiam dici ante litem contestatam ostendit Iurisconsul. qui vbi cœptum est iudicium, ibi & finiri debere ait. quæ verba Bartolus & alij omnes interpretantur, vt sit cœptum à solius citationis transmissione. Igitur existimo Isidorum non ad vocabuli significationem respe- E xisse, sed ad res ipsas. quis enim admittat, causam vbi discussa est, dici iustitiam? id certè non conuenit definitioni: nam & propriè negotium discussum dicitur causa, vt Bartolus & cæteri tradiderunt: cùm tamen Isidori verba non satis id admittant. Arbitror itaq; hanc fuisse eius sententiam, vt causa esset verbũ generale, quod cõprændat principium negotij, cùm proponitur, & cùm quis deliberat, & proponit vt litigat: vbi autem ea discutitur, est iudicium. quod accipiendum F est, non solùm cùm ipsum factum discutitur, sed etiam tractanẽ quæ præparatoria dicimus ipsius discussionis. at vbi iudicatum fuerit, dicitur facta iustitia [e]: quia tum ius suum vnicuiq; est redditum. nam & si iudicium à iurisdictione [f] dicit, id constat, ante litis contestationem, iurisdictionem dici cœptam. Illud non omiserim, non minus quàm Isidorum falli eos, qui iurisdictionem non à dicendo iure, sed à ditione, hoc est, dominio iuris appellatam perquàm ridiculè tradiderunt. & hæc quidem satis.

c l.j.ff.de testib. l.Causas.C.de transact.

d Extra in rub. de iud.

e c.gratum.de offi.deleg.

f in l.j de iurisd. om.iud.

CAP. XXV.

Quid sit pecunia erania, non herosa, apud Iurisconsultum tit. de solut.

a l. creditor. ff. ff. de sol.

SERBIDII Scæuolæ [a] verba hæc sunt, in tit. de solut. Creditor obligatam à debitore pecuniã, vt alia die accepturus distulit: mox pecunia, quia illa res publica vtebatur, quasi herosa iussu præsidis sublata est: respondi, detrimentum creditoris non esse. Videndum est quid significet vox illa insolens, herosa. & vt mittam Accursij ineptias, cùm ad veteres codices confugissem, deprændi: Grĉcam dictionem corruptam circumferri: nõ igitur legendum est herosa, sed ἔρανος. significat eranos Græcè mercedem, tum etiam collationem pecuniæ, vice cuiusdam tributi indictæ, ἀπὸ τοῦ συνεράν, id est, à contribuendo. autorem huius rei citant quidã Athenæum. Plinius Secundus vocis ipsius mentionẽ facit, apud quem extat Traiani epistola in hunc modum: Amasenos concessum est eranos habere, si tali collatione non ad turbas, nec ad illicitos cœtus, sed ad sustinendam tenuiorem inopiam vtantur. Ex his igitur constat, quid Iurisconsultus intellexerit. Meminit τῶν ἐράνων & Iulius Pollux libro octauo, κεφ. λέ.

CAP. XXVI.

Restituta Græca dictio, atq; declarata in l. verbũ. C. de infa. et consideratum Lucæ verbũ in Euangelio.

b l. verbum. C. ex quib. causis infam. irrog.

IMPERATORIS Gordiani [b] constitutione cautum est, cùm iudex causa non cognita accusatori dicit, συκοφαντήσας, nõ idcirco eum notari infamia. dubitarunt aliqui de vocis ipsius significatione: & sciendum est ad hoc trahi vt significet, calumniatus es. Vsus est hac dictione Lucas in Euangelio: μηδένα διασείσητε, μὴ δὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθαι τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. neminem concutiatis, neq; calumniemini, & cõtenti estote stipendijs vestris. Deducitur id verbum ab eo quod est ficos mãdere. Scribit Festus, apud Athenienses dictos sycophantas, quoniam cùm fici essent in pretio, mulcta indicebatur his, qui eas auferrent: at qui aliquem accusaret huius criminis, sycophanta dictus, qui litem de re leuissima ordiretur. hinc cœptum est trahi ad calumniatores, & viros nihili. Meminit hoc significatu Aristoph. in Pluto, & Terent. Plaut. cæteri. Quapropter ridicula est Accursij interpretatio, nescio quid ex Æsopi fabula asserentis. Græcè autem legendum συκοφαντήσας, nõ autem Latinè sycophanta, indicio sunt antiqui codices.

CAP. XXVII.

Quid sit edictum perpetuum: & quædam ad Iulianum Iurisconsultum pertinentia.

c l. ij. C. de statu hom.
d l. j. C. de an. & capit.
e l. edita. de eden.

VIDEAMVS quid in iure ciuili sit perpetuum edictum: cuius titulos atq; ordinem se imitari Hermog. [c] ait: & Imp. [d] mutari, inquit, & corrigi actionẽ conuenit, prout edicti [e] perpetui monet autoritas mentio huius est & mille alijs locis. & sciendum est, dicta prætorũ annua fuisse, quę ipsi in albo proponebant: vbi magistratu functi fuissent, alius succedebat, qui noua edicta proponebat. Sic ius variè dici solitum. quod cum ambitiosis prætoribus malefaciendi ansam præstaret, lege à Cornelio lata cautum est, vt prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, ut scribit Asconius Cicer. interpres. Cæterùm tẽpore Hadr. principis, Saluius Iulianus
A Iurisc. (patria Mediol. vt ostendit Dion, & Ælius Spartianus, si apud eum emendetur lectio) omnia prætorum edicta in vnũ collegit, & sub congruis titulis posita interpretatus est. cœperuntq; tum prætores congesta ab Iuliano edicta sequi, non autem ipsi noua proponere Eutropius: Didius, inquit, Iulianus, rempublicam inuasit, vir iure peritissimus, nepos Saluij Iuliani, qui sub Hadriano perpetuum composuit edictum. Tradit Spartianus, Seuerum Imp. in Didij Iuliani in
B uidiam iussisse, Saluij decreta aboleri: quod non obtinuit, edictum videlicet perpetuum indicãs. in eius laudem id epigramma statuæ quandoq; inscriptum Græcè legi,

Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος, ἄστυ ἰδοῦσα,
Ῥώμη καὶ Βεροὴ, πάντα θεὸς δύναται.
Iulianum Beroe leges mirata docentem,
Romaq;, dijs possunt omnia, dixit, agi.

CAP. XXVIII.

C *Quid sit abdicatio, emendata quædam constitutio, declarataq;, cum Græcæ vocis additamento.*

f l. abdicatio. C. de pat. pot.

SVB titulo [f], qui est in Iust. Cod. de pat. pote. huiusmodi constitutio diuulgata est: Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legi-
D bus non comprobatur. Quæ lex in impressis codicibus corrupta circumferebatur, non in Grĉca tantum voce, sed etiam in Latina, cùm alendos legeretur, pro eo quod est, alienãdos. & vt omittam Odofredi interpretationem, quę nullius est pretij, sciendum est abdicationem hoc modo fieri solitam. Cùm filius patrem iniuria affecisset, aut minus audiens dicto fuisset, eum pater ad iudices vocabat, & probata causa permittebatur abdicatio. Causæ autem ipsæ minimè semper
E eædem erant, sed incertæ, & ferè patris arbitrio. Hinc declamationum frequens materia, genere & familia indignos abdicari lex cõcesserat. Causas huiusmodi fuisse Lucia. in abdicato tradit: si filius noctu foris cubuisset, si comessaretur, si lenones pulsasset, si libidinibus incũberet. Addit Fabi. Quintil. in declamationibus, eum quoque qui voluntati paternæ repugnasset, abdicari potuisse. eum autẽ qui abdicatus fuerat, pater edu-
F care non tenebatur: imò omnium egenum, vestibus spoliatum dimittebat: defuncto patri in hæreditatem non succedebat. Idem alibi tradit, sine narratione culpę patribus permissum non esse, vt filios abdicent: nullam autem certam esse abdicationis causam. Sed & idem ostendit, eos qui à parentibus abdicatos recipiebant, læsæ rei publicæ reos fieri. Apud Lucianum dubitatur, num pater filium, quem semel abdicauerit, receperitq; deinde in potestatẽ, possit rursus ex noua causa abdicare. Celebrat à Val. Max. Celetus eques Rom. qui Cęsari iubenti, vt quendã filiorũ abdicaret,

abdicaret, respõdit: Celerius mihi Cæsar omnes filios eripies, quàm ex his ego vnum nota pellã mea. Abdicari autem ad tempus potuisse, videtur credidisse Seneca libro Controuersiarũ tertio, apud quem quamplurima abdicatorũ exempla leguntur. Illud non omiserim, superuacuum fuisse exhæredationum causas ab Iustiniano nominatim scribi, si lex abdicationis non fuisset arrogata.

CAP. XXIX.

Quid sit edere, ex Labeonis sententia declaratum: nec omnino rectè restitutum fuisse eius locum à Politiano in Miscellaneis: atq; quid sint aduersaria.

a in l. j. § eũ quoque. ff. de edendo.

IN lege prima [a], in Digestis, tit. de eden. Eum quoq; edere (inquit Vlp.) Labeo ait, qui aduersariũ suum ad album producit, & demonstrat quid dicturus est, vel id dicendo quo vti velit, &c. Neminem, puto, latet in Miscellaneis suis Ang. Politian. ostendisse, non alium, sed album: item, non dicturus, sed dictaturus in Pandectis Flor. legi. Cæterum nec tamen omnino istud nos probamus: quandoquidem vix est vt aliquẽ sensum elicias, qui non de verbis extorqueatur. Noster codex, vt in aliquibus inemendatior est, ita quædam verba habet, vnde scripturæ veritatem possimus coniectari. Legendum itaque hoc modo est: Eum quoq; edere Labeo ait, qui aduersaria sua ad album producit, vt demonstret, quid dictaturus est, vel id dicendo quo vti velit. Sciendum enim est, Latinè aduersaria dici tabulas rationum tumultuariè confectas: quæ idcirco conscribuntur, ne res memoria excidant. vulgò dicimus notas, vel quinternetos. solent enim mercatores rationes suas chartulis quibusdam summatim inscribere, quas & inducunt & circunscribunt, deinde diligentius æstimato calculo in libros rationum referũt. Igitur eum edere Labeo existimauit, qui ad album prætoris aduersaria producat, & demonstret rationes illas summa-
A tim, & per notas in eis descriptas; quemadmodum in calendarijs seu libris rationum, sit extensurus: etiam si non omnem rationem, quæ in aduersarijs annotata est, velit in calendarium referre, sed aliquam partem tantum, & hoc modo clarissimus est Iurisconsulti sensus. De aduersarijs Cic. in oratione pro Roscio mentionem facit: Vsqueadeò ne te diligis & magnificè circunspicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersarijs petas? suum Codicem testis loco reci-
B tare, arrogantiæ est suarum præscriptionum & literarum aduersaria proferre, nónne amentia est? Quin & idem rursus: Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia illa sunt menstrua, illæ æternæ: hæc delentur statim, hæ seruantur sanctæ: hęc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt coniecta, illæ in ordinem confectæ. itaq; aduersaria in iudi-
C cium protulit nemo codicem protulit. & cætera in hunc sensum, eius vocis meminit etiam Ann. Seneca. Hæc censeo esse, qui Iurisconsultis Græca voce τοὺς ἐπιδογγάφους dixit in tit. de bonorũ possess. secun. tab.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. DISPVNCTIONVM LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM.

SICVT apud Gręcos, qui comedi esse non poterant, tibia sese exercere solitos veteres tradunt: ita vereor ne in nos aliquis illud intorqueat: qui de suo ingenio, tanquam ex penore quicquam promere nequeant, aliena commentaria corrigere interpretariq; consuesse. quanto enim melius, si magnũ aliquod opus aggressus, decumanum (vt ita dicam) librum confecissem, vnde nomini meo gloriam, & inter posteros quoq; famam comparare potuissem. Verùm quid huic veriora veris obijcienti respondeam? confitentem certè reum habebit, dum id sciat, non me iudicio, sed necessitate deceptum. nec enim nos latebat, si fortè Triphon aliquis emendata Digestorum volumina edidisset, fore vt nostri labores sordescerent. Id autem facilè euenturum non solùm præuidere potui, sed etiam sperare debui. & vtinã hoc iamdiu accidisset, ne bonæ illæ horæ, quas huic negotio impendi, omnino temerè consumptæ viderentur: grauioribus etenim fortasse studiis eas tribuissem. quamuis necessarium & id opus, publiceq; vtile futurum arbitrer, quòd multa hîc quoq; declarantur, quæ haud de triuio sumpta quisquam dixerit. Sed & qui sic nos improbauerint, velim felicioribus auspicijs oneri huic incumbat, in quo nos succubuimus: eaq; prosequãtur, quæ nobis assequi minimè licuit: tum enim cognoscent despicatui omnino non habendum
E hunc librum, qui eruditissimorum virorũ exemplo sit confectus, præsertimq; veterum Iurisconsultorum, quos me imitari nequaquam pudebit. Quid enim aliud Claudij Saturnini notæ in Scæuolam indicant, quàm mihi eadem ratione à nostrorum Doctorum traditionibus recedere licitum, eosq; redarguere, dum id iure agere me credam? Verùm & quis iusiurandum calũniæ à scriptore experat? multi enim maximiq; interpretes, vitio librariorum corruptis codicibus in fœ-
F dissimos errores prolapsi dicuntur: quod nisi ita esset, haudquaquam opus fuit Iustiniani lege prohiberi, ne ius ciuile per notas traderetur. Execratus est eos Hieronymus librarios, qui quæ de suis scriptis exciperent, exemplaribus conferre negligebant, diligenterq; nõ emendarent. quòd si à tanto viro in historia est factum, quid nos in iure agamus? vbi tanto cautius agendũ est, quanto maiore cum noxa delinquitur. Non me præterit, ineptum & ἀδύνατον fore si quisquam id etiã velit, vt prorsus in scribendo non erretur: hoc ta-

men diligenter curandum esset, vt in his tantum quæ modici momenti forent, peccaretur. quoniam cũ impressoria hæc ars eiusmodi sit, vt quod malè vno in loco est positum, per omnes exemplarium quoq; traduces inuertatur, latè vagatur malum, nimioq; plures decipit. Ipse qui quantũ in me fuit, insigniora in iure primùm errata corrigere adortus sum, quędam vetera nunc ab alijs non explicata interpolabo, eumq; deinde sensum verbis afferam, qui conuenire magis videbitur. quod idcirco libentius à me tertio hoc libro fit, ut vertendo stylo nimirum lassus lector, habeat etiam quo interim quiescat, & fastiditus quo se recreet.

CAP. I.

Quæ sint centesimæ vsuræ, quid calendarium, quid semissales, defensa Hermolai Sociniq; sententia: & restituta sibijpsi lex Septitia, de pollicitationibus.

a l. centesimis. ff. de ver. ob.

CENTESIMIS calẽdis [a] dari vtiliter stipulamur, inquit Paul. quoniam pręsens obligatio est, in diem autem dilata solutio, videndum est vnde hic modus loquendi desluxerit: & scire debemus, veteres solitos fœnerari non in annos, sed in menses: quod ostenditur ex vulgato Pauli responso: *Lecta* [b], *inquit, in auditorio Aemilij Papin. præfecti prætorio Iurisconsulti est cautio huiusmodi: L. Titius scripsi me accepisse à P. Mæuio xv. mutua numerata mihi de domo sua, & hæc xv. proba rectè dari calendis futuris stipulatus est P. Mæuius: spopondi ego L. Titius, &c. conuenitq; inter nos, vt P. Mæuio ex summa supradicta menstruos refundere debeam denarios trecentos, &c.* Nam & Æschines in oratione aduersus Ctesiphontem in Demosthenẽ inuehitur, qui in singulas minas fœnoris nomine menstruas drachmas exigeret. Aristophanes quoq; ἐν νεφέλαις Strepsiadem senem inducit, qui aliquam sibi optat incantatricem Thessalam, quæ carminibus lunæ exortum differat: sic enim futurum, vt creditoribus suis vsuras non reddat, cùm argentarij in nouilunia vsuras exigant, & ex neomenijs fœnus crescat. νουμηνίας autem nostris calendis non absimiles nemo ignorat. Igitur cum calendis fœnora exigi solitum fuerit, centesimæ vsuræ dictæ sunt, ex quibus duodecim pro centenario recepimus: *idcirco sic nuncupatę, quòd centesimo quoq; mense sortem æquent. Cuius rei argumentum præstat Sidon. Apoll. sub finem tertij libri ad Turnũ: qui, Cauta, inquit, fœneratori est centesima, quæ per bilustre perducta tempus, modum sortis ad duplum adduxit: nam octo annis, quæ centum fuerant, fiunt ducenta. lustrum enim hîc pro quatuor annis accipitur, quod ex Dionysij quoq; Halicar. verbis conuincitur, & Suidæ. Idcirco apud aliquos quinquennium comprændit: quoniam post quatuor annos expletos statim erat lustrũ, vt ad principium quinti anni respiciendum sit, non ad finem. idem enim est lustrũ, quod Olympias Ouidio, Martiali, Ausonio, Seruio Gram. Ex suprascripta ergo ratione, etiam stipulationes concipiebantur in calendas: quapropter Paul. dixit, centesimis calendis dare spondes? Ex hac etiam consuetudine deductum puto, vt calendaria libros rationum dicamus: nam (vt animaduerti) solet Iurisconsultus ea dictione vti, cum fœneratorũ rationes describit. Cęterum centesimis vsuris, duodecim in centenarium accipi, sicut semissibus sex, trientibus quatuor, Hermolaus ex L. Columellæ autoritate docuit, quam sententiam Socin. [d] latissimo tractatu defendit, ostenditq; nostros Doc. hac in re ἐκ διαμέτρου, quod aiunt errasse. eadem sententia in tit. de pollicit. comprobatur. Septitia certamen patriæ suę pollicendo sub hac conditione pollicita est, vti sors apud
A eam remaneret, & ipsa vsuras semissales ad præmia certantium resoluat, in hæc verba: φιλοτίμως * καθιδρῦ ἀγῶνα τετραετηρικὸν ἀπὸ μυριάδων τριῶν τῆ τοῦ κεφαλαίου, αὐτὴ κατέχουσα ἀργύριον καὶ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώταις ἀξιοχρέως ἐπὶ τῷ τέλει * τὸν δὲ ἴδιον τριῶν μυριάδων τόκον, ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθιζομένου τοῦ ἀνδρός μου, ἔπειτα δὲ τῶν ἐξ ἐμοῦ γεννηθησομένων τέκνων. χωρήσει δὲ ὁ τόκος εἰς τὰ ἆθλα τῶν θυμελικῶν, καθ᾽ ὡς ἐφ᾽ ἑκάστου ἀθλήματος ἡ βουλὴ ὁρίσῃ. Ex liberalitate mea quadriennale certamen dedico triginta millium sortis: vt pecunia penes me retenta,
B idoneè apud Decemprimos caueam me soluturam, quæ solent præstari, xxx. millium vsuras, de signatore & pręfecto ipsi certamini marito meo, deincepsq; filijs, qui ex me gignentur: cederq; que id fœnoris in Thymelicorum præmia, sicut vnoquoque in certamine Senatus decernet. Volui Græca ipsa apponere, vt absque exemplo nos à vulgata lectione recessisse nemo calumnietur. Igitur si mulier hæc mauult semisses vsuras præstare, quàm ipsam sortem, nónne expressim iudi-
C catur, has non esse quinquaginta in centenariũ, sed sex? alioquin mulieris huius insaniam elleboro purgare opus fuisset. Verùm & Hermolai sententiam Budæ. in lib. de Asse, Demosthenis, Plinijq; autoritate comprobat. vt minimè dubitem, quin veriora veris recenseat. Idem & alio argumento me annotasse memini, cum antiqua eulogia interpretarer. Extat Mediolani Plinij Cæcilij monumentum, quo inter cætera inscribitur, eum in nominibus libertorum suorum col-
D locasse centies & decies octies millia nummûm, hoc est, sestertia cxviij. item rursus nummorum sexagies sexies centenorum, hoc est, sestertia sex, & nummos DC. cuius summa incrementum centum & quinquaginta sex esse ait. Nam si per semisses vsuras incrementum computetur, ex suprascripta summa centum & quinquaginta sex denarios in menses lucrifieri constabit: menstruas enim vsuras fuisse suprà diximus, pendiq; eas denariorum quantitate eodem loco Iuriscõ-
E sultus ostendit. At Plinium solitum semissibus pecunias locare, ipse est autor vij. lib. ad Caninium. In Papin. [d] quoque responso, titul. depositi, cuius superiore quodam capite memini, L. Titius promittit χορηγῆσαι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας, præstare vsuram singulis mensibus pro vnaquaque mina obolos iiij. cum enim sex oboli drachmam constituunt, & centum drachmæ minam, sequitur besses vsuras præstari, hoc est, octo in centenarium. atqui si Accursij &
F aliorum vera esset opinio, octoginta pro centenario extorquerentur. Non igitur dubito nos veriora dicere, cùm Iustinianus sanxerit, negotiatores bessibus fœnerari posse, & non vltrà. ex responso autem hoc Papij colligitur hoc esse octo in vnaquæque centum. Paulò diffusiùs hæc explicaui, quoniam adhuc ex recentioribus fuêre quidam, qui Accursium etiam impressis tractatibus defenderint: sed (dij boni) tam ineptè, vt nihil peius.

b l. lecta. de reb. credi.

*Ita C. Harmenopulus in prochiro. lib. vj. Galli dicunt, duze pourcent.

c Soci. in l. iij. §. fi. ff. ad leg. falc. l. Septitia. de pollic.

* φιλοτιμοῦμαι καὶ, Pand. Flor.

* τέλων. Pand. Flor.

d l. Publia. §. Lucius. ff. depositi.

Declarata

CAP. II.

Declarata lex, lecta. ff. si cert. pet. & quid significet decies sestertium.

a l. lecta. ff. si cer. pet.

POSTEAQVAM in vsurarum tractatum incidimus, licet vulgatam illam Pauli [a] legem interpretari titulo de rebus creditis. *Lecta, inquit, est in auditorio Aemil. Papin. præf. præt. cautio huiusmodi. L. Titius scripsi me accepisse à P. Mæuio quindecim mutua numerata mihi de domo sua, & hæc xv. proba rectè dari Calendis futuris stipulatus est P. Mæuius: spopondi ego L. Tit. si ea die suprà scripta summa P. Mæuio data, soluta non erit, tunc eo amplius quo pòst soluam pœnæ nomine in dies xxv. denarios centenos, den trios singulos dari stipulatus est P. Mæuius: spopondi L. Tit. conuenitq; inter nos. vt P. Mæuio ex summa suprà scripta menstruos refundere debeam denarios trecentos ei, hærediue eius,* &c. Huius quantitatis rationem Paulus Castr. dum cõmentarijs suis inire vult, mirum est, quantum à recto tramite recedat: & memini cum tyro essem, Paulum Picũm præceptorem nostrum, virum alioqui maximi nominis, integræ lectionis tempus transegisse, dum calculũ hũc ducit: nihiloq; doctiores hac in re scholasticos ab eo recessisse, quàm aduenerant. Hoc igitur primò sciendum est, sestertios & nummos idem fuisse, denariumq; quatuor nũmos valuisse, seu mauis quatuor sestertios: at mille nummos, sestertium vnum neutri generis æstimari. Ostendit id Budęus Parisiẽsis, vir clarissimus, in libro quem de Asse & eius partibus scripsit: nec in hoc aliqua est controuersia. cæterùm in eo tota lis versatur, an idem sit, promitto xv. sestertia, vel, promitto quindecies sestertiûm. Budæus longè hæc differre existimauit: quoniam quindecies sestertiûm, quindecies centena millia sestertiûm nummûm significat, hoc est, sestertia neutro genere mille & quingenta: ostenditq; id pluribus argumentis. In cuius nos quoq; sententiam rectà contendimus: quoniam consuetudinem hanc loquendi aptissimè demõstrat grauissimus auctor T. Liuius. Is belli Punici libro quarto, ita ferè ad verbum scripsit: Cùm deessent nautæ, Consules ex senatusconsulto edixerunt, vt qui L. Aemil. & C. Flaminio censoribus, millibus æris quinquaginta, ipse, aut pater eius census fuisset vsque ad centum millia, aut cui postea tanta essent facta, nautam vnum cum sex mensium stipẽdio daret: qui supra centũ millia vsque ad CCC. millia, treis nautas cũ stipendio annuo: qui supra CCC. millia vsque ad decies ęris, quinq; nautas: qui supra decies, septem. ecce enim, quemadmodũ clarè demõstratur, decies æris significare decies centena millia ęris. Igitur in hoc responso, siue legamus quindecim mutua, siue quindecim millia mutua idem est, quoniam xv. millia nummûm intelligimus: quę summa reddit denarios IIIM.DCCL. Igitur priore pacto actum fuit, vt singulis xxv. diebus in centenos denarios singuli pro fœnore redderentur: quamobrem, ex summa suprascripta soluendi erant denarij xxxvij. estque admodum graue id fœnus, quippe quod centesimam etiam duabus vncijs excedat. reformata ergo pactione, vt omnino CCC. denarij menstrui soluerentur (qua ratione sors annua die fuisset restituta) quæritur qd de vsuris. Subiecerã hoc loco ad ipsum Bud. epistolã, quã quia nimiũ ꝓlixa, & ad institutũ opus parũ pertinẽs erat, summouendã hac editione duxi, & inter epist. mearũ regesta seruãdã.

CAP. III.

Quæ fuerit lex Papia, ex auctoribus relatum: Isidoriq; in canonicis decretis lapsus.

QVAEDAM, inquit Isidorus [b]. IIII. distin. leges dicuntur ab his, qui eas condiderunt, vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Cornelię.
A nam sub Octauiano Cæsare suffecti consules Papius & Pompeius legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia & Pompeia, continens patrum præmia pro suscipiẽdis liberis. Quantum hoc loco deceptus sit Isidorus, ex hoc probatur, quòd non duo consules legem hanc tulerũt, sed ab Augusto lata est, appellaturq; lex Papia Poppæa. ea cõtinebat, vt si vir & vxor filios nõ haberent, quod alter alteri reliquisset, decima parte fisco adiudicaretur: sub-
B lataq; est Honorij & Arcadij Impp. cõstitutione [c], quę adhuc sub titulo de infirmãdis pœnis cœlibatus, legitur: vt mirũ sit, eũ qui in ius canonicũ scholia illa composuit, eius legis sententiam ignorasse, quæ vulgatissimo in libro repertu facilima foret. ad hanc pœnam allusit Iuuen. Saty. ix.

Iura parentis habes, propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis.

Si enim filios nõ gignebant, decima parte legati mulctabãtur. vt & nõ parũ admiratus sim, quid su-
C per illis carminibus alij sentiant, quandoquidẽ totus ille poetæ locus ex hoc cap. declarari potest, si illud addiderimus, quę ex lege Papia Poppæa portio legatario vel hæredi auferebatur, caducã dici: de quo etiã dicetur. c. vj. Tac. lib. hist. III. Relatũ est, inquit, de moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes, incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario sanxerat: nec ideo coniugia & educationes liberorum frequentabantur præualida orbitate.
D Hinc apud Ausonium, Iurisconsulto qui vxorem duxerat, sed adulteram, dicitur placuisse legẽ Papiã: quoniã ea cœlibes prosequebatur. verùm displicuisse Iuliam, quod eius quodam capite, mariti crimine lenocinij plecterentur, qui adulteras vxores in matrimonio retinebant: Eandem hãc Papiam esse arbitror, quæ apud Suetonium dicitur de maritandis ordinibus: Hanc, inquit, cùm aliquantò seuerius, quàm cæteras emendasset, prę tumultu recusantium ferre non potuit, nisi
E adempta demùm, lenitáue parte pœnarũ, & vacatione triennij data, auctisq; præmijs. sic quoq; abolitionem eius publico spectaculo pertinaciter postulãte equite, accitos Germanici liberos, receptosq; partim apud se, partim in patris gremiũ ostẽtauit, manu vultuq; significãs, ne grauarẽtur imitari iuuenis exemplũ. cũq; etiã immaturitate sponsarũ & matrimoniorũ crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tẽpus spõsas habẽdi coartauit, diuortijs modũ imposuit. Ex ijs colli-
F gere possumus, latã fuisse hãc legẽ à diuo Aug. cũ cõsules M. Pap. Mutilus, & Q. Popp. Secundus, essent, vt Dion. li. LVI. scribit: quare etiã simpliciter ab auctoribus Iulia appellat. Iuuen. Nã placet Vrsidio lex Iulia. Nõ eñ ibi intelligenda est ea, q̃ in adulteros sequit: q̃ alij existimarũt. Eiusdẽ legis aliquo cap. etiã cauebatur, ne maiores quinquagenarijs vel sexagenarijs [d], nuptias cõtraherẽt: q̃ caput à Tiberio legi additũ Claud. antiquauit, vt idem Tranquil. scribit. nos certè Iustiniani [e] lege id factum deprændimus, titulo de nuptijs.

b dist. iiij. cap. quædam.

c l. fi. C. de infir. pœn. cœli.

d l. sancimus. C. de nup.

e l. penul. C. eodem.

CAP. IIII.

De ordine dignitatum quamplurima: & decipi pluribus capitibus Doctores nostros in l. j. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

CVM de ordinibus [a] dignitatum tractatur. solent nostri Doctores ita rē explicare, vt hi quatuor sint: Alios enim superillustres, vt patritij & senatores: alios illustres, vt Consules, præfectos pretorio: alios spectabiles, quales prefectus vrbis, pretor, proconsul: alij verò sint clarissimi, sicut presides prouinciarū. Quā sententiam & in ipsa serie, & in exemplis nūquā probaui: nec enim vsquam probatur, in dignitatum ordine superillustres esse: nec ea dictio satis Latina est. cumq; præfecti spectabiles sint, ostendit Ausonius ab illustrium dignitate solùm superari: is in Mosella ita canit:

Quiq; suas rexere vrbes, purumq; tribunal,
Sanguine & innocuas illustrauere secures,
Præfecturarum titulo tenuere secundo.

Quāuis me nō lateat, aliter quoq; hūc locū accipi posse. quin & Cassiodorus lib. Epist. VI. dignissimos esse illustres tradit, tū spectabiles: Spectabilitas, inquit, clara, & cōsistorio nostro dignissima inter illustres ingreditur, inter pceres aduocatur. & rursus: Quādò, inquit, hic vicinus est honor illustribus, dū alter medius non habetur, delectet te illos imitari, quos pximitate cōtingis. hinc est vt apud eū toto in opere nulla fiat superillustriū mētio: nec quicquā in Iustin. authēticis [b] necessariò in hanc rē probatur: vt nō immeritò aliqui etiam ex nostris à cōmuni sentētia discesserint. Sed & quod illi tradunt, vltimū dignitatis gradū esse clarissimos, oppido quā fallūtur: post illos enim subsequuntur perfectissimi. Quāobrē Iust. [c] cùm lib. C. xij. de clarissimis dixisset, subdit tractatum de perfectissimatus dignitate, vbi Imp. Constantinus. Codicillis, inquit, perfectissimatis fruentur qui impetrauerunt, si abhorreant de conditione seruili, aut fisco, vel curię obnoxij non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorē venali suffragio emerint, nec rē alicuius administrauerint, &c. vt nō parū mirer, quōnam modo maiorū nostrorū diligentiā constitutio hęc fefellerit. Cęterùm & quòd illi singulos magistratus sub aliquo harū dignitatū certo gradu collocant, in eo quoq; falli demonstrabo: cùm his dignitatū nominibus illustres viros ad ipsa munera assumi appareat, non aūt à muneribus seu officijs ipsis dignitatē accipi. Ammianus Marcellin. qui res sub Constan. gestas descripsit, lib. xxj. de eo principe loquens; nec sub eo, inquit, dux quisquam cū clarissimatu profectus est: erant enim, vt nos quoq; meminimus, perfectissimi. Ostendit idē & Cassiodorus lib vij. dū duabus epistolis formā verborū tradit, quibus hæ dignitates à principibus solēt conferri: ex eo enim noscere possumus, officiorū accessiones has non fuisse. Extat Ticini in fronte tēpli Ioānis in Burgo antiquum marmor, Græcis inscriptū notis, alicuius, vt arbitror, eorū Græcorum, qui missu Zenonis Imp. cū Theodorico Gotthorū rege in Italiam venerūt: in eo traditur perijsse eū sub consulatu προβίνε τε λαμπροτάτε vnde colligitur eum, tametsi consul esset, solummodo clarissimum fuisse. Solent autem Græci nostra dialecto priores gradus pronuntiare ἰλλου-

a l. j. de officio eius cui.
b in auth. vt ab illust.
c l j. C. de perfe. dig. lib. xij.

στρίοι καὶ σπεκταβίλιοι: ne quis admiretur si Gręcè apud Zonarum Procopium, idque ætatis leuiores auctores, ita scriptum reperiat. Legi & apud Agēnium geometricum auctorem, cuiusdam Imperatoriæ constitutionis verba, quā geometras spectabiles esse decernitur, & antequam profiteantur, dici clarissimos. Perfectissimorum mentionem aliquoties & in eulogijs, & in auctoribus deprændi: & cùm nostri Doctores profiteantur, præsides prouinciarum esse clarissimos, eorum sententiam veterum auctoritati discordem hinc cognosco. In Hispania Tarracone hæc inscriptio in marmore legitur: PIISS. FORTISS. FELICISS. D. N. CONSTANTINO MAXIMO VICTORI SEMPER AVGVSTO, BALDVS MACRINVS V. P. P. P. HISP. TAR. &c. quas notas sic interpreteris: Macrinus vir perfectissimus, præses prouinciæ Hispaniæ Tarraconensis. Cæleiæ quoque Carnorum alia inscriptio in hunc modum, DN. Fl Constantino Clementissimo; atque victori Augusto Martinianus V P. præses prouinciæ Norici. Indubitatum enim apud nos est, illas notas; VP. virum perfectissimū significare. Inter vulgata Panegyrica extat oratio Eumenij Gallicani rhetoris, quam pro restaurandis scholis coram pręside Galliæ habuit: eum ipse rhetor compluries inter orandum, virum perfectissimum appellat: qui titulus quandoque præscriptis tantum notis, quandoque extensis scriptus est, vt nemini id dubium esse debeat. Mediolani quoque in diui Ambrosij cœnobio, marmori inditum eulogium quoddam ita legitur: ATITIVS CRESCENS V. P. EX TABVLARIO PALATI. quæ verba nō aliter interpretanda crediderim, quam vt virum perfectissimum significent: sicut hæ notulæ VC. virum clarissimum demonstrant. Ambrosius lib. episto. vij. Antiochus, inquit, VC. hoc est, vir clarissimus. Et Romæ in foro Traiani sub statua Claudiani poetæ ita legebatur: Cl. Claudiani V C. Tribuno & notario. vt malè sentiant aliqui, qui vel quintæ cohortis, vel virum consularem interpretantur: abolita enim ea ætate erat consuetudo, qua quis consularis diceretur, reciderantque dignitates in semibarbaras hasce appellationes. Rursus Tarracone & id legitur eulogium: M. Aurelius Valentinianus VC. præses prouinciæ Hisp. citer. leg. Augg. &c. nam & Apuleius in Apologia, quam orationem habuit coram Claudio Maximo proconsule, eum appellat virum clarissimum. Indeque ostenditur, non semper spectabiles fuisse procōsules, sed aliquos quoque clarissimos. Eodem titulo Maruortium Lollianum consulem ornat Iulius Maternus in procemio operis: cùm, si vera nostri sentirēt, illustris fuisset appellandus. Verùm & idem in iure ciuili probari nemo sanus ambegerit, Aiunt ipsi præfectum vrbis fuisse spectabilē: atqui Theod. & Val. [d] quadam constitutione illustrem appellant vrbicariam præfecturam. at Ambrosius in epist. ad Valent. Cùm inquit, vir clarissimus præfectus vrbis Symmachus. Aiunt rursus proconsules esse spectabiles: attamen quandoque legi esse clarissimos Seuerus [e]: Si tabulas, inquit testamēti vir clarissimus proconsul est secutus, &c. Quin etiam senatores ipsos solùm clarissimos appellat Constantinus [f]: Clarissimi viri senatores in hac regia vrbe, &c. Sed & alibi dicitur. Cum salutatus esset Imp. Antoninus à Daciano Auetio, & Opellio Macrino præfectis pretorio clarissimis viris,

d l. quicquid. C. de aduo. diuer. iud.
e l j. ff ex falso instrumen.
f l. ij. C. de ħs qui ven. ætat. impet. l. ij. C. de sent. pas.

viris, &c. Quid igitur censendum? Et illud scire debemus, tres ciuium ordines olim fuisse, senatorum, equitum, plebis. Qui senatores erant, hi & clarissimi existimabantur: cuius rei fidem faciunt non solum quædam suprà à nobis relata argumenta, sed & Vlpiani [a] auctoritas: qui cùm tradidisset, fœminas nuptas mariti dignitate cēseri, subiecit, nuptam senatori, esse clarissimam. Plinius quoque lib. vij. nat. histo. Vestilia, inquit, C. Herdicij, ac postea Pomponij atque Orficij, clarissimorum virorum coniunx: cùm Senatores intelligat. Sed omnino apertius Aelius Lampridius in Alexandri Seueri vita, præfectis prætorio suis senatoriam addidit dignitatem, vt viri clarissimi & essent, & dicerentur: quod anteà vel raro fuerat, vel omnino non fuerat, eousq;, vt si quis Imperatorum successorem præfecto prætorio dare vellet, laticlauiam (vestis est senatoria) eidem per libertum summitteret. Alexander autem idcirco Senatores voluit esse præfectos prætorio, ne quis non senator, de Romano Senatore iudicaret. hæc ille. Hos inter clarissimos aliquis erat gradus: siquidē Isidorus etymolog. lib. viiij. cap. iiij. Primi ordines, inquit, Senatorum, dicuntur illustres: secundi spectabiles, tertij clarissimi: inferius quartum aliquod genus nō est. Quamuis autem senatoria quisq; origine esset, vsq; ad legitimos annos eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem Senatoriæ dignitatis. Iustinianus [b] quoque cùm lege veteri constitutum esset, vt clarissimi per procuratorem litigarent, de his clarissimis solùm intelligendum sanxit, qui ijdem & illustres essent: & horum descendentes ipsi quoque senatoriam dignitatem habebant. & ideo Vlpianus [c]: Senatores, inquit, accipiendum est eos qui à patritijs & consularibus, vsque ad omnes illustres viros descendunt: nam si aliquis equestris vel plebeij ordinis, beneficio principis in senatum allectus fuisset, ius senatorium ad hæredes non transferebat, nisi insignibus illis fuisset ornatus. Hinc apud Cornelium Tacitum consularia, quæstoria, prætoria, censoria insignia. hinc apud Vlpianum [d] vir præfectorius, speciosus. sed, quod idem est, spectabilis, media vox erat, quæ & illustres comprændebat. Itemq; solùm clarissimos, Plinius epistolarum lib. quinto, & spectatissimos appellasse videtur: Adhibui in consiliū duos, quos ciuitas nostra spectatissimos habuit, Cærelium & Frontinum, &c. Quapropter Vlpianus [e] Speciosas, inquit, personas accipere debemus clarissimas personas vtriusque sexus: item eorum qui ornamentis senatorijs vtuntur, quòd perinde est ac si illustres dixisset. Consularia enim, quæstoria, prætoria, præfectoria insignia, senatorum ornamenta sunt: Apud posteriores Cęsares videntur illustres esse consules, præfecti prætorio magister militum, prefectus vrbis, quæstor Cæsaris: quòd hi ipsi principi assidebant, maioresque magistratus erāt. qua ratione & comites sacrarū largitionū, item rerū priuatarū, item sacri palatij, eadē dignitate censebātur. Qui verò à se natu sortitò deligebātur, vt proconsules, hi spectabiles erant: sicut & qui alio tituló ex senatu ad prouincias, vel militiā regendā à principe destinabantur, vt duces, vt comites consistoriani, vt comites sacri patrimonij, vt comes Orientis, vt vicarius præfecti pretorio Orientis aut Aphricę: quiq; illi honore æquati sunt, vt magistri sacrorū libellorū, vt proximi memoriæ, vt archiatri, vt

a l. fœminæ. de senato.
b in auth. vt ab illust.
c l. fin. de senat.
d l. j. de senat.
e l. speciosas. de ver. sign.

comites, qui prouincias regunt, vt professores, qui vigesimū stipendium promeruerint. Cæterùm prætor quoq;, item præfectus vigilū, & ipsi spectabiles erant. Non enim sacri cōsistorij pars iure magistratus sui erant, sed & primicerij domesticorum eodem pertinent, neq; nō silentiarij: qui verò his officijs functi iam essent, simpliciter clarissimi dicebant. quo fit, vt quādoq; cōsularē [f], id est, clarissimatus [g] dignitatē lex appellet: senatoria eñ dignitas illis remanebat, nec tēpore finiebatur. Et hæc quidē, q ad clarissimos attinet, sufficiāt. Equestris dignitas [h] clarissimorum gradum cōsequitur, olim maxima in auctoritate, quòd ex equitibus cētumuiralis ordo cōstabat, ad quos pleraq; iudicia pertinebant. Prefectus quoq; Augustalis Alexandriæ eques erat, spectabili dignitate insignis: illustribus enim negatum Aegyptū accedere. Tac. lib. II. Augustus, inquit, inter alia dominationis arcana vetitis nisi permissu ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis illustribus, sepoluit Aegyptū: Cæterū & pcuratores Cæsares eiusdē ordinis erant. Idē Tac. lib. xij. Eodē anno audita vox principis est, parē vim rerū habendā à procuratorib. suis iudicatarū, ac si ipse statuisset. nam & Augustus apud equestres, qui Aegypto pręsiderēt, lege agi, decretaq; eorū perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent: mox alias in prouincias & pleraq; in vrbe concessa sunt, quæ olim à prętoribus noscebantur: Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione, aut armis certatū, liberosq;, quos rei familiari prefecerat, sibi & legibus adæquauit. Qui nec ex senatu, nec ex equestri ordine ad dignitates assumebātur, perfectissimi videntur appellari: quod supradicta Iustin. cōstitutio, Ammianiq; Marcellini locus ostēdūt, quibus ab equestribus, & à clarissimis distingui perfectissimos apparet. Constāt. [i] in Cod. Theo. Senatores, inquit, apud grauitatis tuæ officiū de suis morib. perdoceāt: pfectissimi apud vicariā prefecturā: equites Rom. & cęteri, apud pfectū vigilum: nauicularij apud præfectum annonæ.

f l j. C. de dom.
g l. j. C. de prep. lib. xij.
h l j. C. de eq. dignit.
i l. j. C. de his qui ven. æta.

CAPVT V.

Qui fuerint defensores ciuitatum, qui item duumuiri in municipijs, & interpretū nostrorū magna incuria.

DVO sunt in Iustiniani codice tituli, quorū alter de defensoribus ciuitatum inscribitur, alter de magistratibus municipalibus. Qua de causa Azo vir ille celebris, & Odofredus, tum alij existimauerunt, defensores eos dici, qui in ciuitatibus sunt: municipales verò magistratus, in villis seu castris: municipiū enim castrū significare. Sed quę amētia hęc? vnde hæc sibi somnia isti confinxerūt? nemini enim ita alphabetario præceptori ignotū esse arbitror, municipes primò dictos ciues Romanos qui in vrbibus suo iure, suis legibus vtentes, muneris tantum honorarij cum Romanis erant participes: deinde obseruatum est, vt vnusquisque suæ ciuitatis municeps diceretur. Hinc Plinius in Epist. & Comū & Mediolanum municipia appellat. Ostendit idē Vlpianus, Paulusque, & Festus Pōpeius, qui tres municipū species refert. Magistratus itaq; municipales dicūt ipsi ciuitatū decuriones: at defensores ciuitatū, nō ex decurionib. sed ex alijs deligebantur tres numero, qui hoc agerent,

rent,ne tenuiores & infimi à nobilibus lederẽt: quod ex ipsis constitutionibus [a] satis constat:vt admirer quónã modo duo legẽ (vt ita dixerim) πεῤῥαῶσι, adversus ea docere ausi sint,quæ expressim Iurisconsulti ipsi declarant. Ipse quippe Vlpianus,ciues ipsos municipes esse dixit in ciuitate:& eorũ magistratus à defensoribus differre, ipsę cõstitutiones declarant. Cęterùm in eo contigit dubitari, duumuirorũ magistratus quis nã esset:& in vrbe Roma criminalia tractasse, T. Liuius lib. primo auctor est:& de eis etiã multa legere memini apud eũ, qui titulo Feneſtellæ de Roman. magistratibus circũsertur. Sed operæpretiũ est inquirere,quales nã fuerint in alijs vrbibus Iurisconsulrus Vlpianus de his intelligens [b]:Omnibus,inquit,magistratibus,nõ tamen duumuiris,permissum est iurisdictionem suã pœnali iudicio defendere. Angelus maximos fuisse magistratus istos existimat:alij aliter intelligũt. Communi sententia videtur approbari eosdem esse duumuiros & magistratus municipales. Dixerit aliquis,quid hoc refert ad Ius ciuile ? Cui nos,vt inde cognoscamus,an ius multã indicẽdi spectet ad magistratum municipalem. Igitur ipse arbitror, duumuiros ex ipsis decurionibus duos fuisse:quod ostẽdit Paulus [c] titulo de albo scribẽdo:In albo,inquit lex,præponi debet,qui maximo honore in municipio functus est,vt qui duumuiratũ gesit.Item alibi [d]: Is qui nõ sit decurio, duumuiratu vel alijs honoribus fungi nõ poteſt.Itẽ rursus alio loco:In duumuiros,& in rẽ publicã etiam post annũ actio datur,ex contractu magistratuũ municipaliũ.Iterũ in tractatu de dãno infecto: Duas res magistratibus municipalibus prętor iniunxit, actionẽ,& possessionẽ:cætera iurisdictioni suæ reseruauit.Si fortè duretur nõ caueri,vt possidere liceat,nõ duumuiros,sed prętores permissuros.Duumuirum fascibus vti, Imperatorum constitutionibus [e] cautũ est , sub titulo de decurionibus, quod arguit fuisse decurionem.Eosdem carceribus municipiorũ prę fuisse,Iurisconsulti tradunt:sed & eos locare publica solitos,Vlpianus scribit. Meminit horum Cæsar in commentario belli ciuilis primo. Duumuiris municipiorum omnium imperat, vt naues conquirant.Mentio est & apud Cæcilium libro Epistolarum quarto: Gymnicus agon apud Viennenses celebrabatur, hunc Trebonius Rufinus in duũuiratu tollendũ curauit. Spartianus in Hadriano:Per Latina,inquit,oppida dictator & ædilis,& duumuir fuit:apud eos emancipari neminem iure ciuili posse, constitutiones [f] indicant. Igitur duumuiros in ordine decurionum duos fuisse, ex suprascriptis constat, qui carcerum curam habebant , qui publica locabant,qui reipublicæ negotia gerebant,qui fascibus vtebantur: cæterùm qui ius mulctandi non habebant,sicuti nec defensores ciuitatum, quique auctoritatem emancipationibus interponere non poterant.Vnde constat malè argumentari Doctores nostros [g],qui magistratui municipali existimant non licere mulctam indicere, & consequenter , neque delegato: item coram eis non posse emancipari : quasi aliquid non permittatur toti ordini , quod tamen duobus eorum abnegetur:vt idcirco non dubitem, quin ordo decurionum , & quilibet cui mandata sit iurisdictio,suam iurisdictionẽ pœnali iudicio tueri possit.Quã quæstionem aliquado latiore tractatu commentarijs nostris explicuimus [h].

a l.iij.& iiij.C. de def. ciuit.

b l.j.ff.si quis ius dicen.

c l.j.de alb.scri. l.honores.ff. de decur.

d l. in honorarijs .de act. & obl.l.iiij.§.duas.

el.duumuirum C. de decu. lib. xij.l.si quis vxori.§.si fugit. ff. de fur.

f l.j.C.de emãc. lib.l.defensores. j C.de defen. ciuit.

g arg.l.ij.C.de aport.

h in l.imperiũ. ff. de iur. omn. iud.

CAPVT VI.

Quid sit vicesima, vectigálque illud,declaratæ duæ constitutiones Iustiniani.

IVSTINIANI [i] constitutione quadam traditur,edictũ quoddã fuisse à diuo Hadriano inductũ,sub occasione vicesimæ partis hæreditatis: videamur quidnã id sit. Et sciendũ est,cũ propter multitudinẽ exercituũ, quos Augustus Cæs.alebat,propterq; maxima impẽdia, quibus fiscus grauabatur,maximis egeret pecunijs,instituit legibus latis quædã vectigalia : & vt se excusaret, professus est,diui Iulij cõmentarijs se edoctũ,vt ea institueret. Igitur legẽ Papiã tulit,quę multa capita cõtinebat.Primũ est, vt si quis extraneus hæres institutus fuisset, is priusquã hæreditatẽ adiret,vicesimã partẽ fisco impẽdere teneretur.qua lege filij & proximiores hæredes non tenebantur.huius rei auctor est Dion. Aliud caput erat,vt si hæres institutus viuente testatore , vel ante aditam hæreditatẽ decessisset, fisco bona addicerẽtur: & hoc ab Iustin.sublatũ, titulo [k] de caducis tollẽdis,nemo ignorat.Tertiũ caput fuit,vt q, vir vxori , vel vxor viro legasset, decima parte fisco attribuereẽ, si filios nõ haberẽt:& huic capiti Constan. cõstitutione derogatũ suprà ostendimus.Primũ caput Nerua emendauit,sed nõ omnino vt dignũ erat.Traianus eo solùm teneri statuit alia familia genitos hæredes:quod decretũ Cæcilius in panegyrico pluribus verbis collaudat.Cæterùm Gratianus Imp. in totũ vicesimã sustulit:quod in gratiarũ actione Ausonius adfirmat Hinc est quod Iustin. ait, vicesimam hæreditatis de Republica recessisse. Scribit Pomp. [l] de origine iuris, primùm Aulũ Offilium de legibus vicesimæ scripsisse . Addit Capitolinus,Marcum Anton.philosophũ de vicesima hęreditatũ leges tulisse.Additum fuit illi legi aliud caput à Tiberio Cæsare,quod Claud. antiquauit,vt est apud Tranquillũ. Ex his autẽ nõ dubito,quin Accurs.error intelligatur,qui caduca bona in bellis ciuilibus idcirco attributa fisco tradit,quia homines occidebantur:cùm tamen suprà ex Dione,propter impendia bellorũ latam legem illam ostenderim.

i l.fi.C.deedi. di.Had.tol.

k l.j.C.de cad. tol.

l l.secunda.

CAPVT VII.

Reuocata sub incudem interpretatio l. cretionum. C.de iure deliber.

RETIONVM [m] *scrupulosam solennitatẽ hac lege(inquiunt Theod.& Valen. Cæs.) amputandã decernimus.* Dubitaui quandoq;,quid dictio tam insolens significaret:tandenq; illud placuit, vt intelligamus derogari solenitatibus, quæ in hæreditatũ aditione seruabantur. Creui,inquit Festus, significat hæreditatem adij,à verbo crescere , & cernere. Cicero ad Atticum libro epistolarum vndecimo : Literas tuas accepi pridie Nonas Feb.eoque ipso die ex testamento creui hæreditatem. Sed & idem rursus: Galeonis hæreditate creui : duco enim cretionem fuisse simplicem , quoniam ad me missa est.Idem ad Dolabellam:A te peto,vt me hanc,quasi falsam hęreditatem alienæ gloriæ,sinas cernere. Igitur arbitror,non aliud esse cretionem , quàm aditionem. Cum ergo obseruarentur in adeunda hæreditate solennitates quædam,eas Imperatores hac constitutione sustulerunt . Cæterùm quænam solennitas hæc esset, haud facilè dictu est: nisi ex

m l.cretionũ. C.de iu. deliber.

nisi ex lege Papia introducta fuerit, cuius suprà meminimus:mortuo enim testatore statim hęreditas adiri nõ poterat:quare dies nõ nisi ab apertura tabularũ cœpebat,quod per Iustin.emendatũ fuit [a].Sed & hac in re Isidorũ pro malo auctore ipse non duxerim hic etymologiarũ lib. v. capite vigesimoquarto,totã hãc rẽ sic explicat:Cretio est certus dierum numerus,in quo institutus hęres aut adit hæreditatẽ,aut finito tẽpore cretionis excluditur,nec liberũ illi est tempus vltra capiẽdæ hęreditatis.Appellata est à decernẽdo, id est,cõstituendo,quòd hęres debeat decernere vtpurà cũ sic scribitur,ille hęres mihi esto,additurq; intra dies tot.Adeundarũ autẽ hæreditatũ statutus erat certus dies, & vltra cretio non erat, &c.Igitur secundum supradicta accipi debet. Et Plin.Cæcilius epist. ad Traianũ: Iulius Largus rogauit me testamẽto,vt hęreditatẽ adirẽ cerne remq;.In Codice Theodosiano videtur cretio solennitas esse,quę in hęreditatibus intestatorũ locum sibi habeat,ne legi Papiæ fraus fieri posset.

a l.j.C.de caduc.tollend.

CAPVT VIII.

Nouo intellectu declarata l.generaliter.§.fi.ff.de decur.disputatũque quid sit Iudaica superstitio:& de victoria aduersus Marcomannos,Christianorum precibus impetrata.

EOS, [b] *qui Iudaicam superstitionem sequuntur, diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt. sed & necessitatem his imposuerunt, qua superstitionem eorum no.. lædcrẽt.* Verba hęc Vlpiani sunt titulo de decurionibus:quę quã tũ Accurs.Bart. & cęteros torserint , illud argumẽto est,quod cũ alibi legissent,Iudęos omnibus honoribus arceri,hoc aũt responso videatur cõcedi:in eam sententiam deuenerunt, vt responsum istud sit correctum. quo nihil putridius ferè potuit dici. Quapropter vt nos veritatem ipsam omnibus notam faciamus,illud scire conuenit, Vlpianũ ipsum à Christiana religione fuisse discordẽ,ethnicorumq; deos coluisse: floruit enim Alex.Imp.tẽporibus.Aelius Lampridius, Alex. inquit , Paulũ & Vlpianũ magno in honore habuit:quos præfectos ab Heliogabalo alij dicunt factos,alij ab ipso . nam & consiliarius Alexãdri & magister scrinij fuisse perhibetur Vlpianus: q tamen ambo assessores Papiniani fuerunt. Idem etiam auctor est,neminẽ solùm admittere Alex. consueuisse,præter prępectum suum,& Vlpianũ, & assessores suos:quos propter summam iustitiã singulariter diligebat.Igitur tempore quo Vlpianus viuebat,nõdum recepta erat CHRISTI fides.Primus enim Imp.Christianus fuit Philipp. lõgè Alexãdro posterior. Cùm itaq; à CHRISTI traditionibus alienus esset Vlpianus , non mirũ est,si nostrã fidem, superstitionem Iudaicam appellauit.quoniam enim primùm in Iudæa Christiani fuerant,nomine hoc fuerũt dicti. Hinc est quòd Septimius Florens in apologetico capite xxxj.ostendit Christianos à Iudęis differre:& id non aliam ob causam,quàm quia Gentiles omnino qualis esset nostra religio ignorabant. Tacitus quoq; histr.lib.primo & vigesimo, vbi Iudæorum superstitiones descripsit: Transgressi, inquit,in mores eorũ idem vsurpant: nec quicquam prius imbuuntur,quam contẽnere deos, exuere patriã,parentes,liberos,fratres vilia habere. quæ verba in Christianos ab eo contorta sunt.Idem expresius de eis lib.xv.Ergo,inquit, abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit,quos per flagitia inuisos vulgus Christianos appellat. Auctor eius nominis CHRISTVS, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat:repressaq; in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat,non modò per Iudæam, originem eius mali,sed per vrbem etiam. Idem etiam sub finem libri secundi: Actum,inquit,est de sacris Aegyptijs,& de Iudaicis pellendis: factumq; patrum consultum,vt quatuor millia libertini generis ea superstitione infecta , queis idonea ætas,in insulam Sardiniam veherentur, coẽrcendis illi latrocinijs : & si ob grauitatem cœli interijssent , vile damnum:cæteri cederent Italiæ, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.Et hæc quidem impijssimus auctor Cornelius Tacitus scribit: quibus non absimilia Plinius Cæcilius eructat lib. qui inscribitur epistolarum ad Traianum:de Christianis enim loquẽs eorũ appellat superstitionem,prauam immodicãq;. Item rursus:Neq; ciuitates inquit , tantum, sed vicos etiam atq; agros superstitionis istius cõtagio peruagata est. Sed & Suetonius , nescio an magis Plinio imprudens:is , A Nerone,inquit, affecti supplicio sunt Christiani, genus hominũ superstitionis nouæ ac maleficæ . Spartianus quoque in Caracalla:Septennis puer cum collusorem suum , puerum ob Iudaicam religionem grauius verberatum audiuisset, neque parentes eius,neq; auctores verberum diu respexit. Quintilianus etiam libro iij.Est,inquit, conditoribus vrbium infame contraxisse aliquã perniciosam cæteris gentem : qualis est primus Iudaicæ superstitionis auctor,& Gracchorum leges inuisę. Ex his igitur haud difficulter cognoscere possumus,Vlpianũ non de Iudæis, sed de Christianis intellexisse : quod etiã clarius ostenditur ex rescripto,cuius auctoritatem citat.Nam cùm diui principes Marcus & Verus,Marcomãnis inferrent bellum,eamq; ad inopiam peruenisse exercitus , vt aquæ penuria periclitarentur omnes, Christiani milites precibus largissimos imbres à Deo impetrauerunt:cumque in certamen prodijssent,fulmina faciem hostium perstringebãt: impetusque grandinis eorum animos ita exterruit,vt maximam Romanis victoriam de se Marcomãni præbuerint,vnam legionem Christiani nominis id impetrasse,Dion auctor est, quæ deinde κεραυνοβόλος dicta sit,id est,fulminatrix. Suidas rem omnem in Iulianum quendam mystem conieciſſe videtur.Igitur Imperatores tanti beneficij non immemores , per rescriptum,Christianorum dogma confirmarunt , Christianosq; accusari vetuerunt , eiusdemque conditionis cum cæteris esse in honoribus adipiscendis constituerunt . Meminit huius rescripti Septimius Florens in apolog.c.v.Si,inquit,literæ M.Aurelij grauissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur: sicut palàm ab huiusmodi pœnam hominibus dimouit , ita alio modo palàm dispersit,adiecta accusatoribus damnatione, & quidem tetriore.Igitur in Vlpiani responso legendum est,nõ diui Seuerus & Antoninus,sed, diui Verus & Antoninus. nam Aelius Verus vnà eum hoc Antonino imperauit , vt est apud Capitol. Simili menda corruptos esse textus alij in locis, ante nos alij admonuerunt.

b l.generaliter. §.final. ff. de decurio.

CAP.

CAPVT IX.

Aduocatorum honorarium quam pecuniæ nostræ summam non poßit excedere: quid item nostræ monetæ comprændat aureus, de quo in Digestis.

CVM de aduocatorũ mercede, quod honorariũ appellare Iurisconsulti solent, tractatur, solet adduci Vlp.[a] responsum, quo tradit̃, permissum aduocatis esse pro singulis causis vsq; ad centũ aureos accipere. Quę verba solent nostri tẽporis Iuriscõsulti interpretari, vt centũ ducatos, qui nostro tẽpore cuduntur, significẽt. quã sententiã quidam recentiores non probant, nec nos vnquam probauimus. Igitur scire debemus, centũ sestertios idẽ esse q̃ aureus. ostendit id Tranq. in Othone, q̃ Othonẽ tradit excubãti cohorti diuidere solitũ, quoties cœna principẽ acciperet, viritim vnũ aureum. quod describens Tac. lib. xvij. cẽtenos sestertios dedisse Othonẽ attestat̃. Nec obstãt quod Iustin. in Institutionibus de libertorũ[b] succeſsione scribit, pro mille sestertijs vnũ aureũ cõputari: quia vel accipiendum est ex mille sestertijs aureũ pro reditu cõputari: sic enim lucrifieri continget ex dextantibus vsuris, & satis id constat apud Columellam. Vel, quod magis placet, sensus legis is est, vt cũ tẽpore quo lata est lex Papia, ditiores essent liberti, quàm sub Iustin. vt ipsemet demonstrat: q̃ lex Papia disponebat in eo, qui mille sestertios poſsidebat, ipse disposuit, in eo, qui suo tẽpore poſsidebat vnũ aureũ. nec enim diuitię Romanorũ sub Iustin. cõparandę fuerunt ętati illi aureę, quę Augusti tẽpore erat. Igitur dũ Iurisconsultus dicit, mercedẽ licitã esse centũ aureorum, intelligenda sunt sestertia decem, seu, quod idẽ est, sestertij decẽ mille: cõgruitq; quantitas hæc illi, quę per Claud. Cæsa. taxata est. Cornelius Tac. lib. hist. xj. Nihil, inquit, publicæ mercis tã venale ea tẽpestate fuit, quàm aduocatorũ perfidia: adeò vt Samius insignis eques Rom. quadringentis nummorũ millib. Suillio datis, & cognita p̃uaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur cõsurgunt patres, legẽq; Titiã flagitãt, qua cauebatur antiquit9, ne quis ob causam orãdam pecuniã donúmve accipiat. Deinde obstrepentibus ijs, qui ea cõtumelia parabat̃, discors Suillio Sillius acriter incubuit, veterũ oratorum exẽpla referẽs, qui famã in posteros, pręmia eloquẽtię cogitauissent pulcherrima. alioquin & bonarũ artium principẽ sordidis ministerijs fœdari, ne fidẽ quidẽ integrã manere, vbi magnitudo quæstuũ spectetur: vt quomodo vis morborũ pretia medẽtibus, sic fori tabes pecuniã aduocatis ferat. & paulò infrà: Hęc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiẽdis pecunijs posuit modũ, vsq; ad dena sestertia, quę egreſsi repetundarum tenerẽtur. Meminit huius senatuscõsulti etiam Plin. Cæcil. ad Valerianum lib. v. vbi adfirmat se lętari, quòd in causis agẽdis, nõ modò pactione dono, munere, verũetiam xenijs semper abstinuerit. Cęterùm videndũ nunc est, quã quantitatẽ pecunię nostrę centũ hi aurei, seu dena sestertia cõficiant. Et sciendũ est, sestertiũ, duas libras argẽti & semissem valuisse: quę summa, nostra moneta libris cẽtũ plus minus valet: vt inde cõsequẽs sit, sestertiũ ęris, seu mauis nummũm, duobus tantũ aſsibus nostris valuisse: cùm horũ millia sestertiûm argẽti neutri generis cõstituãt. Sunt itaq; decẽ sestertia, mille librę. Qua ratione aureus apud Vlpianũ decẽ librarum nostrarum summã ęstimatione reddet: non, vt nostri Doct. arbitrãtur, quatuor libras. Et ita ad æstimationẽ nostrã redigẽda est etiam pœna legis Iul. repetũdarũ, quã Venuleius[c] refert. Is tradit, nõ licuisse magistratibus pecuniã accipere, nisi vsq; ad centũ aureos in anno. Quapropter cùm Hermogenes scribat, nõ esse pauperem, qui quinquaginta aureos habet, intelligamus eũ non esse pauperẽ, qui nostrę monetę libras habeat quingentas. Et hoc quidẽ modo aurei ęstimatio ineunda est, cũ eius mẽtio reperitur in Digest. nã tẽpore Iustin. suus[d] ille solidus, cuius mille locis mentionem facit, subsesquuplus erat ad veterẽ aureũ, nec in eius æstimatione à recentioribus recedo[e].

a l. j. §. licita. ff. de va. & extraord. cog.
b §. postea vero inst. de success. lib.
c l. eadem. ff. ad leg. Iul. repet. l. nonnulli. ff. de accus.
d l. eos. C. de modo mul.
e Soci. consi. xlv.

CAPVT X.

Adducta quædam de vectigalibus, & nouo sensu illustratus versiculus, Si de vectigalibus. in l. si finita. de dam. infect.

VLPIANVS lib. xliij.[f] ad edictum, cuius responsum sub tit. de dam. infe. Tribonianus redegit, ita ferè ad verbũ: Si de vectigalibus nõ caueatur, mittendũ in poſsessionem dicemus, nec iubendũ poſsidere: nec enim dominiũ capere quis poſsidendo potest: sed in vectigali prędio, si municipes non cauerint, dicendũ est dominiũ per longũ tẽpus acquiri. Verùm visum id Accursio est, alteri respõso repugnare, quo Paul.[g] in vectigalibus, inquit, & in alijs prædijs, quę vsucapi nõ poſsunt, publiciana cõperit, &c. & Accurs. specialiter hoc in causa damni infecti obseruari tradidit, vt poſsit pręscribi: alijq; aliter torquẽtur. Nobis videt̃ locus satis clarus, & id pręsertim, si Higini de limitib. agrorũ verba audiamus. is, Vectigales inquit, agri sunt obligati quidã reipub. P. R. quidã coloniarũ, aut municipiorũ, aut ciuitatũ aliquarũ: qui & ipsi plerunq; ad pop. Rom. pertinentes, ex hoste capti, partitiq; ac diuisi sunt per cẽturias, vt adsignarẽtur militibus, quorũ virtute capti erãt, amplius destinato modo quã verus militũ exigebat numerus: qui superfuerãt agri, vectigalib9 subiecti sunt, alij per annos, alij verò mãcipibus emẽtib9 id est, cõducentibus in annos cẽtenos, alij q̃nos: plures verò finito illo tẽpore iterũ veneũt. locãturq; ita, vt vectigalib. est cõsuetudo. municipes aũt ipsi per cẽturias locãt, aut venundãt p̃ximis quibusq; poſsessoribus. Puto itaq; in Vlp. respõso nõ municipes legendũ, sed mãcipes: vt hi intelligãtur, qui ius vectigalis per centũ años emerunt. Aut ergo aliquis nõ emit ius perpetuũ à republica, & nihil vnquã pręscribit[h]: aut emit: & si nõ caueat, pręscribit̃ ob dominiũ illius iuris empti: ita tñ, vt id nihil reip. dãno sit. Posset etiã intelligi, si municipes, vbi iã fundus reversus est ad eos, non caueant pręscribi: nisi alia lege vrgeremur, qua sancitum est nec res pop. Rom. nec ciuitatum posse vsucapi.

f l. si finita. §. si de vectigal. ff. de dam. infect.
g l. cum sponsus. ff. de publi.
h l. vsucapionẽ. ff. de vsucap.

CAPVT XI.

L. quidã ignauiæ. C. de decur. lib. x. qua fraternitates istæ religiosorum iniquißimo iure reprobantur, declarata ex historijs.

EXTAT[i] x. Cod. Iustin. lib. quędã cõstitutio, q̃ Valent. Impe. adscribit̃. Ea sancitũ est, q̃cũq; monazonio cõgregãtur, tanquã ignauię sectatores, & q munera ciuitatũ subterfugiãt, debere de eremis extrahi:

i l. quidam. C. de decurion. lib. x.

extrahi: eorumq; bona eis applicari, q horum loco munere ipsi subirent. Hanc legem cùm à religione homines auocare videatur, Doctores intellexerunt in pseudomonachis tantùm sibi locum vendicare, & his qui nõ Dei zelo ducti, sed solùm vt munera subterfugiant, in eremum secedunt. quam interpretationem vt istis diebus recipiendam puto, ne quid videatur in iure tã impium, ita ipsius legislatoris longè aliam mẽtem fuisse, attestari libet. siquidem is Valens tam atroci odio monachos prosequutus fertur, vt per Lucium nequitię suæ satellitem, tria eorum millia ex Ægypti eremis abstraxerit: Macharium eorum pontificem & magistrum in insulam exulare coëgerit. Eusebius Cæsariensis historiæ libro vndecimo: Valens, inquit, vastat eremum, bella quiescentibus indicit: tria millia simul, aut eo amplius viros, secreta & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur. Idẽ attestatur etiam Socrates episcopus tripartitæ historiæ libro viij. capite vij. sed & Theodoricus in vij. capite xxix. Eremi incolas Antonij sequaces Lucius expulit: eorumq; sanctiſsimos præsules duos Macharios, Isidorumque & cæteros speluncis suis eiiciẽs, in quandã insulam, quam impij habitabant, destinauit. Quinetiam Eutropius: Valens, inquit, impietatem, quam dudum meditatus fuerat, operibus implens, lege data, vt monachi militarent, nolentes per tribunos & milites fustibus iuſsit interfici, quorum innumera multitudo per vastas tũc Ægypti solitudines diffusa constat: præcipueque apud Nitriam martyrij consequuta est palmam. Paulus quoq; Horosius: Valens, inquit, effrenata liber audacia legem dedit, vt monachi, id est, Christiani, qui ad vnum fidei opus, dimissa secularium rerum multimoda actione, se redegerant, ad militiam cogerentur: vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasque diffusas, quas propter sitim ac sterilitatem, periculosiſsimamque serpentum abundantiam conuersatio humana non esset, magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. huc tribuni & milites miſsi, qui sanctos ac veros milites Dei alio nomine persequutionis abstraherent, interfecerunt agmina multa sanctorum, &c. Sed & Hieronymus in chronica Eusebij: Valens, inquit, data lege, vt monachi militarent, nolentes, fustibus iuſsit interfici. Quapropter Suidas: οὐάλης, inquit, εἰς ἐξορίαν ἔπεμπε πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μοναχούς, in exilium misit Valens presbyteros, & diaconos, & monachos. Hæc igitur execrabilis est illa constitutio, cuius suprascripti autores meminerunt: idcircò fortasse à Triboniano nõ reiecta, quoniam aliam interpretationem recipere poterat, præter eam quam Valens ipse probabat. tametsi & id Triboniani impietati potest imputari: quandoquidẽ Suidas scribit, eum fuisse ἄθεον, καὶ ἀλλότριον κατὰ πάντα τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως, omnium deorum contemptorem, & præsertim à fide Christi abhorrentem. cui tamen autori vix est, vt ego assentiendum putem, cùm apud grauiſsimæ existimationis historicos aliter de Triboniano traditum sit.

CAPVT XII.

In inscriptione epistolarum Iustiniani, an legendum sit antecessores, an verò assessores, disputatum: & ibi quædam de Pandectis Florentinis.

IN Digestorum principio extat Iustiniani epistola, quæ mittitur Theodoro, Theophilo, Dorotheo, Isidoro, Anatolio, Triboniano, aliisque Iurisconsultis, quos titulo antecessorum visus est honorasse. quamobrem quandoque dubitaui, ne non antecessores, sed assessores potius legendum esset. cuius emendationis argumẽtum ex Procopio depræhenderã, qui Parthici belli lib. j. Tribonianus, inquit, Pamphilius Imperatoris paredrus, quem magistratum Romani Quæstorem, Latini Iurisconsultũ vocant. & alibi: Basilidem fecit quæstorem, mansuetudine ac æquitate inter patritios clarum. & alibi: Proclus tunc Imperatoris Paredrus erat, magistratun quæstoris gerens, vir iustus, &c. quibus in locis interpretis fidem desidero, qui pro quæstorem, vbiq; concestorem transtulit, nescius Romanarum dignitatum vocabula Græco idiomate non rectè pronuntiari, quod apud Suidam centies deprẽndisse memini. Cæterùm paredrum Græcè, assessorem Latinè dici, nemo est qui vel ex lexico discere non poſsit. Scribit Iulius Pollux, Athenis παρέδρους fuisse, solitosq; principem regem, & imperatorem (ita enim interpretor πολέμαρχον) binos assessores eligere, quos secum haberent: necesse autem erat quingentorum iudicio hos prius approbari. Igitur his argumentis non dubitabam, quin eo in loco assessores legendum foret. equidem nunc admodum dubius sum, cùm antiquorum codicum scriptura emendationi huic diſsideat: semper enim antecessores legitur. sed & in Pandectis Florentinorum, ante titulum, q̃ est de legatis primo, epistolam Græcam Iustin. ipsius legi, qua ita scriptũm annotaui, μετὰ πατρικίων τὸ τῆς ἐνδόξου μνήμης κυαιστώριον καὶ ἀντικήνσορα. post patritium inclytæ recordationis quæstoriũ & antecensorem. quam epistolam Latinè scriptam vulgò habemus in tit. de veteri iure enucleando. Illud tamẽ animaduerti, dictionem Græcam à censore videri deductam, vt ea ratione procensor dicatur, qua ἀντίπατος[a] proconsul. Sed tamen magis arbitror Græcum scriptorem nesciuisse Latinas voces ad amuſsim scribere. nec tanta omnino illis libris adhibenda est fides, vt eorũ autoritate potiores non sint rationes: quandoquidem & in eis aliquos errores scriptoris manu commiſsos agnouimus: vt minimè ἀρχέτυπον illud cum Politiano existimẽ, sed potius multis post Iustinianum seculis descriptũ, vt ineptè faciant, vel qui tantis cum (vt ita dixerim) ceremoniis illud ostendunt, vel qui etiam feria omittunt, vt videant. Sanè in antecessum dare, Anneo Senecæ epistola cxix. videtur esse in nominibus creditorum, quod in vltimis voluntatibus prælegatum: vt suspicari libeat, antecessoris vocabulum ea tempestate in vsu fuisse, hocque nomine appellatos, qui iura profiterentur.

a l. tanta. C. de vet. iur. enucl.

CAPVT XIII.

Explicata Iurisconsulti Grammaticorúmque sententia, quid donum à munere differat.

DONVM inter & munus hoc interesse Vlpianus[b] & Labeo[c] existimârunt, quod inter genus & speciem. nam genus esse donum Labeo ait, à donando dictum: munus speciem: id enim est donum

b l. inter donũ. ff. de verb. sign.
c l. munus. ij. de verb. sign.

cum causa, vtputa natalitium, nuptiarum. Martianus autem munus esse tradidit, quod necessariò subimus: dona verò quę nullius necessitatis, seu officij causa præstantur. subditq; in hoc ventum esse, vt nō quodcunq; munus idem donum accipiatur: sed quod donum fuerit, rectè munus dicatur. quę verba Vlp. responso aduersari videntur. si enim donum est genus, cur munus non rectè donum dicetur? annotauit id Laur. Valla, & vtrunq; Iurisconsultorum damnat: nullum enī donum esse sine causa. Certè & in hac re aliter grammatici opinati sunt, munus scilicet hominibus mitti, at dona diis dari: qđ Seruius & Donatus existimauit. quorū sentētia ex Plin. Cæcil. verbis confutatur, qui lib. epist. v. ad Valerianum scribit, se in orandis causis non modò pactione abstinuisse, sed & dono, munere, xeniis. Sed & Agrætius donum dantis esse, munus accipientis scripsit: quo nihil est ineptius & certè agrestis hîc nimis est literator. Corn. Fronto. Munus, inquit, est quod amicus, vel cliens, vel libertus officij causa mittunt, vel munus gladiatorium: donum, quod diis datur. inde vbi dona ponuntur, donarium appellatur. Possunt & illa nihilominus dona dici, quæ donant pauperibus diuites & potentes. Illud quoq; donum putandum est, quod donatur militibus in castris, vt vallaris corona. Igitur Vlpian. donū latiorem significationem habere tradit quàm munus. Negat id Martianus: sed eius sententia non aduersatur Vlpiano, quoniam ipse accipit munus latissimo significatu, cùm trahitur etiam ad onera, veluti munera ciuitatum, munus gladiatorium, &c. Vlpian. verò munus cùm ad largitionem refertur, nō æquè latam notationem habere putat. Cæterùm quod subiungit Martianus, in eo ventum esse, vt quod munus fuerit, id donum rectè dicatur: ad consuetudinē loquendi respexit, nō ad proprietatem. & hoc modo Vallæ impetus coërcetur. tametsi etiam alij aliter dissoluerint, tanq̄ donū & generis & speciei nomē sit: qđ non probo. Illud sciendum, in responso Vlpiani genus & speciem καταχρηστικῶς accipi: sicut & in Instit.[a] cùm dicitur, Populus differt à plebe, sicut species à genere: non aliud enim significatur, quàm latiore sensu accipi populum, quàm soleat plebs.

a §. plebs. Inst. de iust. & iur.

CAPVT XIIII.

Cur donatio inter virum & vxorē prohibita sit, Plutarchum nouam rationem assignasse: sed & quædam de libertis vindicta manumissis, nouusq; intellectus constitutioni datus.

Antonini principis oratio, cur donatio inter virum & vxorem Iure ciuili prohibita sit in hæc verba[b] ostendit: Maiores nostri inter virū & vxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis æstimantes, famę etiam coniunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur, néve melior in paupertatē incideret, & deterior ditior fieret. Cæterùm his rationibus aliam addit grauissimus autor Plutarch. qui Traiani Cæsaris præceptor, vir plurimæ lectionis, in opere, cui titulum fecit, γαμικὰ παραγγέλματα, sic propemodum scripsit: καὶ γὰρ ὁ Ῥωμαίων νομοθέτης ἐκώλυσε δῶρα διδόναι καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων τοὺς γεγαμηκότας, οὐχ ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνωσιν, ἀλλ' ἵνα πάντα κοινὰ νομίζωσιν. Quibus verbis demonstratur, idcircò prohiberi donationem, quòd absurdum legislator existimauerit, videri aliquid inter virum & vxorem, quod commune non esset: præsertim cùm sint, vt in sacris literis dicitur, duo in carne vna. cùm igitur in sponsis hæc ratio locum sibi non vendicet, inde à legislatore permissum est, vt quantum velit sponsæ sponsus donare possit. Libet & hîc referre, quantum à constitutionibus videatur recessisse Cornel. Tacitus: is lib. histor. xiij. manumittendi duas species institutas scripsit: vt relinqueretur pœnitentiæ, aut nouo beneficio locus, quos vindicta patronus non liberauerit, velut vinculo seruitutis attineri. Quæ verba indicant, tametsi propter ingratitudinem liberti in seruitutem reuocentur, eos tamen nunquam reuocari, qui manumissi vindicta forent. quæ sententia admodum mihi placeret, tumq; ita Tiberium Cæsarem constituisse scribit: tum etiam quòd multis Iurisconsultorum locis quadrare video: nisi me Constantini Imp.[c] constitutio non parū moueret: is ad Maximum præfect. præt. Si is, inquit, qui nostro consilio vindicta liberatus est. post coërcitionē pœnitētia dignum se præstiterit, vt ei ciuitas Romana reddatur: nō prius fruatur beneficio libertatis, quā si hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit. quæ verba indicant, & eum qui vindicta manumissus erat, ex ingratitudine in seruitutē reuocari: nisi rescriptum istud alio modo malimus interpretari, vt videlicet significet, non libertatem quidem amittere, sed solùm ciuitatis Romanæ iura. quod ex eo probatur, quòd requirit lex, vt patronus hoc petat: nam si in seruitutem reuocatus foret, non patronus, sed dominus dicendum erat. Quod autem dicitur, non prius fruatur beneficio libertatis, intellige beneficium iustum, quatenus iura Romanæ ciuitatis comprændit.

b l. ij. de dona. inter vir. & vx. in fin.

c leg. si manumissus. C. de liber. & eor. lib.

CAPVT XV.

Explicata l. siue. si mensor falsum modum dixerit. & ex Agennio Vrbico quædam de mensoribus.

Si mensor falsum modū dixerit, eum ex edicto prætoris teneri constat. addit Paulus[d] idem esse, siue de itineris latitudine fefellerit, siue de seruitute immittendi proiiciendiq; quæratur. Contorsit hîc se Accurs. quid enim commune habet mensoris officium cū seruitute immittendi & proiiciendi? illa enim mensuram non accipiunt. quare intellexit, cùm agitur de latitudine loci, in quem mittatur, proiiciatúrve. quam expositionem ipse nōn probo, cùm tunc non de seruitute ipsa quæratur, vt Iurisconsultus[e] dixit, sed de loco in quo seruitus constituatur. quapropter sciendum est, mensorum officium apud antiquos nō solùm in eo versari solitum, vt agros metirētur, sed vt etiam pronuntiarent: & non de mensuris tantùm, sed etiam de seruitutibus. Ostendit id Agennius Vrbicus in lib. de constitut. agrorum: qui cùm de seruitutibus itineris, aquæ pluuiæ, & similibus disseruisset, subiungit difficilimum esse mensori in eis plerunque iudicare. Sed & in iudicādo, inquit, mensor virum bonū & iustum agere debet, neque vlla ambitione aut sordibus moueri: seruare opinionem & arti & moribus: omnisq; illa artifici veritas custōdienda est, exclusis illis similitudinibus, quę falsæ pro veris subiiciuntur. quidam enim p̄ imperitiam, quidam p̄ imprudentiam peccant: totum autem hoc iudicandi officium, & hominem, & artificem exigit egregium. Erat æquissimum & in aduocatione eandē fidem exhiberi in controuersiis à mensoribus: sed hoc possessores æquo animo ferre non possunt. nam cùm his veritas exposita est, aduersus synceritatem artis eos facere cogunt. multa enim sunt in professione, quę generaliter p̄ veris asserantur, multa quę specialiter: quædā quæ argumentis etiam mentiri artifices cogunt. & hæc quidē ille de mensoribus refert, quę idcircò libentius in medium attuli, quoniam is autor nequaquam vulgatus est: vnà tamē cum Iunio Nipso, Mar. Varrone de arithmetica, & Balbo de coloniis Latinis breui in publicum prodibit: si modò per otium mihi licuerit eos emendare: liber enim ipse tam abrosis characteribus est, vt vix legi possit.

d l. siue. ff. si mē. fal. mod. dix.

e l. in sacris. circa med. Cod. de prox. sacr. scrin. lib. xij.

CAPVT XVI.

Cur Digestorum libros hac nota ff. citemus: item quid sit paragraphus.

Qvid in causa sit, quòd cum Digestorum aliquem locum volumus allegare, librum ipsum per duplex ff. signamus, quandoq; vt sententiam meam proferrem requisitus, non dissimilia his respondi. Cùm responsa hæc Iurisprudētum tanquam in centonem quendam Tribonianus redegisset, operi & Digestorum & Pandectarum nomen imposuit: & quoniam Græci ipsi confractores fuerint, verisimile est eos solitos sub Græco nomine Pandectarum, librum ipsum adducere. Cùm itaque primam tantùm notam π̄ cum accentu circunflexo describerēt, nostri Latini eos imitabantur: sed scriptores librarij, qui literas ignorabant, existimauerunt esse binas ff. in quam figuram facilè fuit adiecto vnco Græcam notam deprauare. & hinc mala hæc scribendi consuetudo inoleuit. Nunc videamus, quomodo apud veteres paragraphus accipiatur. & sciendum est, non tritam, promulgatamque hanc esse vocem, sed à doctissimis quoque Græcorum scribi solitam. siquidem Hephæstion autor est in Aristophanis comœdia, asteriscum inscribi, vbi genus carminis variatur: eius nota est stellæ imaguncula. at coronidem apponi, vel cùm locorum commutatio fit, vel histriones relicto choro abscedant, vel è conuerso recedat chorus subsistentibus histrionibus: eius nota est linea ab inferiori parte flexa U. Paragraphum verò eam lineam protensam hoc modo dici —, quę κατὰ πρόσωπα ἀμοιβαῖα, iambicis & choricis inter strophā & antistropham apponitur: huic dipla addi solet, redditurque trigoni obliqui citra basim species >. Eustathius inter poetarū figuras παραγραφὴν nominat: id est, paragraphen: quæ fit cùm præcedentia complectentes, ad alia transitum facimus, vt apud Homerum, ὣς οἱ μὲν τὰ πένοντο κατὰ στρατόν. Idem & alij grammatici tradidêre: vt possimus etiam paragraphen dicere eo sensu, quo ineptiores paraphum dicūt. tametsi Isidorus etymol. j. paragraphum scribat hac nota ¶ poni ad separandas res à rebus, quę inconnexè concurrunt: quemadmodum in catalogo loca à locis, regiones à regionibus, in agone pręmia à præmiis, certamina à diuersis certaminibus separatur.

CAPVT XVII.

Nouo sensu perceptus §. tripli. in Inst. de actionib. & ex autoribus depromptum quid sit sportula.

In Iustiniani Codice titulus est notissimus, qui inscribitur de sportulis: sed & eorum frequentissima est mentio passim per varia Iuris ciuilis loca. In Institutionibus quoq; Tribonianus: Cùm quidam, inquit, maiorem veræ æstimationis quantitatem in libello cōuentionis inseruit, & ex hac causa viatores, id est, executores litium, ampliorem summam sportularum nomine exegerint, tunc ad id quod propter eorū causam damnum passus fuerit reus, triplum ab actore consequatur, &c. Sunt qui interpretentur sportulas dici pecunias, quæ nuntiis dantur. Addit Accursius dictas, quia in sportulis quibusdā obligationes ponebant. quæ quantum vera sint, iam declarabitur. & sportulam primò acceptam constat pro eo, quod in dies clientibus suis sub limine portæ Romani exhibebant ad vitæ vsum: cuius loco quandoque pecunia dabatur, centum videlicet quadrantes, vt apud Iuuenal. Satyr. j. & Martialem, non vno in loco legitur. nomen accepit à sportula, seu sporta, vel sportella: quæ nomina sunt vtensilium sparteorum ad maioris summæ pecunias capiendas. Cæterùm cùm aliquis magistratum nouum inibat, vel alicuius lætitię causa, per liberalitatē pecunias decurionibus distribuebat: quod singulis dabat sportula dici cœptū est. quo in sensu, & Dion, & Tranquil. & Plinius Cecil. ad Traianum, & Apul. in apolog. & aliqui ex nostris I. C. in l. si mulier. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. spurij. ff. de decur. verbum id acceperūt. sed alibi pro mercede aduocatis data intelligitur, vt apud Cæcil. lib. ij. In media basilica tam palàm sportulæ, quàm in triclinio dantur: ex iudicio in iudiciū pari mercede transitur. Sed hæc quidem quæ ab aliis etiam tractata sunt, haud multum ad superiora Iuris ciuilis loca pertinēt: quare vt quod ipse legerim, in medium proferā, aliter quā cæteri fecerint, libet sportulam intelligere. siquidē cùm Aristophanis Nubes p̄ otium carmine de Græco in Latinum transferrem, apudq; eum Strepsiadem senē mœstum legissem, q̄ vereretur ne prytaniis condemnaretur, Gręcum eius poëtæ interpretē, eundemq; doctissimum virum consului: qui prytania nuncupari scribat à Græcis, quod Romani sportulam dicunt. cùm enim contestanda lis esset, actor & reus pecuniā contribuebant, deponebantque: is autem qui in causa succubuisset, omnia pendebat. ea verò pecunia sportula dicebatur, & vel fisco addicebatur, vel eā iudices pro mercede sua retinebant. Idem & Suidas scripsit: qui decimam partem eius, qđ à debitore petebatur, pro sportula dari solitam auctor est. Igitur cùm decima pars dari pro sportula iudicibus consueuisset, si maiorē summam aliquis petiisset, omne damnum quod ex ea causa reus fecisset, resarciri illi cū tripli additamento Iustin. sanxit. In authent. tamen, de iudic. §. si quis autē. coarctatum id legitur, vt in causa quæ centenaria maior sit, octo aurei exoluerentur, cùm alioqui denos præstari necessarium fuisset.

CAPVT XVIII.

Constitutio, Archigerontes. C. de episc. & cler. de-

clarata, præter Accursii, cæterorumq; sententiam, & quorundam Grammaticorum error in expositione verborum Iuris ciuilis.

THEODOSII Arcadij Honoriiq; Imperatorum constitutio est sub tit. de episcopali audientia. in hęc verba: *Archigerontes diœcetæq;*, ὀργασίας ταμιείων, *nō nisi Christiani dirigantur*, &c. Dubitatum fuit, quo sensu accipi debeat. & inter primos se offert Accurs. qui eos sacerdotes, quibus delicta sua in metallum damnati confitentur, Christianos esse iuberi hac lege existimat: idq; eo argumento, q, scriptum sit diœcetæ ergasiotanorum: quæ verba ipse interpretatur significare episcopos seu diœcesanos damnatorum in metallum: id eñ esse ergasiotanos. Quæ expositio quàm inepta sit, nemo alicuius iudicij, qui Græcè sciat, non cognoscet. Igitur fidelis lectio videtur, quam suprà retuli. Vetant piissimi Impp. aliquos præfici, qui procurēt negotia aulæ principalis, seu qui annonā, & penum, & quę ad victum principis palatinorumq; pertinent, emant, nisi iidē Christiani sint, ἀρχιγέροντες, si ad verbum transferas, principes seniorū, seu summos senes significat. qua ratione ἀρχιερεῖς Matthæi in Euangelio, summi Sacerdotes dicuntur. καὶ ἐζήτουν ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, πῶς αὐτὸν ἀποκτείνωσιν. diœcetæ verò procuratores, dispensatoresq; demōstrat. διοικητής, procurator. ἐργασία, lucrum, quæstum notat. ταμιεῖον, promptuariū, penus. hinc Tamia mulier Homer. σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα. In quolibet priuato dicitur ταμιεῖον: sed hac in constitutione placet intelligere solùm de principis cella: sicut in xj. C. lib. de prædijs Tamiacis. Sanè & ταμίας quęstorem significat, & œconomū. Et cùm Accur. in harum dictionum interpretatione insigniter errauerit, non tamen durè agendum cum eo, aut contumeliis insectandum, quod quidem Grammatici fecerunt, existimo: siquidem vitia illa temporum fuerunt, non hominis: perierant enim assiduis bellis nō solùm Græcæ literæ, sed & Latinæ. at nostra ætate illi ipsi humanioris literaturæ professores, si de significatione verborum Iuris ciuilis errare sibi licere permittūt, cur Accur. nō tolerant, in verborum Latinorum sensu cæcutientem? Audiui quandoque irrisum ab Socino Angelum Politianum, quòd ignorasset, quis suus hæres diceretur. Falluntur Ouidij interpretes in illo carmine:

Artificis perijt cum caput arte sua.

quod videlicet non perceperint, quæ sit capitis diminutio. Fallūtur rursus apud eundē poëtam:

Neu vos erronem tellure admittite nostrum.

cùm verbum illud iuris, erronem non intelligentes, errorem legunt in Sapphus epistola. præuaricantur in Valerium Maximum, qui bonorum possessionem non explicāt. Labuntur apud Plautum alij in quęstione seruorum, in tribus libertatum speciebus: in eo qđ leno filiofamiliâs pecuniam mutuam dare abnegat, ne eum perdat lex. Sunt apud eos trecenta similia, quibus ipsi miserrimè hallucinantur, & deinde non erubescent in Accursio nihil prorsus velle desiderare.

CAPVT XIX.

Callistrati responso in l. semper. de iure immunitatis, restituta Græca diuorum fratrum epistola.

LIBET in eorum gratiam, q Græcè dicerunt, particulam rescripti referre, quod à diuis fratribus emanatū, à Callistrato I.C. citatur, tit. de iure immunitatis. Verba ita se habent: ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων, καὶ τὸν σῖτον καὶ ἔλαιον ἐμπορευομένων ἐν τῇ ἀγορᾷ τοῦ δήμου τοῦ ῥωμαϊκοῦ ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τὰς λειτουργίας διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε τὸ πλεῖον μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες, ἀφαιρείσθω τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. Fuêre & quidam alij sub nauiculariorum prætextu, frumentum & oleum mercantium in foro populi Rom. qui immunitate fruebantur, æquū ducētes publicas functiones subterfugere, cùm neq; nauigent, neq; plurimā substantiæ partē in nauicularia & in mercatura habeant: huismodi igitur viris immunitas auferatur, &c. Existimo autē hac in lege accipi forum Romanicum, non forum quod Romæ foret, sed ἀγοράς, id est, conciliabula, conuentúsve, in quib. annona venalis esset: quæ deinde Romam portabatur. alioquin dictio illa ῥωμαϊκοῦ, multùm insolens est: vt ea ratione dictum sit ἀγορᾷ τοῦ δήμου τοῦ ῥωμαϊκοῦ, qua horreum populi Romani Siciliam, Ægyptum, Libyam, Aristides appellat in oratione εἰς τὴν ῥώμην.

CAPVT XX.

Isauri latrones, Buccellarijq; in constitutionibus quales accipiendi sunt.

ISAVROS, q populi Lycaonibus Pamphilisq;, & Gallogræcis finitimi sunt, latrociniis infames fuisse Strabo xij. refert: quos cùm Seruilius superasset, & ad internecionē redegisset, Isauricus dici meruit. Eosdem Ammianus Marcel. in xiiij. scribit, sub Gallo Cæsare ad pristinas artes relapsos, piraticam quoq; exercuisse: & coacto valido exercitu, etiam à legionibus Rom. se aliquādiu tutatos, cū finitimos populos diripuissent, vt nō immeritò horum audaciam vlturi Arcadius & Honorius Impp. l. prouinciarū. C. de fer. etiam venerandis Paschatis festis, eos ad supplicium duci permiserint, nulla feriarum habita ratione. Leo quoq; Imp. l. fin. C. ad l. Iul. de vi publ. eos teneri sanxit, q vel Isauros, vel Buccellarios domi alerent. Qui autē fuerint Buccellarij, non ita facilè repertu est. Suidas Buccellarios, Gallogræcos dictos fuisse scribit: & Buccellariorum regionem Gallogręciam. Is q sub Theodosio iuniore militiam Rom. descripsit, autor est, Buccellarios equites fuisse in exercitu Rom. quibus magister militum p Orientem pręerat, aliosq; iuniores dictos, aliis seniorū nomen fuisse: vt existimare libeat, milites hosce, cū missionem accepissent, latrocinari, & rapto viuere solitos. Sed & fortasse gentis vitium hoc fuit. Isauri eñ Gallogræcis proximi, cū huiusmodi sociis latrocinia exercebant. Iustin. in auth. de armis. §. fi. quadam constitutione fabricari priuatim arma prohibet, quę Isauris μονοκόντια dicuntur, quæq; item Sitinnos vocant, seu versabilia. sic eñ legendum & in antiquissimis codicibus, & in eo opere, quod sub nouellarum Iustiniani titulo circunfert, deprændi. Dicta sunt fortasse μονοκόντια, quòd solo manubrio consistant, vel quòd etiam remi vicem præberēt: piraticam enim exercuisse Isauros suprà scripsi. Non me latet id nominis κοντός, falcē seu teli quoque genus significare apud Græcos: sed magis placet ἀπὸ τοῦ κοντοῦ ea tela nuncupari.

CAP.

CAPVT XXI.

Emendata lex prima, & rursus lex vltima, in tit. naut. caup. stabul. & qui sint mesonautæ & epibatæ: & aliorum error, qui nautobatas legunt.

IN eius edicti interpretatione, quo nautas, caupones, stabularios, vt recepta reddant, compelli posse prætor iubet, scribit[a] Vlpianus pro nauta intelligendum esse exercitorem: non enim dominus debet per remigem, aut mesonautam obligari. Interpretatur Hermolaus vilis mancipij nomen esse mesonautā, qui in medio nauis ad imperia omnium excubet. qua ratione mediastini in domo dicuntur. quam sententiam alacrius probarem, nisi in Pandectis Florentinis * μεσοναύτην per ν scriptū esset. Subsequitur idem Iurisconsultus, *& sunt quidam, qui in nauibus custodiæ gratia præponuntur, vt sunt diætarij.* fuit tempus cùm legendum existimarem διαιτάριοι: in ipsis tamen Pandectis legitur ναυφύλακες. & diætarij. Sed & subsequitur: *Si quis igitur ex his suscepit, puto in exercitorē dandam actionem. quia is qui eos huiusmodi officio præponit, committi eis permittit. quanquam ipse vel nauicularius, vel magister id faciat, quod Græci* χειρεμβολον *appellant.* id est, manus immissionē. Non me latet à nobis quandoq; aliter lectum fuisse, sed qđ nūc probamus, Pandectarum Tuscarum lectioni cōuenit: igitur veterum exemplo cùm meliora nactus sim παλινῳδῶ. Apud eundem l. fin. ff. eod. Iurisconsultum ita ferè alibi legitur: *Si * nautæ inter se damnum dederint, hoc ad exercitorem non pertinet: sed si quis sit & nauta, & mercator, debebit illi dari. & quid * si quis ex his sit, quos vulgò* ναυτεπιβάτας *dicūt? & huic tenebitur: sed et huius factum præstat, cùm sit & nauta.* Per nautepibatas intelligi eos arbitror, qui nauem inscendūt: & pro pretio vecturæ, seu naulo, ipsi nautarum officio funguntur: ἐπιβαίνω, inscendo. Non me latet quosdam nautobatas legere hoc in loco, & eos interpretari, qui per funes nauium inscendunt: sed hoc nō multum quadrat sensui, & ex archetypi, quod aiunt, lectione genuinū non esse Iurisconsulto conuincitur. Sanè hîc aliqua de epibatis dicerem, nisi hoc instituti nostri minimè esset, vocabula videlicet interpretari: satis enim id Lectori esse debet, si ea attingimus, vnde ipsorum Iurisconsultorum sententia possit explicari.

a l j. ff. nautæ, caup. stabul.

* Non Florentinæ, sed Noricæ ita legūt: nā Florent. legunt Nautæ.

*Sed si qui. Pandect. Flor.

* Quod si. Pandect. Flor.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. DISPVNCTIONVM LIBER IIII.

PROOEMIVM.

SICVTI optimum quemque militem in vltima acie collocabāt veteres Rom. Imper. ita & scribentem me in hac literaria palæstra, meliores obseruationes sub operis finē seruare æquum fortasse fuerat, cùm præsertim auiditate rei adducti, prima quæque etiam non digna perlegamus: at in processu nisi operæpretium sit, vtpote fastiditi, minimè persistimus. Verum enimuero neq; à nobis tam scrupulosè scribi conueniebat, tum quòd multorum exemplo & per satyram factus hic liber, ne omnē gratiam amitteret, non verebar: tum etiam quòd vel sola breuitas fastidium id videtur ablatura: nisi, quisquis is fuerit, Lector, non dicam delicati stomachi, sed planè imbecilli fuerit. Polliceri multa, & vel merces Indicas quarto hoc mè libro traditurum, nequaquam ausim. quid enim hoc opus, vbi id protinus præstandum est, quod spoponderis, atque vbi Græca solùm fide contrahatur? Illud tantùm etiam iuratus affirmare possum, bona me fide cum omnibus doctis agere: quapropter nil vltrà à lectoribus postulare, quàm vt paria mecum faciant. Risi certè superioribus mensibus ineptam μικρολόγου cuiusdam (cur enim non ita appellem eum, qui leuissima quæq; insectatur?) parænesim: is cum quoddam Dispunctionum caput legisset, in contrariam statim iuit sententiam, vulgatamque interpretationem ita cœpit defendere, vt argumenta à glossematis Accursij confingeret, dictiones impropriè ex fæce Doctorum confirmatas inculcaret: breuiter ita pro communi staret, vt clypeo solùm se tueretur, hasta non impeteret. Quis dubitat, nihil à veritate tantùm abhorrere, vt dicēdo (quod ille ait) probabile non fiat? at si quisquis ille ita in animum sibi induxisset, vt arma potius pro nobis indueret, eadem ratione, & fortasse facilius communia impugnasset: vt nesciam magis faustum fortunæ numen Bartolus habuerit, an iratum quidam alij senserint, cùm quæ ille scripsit, cæteris reiectis ita probentur, vt pro eis omnes pugnēt: nō quòd is veriora aliis, sed quòd popularia magis ediderit. Quapropter non falsò crediderim mentiri Satyrum, qui in virtute nullas fortunæ vires tradidit, cùm quotidie virtutis atque existimationis præmia inde etiā pendere videamus: vt & ipsi mihi implorandum eius numen sit, ne nullo nō in loco inconstans hæc de ea lasciuiat.

CAPVT I.

Quid sit propriè nomen, errare vulgares Grammaticos: & noua interpretatione declaratus §. primus. in l. pater. de legat. iij. Bartolique & cæterorum in hac re hallucinatio.

SI quis [b] *in nomine, vel cognomine, prænomine, agnomine, legatarij testator errauerit, si de persona constet, nihilominus valet legatum: idemq; in hæredibus seruatur: & rectè.* Declarauit hæc verba Accursius, vt intelligendum existimet nomen, quale sit Albertus: cognomen verò quasi familiæ, seu cognationis vocabulum sit, quale est Asinellorum, quæ gens fuit Bononiensis. qua ratione nomen mihi erit Andreas, cognomen Alciatus: & sic in similibus. nemoq; est in præsentem diem, cuius vulgata sit opinio, qui non in sententiam

b § si quis in nomine. Inst. de legatis.

Accursij iuerit. Iurisconsulti, Rhetores, Grammatici, turmatimq; cæteri id genus scriptores, non vno in loco hoc prodiderunt. qua ratione Matthæus & Panthæus Veronenses, Plinium ex Secundorum familia fuisse tradiderunt: sicut alij Valerium ex Maximorum, Tullium ex Ciceronum gente natos adserere minimè dubitauerũt. quam sententiam penitus falsam esse spero fore, vt nemo tandem dubitet. Et in primis illud nobis cum cæteris nequaquam conuenit, in nomi- A nibus Romanorum, qualia sunt, C.Iulius Cæsar, quod nomen propriè dicimus, simplicem hominis appellationem comprendere, sicuti præsenti æuo Albertus, Andreas, Franciscus, & similia. illa enim Iulij nuncupatio etiam familiæ nomẽ compraendit: quapropter Cæsar ipse ex ea appellandi formula, ex Iuliorũ familia fuisse ostenditur: vt non præter rationẽ eius filia Iuliæ quoque nomen habuerit, quam nuptam Cn.Pompeio, nemo ex Tranquillo, Plutarcho, Lucano B ignorat. Sed & ipsius amitam eodem modo dictam ex eius oratione Tranquillus refert: Amitę meæ Iuliæ paternum genus diis immortalibus coniunctum est: à Venere Iulij cuius gentis familia est nostra. Nam & idẽ autor est, Claudium Tyberium familia Claudia fuisse: Patritia gens, inquit, Claudia orta ex Regillis oppido Sabinorum, inter cognomina & Neronis assumpsit, quod significat lingua Sabina fortis & strenuus. Idem in Nerone: Ex gente, inquit, Domitia duæ C familiæ claruerunt, Caluinorum & Ænobarborum: ostenditq; Domitium nomen, non cognomen esse. Hinc Cn.Domitius Neronis atauus, & alij eodem nomine vsque ad Neronem, qui & ipse Domitius dictus est, vt scribit Tacitus. Qua ratione C.Suetonius Trãquillus, C.Suetonium Lenem patrem sibi fuisse attestatur. Hinc in antiquis inscriptionibus eodem nomine parentes cũ filiis annotatos plerunq; legimus: qualis illa Mediol. ad Victoris Martij, D.M.Aurelio.Ian.Si D gnif.ex num.Dalmat.Fort. & Aurelio Valentiano Exarcho posuit Aurel.Iustus pater, &c. ecce enim quemadmodũ Aurelij nomen patri filiisq; commune, ostendit familiam significare. nam si ipsum cognomen familiam referret, quomodo Ciceronis, Scipionis, Neronis filia nuncuparetur? hæ enim appellationes fœmineum sexum non compraendunt. Quapropter Ciceronis filia Tullia, seu per diminutionẽ Tulliola dicta est, quoniam ipse ex Tulliorum, non Ciceronum fuit fa- E milia. quod & in Legibus ostendit, dum addubitat, num sui maiores à M.Tullo rege originem trahant. Cęterùm & aliis auctoribus sententiam nostram probare facilimũ fuerit. Val.Maximus libro vij. auctor est, Q.Metellum plures & celeberrimos eiusdem nominis viros præteriisse, vt extraneum hæredem institueret. nemo certè aliud per idem nomen hîc intelliget, quàm eandem familiam. Cincius, Gentiles, inquit, mihi sunt, q meo nomine appellantur. Tradidit idem F & ad Trebatiũ scribens Tullius in Topicis: Gentiles sunt, qui inter se eodẽ nomine sunt, & qui ab ingenuis oriundi sunt. Extat penes me Valer. Max. quoddam opusculum, quod inscribitur de nominibus Rom. in eo ita ferè legitur: Romanos arbitrandum est maximè ab Albanis & Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse: quoniam ab illis orti sunt. omnia autem quæ ad vnumquenq; nostrûm differendum excogitata sunt, à nomine differunt: quia eo gens cognoscitur, ideoq; gentilitiũ dicitur: cætera ordine variantur. nam qđ præponitur, prænomen: quod postfertur, cognomen: quod ad vltimum additur, est agnomen. Sed quædam cognomina in nomen versa sunt, vt Cepio, qui hũc in Bruto nominis locum obtinuit, &c. Diomedes quoq; Grammaticus eandem sententiam pluribus explicat: qui, Prænomen, inquit, est quod nominibus gentilitiis præponitur, vt M.P.C. Nomen proprium est gentilitium, quod originẽ gentis vel familiæ declarat, vt Porcius, Cornelius, Iulius. Cognomẽ est, quod vniuscuiusq; proprium est, & nominibus gentilitiis subiungitur, vt Cato, Scipio, Cæsar. Agnomen est, quod extrinsecus cognomẽtum adiici solet ex aliqua ratione, vel casu quæsitum, vt Censorinus, Aphricanus, &c. Idem & in Græcis nominibus fuisse Aruntius Claudius asserit: vt hoc exemplo, Alexãder Dardanus Paris, Achilles Æacides πόδας ὠκύς. Ex his declaratur Scæuolæ responsum, in l.vxorẽ. tit. de manu.testa. qui enixa matre sublatum filium nomine patris vocitatum tradit. quod alia ratione dictum non est, quàm vt ostenderet iura familiæ eum semper retinuisse: vt nõ omnino imprudenter Baldus scripserit, qui, si posthumus nascatur, appelleturq; nomine aliquo paterno, eius filiũ fuisse præsumi tradit, cuius nomen refert: licet Iason in rubr. sol. matr. in contrariam iuerit sententiam. nam & alibi in iure plerunq; patres filiis cognomines annotaui. Papin. Imp.[a] Hadrianus, cum Iunius Cerealis filio suo Iunio Simonidi, si in potestate sua esse desiisset, &c. Paul.l.fi.ff.de hær.inst. Pacumeuius Androsthenes Pacumeuiam Magnã, filiam Pacumeuij Magni, ex asse hęredem instituerat, &c. Illud παρέργος. Pactuleium potius videri legendum, sicut & Nonium Rufum: quorũ necis in Cõmodi vita meminit Æl.Lamprid. Igitur & Aphricanus in l.Titia.tit.sol.mat. *Titia[b] diuortium à Seio fecit: hanc Titius in sua potestate esse dicit*, &c. Et id quod tradidimus, regulariter verum est: alioquin me nõ latet, legi etiam plures filios, quorum diuersissima sunt à parẽtibus nomina: sed id idcircò accidit, cũ filij emancipati in alienã familiam irrepserunt, ex arrogatione adoptionéve, vel alia causa: putà quia hæredes ab aliquo instituti fuerãt, cuius nomen ferre erant testamento iussi: quandoquidẽ lege Diocletiani permissum est vnicuiq; prænomen, nomen, cognomen sibi mutare, dũ id in alicuius fraudem non fiat. Cæterùm & serui cũ manumittebantur, domini nomẽ accipiebant, eiusdemq; cum domino familia censebantur. quapropter Pomponij Attici seruus Dionysius, postquã vindicta liber factus est, cœpit appellari M.Pomponius Dionysius. Idem de Euthychide à T.Cæcilio manumisso, qui factus est T.Cæcilius Euthychides, vt est apud Cic.iiij.epistol.ad Atticum. Cuius consuetudinis etiam meminit Tertyllianus, & latius explicat Politianus quodam capite Miscellaneorum: vt iam in promptu esse possit, quemadmodũ Ceruidij Scæuolæ l.pater.§.j. ff.de leg.iij. responsum percipi debeat: duobus libertis Sticho & Erote hæredibus institutis ita cauit. Fundum Cornelianũ de nomine meo exire veto. Vnus ex hæredibus Stichus ancillam Arethusam* testamento liberã esse iussit, eidemq; partem suam fundi legauit. quæsitum est an hæres, & cæteri colliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partem ab hærede Stichi petere possint. respondi non contineri. Intelligendum autem

a l.Imperator. ff.ad Treb.

b l.Titia.ff.sol. mat.

* Pand.Floren. Arescusam.

autem est non contineri, scilicet fideicommisso, & consequenter ab Arethusa restituendum fundum non esse. quod quidem responsum optima ratione subsistit. Finge testatori ex cõsuetudine Romana nomen fuisse Caio Sempronio Tuditano, qui manumiserit Erotem & Stichum: his huiusmodi nomenclatura attribuetur, C. Sempronius Eros: item, C. Sempronius Stichus. Rursus pone Stichum Arethusam liberam esse iussisse, ea dicetur Sempronia Arethusa. cùm ergo testator Sempronius Tuditanus vetuerit fundum de nomine suo exire, si Arethusa id habeat, fideicommisso locus non erit, cum & ipsa Sempronia sit, nomenque, hoc est, familiam, testatoris retineat: vt iure mirari possimus qua ratione Accursius, Bartolus, cæterique ad remotissimam dictionem verbum illud, non contineri, retulerint, intellexerintque Iurisconsultum negare testatoris nomine Arethusam contineri. quam interpretationem dum quo[illegible] modo defendere satagunt, per cauillationes [illegible]erius Iurisconsulti respon[a]a peruertunt. [illegible]ei (inquit ille) hæredum meorum commi[illegible], ne fundum Tusculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat. secundum voluntatem eos quoque inuitatos intelligendum est, quibus hæredes extranei fideicommissum libertatem reddiderant. ratio enim huius responsi fuit, quoniam qui ex iussu testatoris manumittuntur, in illius nomen succedunt: quamobrem fideicommissi verbis compraenduntur, sicuti & in suprascripto Scæuolæ[b] responso: non autem id ex præsumpta tantùm testatoris voluntate inducitur, quia iusserit eos manumitti, vt Accursius, Bartolusque censuit. Repetitur etiam aliquoties in iure ciuili hæc dictio, nomen: & hoc non alio significatu, quàm familiæ seu [illegible]ntis. Illud tamen sciendum est, familiam à gente, significatione differre: quoniam gens latius accipitur, vt compraendat omnes eiusdem stirpis & nominis, etiam millesimo gradu disiunctos: familia magis ad agnationem refertur, quod ex Tranq. in Nerone cognitu facilè est. & hæc quidem satis.

a l.cum pater. §.fidei. ff. de legat.ij.

b l.vlt.in fi.ff.de grad.

CAPVT II.

Restitutum Græcum adagium Iurisconsulto, tit. de iureiur. l.si duo. §. fin.

VLPIANVS[c] libro ad edictum xxii cuius responsum sub titulo de iureiurando in Pandectis hodie legitur, ita ad verbum scripsit: *Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis dare se non oportere: vel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluerit. Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigandum dimittere, & ita ei superindici, προπετῶς μὴ ὄμνυε, &c.* Verba hæc sunt reum admonentis, quæ sic Latinè transferas. petulanter, seu temerè ne iura. Verisimile autem est vulgò fuisse iactatum huiusmodi dictum, & quod ferè prouerbij loco vsurpari posset. Suetonius in Caligula, non multùm dissimilis irrisionis facit mentionem: Alterum, inquit, qui se pro salute ipsius periturum vouerat, cunctantem pueris tradidit verberatum, infulatumque, vt votum reposcentes, per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere. Verùm has irrisiones, cùm quis per ora hominum cum infula defertur, Græci παραδειγματίζειν appellant: id enim fit vt exemplo cæteris sint. Latinè traduci dicuntur Liuio & Tranquill. in Vesp. & in Euangelio Matthæi. Cæterùm & in eodem Iurisconsulti[d] loco sic legitur: *Nunquid ergo qui iurauit furtum se non fecisse, hoc solo nomine, condictione, si conuenatur, exceptione vtetur? cæterùm si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere non debet repelli, & quasi μονομερὴς condictio ei dari debet.* Vocem Græcam, vnius partis, ad verbum interpretaberis: quod nec A Accursium fefellit. sed hanc ego vocem à Iureconsulto de rhetoricis libris acceptam crediderim: siquidem scribit Hermagoras, in causis quatuor modis non consistere defensionem: quorum vnus est qui vocatur μονομερὴς, cùm ex prima parte tantùm, hoc est, persona agentis, constat causa, nec quicquam ex secunda afferri potest, vt sunt loci communes. verbi gratia, leno qua parte venturos ad se adolescentes sciebat, foueam fecit occultam, ea iuuenes perierunt: accu- B satur quòd causam mortis præstiterit, hîc lenoni nulla defensio est. Appellatur id genus etiam ἑτερομερὲς, & καθ' ἑτερομερῆ, vt Chyrius Fortunatianus scribit: additque non multùm esse huic dissimile, quod ἀσύστατον dicitur. Cùm ergo Iurisconsultus eum qui iurasset se furtum non fecisse, non solùm actione furti, sed etiam condictione tutum ostendisset: dubitauit, an id tantùm procederet, cùm hoc solo nomine, id est, ea sola causa conuenitur, quòd ipse furtum fecerit: C an verò etiam procedat, cùm non tanquam ipse fur, sed tanquam furis hæres conuenitur. & respondit non procedere, quapropter actorem habere condictionem μονομερῆ, id est, quæ ex parte rei nullam defensionem habeat: non enim iuramentum ad hunc casum extenditur. Et hic verus est legis sensus, quem nec Accursius, nec alius quisquam, cuius edita sit sententia, satis perspexit.

c l.si duo.§.fin. ff.de iureiur.

d d.l.ff. [illegible] dem Iul.

CAPVT III.

Qui fuerint exconsules, exquæstores, expatritij.

IN Iustiniani principis constitutionibus quarundam dignitatem nomina referuntur: quæ quidem si simplici, & consueta forma annotata forent, nemo est qui non E intelligeret: sed quoniam præpositionis cuiusdam additamento scripta reperiuntur, quamplurimis etiam doctissimis viris vestigandi anxietatem præstiterunt. sunt autem hæ dictiones, exconsul, exquæstor, expatritius, & si quæ aliæ similes. Existimauit Petr. Crinitus in libris de Honesta disciplina, exconsules esse eos, qui consules fuerant, sed nunc magistratu functi sunt: idemque in cæteris: vt qui Ciceronis tempore consularis diceretur, ab Iustiniano sit F exconsul nuncupatus. quam quidem sententiam prorsus sequerer, si vel scriptorum eius auctoritas, vel rationibus aliquibus id ipse persuaderet: cæterùm cum auctorem hac in re nullum laudet Crinitus, non arbitror tantum illi deferẽdum, vt eo contenti simus, αὐτὸς ἔφα. Igitur, vt eius dicto nos intercedamus, quandoque opinatus sum exconsules dici, qui consularem quidem dignitatem habebant, sed administratione carebant, & commodis: qualem patrem suum Ausonius describit.

Curia me duplex, & vterq; senatus habebat,
Muneris exortem, nomine participem.

Argumentumque huius rei mihi erat Imp. Leonis & Anthennij [a] constitutio, qua fisci patrono per biennium concedi dicitur exconsularis moderatoris prouinciæ dignitas. Sed an fortassè verius, consulem idem esse quod exconsulem, & temporum vitio, quæ iam in barbariem dilapsa fuerant, hanc Latini sermonis inductam corruptelam? ostenditur id ex Iustiniani [b] constitutione secunda, titulo de veteri iure enucl. Nam in principio constitutionis Tribonianum exquæstorem appellat, quem inferius simpliciter quæstorem dicit. Sed & in autographo Græco, vnde illa efficta est, sic legitur: πᾶν τὸ ἔργον τοῦτο τῷ ὑψίστῳ ἀνδρὶ τριβωνιανῷ ἐπιτρέψαντες τῷ παραγγελιάρχῳ καὶ τῷ ἱερῷ ἀνακτόρου ταμίᾳ τε καὶ ὑπάτῳ. quæ verba sic ipse Tribonianus, vt arbitror, Latinis reddit: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, & exquæstori sacri palatij nostri, & consuli credidimus. hinc euidentissimè apparet, verbum ταμίας, quod nos quæstorem solemus vertere, exquæstorem, quod idem est, dictum. Qua ratione etiam Exarchum, quem Rauennę Constantinopolitani Cæsares constituebant, nomen sumpsisse verisimile est, quasi τὸν ἀρχόν. tametsi ἔξαρχον quoq; suum Athenienses habuerunt, vt Onomasticωn VIII. Iul. Pollux scribit. nam & hæc propositio in compositione quandoque ferè nihil à simplici significatione variat, quod liquidò apparet in dictione ἐξάγγελος, ἔξαρχον, ἐξανθάσαι. Isidorus tamen Criniti sententiæ, quæ eadem & Accursij fuit auctor, dum qui consulatu excesserunt, exconsules interpretatur, non parum me mouet, vt fortè exconsules interpretari debeamus, qui consulari dignitate ornati sunt, siue quia nunc consules sint, siue quia fuerint: quamuis etiam re ipsa eius honoris administrationem nũquam habuerint. Fortè etiam qui consulari patre nati sunt, hac appellatione potuerunt contineri, sicut ἐξελεύθεροι Græci vocant τῶν ἐλευθερωμένων filios: quod tamen non probo. In Cod. Theod. sub rubric. quorum appel. non recip. exantistes dicitur qui antistes olim fuit: Quoniam Chronopius exantistite, &c. Sic Ammianus Marcellinus Vadomarium ex regem Alemanorum vocat, qui regno fuerat deuolutus.

a l. petitionem. C. de aduoc. diuer. iudic.
b l. tanta C. de vete. iure enucl. in prin.

CAPVT IIII.

Restitutum responsum Iurisconf. in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. & declaratum optimè.

QVAESITVM [c] fuit, num procurator, cuius liberæ administrationi rem suam dominus mandasset, ita vt quemadmodum vellet, de ea negotiaretur, posset pro proprio facto rem domini obligare? Et cùm quidam posse affirmarent, aduersus eos sensisse Scæuolam iuris auctorem libro responsorum primo allegabatur. Item quæro, an cùm Seius magistratu functus debitor extitisset, L. Titius eo nomine conueniri possit, vel res eius obligatę essent propter verba epistolæ suprascriptæ. Respondi, neq; conueniri posse, neque res obligatas esse. Cæterùm qui in aliam sententiam iuerant, ita argumentum id euitabant, vt dicerent: tametsi epistolæ verba viderentur generalia, coarctari tamen ad ea, quæ venditionem, negotiationem, pignus, simileque opus respicerent, quod falsum esse ex ipsis Tuscorum Pandectis dicebant, in quibus ea epistola hoc modo legitur: Σηίῳ τέκνῳ χαίρειν. ἐγὼ μὲν κατὰ φύσιν † νομίζω τὸ ὑπὲρ πατρὸς καὶ τῶν τοῦ πατρὸς ὑῶν πραγματεύεσθαι δίχα τινὰ ἐπιτροπικόν. εἰ δὲ δεῖ καὶ τοιούτου τινὸς, ἐπιτρέπω σοι περὶ πάντων ἡμῶν, ὡς θέλεις πραγματεύεσθαι, εἴτε πωλεῖν θέλεις, εἴτε ὑποθέσθαι, εἴτε ἀγοράζειν, εἴτε ὁτιοῦν πράττειν, ὡς κυρίῳ ὄντι τῶν ἡμῶν, ἐμοῦ πάντα κύρια εἶναι τὰ ὑπὸ σοῦ γινόμενα ἡγουμένου, καὶ μηδὲν ἀντιλέγοντος σοι πρὸς μηδεμίαν πρᾶξιν. Seio filio salu- A tem: Ego quidem secundùm naturam esse arbitror, quemlibet pro patre & parentis filijs negotiari, etiam sine vlla mandati quæstione. si ergo ita fert vsus, mando tibi de omnibus meis rebus, vti volueris negotia exerceas, siue vendere velis, siue obligare, siue emere, siue quomodocunque agere, non aliter atq; si dominus tu rerum mearum esses, me quicquid feceris, ratum firmum ducente, & nihil tibi contradicente, nec in vnam quidem rem. Igitur ex verbo illo ὑποθέσθαι, quod B Accursius pacisci transtulit, nos maluimus obligare, constat generalissimum fuisse mandatum, quod tamen non compræenderet, quæ Seius in propriam causam verteret.

c in l. creditor. §. Lucius. ff. mã.
† ἄνευ. Pãd. Flo.

CAPVT V.

Nouus intellectus l. ob æs. C. de prædijs minorum. & ibi quantum referat puncti ratio.

RATIONEM scribendi, punctaque dictionibus suo loco addendi, non C minimæ apud Grammaticos diligentiæ partem fuisse illud ostẽdit: quòd si ea non obseruetur, nõ mediocres intelligendis auctoribus tenebras inijcit. Hinc cùm apud Latinos pleriq; Grammatici de punctis scripserint, Nicanor quoq; Alexandrinus idcirco στιγματίας est cognominatus, quòd anxiè & nimis solicitè περὶ στιγμῆς scripsisset. Igitur vt etiam in iure ciuili ex eorum omissione aliqua D peruerti ostendam, satis erit vnicam constitutionem referre, quam Impp. Diocletianus [c] & Maximin. Augg. & Cæss. Leontio direxere, in hæc verba: Ob æs alienum tãtum causa cognita, præsidiali decreto prædium rusticum minoris prouinciale distrahi permittitur. Quam constitutionem nostri interpretes ita interpretantur, vt inde regulariter prodant, taxatiuam dictionem similia non excludere. cum enim legissent, & ex donatione propter nuptias, & ex causa dotis & E alijs quoque modis prædium minoris posse venundari, si constitutione cauetur ob æs alienum tantum id fieri posse, consequens est non excludi similes causas. Et ex hac interpretatione varijs in locis plurimas quæstiones perperàm explicant nostri Doctores [d], quas per Iasonem alicubi collectas reperiri non admodum difficilè est. Cæterum omnis hic error ex eo promanauit, quòd suo loco punctum in vulgatis codicibus appositum non erat: cùm post dictionem, alienum, sta- F tim subdendum fuisset, eo sensu, vt ob æs alienum fundum distrahi liceret; cognita tantum causa: non enim quamuis statim constet venditionem ob æs alienum fieri, idcirco decreto opus non est: quinimò necessaria est causæ cognitio [e]. Quid enim si alia ratione, quæ minoribus magis conducat, æs alienum dissolui potest, quàm ex fundi venditione? Nectent hîc aliqui argutias, quasi indubitati id essetauris: quos confutare superuacuum est.

c l. ob æs. C. de præd. min.
d In l. si constante. ff. solut. mat.
e l quod Labeo. ff. ad Carb.

CAP.

CAPVT VI.

Lex pars literarum. de iudicijs nouo sensu elucidata: & explicatum qui sint archontes.

PAVLVS [a] libro respõsorum ij. his verbis vtitur, quæ sub tit. de iudicijs, à Triboniano in Digestis relata, in omnibus vulgatis codicibus non satis fideliter leguntur. Pars literarum diui Hadriani: A τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσι ἐνιαυτῷ, μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων, μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι, ἢ κουράτωρες εἰσὶ † δ᾽ αὖ δὲ ἐξήκῃ ἡ ἀρχὴ καὶ αὐτοῖς πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ τοῖς φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς εἰσαγωγιμοὺς εἶναι τὰς δίκας. Archontas, id est, Atheniensiũ summos magistratus, quo in administratione erunt anno neque propriam causam introducere oportet, neq; actores, neq; reos esse: nec in eorum quidem causis, quorum tutores vel curatores sint: vbi autem magistratu functi fuerint, & ipsis aduersus reos, & reis aduersus ipsos actiones introducendæ sunt. Et hoc modo transferenda fuit hæc epistola. Alioquin si vulgatam lectionem sequamur, dubium erit, quid sibi voluerit Hadrianus, cùm dixit, nõ posse magistratus cognoscere de his rebus, pro quibus tutores fuerint. non enim rebus tutores dantur, sed vt Iurisconsulti, nostri tradiderunt, personæ. Cæterum & Accur. Bart. cæterorumq; interpretatio minimè conuenit, qui generaliter hanc legem in omnibus summis magistratibus locum sibi vendicare existimarunt. qua in re quantum decepti sint, non dubito quin eruditi cognoscãt. Quod enim nos alios secuti, τοὺς ἄρχοντας exposuimus summos magistratus, de eis tantum intelligendum ducimus, qui Athenis constituebantur. Neque id nominis apud Græcos frequentius ꝑ alio magistratu accipitur, quàm pro Atheniensi: quod apud Latinos in Spart. quoque & Trebel. Pollione depræendes. Scribit Suidas hos magistratus Athenis fuisse archontas, quos ferè principes Latinè dixeris. hi erant nouem, quorum thesmothetæ, id est, legumlatores numero sex, βασιλεὺς καὶ πολέμαρχος hoc est, Rex, itẽq; Imperator, tum ipse Archõ. Meminit & Plutar. in Politicis, & in Periclis vita, Pausaniasque. horum quoque mentio est apud Iulium Pollucem. Igitur quod Hadrianus scripsit περὶ ἀρχόντων, intelligendum est specialiter ab eo in Atheniensium iudicibus ita constitutum: vt minimè trahenda sit pars epistolæ ad omnes, qui summum magistratum gerunt, vt hactenus nostri interpretes fecerunt, qui cùm complura responsa [b] eorum sententię aduersantia viderent, antinomiam per quædam subterfugia quærunt euitare. sed & exemplo non caret, aliquid in iure ciuili relatum, quod vnius tãtum ciuitatis iura respiciat.

a l. pars literarũ ff. de iud.
† deest κρινέτωσαν. ex Pand. Flor. sumẽdum.
b l. Antiochensium. ff. de priu. cred.

CAPVT VII.

Iustiniani inconstantia in condendis legibus suggillatur: tum ex Græcis auctoribus refertur, quis vir Tribonianus fuerit.

EXTANT [c] in Iustiniani Codicis tractatu ad S.C. Tertullianũ, quędam constitutiones tam simul cõtrariæ, vt nemo extricet: quin clarissimè constat ab altera alteram corrigi: quam rem breuissimè explicabo. Defuncto filio, sola matre superstite, ex senatusconsulto mater succedebat: si fratres erant superstites, non succedebat, siue vterini, siue germani forẽt: si sororum aliquæ extitissent, in stirpes vocabantur, vt mater dimidiam, cæteræ sorores aliam dimidiam obtinerent. Emendauit hæc iura Iustinianus, & primò constituit, vt fratres vtrinque coniuncti, vnà cum matre succederent, quæ in viriles portiones admitteretur. Emendauit rursus hoc idem Imp. distinxitq; eos, qui vtrinque con- A iuncti essent, ab his qui solùm germani forent. sed & cùm sorores extarent, correxit idem Imperator legem, quam semel confirmauerat: statuitque, vt si sorores vtrinque coniungerentur, succederent in dimidiam: quòd si fratres quoq; adessent eorum beneficio in viriles partes vocarentur. Rursum idem correxit, vt semper mater cum sororibus vtrinque adiunctis in virilem admitteretur, etiam si fratres extarent: si vtrinque defunctum non attingerent, penitus excluderentur. B Huius inconstantiæ leuitatisque rationem cùm posteriores interpretes diu vestigare contenderint, atque in primis Cornæus mirificè hoc in negotio se distorqueat, ne amplius quisquam se cruciet, libuit Triboniani vitam referre: vnde quid in causa huius rei fuerit, facillimè dignosci poterit. Igitur Suidas Græcè quidem, sed in hũc sensum: Tribonianus, inquit, Græcus, omnis religionis contemptor, & præsertim à Christiana fide abhorrens, adulator, & fraudulentus, persua- C sit Iustiniano Imperatori, fore vt is nunquam moreretur, sed in cœlum cum carne assumeretur. Quæstor fuit Iustiniani. hic tantum naturæ dotibus, ingenioque pollebat, vt suæ ætatis nemini secundus esset: auaritiæ autem eousque erat deditus, vt ius & fas venale haberet. nam singulis diebus & leges ferebat, & latas reuocabat, vti indigentium vsus, à quibus pecuniam acceperat, postulare videretur. Cùm diu post indeptum honorem superuixisset, morbo tandem decessit, ab D aliquo nulla prorsus affectus iniuria, quòd videlicet sermone comi blãdoq; erat, & auaritię morbum doctrinæ præstantia velabat. Cæterũ & his non absimilia in Tribonianũ Procopius lib. bell. Pers. primo refert: additq; fuisse genere Pamphilium, & vnà cum Ioãne, vt populi seditiones sedaret, à Iustiniano de magistratu quandoq; deiectum. vt non absimilem illi arbitrari quis possit, quem Vergilius notat qui leges fixit pretio, atq; refixit: frequens enim id Græculis delictum fu- E it. Quapropter idem Procopius cùm Proclum laudare vellet: Erat, inquit, Proclus Imperatoris assessor magistratum quęstoris gerens: vir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo neq; aliquam legem facilè in alicuius gratiam conscripsit. vt iam Triboniani ipsius mores nemini ignoti esse debeant: tametsi eum Iustinianus vbique laudet: sed facilè est indocto imponere regi: ἀναλφάβητος quippe Iustinianus fuit, & omnium literarũ ignarus. Quid mirum? cùm eius pater Iusti- F nus à teneris annis suum custos, mox boum, dein lignarij fabri minister fuerit. vt Accursij scrupulũ tollamus, vbiq; dubitantis, propterea quòd Iustinianum, Constantini filium in decretis legerat. sed ille alius est, nostro posterior, qui ῥινότμητος Gręcè cognominatur, quia truncis esset naribus. Sunt tamen qui aliter de Triboniano sentiant, nec temerè Grammaticis de Iureconsulto credẽdum arbitrentur: quandoquidem etiamnũ videamus & sępissimè experiamur, quanto supercilio id hominum genus, quo iure, qua iniuria & mortuos

c l. pen. & fi. & auth. C. ad Tert.

tuos

tuos & viuentes insectetur, quamque suis in studijs hi sibi placeant Moriæ beneficio felices alios omnes contemnant: & epistolis ante ipsos legum codices præfixis, Accursium, Bartolum, cæterosque acerbissimis conuicijs dilacerent: Imperatoris sui Laurentij Vallæ exemplo prouocati, cui mortuo honos hoc epitaphio habitus fuit:

Tandem Valla silet, solitus qui parcere nulli est.
Si quæris quid agat, nunc quoq; mordet humum.

Quod sanè carmen longè magis ipsis, quàm Vallæ conuenisset, cuius doctrinæ pleraq; huiusmodi condonanda sunt: at hi ea maximè reprobant, quæ non intelligunt.

CAPVT VIII.

Restituta Iurisconsulto, titulo de nundinis, Platonis verba, declarataq; lex ante nos inextricabilis.

SCRIPSIT Callistratus iuris auctor, titulo de nundinis, in hæc ferè verba: Si quis ipsos cultores agrorum, vel piscatores deferre vtensilia in ciuitatem iusserit, vt ea ipsi distrahant, destituetur annonæ præbitio, cùm auocentur ab opere rustici: qui confestim vbi detulerint mercem, tradere eam, & ad opera sua reuerti debeant. Denique summæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos Plato, cùm institueret, quemadmodum ciuitas bene & beatè habitari posset, in primis istos negotiatores necessarios duxit: sic enim ἐν πολιτείᾳ [a] ait: Δεῖ γὰρ πλειόνων γεωργῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν, καὶ τῶν ἄλλων διακονούντων †, εἰσαξόντων, καὶ ἐξαξόντων, ἅπαντα, οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. νομίσας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορὰν τι ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, εἰ μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀνταλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. Pluribus igitur agricolis, & alijs artificibus, & ministris opus est, qui importent & exportent singula: sunt autem hi mercatores. cùm autem rusticus aliquid horum quæ ipse facit, vel aliquis alius artifex in forũ defert, si non eodem in tempore veniat, quo & illi, quibus cum est hæc permutaturus, cessabit ab opere in foro consistens? minimè verò: sed sint qui cùm hoc animaduertant, seipsos ad hoc ministerium præparent, &c. Et hoc modo restituendus fuit hic locus: quandoquidem si vulgatam translationem intactam reliquerimus, nullum sensum satis conuenientem possumus elicere. Sed & illud admonendus est lector, Callistratum Iurisconsultum, vt breuitati consuleret, nõ omnia Platonis verba retulisse: sed intermissis quibusdam clausulis, dialogorumque interlocutionibus, simul iuncta adscripsisse, quę in suam sententiam facerent. Longè enim apud Platonem diffusior est hic locus libro de Republica secundo, quàm is sit, quem Iurisconsultus mutuatus est. Veræ autem lectionis incolumitas in Etruscorũ voluminibus à me obseruata est.

a Lib. ij.

† διακονῶν. Pand. Flor.

CAPVT IX.

Qui sint parabolani, Accursij error.

VIDI plerunque ab eruditis Iurisconsultis dubitari, quinam fuerint parabolani, & vnde dicti: quorum mentio in Constitutionibus [b] habetur. & Accursius, qui nihil se præterijsse videri voluit, tanquam rem maximè haberet in promptu, statim pronuntiauit, parabolanos esse medicos: nomenque ab eo sumpsisse, quòd multas habent parabolas, quòd videlicet vt quisque loquacior est, ita doctior medicus vulgi opinione existimetur. quæ expositio, meo quidem iudicio, planè ridicula est. Quare aliter ipse censuerim: fuisse enim plebeios quosdam parabolanos, qui famulitio vel ecclesiarum, vel hospitalium, xenonúmve deputati erant, & quasi adscriptitij glebæ: vt sicut illis omni vita ab agrorum cultura recedere nõ licebat, ita his ab seruitio ægrorum, qui in nosocomijs residebant. Parabolanos, glebæ adscriptitios esse, in Iuris ciuilis Gręco interprete legi, dicti à Græca præpositione παρὰ & βῶλος, quæ vox pro gleba accipitur.

b l. placet. & l. sequen. C. de episc. & cler.

CAPVT X.

Modestini trutinæ suppositum responsum in l. natorum. de verb. signif.

MODESTINVS libro excusationum II. ἡ τῶν, inquit, τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. quod responsum à Triboniano sub rubricam de verborum signific. [c] translatum Græcè lectum fuit, donec aut Accursius, aut quis alius Latinam maluit interpretationem afferre, in hunc modum: Natorum appellatio & ad nepotes extenditur. Cæterùm quoniam me non latet, quàm diffusus sit hic tractatus, num appellatione filiorum contineantur nepotes, quid item cum liberos dicimus, & rursus num sub nepotibus contineantur pronepotes: volui lectorem admoneri, firmum & irreprensum argumentum ex suprascripto responso afferri in hanc rem non posse: quandoquidem Modestinus de proprietate, & significatu Græcæ vocis disputat, non Latinæ.

c l. natorum. ff. de verb. signif.

CAPVT XI.

Rationem l. primæ. C. quæ res export. non deb. aliam esse, quàm Doctores vulgò tradiderint.

IMPP. Valentiniani [d] & Gratiani constitutio, ad Theodosium magistrum mil. litum in hæc verba legitur: Ad Barbaricum transferendi vini, olei & liquaminis, nullam quisquam habeat facultatem: nec gustus quidem causa, aut vsus commerciorum. Cuius quidem legis argumento doctus Baldus existimauit eum, qui lege municipali annonam in aliam ciuitatem deferre prohibeatur, si aliquam portiunculam vel gustus causa deportet, legis pœnæ obnoxium esse. Negauit id Iason [e], non alia ratione, quàm quòd pœnas quàm mitissimè interpretari æquum sit. Cuius sententiam statim secutus fuissem, si eius legis verbis Baldum non adiuuari docuisset. Cæterùm ipse arbitror rationem legis spectandam, quæ profectò non alia meo iudicio esse potuit, quàm ne eius liquoris gustu admoniti Barbari arma in nos vertant: idcircoque eas regiones armis quærere studeant, vnde sibi id liquaminis comparare possint. Nam qui primi Gallorum in Italiam venerunt, hoc gustu allectos grauissimi auctores tradiderunt, inter quos T. Liuius lib. v. Gentem Gallorum, inquit, traditur fama dulcedinis

cedinis

d C. quæ res export. nõ deb. l. j.

e In l. ij. in fin ff. de iuri. om. iud.

frugum, maximeq; vini, nouatum voluptate captam, Alpes transijsse, & inuexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa. Cùm ergo lex municipalis magis locupletandi territorij sui causa, & auertendę caritatis, ita iubeat, quàm alia ratione, non arbitror qui gustus causa annonam alibi detulerit, eius iussu coërceri.

CAPVT XII.

Declarata lex, cum quis. §. codicillis. de leg. iij. & restitutæ Græcæ dictiones etiam in l. ij. C. comm. de legatis.

SERBIDII [a] Scæuolæ respõsum, sub rubricam de legatis tertio, in hæc verba in emendatioribus libris legitur. Codicillis ita scripsit: Βούλομαι πάντα τὰ ὑποτεταγμένα κύρια εἶναι. Μαξίμῳ κυρίῳ μου δηνάρια πεντακισχίλια, ἅτινα ἔλαβον παρὰ καταθήκην τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, καὶ γίνονται σὺν τόκῳ τρεῖς μύρια, ἀποδοθῆναι δεῖ αὐτῷ βούλομαι, οὕτως γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. volo omnia, vt infrà digessi, firma esse, Maximo domino meo denaria quinque millia, quæ in depositum à patruo ipsius Iulio Maximo accepi, vt vbi vir factus esset, cum incremento & vsuris triginta millium redderem: restitui ipsi volo, sic enim ipsius patruo iuraui. quæsitum est, an & ad pecuniam depositam petendam sufficiant verba codicillorum, &c. Libuit ex archetypo Florentino Græcum hoc responsum referre, tum vt Roglerij audacem nimis expositionem confutarem, qui cum Græcas dictiones non vidisset, ex commodo Latinas nihil ad rem facientes confinxit, tum etiam vt importunam nimis Bartoli quæstionem ostenderem, huius legis argumento colligentis, paria nos facere, siue legemus, cùm quis vir fuerit, vel cùm adultus. quam sententiam ipse minimè probo. Cæterum huius consuetudinis, cùm in testamento testatores iureiurando se obligant, meminit Iustinia. [b] quadam constitutione: cuius verba quoniam in vulgatis codicibus nimium concisè referuntur, operæpretium fuerit referre. Omne verbum significans testatoris legitimum sensum, legare vel fideicommittere volentis, vtile atque validum est, siue directis verbis, quale est iubeo fore: siue precarijs vtatur testator, quale est rogo, volo, mando, fideicommitto: siue iuramentum interposuerit: cùm & hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente ἐν ὅρκῳ, partibus autem huiusmodi verbũ huc atque illuc lacerantibus, &c. In impressis enim deest vox Græca, nonnullius tamen momenti, si verba constitutionis rectè percipere voluerimus. cùm enim testator ἐν ὅρκῳ id est, cùm sacramenti religione legasset, dubitabatur nunquid debetur legatum, puta, Iuro me daturum Titio centum, legata enim volũtatis liberę sunt, non necessitatis, vt iusiurãdum necessarium sit.

a l. cum quis. §. codicillis.

b l. ij. C. communia de leg.

CAPVT XIII.

Paragraphus vlt. in l. dominus, de pec. leg. quemadmodum vertendus de Græco erat.

ALIVD quoque est eiusdem Scæuolæ [c] responsum in tractatu de peculio legato, in hunc verborum modũ: Seruis libertatos legataque dederat, & conditionem ita scripserat, ὅσους κατέλιπον ἐλευθέρους καὶ τὰ λεγάτα, αὐτοὺς τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους. quæsitum est, an peculia quoque eis legata viderentur. respondi, secundum ea quæ proponuntur, non videri legata: idem etiam vt reliqua rationum legata non sint. Transtulit eam clausulam nescio quis ex veteribus, & non satis perspicuè: verbum enim illud ἀνεξετάστους, interpretati sunt, non seruatos, & sine inquisitione: quod ineptissimum est. si enim aliquis factis legatis subderet huiusmodi clausulam, nónne videretur adimere legata? quid enim aliud significat, non seruari? Igitur ita transferendum fuerat: quotquot dereliqui libertos, atque eis legata, ipsos volo esse inexcussos. hoc sensu, vt inexcussus accipiatur pro eo qui liberatus sit à fastidio ad amussim reddendæ rationis, & calculum semel ductum rursus ineundi ἐξέτασις indagatio est: vnde deducitur ἀνεξετάστους, Potest & ad illud trahi, quasi inobseruatos dicas, vt videlicet minimas operas hæredibus debeant.

c l. dominus. §. fi. de pec. leg.

CAPVT XIIII.

L. ij. de legibus, non rectè ab Accursio intellectam: quapropter emendata & declarata.

MARTIANVS [d] libro Institutionum primo, cùm definiret quid esset lex, Demosthenem Chrysippumq; auctores adduxit: eius responsum sub titulum de legib. Tribonianus retulit: sed cùm parte plurima Græcis characteribus notatum esset superiorum temporum incuria penè incognitum manserat: retulimusque quandoq;, quemadmodum quod ex Demosthene adducebat, legendũ foret, nũc opportunum fuerit, vt Chrysippi quoque verba restituamus, præsertim cùm quisquis fuit ille, qui ea transtulit in Latinum, haud multùm feliciter sit rem aggressus. Sic itaque eo in loco legendum esse iudicamus: Sed & philosophus summus Stoicæ sapientiæ Chrysippus, sic incipit librum, quem fecit περὶ νόμου. ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ καὶ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο, κανόνα τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. quæ verba sic in Romanam vocem trãsferri possunt: Diuinarum humanarumq; rerum regina est lex, quam præsidere, principem ducemque esse & honestis & turpibus conuenit: secundumque hæc iustorum iniustorumque regulam esse, & eorum quæ naturaliter ciuilia sunt animantium: vt facienda quidem iubeat, rursus non facienda prohibeat. Intellige autem κανόνα, id est, regulam, quam omnes imitemur: sicut Plinius lib. xxxiiij. Polycletus, inquit, fecit quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam: solusque hominum artem ipse fecisse artis opere iudicatur, vt in aperto Accursij error sit, qui regulam eo sensu accepit, quo Iurisconsulti tradunt, eam esse quæ rem, quæ est, breuiter enarrat: quod minimè in præsenti casu congruit. Sed & idem scholiographus existimauit, dum de diuinis rebus Chrysippus dixit, idcirco factum, quoniam plurimæ leges ius diuinum respiciunt: vt quæ de fide catholica loquuntur, quæque sacerdotibus leges statuunt. quod etiam minimè nobis applaudit: quãdoquidem tempestate Chrysippi harũ legũ nulla extabat.

d l. ij. ff. de leg.

bat. Item βασιλεὺς non satis quadrat: quapropter ad illud Euripidis in Hecuba allusum esse magis crediderim:

Nos imbecilles forsan & captæ sumus?
At dij valentes, lexq; diuis imperans,
Etenim vel ipsos lege censemus deos.
Aequa atq; iniqua hac finientes viuimus.

Vt intelligamus legibus quoq; ipsis subijci deos. hinc apud Ouid. Iupiter sic deos alloquitur:

Vos etiam (quoq; hoc animo meliore feratis)
Me quoq; fata regunt.

Connectet hic aliquis argutias, quoniam in iure quandoque legerit, principes ipsos legibus subiectos non esse: sed alia est lex, quam Chrysippus definit, aliæ sunt Impp. constitutiones, quibus ipsi non coërcentur.

CAPVT XV.

Quem sensum accipiant verba illa, ditis causa &c. in l. iij. commodati.

IVRISCONSVLTVS Caius de verborum significatione libro primo: Sæpe ad hoc, inquit, commodantur pecuniæ, vt ditis gratia numerationis loco intercedant. quod responsum ab Iustiniani consarcinatoribus in tractatum commodati tráslatum est: ibique se mirum interpretem Accursius[a] ostendit qui ditis interpretatur, id est diuitis: verbaque responsi in eo accipit, qui vt diues appareat, commodata vtitur pecunia, ne eum facultatibus labi cernentes alij creditores, nimis durè statim exigere velint. quem sensum si illis verbis exprimere voluit Caius, mirum quàm Bardus, Latinique sermonis imperitus fuerit. Primùm id ab eo quæsierim, vbinam gentium dis pro diuite singulari numero in Romana lingua ex communi vsu recipiatur? rursusque & si maximè admissum sit, nunquid ea verba illum intellectum patiantur? Ipse plerunque de lectionis incolumitate dubitaui: sed quoniam vix occurrebat quod in eum locum simile verbum quadraret, plurimorumque veterum codicum scriptura contra me erat, non ausus fui quicquam pro certo constituere. hoc solùm opinatus sum, longè magis conuenire, si non ditis gratia, sed dantis legeretur. Finge me tibi debere decem, quæ tua intersit tibi deberi titulo mutui: hoc vt commodius fiat, mihi decem commodabis, quæ ego coram testibus recipiam, promittamque restiturum ex lege mutui: deinde vbi testes abscesserint, commodatum tibi restituam: supereritque tibi actio ex mutuo, nec mihi vlla exceptio non numeratæ pecuniæ competet. erit autem eo casu commodatum pecuniæ: quia easdem quas mihi vt numerarem dedisti, protinus restituo apud Plinium lib. xxviij. cap. iij. Ditis gratia epulari dicitur pontifex, dum sacra Plutoni, vt ego interpretor, facit. Est & dicis causa apud M. Varronem de lingua Latina, pro litis, vt arbitror δίκης, seu vt veteres loquebantur, stlitis. & ita fortè etiam apud Caium legendum.

a l. iij. ff. comm.

CAPVT XVI.

Quomodo à principis rescripto appellatur, diui Pij epistola, vt debuit, translata, reiectis aliorum nugis.

QVAESITVM est, inquit Vlpian.[b] an aduersus rescriptum principis prouocari possit, fortè si præses prouinciæ, vel quis alius consuluerit, & ad consultationem eius fuerit rescriptũ: est enim quæsitum, an appellandi ius supersit. quid enim si in consulendo mentitus est? de qua re extat rescriptum diui Pij, quo ostenditur prouocari oportere. verba rescripti ita se habent: ἐὰν ἐπιστάλῃ τις ὑμῖν, ἅμα δὲ καὶ ἀντιγράφω.ιον ὑμᾶς, ὅτι ἂν ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξαιεν ἢ ψευδῶς, ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπισταλμένα, οὐδὲν ὑφ' ὑμῶν εἶναι δόξῃ προεπιγνωσμένων τῶν ὡς ἑτέρως ἐχόντων τοῖς γράφουσιν ἀντεπισταλκότων. hoc est: si scripserit quisquam ad nos, & illi aliquid rescripserimus, volentibus ad sententiam nostrã prouocare, permissum erit. si enim docuerint vel falsa, vel non ita se habere quæ scripta sunt, nihil à nobis videbitur iudicatum, priusquam contrà scriptum fuerit quemadmodum aliter res se habeat, quàm nobis insinuatum sit. Et hoc modo legendi emẽdandique sunt codices: qui enim vulgarem lectionem instituit, is non sat rectè rescripti neque verba, neque sensum Latinis reddidit, & præsertim dum volentibus, inquit, prouocare ab enuntiatione licentia extat, Græca enim verba πρὸς ἀπόφασιν, id est, ad sententiam dicunt: vt videlicet accipiendum sit de eo ad quem prouocamus, non autem à quo: vt minimè dicatur appellari posse ab enuntiatione, id est, mendacij relatione principi facta, vt Accursius sensit: sed ab ipso rescripto, eo videlicet prętextu, quòd minus vera in supplice libello enarrata fuerint. Sed & hoc ex rescripto dubius alioquin articulus finietur. Finge iudicem secundum sacri rescripti formam iudicasse, ad quem erit prouocãdum? num ad eum, qui illo iudice superior est, an ad ipsum principem, à quo rescriptum fuit? & suprascriptæ epistolæ verba indicant ipsum principem adeundum.

b l. j. ff. de appe.

CAPVT XVII.

Quid sit commilitium in l. hæreditate. de castrensi peculio. & correcta lex illa.

IN titulo[c] de castrensi peculio, Tryphonij Iurisconsulti responsum legitur: quod quoniam insigni corruptela notandum est, nec Accursius illud intellexit, nec eo modo scriptũ quisquam alius nisi per coniecturas intelliget. Nostri itaque erit instituti, breuiter, quemadmodum castigatè legendum sit, percensere. Sic ergo reponendum est: Triphonius libro ix. Disputationum: Hæreditate ab agnato commilitione data, Scæuola noster dubitabat: quia potuit & antè notus, & amicus dare: potuit & non dare, nisi commilitium charitatem auxisset. nobis ita videtur, si ante commilitium, factum sit testamentum, non esse peculij castrensis eam hæreditatem: si postea, cõtrà. Emendandæ igitur sunt in vulgatioribus libris tres dictiones, commilitonum, commilitum, itaque. Dicitur autem Latinè commilitium, militum commercium, & facultas ipsa seu ius quo vnà militant. Reperitur hæc dictio etiã apud Tacitũ, & in epistolis Sidonij Apollinaris.

c l. hæreditate. ff. de cast. pec. in prin.

CAPVT XVIII.

L. qui habebat. de leg. iij. nequaquam fideliter ab Accursio translatum intellectamq;

SCAEVOLAE[a] verba sunt: Qui habebat in prouincia, ex qua oriundus erat, propria prædia, aliaq; pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit: τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι, καὶ ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι σὺν πᾶσι τοῖς ἐνοῦσι βοσκήμασι, δούλοις, καρποῖς, σπαδίτοις, κατασκευαῖς πάσαις. quæsitum est, an & prædia, quæ pignori habuit testator, patriæ suæ reliquisse videatur. secundum ea quæ proponebantur, respondi non videri relicta, si modò in proprium patrimonium, quod ferè cessante debitore fit, non sint redacta. Cæterùm vt clarior sit Iurisconsulti sensus, ita transferri possunt legati verba: Suauissimæ patriæ meæ volo in partem suam dari, & ipsi separatim adiudico prædia omnia, quæcunq; in Syria possideo, cum omnibus in eis existentibus, & pecoribus & seruis, & fructibus, & vsu consumptibilibus & apparatu omni. Ex Accursij enim interpretatione illud in primis dubium relinquitur, num testator pecora solùm, quæ ibi insunt, omnia reliquerit: quãdoquidem vniuersalis illa dictio, omnibus, pecora tantum apud eum respicit. at in Græco legato generaliter & absolutè dictum fuerat, σὺν πᾶσι τοῖς ἐνοῦσι. rursus dictio illa σπαδίτοις, quam ille depositis vertit, à Græco verbo σπαδάω deducitur, quod consumere significat. quapropter melius fuit eam referri ad omnia, quæ vsu consumi possunt, & prodigi. nam si prædia cum depositis quisquam legauerit, fortè non idem iuris fuerit: cùm is qui pignori fundos habet, satis possit depositos eos habere penes se, donec debitor fidem absoluat.

a l. qui habebat. ff. de leg. iij.

CAPVT XIX.

Nouo sensu exposita l. Titia cum nuberet. de leg. ij. nihilque ad rem ibi enuntiatiua verba facere: & Græci legati verba restituta.

QVAM diffusa, & quàm longis tractatibus explicata sit illa quæstio, num verba enuntiatiua disponant, nemo opinor ciuilibus studiis initiatus ignorat: & in vltimis voluntatibus disponere Petrus Besutius, ciuis meus, & Raphaël Comensis tradiderunt: idq; ex Modestini responso, quod integro volumine interpretatus præceptor meus Paulus Picus, mihi tamen plerunq; dixit, se ipsius Iurisconsulti sensum vix potuisse percipere, tum quòd ineptè translata erãt in eo de Græcis quędam verba, tum quòd & Latina propria obscuritate non quadrarent. quibus verbis mihi alioqui plus nimio curioso, aurem vulsit, quapropter sententiam meam explicaturus sum. Ea verba sic legi debent: Titia cum nuberet Caio Seio, dedit in dotẽ prædia, & quasdam alias res: postea decedens codicillis ita cauit: Γάϊον Σήϊον τὸν ἄνδρα μου παρακατατίθεμαί σοι ὦ θύγατερ, ᾧ βούλομαι δοθῆναι εἰς βίον χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, μετοχὴν κώμης Νακκληνῶν, ἣν ἔφθασα δεδωκέναι εἰς προῖκα σὺν σώμασι ἴδοις ἐν φερομένοις τῇ προικί, καὶ κατὰ μηδένα ἐνοχληθῆναι αὐτὸν περὶ τῆς προικός, ἔσται γὰρ μετὰ τελευτὴν αὐτοῦ σὰ καὶ τῶν τέκνων σῶν. hoc est, C. Seium maritum meum commendo tibi ò filia: cui volo dari in vitæ vsum & fructum, participationem pagi Naccleni, quam olim in dotem cum corporibus doti illatis dedi: & in nulla re eum molestari in dote: erunt enim post mortem ipsius tua, & filiorum tuorum. Præterea alia multa huic eidem marito legauit, vt quandiu viueret, haberet. Quæro an propter hæc, quæ codicillis ei extra dotem relicta sunt, possit post mortem C. Seij ex causa fideicommissi petitio filiæ hæredi Titiæ competere, vt earum rerum nomine, quas in dotem C. Seius accepit. Modestinus respõdit: Licet nõ ea verba ꝓponãtur, ex quib. filia testatricis fideicõmissum à C. Seio, postquã pręstiterit q̃ testamẽto legata sunt, petere possit, tamen nihil prohibet propter voluntatem testatricis, post mortem C. Seij fideicommissum peti. Sensum itaque huius responsi sic interpretamur: Cùm in dotem Seio Titia fundum Nacclenum instructum dedisset, iussit eum restitui post mortẽ mariti: quærebatur num etiã ea, quæ vltra dotem marito legauerat, essent restituenda. & videbatur non esse, ꝓpterea quòd fideicõmissi illa verba, erunt post mortẽ tua, & filiorũ tuorũ, solùm ad bona dotalia referuntur, non ad alia legata. & quãuis in eis dictũ fuisset, vt ea quãdiu maritus viueret, haberet: poterant tamen huiusmodi verba intelligi, vt non inde fideicõmissum esse videretur, cùm etiã si hæres C. Seij ea haberet, aduersus verba testatoris non videatur factũ: quippe tũ quoq; maritus quandiu viuit, ea habet. Sed tamen Iurisconsultus ex præsumpta testatricis mente, non solùm bona dotalia, sed etiã alia, fideicõmisso cõprẽdi interpretatur. Cùm em̃ quisquã ita legat, vt quandiu viuit legatarius habeat: licet scrupulosa quadã interpretatione dici possit, non esse fideicõmissum: attamen mens testatoris illa esse satis creditur, vt restitui post mortẽ debeant. Nihil igitur ad rẽ facit, an verba illa, erunt post mortẽ tua, &c. enuntiatiua dicantur, vel id minus, cũ Iurisconsultus pro claro habeat fideicõmissum inducere: sed in hoc dubitauit, an in cæteris legatis idẽ iuris esset. Quapropter cũ in vulgatis codicibus legitur, & earũ rerũ nomine, &c. corruptus est locus, & non cõiunctiua dictio, & legenda est: sed potius quæ ad similitudinẽ refertur, vt pro sicut. Quæritur em̃, nũ petitio fideicõmissi cõpetat ratione bonorũ, quæ extra dotẽ relicta sunt, vt pro sicut, cõpetit earũ rerũ nomine, quæ in dotẽ datæ sunt ob castellũ Nacclenũ, cũ corporibus videlicet illatis. In hoc. n. clarissimũ est cõpetere actionẽ: sed dubiũ fuit, respectu illarũ rerũ, quas marito legauerat, vt eas haberet, quãdiu viueret. vt inde cognosci possit, quã minima elementi vnius inuersio, totũ sensum obnubilet, & obscurũ reddat: tũ & illud, nihil præsentis responsi interpretationẽ, eam quæstionẽ facere, nũ enuntiatiua verba disponant. quẽ tractatũ, cùm identidem à quibusdam vbique inculcetur meritò repositam cramben appellauerim.

CAP. XX.

Legem, diem functo. malè intellectam ex vnius dictiunculæ inuersione.

PAPINIANVS[b] lib. respons. iij. *Diem, inquit, functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis, quod legatis præstitutum † est debetur, modò si non posteà comites cum alius eodem tempore fuerint. Diuersum in eo seruatur, qui successorem ante tempus accepit.* Hæc verba sub titulo de officio assessorũ relata hodie legũtur, corruptis tamen exẽplaribus, in quibus non præstitũ, sed præstitutũ, falsò legitur. verũ & tantũ negotij ex eis, interpretibus nostris fuit illatũ, vt in

b l. diem. de offic. assef.

† præstitum. Pand. Flor.

quatuor hæreſes diuiſi varia in reſponſi interpretatione tradiderint. Nos omiſſo quid ipſi ſenſerint, cùm facilè vnuſquiſq; eorum cõmentarios ſibi comparat, noſtram ſententiam ſic explicamus. Cùm Imperatores legatum ſuũ in prouinciam mittebant, ſalarium ſuũ, quod ſibi haberet, conſtituebant: tum etiam aliud quoq; aſsignabant, quod ſuis aſſeſſoribus daret. Fingamus igitur legatum, cùm in prouinciam veniſſet, mortem obiiſſe, num idcirco de ſuo ſalario aſſeſſores periclitabũtur? & non periclitari reſponſum eſt. A Finge rurſus non deceſsiſſe, ſed ſucceſſorem illi datum. & tunc aliud iuris obſeruatur quando enim præſidi ante tempus ſucceſſor datur, non fit id, niſi cum ipſius contumelia, & ob peruerſos mores: quapropter & oẽs qui ab eo electi ſunt, décidunt, quoniam ab improbo ſunt delecti. in morte non ita eſt. Nec dicat quiſquam, poſſe ſucceſſorem dari legato, qui tamen nullius culpæ erit reus: quoniam niſi delinquat, non ſolet princeps alium ſubrogare ante finitam adminiſtrationem: cùm etiam ſi ſua opera indigeat, poſsit præſes per delegatum quem princeps approbauerit, in magiſtratu eſſe: nam & qui Romanæ hiſtoriæ peritus fuerit, nõ opinor hac in re aliquid dubitaturus eſt.

CAP. XXI.

Multa iuriſconſultorum reſponſa, de Vaſis menſuriſque loquentia, declarantur, reducunturque illæ ad noſtri temporis normam.

AMPHORA vas eſt vinarium, menſuram videlicet continens. Vt autem breuibus expediã, non tam quod alij longiſsimis tractatibus proſequũtur, quã quid ipſe ſentiam: Hemina vncias continet noſtras ſeptem ſemis ſextarius, vncias XV. congius, heminas XII. modius, heminas XXXII. vrna, heminas XLVIII. amphora, heminas XCVI. Sed quoniam qui ſextarij pondus nouit, cætera nouiſſe facilimè poteſt, probandum à nobis eſt, in ſextario XV. eſſe vncias: & in primis Plinium laudo auctorem, qui libro XXI. capit. vltimo, cyathum pendére drachmas X. ſcripſit: vnde cũ in ſextario conſtet XII. eſſe cyathos, ſequitur, centum & viginti drachmas, hoc eſt vncias quin decim pẽdére. ſic & Rhem. Palæmon de cyatho:

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ, ſi appendere tentes.

Cleopatra quoq; quæ de vnguentis, & chemiſtica ratione Græcè ſcripſit: *ὁ ξέſτης*, inquit, *μέτρῳ ἔχει λιτύλας β'. σταθμῷ ὃ δραχμὰς ρι'. διαλέγεται ὃ παρὰ Αἰγυπτίοις ὁ ξέſτης ἰνιον.* id eſt, xeſtes, qui & ſextarius, menſura habet heminas duas, pondere drachmas CXX. vocaturq; ab Aegyptiis Inium. Galenus quoque: *παρὰ ὃ τοῖς Ἰταλοῖς εὑρίσκεται ὁ χὲς μέτρῳ ἔχων ξέſτες ς'. λιτύλας ιβ'. σταθμῷ ὃ ὕδατος ἀμφὶν, ὅπερ ἐſτὶν ἀλεσδίσατον, δραχμὰς ψνϛ'.* In Italis congius inuenitur, in quo menſura ſextarij ſex inſunt, id eſt heminę XII. pódere verò drachmę DCCXXX. aqua pluuiali accepta, F quòd ea iuſtiſsimum ſemper pódus habeat, nec mentiatur vnquam. Nec me mouet, quod ab auctoribus traditum eſt, in xeſte, ſeu ſextario Atticas vncias XVI. alibi vncias XX. eſſe: quoniam Attica vncia erat aliquantò leuior, quàm Romana: communis verò Græcorum longè leuiſsima: eiuſdemq; ponderis erant Romanę quindecim, cuius Atticæ XVI. Græce XX. quæ res cùm à me alibi tractata diffuſiùs ſit, non eſt, quòd hîc repetatur. Sanè cadus congios decem continet, ſicut & metreta Dioſcoridi libro V. licet alij cadum duodecim congios continuiſſe referant. Pollux metretam, amphoram quandoq; ſignificaſſe ſcripſit: ſed priorem ſententiam probo. Hæc volui præfari, vt quædam Iuriſconſultorum loca exploratiora facerem in titulo, de tritico, vino & oleo legato Pomponius [a]: *Vino legato, ea demum vaſa ſequuntur, quæ ita diffuſa ſunt, vt non ad perpetuum vſum reſeruarentur,* † *veluti amphoræ & cadi.* cùm enim amphora, & cadus vaſa ſint menſoria, & non magnę amplitudinis, in eis vinum perpetuò non ſeruatur, ſed ad tempus conditur. non ita eſt in doliis, quia dolia etiam maximæ amplitudinis fiunt, nec certam menſuram habent. hinc Proculus [b]: *Illud verum eſſe puto, cui vinum legatum cum vaſis erit, & amphoras, cados, in quibus vina diffuſa ſeruamus, legatos eſſe: vinum enim in amphoras & cados, hac mente diffundimus, vt in his ſit, donec vſus cauſa probaretur: & ſcilicet cum his amphoris & cadis id venditamus.* † In dolia autem aliam *mentem* † *conijcimus, ſcilicet vt ex his poſtea, vel in amphoras & cados diffundamus, vt ſine ipſis doliis væneat.* Declaratur eodem modo aliud reſponſum, quo traditur, legato vino in amphoris, illud comprændi, quod in vrnalibus erat: vrna enim dimidiam amphoram comprændit.

a l.vino.ff.de legat.vi.
† *reſeruentur.* P. F.
b l.pen.ff.eod.
† *vendimus.* P. F.
† *alio mente.* P. F.

CAP. XXII.

L. quiſquis. C. ſi certum petatur, hactenus num intellectam: tum quid ibi ſignificet collectarius: rurſúſque quædam de argentarijs & menſarijs.

MPP. Honorij & Arcadij & Theodoſij ad Theodorum [c] præfect. præt. conſtitutio eſt, in hæc verba: *Quiſquis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, ſi in prouincia fuerit verſatus, quaſi emptor legum atq; prouinciæ: vel ſi quis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilij pœna vnà cum ipſo iudice plectetur.* Pro huius conſtitutionis interpretatione dubitatum fuit, quid ſignificet collectarius. & Accurſius, mox alij exiſtimauerunt, eum hanc appellationem ſortiri, qui eundem honorem ambienti riuali ſuo pecuniam dat, vt deſiſtat, nec ſecum concertet: quæ ſententia nullius auctoritate comprobatur. Suidas, Collectarius, inquit, eſt *ἀργυραμοιβὸς ὅτου λάβῃ μισθὸν αὐτὸ ἀργύριον ἀλλασσόμενον.* hoc eſt, argentarius campſor, & pro argento monetam viciſsim tribuẽs. Acron quoq; in Horatium, collectarios pro coactoribus argentariorũ accipit. Igitur ſciendũ, in re nũmaria eſſe argentarios, nũmularios, menſarios, campſores, trapezitas, collybiſtas: quæ omnia vocabula ferè idem ſignificant: niſi quòd argentarij maiores negotiatores erant, qui non in permutando tantùm, vt cæteri, taberna exercebant, ſed qui etiã nũmos fœnori collocabant, nõ ſuos tantũ, ſed etiã aliorũ. Hinc apud Plautũ argẽtarius pro fœneratore accipitur: ſicut enim noſtris temporibus in foro mercatorũ literis quibuſdã, quas cãbij vocant, debitores ſubſcribunt, ſoliusq; proxenetæ teſtimonio vtuntur, ita vetères illi argentarij rationes pro iuſtrumento habebãt: quapropter ne fides labefactaretur, de publico ſolebant conſtitui, eligebanturq; magnæ fidei homines. Si itaq; aliquis collectarius, id eſt, argentarius, pecuniam ambienti aliquem honorem præſidi, quò eum facilius conſequatur, dederit, & ipſe & præſes exilij pœna coërceri debent.

c l.quiſquis. C. ſi cer.pet.

bent. Hic itaque rectus eſt conſtitutionis ſenſus, vt nemini dubium eſſe poſsit, vulgarum illum Accurſij explodendum eſſe: niſi quiſquam in ſignificatione vocabulorum idoneum illum habet auctorem.

CAPVT XXIII.

Præſcriptis verbis actio vnde dicta: & quid ab exceptione diſtet præſcriptio: quid item ſit actionem dare: & declarata l. ij. C. de formulis.

THEODOSII Valentinianiq́ue Impp. conſtitutio eſt, Hieronymo præfect. prætor. ſcripta his verbis: *Nulli prorſus non impetratæ actionis maiore vel minore iudicio agenti, opponatur exceptio, ſi aptam rei & propoſito negotio competentem eam eſſe conſtiterit.* Quę quidem conſtitutio non id reſpicit, vt à Põtificibus [a], quod Accurſius & quidam alij atteſtati ſunt, actiones impetrari ſolitas oſtenderet, cùm id etiam ante horum Impp. tẽpora, in vſu eſſe deſiſſet: ſed poti⁹ ad iudiciorũ, quæ ſub prætoribus agitabantur, conſuetudinẽ refertur. nam priuſquàm quiſquam litem contestari permitteretur, neceſſe erat vt prętorem adiret: narrataque illi re, prætor quæ competere ſibi videbatur, actionem illi dabat. Cicero in Verrem: Si quis eum pulſaſſet, edixit, ſe iudiciũ iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteret, iudicem de ſua cohorte daturum: ipſi autem nullius rei actionem ſe daturum. Hinc in edictis prętorum, quæ paſsim ſub titulos Digeſtorum cõpoſita leguntur, itemque in interdictis, prætor nunc ſe daturum actionem adfirmat, nunc vti equitas ſuggerit, negat. Erant autẽ actiones quibuſdam formulis comprænſæ, quas litigatoribus iudices præſtabant: niſi quod ex facti differẽtia plerunque eos prætor immutabat: & pro arbitrio vel expugnabat, quæ ad rem non faciebãt, vel quæ neceſſariò erant apponenda, ſubiungere non grauabatur. Non ita erat in contractu innominato, in quo certa forma verborũ erat ſtatuta, vt videlicet quemadmodum ſe res haberet, deſcriberetur: tum quæ contractus ſpecies eſſet, referretur. hinc actio præſcriptis verbis dicta. Cicero de finibus bonorum & malorum: Omnis autem in quærendo, quæ via quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primùm debet, vt quibuſdam in formulis ea res agatur. Idem in Oratore ad Brutum: Quid eſt quo præſcriptum aliquod, aut formulã exprimas, cũin ſuo quodque genere præſtet, & plura genera ſint? præſcribere em̃ Latina lingua ſtatuere, & certo modo antè ordinare comprændit: cuius vulgatæ ſignificationis non eſt quod hîc ſatagam probationis cauſa quicquam afferre, vt inde fortaſſe præſcriptiones [b], pro exceptionibus ſumi credendum ſit: quòd certis formulis exceptiones ita conſtarent, ſicut & actiones. Fortunatianus certè rhetor, atque idem conſultus, libro primo Inſtitutionum rhetorices: Quid intereſt, inquit, inter præſcriptionem, & translationem? quòd præſcriptio excludit actionem, translatio autem differt. quibus verbis oſtẽditur, generalius eſſe exceptionis nomen, cùm præſcriptio ad eas ſolùm referatur, quibus ſeu à principio ſeu poſt litem conteſtatam probatis euaneſcit actio: licet Socinus [c] aliam ipſe differentiam excogitarit, quam non ſequor.

a gloſſ. l. ij. C. de formul. in verbo, exceptio.
b dixi *in* l. quinque pedum. C. fin. regund.
c In rubr. ff. de excep. Dec. in rub. extra eod.

AD ILLVSTREM REGIVM SENATOREM CLARISSIMVMQVE IVRECONSVLTORVM IACOBVM MINVTIVM, IN PRAETERMISSORVM LIBROS

PRAEFATIO.

CVM morum tuorum institutiones, viuendiq́ue modum considero, tantæ mihi admirationi es, clarissime Minuti, vt hominem te omnium bonorum vsui natum, vbique prædicare non desinam: qui non satis duxeris, in dies & horas, quæ tui muneris sunt, diligenter excqui, nisi & in eo quoque te exercueris, vt quoscunque vel eruditione insignes vel plurimarum rerum scientia pernatos, vti studia sua in publicum proferant, orationis viribus & persuadendo compellas. Ex quibus vnum cùm me arbitrareris (nimirum hac in re hebeti tantum iudicij acie) precibus tuis, quæ mihi pro iussu sunt, vt per impressores tractatus hosce meos diuulgarem, adegisti. quod, quæ tua est auctoritas, denegare tibi nequaquam ausus sum, quanquam multa essent, quæ me de hac sententia vt decederem, impellere poterant. videbam enim in omnes, quæ de operũ editione leges traderentur, me committere, tyronem in primis, & non satis expertum: sed & viriũ mearum iniquum te æstimatorem: tum & opus festinatum & informe, quod diutina lima indigeret: præponendúmque idcirco nobis ante oculos vrsæ exemplum, quæ cùm informes catulos edat, diu lambendo in animantis sui similis effigiem deliniet. verùm neque Flacci præceptum me obseruasse, quo in nouennium diffindi diem debere existimat. Meritò itaque id negotij differebam: cùm tu omnis moræ impatiens, extorsisti vt ederem, cessi iudicio tuo, quod longè consummatissimum iamdiu expertus fueram. quapropter si insurgent aliqui, quibus quantulacunque hæc nostra non arrideant, tui certè erit muneris, sententiam tuam defendere: ne Iurisconsultus tu alioqui celeberrimus, malè mihi cautam rem feciſſe dicaris: quanquam mihi est quod formidem, Teucro duce, & auspice Teucro. Non enim me latet, quãtum lota (quod ille inquit) aure sis. quamq́ue egregius patronus, vbi animum intenderis. Vidit certè id integerrimus prudentissimusq́ue vir Antonius Pratus, cuius suffragio ad honestissimam hanc senatoriam dignitatem ascendisti: in qua hercle designatione se optimi iudicij, qui te honori parem cognoscebat, & probatissimi animi hominem præstitit: qui ambitione sordibusq́ue inconcussus, non alia re ductus, magistratum hunc in te contulit, quàm quòd pontificiæ ciuilisq́ue legis acutissimum interpretem fuisse Aureliano in gymnasio sciebat. Vt igitur beneficia in dignum hominem conferret, te potissimum delegit: memor videlicet consultissimus vir versiculi antiqui fuerat: Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Tu enim is es: in quo verè possumus dubitare, an tibi dignitas, an potius tu dignitati plus ornamenti conferas. Sed quid hæc ego? quasi vel nunc primùm in te hæc sim admiratus, vel tuis laudibus inpræsentiarum egeas, quem nemo non quotidie laudat, extollit, prædicat. Animaduerti sæpe cũ tecum de difficilimis iuris quæstionibus dissererem, tam acutè, tam eleganter te respondere solitum, vt nihil suprà. qua admiratione captus, Homericum illud insusurrabam:

—αἰνῆ σὺ πάσιν ἀμύμονα
θῦμον ἔχοντι τελέθῃ, ἐπεὶ καὶ πόθεν ἄλλος ἔχοι τόδε.

Meritò itaque tuo iudicio parere necessarium mihi fuit: quapropter si quicquam hinc opis ad studia sua aliqui acceperint, hi tibi debebunt: qui cũ libros hosce adhuc supprimerẽ, & mihi ipsi nullo modo satisfacerem, Horatiumq́ue præceptum sequi in animum induxissem, non potuisti tantũ temporis expectare: sed vt es eloquens, & Periclea illa πειθὼ σὺ τοῖς χείλεσιν præ modum excellens, coegisti, ne amplius remoram facerem, & qualecunque opus in tui gratiam ederem. quæ humanitas non in me solùm, sed in studiosos omnes, & bonarum literarum cultores, tua, tantis laudibus digna est, vt breui futurum arbitrer, cùm talem de literis curam geras, cùm fauoribus & beneficijs doctos prosequaris, vt passim nomini tuo dicentur optimi codices, decantentur in laudes tuas encomia, recitentur panegyrici, sisq́ue qualis Etruscus eques Mecenas, in cuius gratiam nemo non

non scribebat: sed eò tu melior, quòd non solùm audire, atque ea legere paratus sis, verumetiam de autorum peritia iudicare. Repeterem hic ingens ingenij acumen, maximarum rerum cognitionem, summam æquanimitatem tuam, nisi has virtutes à cæteris, quàm à me, mallem prædicari. Ipsi enim mihi, qui tecum assiduè conuersor, qui coràm omnia video, ita ad dicendum ob admirationem lingua hæsitat, sicut his caligant oculi, qui de proximo nimis inspiciunt. Quantum credis me admiratum, cùm successiuis horis, & (vt Græci dicunt) παρέργως, Atticæ linguæ operam dares: tam modico tempore te profeciſſe, vt præceptor ipse tuus Valterius Corbetes iuuenis nobilissimus & mihi commercio studiorum perquàm charus, dicere Græcum illum de te versiculum, non dubitauerit?

πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων.

Sed hæc hactenus: vereor enim ne dum pluribus tecum ago, in omnium fortasse vtilitatem delinquam, in qua nunquam desinis esse occupatissimus: dum constantissimus vir nunquam incassum tempus teris, dum domi aduocatos audis, dum Ius ciuile ad amussim perpendis, dum in senatu sententiam dicis: foriſq́ue nunc ad Heluetios pacandos legatus, nunc ad regiam maiestatem nuntius vadis: vt de te illud prædicare possim, quod de Alexandro Macedone Parmenio: ô strenuum hominem & nunquam cessantem. Accipe igitur nomini tuo dicatum opus, quod Prætermissorum titulo insigniui, Græcos, Hebræosq́ue veteres imitatus: quorum Quintus Calaber, & in eo longè antiquior quisquis fuit ille Hebræus τὰ παραλειπόμενα conscripsere. cùm enim in Iure multa sint quæ sine cognitione studiorum humanitatis percipi nequeant, à cæteris operibus ea segregaui, & in hunc locum congeſsi, ne inter tetricas illas (vtinam non etiam odiosas) quæstiones, hæc nostrátium Doctorum iudicio sordescerent. Cæterùm & hæc nostra libellorum nuncupatio Salui Iuliani, qui & ciuis meus fuit, exemplum præ se fert: qui πολυγραφώτατος vir, inter cætera, etiam in Iure ciuili libros sex ad Minutium scripsit. quem tu fortasse inter maiorum tuorum stemmata habes: vel cuius certè personam induisti, si vera περὶ τῆς παλιγγενεσίας Pythagorici credidere-runt. Bene vale. Mediolani,
Nonis Ianuarijs,
M.D.XVIII.

ANDR. ALCIATI MEDIOLANEN. IVRISCONSVLT. CLARISSIMI PRÆTERMISSORVM LIBER PRIMVS,

AD MINVTIVM.

ACEPHALI dicti ſunt quidam peruerſi dogmatis ſectatores, qui hæreſeos ſuæ proprium auctorem nó habebant. vnde id nomen ſortiti, quaſi ſine capita ἀκέφαλοι, In his fuit Seuerus neſcio qui exarchus, vt eſt apud Suidam.

Acephali.

AGAPES. conuiuia pauperum interpretatur Gratianus xlij. diſtinct. Ipſe à præceptoribus accepi, ἀγάπην dilectionem ſignificare, non conuiuium: quare fortaſſe ibi non agapes, ſed eilapinas εἰλαπίνας legendum aliquis opinabitur: ſignificat enim id conuiuium, quod ad magnificẽtiam præparat: vt ſi qs omnes pauperes cœna accipiat. Homerus, εἰλαπίν' ἠὲ γάμος, declarat id etiã Euſtathius. nihil tamen ego cẽſeo immutandũ: quoniam apud Tertullianum, Cyprianumque, Chriſtianorum conuiuia hac voce appellari ſolita reperio.

ALBVM[a]. matricula, ſeu pictatium, in quo nomina iudicum deſcribebantur. Plin. Quid te iudicem facis: cùm hanc operam condicerẽ, nõ eras in hoc albo. Rurſus in quo prætores edicta ſua deſcribebant, Græcè λεύκωμα dicit Iulio Poll. vt errẽt qui parietem dealbatum tradidêre, qua in ſententia eſt Suidas.

a de albo ſcrib. toto tit.

ARABARCHES. extat Impp. Valent. Grat. Theodo. conſtitutio[b] in hæc verba: *Vſurpationem totius licentiæ ſubmouemus, circa vectigal arabarchiæ per Aegyptum, atque Auguſtaneam conſtitutum, nihilq; ſuper tranſductione* animalium quæ ſine prohibitione ſolita permittenda eſt temerariè per licentiã vendicari permittimus.** quæ verba indicant, arabarchen præfectum fuiſſe exigendo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Aegyptum deuehebantur: vt ſit illud nomen officij publicanorum. Meritò ergo Iuuenalis, Tit. Alexandrum natione Aegyptium (vt Tacitus libro 17. ſcribit) taxãs, arabarchen appellat:

Atque triumphales, inter quos auſus habere
Neſcio quis titulos Aegyptius, aut arabarches.

vt non immeritò damnandi ſint, qui ſimpliciter mollem accipiunt, idque editis annotationibus probant. Quapropter & in epiſtolis M.T. ad Atticum, appellat arabarchen M. Antonium, quaſi Aegyptium publicanum: extorquebat enim ab illis ingentia vectigalia, vnde pecuniam conflaret: quàm deinde prodigeret: vt eſt apud Plutar. Satius tamen eſt Pompeium intelligere, quod alibi docui. Memorat & Euſebius Cæſarien. lib. ij. ſacræ hiſtoriæ Alexandum arabarchen: & etiam Ioſippus* lib. vlt. de antiquitate Iud. apud quem Rufinus præfectum ſalis interpretatur. quaſi ἁλασάρχην legiſſet. qua in re dubito, ne ſicut in aliis pleriſque, in eo quoque fallatur Rufinus, quem laceſſere nunq̃ deſinit Hieronymus.

b l. uſurpationẽ C. de uectiga.
* *traductione.*
* *concedimus.*
* *Ioſephus.*

ANACHORITA, monachum ſignificat, quaſi ſecedentem & ſegregatum à cæteris, ἀναχωρῶ ſecedo.

c l. iij. de apoch. ub. lib. x. C.

APOCHA[c], chirographum ſignificat, quod confeſsionem vulgò dicimus: cùm enim debitor ſuam fidem liberat, de receptis chirographũ à creditore accipit: id apocha, ἀποχὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀπέχειν: inde apocha receptionem quoque ſignificat. qua ratione viceuerſa antapochã dicimus, quam debitor creditori facit, in præſtationibus annuis neceſſariam, propter præſcriptionem & ſimilia. Apochæ in hunc ſenſum mẽtio eſt apud Lucilium lib. Epigrammatum ſecũdo εἰς νομικούς.

φαῖδρος πραγματικὸς καὶ ζωγράφος ἤριζε ῥοῦφος,
τίς θᾶσσον γράψει, καὶ τίς ὁμοιότερον.
ἀλλ' ἐν ὅσῳ ῥοῦφος τρίβειν τὰ χρώματ' ἔμελλε,
φαῖδρος ἔγραψε λαβὼν κοινικὴν ἀποχήν.

Acta notans Phœdrus, pictor quoque pignore certat
Rufus, vter citius ſcribat, vter propius:
Sed dum concretos terit hic, ſoluitq; colores,
Deſcripſit variam protinus ille apocham.

Quo in epigrammate Demetrius ἀποχὴν diſtantiam vertit, nimirum iuris verbum illud eſſe ignorans.

ANTIADES, de ædilit. edict.[d] legendum eſt apud Vlpian. lib. j. ad edictum ędilium curuliũ: non antiacas. ſignificant id morbi genus, cũ tonſillę poſt inflammationes induruerunt: cui malo pharmaca adhibent Plinius, Celſus, & cæteri.

d l. quæritur. de ædil. edict.

ANTIDORA. Græca vox eſt: remunerationem dicere poſſumus ἀντίδωρον[e]. ſicut & antipherna ἀντίφερνα, quod vicisſim, à marito loco dotis vxori datur. de hoc ſenſiſſe Cæſarem in vj. cõmentario Gallici belli exiſtimo: Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta cõmunicant. φερνὴ dotẽ ſignificat. inde parapherna dicta, quæ vltra dotem dantur.

e l. ſed etſi. §. cõſuluit. ff. de pet. hæred.

ANTINOMIA[f], contrarietas legum. ἀντὶ καὶ νόμος.

f l. j. in fi. C. de uet. iu. enue.

ANALOGISTEN tutorem dicere poſſumus ratiocinatorem: ἀναλογίζομαι ratiocinor, quãuis apud Iul. de adminiſt. tut. placuerit legi. alogiſtas, quaſi rationes reddere non teneantur. λόγος ratio, inde λογιστής, dictus, & ἀλογιστής[g].

ARCHIMANDRITAE, id ſignificat qđ dicimus abbatem. priſci enim illi monachi eremos colentes, ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, in ſpeluncis & cauis montium habitabant: quod non vno in loco apud Hieronymum legere eſt. Sidonius Apoll. libro epiſtol. viij. Palæſtinos archimandritas nominat. apud quem paraphraſtes ſuus dictos putat, quaſi principes ſint mandræ & agminis: quod non probo. quid enim brutorum conuentus cum ſacroſanctis viris commune habet? licet idem quoq; ſenſerit Accur. [h]cui error faciliter eſt remittendus, quandoquidem extra ſuũ forum litigabat.

g l. quidam. de admi. tut. ff.
h Epiſto. inter claras. C. de ſumma trinit.

ASCETRIA, non aſsiſteria, in anthenticis & etiam Cod. Iuſtin. legendum eſt. ſignificat monialem ἀσκητρία. Meminit alicubi in hunc ſenſum Gregor. Nazianzenus, præſertim in panegyrico Magni Baſilij. deducitur à verbo Græco ἀσκῶ, qđ laborare ſignificat & exerceri.

BAC-

BACCHATVS circa phana, ab Vlp.[a] lib. j. ad edictum ædil. curul. accipitur pro eo qui furore actus, lymphata ferè mente futura prædicat: βακχεύων enim idem eſt quod μαινόμενος. hinc in epigram. Grecis, Bacchæ inſanire dicuntur ex Simonidis iambo:

τίς ἅδε; βάκχα. τίς δέ μιν ξέσε; σκώπας.
τίς δ' ἐξέμηνε, βάκχος ἢ σκώπας; σκώπας.

a l. j. de ædil. edict.

BASILICA, locus publicus eſt, in quo iudicia exercentur, venaliaque proponuntur: idem ferè quod Latini forum appellant. Baſilicam M. Vitruuius ita ædificari debere oſtendit, vt in ſuperiore parte iudicia, in inferiore negotia exerceri poſsint. Paulus auctor eſt, in baſilica negotiatorum venale argentum reponi ſolitum. Prohibuit Imp. Theodoſius, in baſilicarum tabulatis ergaſteria conſtitui, vel eas picturis obumbrari. quem locum de diuinis templis Bartolus intellexit: cuius ſententiam alij quoque damnauerunt. Ipſe non negauerim, ea tempeſtate baſilicas pro eccleſiis accipi ſolitum fuiſſe: quod oſtendit Ambroſius in ea epiſtola, cui titulus, de baſilicis tradendis.

BAVCALIVM, vas vinarium Aphrodiſeo de quo etiam infrà emendãdus eſt locus de ſup. lega. oralia impanalioſa: lego enim, bocalia cuppaleiſa. tametſi & toralia legi poſsit ex Nonio Marcello.

BVCCINVM legendum eſt apud Vlp.[b] de leg. iij. non fucinum, vt vulgò ſcribitur, eſt inter concharum genera minor purpura, à ſimilitudine buccini: latè apud Plin. lib. ix. id tractatur.

b l. ſi cui. de lega. iij.

BVPRAESTIS, animal ſimile ſcarabeo, deuoratum tacto felle inflammat, rumpitque. Plin. lib. xxx. Hinc eſt emendandus locus apud Marcellum[c] ad legem Cornel. de ſicariis. animaduertit id etiam Beroaldus.

c l. iij. ff. de ſicar.

BVRGI, quorum mentio in conſtitutionib. Paulus Oroſius lib. vij. Crebra, inquit, per limitẽ habitacula conſtituta burgos vulgò vocant. hinc in titulo Cod. in fun. rei priuatæ: eum qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæteriſque corporibus ſeruierit, &c.

BYRRVM. de quo xxx. diſtinct. cap. ſi quis. Suidas eſſe ἐφεστρίδα auctor eſt, hoc eſt, ſagum veſtemúe, quam ſupra alias induimus. Sunt & atrebaticis petiti byrri Voſpiſco: niſi magis ꝓbes cũ atrabaticis byrri picti. Atrabaticę veſtes ſunt nigri coloris, quas ξηραμπελίνας etiam dici Suidas ſcribit: mentio eſt etiam Iuuen.

CABALLATIO, in conſtitutionibus, munus alendi equos publicos: à caballis dicta. quorum Horatius, Feſtus, alij meminêre.

CHARCHEDONIVS, Carthaginẽſis. καρχηδὼν Carthago. hinc Carchedonia fabula Plauto in Pœnulo. & carchedonius lapis Plinio. corruptus eſt Authentic. codex de hæred. & Falc. & archedonij antiquãm habent libertatem.

CARDINALES in pontifi. iure dictos opinor exemplo ciuilium magiſtratuum. In lib. Officiorum Theodoſij, præfecti cardinales appellantur pręfecti prætorio Aſianę diœceſeos, & pfectus Africæ, quod maiores cæteris eſſent. hinc & ſcapi cardinales Vitruuio.

CHARTOPATRÆ. Chartophilacium, inquit Suidas, locũ ſignificat, in quo omnia ad ſcripturas pertinentia cuſtodiebantur. Chartopatræ, chartarum ipſarum venditores.

CASTRATI. hos accepit Accurſius pro his qui naturaliter ita nati ſunt, vt gignere nequeãt: quod alibi non legi apud humanitatis auctores. Suidas entomias & eunuchos ait eſſe, quibus de corpore per inciſionem euulſi ſunt teſtes. Thlaidas verò, qui fractos attritoſúe eos habẽt: hos Iuriſconſulti thlaſias & thlibias appellant. Prima mares caſtrari Semiramis inſtituit, vt ſcribit Ammianus. Idẽ auctor eſt, à Domitiano primũ, mox Conſtantino prohibitum id fuiſſe. Extat etiamnum Conſtantij lex, vt appareat caſtratos dici, qui in infantia ita euirati ſunt, vt virile aliquid experiri nequeãt, quales eunuchos deſcribit Lucianus.

CATOLICIANOS in conſtitutionibus, eoſdem cũ Cæſarianis reperies: nomina ſunt officialium, ſeu militum, per quos executiones fiebant: neſcio an à Cæſare magis, quàm à Cæſarea dicti. Illud non dubitauerim, catholicianos dictos apparitores præfecti pręrorio Oriẽtis: quoniam is propter ampliſsimam iuriſdictionẽ catholicus, id eſt, vniuerſalis diceretur: quem titulum etiam Antiochenos epiſcopos vſurpaſſe auctores aliqui prodiderunt. Procopius quoque, Chriſtianorum, inquit, epiſcopus catholicus dicitur, quòd vnus omnibus præſit accolis in regione quæ Perſarum eſt emporium, & ſi Theodoſia iter octo dierum diſtat.

CARREVM laſſer, apud Paulũ de pen. leg. quod à celebratiſsimo Carrarum emporio aduehebatur, Plin. lib. xij. in littore rubri maris, Stepha. Poteſt etiam legi carreum Liguſtrum, ſed de hoc quandoque plura dixi.

CAVTELA, vox omnino barbara non eſt, vt quidã exiſtimauerũt. vtit ea Ammianus Marcel. lib. 14. tametſi elegantius captionẽ dicamus.

CAMVM, leguntur apud Vlpianum[d] de vino triticoque legato, quædam genera vini factitij, camum, cerzuphum, zithum, acimatitium, embamma. Chamum Simon Genuenſis tradit eſſe vinum ex hordeo & aliis frugibus: citatur & à quibuſdam huius rei auctor Dioſcorides. ipſe nihil nec in Gręco, nec in Latino codice deprændi. Proſequitur ille libro quinto, huiuſmodi vinorum genera: inter cætera chamydriten nominat, vndè fortaſſe hanc dictionẽ, cami quidam extorſere. Cerzuphum, puto corruptum codicem, & vel legendum cicernum: vnde apud Iulianum ἐν ἐπιγράμ. εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς. nunc eum poeta dicit τράγον, nunc πυρογενῆ, & βρόμον, quaſi hircoſum, frumentigenam, ſiligineum. βρῦτον quoque appellatur Sophocli, ζῦθον Ariſtoteli. Vel etiam legendũ eſt zythũ, q, vinum tradit Suidas hordeaceũ eſſe, Aegyptiorum vſibus frequens. mentio eius eſt apud Strab. vbi interpres zygon vertit, & ad pondera eo vti Aegyptios ridiculè dixit. Acimatitium, magis arridet aromatitium. Vinum aromatite quemadmodum fiat, ſcribit Dioſcorides lib. v. cap. lvj. quamuis & acinaticũ legi poſſit: quem liquorem Caſsiodor. Veronen. agri alumnum appellat, odoris ſimul, & ſaporis ſuauiſſimi, tum colore purpureo, dulciſsimũ, & tactu denſum, ac ſi carneus liquor aut eſculenta potio eſſet. Embemmata ſunt, quos ſapores vulgò dicimus ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτειν, ab intingendo. legitur apud Colum. & ante nos id docuit Beroald. in Trãq.

d l. ſi quis. de ſuppel. leg.

COLLEGIA, vide infrà in verbo, Militia.

CHOMATA, aggeres Nili, χώματα apud Iuriſconſultum & diacopi legitur, quo verbo ſciſſuras intelligit.

CORRECTORES, magiſtratus qui non omni in Italia erant, ſed quibuſdam tantùm

regionibus præerant.vnde Macceium legi correctorem Venetiarum & Histriæ. Erat & corrector Cāpaniæ,vt in officijs Theodosij legere est.

CHRYSAMMOS, χρύσαμμος, auream arenam significat,hoc est,ramenta auri,quę à metallariis effodiuntur.ballux Plin. dicitur libro xlij. c.iiij.Coguntur Valentis Imp.constitutione metallici octo aurei segmenti scrupulos exoluere, deinde quod vltra repererint,suum est dummodo non alij quàm fisco vendant. ita lex illa accipienda est,quicquid aliquando aliter dixerim.

DACIA, prouincia iuxta Danubium,prima & secunda dicta, quòd à duobus legatis regeretur,qua ratiõe ab antiquis,Mœsia,Armenia, Germania,diuisę erant,vt plerisque constitutionib. constat & Ammian.Marc.Quod hodie Daci vocantur, in Cherroneso Oceani, ab antiquis dicebantur Cymbri Strab.& Tacito.

DECANETA, in authenticis,fortasse dicatheta, quòd locus esset in quo rei reponerentur, donec diiudicatum esset.

DROMONES, naues sunt à cursu dictæ.

ELEMPHORIA & hospitatura, ait Arcadius,apud Alexādrinos patrimonij [a] munus existimat.existimaui quādoq; castigatius legi debere eleamporia,q; id munus esset olei coemundi. nūc magis placet, vt ab impressa lectiõe min⁹ discedamus,& telosphoria legamus,quòd munus id esset exigendi tributi. In Pandectis quoq; Florentinis non satis castam lectionem deprændi, sed cum ea,quæ circunfertur,eandem.

a l. munerū. de muner. & honor.

EPISTALMA, non sigillum est, vt existimauit Accursius,sed mandatum. ἐπιστέλλω,mando, impero.sanè sigillum ἀποσφράγισμα Pli.Cæcil.dicit.

FASCIA crurulis magis placet apud Vlpia. quàm crinalis:sicuti & fascia pedulis.Cor.Fronto:Pedale,inquit,mensura est pedis, pedule verò sub pedibus præstat vtilitatem. videtur autē id significare quod vulgò scalfinum dicimus,vel ipsam soleam.

GYNAECIVM [b] locus in quo mulieres laborabant,lanam pręcipuè trahentes,diffusius aliquando tractauimus. Meminit in hunc significatum Paul.Diaconus: Narseti Augusta, quia Eunuchus erat,inter cætera fertur mandasse, vt eū cum puellis in gynæcio lanarum faceret pensa diuidere.

b l.ij. de mun. & leg.C.

HABERE. Corn.Fronto:habere potest etiā fur nequam. possidet nemo nisi qui aut relictæ aut donatæ rei aut emptæ dominus est.ita in habente onus,in possidente vsus est.

HIRENARCHAE, viri sedandis seditionibus electi:& qui cognoscerent,vbi de finib. certaretur. εἰρήνη pax & concordia, non habet Græcè aspirationem.

HONORATI etiam hi qui palatinā quidē dignitatem habent, administratione abstinent: & quod Ausonius ait,Muneris exortes,nomine participes.capitur hoc in significatu etiam apud Ammian .Marcel.

IDIOCIRCA, Cynus interpretatur diuisionem manuum ineptissimè. Legendum est idiochires. sunt chirographa propria manu scripta,vnde nomen sumpserunt, ἰδιόχειρα.Hesichius ad Elogium, ταῦτα ἃ αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γράφων.

LATERCVLVM idem esse arbitror quod scrinium.hinc princeps sacri laterculi in constitutionibus,qui alibi dicitur princeps sacrorum scriniorum.

LIMITATI agri[c]. limites à limo, id est, transuerso dicti sunt,eorum nomina octo & viginti recenset Hyginius.Apud Florentinum iuris auctorem,limitati agri dicuntur,qui de hostibus capti,militibus per limites, hoc est, centurias fuerunt adsignati. in his neque alluuionem esse,neque ius vsucapiendi, in lib.de controuersiis agrorum Aggēnius Vrbicus scribit. Idem tradit solitos fuisse assignari agros veteranis duob. A modis.vno quidem , vt hi ex quorum territorio agri sumpti erant,nullam iurisdictionē amplius in eis haberent:sed leges ab his acciperetur, qui veteranos deducerent.alio modo, vt iurisdictio ciuitatis in eos agros salua esset. Existimauerim igitur apud Flor. ita distingui , vt qui ager deuictis hostibus ita veteranis sit concessus, ut in ciuitatis iure cuius erat,permaneret, in eo ius alluuionis esse,quoniam videtur adhuc priuatus esse:sed si in ciuitatem non veniat,verum manuca B ptus assignatusque veteranis sit, publicus populo Rom.remanet,nec alluuione diminuitur.

c l.in agris. ff. de acquiren. rerum domin.

LVSVM aleæ prohibuit Iustinian.[d] & quinque ipse ludos instituit: comonouolon , comodaulomolo,regindala,cempon, reipusare: quæ genera ludorum nusquam ipse legi,nec eas quidem voce in aliquo significatu.quapropter cum locus hic salebrosissimus sit,nihil decerno.Solū lectorem admonendum ducimus, in primis posse corycouolon legi,quod iactum pilę significat: C κώρυκον enim Paulo Aeginetę pilam esse eruditiores consentiunt.vnde prouerbium, coryco exerceri,de eo qui incassum fatigatur: erat enim pila coriacea instar vtriculi,quę inflata vento,plerūque lusorem malè afficiebat. Suidas in dictione σάκκος,corycum interpretatur saccum in quo panis recondebatur.Quod sequitur, commodiaulion.quasi κῶμον δίαυλον,hoc est,lusum cursorium. octo esse certaminum genera Suidas auctor est: inter quæ diaulon, cum per duo stadia curritur. D Rursus regindalia existimo eum qui cōstitutionem trāstulit in Latinum,vt erat indoctissimus, sic credidisse posse transferri eum ludum, quem Iul.Pollux.Onomasticωn nono basilinda, βασιλίνδα appellat. vocatur autem hic lusus, cùm ductā sorte aliquis fit rex,& is aliquid laboriosum ministro,qui sorte pariter obtigerit,imperat. Subsequit̄,cempos.Festus Pomp. simpliciter catampon genus esse lusus scripsit. erunt quibus forsan placebit cæstus:nobis omnino nihil arridet. E Reipusara.fortè corruptū est,& Gręcè scribi debuit ῥίψων λιθίζας, à decursu latrunculorum, hoc est,calculorum. Sed, vt dixi, hæc omnia à nobis per coniecturam referuntur: nihil enim certi habemus.nam & fuerunt,qui aliter hunc locum emendarēt, comolen, idolomenon, rhindalcha, cyron,& ecpyrusan legentes:qui tamen huiusce castigationis rationem addunt nullam.

d l.fi.C. de religio.

LYCIARCHA. C.de off.comm.[e] oriē. sicut syrarchia, ludi quidam in Lycia celebrabant: quibus qui præerat, lyciarches dictus est. F Constituebatur autem in id munus à comite Orientis, & eius officio: sicut Syriarches, qui idem in Syria munus curabat, à præside prouinciæ Syriæ.

e l.unica.

MANCIPES interpretantur Arc.& Honorius quadam constitutione esse salinarum cōductores:quod ex vsu loquendi admissum crediderim : alioqui generalius est nomen, & omnes comprændit, qui à fisco aliquid vel emunt, vel

vel conducunt.hinc in l.Nerusij tumulo in Sabinis:securè solui semp fiscalia māceps.dicti sūt,q, sublata manu auctores se cōtractus significāt, Festo.Meminit Cic.Trāql.Nonius,Pędian⁹,cęteri.

MANCIPI. Dicetur infrà in verbo, Nexus.

MENSVLARIVS idem significat quod nummularius,& τραπεζίτης. Trapeza enim mensam significat: hinc trapezophora, sustinentes mensam tripodes, Paulo: licet alij nescio quid impertinens de amphora inculcent.

MILIARIVM argēteum Paulo dicitur vas ad coquendum:in hyeme vsui est,sicut baucalis, quo ęstate vtimur refrigerandis in aqua cyathis.

Ἠγόρασας χαλκοῦν μιλιάριον ἡλιόδωρε,
Τοῦ περὶ τὴν θράκην ψυχρότερον βορέου.
Μὴ κάμνε, μὴ φύσα, μάτην τὸν καπνὸν ἐγείρεις.
Εἰς τὸ θέρος χαλκὴν βαύκαλιν ἠγόρασας.

Nicarchi hoc carmen est secundo epigrammatum,vnde sententia nostra approbatur.

Aeratum emisti miliarion Heliodore,
Per Thracas flantis frigora habens Boreæ:
Ne suffla fumúmve cites, sumasq; laborem:
Aerata æstati baucalis empta fuit.

MILITIA. Non ab re facturum me existimaui, si disputatiūculam hîc nostram referrem, qua olim cum eruditissimo,tribusq; linguis,Hebraica,Græca,Latina, peritissimo viro Benedicto Iouio Nouocomensi disserui,eā, q, ad ius ciuile non parū faciat,visum est hîc recensere.subsequit̄ aūt in hæc verba:Existimasti tu quidē collegia ipsa fabrorū,centonariorū, dendrophororumq; ad rem bellicā pertinuisse: quā sentētiam & illud adiuuat, quod in Rauenate quadam inscriptione legitur, FLAVIAM SALVTAREM H-S XXX. DEDISSE COLLEGIO FABRVM M. R. hoc est, vt Val. Probus interpretatur, militiæ Rauenatis. sicut etiam Mediolani annotaui,Cæliū collegā fabrorū & centonariorum M.M.id est,militię Mediolanensis. nā & centonarij à centonib.dicti sunt:q, ad indumēta militū posse pertinere vix negauerim, cùm & Vlpian.[a] cētones,funes,perticas,syponas,phormiones,id est,storeas,legato instrumēto cōtineri,ex Pegaso Iurisconsul.tradat. Mentio quoq; corū habetur Petronio Arbitro, & Apul. Iuuenalique.Cæterū quò minus hāc in sententiā in nostra historia à me itū sit,in causa illud fuit,q, exploratū mihi erat,nulla collegia in re militari p missa fuisse.Martianus iuris autor in tit. qui sit de colleg.illicit.Digest.lib.xlvij.*Mandatis*,inquit, *principalibus præcipitur præsidibus prouinciarū, ne patiātur esse collegia sodalitia,neúe milites collegia in castris habeant:sed permittit̄ tenuioribus stipē menstruā cōferre,dum tantū semel in mēse coeant. quod nō tantū in vrbe, sed & in Italia diuus quoq; Seuerus cōstituit. sed religionis causa coire non prohibentur, &c.* Nec quicquā obstat, q, dixi militiam Rauenatē,Mediolanēsemúe his in collegiis dictā: quoniā militia nō ad arma solū spectat,sed & vniuersitatē quoq; designat.hinc militia aduocatorum,Impp.Leonis & Antonij constitutione:militia palatina, pro omnibus qui in palatio,in breuiario Theodosij: militia literata Cęsarum rescriptis,in tit.de proxi.sacr.scrin. militia negotiatorū, Iustin.Cod. lib.viij.vbi de pignoribus agens:*Qui super*, ait,*hypothecis, quas metaxarij,vel distractores,vel alij quarumcunq; specierum negotiatores, pecunias sibi credentibus dare solent: sancimus, vt quancumq; militiam iidem negotiatores acquisierint, &c.* vt ibi significet quantitatem aliquam rerū, quæ in negotiationem deductæ sint. Quapropter &

a l.quæsitum.§. acetum.de fun. instru.

Seruidius Scœuola,*Inter venditorem, ait, & emptorem militiæ ita conuenit, &c.* Nam & dum tesserarios ex Modestino intelligis, qui præcepta Imperatorum per contubernia significant, magis ea in inscriptione probauerim,eos accipi,qui frumētarij in vrbibus sint. Vlpianus [b]. *Si libertis suis tesseras frumentarias emi testator voluerit, apparet ex genere comparationis id fideicommissum Romano præstandū.* Paulus[c] de legatis & fideicommissis secundo. A Si Titio tessera frumētaria,aut militia legata sit. Meminit & tesseræ frumentariæ Tranq. tametsi me non lateat, alia quoque hanc dictionem significare: Vt igitur breuiter absoluam,non alio sensu in his elogiis accipiendam militiam existimo, quàm vt illud denotet, quod vulgò paraticū dicimus:sicut & apud Apul.lib.xj.Asini aurei: Quò tutior sis atque minutior, da nomen huic sanctę militiæ,cuius non olim sacramento etiā rogagabaris. Significat aūt collegiū Iliacorū sacerdotum. B Planè si in castris ea collegiorū nomina extitissent,nō essēt certè à Vegetio,vel Modestino hac in re diligentissimis scriptoribus prætermissa.Sed & in libello,qui eodem argumento Græcè circunfertur περὶ ὀνομασίας τῶν ἀρχόντων, nihil prorsus de illis offendes.quin & Cic.in vrbib. ea collegia fuisse ostēdit,in oratione(nisi fallor)aduersus Pisonem :Collegia nō ea solū,quę senatus sustulerat,restituta:sed innumerabilia q̄dam noua, ex omni fæce vrbis ac seruitio cōstituta. Caius: C Collegia,ait:Romæ senatuscōsult. cōfirmata q̄dam sunt:veluti pistorū , & quorundā aliorū, & nauiculariorū,qui in prouinciis sunt.Mediolani etiam hic tumulus est, D.M. EPITYNCHAN. M.M. SER. CISALPIN. ET TRANSALPIN. PATR. COL. NAVT. COMENS. HAERED. FAC. CVR. An tu nautas istos quicquam commune habere cum militib. dixeris? nisi fortè in lario tuo pugnatum credas. Cæterùm quomodo & interpretandos treis illos a- D pices, ser.existimes, scire ex te velim. nam seruum ne accipiam,illud facit,quòd seruis testamēti factio nō est,nec ab intestato hęredes. Sed & lex Solonis à iuris autore Caio, quem Boëthius quoq; in Topicis habet autorē,relata: Si, inquit,collegæ sacramētales,vel nautæ, vel frumentarij sint,quicquid ad negotiationē disponūt simul, irritū ne esto. Quòd igitur arbitraris dendrophoros fuisse,qui syluā cæderēt, & materiā deferri pcuarēt in castra: vt tibi nō assentiā, E in primis sit ea ratio,quā suprà pbauimus, ad rē bellicā collegia nō spectasse: q, Martia.tradidit. Verū & illud argumēto sit,q, aut eos accipis,q ipsi cædunt, deferuntque ligna: & hos calones esse ex Seruio, & aliis cognitum est : aut qui calonibus pręerant , & etymologia repugnat: cùm aliud sit arborem ferre, aliud ferentibus præesse. Non est igitur cur loco me moueam, & existimem dendrophoros ad rem diuinam non pertinuisse, cum arbores diis sacras fabel- F la Auiani demonstret: & Plinius libro duodecimo capite primo de arboribus loquens: Hæ fuêre numinum templa, priscoque ritu simplicia rura: etiamnum deo præcellentem arborem dicant. Item : Arborum genera numinibus suis dicata perpetuò seruantur. Et rursus: Ex arbore numinum simulachra fuêre.nam & eos esse arbitrari quisque poterit, quos Caius in Solonis lege thyasotas visus est appellasse. horum enim sacrificulorū collegium fuisse & ex Martiano reculi:& te nō latet,Romęquoque lectum fuisse collegium

b l. sed & si. §. si libertis. ff. de iudiciis.
c l.Titia.

legium

legium pontificum,ſicut & paſtophoros.Horus Apollo in Hieroglyphicis, ædium ſacrarum cuſtodes extitiſſe auctor eſt, non, quod tu arbitraris,ſimpliciter pallium ferentes: tametſi ſententiam tuã etymus defendat. Sed & dadophoros Dianæ ſacerdotes legimus, & eſchophoros in eſchophoriis feſtis ramos oliuarum Athenis ferentes,Suidæ,interpreti Ariſtophanis: & canephoros in ſacris Cereris, Callimacho Pauſaniæque. Verùm an hi collegium facerent, vix eſt vt adfirmem.ſolus noſtræ ſententię ſcrupulum iniicit Calliſtratus [a] de iure immunitatis, qui,Immunes, inquit, ſunt qui calcem coquunt, & qui ſyluam incidunt,& qui arborem cædunt,& torrent.vt dubitare hinc poſsimus, num dendrophoros intellexerit.ſed omnino nihil id ad militiam caſtrenſem:tametſi nec hi fortaſſe collegiũ aliquod habebant. Nec nobis aduerſatur quòd vexillarios, dolabrarios, ſcalarios legiſſe te dicis:nam hi ſpeciale ipſi collegium nõ faciebant: ſed potius aliorum acceſsionem quandam fuiſſe crediderim: cùm in tuis quoque collectaneis cliuio pacto adſcribat hic tumulus, L. APICIO BRVTIDIO, ET ALBVTIAE FILIAE CENTVRIAE CENTONARIORVM, DOLABRARII, SCALARII ORDINES: vt inde coniiciam, centonarios matricem ipſam ſocietatem fuiſſe,quorum ordines dolabrarij,ſcalariique erant.Sint igitur fabrorum,centonariorum, dendrophororumque principalia collegia: ſub quibus tamen alia artificum nomina continebantur.nam & in Rom.inſcriptionibus, in Chryſogoni æde, hæc eſt: MAGNO ET INVICTO IMP. CAES. VAL. CONSTANTIO, P. F. CORPVS CORIARIORVM, SOLEARIORVM. vnde exiſtimo magnarios artifices fuiſſe calcearios.qua in re quid ſententiæ tuę ſit,libenter velim ſcire: cùm & vox hæc apud Apuleium inueniatur,penes quem Beroal.magnarium, negotiatorem interpretatur, qui magnas res pertractet,magnaque mercimonia exerceat.Cæterùm neq; ſatis argumentum hoc tuum ꝓbo, dũ idcirco plura fuiſſe collegia Mediolani aſſeris, quoniam Comi ſint teſſerarij, dolabrariique. nam & ex plurimis conſtitutionibus, & ex prudentum reſponſis conſtat, collegia omnia prohibita eſſe:niſi quæ à conſuetudine,vel à principe probata ſint.quamobrem etiam quòd ea conſuetudo Comi fuerit, vt teſſerarij,dolabrarij, & id genus ſimiles, corpus aliquod facerent: non ideo tamẽ Mediolani feciſſe compertum eſt: cũ in huius vrbis palæotitlis ſolatrium collegiorum,fabricen.dendrophor. mentio reperiatur,ſicuti in Cremonenſi tantum municipio fabricenſes extitiſſe arbitror:quod Ammi. Marcel. libro quindecimo videtur oſtẽdere: qui ita dicti ſunt, quòd fabricam armorum,quam ibi Conſtantius Imperator habebat,curarent,armaque ipſi fabricarent:quod generaliter non permiſſum vrbib. Iuſtiniani conſtitutione docemur: veluti id collegium approbari Theod.& Valen.lex oſtendit, ſub tit.de hær.decu.vt fateri auſim, vt rectè hæc dignoſcantur,neceſſaria eſſe aliqua in Iure ciuili rudimenta.Verùm & quod à me petis, vt paulò diffuſius explicem, quæ mea ſit de collegio fabrorũ ſententia:exiſtimo fuiſſe artifices tenuiores,quales materiarij,ferrarij,ceriarij,idque genus ſimiles:quapropter cum ſub Domitiano etiam de rebus leuiſsimis ſenatum conuocari ſolitum oſtendere vellet Plin. Secundus in Panegyrico Traiani: De ampliando,inquit,numero gladiatorum,aut de inſtituendo collegio fabrorum conſulebamur. vbi interpres tuæ ſententię autor,collegiũ caſtrenſe exiſtimauit:quæ interpretatio & ex hoc confutatur,ꝙ non ſolebat ad ſenatum quicquam referri,quod ad milites pertineret,ſolũq; id ius imperatoriũ erat, ꝙ Tacit⁹ in Tiberij rebus oſtendit. Calliſtratus quoq; Iuriſcon.de iure immunitatis:Quibuſdã,ait,collegiis ſeu corporib.quibus artificij ſui cauſa ius coeundi lege ꝑmiſſum eſt immunitas tribuit,ſcilicet eis collegiis vel corporib.in quib.artificij ſui cauſa vnuſquiſq; aſſumit, vt fabrorũ corpus eſt, & ſi qua eandẽ rationẽ originis habent: quæ idcirco cõſtituta ſunt,vt neceſſariã operã publicis vtilitatib.exhiberẽt.Cæterũ & quã operã publicè vtilẽ præſtaret collegiũ fabrorũ, Cæcil. Plin. in epiſtolis ad Traianũ, luce clarius demõſtrat: qui cũ Nicomediæ vaſtiſsimum incendiũ Geruſian & Iſſon abſumpſiſſet,nulluſq; in publico ſipho,nulla hama,nullũ deniq; inſtrumẽtũ ad incẽdia cõpeſcenda eſſet,Traianũ rogauit,an inſtituendũ putaret collegiũ fabrorũ,dũtaxat hominum CL.Egoq;,ait,attendã,ne quis niſi faber recipiatur:neúe iure cõceſſo in aliud vtatur. ſed Traianus prohibuit,ꝙ dubitaret,ne ἑταιρεία, iſtæ perquã graues fierẽt, propter ſtudia factionũ. Inemendata eſt aũt eo in loco Aldi editio.ſignificat vox illa ἑταιρεία,ſodalitia, ſeu collegia. Sed & hamæ & ſiphonis meminit Vlp.de fũ.inſtruc. leg. vbi [b],Acetũ,ait,ꝙ extinguendi incendij cauſa parat,inſtrumentũ fundi eſt. Itemq; centones, funes,perticæ, ſcalæ,phormiones quoq; & ſpongias,& hamas, & ſiphonas contineri, pleriq;, & Pegaſus, aiunt. ſic em̃ ille: quãuis in vulgatis ꝓ ſiphone,ſcopę ſupponãtur,quę nullius omnino ſunt vſus arcendis ignib.Sed & ἄμη ſarculum eſt. meminit ſiphonis in hunc vſum & Iſidorus in etymologiis ſuis.Habebant aũt hęc collegia patronos ſuos,eligebãtq; potiſsimũ aliquẽ ex decurionibus. Extat Bergomi latiſsima menſa cũ hac inſcriptiõe.P.Mario Vot.Luperciano equiti Ro.equiti pub.omneis honores municipales adepto,iudici de ſelectis, ſacerdoti Cæninenſi, collegii fabrorũ,centonariorum,dendrophororum,militiæ Bergomatis patrono.cuius eximia liberalitas poſt multas largitiones hucuſque enituit,vt lucar aruinę redemptũ à republica ſua, vniuerſis ciuibus ſuis in perpetuum remitteret. huius tot & tã ingẽtia merita ita remunerãda cẽſuerũt, vt effigiẽ quartumuiri perpetua,veneratiõe celebrarẽt.loc⁹ decreto decurionũ dicatus.

a l.ſemper.

Fabricẽſes.

b d.l. quęſitum. §.acetum.

NOSOCOMIVM.multa ſunt hoc in ſignificatu corrupta vocabula,quę ſic in Iuſtin.Codice [c] emendanda ſunt. Noſocomium, vbi curãtur morboſi, valetudinariũ quidã Latinè appellãt.Prochotrophium,vbi nutriũt pauperes, ἀπὸ τ̃ πτωχῶ καὶ τρέφειν. Xenodochium,vbi hoſpites accipiunt:vnde vulgò hoſpitale dicimus.appellat & xenon: q̃ vox apud Sidoniũ quoq; reperit.Gerontocomiũ, vbi ſenes curant.τὸν γέροντα nemo ignorat pro ſene accipi.Brephotrophion,ab alẽdis infantibus:infans em̃ βρέφος dicit, τρέφειν nutrire. Orphanotrophiũ,ab orphanis. vox eſt Græca, qua ſignificat pupilli priuati patre. Aſsiſteriũ, legendũ aſceterion, ꝓ loco in quo alũt moniales, ἀσκητήρια, Nex⁹ apud Iuſti.de vſuc.trãsform.Nexus,ait Boethi⁹, iuris ſolẽnitas eſt,q̃ in Inſtutionib. Caius expoſuit,cũ res mãcipi vẽdunt, interueniũt.n. quinq; teſtes

c l.illud. C. de ſac.ſan.eccleſ.

teſtes ciues Romani puberes, & is qui libripens dicitur. is autem qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: hanc ego rem ex iure Quiritium meam eſſe aio: iſque mihi emptus hoc ære æneaque libra.deinde ære percutit libram, idque æs dat ei,à quo mancipiũ ſeu aliam rem accipit, quaſi pretij loco.quæ res ſine hac ſolẽnitate vendebat,erat mancip. Non refero id diffuſius:quãdoquidem nemini non dictus hic locus,etiã Cinum,Albericumq; Roſarum non præterit.

NVMMOS inueterales videtur accipere Vlp.de bonis dãm.pro modica pecunia, & pauci valoris,quæ in dies victus cauſa expenditur.ipſe exiſtimo corruptum codicem.

ORCINVS libertus [a] is creditur,qui directam libertatẽ accipit.quidam idcirco dici tradidere,quòd ab his manumittatur, qui ad Orcũ tendunt.nobis placet,vt orthinũ dicamus:quoniam ὀρθὸς directũ ſignificat.hinc orthodoxi, qui rectæ in diuinis ſunt opinionis:tametſi in Græcis ſcholiis Iuris ciuilis etiam ὄρκινος ἀπελεύθερος legatur,id eſt,orcinus,non orthinus.

a l.iij.de leg. tut.

OBSONIVM quidã legũt apud Pomp. de don.inter vir.& vxo.Non videtur facta mulier locupletior, ſi aut in obſonio,aut in vnguentis donatam ſibi pecuniam impenderit. quid ſi ozonium legamus odoramentumq; aliquod accipiamus, παρὰ τὸ ὄζειν ? ſanè obſonium quoq; pro ſtipẽdio militari accipitur Luc.in Euan. & Paul. in epiſto.vnde obſonia Iſelaſtichorũ Cæc. Pli.in epiſto.ad Traianum: vt mirum ſit,quomodo interpretis diligentiam id præterierit.

Parichus.

PARICHOS. Penſionarium ſignificat hæc vox in Authenticis Iuſtiniani, ἀπὸ τ̃ παρέχειν, quòd præſtet & exhibeat penſionem. Sed parechon ſeu parochum dicendum eſt. Eſt & apud Horatium:

Vertere pallor tum parochi faciem.

Verùm & alibi:

Proxima Campano ponti,quæ villula tectum
Præbuit,& parochi quæ debent ligna ſalemq;.

Nam cùm magiſtratus Romani in prouincias ibant,ſiue alij,accepto ſacro diplomate, diſpoſitis equis curſu publico vterentur:hi qui eos hoſpitio ſuſcipiebant, & qui equos dabant ſalgamũq; præſtabant,parochi etiã dicebãtur,vt Porphyrio & Acron atteſtãtur.hinc dictæ parochię, quorũ ſignificationẽ Ammian.explicuit,& ex recentioribus. Pompon. Lætus in Conſtantino: qui, Comitibus, inquit, & Ducibus,qui pro augendo Imperio conſenuerant, dabantur agri,villæq;,vt neceſſaria ſuppeterent, quoad viuerent, parochias vocabant.Parochos aũt Suidę ſignificat eũ, qui in currũ vti paranymphus aſcendat. Scribit Pauſanias,cùm noua nupta ad ædes mariti deduceretur,in currũ aſcendere ipſam ſolitã & in eius medio collocatam,ab vna parte maritũ, ab alia parochũ, qui ſibi affinitate proximus eſſet,accipere. Parricus verò nomen erat magiſtratus Romani:vnde apud Pomponiũ de origine iuris, quæſtores parricos legimus:quorũ etiam mentio apud Feſtum,& M.Varr. hic enim omnia erat,idem ſacerdos,prætor,parricus,denique idem ſenatus:ſic enim legẽdũ.Cæterũ Iuſtiniani verba de parocho hæc ſunt: Colonariũ ius eſt,veluti ſi domum valentem centum ſolidos,& præſtantem penſionem ſolidorum decẽ, aliquis acceperit ab eccleſia, vel pro ea ſolidos tres ſingulis annis ſe daturum penſionis nomine,vbi eam redemerit fortè minori pretio,ſpondeat; iſte autem appellatur πάροχος.De curſu publico,cuius Acron meminit,in annotationibus. Cod. plura à me dicta ſunt, vt meritò ſilentio nunc tranſigenda ſint.

Parricus.

PLVMBATARVM ICTVS. Sunt plumbatæ iaculi genus,cùm directa virga in capite ferrum apponitur,déin vndiq; tribuli plumbo affixi, vnde nomen datum: iaciuntur manu. Earum duo genera,tribulatæ & mãmillatę:quarũ formam diffuſius leges in Theodoſij officiis.

PENELOPE quinquies quaternos enixa filios traditur à Paulo Iuriſc. ſed antiqui codices,qui ante Accurſ.ſcripti ſunt, non Penelopen habent,ſed Peloponeſian,quòd ea mulier ex Peloponẽſo Græciæ eſſet.quã lectionẽ probo,idq; Plin.lib.vij.aſtipulante. Cæterùm de tantã mulierũ fœcunditate, Plin. Gel. & Alb. Mag.multa prodiderunt.Alioqui Penelopes filios ex Vlyſſe duos,tum etiam Pana, in Græcis autoribus legiſſe tantùm memini.

PROAVSTIVM. corrupta vbique dictio hæc eſt in Authenticis, & legendum eſt προάστειον, id eſt,ſuburbanum:vt mirum ſit,cur,quiſquis fuit,qui de Gręco ea tranſtulit in Latinum, vbique Gręca dictione vti maluerit,quam ſemel ſuburbanum dicere. ἄστυ enim vrbẽ ſignificat, & κατ' ἐξοχὴν Athenas.hinc apud Iuuen.

Ad ſummam non Maurus erat,non Sarmata, non Thrax,
Qui ſumpſit pennas,mediis ſed natus Athenis.

Dum em̃ Dædalum ſignificat,innuit ipſos Græculos viles eſſe & mediaſtinos, ꝙ ſic appellãtur, qui in vmbilico ciuitatis morantur omniũ obſequiis obnoxij:qua ratione in domib. quoq; ſunt mediaſtini. dictio eſt ex Græca & Latina voce compoſita.

PROGRAMMA, Græca vox eſt. πρόγραμμα ſignificat in iure,quod Latina appellat Vlpia. proſcriptionem [b], titulo de inſtitoria actione.capitur & pro edicto, vt in vita Auidij Caſsij Imper.legitur.

b l. ſed & ſi pupillus.

PROMERCALIS. Si in re promercali impenſæ factæ ſint,non voluptarias,ſed vtiles eſſe Paulus ſcripſit.Promercales res interpretatus eſt Angelus Politianus eſſe ſimpliciter res venales:hinc apud eum promercale imperium, in Herodiani translatione: quæ ſententia vulgò reprobatur:quoniam non generaliter venale ſignificat, ſed quod præter ſuos vſus venale paterfamiliâs habet,Catoni, Columellæ, cæteris. alioquin apud Paulum omnes impẽſæ vtiles eſſent, quæ in aliquã rem fuiſſent factæ natura ſua vendibilem:quod non probo.placet itaq; Baptiſtæ Pij ſententia.

QVADRATARII.marmorarios dictionẽ hanc ſignificare, ex Sidonio Apollinare, & Hieronymo aliâs admonui:ſicut apud Senecam quadratariam artem, epiſtolarum ad Lucil. lib. xj. marmorariam intelligo. cùm enim ſuperiùs de balneorum ornatu dixiſſet, quantum in illis ſtatuarum eſt,quantum columnarum: paulò inferius ita proſequitur:at olim pauca erãt balnea, nec vllo cultu exornata. cur em̃ exornaretur res quadrataria, & in vſum, non in oblectamentum reperta?quæ verba ſignificant, antiquis quoque marmorarios vſui fuiſſe, non ad oblectamentũ, ſed ad vſum : ſicuti & balnea: quamuis vtraque tunc ad magnificentiam ſpectarent. Alij ibi legunt quadrantaria res : quoniam ſic appellari balneariam artem exiſtiment, quòd quadrante lauaretur.hinc illud:

Cædit

Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

RHAPISMATA iniuriosa apud Iustinianum. significat rhapisma alapam, ῥάπισμα.

REPEDARE, reuerti significat Lucilio poëtæ, Nonio Gram. Eutropio hist. & in Cæss. constitutionibus. Sed & Paulus tit. de lib. & posth. [a] l. si quis posthumos. hoc verbo vtitur: *Diuersum, inquit, est, si in hostium potestate filius sit, & decesserit in eodem statu: rumpit enim in his casibus nepos testamentum. quòd si moriente auo filius repedauerit, non abscissum est, vt superiore casu fuerat.* vulgati omnes codices, non repedauerit, sed repudiauerit habent: quapropter maximæ tenebræ obuolutæ oculis interpretum sunt, vt vix seipsos extricēt. sed & ridiculus cōmentator est Bartolus, qui repedare, inquit, est à capite incidere. de cohort. lib. Cod. xij.

a declarata l. si quis posthumus. de lib. & posth.

SPECIES ad vectigal pertinentes hę nominātur Paulo Iuriscōsulto [b] de publicanis: qui locus quoniam corruptissimus est, ex antiquioribus codicibus ita erit restituendus: *Cinamomum, piper longum, piper album, folium pentaphyllon †, folium barbaricum, costum, costamomum, nardi stachis, casia thuriana, xylocasia, smyrna, amomum, gingiber, malabathrum, aroma Indicum, galbanum, lasser, agallochus, sarcocolla, onyx sabæus, cardamomum, xylocinamomum, opus byssinū, pelles Parthicæ, pelles Babyloniæ, ebur, ferrum Indicum, carpasum: lapis vniuersus, margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus, adamas, sapphirus, calamus, beryllus, cylindrus, opera Indica, vela Sarmatica, metaxa, vestis serica, vel subserica, vela tincta, carbasea, nema sericum, spadones, Indici leones, leænæ, leopardi, pantheræ, purpura, item pecorum lana succida, capilli Indici, &c.* Folium pentaphyllon existimo caltham significare: sicut barbaricū, baccār quibusdam denotat: tametsi eorū sententiam Plinius non probet lib. xxj. cap. vj. Xylocasia, myrrha: poterit aliquis existimare iunctim id legēdū, cùm Hipp. σμύρνης κασσίας τὸν καρπὸν in eo libro nominet, quē de mulierū morbis inscripsit: nobis separatim legere magis placet. Agalochus. hunc Aëtius medicus xylaloën vocat, à similitudine ligni aloë. Onyx Sabæus. Onyx seu vnguis, integumentum conchylij est Dioscoridi: nascitur in Indicis lacubus. est maximæ autoritatis qui ex rubro mari deuehitur, sicut & Babylonicus. Byssinum opus, à bysso, vti arbitror, dictum: huius lini maximū pretiū Plinius lib. xix. cap. j. refert. mentio est in Euang. Carpasum, nescio an id sit, cuius libro sexto meminit Dioscorides. Malabathrum. eius tres species folij appellatione cōprændi, medici autores sunt: indicio est & Galenus, Pliniusq;. Aroma sericum. id opinabitur aliquis, quod Plinius sericatum simpliciter appellat xij. capite xxij. sed tamen magis placet vulgata lectio, videlicet νῆμα, nema sericū: significat enim filū, quod apud Seras conficitur: cuius mentio Suidæ in verbo σηρική. Lana succida. alij codices habēt sic, pecorū lana fucus, quasi fucū nominet, tanquā vel radiculam intellexerit, qua se linunt mulieres: vel certè fruticem, cuius mentio Dioscoridi in iiij.

b l. interdum. §. species. de publica.

† Pentaspherum.

SACRA. Dubitatū fuit cur filij, qui in patris potestate sunt, dicantur esse in sacris patris in Iure ciuili: & ipse existimo id ea de causa introductum, quoniam lege duodecim tabularū, Iurisconsultorūq; interpretatione cauebatur, vt pater filiusq; hæres eadē sacra colerent: vnde cū de potestate filius exibat, à paternis sacris liberari dicebat. Verba legis hæc sunt: SACRA PRIVATA PERPETVA MANENTO. quæ interpretatur Cicero libro ij. de legibus. vt omnis ad quē patrisfamiliæ pecunia perueniret, is teneretur sacra illa celebrare. Refertq; Scæuolæ pontificis interpretationem, qua traditum est, quinq; modis astringi sacris hæreditatē. hinc Cæcilius in panegy. ad Thraianum: Non laturi, inquit, erant homines abradi aliquid bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorū deniq; societate meruissent. qui locus carmen quoq; Plauti declarat in Captiuis, vbi parasitus, Sine sacris, inquit, hæreditatē adeptus sum offertissimā: quæ enim agnatis defertur, tanquā sacrorum societate merita, non æquè placet, sicut quæ insperatò contingit extraneis. vt minimè παυσφαγιῶν illius ROTERODAMI sententiam omnino probem, prouerbiū id interpretantis, de sacris quæ in parentalibus defuncti celebrantur, prouerb. cclvij.

SANDALIVM. σανδάλιον Græcis calceamentum muliebre significat: vnde legimus Veneris sandaliū tanquā nimis stridulum à Momo repræensum esse. In pontificū decretalibus epistolis eodem sensu accipitur. est autē insigne dignitatis, sicut & pallium pontificium.

SYNTHESIS. Græcè cōpositionē significat in Iure ciuili. quandoq; vestis est saturnalitia, sicut & non vno in loco apud Martialē. Scæuola [c] de auro & argento legato. synthesim accipere videtur pro multis vestibus simul compositis: *Semproniæ, inquit, hoc amplius, coopertoria tibiana, † & tunicas tres cum pariolis, quæ elegerit, dari volo, quæro an ex vniuersa veste, id est, ex synthesi, tunicas singulas & palliola eligere possit.* videtur autem hîc Scæuola synthesim appellasse, quā vulgò libreā appellamus, cū indumenta eiusdem sunt coloris, & simul eodē tēpore induuntur: quē ordinē à segataria conturbari non posse ipse censuit. Eadē ratione, synthesim quoq; vasorū dici posse arbitror, cū plurima vasa simul cōponūtur, quæ alicui destinare amicus velit. vt inde non arbitrer synthesim vasis genus esse, quod Domitius apud Martialem Papiniūq; existimauit: sed nomen generale. quod multarū rerum cōpositionē notet. Martia. lib. j. Et crasso figuli polita cœno Septenaria synthesis Sagunti. Papinius: Vnam mittere synthesim quid horres, Alborū calicū atq; cacaborum? synthesim verò fundorū, corruptū arbitror pro σύγκτησιν, id est, latifundium, apud eundē Scęuolam de adimendis legatis: vbi, *Titia, inquit, testamento Seiam libertam hæredem instituit, & Pamphilo liberto suo prædia per fideicommissum dedit: in quibus σύγκτησιν* (id est omnē possessionē) *prædiorum, quæ appellabatur circa colonem, per epistolam* [d], *alias etiam res donauit in quibus & de Seia, & de Pamphilo ita locuta est.* Βόλομαι βεβαῖα εἶναι τὰ ὑποβεβλαγμένα ὅσα ἔφθασα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Παμφίλου πεποιημένα, ἐὰν σεῖα ἡ σύντροφός μου κληρονόμος μου γένηται· ἐξ ὧν γέγραφα αὐτῷ μέρος βόλομαι αὐτῇ δοθῆναι τὴν σύγκτησιν τὴν περὶ κολώνην. *quæsitum est, cùm Seia ex codicillis fideicommissum, id est,* σύγκτησιν circa κολώνην, &c. reponēda sunt hoc modo Græca verba: quæ tamen satis fideliter in vulgatis codicibus translata leguntur. meminit huius vestis etiam Martialis:

Synthesibus dum gaudet eques, dominisq; senatus,
Atq; decent nostrum pilea sumpta Iouem.

Quo in carmine existimauit Domitius synthesim sumptuosam vestem esse: ipse contrà vilem arbitror. Nam sciendum est, in Saturnalitiis diebus solitos esse seruos dominorum vestes induere: & rursus dominos pari conditione cum seruis esse: cuius rei autor est Macrobius. Sed & Lucianus in opusculo, quod κρονοσόλων inscribitur, ser

Synthesis.

c l. Titia. §. Semproniæ.

† Tabiana.

d l. alumnæ. §. Titia. de adimendis lega.

uos conuiuio illis diebus à dominis suis excipi ostendit: dominos cum amicis stantes, huiusmodi conuiuis ministrare, est autor. vt meritò Martialis Saturnalia describēs, eo tempore equites gaudere synthesib. dicat, hoc est, vilib. indumētis, quæ magis seruis conuenirent: & senatū gaudere dominis: quoniam senatores ipsi propriis seruis tanquam dominis ministrabant: sed & imperatorem pileo vti, quod tegumen seruo conuenit, qui in libertatem deducatur. Legendum itaque est, non dominus senatus, sed dominis, ablatiuo casu: sicut & in sequenti carmine, Gelidum latus ædilis appellat, quòd vestem seruilē indutus esset: non enim legēdum est, gelidos lacus, vt vulgò creditur. Cæterùm & vilem vestem synthesim esse ex Trāquillo dignosci potest, qui synthesinatum discalceatumque iuisse Neronē, per lasciuiam quandoque autor est.

Martialis explanatus locus.

SERMO LATINVS. Dubitatum fuit, num apud veteres Romanos illud esset loquendi idioma in vsu, quo in præsentia vulgò omnes per Italiam loquimur: quaque dialecto Dantes Alingerius, Petrarcha, Ciccus atq; alij rhythmos scripsēre: & Leonardus Aretinus, Poggiusq; etiam tum vulgari sermone vsos antiquos existimauerunt. Contrà disseruit Philelphus epistol. libro nono & rursus xxxvij. cuius sententiam omnes docti inpræsentiarum probant. Fuisse enim sermonem qui Latinus diceretur, non æquè cōptum, sicut alium, qui ex traditionibus grammaticorum constabat. vulgum itaque Latinè loqui solitum, sed non salua ratione recti sermonis: doctos verò viros etiā grāmatices documēta seruasse. Verùm priorem sententiam videtur posse aliquis ex Triphonij Iurisconsulti responso adiuuare, qui, *Decreta* [a], inquit, *à prætoribus Latinè interponi debent.* quasi denotēt potuisse & vulgariter interponi. Sed & Procopius Persici libelli libro secundo. Stratam apud Romanos viam significare autor est: quod in vulgari idiomate verum est, in Latina falsum: vt meritò vulgarem apud eos linguam fuisse credi possit. Idem libro quarto signiferū Romano sermone bandophorum dici scripsit: cùm id de vulgari locutione, non de Latina trahatur. Sed tamen cùm Procopius sub Iustiniano floruerit, quo tempore exciderat Romani sermonis puritas, nō existimo à Philelphi sententia discedendum, qui plurimis auctorum elogiis rationibusque partes suas tuetur: cuique nos Apul. adstipulari credimus libro ix. Asini aurei: Interrogauit, inquit, miles dominum meum, quorsum vacuum duceret asinum. at dominus meus Latini sermonis ignarus, tacitus præteribat: quapropter cum à milite deturbatus esset hortulanus, supplicuè respondit, sermonis ignorantia, se quid ille diceret scire non posse: igitur, subiiciens miles, vbi, inquit, ducis asinum istum? respondit hortulanus, petere se proximam ciuitatem, &c. Ex quibus verbis constat, elegantiorem illum sermonem, qualis est, quorsum ducis vacuum asinum? Latinum esse, nec nisi à doctis solitum intelligi: at alium barbarum, vbi ducis asinum? etiam tali in vsu fuisse, vt vel hortulani illum intelligerent, & ita loquerentur. qua ratione & apud Celsum Proculus ait, sępe audisse rusticos senes ita dicētes, pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes quod præsidij causa reponeretur. cùm enim in Latinæ dictionis significatione, & rusticorum vsus à Iurisconsl. allegetur, nónne apertissimè demonstratur Latinum sermonē etiam indoctis communem extitisse? Aliter itaq; Triphonij responsum accipiemus quàm Accursius fecerit: quippe ille omnia decreta Latinè interponi iubet, non barbarè & incomptè, vt etiā apud Græcos Latina decreta ex eius responso proponenda sint. quod minimè mirum esse debet, cùm omnes Romano imperio subditi, Romanam linguā ediscerent: quod etiā Strabo scripsit.

a l. decreta. ff. de re iudi.

SYNEDRIA Iudæorum in constitutionib. interpretare synagogas & conciliabula: συνέδριον enim id denotat. Synedrias verò naues apud Vlpianum [b] nauiculas illas interpretabitur fortasse aliquis, quæ spatiandi causa factæ sunt, in quibus sunt sellæ & sedilia: quandoquidem Suidas συνεδρίαν τῶν καθέδραν interpretetur. nihil decerno, cum in emendatioribus ἐπιβάδες legatur. i. consensoriæ & transportatoriæ naues.

b l. j. §. nauem. de exer. act.

SPVRIVS à Gręca dictione spadon dicitur, vt scribit Iustinianus [c] corrige σποράδην, id est, passim, vulgò, & sparsim. hinc Sporades insulæ dicuntur. omitto quę ad hanc rem pertinentia scribat Plutarchus.

c §. si aduersus inst. de nup.

SPHÆRISTERIVM hypocaustum, succulam alij declarauerunt.

TITVLVS pro tractatu non ponitur, licet quidam etiam ex doctis nō abhorreant à tali vsu, Persium fortasse imitantes, qui non absimili significatione rubricam posuit:

Excepto quod Masuri rubrica notauit.

Quapropter & nos censuimus aliquid cōsuetudini dandum: quod & in significatu legis fecimus, Valla etiam reclamante.

TRACHÆA prouincia, lib. xij. Cod. de milit. veste. & rursus titulo de diuersis officiis, pars est Ciliciæ, idcirco τραχεῖα dicta, quasi aspera, & petrosa. emendandus est etiam post tot annotationes Tranquillus in Vespasiano, vbi Thraciā, inquit, Ciliciam, & Comagenem ditionis regiæ vsque ad id tempus in prouinciarum formā redegit. legendū est Trachæam Ciliciam, iunctim: cuius lectioni incolumitatem seruat adhuc Sex. Aurel. Victor, in Vespasia. Syria Palæstina, necnō Cilicia Trachæa & Comagene, quam Augustofratensem nominamus, &c. de Thracia enim intelligi nō potest, cùm ea eiectis regibus in prouinciæ formam redacta sit, non sub Vespasiano, sed sub Claudio: vt Eusebius in Chronicis testat.

TRVLLÆ. Vas est aquarium vinariūque: sicut & trua. Paulus de fundo instr. lega. Trullæ, inquit, quæ circa cenum solent traiici. puto legendum circa ahenum: quòd cùm ahena vasa essent maiora, ab eis latex extraheretur cū trullis Iuuenalis:

—Ridere paratus,
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

VASA VINARIA. Vasorum nomina plura celebrantur Iurisconsultis: inter quæ illud ignotum, quod ancones appellant. Ipse vel angones lego, quod ἄγγος vas Græcis sit (sunt & angones ex genere telorum) vel potius ambones: poculi id genus est Iul. Polluci. Sunt & apud eos vectiones, quas vehetes opinor à vehendo: sunt sextaria, sunt lagœnæ, tum doliaria congiariaque, sunt & aquaria & aquiminaria. Sed & apud Grecos craterū nomina: κρατήρ, κύμβιον, ἔκπωμα, ποτήριον, κοτύλη, κώθων, κύλιξ, κυλικεῖον, χυβίδες, ἡμίτομα, φιάλη, κοτύλον, λέβης, ἄλεισον, κάλπις, ἐλέφας, κύαθος, βησίκαλες, κάδος, καδίσκος, ἀγγεῖον, κάνθαρος, λύπιλλον, καρχήσιον, κάλπιον, σκάφιον, κύλιξ, κισσύβιον, κελέβιον, δέπας, κέρας: Ad hæc μελιάστριον, λεκάναις,

καὶ βαυκάλιον. Sunt & alia curiosè ab Athenæo, Iulioque Polluce collecta, quę singulatim referre pręsentis non est instituti.

YCONOMVS. Vbicunq; sic scriptum reperies emenda œconomum : hinc œconomica Aristotelis dicta. significat curatorem domus.

ZOSIMVS [a]. Celebrat monachum Zosimum Lycium Iustinianus in Authéticis: traditque annos tunc viuentem centum & viginti, animo nihilominus corporeque vegetum. Fuit & alius Zosimus Alexandrinus philosophus, q ad Theosebiam sororem libros xxviij. scripsit: quorū titulus est χειρόκμητα, id est, manufacta. Sed & Zosimum & Gazeū nominat Suidas, qui sub Anastasio dictióes rhetoricas, & enarrationē in Demosthenis orationes edidit. Alij tradunt fuisse Ascalonitam. Ad Zosimum quoque noscio quem primatē scripsit Aeneas rhetor. Celebrat & Plin. Cæcil. libertum suum Zozimum.

[a in auth. de monachis §. j. collatio j.]

ZYGOSTATES. In constitutionibus titulo de ponderatorib. lib. x. eum [b] significat, qui ponderum rationem tenet. curatque per ciuitates, vt mechanici iusto pondere mercimonia vendant. ζυγὸς Gręcis stateram significat: vn de zygostatica libra.

[b l. ij. C. illo titu.]

* * *

ANDR. ALCIATI MEDIOLANEN. IVRISCONSVLT. CLARISSIMI PRÆTERMISSORVM LIBER SECVNDVS.

SVPEREST alius libellus, & ipse his necessarius, qui iuris ciuilis disciplinam, μετὰ τῆς παιδείας iungūt, & in vtraq; professione se exercent: quorum studium, & diligentiam semper ipse probaui: cùm alioquin qui solùm ius ciuile ex vulgatissimis nostris interpretibus didicerit, non multùm his sit dissimilis, qui diuitias quidem aliquas possident, sed artem fruendi ignorant. Hunc igitur ita compegi, vt quæ dictiones Græcè sparsim per Digestorum varia responsa à Iurisconsultis referūtur, & impressorum incuria de impressis voluminibus sunt omissæ, in suum ordinem restituantur. Non exigo hîc, vt operam quisquam nostrā aut probet, aut laudibus extollat: quandoquidē nec mihi ipsi hoc in opusculo satisfaciam, quòd summa cum celeritate à me, tum ferè puero conditū mihi excidit, priusquàm suprema illi apponeretur manus. quòd si nunc retractare voluissem, nō aliqui colores addendi, sed nouū planè corpus faciendum fuisset. quam curam ne subirem, occupationib. certè nimiis phibebar. malui itaque sic edere, vt etiam studiorū nostrorum rudimenta publicitus possint agnosci. Tu certè Minuti (quę humanitas est tua) scio, laudabis, neq; scholia hæc qualiacunque nauci pendes, quāuis vel recentiorum quorundam exemplo, etiam leuissimas obseruationes non dubitauerim his annotationum libris inserere.

IN PRIMIS, in ipsa liminari Digestorum pagella, elegans appositum est epigramma, qđ ex archetypo Florentino primus in lucem edidit Politianus, mox secuti alij. hoc autem huiuscemodi est:

> Βίβλον ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε,
> τὴν * ῥα τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆϊ,
> οἷά τις οὐρανίῃ παναίολον ἀσπίδα τεύξας,
> ᾗ ἐπιμαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων,
> ἄνθρωποι δ' ἀσίης τε δ' εὐρώπης τε λιβύης τε,
> ἄρχοντος τε τίθενται ἐπὶ σημαντορσιν ἔργον.

[* ὃν Pand. Flo.]

Nos autem vtcunque ita Latinum fecimus: non quidem vt transmarinam illam Venerem reddat, sed vt Græca ignorantes, qualemqualem eius sensum recipiant:

> *Iustinianus opus princeps hoc edidit, omnis*
> *Quod Tribonianus rectori condidit orbis:*
> *Tanquam aliis variam componens aspida magno*
> *Alcidæ, namque hic fulgent mira omnia legum:*
> *Ast Europæ, Asiæq; homines, Lybiciq; subacti,*
> *Cuncta gubernantis domini præcepta sequuntur.*

IN PROOEMIVM.

SED *quia solitum erat, anni quarti studiosos, Græco & consueto quodammodo vocabulo, ircos appellari, &c.* Politianus ex archetypo legit, λύτας appellari. Et inferius, quin ti anni studiosos, non coloritas, vt in impressis est codicibus, sed προλύτας legit: verū minimè explicat horum nominum rationē. nā preces (hoc enim significant λιταί) nil mihi videntur habere commune cum studiosis quarti, quintiue anni. quare legendum est λύτας per ὑψιλον, vt intelligamus solutores, quòd legum modos iā soluere possint: προλύτας verò, quòd lytis præstēt: vt antecessores sint, quos Doctores regentes vocamus: prolytę, qui licentiati: lyte, qui Baccalaurei. In eodem proœmio iuxta finem, *apud Homerū patrem omnis virtutis, Diomedes & Glaucus inter se faciūt, dissimilia permutantes.* addendus est hic versus:

[Lytæ.] [Prolytæ.]

> Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων

Proq; nouem centum, pro ferro tradidit aurum.

Sumptum est ex Iliados vj. vbi singulari certamine dimicaturi Glaucus Lycius, & Diomedes, cum Glaucus progenitores suos enarrasset: Quin tu, inquit, Diomedes, mecum potius beneficiis quàm armis certas, & ex hoste fis hospes? cuius in rei signum permutemus arma. hinc annuētis Glauci stultitia fecit locum prouerbio, de inæquali permutatione, cùm eius centum boū pretio censerentur, Diomedis nisi nouem. Cicero ad Attic. lib vj. Habes ad omnia, non vt postulasti, χρύσεα χαλκείων. meminit & Plin. nat. Hist. lib. 33. cùm de commerciis loquitur. & Gel. lib. ij. quin & Martial.

> *Tam stupidus nunquam nec tu, Glauce fuisti,*
> *Chalcea donanti, Chrysea qui dederas.*

Plin.

Plin. Cæc. epist. lib. v. Recipies, inquit, epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidam solertiam Diomedis in permutando munere imitantes. Res hæc quidem ex autoribus satis protrita, quam tamen ignorauit Accursius.

DE IVSTITIA ET IVRE.

IN LEGE, ius ciuile. in fine, *Fonai mondi*, Si quis parum à veteri lectione velit immutare, is legat φωνῇ μόνῃ, quasi solam vocem dixerit: ipse tamen malim τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι*, οἱ δὲ ἄγραφοι *, qđ idem est quod non scriptum, & ius scriptum: vtrunque conuenit & hîc, & institutionib. vbi par est menda. Sanè tabulæ, in quib. leges describebantur, apud Athenienses κύρβεις dicuntur: erant autem quadratæ & varias delictorum pœnas cō plectebantur. mentio harum apud Aristophanē. Luciano dicunt ἄξονες. meminit Plut. in Solone.

[*Pand. Flor. ita habent.]

DE ORIGINE IVRIS.

LEGE SECVNDA. vbi de Sempronio verba fiunt, quem populus Romanus Sophyn appellauit. corrige σοφὸν, id est, sapientem: cuius mētio frequens apud Liuium in bello Macedonico. Parua hæc vtiq; emendatio: sed quā tū Egnatius, vir doctissimus, subracematióib. collocarit.

DE LEGIBVS.

LEGE II. *Nam & Demosthenes, &c.* Quæ inde sequuntur. Græca sunt, sumpta ex oratione Demosthenis, quæ in Aristogytonem prior inscribitur: τοῦτ' ἐστὶ νόμος ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν †, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει. Latina aūt subdita sunt hac in lege ab aliq ex recētiorib. nam vetustissimi quiq; codices, hoc in loco lacunam quandam habent, quę hisce Gręcis literis est implenda. Gręca primus ædidit Budæus. Quod autem dicitur ἐπανόρθωμα τῶν ἁμαρτημάτων, huic alludit Græcum elegans distichon in sicarium:

[†θεῶ. Pan. Flor.]

> Γῆν με καταχρύπτεις, ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶντος,
> ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.

> *Me sepelis tanquam nemo conspexerit: atqui*
> *Iustitiæ ipse oculus omnia facta videt.*

Quapropter Apuleius libro iij. cùm insimularetur clàm tres homines occidisse, iustitiæ se oculum testatum tradidit, memor huius (vti arbitror) epigrammatis. Sed & de iustitiæ oculum idem meminit lib. ij. Circunfertur & Græcè is versiculus:

[Iustitiæ oculus.]

> ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

> *Est iustitiæ oculus, qui vbique prospicit.*

Cui non absimilis alius:

> ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.

> *Acutus oculus est Dei, videt vndique.*

Quod autem sequitur. *Chrysippus in libro quem fecit*. adde, me autore, περὶ νόμου,* Chrysippum enim librum de legibus scripsisse autor est Laertius: quem hîc cùm ab Iurisconsulto citari verisimile est, tum ex indiciis veteris scripturæ coniectaui.

[†ita in Pan. Fl.]

IN LEGE TERTIA. *Iura constitui oportet, vt ait Theophrastus, in his quæ entomia frequenter accidūt.* Alij hîc legunt, automata, id est, spontanea & casualia, quæ lectio incongrua est, nec sensui legis admodum conueniens. Budæus dicit se in archetypo Florentino hunc locum ita annotasse, in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non in his quæ ἐκ παραλόγου: id est, in his quæ plerunque accidunt, non quæ præter hominum sententiam, Sed & existimabit aliqs dictionē, entomina, ab

radendam, & reponēdum θαμινὰ, vt quod sequitur, & frequenter interpretatio sit Græcæ vocis. ita enim à veteri vulgataq; lectione minimum discedimus.

IN LEGE FRAVS. *Et quod distat verbum ab intellectu, &c.* Accursius admonet, Græcè locutum hîc Iurisconsultum. quare explosis illis verbis, reponēdæ sunt hę voculæ: & quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc est, dictum à sententia. Hunc sanè locum debemus Politiano, sicut & sequentem.

IN LEGE OSERVARE. de offic. proconsul. *Hoc obseruare oportet, vt per eam partem quis prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est: quam Græci appellant, siue, &c.* reponenda sunt hæc verba, quas Græci ἐπιδημίας appellant, siue κατάπλουν, obseruare, &c. ἐπιδημία enim est accessus ad ciuitatem plerunq; obseruari solitus: κατάπλους ad nauigationem & portum significat. vt intelligamus Iurisconsultum loqui de vtroque itinere, tā terrestri, quàm maritimo. Itē paulò inferius in hiāti loco repone, καὶ τὴν μητρόπολιν† Ἔφεσον attingere, id est, metropolim Ephesum. huius enim consuetudinis etiā meminit Pli. in epistolis ad Traianū.

[† καὶ τῶν μητροπολίων. Pan. Fl.]

IN LEGE SOLENT. sic legendum est: quantum ad xenia pertinet, audi qđ sentiamus: Græcum prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε παν- †, οὔτε παρὰ πάντων. quod autem sequitur, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus, est Græci ipsius adagij translatio. restitutus est autem hic locus in Miscellaneis ex archetypo.

[†πάντοτε. Pā. Fl.]

DE EDENDO.

EX L. VELVTI. Dum Iurisconsultus declarat quomodo, iterum, duo significata habeat, ita Græca illi verba repone, vt primò δεύτερον* legas, id est, secundò: in sequenti autem πάλιν, id est rursus. alia interpretatione locus hic non eget satis clarus.

[* δεύτερον. P. Fl.]

DE PACTIS.

L. IVRIS GENTIVM. *Esse enim contractū Aristo. adiicit* ἀνονόμαστον. * sic reponi potest dictio Græca, quæ significat innominatum, & carētem nomine. in aliis codicibus legitur συνάλλαγμα, & melius, vt alibi disseram.

[* συνάλλαγμα. Pand. Flor.]

DE HIS QVI NOT. INFA.

L. ATHLETAS. *Designatores autē sunt, quos Græci appellant.* addēdū est Gręcū nomē, βραβευτάς. ita enim appellari hosce præsides ludorum, autor est Iul. Pollux. Potes & hîc legere ἀθλοθέτας, quod idem significat apud Arcadium in l. vlt. de mune. & hono.

NAVTAE, CAVP. STAB.

LEGE PRIMA. *Et sunt quidam in nauibus, qui custodiæ gratia præponuntur: vt diætarij* † legendū est, vti arbitror, Græcè διαιτοφύλακες, vt intelligamus custodes nauis, qui non pretio cōducti, sed solo victu nauem custodiebant, vt sit vox composita ἀπὸ τῆς διαίτης, id est à victu & οὖρος. οὖρος. n. custodē significat. Homerus lib. nono, ἤ τιν' οὖρον Ἀχαιῶν, & pſertim in naui: quoniā ὅρμος stationē nauiū significat: vnde & οἰκουροί, domus custodes dicūtur. Cæterùm textum hunc quemadmodum aliter tractari possit, alio loco explicaturus sum.

[†ναυφύλακες, et diætraij. Pā. Fl.]

DE IVDICIIS.

L. HAERES ABSENS. *Et quasi à viatore emit, vel ab eo qui transuehebatur.* in annotationibus Politiani legitur, vel ab eo qui παρέπλει, † id est, prænauigabat: quæ lectio est vetustis codicibus approbatur quibusdam.

[†παρέπλει, P. F.]

SI PARS HAERE. PET.

LEGE, ANTIQVI. in fine. *Aßignauerunt tota pars: & hoc dicunt, ait* Theophrastus. post verbum, aſsignauerunt, verba ſequentia ſunt abradenda, atque ita legendum, τὰ γὰρ δίκαια ἐν τοῖς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καθιστάναι δεῖ, οὐκ ἐν τοῖς ἐκ παραλόγου, vt ait Theophraſtus*. id eſt, iura vt plerunque conſtitui oportet, non vt ex inopinato. meminit huius dicti M. Cicero libro quinto de finibus bonorum & malorum. Locum hunc reſtituit Budæus.

*τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται Pand. Florent.

DE SERVO CORRVPTO.

LEGE PRIMA. *Sed perſuadet* Græcè, *&c.* Repone καταπείθει, illud .n. pſuadere ſignificat. Locũ hũc ſic correxit Catellianus Cotta, vir ſingularis eruditionis. Græcus tamẽ atq; idem innominatus legum interpres, qui apud me eſt ſecundum ordinem alphabeti, δόλον inquit, ὑποφθαρέντος αὐτοῦ ἢ ἀγωγὴ ἁρμόζει κατὰ τοὺς τρόπους διαφθείροντος οἰκέτην, ἢ ὑπονουθετοῦντος αὐτόν, ἢ συμβουλεύοντος κλέψαι, ἢ ὑποδεχομένου αὐτόν, ἢ ἕτερόν τι πράττοντος πρὸς διαφθορὰν αὐτοῦ id eſt, Serui corrupti actio competit ſecundum modos corrumpentis ſeruum, ſiue admonentis ipſum, ſiue conſultantis furari, ſiue recipientis eum, ſiue aliud aliquid facientis ad corruptionem ipſius. quare fortaſſe hic legendum eſt, ſed perſuadet, Græcè ὑπονουθετήσῃ καὶ συμβουλεύσῃ. vt Iuriſconſultus non tã expreſſerit Grecè ſignificatum perſuadendi, quã voluerit oſtendere dictiones medias, quæ in vtranque partem poſſunt capi, & vt grammatici dicunt, τὰ μέσα. in Pandectis certè Florentinis legitur, perſuadere, τῶν μέσων eſt, &c.

DE INSTITORIA ACTIONE.

LEGE, CVICVNQVE. *Item ait ſibi libitinarius, quem Græci vocant, ſeruum policitorem habuerit.* legendum pollinctorem, & in vacuo illo loco, ταφέα,* reponẽdum, vt ſentit Budæus. in priorib. adnot. hic Albucius tamen Aurelius ἐνταφιαστὴν mauult, cui antiqui codices conſentiunt.

*νεκροθάπτας. P. Flor.

DE CONTRAHENDA EMPT.

LEGE PRIMA. Tres hic loci ſunt Græcis literis vacui atq; inanes: quorum primus ita ſupplendus eſt: adducit etiam Iuriſconſ. auctoritatẽ Homeri Iliados libro vij.

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Cæſarie inſignes redimebant vina Pelaſgi.
Aere alij, ferro quidam lucente bouillis
Tergoribus quidam, bubus plerique, ſed ipſis
Mancipiis alij.

In ſequenti verò lacuna hæc ſunt reponenda ex Iliados Homeri lib. vj.

ἔνθ' αὖτε γλαύκῳ κρονίδης φρένας ἐξέλετο ζεύς,
ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν *
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

*ἀμείβων. Pand. Flo. ἄμειβε Bud.

Iuppiter eripuit ſenſus de pectore Glauci,
Aurea Tytidæ qui amens mutauerit arma,
Pro factis ex ære, bouesq; valentia centum,
Pro his quæ fuerant bubus pendenda nouenis.

Tertio autem loco & hoc curioſum lectorẽ nõ pigeat inſcribere, ſumpta ex Homeri Odyſſea libro primo:

τήν ποτε λαέρτης * πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν
πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν, ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν.

Hanc propriis rebus Laertes emerat olim,
Vigintiquinque boues prompſit pro pube puella.

* Dimidiũ primi verſus referunt Pand. Flo. πρίατο, &c.

LOCATI.

L. SI MERCES. §. vis maior. ait illic Caius iuriſconſ. *Vis maior eſt, quàm Græci exbibitiam appellant.* qui quamproximè velit impreſſę lectioni accedere, is neceſſe eſt reponat, ex puncta futili illa dictione, exhibitiam, ἐξαίσιαν βίαν id eſt, vim indecentem, vaſtam, inuſitatam. Sed fortaſſe verius eſt ſcripſiſſe Iuriſconſultum θεομηνίαν, id eſt, iram diuinam: vel, quod idem valet, μήνιμα, ſeu μῆνιν θεῶν. In Pandectis Florẽtinis legitur θεοῦ βίαν. videntur enim Græci tempeſtates, procellas, ſi-A miliaq; mala, diuinæ iræ adſcribere. Homerus.

ἤματ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
ζεύς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ.

Menſe ſub autumni ingentes cùm Iuppiter imbres
Iratus, miſeris mortalibus æthere fundit.

Quorum carminum ideo libentiùs facio mentionem, quoniam à Cicerone ad Q. Fratrem epiſtol. lib. iij. in ea quæ, Romæ, & maximè Appia, incipit, allegantur: ſed ſcriptoris vitio deſi-B derantur in codicibus. Hinc Appollonius Argonaut. primo.

ζεὺς δ' ἀνέμου βορέαο μένος λίνυσεν.

Appellat enim iram Boreæ, quod validiſsimus ruat. quin & Val. Flac. Argonaut. lib. iiij.

Quippe nec extorrem tantum, nec lucis egentem,
Ira tonantis agit, Typhonides harpyiæq;.

Finxit enim poeta, harpyias eſſe ira tonantis ad uerſus Phyneum impulſas: & iratam terram cœleſtibus produxiſſe gigantas, fabulæ tradũt quęcunque enim mala maxima oriuntur, deorum i-C ræ ſolent adſcribi. & Teophraſtus haſce tempeſtates, ſterilitates, & ſimilia, quæ non vitio terrę, ſed ex cœlo proueniunt ἀπὸ τοῦ δαίμονος αἰτίαν appellat, id eſt, cauſam deorũ numine vrgentem. quæ autem ſit vis maior, quoniam & hoc recentioribus ignoratur, qui ſcire velit, is legat Plinium libro xviij. de ſterilitatum cauſis.

DE AEDILITIO EDICTO.

LEGE PRIMA. §. ſed ſciendum. *Ego puto,* D *ædiles, tollendæ dubitationis gratia bis idem dixiſſe.* In medio reponẽda eſt dictio, ἐκ παραλλήλου, id eſt, per alternitatem, ſiue (vt vertit Gellius) ex geminatione. Locum reſtituit Budæus in priorib. hic, & ideo illa habenda eſt gratia. In Pandectis tamen Florentinis κατὰ τὸ αὐτὸ legitur.

L. & quantum intereſt inter hæc vitia, quę Græci. hic locus in Pandectis Thuſcis emendatus fuit, vt in diſpunctionibus annotaui, atque ideo recurrendum.

E LEGE, *Idem ô filius. vbi homo neq; matutino tempore videt, neque veſpertino, quod genus morbi Græci* νυκτάλωπα *vocant.* voculam hanc Græcam reſtituit Hermolaus in corollario Pliniano, quem & alij ſunt ſecuti.

EX EADEM l. §. fi. & antriphus. quid ſignificet triphus, ſcriptores variis locis addubitant: corriguntq; quidam ἄφθιφος, id eſt, habẽs apthas: alij atypus* alij aliis modis. Quid ſi nos legamꝰ, tripheros, ſiue τρυφερὸς, vt intelligamus mollitie F quadam blæſos? Galenus in aphoriſmis Hippocratis: Sicuti ψελλίζεσθαι, id eſt, balbutire, linguæ vitium eſt, non vocis: ſic & τραυλίζειν, eiuſdem verbũ ſignificationis in ſermone Græcorum, non potente lingua exquiſitè eas dearticulare voces, quæ per t, & r, proferuntur: qualis eſt hæc ipſa, traulosis. & hæ aliæ ſimiles, trechi, tribi, trachi, trochos, tricheros. Fortaſſe igitur ad ſimilitudinem traulosis, potuit Iuriſcõſultus appellare triphos, vel potiꝰ tripheros, hoc balbutiẽtes modo, qui t, & l, pro tr pnuntiãt. Laborauit ſimili vitio Alcibiades, vnde de labdaciſmo eſt orta parœmia. nos eos vulgò dicimus terebellare, hoc eſt, τερυπᾶν: vnde fortè hæc vox, quòd videlicet huiuſ modo balbutientium lingua dum loquitur, terebrum imitetur. Hoc modo corrigendus quoq; Gellius lib. v. tametſi hac in re certam non profe rimus ſententiam, ſed ſolùm ſtudioſo opinionẽ noſtram, tanquam diligentius ſcrutari volenti, anſam damus.

*Vt Pand. Flo. quarum lectio verior eſt, eſt autem ἄτιπος. qui non ſatis expedito plectro linguæ vtitur.

DE TESTAM. MILITIS.

LEGE PRIMA. in fine. *Milites* à numero mille hominum dicti, à Græco libro tractum* χίλια. *nam Græci mille hominum multitudinem,* χιλιαστὺν *vocant, quaſi milleſimum quenque dictum: vnde ipſum ducem* χιλίαρχον *appellant.* reponendus eſt Græcus ſermo ita, vt voces illæ penitus nullius ſenſus, inducantur, deleanturque. Tribunum autem militũ ſignificat chiliarchos. Potes etiam hic legere μέραρχον. nam vt Aurelianus in libro de inſtruendis acieb. tradit, duæ cohortes quingentariæ, merarchiam, id eſt, cohortem milliariã faciũt, hominũ M. xxiiij. B centuarium lxiiij. cuius prefectus dicitur merarchos, id eſt, tribunꝰ maior. prima lectio plus placet. In Grecis ſcholiis περὶ ὀνομασίας τῶν ἀρχόντων. id eſt, de nominibus principum, ſeu ductorum, habet mentio etiam chiliarchi.

*Miles aut appellatur vel à militia, id eſt, à duritia, quam nobis ſuſtinet à multitudine, aut à malo quod arcere milites ſolent à numero mille hominum ductum à verbo Græco ductum à Tagmate: nam Græci mille hominum multitudinem τάγμα appellant. Pand. Florent.

DE LEGATIS PRIMO.

LEGE, AB OMNIBVS. *Iulianus notat, ſi teſtamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, vera ratione dici poteſt legatum deberi: quia conditio pro nõ* C *ſcripta habetur.* In vacuo ordine adſcribere Græcã dictionem ἀδύνατος id eſt, impoſsibilis. Cicero epiſtolarum famil. lib. ix. Me περὶ δυνατῶν ſcito κατὰ διοδώρου κρίνειν, id eſt, de poſsibilibus ſcito me ſecũdum Diodorum iudicare.

DE LEGATIS TERTIO.

L. CVM QVIS DECEDENS. §. Titia honeſtiſsima fœmina cum in negotiis ſuis opera Callimachi ſemper vteretur, qui ex teſtamento capere non poterat teſtamento manu ſua fa- D cto, ita cauit: Τιτία διατίθεμαι*, καὶ βούλομαι δοθῆναι καλλιμάχῳ μισθοῦ χάριν δηνάρια δύο *. id eſt, Titia teſtamentũ condidi, & volo denẽ Callimacho mercedis gratia denarij duo. Locum ex Pandectis Florẽtinis reſtituit Pollitianus.

* διέθεμην. Pãd. Flo.
* μύρια. Pand. Flo.

LEGE, LIGNI. §. lignorum. *Quid mirum? cùm Græci* σχέδια, *hoc eſt, naues lignorum ductrices appellant.* ita arbitror hoc loco legendum. Σχέδια enim nauiculæ ſunt è trabibus inconditæ, in quibus ligna vehuntur: hodie ſchepatas vulgus vocat. E Potes etiam legere, ξυλοφόρας νῆας, quod non reprobo: licet magis applaudat, vt ξυληγὰς dicamus: atque ita* in Pandectis Thuſcis legitur.

* In Pand. Florenti. quod mirum? cùm ξύλου hoc, & ξυληγὰς naues appellãt.

LEGE, LEGATIS. §. ornatricibus. & Homerus in Odyſſea ait. addendum eſt hoc carmẽ:

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον αἱ δὲ νέμονται
πὰρ κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ ἀρεθούσῃ.

Hunc circum inuenies plures percuaſcere porcos
Ad coracis petram, fontemq; ſuper Arethuſæ.

F Quod carmen reſtituendum quoque eſt in §. de ſuibus. Inſtitut. ad l. Aquil. etſi ibi, vel certè hic alius etiam ſit error in nomine Iuriſconſulti, qui ibi Martianus* hic Marcellus proditur.

* In Pand. Flor. Macicanus. cõſtat ergo lectio inſtitutionum.

LEGE, *Si cui lana. §. lana legata, etiam leporinam lanam, & anſerinam & caprinam credo contineri, & de lino: quoniam* ἔριον * *Græci lanam vocant.* ita legẽdus eſt hic locus, hoc ſenſu: appellatione lanæ venire leporinam, anſerinã, lineam, & ſi qua ſimilis: quã quidem lanam ἔριον Græci appellant. nã lana ouis, propriè ἄωτος. ἔριον verò & cætera comprændit: ſicut λάχνη, quæ dictio lanam, villum, plumã ſignificat. In antiquioribus tamen codicibus legitur, & de ligno, quam Græci ἐρίξυλον vocant, de quo apud Plinium lib. xix. quod probo.

* ἐρίξυλον Pãd. Flor.

DE FVNDO INSTR.

L. II. IN FINE. *Dotes præditorum, quæ Græco vocabulo crotici, id eſt, impoſitiones vocantur.* In pandectis Florentinis legitur ἐνθῆκαι.

DE SVPPEL. LEG.

A L. LABEO AIT. in fin. *Eos qui loqui non poſſunt, conatu ipſo, & ſono quodam, & in articulata voce, baccarios dicere exiſtimamus.* fortè legẽdum βάττους. id eſt, qui articulatè fari nequeunt: βάττος enim huiuſce modi mutiẽtem ſignificat. Hinc dictus Cyrenarum conditor Battus, apud Trogum lib. xiij. Euſebio, Catullo, & cæteris. Sanè in Pandectis ſic legitur: & ſono quodam καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ * dicere exiſtimamus. Fuit & Battus quidam loquax: vnde battologia figura, cùm quis eadem repetit, & identidem inculcat. Hinc Ouidius, neſcio quem B alium Battum loquentem inducens. Matamorphoſeos ſecundo: *Sub illis*

*Sic in Pandect. Florent.

Montibus (inquit) erant, & erant ſub montibus illis.

cui per ſimilem figuram reſpondetur:

Riſit Athlantiades, & me mihi perfide prodis,
Me mihi prodis, ait.

qui locus aliter intellectus, ineptè conduplicantem voces poetam oſtenderet.

C LEX LEGATA. dum Iuriſconſultus adducit Homeri teſtimonium, eius carmina ex Odyſſeę lib. ψ. nos hic ponenda ſic exiſtimamus* Delecti enim ſigno loquens, τὸ δ' ἐγὼ, inquit, κάμον οὐδέ τις ἄλλος.

θάμνος ἔφυ τανύφυλλος ἐλαίης ἕρκεος ἐντός

Et Paulò infrà:

δαιδάλλων χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι.

Haud alius quiſquam, fabricani hoc ipſe cubile,
Inter ſepia ſecans ramos virentes oliuæ,
Argento atque auro varium, leuiq; elephanto.

* Deſunt in Pand. Flor.
* ἀπὸ ῥοφίνου ὁμοῦ ἱερῷ ἀπελευθέρῳ. Pand. Floren.

D DE ALIMENTIS LEGATIS.

LEX, ALIMENTA. §. libertis. *Cui ſcribere ſolebat ita,* ῥουφίνῳ * ἀπελευθέρῳ ἐμοῦ εὖ πράττειν. id eſt, Rufino liberto meo bene agere. Dubitationis cauſa hic erat: quoniam ἀπελεύθερος ꝓpriè is videtur, qui manu emiſſus eſt reſpectu manumittentis. Sanè locus ad reſtituendum facilis, Grecè nõ ignorãtib.

DE AVRO ET ARGENTO LEG.

L. QVAMVIS. *Anademata.* * lego ἀναδέσματα, id eſt, anadeſmata: ea enim ſunt ornamenta ca- E pitis, Suida auctore.

* Sic in Pand. Florent.

DE GRADIBVS.

LEGE NON FACILE. *Et quidem viri pater vxoriſq;, ſocer: mater autem eorum, ſocrus appellatur: cùm apud Græcos proprie viri pater* ἑκυρὸς, *mater verò* ἑκυρὰ, *vocatur: vxoris autem pater* πενθερὸς, *mater verò* πενθερὰ *voca* Sic legendus eſt hic locus, qui ante nos pluirib. ſcatebat mendis.

F IN EADEM L. ſic quoque legendum cenſeo: viri frater leuiter eſt: is apud Græcos δαὴρ appellatur, vt apud Homerum relatum eſt. ſic enim Helena ad Hectorem dicit:

Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης.

Eſt autem carmen id in vj. Iliados. Sequitur Iuriſconſultus: Viri ſoror glos dicitur, apud Græcos γάλως duorũ fratrũ vxores * εἰνατέρες apud Græcos dicũt. Qđ vno verſu idẽ Homerus ſignificat.

Δ γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

quod carnem libro vltimo Iliados reperies, noſtra opera iuriſconſ. reſtitutum*.

* Ianitrices dicũtur apud Græcos, &c. Pand. Flo.
* Hos verſus referunt. Pã. Flo.

IN L. IVRISCONSVLTVS. in principio: nomen cognationis à Græca voce dictũ videtur συγγενὴς: sic enim illi vocant, quos nos cognatos dicimus, συγγενεῖς. vt barbara vox, cisen, ab imperitis à in Iuriscõsulti verbis relata, abradatũ penitus.

DE AQVA PLVVIA ARCEN.

*χέλικες, Pan. F.

LEX PRIMA. §. Labeo. *Sulcos tamen aquarios, qui Græcè hincelices appellantur.* legendum ὑδραυλικάς.* hydraulaces enim dicuntur ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ αὐλακος. meminit huius dictiõis Suetonius in Nerone. Lucius tamen Columella lib. xj. cap. ij. elices Latinè appellat fontium vt arbitror, scaturigines: vnde & aquilices Callist. l. fi. de iure immun.

DE DONA. CAVSA MORTIS.

*Deest in Pan. Flor.
*δῶρον καὶ δωρεῖσθαι. Pan. Fl.

L. SENATVS. *Donatio dicta est à dono, quasi doni datio: tracta à Græco δωρεὰ,* nam ita Græci dicunt.* eã dictionem ita restituendam, nemo est cui in dubium venire posit. nam δῶρον donum significat: hinc prouerbium, δῶρον ἄδωρον. & apud Euripidẽ κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει id est, mali hominis vsum munera haud vllũ tenẽt. Sophocles, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κ' οὐκ ὀνήσιμα dona hostiũ, non dona sunt, fructu carent, &c.

DE ACQVIR. POS.

LEGE PRIMA. *Possessio, naturaliter tenetur, ab eo, qui ei insistit, quam Græci*   *dicunt.* in vacuo loco addenda dictio κτῆμα vel κτῆσιν, vel potius κατοχὴν, vt in Pandectis Florentinis habetur: his enim modis Græci possessionẽ vocant: Homerus Odys. libro primo, πείρατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν.

DE VSVCASIONIBVS.

*ἡνωμένον, P. F.
*Contingentibus. Pand. Flor.
*συνημμένον. P. Flor.

L. RERVM MIXTVRA. *Tria corpora sunt: quod continetur vno spiritu, & Græcè φυσικὸν* vocatur aliud quod ex pluribus inter se cohærẽtib. quod*, τεχνικὸν** dicitur: sic restituenda sunt hîc verba Græca: vt plurimum corpus dicatur naturale, aliud verò artificiale. In quã sententi ã iuit quoq; me audiẽte Demetrius Chalcodiles: licet in Pãdectis Florẽtinis συνημμένον, cõnexum legatur: & deinde ἡνωμένον, vnitum. Illud tamen non prætereundum, sumpsisse hæc Pomponium Iurisconsultum ex Plutarchi libro, qui inscribitur de præceptis coniugalibus: vbi, Corpora, inquit, philosophi dicũt alia ex discretis constare, vt classem & exercitũ: alia ex coniunctis, vt domum & nauem: quædã vnita esse atque congenita, vt singula animalia.

NE QVID IN LOCO PVBLICO.

*Sic. & P. Flo.

LEGE SECVNDA. §. viarum. *Publicas vias dicimus, quas Græci*   *nostri prætorias & consulares vias appellant.* Accursius videtur legisse, quas Greci τὰς ὁδὸς βασιλικὰς*, id est, vias basilicas appellant. Cui lectioni vt assentiam, facit: quia quæ nos prætoria appellamus, Græci τὰ βασίλεια vocant: & basilicum apud antiquos non solùm regium dicitur, sed & quicquid magnum & præsens, ita nuncupabatur, vt in Curc. Plauti: Iacto Herculem basilicum. Sanè vias publicas Græci λαοφόρους vocant, sicut & ἀτλαμίας: cuius dictionis alibi meminimus: & mentio est apud Hieronymum, dum Pythagoræ symbola interpretatur.

DE VIA PVBLICA.

*Tota Græca est in Pand. Fl.

LEGE AEDILES*. *In fine, vt tector trochos exterius opponat.* corrupta est dictio tector: cuius loco reponendũ, τέκτων, id est, tecton: quæ vox fabrum significat. Hesiodus:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Faber autem lignarius hac præsertim appellatione Græcis nuncupatur.

VTI POSSIDETIS.

*κρύπτας. P. Fl.
*κρύπτας. Pã. F.

LEGE, SI DVO. §. planè. hoc modo legendus hic locus. *Planè si cœnaculum ex publico aditum habeat, ait Labeo, videri non ab eo ædes possideri qui ὑπόγαιον* hoc possidet: sed ab eo cuius ædes suprà ὑπερῷον* essent, &c.* hoc sensu, vt quando is cuius cœnaculum est, habet aditum ex publico, ille qui fundamenta, superficiemque domus possider, non censeat possidere ædes, sed is cuius ædes ὑπερῷον, id est, cœnaculum suprà essent. De hypogæo meminit Vitruuius libro sexto, cap. xj. ὑπερῷον, verò cœnaculũ dicit, quòd ea omnia in superiori domus parte essent, habitata præcipuè vilioribus.

DE RIVIS.

*ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. Pã dect. Flor.

LEGE PRIMA. *Riuus est locus per longitudinẽ depressus, quo aqua decurrat, cui nomen est ῥύαξ.* Græca dictio, hæc dictio hîc ligenda, vt nitori tandẽ suo restituatur Iurisconsultus. dictus est autem ῥύαξ, à Græco ῥέειν, quod est fluere.

DE FVRTIS.

*Et, Pand. Flo.

LEGE PRIMA. *Sabinus ait vel à ferẽdo, id est* auferendo dictum: vel à Græco sermone, quod φῶρας appellant fures, &c.* sic legi debet hæc Græca dictio, quã in codicibus omisêre librarij.

LEGE TERTIA. *Fur manifestus est, quem Græci appellant.* legunt hîc aliqui Græcam dictionem ἐπ' αὐτοφώρῳ, quasi in ipso rei abstractæ puncto deprensum dicas. quam lectionẽ & ipse probo: sed Græcus legum interpres, φανερὰ, inquit, κλοπὴ, ὅτις τὸ τετραπλάσιον ἔχει τὴν κατὰ δίκην. id est, manifestũ furtum est, quo quis secundum iura quadruplũ cõsequitur. quamuis hîc fortasse legi etiam posset, manifestus fur est, quem Græci κλέπτην φανερὸν appellant. qui locus corrigendus est in quarto Institutionum libro. Aristophanes in Pluto, ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς δεινὰ ἄγοντας λάμβανον, ego quidem vos grauia agentes reperi. allusit enim ad hanc depræn̄sionem manifestam. Hinc in Euangelio Lucæ Zacheus, si quem, inquit, ἐσυκοφάντησα. quadruplũ reddo pauperibus nisi quis malit allusisse eũ in fœneratores, qui quadruplo mulctabantur, vt scribit M. Cato.

LEGE, FALSVS. §. plerunque. *Quid ergo, si ea quæ dicunt Græci*   *petat?* reponendum est, εὕρετρα. ita enim Greci præmia nuntationis appellant. alij legũt εὐαγγέλια. sed quid mihi placeat, alio sum testatus loco.

DE INCENDIO, RVINA, &c.

*ἐξεβέβλητο. P. F.

LEGE TERTIA. §. non solùm vbi de naui eiecta Iurisconsultus loquitur: *Eiecta, inquit, est, quod Græci aiunt ἐξοκειλαμένη*.* Sed quid si legerimus ἐκβολή? quod aliàs opinatus sum, dũ vndecimum Codicis Iustiniani librum correctorem reddere conarer.

DE INIVRIIS.

*ἐπιγράμματα. Pand. Flor.

LEGE LEX CORNELIA. in fine. *Eadem pœna ex senatusconsulto tenetur etiam is, qui*   *dliudue qui, sine scripturam in notam aliquorum produxerit.* in vacuo loco Accursius legisse videtur, opythasin: tu potius repone ἐπίθεσιν*, id est, titulum, lemma, inscriptionemúe.

DE EXTRAORD. CRIM.

* σκοπελισμόν. Pand. Flor.
*σκοπελίζειν. P. Flor.

LEGE, SACCVLARII. *Sunt quedã quæ more prouinciarum coercitionẽ solent admittere: vtputa in prouincia Arabiæ σκοπελίζειν,* cuius rei admissum tale est: plerique inimicorum solent in prædium inimici σκοπέλους,* id est, lapides ponere, &c.* restitutus est hic locus iamdiu, etiam in quibusdã impressis codicibus: & si plures qui adnotationes edidere, sibi adscribant, digladienturque tanquam de re maxima.

DE

DE EFRACTORIBVS.

*Deest in Pãd. Flo.

LEGE PRIMA. expilatores sunt fures atrociores, τοιχωρύχοι*. τοιχωρύχοι, id est, muricidæ, sunt effractores parietum, præsertim nocturni fures. Aristophanes in Pluto, τοιχωρύχος τις δίδαλλε. Nã hic expilatorem non puto capiendum pro fure hæreditario, quia nil faceret ad titulum. alioqui legendum esset, κληρονόμιον κλέπτην: quæ vox cum antiquæ lectionis vestigiis non admodum cõgruit, in qua ferè λωποδύται legitur. sunt hi qui vestes hominibus auferunt.

DE COLLEGIIS ILLICITIS.

*Lex Solonis integra extat in l. fi. ff. de colleg. illicit.

L. VLTI. *Sodales sunt, qui eiusdẽ collegij sunt, quos Græci συσσίτους vocant,* locum hunc (nisi fallor) sic restituit Beroald. in Apuleio. nam collegia sodalitia, id est, conuiualia fuisse apud Cretes, appellataq; sysitia, autor est Strabo: & se quæstore Romę huiuscemodi constituta fuisse tradit Cato apud Ciceronem. In Pandectis Florentinis tamẽ legitur ἑταίρους. Sunt autem conuiuiorum tria genera, quæ vno carmine Homerus cõprændit:

—εἰλαπίνη ἠὲ γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.

εἰλαπίνη autem, & γάμος sunt conuiuia sumptu vocatoris facta: ἔρανος, cùm quisque de suo confert, vt scribit Eustathius. Planè quod finem huius legis respicit, puto dum Solonis testimonium adducit Iurisconsultus, totum locum* esse Græcũ: facilè restitueretur, si Solonis leges extarent: etsi quasdã refert Plutarchus in eius vita, inter quas hæc minimè est. Cæterùm de hoc in dispunctionib. à nobis dictũ est, cùm certiora reperissemus.

DE CVSTODIA REORVM.

*ἀνάκρισιν. Pã. Flor.

LEGE, DIVVS. *Et ideo cùm quis διαγραφὴν, faceret, iuberi oportet venire irenarcham, &c.* in lacunoso loco curaui reponendam, διαγραφὴν,* id est, denũtiationem: nam Græcus legum interpres non aliter ferèeã appellat. videt autẽ hoc magis ad rẽ facere, quàm κατάκρισιν, id est, condemnationem, vt refert Accursius: vel ἐξέτασιν, id est, inquisitionem: quod glossulæ cuidam palcet. In aliis legitur, anacrisim. de qua quoniam alij scripserunt, non est quòd ipse in syluam (quod dicitur) feram ligna.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIO.

†καταχρηστικῶς. Pand. Flor.
†φθορὰν. Pã. Fl.

L. INTER LIBERAS. *Lex Iulia stuprum et adulterium promiscuè φθορὰν,† appellat: sed propriè adulterium in nuptam cõmittitur, &c. stuprum verò in virginem, viduamúe, quod Græci διακόρευσιν † appellant.* restituende sunt hoc modo dictiones Græcæ, quę in omnibus impressis codicibus desiderantur.

†ἦ. Pand. Flor.

LEGE SI VXOR. *Vt Sextus ait, hæc lex ad omnia matrimonia pertinet:* & illud Homer. affert:

Η † μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
ἀτρεΐδαι.

Sed nec soli homines mortales inter Atridæ
Vxores curant proprias.

Sumptus autem locus ex Iliados lib. ix. qua in rapsodia Achilles Vlysi rogãti vt reconcilietur Agamemnoni, inquit:

Η μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
ἀτρεΐδαι; ἐπεὶ ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ ἐχέφρων
τὴν αὐτοῦ φιλέει, καὶ κήδεται, ὡς καὶ ἐγὼ τὴν
ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν.

Nec propria obseruant soli connubia Atridæ:
Sed quicunque bonus sapienti pectore præstat,
Huic nuptæ stat firmus amor, stat maxima cura,
Vt mihi, qui quamuis captiuam mente colebam.

Hinc & Vergilius noster Homerum secutus, Aeneid. libro (si rectè memini) nono:

Coniuge prærepta, nec solos tangit Atridas
Iste dolor.

Quem locum voluit ostendere Macrobius sumpsisse Vergilium ab Homero, mutilus tamen est librariorum vitio, qui Græca carmina omisẽre: & propterea ex hoc nostro idiographo poterit diligens lector ea restituere.

AD LEGEM CORN. DE SICCARIIS.

LEGE, *Hi quoque qui tibilias faciunt, &c.* legendũ θλίβιας, id est, thlibias: sicuti in l. spadonũ. de ver. signif. thlasias. sic autem dicunt qui fractos pressosúe habent testiculos, à verbo θλάω καὶ θλίβω, huiusce significationis quod est frango, & premo.

DE POENIS.

LEGE, *Aut facta. apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, vt apud præcipuum poetarum scriptũ est.* qui locus ex Homero adducatur: quamuis certi aliquid non habeam: tamen si coniecturis locus est, facilè eos versus reor hîc apponendos ex Iliados. II.

Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα,
ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος,
αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολὺν δ' ὅγε λαὸν ἀγείρας
βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον ἀλώμενος.

Tlepolemus posiquàm bene structa per atria creuit,
Illius ceciditq; parentis auunculus armis
Iam senior, Martisq; Licynius inclitus hasta,
Composuit classem, populoq; impleuit cunti,
Per mare diffugiens exul.

Nam & huius consuetudinis meminit Papinius in primo Thebaidos, de Tydeo loquens:

Fraterni sanguinis illum
Conscius error agit,

In cuius interpretatione Luctarius Homerum quoq; auctorẽ citat. & Ouidius in Metamorph. Phocum tradit patria domo profectum non alia de causa, quàm quòd imprudens fratrem occiderat: quæ res etiam Plutarcho in parallelis explicatur. In Pandectis Florentinis tamen aliud legitur carmẽ, vt in Dispunctionibus annotauimus.

DE MVNERIB. ET HONORIB.

*καμηλασίαι. Pand. Flor.

LEX PRIMA. *Personalia sunt munera, legatio ad census accipiendos, vt patrimonium scriberetur,*   *annonæ ac similium cura.* Reponenda est Græca dictio hæc, σιτωνίας,* quod magistratus nomen est, ea quæ ad victum pertinent curãtis, ἀπὸ τοῦ σίτου καὶ νομᾶν. de qua quidẽ voce alibi cõplura retulimus.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

*Quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον &c. Pand. Flo.

LEGE QVINTA. in fine. *Opere legato, vel conducto his verbis significari Labeo ait id opus, quod Græci τετελεσμένον ἔργον vocant, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum*.* Huius vocis mentio est apud Homerum in Iliad. ι. nisi fallor.

IN L. LABEO. *Contractum vltro citroq; obligatorium esse, quem Græci συνάλλαγμα vocãt.* legẽdus & hoc modo hic locus, à nobis alibi declaratus.

†νεακόν. P. Flo.
†νεατόν. Pand. Græcæ.

IN L. SYLVA. *Noualis est terra præcisa, quæ annocessat, quam Græci νεαλὴν † vocant.* ita legendum scribendumque est: licet impressores ingentem illic lacunam reliquerint.

† φαντάσματα. Pand. Florenti.

IN L. OSTENTVM. in fine. *Alterum, cùm quid prodigiosum videtur, quod Græci vocant.* Et hîc reponendum φάσματα. †quod alia probatione nõ indiget, cùm vox sit Græcis vsitatissima.

†Sic in Pan. Fl.

LEGE, CARBONVM. in fi. *Sed & de ballariis †,* puto castigatè magis legendum, de βαλανείοις: nam balanus nucem, glandéue significat. Diogenes Laertius tradit, cũ interrogatus esset Cynicus

de quodam puero, respondisse, esse Archadem. cuius responsionis causam existimo, quoniã Arcades βαλανοφάγοι, id est, glandiuori dicuntur, celebranturque hoc epitheto Græcis autoribus, præsertim Pausaniæ: vnde oraculum, πολλοὶ δ' ἀρκαδίης βαλανοφάγοι εὐρέες ἀστοί. Βάλανος autem in obscœnam significationem Græcis trahitur, sicut glans à Latinis: de qua apud Celsum. Quod ad præsentem castigationem attinet, per balanos puto intellexisse iurisconsultum, nucum, glandiumque testas, alioqui hæc vox alio quoque significatu capitur Paulo Aeginetæ.

Arcades glandiuori.

*σοφίσμ. Pand. Floren.

LEGE, *Natura cauillationis, quam Græci σόφισμα appellant.* Græci illi apices ita sunt collocandi: alioquin imperfecta erit hæc lex. Eiusdem monetæ alia in titulo sequenti, de regulis iuris.

LEGE, *Qui fundum. uuas duracinas, quas Græci appellant τραξίμους.* hanc vocem ita reposuit Politianus in quadam epistola: etsi alij contrà. de quo ipse videndus est. B

*Caluitur. Pandect. Florent. Telum.

LEGE, *Si calumnietur*.* sic legendus est hic locus, telum quod in longinquum mittitur, à Græca voce figuratum τηλοῦν: nam & hanc significationem inuenire possumus in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellãt: eoque nomine vulgò quidem id significatur, ab arcu mittitur sed non minus significatur, qđ quod mittitur manu, vt ἀκόντιον. & id quod arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur. C

*Nomine Pand. Flor.

LEGE, *Qui venenum. cùm id quod nos venenum dicimus, Græci φάρμακον dicant. apud illos quoq; tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur: vnde adiectione alterius nominis distinctio fit.* Admonet & nos summus apud eos poetarũ Homerus, sic dicens.

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀλυγρά.

Plura venena quidem bona sunt, sunt plurima amara.

Sanè crimine hoc nihil est celebratius, vt vel in prouerbium cesserit, quin & epigrammatũ Græcorum lib. εἰς ἰατρὸν circunfertur, tanquam. ἄδηλον, id est, incerti autoris, cùm tamen Homeri sit in Odyssea lib. iiij. nam & Iurisconsulti opinionẽ adiuuat idem Homerus in Odyss. I. qui φάρμακον ἀνοληφόνον dixit: quasi solum φάρμακον nõ sufficeret, vtpote dubium. D

*Omnis fructus continetur.

IN EADEM, L. *Glandis appellatione omnes fructus contineri.* Iabolenus ait, exemplo Græci sermonis, ἐπιφόρημα: sic legendum est, de quo in ea lege à nobis dictum est.

IN LEGE *Pupillus incola est, quem Græci appellant.* ibi vacuo loco reponendum est, πάροικον. de qua voce, quoniam alibi à me explicata est, hîc dicere supersedeo. A

QVOD sequitur. *Aduena est, quem Græci.* repone ἄνοικον, ex Pãdectis Florentinis: nam ita Græce appellari posse aduenas, quasi sine domicilio dicas, omnes (vt arbitror) facilè possunt nosse. non enim simpliciter peregrinos iuris consultus describit, sed hos qui ius domicilij non habent.

IN LEGE *Vlt. apud Labeonem, pythanum.* Græcè legendum πιθανῶν, id est, verisimilium. est enim nomen operis quod Labeo scripsit: non autem proprium, vt alij opinati sunt.

INSTIT. de donationib. in prin. Pireum legendum, non autem Pyrrhum. Idque ex his Homeri carminibus, ἐθνογρ.

Τὸν δὴ πείραιος πρόσφρων πρὸς μῦθον ἔειπεν,
Τηλέμαχ' αἶψ' ὑπέρμορον ἐμὸν κατὰ δῶμα γυναῖκας,
ὄφρ' τοι δῶρ' ἀποπέμψω. σὺ δέ τοι μνήσασθαι ὀπίσσω
τὸν δ' αὖ τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
πείραι' ἐπεὶ μάλα τ' ἴδμεν ὅπως ἔχει ἀμφασίηφι.
εἴκοι μὲν μοι θυμὸς ἀλιώρθῳ οὐ μεταρέσται
λάθρῃ ὑπεὶν αὐτοῦ πατρώϊα πάντα δάσονται,
αὐτὸν ἔχοντά σε βάλομ' ἐπαμύρμενον, ἤ τινα τῶν δέ.
εἰ δ' ἐπὶ τῷ γε τέτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
δὺ τόσ' μοι χαίροντι φίλεσθαι πρὸς δώματα κέρδιον.

Hoc sermone virum Peiræus commouet vltrò.
Telemache ad nostras famulas agè dirigè sedes,
Vt tibi quæ dederat Menelaus dona, reportent.
Ad quem Telemachus sapiens ita farier orsus:
Peiræe haud equidem hæc possum dignoscere facta.
Nanque proci si me spatiosa per atria furtim.
Occidant, rapiantq; sibi patrimonia fortes,
His te malo frui donis, quàm quemlibet horum.
Quòd si illos, fato merita & mulctauero morte.
Tum mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.

GENEROSO OTHONI SACRI ROMANI IMPERII HAEREDITARIO DAPIFERO, BARONI IN VVALTPVRG, ANDREAS ALCIATVS SALVTEM D.

MAXIMAM semper cùm in publicis, tum in priuatis rebus eloquentiæ existimationem fuisse, & communi omnium testimonio receptum est, & nos sæpissimè experti sumus. Quis enim eam artem plurimi non faceret, quæ homines alioqui duros, & implacabiles, ad concordiam, ad pacis studia, ad virtutem alliciat? quæ ad se amandum quemlibet attrahat? & in volẽtium ciuium animis, ius, imperiumq; exerceat? Quod si ita est, quis humanitatem, modestiamq; tuam, Otho iuuenis illustrissimè, non plurimum cõmendet? Quis non insignes animi tui virtutes admiretur? quum videat, quæ veteres illi eloquentissimi viri copia orationis obtinebant, eadem de egregijs artibus, quadamque præcellentis ingenij indole facere: omniumq; voluntatem, atq; amorem ita promereri. Quod cùm perpetuo tenore à te semper obseruatum sit, nuperrimè tamen maior id præstandi occasio patefacta est, cùm vno omnium ore quamuis inuitus, & repugnãs, vixq; eorum autoritati cedens, huiusce nostræ Accademiæ Rector es designatus. Quo in munere talem te ostendisti, qualem post celeberrimum illum heroem Vliermum patrem tuum, ad hanc diem nemo. Nam (vt publicã, priuatamq; magnificentiam, liberalitatẽq; tuam omittam) quoties aliquis doctor ornandus, vel scholastici disputantis

tantis thema confutandum, quibus tu argumentis, quàm acutis, quàm appositis, quàm eruditis agebas? Quum oratio tibi aliqua habẽda, quanta tu verborum copia, quanta comitate, quanta vultus maiestate dicebas? Quum adeundi principes, professorumq; vel scholasticorum causa defendenda, dij boni quàm dulcior melle, quàm hybernis nimbus torrentior oratio de ore tuo descendebat? Si sedandæ, quod aliquando cõtingit, scholasticorũ discordiæ, quàm tu tractandorum animorum summus artifex? Vt ad leniendas iras temperandumq; feruorem illum aptus, facundusq; videbaris? Quæ egregiæ virtutes tuæ adeò me in tui admirationem traxerunt, vt non conquieuerim, donec publicũ huiusce rei testimoniũ aliquod ferrẽ. Solebam in aduersaria regerere, si qua mihi inter profitendum interpretatio excidisset, quæ paulò iucundiorẽ ex humanitatis studijs originem traheret: ne scilicet tetricæ istius, seueræq; legalis disciplinæ supercilium imminuerem, &, quod prouerbio dicitur, congregare cum leonibus vulpes viderer. Sunt enim non pauci, quibus fastidientis stomachi tot epulæ haudquaquam placent, sed vnum duntaxat agi volunt, calamistrosq; omnes Iuri ciuili adimunt. Hasce ego interpretationes, quamuis in aliquem numerum accreuissent, non tamen aut diuulgare, aut in medium proferre constitueram, quòd viderem huiusmodi esse id argumentum, vt in dies magis & magis augeri posset: nec operæpretium esse existimabam ei operi coronidem imponere, quod singulis lectionibus nouorum locorum accessione illustrari poterat: ne si quid noui deinde excogitassem, id aut necessariò supprimendum esset, aut noua editione prioris imperfectionem ostendere: &, quod miserrimum est, notam ipse meam detegere, testatissimamq; æmulis & nasutis hominibus facere cogerer. Verùm id animi nostri decretum egregia virtus tua expugnauit, quã ego in præsentia commodius vllo præconio celebrare, quàm hac nuncupatione satis possum. quum enim præsignis ingenij tui indole, anteuertisse cõmunem ætatis tuæ captum, & supra annos impuberibus genis tantùm sapere te videam, operepretium esse existimaui, hanc animi mei obstinationem frangere, & quod alioquin in multos annos pressurus eram, sub nomine tuo edere. Scio minimum id esse munusculum, quod amplitudini tuæ offerimus, & βώλος, vt vulgò dicitur, ἀργαῖον. Sed tamen nihil refert, vt etiam ex re tenui animum in te meum, beneuolentiamq; maximam metiaris: bonãq; consulas, si te, quem viua voce aliquot annos publico munere ad Iuris ciuilis disciplinam capescendam produxi, etiam scriptis magis & magis erudire, institutioremq; reddere coner. tribues quoq; hoc honestissimis moribus tuis, tribues ingenio, memoriæ, facundiæ, indoli, quæ me ad te amandum colendumq; sic incitarunt, vt quicquid in scriptis occultendum erat, in apertum referam, & absq; delectu, tuo nomini dedicem. Inscripsi autem opus ipsum Parergon, quòd obiter hæc à me dicta, cùm iam legitimo munere perfunctus essem, atq; adeò in ipsius lectionis excessu, fuerint: quæ in re & veteres pictores sum imitatus, qui cùm quempiam heroa depingerent, vel cuiusuis dei tabulam ornarent, haudquaquam sola imagine contenti, arbustum aliquod, auiculas, situm regionis, idque genus similia decoris causa addebant, quæ & ipsi parerga vocabant. Huiusmodi igitur & nos succisiuas operas in arctissimum hunc libellum coactas iudicio tuo subiicimus, vt causa cognita pronunties, an id fecerimus, quod ex Agathonis carmine Athenæus refert:

τὸ μὲν παρέργον ἔργον ὡς ποιήμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς παρέργον ἐκπονήμεθα. *Quod distichon sic à nobis versum est:*

Iusto opere factum est, vbi operæpretium fuit:
Obiterque factum est, vbi operæpretium fuit.

Vale, & amicitiæ id nostræ μνημόσυνον habeto. Ticini, Calendis Maiis, M. D. XXXVI.

AND.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SEV OBITER DICTORVM, LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Pollicitatio vnde dicta, & qualis in dote fuerit.

POLLICERI existimatur is, qui offert: & ideo solet dici, pollicitationem esse solius offerentis promissionem[a]. Videtur autem ab hasta, & auctione, id verbi acceptum fuisse: priùs, quã enim ad licitationẽ veniamus, accipitur alicuius dignum pretium offerẽtis taxatio: qui idcirco polliceri dicitur, quia liceri potest: sicut & possidere[b] dicimus, qui potest sedes ponere: & polluere, qui potest lauare, quia inquinet. Postquàm autem quis pollicitus fuerit, id est pretium aliquod obtulerit, tunc fit auctio: & qui pluris licitatꝰ fuerit, rem obtinet. hinc μεταφορικῶς nomen sumpsit pollicitatio, quæ reipub. fit. Sed & in contractu dotis fuit olim solennibus qbusdã verbis introducta pollicitatio: vt sicut matrimonia quædã per coemptionẽ fiebant, ita & dotis promissio ꝑ licitationẽ. vt quia vxor marito centum spondebat, & tacente eo, seu non acceptante, progrediebatur augendo. Quæ verborum solennitas Theodosij & Valentiniani constitutione sublata[c] est, traditumque sufficere etiam si stipulatio in ea pollicitatione non subsequatur: & ideo hodie nuda pollicitatio sufficit, id est, conuentio absque vlla verborum solennitate: quo sensu & Iustiniani lex est accipienda[d], dum, Quisquis, inquit, pollicitus est, vel spoponderit dotem pro muliere, confessionem suam agnoscat. ad eam enim consuetudinem respexit, & ideo non in sola oblatione loquitur, sed in ea, quam maritus approbauerit. de qua re à nobis alibi quoque tractatum est[e].

CAPVT II.

Adpromissor, expromissor, sponsor, quo sensu accipiantur: quid item sponsalia significent.

PROMISSOR, notæ est significationis, Adpromissor dicitur, qui alienę promissioni accedit. id est, fideiussor. Pomp. *Satisacceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorẽ, vt adpromissores quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittant*[f]. Sic enim legendum ex antiquis codicibus, & Hetrusco codice: non vt vulgò habetur, expromissores. Dicitur autẽ adpromissor eadem ratione, qua adstipulator, qui stipulatori accedit. Cicero in Academ. Falsum esse Stoici dicunt, & eorum adstipulator Antiochus. Expromissores verò sunt, qui pro eo promittunt, qui ipse efficaciter obligatus non est: vt qui pro seruo promittit centum domino, si eum manumiserit: nec enim cum seruo contrahitur vera obligatio. Hinc & expromittere. Vlp. *Debitor mulieris iussu eiꝰ pecuniam viro expromisit*[g]. Idẽ: *Si quis seruo pecuniam crediderit, deinde is liber factus eam expromiserit, non erit donatio*[h]. Sponsor est, vt rectè Accur. existimauit[i], qui sponte & non rogatus pro alio promittit: quod & ex Verrio Festus tradit. Hinc sponsores dicebantur, qui pro candidatis promittebãt, ne illi ambitus rei essent. Cicero ad Lepram: De tuo negotio, quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam communicare, si expediri possit. Qua ratione & Plin. Cęcilius ad Correlliam: Cuius pro genitore me sponsorem accipe. Hinc arbitror & sponsalia dicta: quoniam, vt ex Seru. Sulpitio, Neratioque A. Gellius refert, qui vxorem ducturus erat, nõ ab ipsa, sed ab eo, vnde ducturus erat, putà patre, vel fratre, stipulabatur eã in matrimonium ductam iri. Sanè sponsalia noua significatione quandoque accipi videntur pro muneribus, quæ sponsæ dantur: qualia Græci ἐπαύλια, vel ἀνακαλυπτήρια vocant. Impp. Honor. & Theod. sponsalia, id est, nomine arrarum data reddi[k]. Sed & in Codice Theod. Si puella decesserit, spõsalia iubemus spõso restitui[l]. Vnde & ibidẽ sic inscripta habetur rubrica, Si prouincię rector, vel ad eum pertinentes, sponsalia dederint. Sanè in Authenticis Græcam Iustiniani vocem ἀντιφωνητῶν[m], vbique interpres sponsorẽ trãstulit, quẽ cõstitutæ pecuniæ reũ rectiùs dixisset.

CAPVT III.

Declarata restitutaq́; lex, Blanditus. C. de fideiuss.

GRAECE, inquit Vlp. fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, ἢ λέγω. Sed & si dixerit θέλω, siue βούλομαι, sed & φημί, pro eo erit ac si dixerit λέγω. Et hæc quidem ille[n]. Si quid si omisso ἐμῇ πίστει, simpliciter dixerit λέγω? Et imp. Alexan. quadam constitutione: *Blanditus, inquit, Tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cùm pro alio interuenires, λέγω dixisti: cùm his verbis obligationem posse contrahi, pridem receptũ est*[o]. Et sic in antiquis codicib. obseruasse memini, cùm recentiores impressores Latinè, quiduis faciam, subiecerint: temeritateque sua indubitabilem legis illius decisionem reddiderint. Quos & imitati, qui eodẽ sensu Græcè, ὅτι ἂν θέλῃς ποιήσω, reposuere: omnes aduersus veterum exemplarium fidem.

CAPVT IV.

Declarata lex, Si tibi. C. de locato.

SI tibi, inquit lex, *Quæ pro colonis conductis prædij prærogasti, dominus fundi stipulanti dare spoponderit, competẽs iudex reddi tibi iubebit. Nam si conuentio placiti fine stetit, ex nudo pacto prospicit actionem iure nostro nasci non posse.* Huius constitutionis argumento Iason à cæterorum sententia diuersus abiit[p]: credititque ex pacto nudo agi non posse, tametsi in eo deductum sit, quòd naturaliter alius deberet: existimauitque, quamuis constitutæ pecuniæ nomine quilibet teneatur, qui pactione nuda promittit, quòd ipse vel alius ciuiliter vel naturaliter debet[q]: tamẽ id intelligendũ, si expressim animo constituendi ꝓmissum sit, alioquin nõ agi. Sed ipse cęteris cõsentio: quoniã lex illa etsi dicat, ꝓ colonis erogatã pecuniã, nõ tamen ab eis debitam fuisse ostendit, imò prerogare, sicut & erogare, id significare ꝓpriè loquẽdo videtur, quod gratis, & quasi roganti, non autem ex debito, distribuere. Pliniꝰ ad Traianum: Piso plurima se in rempublicam contulisse, ac propè totas facultates erogasse dicebat. Idẽ lib. vij. Nec ignoro me plus aliquanto, quàm donasse videar, erogauisse, cùm pulcherrimi agri pretium necessitas vectigalis infregerit. Hierony. ad Iulian. Cùm multis erogaueris cẽsum tuum, & quidam tua gaudeant liberalitate. Hinc & rubrica Cod. de erogat. milit. annonæ. Sit igitur prærogare, ante tẽpus soluere: & idcirco, quod ad solutionis diem attinet, donare[a].

a l. iij. ff. de arpollic.
b l. j. de acquir. poss.
c l. penul. de dote prom. rub. ad tit.
d l. fi. C. ad Vell.
e Rubric. C. de pactis.
f l. v. de uerb. oblig.
g l. & elegãter. §. seruus. de dolo.
h l. hoc iure. de donat.
i glo. in auth. de fideiuss.
k l. j. C. si nuptię ex rescr.
l l. patri. C. de spons.
m auth. de fideiussorib.
n l. Græcè. ff. de fideiuss.
o l. blanditus. C. de fideiuss.
p Ias rubric. de uerb. oblig.
q l. j. §. debitũ. de const. pec.

CAPVT V.

Qui sint in iure syndici, qui ecdici.

ARCADIVS singulari libro de munerib. ciuilibus, *Defensores quoque, inquit, quos Græci συνδίκους appellant, laborem personalis muneris aggrediũtur*[b]. Suidas syndicos dici interpretatur plures causidicos, vel ꝓcuratores, qui causæ patrocinentur: quo sensu & apud alios autores vox hæc frequenter. Sed nos in iure Arcadiũ sequimur, vt syndicus reipublicæ sit vel vniuersitatis alicuius defensor: sicut ἔκδικος, qui pro republica agit, qualis procurator fisci. Plin. ad Traianum: Ecdicus, inquit, Amisenorum ciuitatis petebat à Iulio Pisone. M. Cic. epist. famil. lib. xiij. ad Thermum proconsulem: Dixerat mihi Euthydemus, cùm Ephesi essem, se curaturum vt ecdici Milesij Romam mitterentur: id factum non est, legatos audio missos esse, sed malo ecdicos, vt aliquid cõfici possit. quare peto à te, vt & eos & Alabandenses iubeas ecdicos Romam mittere. Suidas ex Aeliano & Sophoclis carmine, ἔκδικον interpretatũ iniustum καὶ ἄδικον. Sed id ab re nostra est, sicut & ecdicum quandoque vltorem significare. Extat Constantini constitutio[c], qua cauetur, neminem decurionum defensorẽ, vel curatorem reipublicæ constitui, nisi iam omnibus muneribus satisfecerit patriæ vel ætate, vel meritis. Sanè in Nouellis Iustia. constat nõ alios fuisse ecdicos, quàm ciuitatũ defensores: vnde constitutio xv. περὶ τῶν ἐκδίκων inscribitur, id est, defensoribus ciuitatum: quorum officij natura abunde in ea explicatur.

CAPVT VI.

Quid sit fama, quid rumor. & Vt plerũq; falsa hæc sint, Vergilij Ouidiiq́; carmen expositum.

FAMA, inquit Bartolus[d], est communis opinio voce manifestata, ex suspicione proueniens. Rumorem verò communem non esse opinionem, sed variam quandam susurrationem, minus ipsa fama efficacem, ferè apud nostrates receptius est. Sed veteres[e] non adeò multũ differre famam à rumore existimauerunt: nisi quòd rumor is videtur, qui recenter emanauit, & per ora hominum circunfertur. Fama etiam de re antiqua dicitur. Cæterùm legib. cautum est, aduersus quemlibet priuatum non debere particulariter iudices inquirere, nisi ex fama eius criminis suspicione is notatus sit[f]: idque ne materia calumniandi aptissima, sordidis magistratibus daretur: debereque huiusmodi famam apud acta prius legitimè approbari, alioqui iudicium non tenere, nec sufficere rumorẽ, Fulgos. respondit[g]. Ego contrà sentio: cùm enim fama, si verisimilis sit, iure Pontificum culeo, quæstioniue indicium præstet[h], consequens est, vt aliquid minus fama, inquisitioni formandæ sufficiat. Hinc est, quòd lex alibi vel famam requirit, vel frequentem insinuationem[i]: alibi acclamationem populi satis esse testatur[k]. Sanè quantum famæ, vel hisce rumoribus fidei præstandũ sit, plurimum in arbitrio iudicis versatur: plerũque enim reperiuntur hi rumusculi à vero abesse: quapropter Vergilius,

Quid loquar aut Scyllam Nysi, quam fama sequuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris?

cùm Nysi filia hęc Scylla nõ esset, sed Phorci. Verũ poeta τὸ πρέπον famæ seruauit, quæ plurimũ ex falso solet trahere. Sic & apud Ouid. Penelope,

Siue quis Antiochum narrabat ab Hectore victum:

cùm à Mennone superatus sit: vt q̊rundã Grãmaticorũ, lectionẽ antiquã temerè cõmutantiũ, licẽtiã ꝓbare hoc loco ipse nõ possim: nã & idipsũ obseruasse in Cist. Plau. diligẽs lector agnoscet.

CAPVT VII.

Loca aliquot Iurisconsultorum, à rhetoribus accepta, explicantur.

FVISSE Iureconsultos nostros rhetoricis studiis adprimè doctos, cùm verisimile est, tũ & ex his locis, quos de rhetorum traditionibus mutuati sunt, facilimè possim ostendere, ex quibus aliquot in præsentia adducere operæpretium fuerit. In primis cũ, Iura, inquit, constitui oportet ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id est, ad id quod frequenter cõtingit[l]. Sic enim Hermagoras, & Theodorus Gadareus appellant, quod nos vulgò argumentum à communiter accidentibus appellamus. Rursus: Et qđ distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit[m]. Illi enim quæstiones νομικὰς, id est, legales, quatuor esse definiuerũt: hæ sunt, ῥητὸν, καὶ διάνοια, id est, scriptum & voluntas, de quibus hîc Vlpianus agit. ἀντινομία, id est contrarium legum contentio. ἀμφιβολογία, id est, ambiguitas. συλλογισμὸς, id est, collectio. Additur à quibusdã & translatio, vt Fortunatianus auctor est. Sed de scripti voluntatisq; statu adeũdus est Fab. Quintil. lib. vij. cap. vij. à q̃ malo studiosos quã à nobis, hæc addiscere. Iterum: Si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere, non debet repelli, & quasi μονομελῆ condictio ei dari debet[n]. Loquitur autem de condictione aduersus quam nulla consistit defensio: & ideo vnimembris dicitur: vbi enim aduersus eam exceptioni locus est, διμελῆ ἀγωγὴν vocant, id est, bimembrem actionem. Sic τριμελῆ, quæ & replicationem habet: qui locus à me alibi quoq; explicatus est. Rursus Iulianus notat: Quia conditio ἀδύνατος pro non scripta habetur[o]: id est, impossibilis. Est aũt id contrarium ei generi, q̃ ὅτι δυνατὸν vocant. Cic. epist. famil. lib. ix. Me περὶ δυνατῶν scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. Fortunatianus: Adynatus est status, cùm in themate ponitur quod sit contra rerum naturę fidem: vt si infans accuset adulterij, quòd cùm vxore cubuerit aliena.

CAPVT VIII.

Ex iisdem rhetoribus duo alia Iurisconsultorum loca restituta.

ITEM Africanus de perplexis qbusdã loquẽs[p]: Dixi hãc quęstionẽ esse ἐκ τῶν ἀπόρων, q̃ tractatꝰ apud dialecticos dicit ἀσύστατος. sic.n. pleriq; legũt: tã etsi aliis, τῶν ψευδομένων, magis placeat,

Nobis

a l. plus. instit. de act.
b l. fi. de mun. et hon.
c l. nullus. C. de decu. lib. x.
d Bar. l. minore. de quæst.
e Arch. xxxv. q. vj. si duo.
f c. cum oporteat de accus.
g cons. cxxxvj. in fin.
h c. uehiens. de testib.
i c. licet Heli. de sim.
k l. iustissimos. C. de offic. rect.
l l. iura. de le.
m l. fraus. eod. tit.
n l. si duo. §. idẽ Iul. de iureiur.
o l. ab omnibus. de leg. j.
p l. qui ccce. ad leg. falci.

Nobis vtraque lectio videtur posse defendi: nisi quòd alterum ad rhetores, alterum ad dialecticos ptinet. Dicit rhetorib. asystatos, id est, nō cōsistēs status. Arbitror aūt Iurisconsl. de ea asystati specie intelligendū, quæ ἰσάζοντα appellāt, cū eadem ex vtraque parte dicūtur: vt, Duo adolescētes vicini speciosas vxores habebant, nocte inuicem se conuenerunt, accusant se adulterij: quicquid enim altera pars dixerit, idem & altera dictura est. Potest & ea quę ἀντιστρέφοντα dicit intelligi, cùm actionem suam conuertunt litigantes, & neuter sua priore sentētia vtit, sed aduersarij sui. Quid verò apud dialecticos sit ψευδόμενον argumētū, & Quintilian⁹ ostēdit, & in Miscellaneis Politianus. Item alibi Vlpianus[a]: eadē pœna ex Senatusconsulto tenentur is, qui ἐπίθεσιν, aliudúe qd siue scripturam in notam aliquorum produxerit. Est epithesis, inscriptio quædam appositiua, in contumeliam, fraudemúe alicuius facta. Videtur autem sumptum nomen à thesi: ea est generalis & indeterminata adsertio, quæstionis modū complectens, quales apud nos sunt regulę iuris. Hypothesis verò terminata est, sicut apud nos, casus vel species facti. Apud Dialecticos (vt inqt Aristoteles) thesis est conclusio præter communem sententiam proposita. Aristophani verò in Nubibus, significat sportularum depositum, vnde iudicum honoraria pendantur.

a l. lex Corn. in ff. de iniu.

CAPVT IX.

Ex iisdem rhetoribus declarandum, quid sit Anacrisis, quid item causæ continentia.

ITEM alio loco Iurisconsult. Et ideo cùm quis ἀνδρεῖον fecerit, iuberi oportet venire irenarcham[b]. Est Anacrisis examinatio negotij, quæ per delati interrogationem fit huic, vt Fortunatianus tradit, tribus modis occurrimus: aut ignorantia. si dicamus nos nescire quis fecerit: vt si in ipsum accusatorē retorqueamus, vt si dicamus, tu fecisti: aut si in aliū quemlibet, vtputa, ille fecit. Hinc Lucas in actis Apostolorum cap. xxv. Perduxi eum ad vos, vt anacrisi facta, habeam quod ad Cæsarem scribam: sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & & causas eius non significare. Ptolomæus Aegypti rex quadam epistola eos magistratus damnat, qui Iudæos in vinculis detinebant, & αὐτοὺς ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως circumuentos perdere volebant, Macchabęorum lib. iij. Sanè epistolæ, quibus anacrisis continetur, in iure quandoque elogia, quādoque notoria appellantur. Iustinianus verò in nouellis Græcis, constitut. cxlij. anacrises vocat cognitiones, quæ inquirendi status eunuchorum causa fiunt. Rursus ab iisdem rhetoribus accepta videri potest continentia causę: *Nulli* (inquit lex[c]) *Prorsus audientia præbeatur, qui causæ continentiam diuidit, &c.* atque *alium super possessione, alium super principali quæstione iudicem postulauerit*: Probabile est hic de possessione agi, cùm tractatur, vter pendente iudicio possidere debeat: quod controuersiæ genus antiqui Vindicias dicebant[d]. Habet apud rhetores quælibet controuersia intentionem & depulsionem. Intentio est prima pars, cùm actor proponit & facit litē: formaturque hæc actio, ex ætio, id est, ex causa. Depulsio, est responsio rei, quæ ἐκ τοῦ συνέχοντος, id est, ex continente ad refutandam causam accipitur: cuius exploratio τὸ κρινόμενον, id est, iudicium, seu examinatio est. Igitur diuidi continentiam causæ dicemus, cùm corā vno iudice de causa quæritur, coram alio de continente: vt quia sub vno quærit, vter debeat possidere, sub altero de principali causa: cùm quib⁹ rationibus apparebit in principali causa quem esse potiorem, eisdem in possessione quoque defendi debeat.

b l. diuus. ff. de cust. reorum.
c l. nulli. C. de iudic.
d l. ij. de ord. iur.

CAPVT X.

A *Translatio, rhetorum vox, in iure quoque nostro duobus locis relata, & explicata.*

EODEM pertinet & quod Marcellus ait[e], dum si ager permissu creditoris venundatus dicatur, & debitor eum possideat, nec pecuniā soluerit, Doli, inquit, mali suspicio inerit, translata ad præsens tempus, vt possit creditor replicationem doli mali obiicere. Videtur enim ad rhetorum translationem alludere, quæ intentioni obiicitur: & quatuor modis fit, à persona, à re, à loco, à tempore. Ad postremū hîc B attendendum est: cùm enim creditor consensit, factaque venditio est, tum non potuit coniectura hæc accipi. Sed cùm deinde reperiatur creditor adhuc possidere, datur creditori quędā quasi trāslatio, qua intēdat, tāetsi olim agere nō potuit, nūc posse. de qua Quintil. Fortunatianus, cęteriq; rhetores nō pauca. A psona translationis meminit Vlp.[f] cū, *Sed & si pater*, inquit, *lite contestata cœperit abesse, vel etiam negligere executionem pater vi-* C *lis, dicendum est, causa cognita translationem filio cōpetere.*

e l. sicut. §. su. peruacuū. quib mod. pig.
f l. sed si unius. de iniu.

CAPVT XI.

Compilatores, expoliatoresq́; vnde dicantur, & Vlp. locus restitutus.

COMPILATORES non est dubium fures dici, quos aliis à pilis, id est, villis dictos putant, quib. syllaba repugnat. Horatius: Compilasse putes. Alij à Gręco verbo πιλέω, D quod quandoque condere significat, & in vnum cogere, Festo. alij à pilorū, id est, telorum raptu, Nonio: cui, si rectè intelligatur, ego assentior. cū enim fugientibus dominis, milites, quos appellatione pilorū intellexit Nonius, derelictas res furantur, compellare, & suppilare dicūtur. Cicero de Orat. ij. Vt cùm C. Fabritio Pet. Cornelius homo, vt existimabat, auarus & furax, sed egregiè fortis, & bonus Imperator, gratias ageret, q, se homo inimicus consulem fecisset, bello præ- E sertim magno & graui: nihil est quod mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm vænire. Hinc & crimen expilatæ[g] hæreditatis in iure, quia adhuc dominus non adest: alioquin furtum esset: vt quod in hostico prædam agere, sit in suo dilabentibus dominis cōpilare. Plaut. in Truc. Hęc cū video fieri, suffūror, suppilo, de prędā capio. Expilatores, inquit Vlpianus[h], q sunt atrociores fures, id est, λωποδύται, in opus publicum dari solēt. Quibus verbis apparet eos di- F ci expilatores, qui viatorib. noctu pallia & vestes diripiūt: quo crimine infamis fuit apud Græcos Phayll⁹, vt est apud Aristophanis ἀχαρνεῦσιν interpretē. Sunt aūt atrociores fures, quoniam noctu furtū cōmittunt vi priuatæ adiunctū: metu. n. relicto pallio diffugiunt viatores: tametsi verisimile sit expoliatores à Iurecōsulto eos potius esse dictos. Dictionem verò Græcam eo modo reponendam, & antiqui plerique codices, & Hetruscæ Pandectæ nobis indicarunt, cùm alij aliter coniectura inani comminiscerentur.

g tot. tit. de cri. expil. hære.
h l. j. de effract.

CAP.

CAPVT XII.

Gentiles in iure ad cognatos non referri, & locus Institutionum explicatus, itemq́; Ciceronis libro de Oratore primo.

SI *furiosus existat* (inquit lex xij. tabula. cuius verba Cicero. ad Herenn. refert) AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIA- A QVE EIVS POTESTAS ESTO. RVRSVS IN EADEM: SI PATERFAMILIAS INTESTATVS MORITVR, FAMILIA PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE ESTO. Quæsitum est qui sint gentiles: & Accursius pro cognatis accipi existimauit, nullo autore, repugnātibusque antiquis. Cicero in oratione pro domo sua, vbi in P. Clodium, qui per adoptionem capite minutus erat: Perturbatis, inquit, sacris, contaminatis genti- B b⁹, & quas deseruisti, & quas polluisti, iure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditatum relicto, factus es filius, &c. & tamen dubium nō est, iura cognationis adoptione non immutari. Idem gentilem suum in Tusculanis appellat Seruium Tullum † Romanorum regem, cùm tamen autorum consensu nihil ad eius cognationem eum pertinuisse constet. Meritò igitur alij gentiles interpretātur clarioris familiæ agnatos: quoniam idem Cicero in Topicis, ex definitione Q. C Mutij, Gentiles, inquit, sunt, qui eodem inter se nomine sunt, & qui ab ingenuis oriundi sunt, & quorum maiorum nemo seruitutem seruijt, & qui capite minuti non sunt. Sed huic sententiæ repugnat, quod etiam in seruis iura gentilitatis fuisse sentit Plinius lib. xxxiij. cap. j. Singuli Marcipores, id est, Marci pueri. Luciporésve dominorum gentiles vitam in promiscuo habebant: nisi olim hæc fuisse arbitremur, & ante xij. tabularum leges. Cicero quoque lib. de oratore 1. D Quid, inquit, qua de re inter Marcellos & Claudios patritios centumuiri iudicarunt? cùm Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudij patritij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se redijsse dicerent, nónne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? Quibus verbis gentem in patritijs esse, in plebeijs stirpē Cicero ostēdit. Erat autem duplex Claudiorum familia, altera patritia, altera plebeia, nec potentia minor nec dignitate, vt Tranq. in Tib. est au- E tor. Plebeiam autem Marcellorum fuisse, patritiam Pulchrorum, tradit Pædianus in Cic. orationem pro M. Scauro: videturque cùm sine hærede mortuus fuisset aliquis Claudius libertinæ conditionis vir, inter patritios exortam litem, & Marcellos: quòd Marcelli (erāt enim & ipsi Claudij, sed plebeij) ex eorum stirpe ortum, vel ab aliquo stirpis suæ manumissum asserebant: patritij iure gentis hæreditatem vendicabant. Existimatur autem id iuris patritijs fuisse, vt excluso fi- F sco, cuiuslibet cognominis sui hæreditatem gētilitio iure ad se traherent. Vnde apparet gentiles propriè dictos ipsos patritios inter se. Tacitus hist. lib. xj. Paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerant: exhaustis etiam, quas dictator Cęsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegêre. T. Liuius lib. x. de patritijs loquens: Semper ista audita sunt penes vos auspicia esse, nos solos gentem habere. Sanè ex definitione Ciceronis satis ostenditur, id ius, quod olim solis patritijs cōpetebat, ad plebeios quoque productum, dum ingenui ipsi maioresque sui semper fuissent. Hinc etiam agnosci potest, quæ sint gentilitiæ hæreditates, quibus Cæsarē Sylla mulctauit. Itemque nihil an sanguinis vinculum gentem pertinuisse: genus verò vel stirpē pertinuisse. Papin.[a] *Quoties quæritur genus, vel gentem quis haberet nécne, cum probare oportet.* Sanè ad hæc A non parum conferunt, quæ de Latina successione infrà disseram: & hinc potest etiam edictum prætoris de bonorum possessionibus declarari, quo[b] quinto capite bonorum possessionem decernebat, tanquam ex familia, ius nimirum gentilitatis intelligens: octauo verò capite cognatos manumissoris vocabat, id ius scilicet admittens, quod stirpis esse ex Cicerone docui. Admonet autem ibi rectè Accus. ordinem verborum edicti, non autem successionis, sequi Iustinianum: vi- B detur enim potiora fuisse stirpis, quā gentis iura.

† In antiq. lapi. Tullium legi.

a l. j. de probat.
b sunt autē Insti. de bon. poss.

CAPVT XIII.

Alia gentilium significatio, & declaratum Agathij poetæ Græci carmen: itemq́; l. j. C. de paganis.

FVIT & alia gentilium in Iure interpretatio, nempe vt quemlibet significet Romano imperio nō subiectum: quia non lege ciuili, sed iure gentium viuit. quo fit vt perinde sit, cum gentilem dicas, ac si barbarum. In theodosiano Codice extat cōstitutio[c], qua prohibentur prouinciales cum vxore barbara habere coniugium † nec gentili viro permittitur cum prouinciali fœmina copulari: ad quam constitutionem allusisse arbitror Agathium poëtam Epigram. libro sexto, dum mulieris externę thorum appetiturum se tradit, nisi lege prohiberetur: D

εἰ δὲ καὶ ἐθνείῃ πέλει οἱ νόμος αἶσχος ἀνάγκῃ
ὕβριν ἀνιχνεύων σώματος ἀλλοτρίου.

Qua ratione & in sacris literis ethnicus, id est gētilis dicitur, qui Christianæ legi non paret. Scribit Ammianus Marcellinus libro xv. condemnatum à synodo antistitum fuisse Athanasiū, quòd aruspex esset, & quid portenderent augurales alites aliquoties ex vero prædixerat. quam rem sic exequitur in hist. Cassiodorus: Cùm Athanasius à paganis & gentilibus in multa discrimina E conijceretur, inter iurgandum quadam die superuolitauit cornix, quæ cùm clariùs crocitaret, conuersus ad eos Athanasius: Scitis, inquit, quid vox oscinis prædicat? nempe cras, cras inquam fore, vt de templis vestris eijciamini: nec fefellit diuinum hominem expectatio. Sequenti die allata fuit Constantini Imperatoris constitutio, qua iubebat templa claudi, & sub gladij pœna vniuersos gentilium sacrificijs abstinere. ea lex in Codice nostro prima est, sub rubri. de paganis & F sacrificijs & templis eorum. Pagani autem ea ratione dicti sunt, quia Christi non sint milites: siquidem in iure hi sunt pagani, qui non militant, sed in pagis & vicis sua munera subeunt.

c l. j. C. de nupt.
† *Idem vetuit Solon.*

CAPVT XIIII.

De varijs hominum conditionibus in Iure nostro, qui serui, qui dedititij essent, qui fœderati, qui Latini, qui ciues Romani: item horum priuilegia.

nnnn

QVI in Romanorum ius, atque potestatem bello victi populi concedebant, non omnes eadem erant conditione: alij enim serui, alij dedititij, alij Latini, alij fœderati, alij ciues, & ipsi Romani victoris indulgentia fuerũt. Serui erant, in quos ius belli exercere victores noluerunt: sic dicti, quòd seruarentur, nec occiderentur. Solebant autem hos capta ciuitate sub hasta vendere, quod ius in Auenticis exercuit in A Galli Iulius Cæsar, in Salassis Alpinis populis Augustus. Hinc mancipia dicta, quòd in manu, id est, potestate victoris essent: sicut mangones, qui de huiusmodi venalibus negotiarẽtur, quod eos in manum, id est, potestatem emptoris agerent. Non solebat autem id in ciuitatem captam obseruari, nisi ex magna & grauissima iniuria.

Dedititij dicti sunt quidam populi, qui cùm in Romanorum fidem concessissent, rebellibus animis ab eis desciuerunt: quos deinde rursus supe- B ratos adeò humanè Romani tractarunt, vt & vitam illis seruarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent: sed tamen infamiæ labe adspersam, lege lata vt ad veram libertatem Romanæq; ciuitatis iura peruenire nunquam possent: quales videntur fuisse quandoque Gabij, vnde & Gabianus ager apud M. Varronem: sed & Campani apud Liuium lib. xxxv. Deditionis autem formam à Collatinis factam, sic exequitur idem autor: C Estisne vos legati, oratoresque missi à populo Collatino, vt vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos populũ Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtensilia, diuina humanaq; omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. Huiusmodi igitur deditis imponebat victor quas leges volebat. Dedititiorum tamen hæc conditio de rep. quamprimum exoleuit, quod vltionis atq; irarum calore introducta, D victoris impietatem quãdam argueret. Latini suis legibus relicti, liberiq; erant: sed iura ciuitatis Romanæ non habebant, adeò vt si qui Romani in colonias Latinas mitterentur, ius ciuitatis Roma. amittebant, & Latinam ciuitatem adipiscerentur: quod Cic. oratione pro domo sua ad pontif. ostendit, quod Latinitatis ius inferius quidẽ ciuitate Roma. sed tamen ignominiosum non erat. Cic. ad Atticum lib. xiiij. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iu- E dicem: multa illis Cæsar, neq; me inuito, etsi Latinitas non erat ferenda: veruntamen autem, ecce Antonius accepta grandi pecunia fixit legem à Dictatore comitijs latam. qua Siculi ciues Romani, cuius rei viuo illo, mentio nulla. Tranquillus in August. Ciuitates merita erga pop. Roma. allegantes, Latinitate, vel ciuitate donauit. Sed bello sociali exorto, impetrauere tandem, & vniuersi populi Latini, qui in Italia erant, ius ciuitatis: idq; lege Iulia cuius Cicero oratione pro Cor. F Balbo meminit. Fœderati liberi erant suis omnino legibus relicti, quales Aetoli apud T. Liuium populi: tamen Roma. maiestatem comiter obseruare tenebantur, & ex fœderatis ciuitatibus in delinquentes Romæ animaduerti fas erat [a]. Ciues Romani erant, quibus ius ciuitatis concessum fuerat: qua de re plurima à nobis in Dispunctionibus tradita sunt. Ex his aliqui ciues Rom. erant, cùm eorum ager iuris Romani non esset, vt Volaterani, cuius rei rationem Cicero in oratione pro domo sua ostendit. Erant quorum & ager iuris Romani censebatur, qui Fundi populi ideo dicuntur, vt idem Cicero, oratione pro Cornel. Balbo declarat. Qui autem speciali priuilegio in fœderatis, vel latinæ conditionis populis ciues Romani erant, etiam ipsi censi, dicuntur. Cic. iij. in C. Verrem actione: quia cùm censores pop. Ro. censum agerent, & ipsi dare nomina tenebãtur, videbantq; iure Romano, hinc lege Voconia cauebatur, ne quis census hæredem relinqueret mulierem. Erant & qui muneris honorarij tãtum cum pop. Ro. participes essent, sed priuatis municipij sui legibus viuerent: hi & ipsi iꝰ ciuitatis habent, sed municipes dicuntur à Gellio lib. xvj. cap. xiij. Sunt autem ciuium Rom. pleraq; iura propria, quibus is non poterat vti, cui huiusmodi concessum non esset. Vnde si falsò pro ciue Rom. se gessisset, peregrinitatis reus dicebatur. Tranquillus in Claudio: Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatũm ne an palliatum causam dicere oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum sæpiùs, & prout accusaretur, defenderetúrve, iussit. Dicuntur autem peregrini, omnes qui ius ciuitatis non habebant, vt quia Latinæ essent conditionis, vel penitus alienigenæ: quibus & prætor, qui ea ratione dicebatur peregrinus, ius reddebat. vnde & ager peregrinus dictus M. Varroni. Ea ciuitatis Romanæ iura sunt, patriæ potestatis, testamenti factionis, adoptionis, gẽtilitatis, de quo suprà à nobis dictum, agnationis, legionariæ militiæ, adipiscendorum Romæ honorũ, togæ ferendæ, breuiter vt omnium Rom. legum beneficio vti quis posset.

a l. non dubito. de capti.

CAPVT XV.

Ciuitas Romana quomodo ex delicto amittebatur, curq; Interdicti vel Deportati peregrini dicerentur, explicatæ plurimæ leges: itẽ Tranq. locus in Vespas.

SED & qui ciuis Romanus erat, ciuitate priuari inuitus non poterat, sed ex delicto tãtùm, & lege lata, & postquàm in insulam acceptus fuisset. Cice. in dicta oratione pro domo sua: Hoc nobis à maioribus traditum est, hoc proprium liberæ ciuitatis, vt nihil de capite ciuis, aut de bonis, sine iudicio senatus, aut eorum, qui de hac re cõstituti iudices sint, detrahi possit. Et mox: Ciuitatem nemo vnquàm vllo populi iussu amittet inuitꝰ. qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant autores facti, nomenque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non priùs hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant: id autem vt esset faciundum, nõ ademptione ciuitatis, sed tecti, aquæ, & ignis interdictione faciebant. Idem Cic. in oratione pro C. Rabirio: Gracchus, inquit, legem tulit, ne de capite ciuium Romanorum iniussu vestro iudicaretur. Tacitus libro tertio: Gratias agenti ob fratris exulis restitutionem Syllano, patribus coram respondit Tyberius, se quoque lætari, quòd frater eius ex peregrinatione lõginqua reuertisset, idque iure licitum: quia non senatusconsulto, non lege pulsos foret. Ouid. ij. Tristium,

Nec mea decreto damnasti facta senatus:
Nec mea selecto iudice iussa fuga est.

Imò

Imò & volentes ex delicto ciuitatem non amittebant, nisi aut lege pulsi, aut iure gentium capti essent. Quapropter tutor [a], qui ad hostes transfugiat, ciuitatem tamen retinet, nisi miles transfuga sit, iure belli ab hostibus retentus: fit enim & ipse hostis publicus. Cicero quoque eadem pro C. Rabirio oratione auctor est, lege Portia constitutum, ne qui ciuis Romanus esset, aut virgis cæderetur, aut summo supplicio adficeretur. Quapropter apud Sallustium more maiorum de con- A iuratis Catilinæ sumptum fuit supplicium: id est, eorum more, qui ante legem Portiam fuerãt, priusquam huiusmodi executio prohiberetur. Sic & apud Tacitum lib. xv. censuit Iulius Marullus more maiorum necandum, contrà Thrasea carnificem & laqueũ pridem abolita, & esse pœnas legibus constitutas, vt publicatis bonis, in insulam iret. Sunt autem exemplo peregrinorũ pœnæ in Iure ciuili constitutæ: vnde aliqui sunt serui pœnæ, vt qui ciuitatem libertatemque atro- B citate sententiæ amittũt: quales damnati in metallum, & qui bestijs subijciuntur [b]: ea autem est maxima capitis diminutio. Alij sunt dedititij, quales hi, quibus aqua, & igni est interdictum: & sicut dedititiorum conditio de republica exoleuit, Latinaque conditio diutiùs fuit superstes [c]: ita & interdictio aquæ & ignis in vsu esse desijt [d]: solumque deportatio in insulam remansit. Existimantur autem hi Latinæ conditionis, quia ius ciuitatis amittunt, insulam illam pro patria ha- C bent: quod Cicero prædicta oratione ad pontif. ostendit. Hinc hosce lex quandoque appellat peregrinos [e], vetatque eos ex testamento ciuis Romani quicquam capere: quandoq; Græco vocabulo ἀπόλιδας quasi sine ciuitate dicas [f]: alibi iura gentium eos non amittere tradit [g], licet Iure ciuili deficiantur. Dicuntur & quandoque relegati, sed lata significatione: propriè enim relegati sunt, qui nec libertatem nec ciuitatem amittunt D [h]: Ouidius eodem loco,

Quippe relegatus, non exul dicor in illo,
Parcaq; fortunæ sunt tibi verba meæ.

sed tantùm intra certos fines, & ad certum tempus summouentur. Iureconsultus Paulus priore significatione accepit [i], cùm, Hi, inquit, quos senatus hostes iudicauit, vel relegati vtique vsque eò ciuitatem amittant [k]. Plin. lib. iiij. de Val. Liciniano, qui incesti damnatus, & deportatus rhetor factus erat. Idem, inquit, cùm Græco pallio amictus intrasset: carent enim togæ iure, quibus E aqua & igni interdictum est. Et paulò inferius: Putabam nihil aliud te de Liciniano audijsse, quàm relegatum ob incestum. Tranq. in Vespas. Flauiam Domicillam duxit vxorem, Statilij Capellæ equitis Romani Sabracensis ex Africa delegatam olim, Latinæque conditionis, sed mox ingenuam, & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronuntiatam, patre asserente Flauio liberali Ferentini genito. Appellat Tranquillus eam mulierem delegatam, id est, relegatam, quod i- F dem est, ac conditionis Latinæ, & sic libertam Latinam Statilij. Huiusmodi autem deportati non omnem spem restitutionis amittebãt [l], sicut nec Latini viri spem Romanæ ciuitatis: nisi ea conditione deportati essent, vt in eis postliminio locus esse non possit, quo casu perinde ac dedititij erant. Hinc Honor. & Theod. in Cod. Theod. [m] Deportationis ad dicenda supplicijs, cui non solùm secundi viri copula, verumetiam postliminij ius negamꝰ. Hinc apparet certa ratio, cur præses prouinciæ ius in insulam deportandi non haberet: cùm enim ciuitas Romana ab his amitteretur, non nisi ex senatusconsulto, vel lege lata auferri poterat, meritò ante principis annotationem huiusmodi condemnatus ciuis remanebat [n]: erat enim deportatio, ciuium Romanorum pœna [o]. Quòd si præses aliquem non ciuem deportare voluisset in aliquam suæ administrationis insulam, potuisse id ab eo fieri, etiam inconsulto principe arbitror [p].

a l. si quis tutor. de tutel.
b §. pœnæ. Inst. quib. mod. ius pat. potest sol.
c l. j. C. de Latin. lib. tollen.
d l. iij. ff. ad legẽ Iul. pec.
e l. j. §. nec apud. C. de hær. inst. l. sed etsi lege. §. liberos. de in ius voc.
f l. j. de leg. iij. l. quidã. de pœn.
g l. si mandauero. §. is cuiꝰ mãdat.
h l. iiij. de inter. & releg.
i l. ij. de publi. iudic.
k l. amissione. de cap. dimi.
l l. intercidit. de cond. & demõ.
m l. mulier. C. de repud.
n l. j. §. j. de le. iij.
o l. inter pœnas. in fi. de interdi. & releg.
p arg. l. fi. de sepul. viola.

CAPVT XVI.

Qui sint liberti dedititij, qui Latinæ conditionis, qui item ciues Romani: Persij, Plinijque, Tacitique loca declarata.

HORVM similitudine introducti quoq; olim sunt triplicis generis liberti: alij enim ciues Romani erãt, alij Latini, alij dedititij. Ciues Romani, vt Caius inquit, tribꝰ modis manumissionem adepti censentur: aut in æde sacra, aut testamento, aut ante consulem vindicta manumissi. Latini aut per epistolã, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittebantur: connumeratque Iustinianus alios modos ea constitutione qua senatusconsultum Largianum, edictumque diui Traiani ad hos pertinens sustulit [q]. Dedititij erant, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore quæcunq; indicia, aut igne, aut ferro ita impressa sunt, vt deleri non possint: hi cum manu emittebantur, dedititij dicebantur. Addit Paul. Sent. lib. iiij. etiam dedititios fieri, qui iussu domini in vinculis aliquandiu fuissent, dum dominus furiosus aut pupillus non fuerit. Sed inter hæc genera ciues Romani melioris erant conditionis: quia eis omnia concedebantur, quæ propria ciuium Romanorum suprà diximus: tesseras quoque frumentarias, & cæteras principales liberalitates inter tribus cum cæteris Romanis accipiebant. Vnde Persius: *Velint,*

Publius emeruit scabiosum tesserula far.

quod ius alijs non competebat, nisi emissent. quapropter Scæuola [r], Patronus, inquit, liberto tribum emi iusserat, cui hæres clarissimus fuit: id est, senatoriæ dignitatis, &c. Latini verò & dedititij, nec idem testamenta condere, nec sibi ex testamento ciuium aliquid relictum capere poterant. In Theod. Cod. extat Constantini lex [s], qua traditur, Si quis dignitate Romanæ ciuitatis amissa Latinus fuerit effectus, omne eius peculium eo defuncto, etiam superstitibus liberis, à patrono occupari posse, dum ius agnationis ille nõ amiserit. Videturque ius agnationis in eo loco accipi eo sensu, quo Cicero lib. j. de oratore, ius gentis dixit. Tacitus lib. xvij. Eadem, inquit, largitione animos ciuitatum & prouinciarum aggressus Otho, Hispaniensibus & Emeritensibus familiarum adiectiones, Lingonibus vniuersis ciuitatem Romanam dedit. Vbi videt, adiectiones familiarium, pro misto quodam Latinitatis, gentilitatisq; iure accipere, vt sicut patritij gentilitatis iure cliẽtium cognominum suorum bona capiebant, sicut patroni Latinis libertis succedebãt, ita & ipsi Emeritenses huiusmodi ius experiri in suos possent. Iustinianus in Institutionibus, cùm de lege Iunia Norbana, edictoq; Traiani disseruisset [t]: Lege, inquit, nostra omnes liberti ciuitate Romana fruantur: & mirabili mo-

q l. j. C. de Lati. liber. toll.
r l. patronus de legat. iij. l. [illegible] j. de iudicijs.
s l. j. C. de petit. hæred.
t Instit. de succ. lib. in fi.

do quibuſdam adiectionibus ipſas vias, quæ in
Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Rom. capiē
dam tranſpoſuimus. Videtur enim adiectiones
accipere pro modis Romanæ ciuitatis, familia-
rumq; Romanarum ius aſſequendi. quamuis nō
negauerim, eo in loco Accurſij quoq; interpreta-
tionem probabilem eſſe. Sanè Latini liberti vt
Caius in primo Inſtitutionum autor eſt, priuile-
gia ciuium Romanorum conſequi poterant. De-
ditiij verò, nullo modo vnquam poterant. Si e-
nim Latini iterum à patronis aut teſtamēto, aut
in æde ſacra, aut ante conſulem manumitteren-
tur, ius ciuitatis conſequebantur. Idem ſi benefi-
cio principis id ius ſibi indultum eſſet: qui tamē
non niſi petente patrono ſolebat hoc concede-
re. Plin. ad Traianum: Ago gratias domine, quòd
& ius Quiritium libertis neceſſariæ mihi fœmi-
næ, & ciuitatem Romanam Harpocrati iatrali-
ptæ meo ſine mora indulſiſti. Erat autem Harpo
cras Aegyptius, qui ciuitatem Romanam conſe-
qui volebat: at illi liberti à ciue Romano manu-
miſsi erant, ſed fortè Latinæ conditionis, vel de-
ditiiæ, quibus ex voluntate patroni etiam ciui-
tas petebatur, quod in peregrinis ius ciuitatis
vocatur, in libertis ius Quiritium ſit.

CAPVT XVII.

Emendata lex, iudices. C. de epiſc. audien. & quomodo chœnix duas libellas pendat, declaratum.

CONSTITVTIO Honorij Theodo
ſijq; iudicibus mandat, ne alimen-
ta his, qui cuſtodia carcerum atti-
nentur, deeſſe ſinant[a], victualemq;
ſubſtātiam libellis duobus aut tri-
bus diurnis arbitratu Commentarienſis decer-
nant. dubitari poteſt, quid ſibi libelli illi velint:
& Accurſius à libro diminutiua forma dici credi-
dit. Ego ſanè huius rei exemplum nuſquam alibi
legi, quapropter magis crediderim fœminino ge-
nere de libellę pondere accipiendum: ea videtur
idem eſſe quod as, vt M. Varro atteſtatur. M. Ca-
to actione in Verrem iiij. Quis Volcatio, ſi ſua ſpō
te veniſſet, libellam dediſſet? Plautus in Caſsina:

Vna libella poſſum liber ego fieri.

Videtur autem Plaut. iocoſe liberum dicere, cui
ſit libella. Voluſius Metianus[b] (ſeu quiſquis ille
fuit, cuius liber hoc nomine circunfertur) libel-
læ cuiuſdam meminit, quæ ſeſtertij pars ſit deci-
ma: niſi fortè ſeſtertium pro denario accepit, ma
nifeſto errore. Sed tamen alia de libella hîc ego
accipiendum arbitror. & ſciendum apud Athe-
nienſes fuiſſe menſuram tritici quantum quiſq;
vno die comederet: ea erat & maior libra, voca-
baturq; chœnix, vel μέτρον, vt interpres Ariſtoph.
ait. Pendebat autem eorum drachmas cl. hoc eſt,
vij. & xx. vncias Græcas, vt Iul. Pollux & Nican-
dri interpres ſcribit: noſtra autem menſura ſe-
ſquilibram. eius cœnicis dimidium drachmarū
lxxv. libra, ſeu libella dicebatur, vt Rhemnius Pa
læmon oſtendit eo carmine:

Attica nam minor eſt, ter quinq; hanc deniq; drachmis,
Et ter vicenis tradunt explerier vnam.

Igitur iubet conſtitutio duas libellas, id eſt, chœ
nicem victualis ſubſtantiæ cuſtoditis præſtari:
quod etiam olim fieri ſolitum oſtendit Pythago
ræ ſymbolum: Super chœnicem non eſſe ſeden-
dum: id eſt, non debere quenquam pręſenti cibo
contentum eſſe, ſed potiùs aduerſus legem Euā-
gelicam de craſtino ſolicitari. Sic & Corinthij
χοινικομέτραι dicti, quòd pluribus ſeruis abundarēt,
quibus demenſum, ſeu, vt in Euangelio Lucæ di
citur, σιτομέτριον quotidie præſtandum erat: id ſin-
gulis mēſibus erat apud Romanos quaterni mo-
dij, vt ſcribit in Phormione Terentij Donatus.
De hoc intellexiſſe Herodotum lib. vij. arbitror,
dum quinquaginta & xxviij. hominum myria-
das, quod in Græciam Xerxes adduxit, abſume-
A re potuiſſe ſingulis diebus medimnorum myria
das xj. ſcribit, ſi quilibet chœnice contentus fu-
iſſet. Pendit autem medimnus Atticus chœnicas
xlviij. qua computatione locus Herodoti calcu-
lo cōuenit. nam ſi de medimno Græcorum com
muni, qui ſex modiorum eſt, itemq; de chœnice
Græcorum communi, quæ ſextarios quatuor cō
tinet, intellexeris, ratio non conſtabit. Sanè & li-
bro xx. cap. j. A. Gellius legis xij. tab. verba de
addictis hæc refert: Si volet, ſuo viuito: ni ſuo
B viuit qui eum vinctum habebit, libras farris in
dies dato.

CAPVT XVIII.

Quæ ſit conditio neceſſaria, quid item Vlna, & paſſus in Iure: quid ſignificet cœlū in carmine Vergiliano.

CONDITIONEM hanc, ſi cœlum di-
gito non tetigeris, impoſsibilem ne-
gatiuam noſtri doctores appellant[c],
C cùm rectius neceſſariam conditionē
dicerent, quæ pro pura habetur: niſi fortè de eo
cœlo intelligant, de quo oxymoron ridiculumq;
ænigma confinxit Verg.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Treis pateat cœli ſpacium non amplius vlnas?

Fama eſt, interrogatum eum ab Aſconio Pædia-
no, vt gryphum diſſolueret, detrectaſſe, quòd eo
grammaticis crucem fixiſſe atteſtaretur. Et rectè
D quidem ille: nam quæ eius loci interpretes affe-
runt, etiam ipſa oculorum inſpectione conuin-
cuntur falſa eſſe. Mihi certè Iureconſulto nullam
crucem, qui magnopere hac de re non ſum ſoli-
citus: arbitror tamen ad Hipponis ſententiam al
luſiſſe, qui, vt Crates in fabula πανόπταις ait, cœlum
dixit eſſe clybanum, ſeu furnum: & nos omnes
carbones, qui calore ſolis educati, tandem in ci-
nerem reſoluimur. quod dogma Socrati Ariſto-
phanes irriſionis gratia tribuit:

ἐν ταῦτ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες οἳ τὸν οὐρανὸν
λέγοντες ἀναπείθουσιν ὡς ἔστι πνιγεύς,
κἄστι περὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ' ἄνθρακες.
Illic vbi habitant, qui cauum cœlum viri
Verbis ſuadent eſſe idem cum clybano,
Circundat hic nos, noſq; carbones ſumus.

E Meritò igitur alludens poëta patêre cœlum, id
eſt, clybanum dicit tres vlnas, quòd ſcilicet, fe-
neſtra furni ſoleat hac latitudine confici: dicitur
enim & cœlum furni, ſicut oris: & lacunarium
F Græci οὐρανίσκον ea ratione appellant. Ariſtoteles
quoque de hiſtoria animalium lib. j. cap. viij. &
cap. xxiiij. οὐρανὸν ſimpliciter. Sic apud Athenæum
libro viij. Diocles Gurges deuorato piſce cali-
do, cùm diceret ſe cœlum exuſsiſſe: ſupereſt, re-
ſpondit Theocritus Chius vt mare ebibas: atque
ita tres omnium res maximas cōfeceris, terram,
mare, cœlum. Sanè vlnam Nicolaus Perottus
duorum palmorum eſſe credit, arbitraturque cu
bitum dictionem eſſe Latinam, que Græcis vl-
na ſit. alij quantum extenſis brachijs conficere
quis

a l. iudices. C. de epiſc. audien.

b lib. de aſsis diſtributione.

c l. in illa. de verb. oblig.

quis poteſt, idque ex Plinio: cuius tamen verba
aliter poſſunt accipi. melius veteres, qui vtranq;
manum ſimpliciter extenſam appellant vlnam.
Quo fit, vt idem ſit quod cubitus, aut duæ ſpita-
mæ, Seruio alijsque grammaticis. Iulius Pollux
autor eſt, ὠλένην, πῆχυν, κύβιτον, id eſt, vlnam & cubi-
tum idem eſſe, ſubditque vlnam interiorem bra-
chij partem eſſe, à cauitate flexioneque vſque ad
ſummum digitum, vnde λευκώλενος ἥρη Homero:
A quam ſententiam ſequor: nam & in hymno Mer
curij idem Homerus:

καὶ τὸ σπάργανον ἀμφ' ἐπ' ὠλένη δὲ ἐπέβαλλε.

& in Euangelio: Accepit puerum in vlnas. quo
fit vt non probem eos, qui in lege Solonis, ἐὰν δὲ
φρέαρ, ὀργυιάν. id eſt, ſi puteum effoderit, relinquat
paſſus ſpacium, ipſi vlnam malunt[a]: cùm paſſus
ſit, quantum quis paſsis, id eſt, apertis brachijs
manibusque efficit: hoc eſt, vt Suidas de orgya
inquit, μετὰ τῶν ἰδίων χειρῶν, non igitur temerè à rece-
B pta lectione recedendum. Suetonius, vt Seruius
refert, videtur vlnam cubitum intellexiſſe à caui
tate, quam Pollux ὠλέκρανον vocat, ad vſque manus
principium tantùm, vt ego arbitror: qui ſenſus
melius noſtræ interpretationi conuenit, & Euan
gelij loco. Itemque Ouidij carmine libro Me-
tamorph. viij.

—Menſuraq; roboris vlnas
Quinque ter implebat.

CAPVT XIX.

Quæ ſint in iure perplexa, & quid ſignificet piſtilli retuſio apud Hieronymum.

HABENT Sophiſtæ ceratinas, cro-
codilinasque quęſtiones, quas Po-
litianus in Miſcellaneis explicuit:
habent argumentum, quod ἀντίστρε-
φον vocant, cuius exemplum ab Au
lo Gellio libro quinto, capite decimo, & rurſus
D libro xix. capite vltimo, accipiendum eſt. Habēt
rhetores & ἀσυστάτους ſuas, de quibus ſuprà à nobis
dictum habemus: & nos perplexa, quorum pluri
ma in iure exempla. Sed id maximè dubiū, quod
Accurſius circulare dixit[b]: Ariſtotelis opinor e-
xemplo, qui in prioribus Analyticis argumenti
commeminit circularis, aut reciproci, cùm ſcili-
cet ad principia ſubinde reuertimur. exemplum
in iure ſic poteſt accipi: Cùm vxori CCC. dotis
E cauſa iam deberem, aliud æs alienum contraxi,
deinde qui mihi ſupererat vnicum fundum, Sem
pronio conſentiente, hypothecamq; remittente
vxore, vendidi: ſecundus creditor iure ſuo illum
euicit ab emptore, vxor iure dotis ab eo, emptor
ab vxore: quæritur penes quem conſiſtere tandē
debeat. Plato Comicus, Zenodotus, Heſychius
piſtilli circumvolutionem id argumentum vo-
cant, cùm ſemper eôdem reuoluitur. Sic & Plu-
tarch. aduerſus Stoicos: Piſtilli reuolutionem ne
F ridere videaris, omitte: ſignificans eos argumen
tis perplexis vti, & incaſſum laborare, nec quic-
quam proficere. quo ſenſu & Plato in Theæte-
to vtitur: opinor & diuus Hieronymus, qui qua-
dam epiſtola cum Chryſippæi acuminis & cor-
nuti ſyllogiſmi (κερατίνην vocant) meminiſſet, pi-
ſtillo retuſius dixit: quoties enim piſtillo aliquid
in pila teritur, circumuoluitur quidem ille
pila, eodemq; ſemper retundi-
tur, nec tamen exit.

CAPVT XX.

Quid ſit automaton apud Paulum Iuriſconſultum, quid cantari, vel catharri, quid ſalientes, quid item cathadromus.

CVM docuiſſet[c] Paulus Iureconſul
tus, ea legari non poſſe, quæ ædib.
detrahuntur, quia publicè intereſt
ædes non deformari: ſubijcit, nec
A fiſtulas, nec caſtella legari poſſe:
ſed & automata, inquit, & canthari per quos a-
quę ſaliunt, poterunt legari, maximè ſi impoſiti-
tij ſint. Videndum quid ſentiat Iureconſultus. Et
automata dicuntur à mechanicis ea opera, quæ
ſponte ſua mouentur, qualia ſunt horologia. He
ron in Pneumaticis, vt eſt apud Politianum rela-
tum, aquam exprimi ait in ſublime automaton,
id eſt, ſpontalem ex ſphæra concaua, quam ipſe
deſcribit. Sic Tranquillus in Claud. Si automa-
B ton, aut pægma, vel quid tale aliud ceſsiſſet. Sed
magis dubium eſt, quid hoc loco ſibi velint can-
tari, niſi accipias pro vaſis aquarum, quib. epiſto-
mia[d], id eſt, vt vulgò vocamus, ſpinæ adduntur,
vnde aqua exit, ideoq; ſalientes dicti Latinis au-
toribus. ſed quid ſi Græcè legamus catarrhi, κα-
τάῤῥοι? vt generaliter ſic intelligamus omne inſtru
mentum, vnde aqua defluit. Homerus ἰλιάδ. ι.

ἀφ' ὑψηλοῦ μέγα καταῤῥόον. Et rurſus ξ.
ῥηϊδίως, ὡς ὅτι καταῤῥοεῖν.

C Vnde & catarrhi medicis, cùm humor à capite in
pectus diſtillat, Galeno & Paulo Aeginetæ. Sed
quid de catadromo dicemus? cuius ex Labeone
libro ſecundo πιθανῶν, his verbis Paulus memi-
nit: *Si[e] periculoſam rem ante venditionem* facere ſolitus
eſt, culpa tua id factum eſſe videbitur. puta enim
fuiſſe ſeruum qui per καταδρομὴν γεράνου deſcendere,
aut in cloacam demitti ſolitus eſſet. Oſtendit Iu
lius Pollux libro quarto, cap. xix. decurſionem
D gruis ſic dictam, cùm ex ſublimi theatri parte per
machinam quis delapſus aliquē rapit, & ſurſum
ſecum aſportat: vt cùm Aurora Memnonem ra-
piebat, Iupiter Ganymedem, vel cùm Diana En-
dymionem, & ſi qua ſimilia. Non poterat autem
citra periculū id fieri. Metaphora à gruibus ſum-
pta eſt, quæ in terram deſcendunt ſubripiendi a-
licuius lapidis cauſa, quem pede retinent, vt in
alto volitantes, eo demiſſo experiantur ex cadē-
tis ſtrepitu, ſupra mare, an verò terram volitent:
vt Suidas, & Ariſtophanis interpres in Auibus
E oſtendit. Plinius probabilius credit, eum idcirco
pedibus contineri, vt laſſatis ſomno decidens
indiligentiam ſtrepitu coarguat. Hinc & nomen
ſumpſiſſe γέρανον, id eſt, gruem machinam, qua ar-
chitecti ſaxa ingentia ſubleuant, probabile eſt,
cuius mentio Vitruuio habetur. alij à ſimilitudi-
ne auis dictam putant.

CAPVT XXI.

Quomodo in diem addictio celebretur, & explicatus Plautinus locus in Captiuis.

F IN diem addictio, fit hoc (vt Paulus
inquit[f]) modo: Ille fundus centū
eſto tibi emptus, niſi quis intra ta-
le tempus meliorem conditionē
attulerit. Ad hanc addictionem al-
ludit perquam feſtiuiter Plautus in Capti. his ver
ſibus, quos grammatici adhuc non videntur ſat
intellexiſſe, imò & in quibuſdam peruertiſſe:

a l. ſi. fin. reg.

b l. Claudius. qui pot. in pig.

c l. cætera. de leg. j.

d l. fundi. § . . ſtella. de act. empti.

e l. pen. de act. empti.

f l. j. de in diem addict.

Agesis, roga emptum, nisi quis meliorem afferet,
Quæ mihi, atq; amicis conditio placeat magis,
Quasi fundum vendam, meis addicam legibus.

Sciendum igitur, sicut dicimus venundare, ita vice mutua emptum rogare, id est, emere: irridet enim senex parasitum, cui offert cœnam hac conditione, vt pauxillo sit contentus & cùm annuisset ille, addit se vendere pacto addictionis in diem, vt si melior sibi conditio allata fuerit, vt quia A alij amici senis ipsi veniant, ille sit exclusus. Addicam ergo, inquit, meis legibus, id est, meis pactis hoc cõuiuium, ac si venderem fundum. Quã metaphoram non intelligens, vel non intelligere se simulans parasitus inquit: Proh fundum vẽdis? Ad quem senex: Tu quidem haud fundum mihi, hoc est, vorabis, comedes, consumes. subijcit deinde I modò venare leporem, nũc ictim tenes. sic enim legi debere Erasmus noster optima ratione admonuit. Est ictis mustellę species, quã B & viuerram Latini vocãt, vt testatur Plinius, nec Raphael Volaterranus omisit. ea viuerra lepusculis infesta est: solentque venatores in hunc vsum id animal habere, quòd si, vt plerunq; accidit, leporem seu cuniculum venari non possint, deficiente meliore pulpamento, ipsam viuerram comedunt. Quod cùm ruri essem, & à villico meo factum fuisset, illi Plautini huius carminis interpretationem ferè acceptam tuli: adeò nõ minus quandoq; vsus ipse confert, quàm assidua lectio. C Videtur in eos prouerbialiter carmen illud adduci posse, quibus in omnem casum & subsidiali actione (vt nos solemus dicere) ita consultum est, vt omnino deficere eis ciuibus nequeat: quo exemplo vulgò dicitur, Deficiente obsonio apponatur caseus.

CAPVT XXII.

Qui ludi seruandæ defunctorum memoriæ inducti D *sint, explicata quædam Iureconsultorum responsa, & insuper Ausonij poetæ locus.*

LEGATVM ciuitati relictũ est (inquit Modestinus [a]) vt ex reditibus quotannis memoriæ conseruandæ defuncti causa spectaculum celebraretur, quod illis celebrare non licet. Sciendum apud veteres ludos funebres institutos fuisse in defuncti alicuius primarij viri honorem: videturq; mos hic E ex Homero acceptus, apud quem Achilles in funere Patrocli ἀγῶνα ἐπιτάφιον edit ἰλιάδ. ψ. præmiaque constituit:

——λέβητάς τε τρίποδάς τε,
ἵππους θ' ἡμιόνους τε βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα,
ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, πολιόν τε σίδηρον.
—Lebetasq; tripodesq;,
His mulos, & equos, armentaq; bucera iungit,
Succinctas famulas, incani & munera ferri.

Vnde Vergil. Aeneid. v. Anchisæ tumulo eosdem F ludos tribuit: & Archemori Thebaid. vj. Papinius. Qui in hisce ludis certabant, gymnici dicti, quòd nudi agerent. Eorum præfecti βραβευταὶ dicuntur, vt Iulius Pollux scribit, quos Plato & βραβεῖς, sed & ῥαβδοῦχοι, & μαστιγονόμοι, & μαστιγοφόροι, & ἀγωνοθέται, vt idem ait. Arcadius [b]: Mastigonomi, inquit, qui athletas in certaminibus comitantur. Donatus in Adelph. Teren. designatores appellat, qui in ludis funebribus præsunt, quòd designare sit rem nouam facere. In funebribus autẽ ludis multa fiebant noua spectacula, vt turba retineretur: emittebantur & quandoq; paria gladiatorum, qui mos Romæ primò institutus fuit à M. L. & Decio Brutis, qui defuncto patri eum honorem exhibuere, vt T. Liuius in Perioche, & Val. Max. attestantur: vnde Ausonij carmen:

Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine sellis
Iuniadæ patri in ferias misere sepulto.

Deinde Constantini lege [c] cruenta spectacula sublata sunt, & prohibitum, ne quis gladiatores habeat. Laudat Plin. Cæcil. lib. Epist. quarto, Trebonium Rufinum, qui cùm duumvir Viennæ esset, gymnicum agona lege lata sustulerit: qua de re cùm coram Traiano Imperatore causam dixisset, absolutus est: vt hinc appareat, quomodo casus in responso Modestini fingi eruditius possit, quàm aliqui soleant. Rursus idem Modestinus φιλοτιμοῦμαι, καὶ καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικόν [d]. Honoris gratia dono & dedico agonem quadriennalem. Sed quid si ἡρακλάιον legamus? Siquidem Iul. Pollux autor est agona gymnicum Herculeum dici: quoniam, vt inquit Papin.

—Primus Pisæa per arua
Hunc pius Alcides Pelopi sacrauit honorem,
Puluercumq; fera crinem detersit oliua.

Idem Pollux auctor est athletarum soleas seu calceamenta Endromides dici, cùm grammatici nostri solum vestimentum esse arbitrentur. Neratius [e]: *Eum qui plures filios haberet, vnum ex filijs ἀγωνοθετεῖν succepturum professum esse.* sic enim legendum. intelligit autem agonothetæ munus.

a l. legatum. de vsufru.
b l. fi. de mun. et hon.
c l. j. C. de glad. lib. xj.
d l. Septitia. de pollicit.
e l. si vni. famil. erciscun.

CAPVT XXIII.

Qui dicantur damnati ad ferrum. & declarata l. vltima. C. ad leg. Flauiam. de plagiarijs.

GLADIATORVM mentione admoneor, vt Caij quoque verba declarem, dum eos, qui ad ferrũ damnantur, libertatem perdere ait [f]: & ideo iure testamentum facere non posse. Et Accursius ad ferrum damnatos intellexit, vt capite truncarentur. alij ad vincula, & boias seu compedes malunt, ex Plaut. carmine in Persa: Ferreas tute tibi impingi videas crassas cõpedes. quod ego probare non possum, cùm iure ciuili pœnæ loco carcer non sit, sed custodiæ. Ego ad ferrum damnatos eos intelligo, quos alibi lex ad gladium damnatos ait. Paul. Iureconsult. Sent. lib. v. [g] *Summa supplicia sunt, crux, crematio, decollatio: mediocrium † autem delictorum pœnæ sunt, metallum, ludus, deportatio: minimæ, relegatio, exilium, opus publicũ, vincula: sanè qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.* Constantinus in Codice Theod. [h] *Liber sub hac forma in ludum detur gladiatorium, vt antequàm aliquid faciat, quo se defendere possit gladio, consumatur.* Tranq. in Nero. Exhibuit ad ferrum quadringentos senatores. Solebant autem noxij in ludum gladiatorium dari, vt Plinius in Panegy. quem Traiano dixit, autor est. Illud non omittendum, eam Constantini constitutionem in nostro Codice legi sub rubrica ad legem Fla. de plagiarijs [i]: sed sublatis quibusdam verbis, sibi contrarium videri: Accursioque non modicum fecisse negotium cùm primò metalli pœna eos plagiarios teneri decernat: deinde subijciat, seruum vel libertate donatum bestijs subijciendum, ingenuum verò gladio consumendum. atqui priùs non ad gladium, sed ad metallum dari constituerat. Sed ego principium legis in his solùm intellexerim, qui

f l. eius. qui. de testamen.
g tit. xix.
† Aliàs mediorũ
h l. plagiarij. C. ad l. Fab.
i l. fin. C. de plagia.

qui ciuitatis Romanæ ius habebãt, & qui ex quo delicto alij decollantur, ipsi in metallum dantur: finem in alijs. Quæ interpretatio satis cæterorũ sententiæ conuenit, qui principium in nobilib9, finem de ignobilibus accipiunt. Constantinus tamen, si legis suæ verba respiciantur, non ingenuus scripsit, sed liber: eumque, qui libertate donatus est, intellexit.

CAPVT XXIIII.

Qui essent coactores, argentarij: quid item sit Paria facere. Plauti locus in Aulul.

CERVIDIVS Scæuola, *Argentarius,* inquit, *coactor, cùm penè totam summam in nominibus haberet, seruis actoribus ita libertatẽ dedit* [a], &c. cuius responsi ratio vt recte percipiatur, ostendendum in primis est, quis sit Coactor. Et sciendum Argentarios, qui mutuam pecuniam fœnori locabant solitos ipsos eam exigere: verùm quandoque accidebat, vt reliquatores aliquos haberent, vel propter paupertatem, vel alia causa difficiles exactu, huiusmodi nomina per licitationem (quod etiam hodie vidi fieri) vendebant: hi emptores videntur Latinè Coactores dicti, quòd & cogere, sit pecuniam corradere, & exigere. Terent. Heautontimor. Quasi talenta ad quindecim coegi. Horat. autor est patrem suum Coactorem fuisse, Saty. vj.

Si præco paruas aut (vt fuit ipse) coactor
Mercedes sequerer.

Quo loco Porphyrion humile fuisse, ac turpissimum quæstus genus, autor est. Acron diffusiùs interpretatur, Argentarios esse diuites ipsos, qui summam rerum possident, à quibus foranei accipiant: Coactores verò ipsorum argentariorum mercenarios, qui à foraneis exigunt, qui & Collectarij dicuntur. Seneca Epistol. lxxxij. Post naufragium maria tentantur, Fœneratorem non fugat à foro Coactor. Tranqu. de Vespasiani patre: Coactiones (inquit) argentarias factitauit. Sed & Cicero pro C. Rabirio, dum Posthumus pecuniam cogeret, ait, ex decimis Imperatorum pecuniam sibi coegisse. non intelligo hoc quale sit, vtrum accessionem decumæ, vt nostri facere coactores solent centesima, an decessionem de summa fecerit. quibus verbis Coactores accipere videtur Cicero pro ipsis, qui nomine alieno exigunt, & exacti centesima pro mercede sibi retinent. sed de coactoribus argentarijs non loquitur, qui ipsi, vt dixi, erant licitatores. Idem pro A. Cluentio, Coactores accipit pro his, qui in auctione rerum minutarum aliquas emunt, vt cariore deinde pretio vendant: metaphora, vt opinor, ab argentarijs coactoribus ducta. Plaut. in Aulul. cùm lenam introduceret præsentem pecuniam postulantem, & iuueni fidem non habentem: Semper (inquit) oculatæ nostræ manus sunt: credunt quod vident: Vetus est, nihili coactio. cuius? non dico amplius. Solent enim argentarij nomina minimo coactoribus vendere, vnde orta ratio prouerbij. Igitur in Scæuolæ responso, cùm testator iussisset vt Dama, & Pamphilus actus sui rationem redderent, pariaque facerent: quoniam coactor erat, dubium fuit, an conditio esset intelligenda, vt Dama & Pamphilus intra sextum mensem tenerentur omnia nomina, exceptis perditis, exigere: an satis esset paria facere. Et respondere, parendum simpliciter conditioni: id est, paria faciendum. In libris enim rationum ab vna pagina acceptum describitur ab alia expensum: vnde paria facere dicitur, qui tantum accepit, quantum expendit. Tacitus auctor est, pactum cum Imperatore, à quo rerum curæ impositus erat, Pallantem, ne cuiusquam facti in præteritum interrogaretur, & vt semper pares cum republica rationes haberet. Sanè qui tali pacto rationes administrant, videtur Iul. Pau- A lus pariatores vocasse [b]: si modò fidelia sunt exẽplaria. Hinc & apud Plinium de fortuna: Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola vtranq; paginam facit. Est & aliquibus locis hic loquendi modus apud Senecam.

a l. antepen. de statu lib.
b l. Iulius. de cond. & demõ.

CAPVT XXV.

An præsidi, vel iudici mutuam sumere pecuniam B *liceat, dissoluta quædam antinomia.*

COACTORIS, collectarijq; suprà facta mentio me admonet, vt ἀντινομίαν quandam dissoluam [c]. *Præses prouinciæ* (inquit Paulus) *mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur.* Visum id Accursio est aduersari constitutioni Honorianæ [d], qua quisquis ille sit, iudici fœnebrem pecuniam mutuare, & si collectarius sit, pecuniam illi dare, qua iu- C dex honorem acquirat, prohibetur. dissoluitque hunc nodum ille non nisi quater diuinãdo, cùm ex verbis legum euidens appareat differentia. Pauli enim responsum non in eo loquitur, qui à litigante pecuniam mutuò sumat, cùm Honorius de iudice loquatur: neque in eo eloquitur, qui idcirco sumit, vt dignitatem emat: iudex enim ibi de inferiore magistratu accipitur, quales sunt municipales: non de præside prouinciæ, vel proconsule, & hisce maioribus, quos vel Imperator, D vel senatus cum imperio, in prouincias mittebant [e]: in his enim nullum subest huiusmodi nũdinationis periculum.

c l. præsidis. §. præses. si cert. peta.
d l. quisquis. C. eodem.
e l. j. ff. ad legem Iul. de ambi.

CAPVT XXVI.

Quæ seruorum nomina, quæ liberorum in iure: & declaratus A. Gellij locus.

CONSVEVERVNT Iurisconsulti cùm E hypothesim aliquam seu casum effingunt, quibusdam nominibus vti, quorum alia liberorum hominum, alia ferè seruorum esse adnotaui. Cùm de seruis agunt, Stichum dicunt, Erotem, Pamphilum, Damam, huiusmodique Græca. Dicitur Stichus, quasi στικτός, quæ vox compunctum, signatumque significat. hinc Leuitici capite xix. καὶ γράμματα στικτὰ οὐ ποιήσετε ἐν ὑμῖν. id est, Ne compunctas notas in vos imprimite. Cicero quoque tradit Alexan- F drum Pheræum cùm ad vxorem in cubiculum veniret, solitum seruum præmittere στιγματίαν, compunctum notis Threicijs: vstulabãtur enim ferro, addita aliqua cicatrice, vt agnoscerentur. Sed quid si ita dictos arbitremur, quòd in certa classe seu numero collocarentur? στίχος enim ordinem significat, vnde & numeri militum dicuntur. Vlpian. [f] *Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium, quamuis & hinc exemptus sit, & illo nondum peruenerit, tamen poterit iure militari testari: est enim miles, quamuis in numeris non sit.* Pomponius [g]: Vi-

f l. j. de bo. pos. ex test. mil.
g l. vrbana fam. de ver. sig.

dendum est, ipse dominus quorum loco quenquam habuerit, quod ex numero familiæ, & ex vicarijs apparebit. quem locum Accursius non satis videtur percepisse. Damas verò mihi dictus videtur diminutiua forma, quasi Demodorus: Græci enim Ξενᾶς dicunt, Metras, Menas, ὑποκοριστικῶς, pro Xenodoro, Metrodoro, Menodoro. Sic igitur & Damas, pro Demodoro, ea ratione, qua ν vertitur in α, vt in Damiano, Damocrito, Damocle, & similibus. Rectè igitur Horatius de libertino homine loquens:

Tu ne Syri Damæ, Dionisij filius audes
Deijcere ex saxo ciues? &c. Persius:
Verterit hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama. papæ.

Liberorum verò hominum nomina videntur esse Romana, Mæuius, Titius, Seius, Sempronius, Augerius, Numerius, & similia. Hinc M. Varro apud Gellium: Si quis mihi filius vnus, pluresúe in decem mensibus gignuntur, ij si erũt ὄνοι λύρας, exhæredes sunto. quòd si quis vndecimo mense κατ' ἀριστοτέλην natus erit, Accio idem quod Titio ius esto apud me: id est, idem iuris sit cum eo, qui exhæres suprà scriptus est: neque enim autoritati Aristotelis voluit adhibere fidem testator, vt pro suo talem agnosceret. quam interpretationem magis ego, quàm Gellianam ꝓbo.

CAPVT XXVII.

Qui sint Marchiones, & vnde dicti.

MARCHIONEM existimarunt nostri doctores à mari deduci: alij à Germanica voce, qua illi limites vocant, vt eorum sermone perinde sonet Marchio, quod dux limitaneus: quæ interpretatio nec ipsis quidem Germanis placet. Paulus Diaconus Longobardicorum libro sexto, sic statores, seu consiliarios regum videtur appellasse: Cunipertus cum statore suo, quem Longobardi propria lingua marphais dicunt, consilium inibat. Sed mihi vero similius videtur Celticum vocabulum esse, quo præfectus equitum significetur. Marcam enim illi equum dixere, vnde Mercomani equitatu pręcellentes populi: & Maroboduus rex, cui corpus instar equi esset. Nam & Franci hodie marcare, pro eo quod est equitare, vsurpant. Scribit Pausanias triplicem equitum ordinem à Celtis, qui in exercitu Brenni erant, trimarcisiam dictam. Fuit igitur hæc vox, & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis regibus, magistri stabuli seu equitum nomen, deinde in propriæ iurisdictionis appellationem transijt, sicut & duces & comites.

CAPVT XXVIII.

Vis, quid apud Paulum Martianumq; significet.

VIS Latinum nomen à Græco βία videtur deriuasse: inter cæteras autem significationes & virtutem ostendit, & potestatem ipsam, & apud Sallustium: Omnis nostra vis in animo & corpore sita est, & Vergilius: Non ea vis animo. Apud nostrates etiam ius ipsum significat: vnde tutela definitur, vis atque potestas in capite libero: cuius ratio est, quoniam iure gentium ex viribus iure metiebantur, quod Aristides in oratione ad Rhodios attestatur: vnde accipitur & quandoque pro effectu temporali. Fiunt, inquit Paulus [a], statu liberi vel conditione expressa, vel vi ipsa, vt cùm creditoris fraudandi causa manumittuntur, &c. Aliquando etiam pro vero effectu, vt cùm Cornelius Tacitus dixit: In speciem magis, quàm vi ipsa & Martianus [b]: *Ei qui hominem dari stipulatus est. vnum etiam ex his, qui tunc stipulatoris serui erant, dãdo, promissor liberatur vi quidem ipsa.* vbi Accursius interpretatur, ipso iure.

a l. j. de stat. lib.
b l. qui x. §. stichum. de solu.

CAPVT XXIX.

Ius à iustitia rectè dici: defensusq; à criticis Vlpianus.

IVSTITIA vnde dicta sit plerique dubitant, genuinumque Grammatici in Iureconsultos nostros contorquent, quòd ius à iustitia dictũ tradiderint [c]: maluntque aliqui Isidorum sequi, qui iustitiam dixerit esse iuris statum [d]. Sed ipse non arbitror temerè ab Vlpiano nostro recedendum: quem vt intelligamus, scire oportet, videri iustitiam dictam, quòd vim sistat: alioquin si ea non sit, vt prouerbiali carmine dicitur, βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος, cùm vis supersit, nullus est legis vigor, vt in iustitia ius appositum sit κατ' ἀντιστοιχίαν pro vi, vt suprà diximus. Est autem ἀντιστοιχία, contraria elementi transpositio, & metathesis, seu antithesis species, vt sicut illa ex proprio ordine ad aliam literam transfert, vt κραδίη, κάρτος, ἔπραθον, ἔδρακον, sic ἀντιστοιχία & ipsa elementum transferat, vel aliud substituat, vt magalia pro magaria, apud Seruium grammaticum. Solebant enim veteres pleraque à Græcis per inuersionem literarum dicere, vt Festus ait, veluti nares ῥῖνες, forma μορφὴ, tener τέρην. Dicta sit igitur iustitia, quòd vim sistat, ne progredi patiatur. Aulus Gellius [e] libro xx. autor est, in lege duodecim tabularum, iustos dies dictos, qui iudicatis dantur: quia interim suspenditur omnis executio, fitque quædam intersticio, seu cessatio iuris: vnde & iustitia est dicta: quo fit, vt sicut à dictione mœstus, stultus, lætus, deducitur mœstitia, stultitia, lætitia: eodem modo à iusto deduci iustitiam dicendum sit, quòd quidem iustũ dicatur, à quo vis omnis submota est. Festus Pompeius: Iusti, inquit, dies dicebantur triginta, cùm exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum. opinor ego quòd interim vis omnis sisteretur, vnde consequens est à iustitia ius ipsum dictum, non è conuerso, vt illi existimant, à iure iustitiam. Adde quòd Iustitia Deæ nomen est, quam apud Gellium Chrysippus condignè eruditeque depingit: appellationem ipsa hisce humanis qualitatibus potius dare debet, quàm accipere: conuenitque religioso homini ita potius arbitrari, quàm inanes hasce, & contentiosas grammaticorum tendiculas alicuius facere.

c l. j. de iust. & iure.
d c. for9. de ver. signif.
e cap. j.

CAPVT XXX.

Definitionem iuris ab Vlpiano traditam, veram esse, nec satis ab eius accusatoribus intellectam.

INCLAMANT in nos ijdem literatores, & ius ineptè Vlpianum definisse aiũt, cùm dixit, esse artẽ boni & ęqui: quẽ tñ si rectè intellexissẽt nõ arbitror tã temerè damnassent. Igitur

Igitur sciendum id Latinè æquum dici, quod Aristoteles τὸ ἐπιεικές vocat: estq; naturalis quædam moderatio, quę in pectoribus hominum residet, nec satis lege præscribi potest. Tranquillus in Caligula: De iuris quoque consultis, quasi scientiæ eorum omnem vsum aboliturus, sæpe iactauit se effecturum, ne quid respõdere possent pręter æquum: hoc videlicet significans, iuris scripti libros se abolitorum. Quod immanissimi tyranni dictum habet etiamnum declamatores aliquos, quibus maximè arrideat: quorum in Iureconsultis (vt apparet) eadem sunt vota, quæ libitinariorum in medicis. Sublato enim iure scripto, quid aliud supererit, quàm vt omnes ꝓ stultitiæ suę captu iudicent, sententiasque in cuiusque gratiam vel odium, arbitratu suo ferant, vniuersaq; litium tricis inuoluant? Nam quid arrogãtius ineptiusq; existimari potest, quàm semel tot sapiẽtum decreta summaq; cum ratione mille & amplius annorum vsu stabilita rescindere, & iudicum præsertim nostri temporis voluntati permittere: quorum nõ multos reperies, qui bonis artibus potius, quàm ambitu, & commendatione in ordinem adsciti sint? Sed hęc satis quod ad æquum attinet. Bonum accepisse videtur Accursius, eam æquitatem, quæ ex ancipiti hinc atque inde inclinantis animi motu, præualet. & scriptis mandari potest, qualis est vsucapionis materia. Et apud Ciceronem: Ius, quod Iupiter sanxit, vt omnia, quę reipublicæ salutaria essent, legitima & iusta haberentur. vt bonum etiam id significet, quod in quacunq; ciuitate vtile est, tametsi non semper cum æquitate concordet: videturq; Gręcè δίκαιον dictum, vt grammatici attestantur, παρὰ τὸ δύο ἔχειν, quòd ex duabus partibus secernat, quid pręualere debeat. Igitur ius ipsum est ars, id est, collectio omnium pręceptorum boni & æqui. Definit autem Vlpianus ius nostrum, ostenditque id fecisse nostrates Iureconsultos, q, tantopere exoptauit videre Cicero lib. de oratore j. dum, Si, inquit, aut mihi facere licuerit, quod iandiu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occupauit, aut mortuo effecerit, vt primum omne Ius ciuile in genera digerat, deinde eorum quasi membra dispertiat, tum propriam cuiusq; vim definitione declaret, perfectam artem Iuris ciuilis habebit. Nihil aliud igitur est ius, quàm æquitatis bonitatisque huius in artem redacta à Iureconsultis nostris collectio.

CAPVT XXXI.

Definitio iustitiæ eodem modo à criticis defensa, sicut & iuris distinctio.

IVSTITIA, inquit Vlpianus [a], est constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Negat Rodolphus Agricola libro de inuentione dialectica secundo, iustitiam esse constantem & perpetuam volũtatem: excusatque egregius scilicet patronus Vlpianũ, qui vt doctissimus fuit, ita & maximis semper occupationibus distentus est, ne vel ocium perpoliendis inuentis suis haberet. Sed profectò nec tali auxilio, nec defensoribus istis noster eget. Agè docte vir, dic tu, qui ociosus es, quam rationem opinationis tuæ habeas? Cicero certè Iureconsulto nostro consentit, siue eam definitionem sequamur, quam libro de inuentione ij. tradit: siue eam, quæ ad Herennium libr. iij. describitur: altero enim loco, Iustitia, inquit, est habitus animi, communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. altero, Iustitia est æquitas ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. Atqui etiam melius videtur ab Vlpiano constans voluntas appellata, quàm à Cicerone habitus animi, vel æquitas tantùm: cùm, vt suprà ostendimus, non in solo æquo consistat, sed in bono quoque, & eo quod publicè vtile est. Assentiuntur huic definitioni, & Peripatetici omnes post Aristotelem, sic finientes: Iustitia est habitus electionis, compos in his circa quæ vir bonus publicæ vtilitatis legumq; seruandarum causa versatur. Quas definitiones si diligenter intuearis, idem ab omnibus dictum depręhendes, sed non eodem modo, quòd scilicet pressius, elegantius, ἐμφατικωτέρως noster. tametsi non videatur Iureconsultis in definitionibus minus indulgendum, quàm ipsi sibi tribuunt inuicem alij professores. Gellius libro primo: Non fuit, inquit, negotium Varroni, vt superstitiosè definiret, & legibus rationibusque omnibus definitionum inseruiret: satis enim visum est eiusmodi facere demonstrationem, quod genus Græci τύπους magis, & ὑπογραφὰς, quàm ὁρισμοὺς vocant. Subijcit idem Agricola, non rectè ab eodem Vlpiano ius diuisum, cùm aliud publicum, aliud priuatum dicit: deinde priuatum in naturale, gentium, & ciuile diuidit: quasi (inquit ille) ius publicum neque naturale esset, neque gentium, neque ciuile. Quo argumento apparet non legisse eum Iureconsulti verba, sed ab aliquo discipulo suo accepto protinus damnasse. Si enim Vlpianum à fonte ipso, non à riuulis degustasset, potuisset cognoscere non omnium gentium ius ab eo describi, sed illud tantum, quo Romani vtebantur. id autem erat duplex: publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat: priuatum, quod ad singulorum vtilitatem. Id priuatum collectum est, inquit, ex naturalibus præceptis iuris gentium aut ciuilibus: quæ naturalia iuris aliarum gentium præcepta nihil ad statum populi Romani pertinebant, nec enim ex eis magis imperium Romanis in alias gentes concedebatur, quàm alijs gentibus, in Romanos.

a l. Iustitia. de iustit. & iure.

CAPVT XXXII.

Quod tempus humanitatis causa iudicatis, condemnatisq; indulgeatur.

RECEPTISSIMA est apud nostrates omnes opinio: Postquàm res est iudicata, condemnato dilationem quatuor mensium dari, vt cõficere eam summam, cuius iudicatus est, possit, & creditori satisfacere: idque [b] Iustinian. legis argumento, qua constitutum est eos, qui condemnati sunt, post quatuor menses à die condemnationis ad centesimarum vsurarum solutionem cogendos. Sed inde non videtur sequi, ante quatuor menses conueniri eos non potuisse: cùm verisimile sit, creditori datam fuisse electionem, vtrùm malit statim eos conuenire, an lapsa quadrimestri die centesimas vsuras accipere. Aulus certè Gellius eo, quem suprà citaui, loco, aliud lege duodecim tabularum cautum esse ostendit, quarũ versus hic est: Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus

b l. pen. C. de vsur. rei iud.

manus iniectio esto, in ius ducito, vincito neruo aut compedibus. Extat in Theodosiano Codice constitutio [a], qua duorum mensium dilationem reo nonnunquam concedi dicitur: quo lapso tẽpore, compellitur debitor, medietatem debiti persoluere: pro reliqua verò medietate duplices centesimas vsuras præstare: quam à Iustiniano antiquatam apparet.

a l. j. C. de vsur. rei iud.

CAPVT XXXIII.

L. Vsuræ. C. de vsur. emendata, & aliter intellecta, quàm vulgò soleat.

EADEM Cod. Theodos. cõstitutione, de pręstatione vsurarum, sic distinguitur, vt si ex stipulatu vsuræ debeãtur, & per annorũ curricula summam capitis impleuerint, vt scilicet quantitas fœnoris quantitati sortis coæquetur, vlterius peti non possint. Si verò ex re iudicata debeãtur, post sententiam sortis ipsius duplæ vsuræ præstentur, vsurarum verò simplæ: quod vltimum eadem Iustiniani lege correctum est, qui vsurarum vsuram, & vt Græci dicunt ἀνατοκισμὸν omnem sustulit. Ad priorem autem decisionem allusisse videtur Sidonius Apoll. qui li. epis. iij. Cauta est, inquit, fœneratori centesima, quę per bilustre producta tẽpus, modum sortis ad duplũ adduxit, &c. Hinc Antonini constitutio [b]: Vsuræ per tempora solutæ non proficiunt reo ad dupli compẽsationem: tunc enim vltra sortis summam vsuræ non exigũtur, quoties tempore solutionis summa vsurarũ excedit eam computationem. Quibus verbis ostenditur, in dupli ratione, solutas vsuras non cõputari, sed eas solùm quę in præsentia petuntur. Quo sensu lex est clarissima, cùm in vulgatiorib. libris sublata negationis particula, rem omnem tenebris insperserit, quibus vsuræ exigũtur, pro, non exiguntur, scriptum est. Sunt qui id duplum aliter intelligant, sed eorum calculus non solùm ex suprà scripta Cod. Theod. constitutione, & Sidonio confutari potest, sed etiam ex Iustiniani ipsius nouella constitut. cxxj. itemque cxxxviij. quibus locis scriptam Antonini legem corrigit, & particulares quoque solutiones duplo imputari iubet.

b l vsuræ. C. de vsur.

CAPVT XXXIIII.

Quot modis vis in iure accipiatur: & dubitatum an in oratione M. Cic. pro A. Cecinna, deiecto vi non armata, obstet exceptio, quod vi, clàm, precario à deijciente poßideret.

QVONIAM de vi quædam à nobis suprà dicta sunt, lectorem admonere placuit, varijs modis vim hàc in iudicium deduci. Alia enim est vis expulsiua, quę si cum telo fiat, etiã vis armata antiquis dicitur, qua fundo deiectum possessorem interdicto, vnde vi, prætor absq; exceptione, quòd alter ab altero vi, clàm, vel precario possideat, restituit. Alia est vis exturbatiua, cùm vterque litigantium possidere se affirmet, & alium exturbare nititur: cui malo & obuiam eat prætor, vti possidetis ita possideatis interdicit, dũ tamẽ nec vi, nec clàm, nec precario alter ab altero possideat [c]. M. tamẽ Cicero oratione pro A. Cecinna, primam illam distinguere videtur in armatam, & eam, quæ sine armis fiat. In vi armata nullam esse rationem eius exceptionis, in non armata esse. quã in re egregiè deceptus esset, cùm indistinctè prætor deiectum restituat [d]. Verba Ciceronis sunt, Ad duas dissimiles res, duo inuenta interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est posse docere se deiectũ, nisi ostendere possit, quum possideret tum deiectum: nec id quidem satis est, nisi doceat, ita se possedisse, vt nec vi, nec clàm, nec precario possederit. Sed cùm præcipuum ex omnibus antiquis autoribus Ciceronem ipsum ius ciuile diligenter calluisse deprehenderim, satius est eum non de priore illa expulsiua vi intelligere, sed de hac posteriore exturbatiua, quàm ille eleganti vocabulo quotidianam appellarit quòd huiusmodi possessores quotidie contendant, dum vterque possessionem sibi vendicat. cùm in priore qui semel expulsus est, propter vis maioris metum soleat pretorem adire, & interim aduersarium possidere sinat. Quamuis etiam non absurdè dici possit, aliud iuris tempore Ciceronis obseruatũ [e], quod & ex Paulo libro recept. Sent. v. [f] intelligi potest, qui de interdicto vti possidetis, & interdicto vtrùm vi, in vtroque requirit, ne alter ab altero vi, clàm, vel precario possideat. Verùm ego non vtrùm vi, sed vtrobi [g], legendum apud eũ arbitrarer, nisi inferiùs idem repeteret, verboque deijciendi vteretur, quod ad prius interdictum propriè pertinet. Prior tamen sententia mihi magis arridet. Alia vis est inquietatiua, vt cùm in meo ædificas: vnde prætor quod vi aut clàm factum est, restitui iubet. Alia est ablatiua, cùm quis ab inuito aufert: vnde actio vi bonorum raptorũ prodita est, & publici iudicij lex Iulia de vi. Est & quæ vocatur vis compulsiua, cùm vi adhibita aliquem cogo, vt alicui actui assentiatur: vnde & constitutio diui Marci prodita est: itemque prætoris edictum, de eo quod metus causa gestum erit, ne ratum sit.

c l. j. vti poßide.
d §. recuperãde Inst. de interdi.
e arg. l. sed si vi. de vi & vi arm.
f titu. vi. de int. terd.
g vtrubi. P. Flo.

CAPVT XXXV.

Quid sit potiri hostium, locus ab alijs non sat rectè intellectus.

APVD [h] Papinianum relatum extat, substitutionem pupillarẽ à patre, qui deinde ab hostibus captus sit, factam non euanescere, licet impubes defunctus sit, & pater qui hostium potitus est, apud eos decedat. Accursius eo in loco dubitauit, quod significet, Hostium potiri. Alij etiam magni nominis viri corruptum codicem arbitrantur, & legendum non hostium potitus, sed hostium potestati subditus: qui modus loquendi non sat Latinus, est certè non elegans: quare nil ego mutandum censerem. Plautus in captiuis:

Nam postquàm meus rex est potitus hostium.
Et rursus:
Ego, postquàm gnatus tuus est potitus hostium,
Expertus quanti fuerit, nunc desidero.
Idem in Epid.
Eductam perdidi, hostium est potita.

Sic & Ausonius: Aut natum, citò morte potiri: id est, in potestatem mortis transire. cuius locutionis etiam Donatus in Phorm. Terentij meminit. Obseruaui autem alijs quoque locis hoc loquendi modo vsum Papinianum.

h l. quod si filius de capt.

CAP.

CAPVT XXXVI.

Ius emphyteuticum quid sit, itemq; Ius embateuticon, Vlpianus explicatus.

SI ius, inquit Vlpianus [a], ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν *habeat pupillus. videamus an hoc distrahi à tutoribus poßit: & magis est, non posse.* Videndum quo de iure senserit. & sciendum corruptè nostrates doctores ius emphyteoticum dicere, cùm ratio Græci sermonis emphyteuticum pronuntiari suadeat, atque ita à veteribus scriptũ indicio sunt antiqui codices. ἐμφύτευσις enim dicitur, quasi implantatio, vnde ἐμφυτεύειν verbum implantare significat: & ἐμφυτὸν innatum, insitum Suidæ. Sed magis dubium est, quid ἐμβατευτικὸν significet: & vox ipsa indicat ius ingrediendi, ἀπὸ τοῦ ἐμβατεύειν, quod & ingredi, & intrò pedem inferre: vnde & ἐμβάτην calciamentum, vel cothurnus apud Lucianum. Sed & Suidas ex quodam historico: Οὖννοι δὲ τὴν περικειμένην νησίδα ἀπόλως ἐμβατεύσαντες, id est, Hunni per contiguam ciuitati paruam insulam introeuntes. Igitur hac appellatione ceu generali, id ius intelligi potest, quod & quandam detentationem respicit, & rei possidendę facultatem, tametsi proprietas vera ad alium pertineat: quale est ius superficiarij, vel eius qui fundum vectigalem possideat, vel perpetuarij. Vlpianus [b]: *In bonis nostris computantur non solùm quæ dominij nostri sunt, sed & si bona fide à nobis poßideantur, vel superficiaria sunt.* Caius [c]: *Superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est. cuius & solum.* Vectigalis ager quis sit definit Paul. Iureconsul. [d] sed & eius mentio apud Plin. Cæcil. lib. vij. Quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrũ ex meis longè pluris actori publico mancipaui, eundẽ vectigali imposito recepti tricena milia annua daturus: per hoc enim & Reipub. sors in tuto, nec reditus incertus, & ipse ager ꝑpter id, quod vectigali largè supercurrit, semper dominum, à quo exerceatur, inueniet. Erunt fortè quibus magis arridebit ius ἐμβατευτικὸν intelligere, quod vulgò pædagium dicimus, ius scilicet exigendi certam pecuniam à prætereuntibus, quod alioquin ad regalia solet pertinere. Sed ego eam interpretationem magis probo, quæ in etymologico magno est, vbi ille grammaticus, ἐμβάτεια, inquit, quæ nunc & ἐμβαδία, dicitur id ius, quod creditor in bonis debitoris sibi pignoratis retinuit propria autoritate ea ingrediendi opinor vt sibi in solutum cedat, quatenus æs alienum dissoluatur. meminit hoc sensu & Isæus. Dicebatur sanè is ager, qui creditoribus obnoxius esset, στικτὸς quasi signatus lapide, vel columna: qua de re in Græcorum commentarijs pleraq; habentur.

a l. iij. §. fin. de reb. eor.
b l. bonorum. de ver. sig.
c l. fi. de superfi.
d l. j. si ag. vecti.

CAPVT XXXVII.

Perpetuarius contractus quis dicatur, & Annæi Senecæ declarata sententia.

PERPETVARII dicuntur [e], qui fundum à principe, vel à Repub. cõductum certo canone in vitam habẽt suam, vel etiam hac lege, vt ad alios transferre possint: distantq; non multum ab emphyteuticarijs, nisi quòd emphyteutæ ex natura contractus vtile dominium habent, remq; sterilem & infructuosam susceperũt: his non videtur ius aliud, quàm conductionis cõpetijsse. Ad palatinorum, inquit, Arcad. & Hon. Impp. [f] curam & rationalium officia totius perpetuarij, hoc est, emphyteuticarij iuris exactio reuertatur. Idem alibi sepissimè meminit iuris perpetui, & patrimonialis, & emphyteutici. Aristoteles Oeconomicõn secundo, Byzantios tradit, cùm pecunijs indigerent, publicos fundos certa mercede locasse, fertilia ad tempus, ἄκαρπα δὲ ἀϊδίως, infructuosa in perpetuum. Annæus Seneca in ludicro de morte Claudij, mulionẽ perpetuarium appellare videtur mercenarium, qui mulam veterinam conductam in perpetuum dũ vixerit certo pretio habet, eaq; velaturam facit: Tu autem qui plura loca calcasti, quàm vllus mulio perpetuarius. Id enim hominum genus nunquam quiescit, quò lucrum faciat.

e l. fin. C. de loc. præd. ciuil. lib. xj.
f l. j. C. de off. Com. sac. pal.

CAP. XXXVIII.

Agri Publici quot modis dicantur.

DECLARATVM à nobis est, qui sint emphyteutici, perpetuarij vectigales fundi: ostendimusq; vectigales esse, quos Respublica in perpetuum, cùm publici essent, locauit. Nunc sciendum agros publicos varijs modis dici: quandoque enim hi publicabantur, quia de hostibus capti erant: vel etiam vicini hostibus, & veteranis in eorum præmia asignabantur, cuius rei Paulus quoq; commeminit [g]: vnde & Vergilius,

Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ.

Isque ager asignatus dicebatur: & quia inter ipsos veteranos certis limitibus diuidebatur etiam limitati nomen sumpsit [h], quod èx Agennio Vrbico à nobis alibi relatum est. Qui asignari propter incommoditatem non poterat, subsecíuus dicitur. Quandoque coloniæ alicui vel Reipublicæ donabantur, & si syluæ erant ex quibus ligna in reparationem publicorum mœnium distraherentur, vocabatur ager tutelatus. idem si ligna in publicorum balneorum vsum cæderent. Erant & loca in pascuis relicta pro vsu ad vrbem venientium peregrinorum: erant & alia noxiorum pœnis destinata, qualia coruorũ apud Aeoles: vnde Aristophanes, ἀλλ' ἐς κόρακας. Sic & Mediolani Vigentinum dictum, à Vigentio quodã ciue, qui eam vrbem Iustiniani ducibus prodiderat, cuius Procopius meminit. Erant & quædam inopum destinata funeribus, quæ loca culinas appellant. Sunt & præfecturæ loca alieni agri in veterum possessorum inuidiam proximis municipijs asignata: quæ qui diffusiùs percipere velit, Agennij Vrbici de limitibus agrorum commentarios [i] consulat.

g l. Lucius. de euict.
h l. in agris. de acq. rer. do.
i ad Iulium Frõti.

CAP. XXXIX.

Quid sit Stypteria, & vnde dicta sit Stipulatio.

EADEM Vlpiani lege [k] sic scribitur: *Si lapicidinas, vel quæ alia metalla pupillus habeat stypteriæ, vel cuius alterius materiæ.* Quæritur, quid sit stypteria: & non est dubium vocem esse Græcam, qua illi alumen intelligunt, sic à vi, quam habet adstringendi, appellatum: quod Dioscorid. libro quinto, & cæteri medici tradidere. Nec nouum nostris videri debet, appellatione metalli etiam alumen contineri, cùm hæc

k l. iij. §. fin. de reb. eorum.

vox

vox omnia comprændat, quæ sub terram effodiendo reperiuntur: sic dicta, quia ἄλλον μετὰ ἄλλον, id est, aliud post aliud inueniatur. Dicta est autem συμπυρία, à verbo Græco σύφω, quod significat adstringo: sic apud Aristophanis Ἀχαρνεῦσιν, γυπτοὶ γέροντες, id est, defensi, solidi, & quibus cruda viridisque senectus. vnde & stipulatio fortè dicta est. Iustinianus: *Stipulationis nomine vtimur, quòd stipulum apud veteres firmum appellabatur* [a], *fortè à stipite descendēs.* Malim ἀπὸ τοῦ γυπτοῦ potiùs legere: quid enim commune habet stipes, seu truncus cum contractu? Varro tamen à stipe, id est, pecunia stipulationē dictam mauult. Et ex suprà dictis apparet, in metallum censeri damnatos [b] quoscunque, non solùm qui in argenti, ferriúe fodinis opus faciunt, sed etiam qui alumen, cretamúe effodiunt. & si qua similia.

a Instit de verb. oblig. §. j.

b l. aut damnū. de pœnis.

CAPVT XL.

Quid sint numuli in ventrali, quid charisticon, item vestis institoria, emendati Iureconsultorum codices.

CALLISTRATVS [c] pānicularia bona damnatorum declarans, ea esse interpretatur, quæ damnatus habet, & modici sunt pretij, promiscuique vsus: qualis est vestis, qua fuerit indutus, aut numuli inueterales, quos victus sui causa in promptu habuerit: *Nec debēt* (subijcit) *præsides pati, vt commentarienses ea pecunia abutantur, sed debent seruari ad ea, quæ iure præsidum solent erogari, vtputa carciaticum quibusdam officialibus inde subscribere*, &c. Quibus in verbis apparet quidem duplicem esse mendam, sed quæ corrigi non, nisi præsidio antiquorum codicum, posſit, & posset fortè priore loco legi numulos in ventrali, vt ferè habent vetusti codices, intelligique de his pecunijs, quas opifices in facciperio habent, quod insitum illis inest in semicinctij plagula, quam ante ventrem gerunt, vnde & ventrale dictum: nos vulgò simili voce, gremiale dicimus. Ventralis meminit etiam Plinius libro octauo: Patris mei memoria cœpêre amphimalla nostra, sicut villosa, & etiam ventralia. Amphimallon vtrinque villosum significat Straboni libro quinto, qui in agro Patauino fieri huiusmodi stragula tradit. hęc & amphitapa dicuntur Nonio, & etiam Græcis auctoribus. Eorum mētio est & apud Vlpianum [d]: Vestimenta, stragula, amphitapa. Sic enim corrigit Marinus Brixiensis, cùm vulgò ansitaria legatur. Sed quid si stragula institoria legamus? quibus in officinis institores se induunt: vnde artis institoriæ Hieronymo aduersus Heluidium. Posteriore verò loco fuit, cûm legendum carceraticum putarem, vt illa merces significaretur, quam militibus qui custodiæ carcerum asſistūt, humanitatis causa magistratus largiuntur. Sed quid si Græcè χαριστικόν legas? quod ob gratiam alicui datur. Suidas χαρίσιον seu χαριστήριον interpretatur munusculum, quod illi rependimus, à quo maiora nos accepimus. Est autem dictum à Charitibus, id est, Gratijs, quas quandoque in marmore cādidiſsimo sculptas vidi, huiusmodi subdito epigrammate, quod cum studiosis communicare operæpretium duxi:

c l. diuus. de bo. damn.

d l. vestis. de auro & ar. leg.

Sunt nudæ Charites niueo de marmore, at illas
Diua columna suis ædibus intus habet.
Par tribus est facies, qualem decet esse sororum:
Par tribus est ætas, par quoq; forma tribus.
Grata Thalia, tamen geminæ conuersa sorori
Implicat alternæ brachia blanda soror.
Euphrosynen dextra stupeo, Aglaiamq; sinistra
Miror, & implicitis brachia nexa modis.
Iuppiter est genitor, genuit de semine Cœli,
Eunomia, & Veneris turba ministra fuit.
Inde alitur nudus placida sub matre Cupido,
Inde voluptates, inde alimenta Dei.

CAPVT XLI.

Pedanei iudices qui sint, & vnde dicti: & quid sit consilium præbere, vel exercere.

IN Iustiniani codice rubrica est, de pedaneis iudicibus: solentque nostri doctores de vocis origine, significationeque altercari. & ex Aulo Gellio satis constat, qui sint pedarij senatores, aut equites: sed nos non de illis pedarijs, sed pedaneis iudicibus, quam vocē ille barbaram putat, quęrimus. & Paulus Recep. Sentent. libro quinto [e]: *Iudices*, inquit, *pedanei si pecunia corrupti arguantur* † *à præside, curia submouentur. aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.* apud quem antiquus interpres pedaneos simpliciter existimat eos, qui ex delegatione causas audiūt. Vlpian. quoque pedanei meminit [f], & non teneri ex edicto eum ait, qui ad pedaneum iudicem vocatum exemerit. Vnde arbitror ex curia, seu decurionum ordine fuisse aliquos magistratus, qui cum præses pro tribunali cognoscens sederet, ipsi ad pedes adstarent, & ex præsidis delegatione deinde cognoscerent: vnde & Iustiniano χαμαιδικασταὶ appellati sunt [g]. aliqui & Διαιτητὰς apud eum pedaneos interpretantur [h]: quibus non omnino assentior. Solebant autem & consilij sui copiam administratori ipsi facere, & assessoris officio fungi: quos quidem assessores secum ipse proconsul ducebat [i]. Hosce assessores, atque pedaneos quandoque præses conuocabat, vt sibi in ardua aliqua causa adessent, dicebatur consilium præbere. Paulus [k]: *An manumittere apud se posſit is, qui consilium præbet, sæpe quæsitum est. ego quidem memini, Iauolenum præceptorem meum in Aphrica & in Syria seruos suos manumiſisse, cùm consilium præberet.* Dicitur & consilium exercere [l], quod ius soli pręsidi concessum est: nec enim legatus proconsulis eos cogere potest, vt in consilium descendant. Vlpianus: *Mandata à præside iurisdictione consilium non potest exercere is cui mandatur:* necessariò autem congregādi erant, cum minor vigintiquinque annis manumittere seruum volebat: quoniā lege Aelia Sentia ei non aliter manumittere permittitur, quàm si apud concilium iusta causa manumiſsionis approbata, fuerit manumissus [m].

e tit. xxx. ad le. Fal. Rep. † Alias dicūtur.

f l. iij. ne quis eum, qui.

g §. illud. in authen. vt defun. seu fun.

h §. sedebant. in authen. de iudi.

i §. illud. in authen. vt defun. seu fun.

k l. an manumittere. de mā vind.

l l. ij. de offic. eius cui.

m §. eadem. Institu. quibus ex cauſ. man.

CAPVT XLII.

Quid sit pantheræ emptio ab aucupe, extricatus Vlpiani locus.

VENATOR, seu auceps omnes mihi feras, aut volucres, quos hoc mē se capiet, ducenis nummis vendidit: quæritur an locatio hæc sit, tanquam operas locauerit, an emptio potiùs [n]. & constat emptionem esse, idque Vlpianus respōdit: quia idem est, siue futurum iactum retis à piscatore emamus, aut indaginem plagis impo-

n Bar. l. cotem. §. qui maximos de publi.

sitis à venatore, vel pātheram ab aucupe [a]. Significat πάνθηρα Gręcè vniuersam venationem, qualis in suprascripto exemplo venundata proponitur. Sunt qui rete ea voce intelligant, quo vniuersæ auiculæ capi posſint: & neutro genere πάνθηρον accipiunt exemplo τῦ πανάγρυ piscatorij. Sed cùm apud autores Græcos Latinósq; nusquam hoc sensu reperiatur priorem interpretationem magis probo.

a l. emptorem. de act. emp.

CAP. XLIII.

Mesonautæ & Nautepibatæ, item Epibades naues quid Iurisconsultis significent: & Anabatarum more certare, cur dictum.

VLPIANVS [b] lib. xiij. ad edictū, *Non debet*, inquit, *exercitor nauis per remigem, aut mesonautam obligari.* Dubitaui quandoq;, quid Mesonautę appellatione sensisset quoniā Hermolaus Barbarus mancipium ea voce intelligit, in medio nauis vnicuiq; deseruiens, quales sunt mediastini in principum domibus. Sed ego hāc sententiam non probo, cùm eodem lib. Vlp. [c] *Et quid*, inquit, *si quis sit ex his, quos vulgò μεσοναύτας, Græci ναυτεπιβάτας dicunt.* Quibus verbis significatur, Mesonautam vulgari voce eum dici, qui nauem inscendit, & ne aliquid nauli nomine domino nauis soluat, ducendis remis operatur, quod plerunq; fieri vidimus: Epibates enim propriè nauis ascensorem significat: vnde & milites, qui in naui pugnant, eo nomine vocantur, vt scribit Porphyrius in quæstionibus Homericis: & ἐπιβάδες naues Vlp. [d] id est, conscensorię & trāsportandorum hominum causa factæ, deducitur ἀπὸ τῦ ἐπιβαίνειν, ea ratione qua Anabates, id est, ascēsores. Sunt Anabatę Iulio Polluci admissarij, seu tauri. Plato verò, vt idem est autor, Anabatas dixit, qui aliis appellantur παραιβάται, id est, milites ex curru pugnātes, qui mos fuit veteribus, vt est apud Homerum. vnde prouerbium, Clausis oculis more Anabatarum certare. cum enim currerent ad metam, omnis inspiciendi vsus ad ἡνίοχον. id est, aurigam, quem secū in curru habebant, pertinebat, qui & plerunque propter puluerem, aperire oculos non poterat: vnde Homericus Nestor Iliad. ψ. filium admonet, vt metā maximè obseruet, sic enim aurigā aurigæ præstare:

b l. j. naut. cau. stab.

c l. fi. eod. tit.

d l. j. §. igitur. de exercit.

Μῆτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.

Subditque de Diomedis auriga:

αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.

Quare apud Ciceronem epist. li. vij. ad Trebat. sic malim legere: sed tu in re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus, qui neque in Oceano natare volueris, studiosiſsimus homo natandi: neq; spectare essedarios, quem antea ne anabatam quidem defraudare poteramus.

CAP. XLIIII.

Quid sit, χειρέμβολον eodem Vlpiano loco.

EODEM loco ab Vlpiano subiicitur, Quanquam ipse vel nauicularius, vel magister id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat hæc vox manus immiſsionē. Dicitur ἔμβολον nostrum nauis ad prorā. & est instrumentum æreum in naui, vt Aristophanis interpres ἡμεῖς ait. addit Suidas τρίμβολον esse ἐπιρρήματα χεῖρ, vocem scilicet, qua magister nauis adhortatur ad celeritatem: vnde arbitror χειρέμβολον à Iureconsulto hic dici signum, quod magister in prora residens manu dat, cùm nautis imperat, vt aliquid faciant, seu aliquem recipiant, vel nō recipiant: verùm cùm hæc vox à me nusquam alibi lecta sit, amplius quærendum reor. Sanè συρίμβολα Aelio Dionysio fistulæ sunt, quibus aqua exquiritur: χειρέμβολον: verò manipulus est.

C A P. XLV.

Quid cambire sit, quid collybus, quid laudare, & quomodo arbitri sententia appellari posſit.

ANTIQVA duo sunt elegantia verba Cambio & Laudo, vnde nomina quædam nostri doctores formauerunt sanè quàm barbara. Significat autem Cambio, id ferè quod permuto, Plaut. Truc. Apuleio, Charisio, Prisciano, Ennio: vnde Campsor Latinè dictus. Nostri verò vocem Cābij inde deducunt, quę Latina non est: id autem ea voce intelligunt, quod & Collybon Græci, id est, vt Pollux ait, ἀργυρίου ἀλλαγήν: vnde Lagium alij dicunt deductionem, videlicet quandam, quam sibi trapezitæ eo colore retinent, vel ob mercedem suam, vel quia sua tantùm intersit pecuniā, quam permutationis vice exhibent, potius retinere ob monetæ varietatem. quo sensu vox hæc apud Cic. actione in Verrem iiij. & Tranq. in August. accipitur. Vbi manibus, inquit ille, collybo decoloratis. vt talem ostēderet, qui nec iustus esset argentarius, sed collybistes tantum. Salicetus [e] dum Capsoldum de stipendiis iuris professorum deduci non posse docuit, sicut nec de eleemosynis, non absimilem collybo deductionem intellexit: sic à vulgò confictam, quia de solido, id est, integro carpatur. A verbo Laudo, quod nominatim approbare in iure significat, dixerunt Laudum pro arbitri sententia, cuius substantiuæ vocis exemplum apud Latinos nullum est. Verùm hæc adeò ab eis recepta est, vt non aliter arbitri sententiam dici posse existiment: ideoque anxiè apud quosdam tractatum sit, an appellatione sententiæ de ea, quam arbiter dixit, propriè intelligi posſit. In qua re memini in Iasonem [f], cùm ei operam darem, hoc modo quandoque me argumentatum: Iudiciū id arbitri Laudum dici non potest, quia ea vox Latina non est, arbitrium quoque non dicitur: non enim arbitrium ipsa est sententia, sed sententiæ dicendæ facultas. vnde sic rubricam conceptam habemus: *De receptis arbitris, & qui arbitriū receperunt, vt sententiam dicant.* Sequitur igitur, vt aut proprio nomine careat, aut sententia dicenda sit [g]. Ab eodem verbo etiam Laudemium deducunt, cùm Latinius esset Laudatiuum: sicut Donatiuū. Sic autem quinquagesimam appellant, quæ ab emphyteuta domino offertur, vt meliorationum ipsarum emptorem laudet, id est, approbet. Inde & Allaudium dixerunt eum fundum, qui pleno iure ad possessorē pertinet, pro quo nullum alicui Laudatiuum præstādum est. videntur veteres id proprium dixisse.

e Salic. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles.

f Ias. l. j. de rebu dio.

g l. v. §. fi. de ver. oblig.

CAPVT XLVI.

Crimen stellionatus vnde appellationē sumpserit.

STELLIONATVS accusatio in Iure nostro extra ordinem conceditur [h], vbicunque titulus criminis deficit: vt sicut cùm ciuiliter agimus, ob fraudē, vel calliditatem quamcunque, de dolo actione experimur: ita criminaliter stellionatus iudicio nobis succurritur. Nomen autem sumpsit à stellione lacerta stellata: quod animal malè apud

h l. ij. de crim. stell.

veteres audiit, siue quia inuidum (cùm enim eodem quo anguis modo pellem exuat, eam confestim deuorat, tãquam vtilem esse pro comitialis morbi remedio norit, idcircoq; hominibus præripiat, vt Plin. lib. viij. cap. xxxj. attestatur) siue quòd ex eo malum medicamẽtum fiat, quo mulieres decipiuntur: nam cùm immortuus est in vino, faciem eorum, qui biberint, lentigine obducit: ob hoc in vnguento eum necant, si quę mulieres pellicum formæ insidiantur, vt libro xxix. capite quarto, idem attestatur. Qua ex causa verisimile est, primo proditum id iudicium. An quia in id animal versus sit (vt canit Ouidius Metamorphoseωn lib. v.) duri puer oris & audax? Vnde & impudentiæ est symbolum, Græceque dicitur ἀσκάλαβος, quia sit ἀσκελὴς τῇ ἀφῇ, id est, contactu asper & durus.

CAP. XLVII.

Lex Fauia cur dicta, & vnde dicantur plagiarij.

LEGE Fauia [a] traditum est in Iure plagiarios puniri, id est, qui liberũ hominem sciens possederit, emerit, alienauerit: quique seruum alienum dolo malo retinuerit. Sed videndum est vnde plagiarij dicãtur: & vulgo creditur à plaga, id est dolore, quo ille afficitur, qui surreptus est. Sed huic sententiæ plurima aduersantur: & in primis ratio syllabæ, quæ in plaga producitur, in plagio, vel plagiario corripitur. Martialis:

Impones plagiario pudorem.

Verius est igitur quod Philelphus scripsit, ἀπὸ τȣ͂ πλαγίȣ, id est, ab obliquo dici, quia obliquis quibusdam artibus & dolis in seruitutem trahebãt. Vnde & Græci πλαγίως quandoque simpliciter pro dolosè accipiunt. Lex autem illa à Fabio lata est, vnde & Fabia dicitur, licet quandoq; propter affinitatem literarum, Fauia scriptum reperiatur. Eius meminit Marcus Cicero oratione ꝓ Caio Rabirio: An de seruis alienis contra legẽ Fabiam retentis, &c. Fuit & alia lex Fabia, de numero sectatorum, seu clientium, aut comitum, qui patronum sequerentur, lata: cuius idem Cicero meminit pro Lucio Muræna. Est & Fabiana formula, ad eorum reuocationem pertinens, quæ in fraudem patroni alienata sunt.

a l. j. de plagiar.

CAP. XLVIII.

Hyperbericus mensis quis sit in Decretis pontificũ.

EX Antiocheno concilio relatum extat, synodum ab antistitibus Christianæ legis habẽdam Idibus Octobris, qui dies apud Græcos Hyperberici mensis decimus inuenitur: quo loco Scholiastes [b] nodum in scirpo quærit, existimans eandem esse rationẽ nostri mensis Octobris, quæ & Gręci, cùm verba concilij clara sint qui dies nobis est Iduum Octobris, apud eos esse decimum Hyperberici. Opinor tamen Hyperberetæi legendum: sic enim apud Macedones eum mensem vocari autor est Suidas, esséque vltimum anni apud eos mensem: vnde hyperberetæa ab eis dicuntur serotina, tarda, & post collectos demum fructus accidentia: non absimili figura, qua Marcus Crassus Deiotarum regem illusit iam senio confectum, & ædificantem: duodecima enim hora diei illum ædificare dixit, vt est apud Plutarchum. Illud non satis vulgò est cognitum, veteres non solùm primum mensis diem calendas dixisse, sed omnes retrò vsque ad Idus. Celsus [c]: Cùm bissextus in calendis est, &c. Vnde ortus ille modus loquendi decimo calendarum feci: vel, ante nonum calendarum dabis? qua ratione & Idus dicuntur omnes octo Iduum dies. Vnde Horatius:

Ibant octonis referentes Idibus æra.

b xviij. distin. c. propter.
c l. cum bissextus. de verb. sig.

CAP. XLIX.

Cùm in obligationibus in diem perperàm agi ante diem lex dicat, disputatum, quid sit perperàm.

A CERVIDIVS Scæuola [d], *Si quis, inquit, stipuletur Ephesi decem dari, stante diem, quam deueniri Ephesum poßit, agat, perperàm ante diem agit.* Dubitatũ fuit, an perperàm, id est, nihil agat, quia nec actio, nec obligatio orta sit, vt quidam existimauere: an perperàm, id est, malè, quia licet orta sit obligatio [e], actio tamen impediatur: quæ videtur crebrior sententia, in quam & ipse docendo solitus sum transire: quoniam vox perperàm, videtur à B Græcis accepta, conformataque ex duabus dictionibus, πέρι, id est, vltra excessiuè, & πέραν eiusdem significationis, vt perperàm fieri dicatur, in quo modus tantum exceditur. Sic & Labeo [f]: *Si seruus quem emeras ad libertatem proclamat, & à iudice perperàm pro eo iudicatum est, & is deinde aliquo nomine tuus esse cœperit, non obstabit rei iudicatæ præscriptio.* Perperàm ibi intelligitur, excesso modo: quia non solùm seruum tuum non esse pronun- C tiarat, sed eum rectè in libertatem proclamasse. licet Accursius aliter intellexerit, quibusdam aliis responsis motus, quæ non multum eius interpretationem adiuuant. Sic apud Caium [g] perperàm confessus dicitur, qui absq; meditatione, & tempore deliberandi non petito, respondit. Non tamen negauerim perperàm quandoq; aliter quoque accipi: vt cum dicimus perperàm factum, quod dolo factum est: à Perperis fratrib. qui & Cercopes dicti sunt, & impostores erant: D vnde Græcis περπερεύομαι verbum, petulanter, aut dolosè agere. Sed prior significatio magis propria est. Vnde Hircius: Capti, inquit, sunt tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium missi erant, perperámque castra nostra peruenerant: id est, per errorem: Sic apud Plinium, perperàm pronuntiare, id est, per errorem.

d l. iij. §. si quis ista. de eo quod certo loco.
e in l. ita stipulatus. de ver. obli.
f l. si seruus. de lib. caus.
g l. qui inter. de interrog. act.

CAP. L.

Decani qui sint in iure nostro ciuili.

E COLLEGIATI in Cõstitutionibus nostris artifices quidam dicũtur, ipsius ex vrbis (vt ita dicam) fæce: sic dicti, quòd in collegia, seu decanias distincti essent. hi vt alicui muneri diligentius deseruirent, varia priuilegia consequebãtur. Sed maximè illi numerosi erant, quos Græca constitutione quadragesimatertia, item alia quinquagesimanona, in Nouellis Iustinianus Lecticarios, F seu Decanos appellat: ad hos cura Libitinę pertinebat, id est, exequias sepulturámque defunctorum procurandi, pheretra, lecticásve ferẽdi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iustinianus mille & centum ergasteria solùm illis attribuit. quæ ad maiorem ecclesiam [h] pertinerent, immunitatéque fruerentur: cæteros verò munifices esse iussit, neque hoc nomine excusari. Quòd hîc referendum duxi, vt aliquę leges, quæ sub rubrica, de sacrosanctis ecclesiis, sunt, melius intelligerentur.

h l. iiij. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccles.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Colores omnes explicati, & declaratus Pauli Iurisconsulti locus.

COLORVM omnes appellationes Latinè expreßsim ostendere vix quisquã possit: tã enim hac in re varia natura est, vt q, in aliis plerisq; accidit, rerum multitudo vocabula superet. generaliter tamen octo speciebus comprændi videntur: hæ sunt, albus, niger, ruber, luteus, fuluus, viridis, cœruleus, varius.

Albus, in pallorẽ desinit. Cãdidus, purior est, & niuibus similis: sunt q quãmaximè cãdẽti igni ęqualẽ ferãt. Gręci φλογίνθινον vidẽtur dixisse albũ colorẽ, cui nescio quid flãmei admistũ sit. Pallidus in liuorẽ vergit, qualis ex ochra cõficitur, qualẽq; rasilis buxus, aut noua cera oculis repręsẽtat. Subsequit Cinericius, quo Frãciscani paßim in presẽtia induũtur: nos vulgò Birretinũ dicimus, quòd viatorij militaresq; birri ꝓpter vtilitatem hoc colore essẽt. Græcè ἰνάργινος puto dicitur, vel etiã κίλλινος, quòd cillõ Dores asinũ dicãt, vt Iulius Pollux scribit: aliquãtò magis in nigrum vergit. Melinus ex pigmẽto, à Mele insula sic dictus, quẽ Latini & Giluũ appellant, Seruio grãmatico auctore. Is q græcas dictiões in Gellio trãstulit, giluũ credidit q, Gręci κιῤῥὸν dicunt, nullo auctore. Galli giluũ Chryseũ vulgò vocãt, à pallore videlicet auri, priusquàm excoquat: dequo etiã extat Diogenis Cynici dicteriũ pallere scilicet, quoniam plures sibi insidiãtes habeat. Leucophæos ex Sinopide Pontica, quæ rubra est, & Melino conficitur, Plinio. Est igitur Giluus color scilicet quadam tenus in rubrum vergens.

Niger color in Aethiopibus dignoscit: is & Ater dicit, vnde Atrati, eo colore induti. Cũ cãdore tẽperat, Fuscus est: Gręci φαῖον dicũt, nos vernacula lingua Brunũ vocamus, quales sũt Mauri, & Syri, & Hispani pleriq;. Cùm aliquid illi ruboris miscet, Pullus dicit: Plautus Morulũ vocat, nos Moreũ obscurũ dicimus. Ouidius autor est, mori fructus pullos esse. Si maior ruboris quantitas illi adiũgatur, Ferrugineus, q, hyacinthi floris epitheton est: itẽq; vacciniorũ, q̃ Vergilius simpliciter nigra dixit. Idẽ & purpurę color est: nã Dioscorides & hos flores, & cyclamini, purpureos appellat: vnde & purpureã mortẽ Homerus, à sanguine, vt pleriq; existimarũt, dẽso, & in furuum vergẽte. Murinus color Palladio, qualis in equis atris quidẽ, sed nitentibus, quẽ colorẽ bõbycina vestis villosa, nigraq;, quã ideo villutũ dicimus, repręsentat. Gręci murinũ colorẽ μύινον videntur dixisse, cuius lib. de Morali virtute Plutarchus, itẽq; primo de Ideis volumine Hermogenes meminit. Nominat & Paulus [a] Iurecõsultus Coracinũ colorẽ (si modò fidelia sint exẽplaria, nec crocinũ legendũ sit) quẽ nigrũ interpretor: vnde & Coracinus piscis à motiõe pupillarũ, vt Oppiani interpres scribit. Iũgit & quãdoq; niger color cũ fuluo, vocaturq; Rauus Cic. Academic. 4. Vnde lupa raua Horatio, & Rauicellus Plauto.

a l. quęsitum §. coccum. de legat. iij.

Ruber, seu Rufus color, multis distinguitur notis. aliquis ex Sandaracha fit, qui ad satietatẽ flammeus est, & à similitudine ignis πυῤῥὸς dicitur, Burrum veteres Latini dixerunt. Est & ἰωῤῥὸς quo maximè colore vinum probatur, quod nos vermiculum vocamus, proba voce, cuius Hieronymus, & Columella meminit: à vermiculo scilicet, quem Charmesinum quidam putant, ex quo inter album & nigrum medius conficitur: A quo fit vt hic non ita flammeus censeatur. Sunt & qui Rhussum vocent, quòd rhus herba coriaria hunc in foliis colorẽ ostentet, vnde & eam Græci ἐρυθρὸν ῥοῦν appellant. Alius ex cinnabari cõcipitur aliquanto coloratior: ἐρυθρὸς appellatur Græcè. Iulius Firmicus Rubeum dicit, quòd ex rubiæ herbæ radice, quam ἐρυθρόδανον Dioscorides appellat, in tinctoriis officinis conficiatur. Sunt & qui rubidum dicant eadem origine. M. B Fronto apud Gellium, Rubidum accipit atrore & nigrore multo mistum: fortè à rubi fructu dictum credidit. Est & Ostrinus color, qui & Purpureus, alibi ex conchyliorum sanie rubeus, ardensque: alibi violaceus, seu ianthinus, artificũ ingeniis nunc intensior nunc pressior: præstantissimus ex bucino, quem purpuræ filium Athenæus existimat: is nigranti purpuræ austeritatẽ nitorẽq; dat, vnde Amethystinus color fit. Plinio C similis coloris videtur etiã Coccinũ fuisse, à cocco herba, quã vulgò Granã vocãt. Sicut & Hysginũ [a], cuius Paulus meminit, nisi q, minoris æstimationis, nec tãti (vt arbitror) fulgoris erat. Ab eodem colore est & Purpurissum dictum, & Purpurissatæ genæ, Plauto: videtur is, quẽ Græci ἀνδρείκελον vocant, nos carneum vulgò dicimus, de quo sensisse poëtã Verg. lib. xij. credibile est:

Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, &c.

a l. quæsitum. §. coccum.

D Proximus Rufo color est Luteus, à Lutea herba, quam Græci Isatidem, Latini glastum, nos vulgò Guardum dicimus, sic dictus, quòd colore oui vitellum est. Itemque caltha, quam ideo Chrisanthemum à flore aureo Græci nuncupãt. Probatissimũ quoq; triticũ quibusdã luteũ dicitur. Cũ in maiorẽ ruborẽ vergit, croceus est. hinc,

Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

Cũ viridis aliquid assumit Aurigineus dicitur, qui color à morbo nomen assumpsit, quo laborãt icterici: quo colore etiã galbula auis ꝓditur.

E His accedit & Fuluus color, quẽ Leõi Verg. attribuit, fraxineę hastę Ouid. vt satis appareat esse, quẽ à castanea Tanetũ vocamus: nisi q, Fuluus clarior, Castaneus paulò obscurior est. A quo nõ multò differt Ceruinus, quẽ colorẽ in equis Palladius cõmẽdat. Sicut & Verg. Spadicẽ, quẽ Frõto apud Gelliũ rubrũ existimat, q, idẽ sit Spadix, & Phœniceus, & Rutilus: q, vtriq; verũ arbitror, si de eiusmodi rubro intelligamus, q, fuluo immistũ sit: vnde clàrius mihi videtur id Seruius explicasse, qui Badiũ colorẽ hunc esse scripsit: arbitror emẽdatius legẽdũ Baliũ. Vnde Pœnus apud Plau. Baliolus p cõtẽptũ à colore appellatur, nos vulgò Baiũ dicimus: is enim color maximè in equis proba-

tur: Gręci Spadicē, hoc est, cū fructu suo palmæ ramusculum βάϊν vocant. Huic nō multū dissimilis est Aeneus, vnde Domitij Aenobarbi cognomentū: nos Barbarussos vulgò dicimus. Trāquillus barbam eius rutilam dixit. Aliquāto clarior est Flauus, quē colorem amantium comæ attribuunt, itemq; segetibus maturis. Huic cōformis est Glaucus, nisi quòd aliquātulùm ex viridi assumit. Vergilius Mineruā flauo lumine dixit: quæ Homero Glaucopis appellatur: quāuis ab oculis noctuarū, quas illi glaucas vocant, alij sic dictam credāt. hinc & idem Vergilius, Glaucas salicum frondes. Homerus Glaucum mare dixit: eius enim coloris, cùm turbidum est, inspicitur.

Viridis color, q ex chrysocolla vel ærugine fit, ad satietatē viret. Prasinus porri folij est similis, & ideo nō ita intensus. Glaucus, vt diximus, pręter virorē, flauum quoq; cōtinet. Cœruleus vel à cœlo, vel à cœrulo auicula, quæ & κυανὸς dicitur. hic aeris color est, itēq; trāquilli maris: cùm grauior est, Venetus, cùm viridi immiscetur, Cymatilis dici potest. Sunt qui hūc & Cæsium vocēt à cœli colore, vt Frōto apud Gelliū disputat. Ego Cæsiū magis fuluo hęrere arbitror, quòd Catullꝰ Cęsiū leonē dixerit, & Terētius Cęsiā virginē, id est, coloris lētiginei, vt Seruius interpretatur: vel oculis felis, vt Donatus: nam & hodie vulgò Cęsiola vina vocamus, quæ inter albū & vermiculū flauescunt, vt fortè Fronto de colore cœli intellexerit, cum nubibus sole percussis aer nec serenus, nec limpidus est, & in glaucum vertitur.

Est & color Cœruleus, cādido perfusus, qualē nos vulgò Argentinum vocamus, de quo Vergilium intellexisse crediderim, cùm vellera dixit.

Hyali saturo fucata colore.

Est enim vitreus paulò densior. Sicut qui rarior est, dicitur Argenteus. Ouidius:

Vitreis argenteus vndis.

Qui dēsissimus & in nigrū vergēs, Aquilus, voce ab aquā deducta: nā cùm veteres duos tātùm colōres agnoscerent, Albū & Nigrū, hunc qui ex vtroq; participat, Aquilū dixerūt, vt Festꝰ scribit.

Varius color est, q & Versicolor dicit̃ Propertio:

Et variam plumæ versicoloris auem.

Vlpianus versicolorem accipere videtur simpliciter pro tincto, quasi in alium colorem versum sit. nos hìc ad varietatem referendum putamus, qualis est, qui Arquatus ab iride dicitur, quæ, vt poetarum præstantissimus ait,

Mille trahit varios aduerso sole colores.

Cuius exemplo & Iris Illyrica nomē sumpsit, quam tradunt herbarij auctores flores in arcum flexos ferre, cādidum, viridem, luteū, purpureū, cœruleum, ostētantes. Varius quoq; in equis dici potest, quē Scutulatum vel Guttatū Palladius appellat, nigris nimirū scutulis, vel guttis in giluo distinctus. Pantherinus breues habet in cādido macularū oculos: in camelopardali albi næui rutilū colorē distinguūt: in chao, quem lupū ceruariū vocamus, fuluum colorem albi oculi exornant, quod in pardo quoque ferè cernere est.

CAP. II.

Banniti vnde dicti, & quæ pœna fortuiti homicidij apud Græcos esset.

HABENT in communi sermone nostrates quædā vocabula, quæ licet Latina non sint, videntur tamen originē ab antiqua aliqua & recōdita historia sumpsisse: vt cùm eum, qui in exilium missus est, Bannitum vocant: siquidē apud Gręcos, qui homicidiū non spontè cōmisisset, is amissis bonis patria per annum exulabat, donec à tali crimine expiatus, deinde reuerteretur. id exilium ἀπενιαυτισμὸς, quasi abannatio dicitur, cuius exemplū apud Homerum Ἰλιάδ. ψ vltimo:

ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ ὅστ' ἐνὶ πάτρῃ
φῶτα κατακτείνας, ἄλλων ἐξίκετο δῆμον,
ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ.

Vt cùm noxa virum grauis vrget ciue perempto,
Qui patria abscedens aliam diuertit in vrbem,
Diuitis inque hominis stat limine.

Igitur ab hac abannatione videri potest bānitos dictos. nisi fortè à tuba quis malit, quam barbaro sermone constat Bannū dici: vnde Bannophorum, signiferū à Romanis vulgò appellatū, Procopius libro quarto Persici auctor est. Cæterùm apud veteres omnino fortuiti homicidij pœna erat ἀπενιαυτισμὸς: quod si fortuitū non fuisset, sed calore iracundiæ, non tamen procedēte tractatu, non annus, sed arbitratu iudicis tēpus statuebatur: quod ex eiusdē Homeri carminibus de Patroclo apparet, quæ Claudius Saturninus adducit, & à nobis alibi ex antiquorum codicū fide restituta sunt[a]. Meminit & idem Homerus libro secundo Iliados, Tlepolemi, qui cùm Lycimnij auunculi familiarem, à quo senio confectus ille ducebatur, baculo percutere vellet, per errorem ipsum auunculum percussit, exanimauitque: vnde coactus in exilium abiit, & operam in bello Troiano Græcis dedit.

a l. aut. facta. de pœnis.

CAP. III.

An fructus, deducto vsu legari possit, duo Iureconsultorum responsa conciliata.

INDVBITATA Iuris conclusio est, testatorem, qui fructum deducto vsu legat, invtiliter legare: quia nemo fructum habere potest, quin & vsum habeat[b]. Sunt tamen qui his aduersantia ab Vlpiano tradi arbitrentur, sub ea rubrica, qua docet vsufructuarius quemadmodum caueat. eius verba sunt[c]: *Sed & si vsus sine fructu legatus erit, adempta fructus causa, satisdare iubet prætor. hoc meritò, vt de solo vsu, non etiam de fructu caueatur. Ergo & si fructus sine vsu obtigerit, stipulatio locum habebit.* Sed certè nulla hìc est ἀντινομία: non enim hìc agit Iureconsultus, valeat legatū huiusmodi, vel id minùs: sed solùm verba cautionis à prætore introductę interpretatur, qui caueri iusserat, cùm vsusfructus ad eum pertinere desiisset restitutū iri. dicitq; si vsus tātùm legatus sit, dictionem fructus de cautiōe abolendam, ne aliter se restituturum caueat, quàm accepit. Ergo & vice versa, si fructus solùm obtigerit, & sic nulla mentio sit vsus in legato, de fructu tantūmodò restituēdo cauebitur, vt dationi cōueniat restitutio. Dū igit̃ inquit ille, Si fructus sine vsu obtigerit: nō de testatoris verbis loquit̃, qui fructū dixerit se legare absque vsu, vt quorūdā fuit sententia: sed, vt ex præcedētibus palàm declarat̃, de vsu loquitur, cuius nulla mētio facta sit: vt quia testator dixerit, Lego *fructū*: existimatur enim illud absq; aliquo tū fieri, quū nulla eiꝰ mētio facta est. hęcq; aperta est Iuriscōsulti sentētia, rectè eā percipere volētibus: alioquin si verba inter nos aucupabimur, nec sermo quidē familiaris & quotidianus (vt inquit Cicero) cohęrebit. Sed hęc satis, μηδέποτε πειρῶ δύο φίλων εἶναι κριτής. Cæterùm quid fructus legatum ab vsufructu differat, Accursius cęterique interpretes rectè docuerūt.

b l. per seruum. de vsu & hab.

c l. hac stip. §. j. vsufru. quēadmod. ca.

CAP.

CAP. IIII.

Quæ sint proastria in Authenticis Iustiniani, & quædam de sacris & religiosis locis.

CONSTITVIT Iustinianus[d], vt ecclesiæ liceat bona sua immobilia in emphyteusim dare, iustæ pensionis sexta parte diminuta, propter fortuitos casus, idq; exceptis proastiis, in quorum locatione perpetuario facta, nulli diminutioni locus est. Vnde sciendum, προάστεια Græcis dici suburbana, quę pulcherrimè consita à domino, non tam vtilitatis, quàm voluptatis causa habentur, quod ex Cometæ, Arabij, Marianique carminibus ostenditur libro Epigrammatum quarto εἰς προάστεια. vt meritò existimauerit Iustinianus nullam in his deductionem concedendam, sed cum casibus fortuitis voluptatem compensari debere. Est & vocis huius alibi[e] quoq; mentio, sed semper eodem sensu: licet quandoq; proaustia malè scriptum sit. Sanè quod ad templorum loca attinet non ab re erit Agennij Vrbici verba referre. Is libro de controuersiis agrorum, in hunc modum scribit: De locis sacris & religiosis controuersiæ plurimæ iure ordinario finiūtur. Si enim loca sacra ædificabantur, quam maximè apud antiquos in confinio constituebantur, vbi trium vel quatuor possessionum terminatio cōueniret, & vnusquisq; possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo, & quātum donasset scripto patefaciebat, vt per diem solennitatis priuatorum agri nullam molestiam inculcantis populi sustinerent: sed & si quid spaciosius cedebatur, sacerdotibus templi illius proficiebat. In Italia autem multi crescente religione sacratissima Christiana, lucos profanos, siue templorum loca occuparunt, & serunt. Quod ideo existimaui dicendum, vt magisterium suum si vult mēsor ostendere, modum concessum fano illi demonstret. Locorum autem religiosorum similis est conditio, & his nanq; secundum cautionem modus restituitur antiquus: nā sanctum est plerūq; quod incorruptum: & à sanciendo sanctum dicitur. religiosum à religando mentes, ne malè agāt homines: vel à relinquendo, quod à mortuis relinquatur. Sacrum autem propriè Dei est: profanum, quod dum sanctū fuisset, postea in vsu hominū factū est, hoc est, extra fanū & sanctuariū, hęc ille. Cęterùm & illud sciendū, Christianorū sacra loca ecclesias vel basilicas dici: paganorum verò seu gentilium, templa, fana, delubra.

d In authent. de alie. & emph. §. j.

e In auth. de restit. fid.

CAP. V.

Quis dicatur cognitor in iure, & quid ab aduocato differat.

COGNITIONEM plerunq; iudicis vel arbitri interpretamur, *cognitoremq; ipsum iudicem*: quæ significatio vt quandoq; vera est, ita nō perpetua. *Si lite[a] cōtestata procuratorem, vel cognitorem qui litis minister est ordinatus mori contigerit, &c.* vbi interpres antiquus, Procurator, inquit, est, cui per mandatum causa permittitur: cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam præsens, præsente iudice litigator iniungit, quo sensu accipitur & apud Ciceronem pro Roscio Comœdo. Asconius quoq; Pædianus in Diuinationem: Qui defendet alterum, inquit, in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: vel aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam amico commodat: aut procurator, si negotiū absentis suscipit: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam. vnde Cicero familiarissimum defensorē appellauit. hæc ille, apud quē dictio, absentis, desideratur, ex Festi testimonio restituenda. addit Fabius Quintilianus: Aduocatū, qui inutilis foro extitisset, vulgò causidicū appellari. Paulus lib. Sent. j. Omnes infames, qui postulare prohibētur. Cognitores fieri nō possūt, etiā volētibus aduersariis. fœminæ in rem suā cognitoriam operā suscipere non prohibentur. In rem suā cognitor, ꝓcuratórve fieri potest, q pro omnibus postulat.

a Ca. vij. de cognit. & procu. lib. ij. C. Th.

CAP. VI.

Pontifices vnde dicti, & quid sit pontificiū apud Gellium: item emenbatum Plauti carmen.

AVLVS Gellius libro Noctium Atticarū primo, cap. xiij. quo loco disputat, quemadmodum mandati fines obseruandi sint. Sunt, inquit, non pauci, qui sententiam suam vna in parte defixerint, & re semel statuta deliberatáq; ab eo, cuius negotiū id pontificiumq; esset, nequaquam putauerint cōtra dictum eius faciendum. Visa est aliquibus, etiam doctis, insolens illa pontificij vox: fuereq; qui summouendam existimarent: qua tamen in re ego nil temerè mutandum censui: cùm enim vnà cū Hieronymo à Glauburgo Germano, docto iuuene, auditoreq; meo, Theodosianum Codicem peruoluerem, in Constantini sanctionem incidimus, qui de maternis bonis loquens: Sin, inquit, in parentum potestate atq; dominio, vt fruendi pontificium habeant, alienandi eis licētia derogetur. Quibus verbis apparet apud veteres pro iure & potestate faciendi, pontificium dictum: vt etiā magnæ spei iuuenis Viglius Zuìchemus quandoq; mecum commentatus est. nā & Scęuola, vt Marcus Varro ait, pōtifices dictos arbitratus est à posse & facere: quia, vt ego interpretor, ius illis erat sacrificandi. Facere enim apud veteres, sacrificare est. Vergilius:

Cùm facerem vitula.

Idem:

Ne tamen extinctum faciam pecus.

Plautus in Sticho:

Iàm ne exta cocta sunt, quod agnis feceras?

Quod carmen vulgò corruptum circunfertur.

CAP. VII.

Quid sit incola & aduena in iure nostro, explicata quædam veterum loca.

PYRRHVS Anglebermæus fuerat olim Aurelianensi in Academia celeberrimi nominis Iureconsultus, qui demum in senatum Mediolanensem adscitus, studiorum commercio mihi iunctissimus factus est: sed nō diu suauissima eius consuetudine, ob præproperam hominis mortem, frui licuit. Periit enim vitiatis haustu pulueris præcordiis, quo tempore arx Mediolanensis de cœlo tacta, oppressis cētum & viginti custodibus corruit, manifesto pręsagio non tam Gallicæ ea in regione, quàm totius Italiæ, nedum Transpadanę cladis. Tuli autem eius mortem, perinde ac debui, ægerrimè: iambicumq; illud carmen, quod sibi manus inferentem Brutum dixisse auctor est Dion, sępius protuli, & epitaphio ipsius sub finem inserui. id à me sic compositum saxoq; insculptum legitur:

Quis non malignas mortis accuset vices,
Virtute claros quæ viros præceps rapit,
Viuaciores improbos coruis sinens?
En Pyrrhus ille, tot animi illustris bonis,
Latóque clauo, est ante præreptus diem.
Frustra putauit esse te Virtus deam,
Quæ fortuitis seruiebas casibus.

Is igitur Pyrrhus antequàm in Italiã veniret, lucubratiunculas illas ediderat, quæ etiamnum extant in tres Codicis libros, quo opere in omnibus ferè mecum sentit, paucissimis dissidet: si mea me defendentem tum audisset (quod postea fecit) in eis quoq; sententiæ meę accessurus. Admonueram quandoq; studiosos à Pomponio[a] Iurecõsulto incolam dici eum, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quẽ Græci πάροικον appellant: aduenam autem esse quem Græci ἄοικον dicunt. Scribit Pyrrhus[b] hac in re plerosq; à me dissentire, quod faciẽ mihi persuadeo, ex humanitatis scilicet professorib. qui vulgò sciunt à Græcis incolam μέτοικον, πάροικον, ἔνοικον que dici: sicut etiam σύνοικον, οἰκήτορα, περιοικίδιον: aduenam verò ἐπακτόν, ἐπήλυδα, προσήλυτον, ἐπηλύτην, παρεπίδημον. Sed certè alia fuit Iureconsultis cura, quàm vocabula Græca declarandi: quapropter videmus & Laurentium Vallam, & eius professionis alios etiam doctissimos, dum Græcas voces Pandectis nostris restituere volunt, nisi quatenus antiquorum codicum præsidio vsi sunt, nõ decimo quoq; loco vera diuinasse: quòd ipsi scilicet ad sola verba attenderent, mentem legũ ignorarent. Igitur sciendum, in iure nostro incolas esse, nõ simpliciter alienigenas habitatores, sed eos qui domicilium sedémque rerum suarũ animo permanendi fixerint, quos Iureconsultus πάροικος dixit: οἶκον pro domicilio accipiens, quod ab eis translatum sit. Sicut aduenam eum, qui domicilium non contraxit, & ideo ἄοικον dicitur. alioquin si simpliciter alienigenam aduentitium describere voluisset, aliis potuisset vocabulis vti. Sunt tamen qui non ἄοικον, sed ἔποικον legãt: aduersus quos non sola antiqui mei castigatissimiq; codicis est fides, sed & ratio ipsa. Sunt enim ἔποικοι, qui in coloniam missi domicilium constituerunt, & incolarum appellatione continentur: sicut & μέτοικοι. nisi quòd metœci quamuis domicilium haberent, tamen quia pari iure cum cæteris ciuibus admissi non erant, propriè incolæ non sunt: quoniam vt Modestinus Excusationum[c] libro primo ait: ἀλλ' εἰδέναι χρὴ ὅτι ὁ ἐν ἀγρῷ καταμένων ἰνκόλας οὐ νομίζεται, ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως δικαίοις μὴ χρώμενος, οὗτος οὐ νομίζεται ἰνκόλας. hoc est: Sciẽdum eum qui in agro remanet, incolam non existimari, cùm qui ipsius ciuitatis præcipuo iure non vtitur, non censeatur incola.

a l. pupillus. de verb. sig.
b Pyr. rub. C. de incol. li. x.
c l. scire. ad municip.

CAP. VIII.

Quid sit adire cum sacco, & quædam de lingua Hebraica.

QVOD dicimus, inquit Paulus, hæredem debere statim soluere[d], cum aliquo temperamento intelligendum est: nec enim cum sacco adire debet. Quæ verba videntur frequentiore calculo accipi, vt ferè prouerbialiter dicta sint de eo, qui petit rem absq; mora sibi præstari, & ideo cum sacco debitorem adeat, tanquam mox recepturus. Est autem saccus Hebręi sermonis dictio, nobis quoq; cum Græcis communis. Aristophanes δὶς μορφοφορεῖσθαι σακκίον ἐν οἷς ἐκατ' ἀργύριον ταμιεύεται. Mihi tamen magis placet, si ad ipsum hæredem referamus, non debere scilicet eum hæreditatem cum sacco adire: est enim saccus ad maioris summæ continendas pecunias mantica quędam, vt Asconius ait: vnde marsupium in sacciperio apud Plautum in Rud. Iulius Pollux pauperum seu operariorum esse ait, quem & σάκταν vocant. Sed σάκταν sacerdotibus tribuit Aristophanes in Pluto: ἐπεὶ τὰ ταῦθ' ἥρπαζεν ἐς σάκταν τινά. Sciẽdum autem, quas voces origine Hebræas Latini habent, easdem & Græcas esse, quoniã literæ primùm ex Phœnicia à Cadmo in Græciam latæ, deinde à Græcis ad nos peruenerũt: quod non in sacci dictione tantùm, sed & in pera, oceano, camelo, & similibus annotari potest.

d l. quod dicimus. de solut.

CAP. IX.

Auctor quomodo scribitur, & quid in Iure significet auctoritas: item veteris edicti formula.

AVCTOREM cùm eum, qui opus facit significat, vel qui primus inuentor persuasorq; est: sunt qui per th, scribendum putent, vt à Græco veniat, qui αὐθέντην, αὐθεντικόν, αὐθεντίαν dicunt. Sed vix est, vt in hanc ego sententiã transire possim, qui in quamplurimis veterum monumentis semper obseruarim auctorem legi, sciamq; Valeriũ Probum libello de præscriptis notis, AVC. id est, auctorum interpretari: atque ideo arbitror ab augendo deduci: auget enim confirmatq; alios exemplo sui, qui auctor alicui rei est, Ab auctore deducitur auctoritas, cuius dictiõis in Iure quinque reperi significationes, non sanè adhuc in vulgus proditas. & prima est, vt ius rei suæ vendicandæ qualibet vsucapione reiecta significet: vnde in lege Atinia dicebatur, QVOD SVRREPTVM ERIT, EIVS REI PERPETVA AVCTORITAS ESTO. & in lege duodecim tabularum: ADVERSVS HOSTEM PERPETVA AVCTORITAS: & si quæ similia à nobis declarata. Alia significatio est, vt actionem pro re euicta significet apud Venuleium[a], quæ interpretatio à superiore sumpsit originem. Paulus libro Recep. Sentent. secundo: tit. xvij. *Venditor si eius rei quam vendiderit dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius.* Idem ibidem: Rex *empta mancipatione, & traditione perfecta si euincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur.* Tertiò, cùm pro iure accipitur, quod quis ab auctore, id est, venditore consecutus est. Scæuola[b]: *Cùm controuersia de latitudine ei moueretur, quod aliàs probare non poterat, petiit à creditore, vt instrumentum à se traditum auctoritatis exhiberet*: id est, vt vulgò dicere solemus, tituli sui. Quartò, ex Honorij in codice Theodosiano constitutione[c] accipitur, vbi pro iudicis edicto reperitur. *Volumus creditorem ante duodecennium præstitum ad iudicis edictum mereri, auctoritatemq; postibus debitoris affigere*, nullus enim poterit post tanta constitutionũ documenta mẽtiri, &c. Quintò, ex Valẽtiniani nouella cõstitutione de indulgẽtiis reliquorũ, vbi pro mandato, & iussu principis, seu senatus accipitur: *Vix dũ vno è prouincia decedẽte cũ nouis auctoritatibus alter excurrit.* Extat Romę in diui Petri ad vincula ęde, vetustissimꝰ titulꝰ his verbis: Ex auctoritate Turci Aproniani V.C. pręf. vrb. Ratio docuit vtilitate, suadente consuetudine micandi summota, sub æxagio potius pecora vendere, quàm digitis colludentibus tradere, vt adpenso pecore, capite, pedibus, seuo, lactente subgulari, lanio cedentibus reliqua caro cum pelle & interaneis proficiat venditori, sub conspectu publico fide ponderis comprobata, vt quantum caro occisi pecoris adpendat, & emptor norit & venditor, commodis omnibus & præda damnata, quam tribunus, officium, cancellarius & scriba de pecuariis capere consueuerant: quæ forma interdicti & dispositionis sub gladij periculo perpetuò custodienda mandatur.

a l. fin. de euict.
b l. fi. de pig. act.
c l. j. C. si cer. pe.

CAP. X.

Quid sit reus, quid reatus: & aliqua responsa veterum explicata.

REI apud veteres dicuntur omnes, de quorum re disceptatur, vt Cicero de Oratore attestatur: inde reus stipulandi, & promittendi. hinc & Pompon.[d] Conuentionales stipulationes sunt, quæ ex conuentione reorum fiũt: reorum appellatione contrahentes intelligens. Sed & reus, atrocitas ipsa facti dicitur: vnde reꝰ, qui capitali crimine delatus, receptus est. Dicitur autem inter reos quis receptus, quando reiectis exceptionibus dilatoriis, declinatoriisque, pronuntiat iudex ad vlteriora procedendum: quod rectè Bartol.[e] docuit. Igitur post huiusmodi interlocutionem, quæ vim cuiusdam litis cõtestationis habet, qui accusatus est, incipit in reatu esse. Est autem hæc vox Ciceroni & aliis antiquis inusitata, primúmque à M. Messala cõficta, vt Fabius libro octauo auctor est. significat autẽ qualitatem ipsam, & statum rei, quod eleganter Budæus docuit. Martialis:

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squallidus hærebo pallidiórque reo.

Vnde Modestinus: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ei subleuanda est[f]. vt probare nostratium sententiam non possim, eius responsi argumẽto attestantium, eum, qui post longum tempus, puta decem vel viginti annos alicuius facinoris accusatus est, mitiore pœna puniẽdum: quasi grauitas sceleris temporis lapsu sit diminuta: quod certè ratione caret, satisque reo esse debeat tanto tempore impune egisse: & ideo tarditas vltionis (vt inquit Valer. Maximus) grauitate pœnæ compensanda est. Secus si diutius in reatu fuit: status enim & conditio accusati, quique de re capitali sua causam tãto tpe dixit, species pœnæ est, q̃ ordinariã aliquatenus subleuare debet. Vlpian. Is q in reatu decedit, ĩtegri statꝰ decedit[g]. Pau. Fraudis causa adoptio facta videtur, etiã si nõ in reatu, sed in desperatione rerũ per conscientiam metu imminẽtis accusationis quis adoptet. Quibus verbis adductus, consueui ego receptam ab aliis sentẽtiam damnare, qui existimant alienationem in fraudem fisci factam cẽseri, cùm intra modicum tempus delictum perpetratur[h]. Atqui etiamsi post crimen admissum fiat, non tamen in fraudem facta censetur, nisi venditor in reatu sit, vel accusator immineat, isq; in summa sit rerum desperatione, vt ibi Paulus tradit. Sanè reatus etiã pro facto ipso rei dicitur: vnde lex ait, Omnem honorem reatus excludit: eo scilicet exemplo, quo & abigeatus factum ipsum abigei Marcello Callistratóque.

d l. v. de verb. oblig.
e l. is qui. de public. iud.
f l. si diutino. ff. de pœnis.
g l. fin. ad le. Iul. maiest.
h l. post contractum. de don.

CAP. XI.

Quid sit æquum & bonum, & an in Iudæo moræ purgatio concedenda sit.

CELSVS adolescens scribit[a], eum qui moram fecerit in soluendo Sticho, quem promiserat, posse emendare moram, postea offerendo: scribit enim hanc quæstionẽ esse de bono & æquo: in quo genere plerunque sub auctoritate iuris scientiæ, perniciosè, inquit, erratur: & sanè probabilis hæc sententia est, &c. Videtur hic Iurecõsultus bonum & æquum id intelligere, quod ἐπιεικὲς Aristoteles libro Moralium quinto appellat, videlicet non simplicem æquitatem, sed id quod à legislatoribus est omissum: de quo tamẽ si interrogati fuissent, suadente eadem ęquitate, idem constituissent. Id enim regulare est, vt perinde habeatur, atque si expressim de eo quoque cautum esset[b]. Igitur apparet purgationem moræ hac ex æquitate inducta, fuisse: & ideo existimarem, etiam Iudæo concedendum, vt tali beneficio vti possit: quia licet cum eis summo iure agendum sit, non tamen ab hac æquitate summouendi sunt, quam ἐπιείκειαν vocant: cùm nihil aliud sit ius, quàm hæc ęquitas in artem redacta, vt suprà à nobis declaratum est[c]. quod & respondendum arbitror, cùm lex municipalis in causa iubet rigorem obseruari: nec enim verisimile est ius ipsum excludi, id est, boni æquique artem.

a l. si seruum. de verb. oblig.
b gl. l. tale. in fi. ff. de pact.
c Doct. l. insulā. de verb. oblig.

CAP. XII.

Non ex omnibus verbis obligationem, & explicatum Fabij Quintiliani ænigma.

QVAMVIS nihil magis fidei humanæ conueniat, quàm pacta seruare, id tamen rectè intelligẽdum est, cùm huiusmodi in pacto verus consensus affuit. alioquin Plautinæ sententiæ locus erit:

Pol pudere quàm pigere præstat totidem literis.

Quapropter à nostris doctoribus traditũ est, Verba adulationis causa dicta, nullam obligationem inducere, quæ ipsi curialia vocant: quòd scilicet soleant aulici, & qui in principum comitatu sunt, aliud sentire, aliud loqui. Idem & de verbis iactatoriis dicunt[d]: & cùm quis iactauit se principem hæredem instituturũ. Sed & lubricũ linguæ in periculum trahendum non esse, etiam si ad maiestatem pertineat, Modestinus ait[e]. Idẽ de verbis, quæ alicuius commẽdandi causa proferuntur[f]: nec enim qui commendat, tanquam sponsor conueniri poterit. In vẽditore quoque, qui rem suam laudat, idem respõsum est: nisi dolus malus adsit, vt in eo, qui equum vendit, & in tertriginosum, suspiriosum, tabidum, biliosum, substillum, vermiculosum, aliisque morbis laborãtem asserit, vt[g] emptor qui eis morbis, vel eorum aliquibus eum non affici videat, nec de alio credat, quo verè opprimebatur, vt quia vulsus, seu pulmonarius esset. Eòdem pertinent & verba temerè calore iracundiæ prolata[h]: nec enim ex eis oritur obligatio: solétque huiusmodi viris concedi, vt quod dictum indictum, quod ratum

d l. diuus. de milit. testam.
e l. famosi. ad l. Iul. maiest.
f l. sciendum. §. j. de ædil. edi.
g l. j. in fine de actio. empti.
h l. quod calore. de reg. iur.

irritum sit. Sed & quæ quis nimia alacritate in balneo effutierit [i], vel in conuiuio ad iuris necessitatem trahenda non sunt, causáque cognita plerunque ignoscitur. Μισῶ, inquit Martialis, μνάμονα συμπόταν Προκίλλε. id est, odi memorem compotorem. cuius rei plurima apud veteres extant exempla, quæ referre non attinet. Sed pulcherrimum apud Fabium Quintilianum libro octauo, vbi Cæcilij quoddam ænigma commemorat, qui Quadrantariam Clytemnestram dixerit in triclinio coam, in cubiculo nolam. exercebat hæc mulier artem balneariam, vnde à quadrante, qui balneatoribus dari solebat, Seneca Iuuenaléque auctoribus, quadrantaria videtur dicta. cæterum loquax, quæ tamen præter linguam nihil meretricium haberet: in triclinio seu conuiuio erat coa, tanquam coitum petenti nemini abnueret: in cubiculo verò nola, à negando. Lusus est autem à duabus ciuitatibus Cio & Nola, sícque interpretãdum duxerim, licet alij aliter, nolam ipsam ad tintinnabula referentes.

i glos. §. j Instit. de liberti.

CAP. XIII.

Protestatio non numeratæ dotis, cur scripturam requirat: & maritorũ iurgia, suspecta legislatori esse.

PROTESTATIONEM quamlibet valere, etiamsi ore tenus tantum accersitis testibus facta sit, omnes tradunt [k], nec necessariam scripturam esse, nisi cùm ea actionis, vel exceptionis vice proponeretur [l]: quapropter non numeratæ pecuniæ vel dotis querelam, nõ nisi ex scripto faciendam: videtur enim exceptioni subrogari. Sed in exceptione nõ numeratæ pecuniæ vix est, vt ipse à regula recedã: quia Iustiniani constitutio scripturam in querela dotis requirẽs, alia ratione nititur, quàm doctores nostri crediderint, & quæ in alia pecunia nullũ locum habet. Verba Iustiniani sunt [m]: Contestationem per scripturam requirimus, non in sermonibus solùm: sæpe enim aut indignationis, alitérve incidens oratio talis quædam virum ad dicendum inuitat: aut testes redempti, quod vir non dixit, dictum fuisse mentiuntur. Quibus verbis satis ostenditur, suspecta fuisse legislatori cõiugum iurgia, & quæ frequenter in matrimonio oboriuntur querelæ: de quibus saxo insculptum Romæ adhuc legitur vetustissimum epitaphiũ, tribus hisce quadratis catalecticis sanè quàm elegans:

Heus viator miraculum, hic vir & vxor non litigant:
Qui simus non dico. at ipsa dicam: Bæbius ebrius
Ebriam me nuncupat. hei vxor etiam mortua litigas?

k l. si. C. de neg. gest.
l l. vt perfectius. C. de anna. ex cept.
m §. cõtestatio nem. in authen. de tempo. non num. dot.

CAP. XIIII.

Declaratum Vlpiani responsum, quid sit legatum chresis, an vsus, an verò fructus sit.

VLPIANVS libro xviij. ad Sabinũ: Sed si [a], inquit, χρῆσις sit relicta, an vsus sit videndum. & Papin. libro vij. respõsorum, ait vsum esse, non etiã fructum: sed & si relictus sit illi domus vsusfructus, &c. Libuit hęc Iurecõsulti verba referre, quoniam in vulgatis fęrè omnibus codicibus corrupta circũferuntur. Dubitauit autem de legato chresis vsúm ne, an fructum significet: & ex vi dictionis magis credit vsum esse: quoniam, vt inquit Suidas, nil aliud sit χρῆσις, quàm vtilis sibi rei χρεία, id est pro necessitate indigentiáve perceptio. fructum verò potius videntur Græci dixisse ἀπόλαυσιν. vnde Luciani epigramma sanè quàm venustum:

a l. si habitatio. de vsu & hab.

ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο τῶν κτεάνων.
ἔστι δ᾽ ἀνὴρ σοφὸς οὗτος ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Re fruere, exitio tanquam si proximus esses:
Vtere, vita velut sit diuturna tibi.
Ille sapit verè, qui callens hæc duo nouit.
Nec nimium largus, nec nimis esse tenax.

Titia testatrix apud Scæuolam ἐπικαρπίαν pro fructu accepisse videtur βούλομαι δοθῆναι εἰς βίον χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, καλεχὼν κώμης ναυκλήρων. volo dari in vitæ vsum & fructum possessionẽ villæ Nacclenorũ.

CAP. XV.

Dominium in iure quot modis accipiatur.

DOMINIVM, inquit Bartolus, ius est de re corporali perfectè disponendi, nisi legis vel testatoris adsit prohibitio [b]. Aliud autem est directũ, aliud vtile, quale est quod emphyteuta, vel perpetuarius cliens habet. Sed præter hanc distinctionem iure etiam alias species inuenire est: quoddam enim dominiũ est κατὰ ἐλπίδα id est, in spe: vt cùm lex [c] filiumfamiliàs rerum paternarũ dominum vocat, vnde & sui hæredes dicuntur, tanquam sibiipsis succedant: erant enim viuente quoque patre domini. Aliud est dominium quod κατὰ πρόληψιν, id est, per anticipationẽ, dicere possumus: vt cùm mulier rei suæ in dotem traditæ domina dicitur [d]: futurum enim est, vt ei dos sua restituatur, validiúsque est eius quam filiifamil. ius: ipsa enim propter tale dominium, tãquam locuples sit, iudicio sisti, satisdare non tenetur, cùm filiusfam. teneatur [e]. Aliud est dominium quod vidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in testamento iussit esse dominam, vsufructuariam administratricẽ: dominium enim illud εἰκονικὸν & imaginarium est, cùm ex vulgari consuetudine [f], eam solùm in domo præeminentiam consequatur, quam viuente marito, habebat, ideóque ad alimenta tãtùm contrahitur: est igitur & hoc dominium ἐσχηματισμένον. Aliud est quod summũ, seu maius dominium vocant, quædam scilicet maiestas, cuius obseruationem fœderati supremo principi, vel reipublicæ debent [g]. Titus Liuius auctor est in Aetolorum fœdere cautum, vt maiestatẽ populi Romani comiter obseruarent. cuius maioris dominij effectus non paucos nostrates interpretes suis locis referunt [h], nobis in præsenti alia est cura. Solebant & veteres honoris causa Dominum aliquem dicere: vt cùm Nesennius ad Paulum scribens [i], Ex facto, inquit, domine talis species incidit. Sic & mariti vxores suas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius Traianum dominum, eadem scilicet consuetudine: cuius & Martialis quoque & Seneca meminerunt: sed nemo festiuius Pallada Græco poeta hoc epigrammate expressit.

b l. si quis vi. §. differentia. de acquir. poss.
c l. in suis. de libe. & posth.
d l. in rebus. C. de iure dot.
e l. sciendum. §. si fundus. qui satisd. cog.
f authen. hoc locum. C. simul. secundo nupse.
g l. non dubito. de captiuis & posth.
h Guido Pap q. cccccl j.
i l. Nesennius. ad l. fal.

ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ αὐθὺς ἔγραψεν,
ἢν δ᾽ αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον,
ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Munera

Munera qui dederit, dominus fratérque vocatur:
Si quis nulla ferat, vix bene frater erit.
Hæc pretio mera verba graui venalia prostant:
Ipse sed vt dominus, sic nec ero dominus.

CAP. XVI.

Quid mente captus à furioso distet, & locus Plinij emendatus.

SI furiosus existat, in eo, pecuniáq; eius, agnatorum, gentiliúmque potestas est, vt suprà ex lege xij. tab. retulimus. Sed quid in mente capto? & idem traditum, est. Aiunt autem doctores nostri, hoc distare furiosum à mente capto [a], quòd ille rabie quadam animi agitur: at mente captus magis in quiete est, nullàque extrinsecus signa ostendit, idémque est, qui & demens. Ego arbitror mente captum dici, qui eo morbo oppressus est, quem Græci μώρωσιν dicunt, cui λογιστικὸν, id est, rationalis animæ pars labefacta est: prouenítque vt Galenus definit, ex solo humenti malóque temperamento in capite hærente. *Interdum tamen* (inquit [b] Vlp. lib. j. ad edictum ædilium curulium) *ex vitio corporali morbus oritur, idq; vitium corporale vsq; ad animum peruenire, & eum vitiare, veluti contingeret* φρενιτικῷ, *quia id ex febribus accideret*: sic enim legendum. Plin. lib. v. cap. lj. sapientiæ ægritudinem omnes hos morbos videtur appellasse. Idem ca. L. conqueritur homines tot morbis affectos esse, non corporis tantùm, sed & animi: moríque sapientiam ad tempus, vt in his, qui incertis interuallis ἀπὸ νοῦ, id est, à mẽte cadunt. verba eius sunt: Etiam atque etiam morbus est aliquantisper sapientiam mori. In vulgatis legitur, per sapientiam: vnde erroris nebula circumfusi grammatici adhuc eo de loco ambigunt.

a §. j. Institut. de curat.
b l. j. de ędil. edict.

CAP. XVII.

Cur Stipulatio ab interrogante nomen sumpsit: declaratúmque Cassianũ illud apud Ciceronẽ, Cui bono.

STIPVLATIONEM nomen sumpsisse ab interrogante tanquã digniore, Accursius [c] cęterique nostrates tradiderunt: tum quia interrogatio principium est, & caput eius contractus: tum quia ea pars est, vt vocant, actiua: cùm qui respondet, solum assensum addat. Sed hæc ego semper arbitratus sum magis acuta, quàm vera esse. Siquidem probabilior est nostra sententia, non à promissore, sed ab interrogante, id est, stipulante, eum contractum appellari, quia in eius vtilitatem concipitur. Sicut & emphyteusis videtur dicta, quia in commodum emphyteutæ principaliter contrahitur: debent enim nomina imponi ab eo, quod principaliter effectum respicit, quod etiam in Cratylo sensit Plato. Fortissimum enim illud est argumentum, quod ab vtilitate sumitur: vnde traditum est, si obturato alienæ aquæ castello pratum tuum irrigatum sit, deriuationem eam fuisse à te factam, cuius sitientes agri irrigati sint, præsumi [d]. Eum enim, inquit Labeo videri factum habere, qui vsum eius aquæ habeat. Quapropter C. Cassius Iureconsul. [e] solebat dicere, Cui bono fuerit, eum fecisse credendum. Cicer. pro Milone: Quonam pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat. Idem pro Roscio Amerino: Accusant hi quibus occidi patrẽ Sex. Roscij bono fuit: causam dicit is, cui nihil reliquerunt. Idem Philippica ij. Quòd si te in iudicium quis adducat, vsurpétque illud Cassianum, Cui bono fuerit, vide quæso ne hæreas. Sic igitur & nos stipulationi nomen datum credamus: quia quod per eam promittitur, id stipulanti bono esse consueuerit.

c gl. l. j. de verb. oblig.
d l. ij. §. si quis. ne quid in loco publ. vbi Albe. de Ros.
e argu. l. fin. de quæstio.

CAP. XVIII.

Si responsum impersonaliter stipulanti sit, an vitietur stipulatio.

QVÆSITVM est, valeátne hæc stipulatio, promittis mihi cẽtum? promittuntur. Et frequẽtius responsum est, non valere: quoniam indubitati iuris sit, eum qui dixerit, satisfiet, verbo impersonaliter prolato, constitutæ pecuniæ actione non teneri [f]. Sed id exemplũ parum me mouerit, cùm in constituto nulla præcedat interrogatio (pacto enim nudo solet contrahi) at in stipulatione prę cedit, vt meritò præcedens interrogatio impersonalis verbi ambiguitatem debeat declarare, vt promittendi reus videatur πρὸς ἔπος, id est ad rogatum respondisse. Vnde in aliam ego sententiam trãseo, cuius mihi auctor quoque est Plautus in comœdia Pseudulo, hisce tribus elegantissimis senariis:

Nullum periculum est, quod sciam, stipulariter,
Vt concepisti verba viginti mnas dabis?
Dabuntur: hoc quidem igitur actum est haud malè.

f auth. si quando. C. de cõstit. pecu.

CAP. XIX.

Legem, Theopompus. de dote præleg. hactenus non videri rectè intellectam.

THEOPOMPVS *testamento facto duas filias & filium partibus æquis instituit hæredes* [g], *& codicillis ita cauit*: Τὴν θυγατέρα μου Κρισπῖναν ἣν ηὐχόμην ἐκδοῦναι ὧν ἂν οἱ φίλοι μου, καὶ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, προνοήσει ἐκδοθῆναι Πολλιανὸς, εἰδώς μου τὴν γνώμην, ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἐφ᾽ οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέδωκα. *Pollianus autem, &c.* Declarant id responsum doctores nostri ea lege à Scæuola definitũ, captatoriam dispositionem, & quæ in alicuius tacitam voluntatem collata sit, speciali dotis fauore non infirmari, & posse testatorem hoc iubere, vt solius testis adfirmationi stetur: quæ expositio nunquã mihi probata est. Si enim ea ratione responsum illud factum fuisset, potiùs sub rubrica, de testibus, quàm de dote prælegata, collocari debuit: nam & nullam specialis fauoris mẽtionem facit Scęuola, vt ad eum attendisse videri possit. Accedit quòd quæstio ambiguitásque omnis non in testimonio Polliani vertitur, sed an dos præcipua esse filiæ debeat. Nam & quid de Polliani testimonio dubitari potuit, cùm verba testatoris clarissima sint? ea id ferè Latinis significant. Filiam meam Crispinam, quam ex amicorum, cognatorúmque meorum sententia matrimonio iungere volebam, vt rectè collocetur, prouidebit Pollianus, cùm is mentis meæ sit conscius, de ęqualibus portionibus in dotem dandis, quibus & sororem

g l. Theopompus. ff. de dote præleg.

ſororem eius collocaui. Igitur aliter ego accipiẽda ea omnia arbitror, in primíſque dubitatum an dos huic filiæ minori danda eſſet ex pecunia communi, tanquam prælegata, ſecundum eius tituli naturam: an verò ex præcipua illius, non autem communi omnium pecunia, quod prima fronte credi potuiſſet: quia ſatis videbatur menti teſtatoris factum, ſi dos illi æqualis doti prioris filiæ conſtituta fuiſſet, licet non de bonis cõmunibus: potuiſſétque dotem accipere, hæreditatem repudiare, ſi voluiſſet. A Scæuola tamen decidit, dotem dandam de cõmunibus bonis, quia tunc omnino priori filiæ æqualis erit: & licet teſtatoris verba ſolum illud inducant, Pollianum eius mentem ſciuiſſe qualis eſſet ἐπὶ τοῖς ἴσοις, hoc eſt circa æqualitatem, tamen ſatis innuunt placuiſſe eam æqualitatem teſtatori, cùm iuratus Pollianus ſic affirmauerit. Nec verum eſt huiuſmodi indicium eſſe captatorium: cùm aliud ſit, in alterius voluntatem illud conferre: aliud, alicui amico mandare, tanquam mentis ſuæ inſtructo, B vt cùm vſus venerit, eius fidem faciat.

CAP. XX.

Teſtis quis, & vnde dictus: quid An teſtari, vnde Inſtitor: rurſus apud Ciceronem quis ſit Comicus teſtis.

EX eo tamen reſponſo adnotauit C Bartolus [a], eum, cuius dicto adhibenda ſit fides, de re, quam à partibus audiuerit, teſtem eſſe: ſi verò eius iudicio, quatenus ſibi videbitur, ſtandum eſt, non teſtem, ſed arbitrum potiùs eſſe: & ideo tali caſu adfirmationi etiam nõ iuratæ credendum: priore verò neceſſariam iuriſiurandi religionem. Sed illud ſciendum veteres latiùs Teſtis ſignificationem accepiſſe: ſiquidem qui nunc teſtis eſt, olim Superſtes & Antiſtes eſt dictus [b]. D Quiſquis igitur rogatus alicui adeſſet, Superſtes dicebatur quia ſuper ea re, de qua agebatur, ſtabat. Plautus in Aſinaria:

Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo adeſt ſuperſtes.

Idem ſimpliciter pro præſente accepit:

Superſtitem vtrunque monui, ne iniuſſi abeant.

Eadem ratione dictus eſt Antiſtes & Anteſtatus, & Anteſtor verbum, & Antiſtitor pro teſtificatore [c]. Caius: Quæ emancipatio ſeu manumiſsio ſolebat ante Præſidem fieri, modò ante curiam E facienda eſt, vbi quinque teſtes ciues Romani in præſentia erunt, pro illo qui Libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens: & pro eo, qui Anteſtatus appellabatur: alij duo, vt ſeptem teſtium numerus impleatur. Plautus in perſa:

Nónne Anteſtaris? tuán' ego cauſa carnifex
Cuiquam mortali libero aures atteram? Horatius:
——Licet anteſtari? ego verò
Opono auriculam.

F L. Columella: Neque enim ſingulis totidem antiſtitores poſsit dare, qui obſeruent, quíque præcipiant, ne acerbæ vuæ demetantur. Videtur ergo Teſtis quaſi Anteſtis, per aphæreſin dictus: ſicut & Inſtitor, quaſi Antiſtitor, licet ab inſtando Vlpia. maluerit [d]. Vergilius (quoniam ſolebant teſtes rogari, pro rogatis, inuocatiſque accepit:

Dum queror, & diuos, quanquam nil teſtibus illis
Profeci.

Conſtantinus Imp. eum quem Caius Boethiúſque in Topicis Anteſtatum vocant, ipſe quadam conſtitutione, iuris teſtem, vel interpretem appellat [e]. Marcus Cicero Epiſto. libro ſecundo, ad Cœlium ſcribens, Comicum teſtem dixiſſe videtur Phanniam Appij libertum, cuius ipſe ſeptima ab eo loco epiſtola meminit, quaſi ſuſpectũ in patroni cauſa, quòd in comœdiis teſtes non ex veritate rei, ſed ex argumento poetæ introducantur.

a d. l. Theopompus.
b c. forus. de verb. ſignif.
c Inſtit. quibus modis filij exeunt de poteſt. patr.
d d. l. iij. de inſtitor. actio.
e l. fin. C. de his qui in eccl. manumit.

CAP. XXI.

Quid ſit Syntheſis in veſtibus apud Scæuolam, quid coopertoria Tabiana.

SYNTHESIM Græcis compoſitionẽ ſignificare, nemo eſt qui ignoret: Latinis verò etiã veſtem eſſe vilem, qua ferè in Saturnalibus vterentur, aliquando admonui. At apud [f] Scæuolam aliud quiddam videtur. eius verba ſunt: *Semproniæ coopertoria Tabiana, & tunicas tres cum palliolis, quæ elegerit, dari volo. Quæro, an vniuerſa veſte, id eſt, Syntheſi, tunicas & palliola Sempronia eligere poſsit? Reſpondi, ſi eſſent tunicæ ſingulæ cum palliolis relictæ, ex his duntaxat eligi poſſe: quòd ſi non eſſent, hæredem vel tunicam & palliolum ex Syntheſi præſtaturum, vel veram æſtimationem earũ.* Quo reſponſo exiſtimant doctores, optione legata, de his, quæ in hæreditate ſunt, intelligi, alioquin ex venalibus eligendum. Sed mihi aliud videtur Scæuolam ſenſiſſe. Quærendum igitur, quid apud eum ſit Syntheſis: & ego arbitror, cuiuſdã ordinis nomen eſſe, vt ſicut per gladiatorum dicimus, & T. Liuius, egregium per Conſulum: ſicut de vnionibus idem Scæuola lineam margaritarum dixit, ita in veſtibus ſit Syntheſis, id eſt, ordo quidam & cõformis veſtium compoſitio, cùm tunica, ſagum, chlamys, caligæ, eiuſdem ſint coloris: vulgò libræam vocant. ſolebant autem pro ſeruis tali ordine à dominis emi, veriſimiléque eſt dominum omnes eodẽ habitu indutos comitari cõſueuiſſe, quod etiamnum fieri videmus. Igitur cùm teſtatrix coopertoria Tabiana legaſſet, quæ ſcilicet à Tabia Italiæ (vt Stephanus ſcribit) ciuitate portabantur, itémque tunicas tres cum palliolis, dubitatum fuit, quæ deberentur: volebat enim legataria, partim ex vna Syntheſi, partim ex alia eligere, & ordinem, pariáque veſtiùm peruertere, eo prætextu, quòd electio ſibi conceſſa eſſet. Reſpondit Iureconſultus: ſi aliqua Syntheſis ſit, quæ tunicas cum ſuis palliolis ordinatas habeat, poſſe eam eligere, alioquin hæredis arbitratu æſtimationem præſtandam. Quo argumento ſi tibi quis legauerit ex omnib. caligis ſuis illud par, quod volueris, non poteris vnam caligam ex aliquo pari, aliam ex alio accipere. Erant autem Tunicæ veſtes, quas ſubtus pallium ferebãt mulieres: veriſimiléque eſt certæ tunicarum formæ, certa quoque palliola imponi conſueuiſſe: quem ordinem nõ debuiſſe variari, æquiſsimè Scæuola reſpondit. Videtur autem pallium muliebre, non diſsimile fuiſſe ei indumento, quod Mantellum à tegẽdis manibus vulgò vocant Græci μανδύλην, tametſi Iul. Pollux lib. vij. μαντήλας commemoret, quas villoſa mantilia interpretatur: quorum & Varro meminit. Hinc Plautus in Capta. pro tegmine & coopertorio accepiſſe videtur. Nec mendaciis ſubdolis mihi vſquam mantellum eſt meis.

f l. Titia teſtamẽto. de auro & arg. leg.

CAP. XXII.

Quid ſit mundus dari, apud Iureconſul. de gladiatorióq; intelligi, non ſimpliciter de qualibet largitione.

SI teſtator (inquit Paulus [a]) *dari quid iuſsiſſet, aut opus fieri, aut mundus dari: pro portione ſua eos præſtare, quibus pars hæreditatis accreſceret, æquè atque cætera legata placet.* Exiſtimauit Bartol⁹ huius reſponſi argumento, ſi teſtator centum legauerit pro palatio, vel tali opere faciendo, eius hæredes non niſi pro hæreditaria portione teneri [b]. Mihi ſemper contraria opinio magis placuit: non ſolùm quia aliis legibus magis conueniens, ſed etiam quia ſolemus dicere, dandi obligationem, quæ facto accedat, ex facti natura cenſeri [c]: dubium autem non eſt, facta in diuidua eſſe. Nec me mouet ſuprà ſcripta Pauli ſententia: quia in ea non attingit Iureconſultus vtrùm obligatio, quam teſtator hæredi impoſuit, dãdi vel faciendi diuidatur, vel id minus: ſed ſolùm, an portio accreſcat cum onere ſuo: loquitúrque non reſpectu legatarij, ſed ipſorum hæredum inter ſe, quorum quilibet ab altero poteſt familiæ erciſcundæ iudicio compelli, vt pro parte ſua adimpleat [d], exoneretq; cohæredem: alioquin dum exemplum in contextu adducit de eo, qui opus fieri, aut munus dari iuſsit, malè loquutus fuiſſet Paulus, cùm dubium non ſit obligationem operis faciendi non diuidi, ſicut nec muneris dandi. Intelligo autem dandi muneris, ſcilicet gladiatorij: quia ſic ſolebant veteres loqui. Tranq. in Ner. Hos ludos ſpectauit è proſcenij faſtigio, munere, quod in amphitheatro dedit. Val. Max. lib. ij. Gladiatorium munus primùm Romæ datum eſt in foro boario, &c. Nã ſi de dono, quod alij faciunt, intelligamus, battologia quadam vteretur Iuriſconſultus, qui prius dixerat, Si teſtator quid dari iuſsiſſet.

a l. mortuo. §. fi. de leg. ij.
b l. fideicõmiſſa. §. pen. de leg. iij.
c l. cùm ſeruus. de cond. & demonſt.
d l. ij. §. ex his. de verb. obl.

CAP. XXIII.

Quintæ Calendæ quæ intelligantur: vnde Calendarium: qualis ſit promiſsio intra Calendas, aduerſus Gellium.

SI quis ita interrogatus, *Intra Calẽdas quintas dabis? reſpõderit, Dabo Idibus: non obligabitur: nõ enim ſic reſpõdit, vt interrogatus eſt.* Verba ſunt Vlp. [e] li. ad Sabinũ xviij. quæ noſtri maiores hactenus de quinque diebus ante Calendas eius menſis, de quo ageretur, interpretati ſunt: exiſtimantes, opinor, idem eſſe, Promittis intra quintas Calendas, vel quinto Calendas: cui ſententiæ ratio Latini ſermonis repugnat. quapropter ea appellatione potius de quinque menſibus eſt accipiendum: qui modus loquendi ex fœneratorum cõſuetudine ortus videri poteſt [f], qui ſolebant in ſingulas Calendas mutuum dare: vnde & [g] Calendarium pro libro rationum, in quo fœneratores nomina debitorum deſcribebant. Seneca libro de Beneficiis j. Nemo beneficia in Calendario ſcribit. Et rurſus: Calendarium verſat, fit ex domino procurator. Horatius:

Hæc vbi locutus fœnerator Alphius,
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

Qua ratione & centeſimas vſuras dictas quandoque admonui, cùm xij. annua in ſingula cẽtena ſoluuntur: centum enim menſib. vſura æquat ſortem. Theodoſiani Codicis interpres rectè centeſimam interpretatur, qua tres ſiliquas annuas in ſingulos ſolidos accipimus. Eſt autẽ Solidus in Iure nummus aureus, quem ἀκυρῶς aliqui A Græci, & Διωδέκιον dicunt, eius ponderis, cuius Latinis eſt Sextula vel Stagium, id eſt, octo oboli: tres verò ſiliquæ obolum conſtituunt, quod à nobis eo libello declaratum eſt, qui inſcribitur, de ponderibus & menſuris. Sanè ex eadem fœneratorum conſuetudine & ille modus loquendi ortus eſt, Centeſimis Calendis dare ſpondes? id eſt intra octo annos & menſes quatuor. Licet aliqui centum annos intelligãt, ſed non rectè. Cæterũ dubitari poteſt, qui intra B Calendas promiſit, an ipſis ſolùm Calendis ſoluere poſsit. Et refert A. Gellius lib. xij. cap. xiij. conſuluiſſe hoc de Sulpitium Apollinarẽ celeberrimi nominis grammaticum, qui in eo cui mandatum eſt, vt intra calendas pronuntiet, reſpondit, propriè in ipſis Calendis pronuntiare debere, non antè, licet vſus aliter obtinuerit: aiebat enim, vltra, citra, intra, idem eſſe quod vls, cis, in, & euphoniæ cauſa eandem particulam omnibus additam. Sed certè conſultius fe- C ciſſet Gellius, ſi non grammaticos, ſed conſultos iuris ea de re adiiſſet, à quibus didiciſſet idẽ eſſe, ſiue quis intra Calendas, ſiue ante Calendàs [h], ſiue Calendis ſtipuletur: quia intra Calẽdas, non in Calendis, vt ille docuit, ſed in Calendas ſignificat. Nec eſt dubium præpoſitionẽ In, accuſatiuo caſui appoſitam, vſque ſignificare. Vergilius: *In lucemq; tuliſſet*: id eſt, vſque ad lucem. Martialis:

In lucem ſemper Acerra bibit.

D Qui ergo in Calendas promittit, vſque ad Calendas, & conſequenter etiam ante Calendas promiſiſſe videtur.

e l. j. de verb. oblig.
f l. lecta. ſi cert. pet.
g l. pen. eod. titu. l. vxorem. §. legauerat. de legat. iij.
h l. qui ante. l. præoc. de verb. obligat.

CAP. XXIIII.

Elices qua ſignificatione in iure accipiantur, itemq; aquilices.

SVLCOS *aquarios* (inquit Vlpia. [i]) *qui* E *hinc Elices appellantur, ſi quis faciat, aquæ pluuiæ arcendæ eum teneri.* Exiſtimaui quandoque corruptum eſſe eum locum, & legendum ὑδραύλακας, quòd ſic vocentur ſulci aquarij Græcis, itemq; Tranquillo in Nerone. Nunc arbitror nihil immutandum, idque L. Columella autore, qui lib. 1. de re ruſtica. cap. viij. Cauebitur, inquit, vt patentes lyras, crebroſque ſulcos aquarios (quos nonnulli elices vocant) faciamus, & omnem humorem in colliquia, F atque inde extra ſegetes deriuemus. Idẽ lib. xj. cap. ij. Principio Nouembris foſſas, riuoſque purgare, & elices, ſulcoſque aquarios conuenit facere. Arbitror tamen Elices propriè dici capita fontium, & ſcaturigines. Vnde Aquilices Calliſtrato, qui artem hanc exercent, ſciũtque quomodo aquæ elici poſsint. & ideo nihil apud eum emendandum reor: tametſi fuerint qui vel erraſſe Iureconſultum affirmauerint, vel Aquilegem ſcribendum. Sed nihil obſtat, ab eo, qui Aquilex nominandi caſu dicitur, & aquilicem,

i l. de aqua plu. arcen.

CAP.

cem, & aquilegem deduci: ſicut & maior vnicuique videri debet Columellæ, Calliſtratique auctoritas, Nonij Marcelli teſtimonio, qui ignoraſſe videtur, qui ſint elices.

CAP. XXV.

Plurimæ Græcæ voces ſparſim per varia Digeſtorum loca reſtitutæ.

LVBET in præſentia quędam Iureconſultorum mendoſa loca ex Græca lectione in ſuum nitorem reſtituere, quò ſatis curioſis faciã, qui non contenti deſudato hac in re aliàs à me labore, in arenam reuocant, & reliquari me vetere hoc in alieno ære non patiuntur: reponam hæc in præſentia, non quòd plura non habeam, ſed quòd ex omiſsis huiuſmodi ferè ſint inſigniora. Vlpia.[a] *Qui deprimit ædificiũ, poteſt luminibus officere, ſi fortè* κατ' ἀνάκλασιν *lumen in eas ædes deuoluatur.* Interpretare autem vocem illam Græcam, per reuerberationem, ſeu repercuſsionem. Idem Vlpian.[b] *Quidam decedens filijs ſuis dederat tutores, & adiecerat, eos* ἀνυπευθύνους *eſſe volo.* Et infrà: *Quamuis teſtamento compræhenſum ſit, vt* ἀνεκλόγιστοι *ſint.* Intellige ea voce eos, qui rationibus reddẽdis ſoluti ſũt, quos pares ſemper rationes habere ait Corn. Tacitus. Alij ἀλόγιστοι legũt: ſed prior lectio caſtigatior, & ſignificantior eſt. Idem auctor eſt,[c] chartas ad ratiunculam, vel λογάριον paratas, penoris appellatione contineri: videtur ea voce intelligere non codices, veraſq; rationes, ſed potius quædam aduerſaria, quæ fiunt cauſa deſcribẽdi, quod quotidie in victualibus expendatur, quale eſt quod diurnum veteres dixerunt. Iuuenalis:

Et longi relegit tranſuerſa diurni.

Apud Ariſtophanem Logarium pro nugis accipitur. Apud Scæuolam teſtamento ita cauit[d], σέλευι, βούλομαι δοθῆναι νομίσματα χίλια, ἵνα ἰφθάσου γεννηθῆναι μετὰ τὴν μητέρα αὐτοῦ γενέσθαι ἐλευθέραν. quæ verba rectè à Bulgaro tranſlata leguntur, ſicut & illa Vlpian.[e] Nam & cum quidam Græcis verbis ita fideicommiſſum reliquiſſet, τῷ δεῖνι ἐὰν δοκιμάσῃς ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι: illi ſi probaueris libertatem dari volo. Idem Vlpia.[f] Puto & ἀναγραφὴν, ſcilicet, facere inſtrumentorum, id eſt, deſcriptionem vel repertorium, ſeu inuentarium: ſunt enim omnes hæ voces in vſu Iuriſconſultorum, ſicque in Pandectis Thuſcis legitur: licet vulgata exemplaria, Puto creditoribus eſſe dandam copiam inſtrumentorum, ſcriptum habeant, Idẽ Vlp.[g] Puto & Gręcè acceptum ferri poſſe, dummodo ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet: ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών: tẽne denarios acceptos fers? acceptos fero. Idem[h]: Flumen perenne eſt, quod ſemper fluit, id eſt, ἀένναος: torrens, quod hyeme, hoc eſt, χειμάρρους. Idem Labeo & Pompo. ſcribit mœchum depræhenſum in ipſis rebus venereis occîdi poſſe[i]: & hoc eſt quod Solon & Draco dicunt, ἐν ἔργῳ, id eſt, in re ipſa. Alij ex Luciano legunt, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα: quæ lectio magis elegans & erudita eſt, quàm vera. Si enim in lege Iulia id ſpectandum eſſet, rariſſimè accideret, vt iure mœchus occideretur. Ab antiqua igitur lectione non recedendum. Idẽ[k]: In ſumma, ſi incontinenti impoſitum quid ſit liberto quod ἀπηγορευμένον oneret eius libertatem, id eſt, imminens: quale metaphorice illud Perſianum,

Et magis auratis pendens laquearibus enſis,
Purpureas ſubter ceruices terruit.

Idem[l]: Liberalia ſtudia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια μαθήματα appellant. Idem[m]: *Et ſi peculium meum teſtator dixerit (quia plerique* τὸ πεκουλιάριον *patrimonium ſuum peculium dicunt) cogendus erit reſtituere.* ſignificat ea vox diminutiua forma. Nam & alibi peculium puſillam pecuniam interpretatur, qua in re aliàs Laurentium Vallam Iuriſconſ. accuſantem repercuſsi.

a l. ſi arbor. de ſer. vrba. præd.
b l. vj. de adm. tut.
c l. iij. de penu legat.
d l. pen. de man. teſta.
e l. fideicom. de fid. libert.
f l. ſi. de bon. auto. iud.
g l. an inutilis. de except.
h l. j. de flum.
i l. quod ait. ad l. Iuliã. de adul.
k l. j. quarum rerum act.
l l. j. de variis & extraor. cog.
m l. cogi. ad Trebell.

CAP. XXVI.

De Codice Theodoſiano nuper edito, quædam ſcitu non indigna.

CIRCVNFEREBATVR iandiu per bibliothecas veteres Codicis Theodoſiani titulo liber, cũ Caij inſtitutionibus, itemq; Pauli ſententiarum libris v. nuperque per chalcographos typis eſt editus, fuitque id non modico honori Iuſtiniani noſtri nomini, cùm ex editi illius collatione oſtendatur, quantùm legalibus ſtudiis adiumẽti adtulerit noſter, vereque ab eo in præfatione dictum, recipere ſtudioſos χρύσεα χαλκείων. Tametſi, quantum ex ea lectione deprẽndi adpareat, auctores eos mutilatos fuiſſe, & Theodorici Francorum[n] regis iuſſu, doctum aliquem eius tempeſtatis hominẽ in breuiarium redegiſſe eos auctores: & non ſolùm interpretationes marginib. adiunxiſſe, ſed etiam aliqua in contextu commutaſſe: quo fit vt apud Caium eccleſia, & eccleſiaſtica iura legantur, & pro præſide, curia, & adfiliati pro adoptiuis, & ſi qua ſimilia: quod & ipſe ingenuè videtur fateri, dũ ſub rubrica de reſcriptis Princip. ſe ex conſtitutionibus Principum ait, itémque Caio & Paulo elegiſſe, quæ cauſis ſuorum temporum neceſſaria videbantur. Adiuuit vtcũque, quiſquis ille fuit, noſtra ſtudia, præiuitque nobis quibuſdam in locis, quæ haud dubiè abſque eo percipi non potuiſſent. Igitur inter cætera, quę memoratu digna eo volumine deprẽdi, quaſdam obſeruaui dictiones, quæ neſcio an vſquã alibi eo in ſenſu reperiantur, quo vſi ſunt illi auctores: libuit itaque in lectoris gratiam pauculas haſce hîc deſcribere. Secretarium non vno in loco pro aula, in qua iudices conueniũt[o], & ius redditur, ferè eo ſenſu quo Auditorium: vt cùm Paulus ait: *Lecta eſt in auditorio Aemilij Papiniani præfect. præto. cautio huiuſmodi*: intelligitur enim de auditorio cauſarum, non de ſcholis, vt vulgò creditur. Ariſtoph. φροντιστήριον eo ſenſu riſus cauſa innouauit, à philoſophorum cogitatione & cura. Cellarium, pro collatione prouincialium, ibidem accipitur, cùm eo nomine Comites, vel præſides prouinciæ, vt cellam ſuam inſtruant, annonamque ſuam augeant, aliquid extorquent: eadem ratione vox deducta, qua Cerarium apud Cicer. in Verr. cùm pretextu ceræ, vel ſigilli, aliquid corraditur. Sic hodie Iuriſconſulti poſſent pecunias illas, quas pro candelis vocant, appellare, quaſque ſibi præcipiſit, vt videant, an reſpondere pro cliente de iure poſsint: ſi adhibita diligentia depræhenderint nõ poſſe, eo contenti ſunt: ſi fouere bonam cauſam

n gl. in nouel. Valentin. de homicidio.
o l. conſtituto tẽpore. de exact. lib. xj. Theodoſ. Cod.

viderint, auctario, ſeu corollario eſt opus. Mulierculartus, qui alienas mulieres aſſectatur: ea forma, qua Vxorius, qui propriam vxorem amat: vox eſt à Conſtantino Imperatore vſurpata: ſicut Ancillarius ſeu ὑποθεραπαινῶν. Ancillariolus apud Martialem, qui ancillas ſequitur, & in eis inſanit: & Lecticaria, quæ lecticas nobilium nõ aſpernatur. Medicamentarius quoque ibidem, qui malo medicamento aliquem potionauerit. Internecij actio, pro accuſatione, ſeu iudicio homicidij: vox à me alibi, quod ſciam, non lecta. Commonitorium, pro conuentione tacita, & abſque ſcriptura facta: cuius quoque in Iuſtiniani Codice mentio eſt[a]. Poliptici, pro chirographo vel apocha, ſecuritatis aut ſolutionis diſcuſſoribus, ſeu exactoribus tributorum facto arbitror: Polyptychi legendum, quòd ea chartula multas haberet πτύχας, id eſt, plicationes: vt eadem ratione dicantur, qua & Diplomata, id eſt, complicatas conſignataſq; literas dicimus: vnde & triplices & quintuplices Martiali. Auraria functionis nomen, quæ collatione luſtrali exigebatur de rebus promercalibus venalitiariis. Holographa ſcriptura, pro teſtamento manu ipſius teſtatoris integrè deſcripto: vnde & nomen ſumpſit: ὅλον enim totum ſignificat: hinc & holopygium Catullo. Arcalia, pro fiſci quodam iure particulari: Reliqua (inquit Theodoſ.) tam arcalium quàm vtriuſque ærarij, vſque ad incipientem primam indictionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id eſt, remitti. Colonarum ius pro conditione colonorum: inter quos, & Adſcriptitios, & Seruos, & Vicarios, nõ multa eſt differentia, à noſtris doctoribus ſatis clarè tradita. Curiales, & Collegiati: Erant curiales ex decurionibus, ſeu principalibus ciuitatum, & qui munera omnia ſuſtinere tenebantur, & ab aliis exigere: quorum conditio cœpit peſsima exiſtimari, quia à præſidibus, exactoribuſque tributorum plerunq; inquietabãtur, cogebanturque de ſuo tenuiorum onera ſubire: & ideo prohibita eis erat prædiorum alienatio, ne ſolũ verterent, euitandorum munerum cauſa. Collegiati, artifices erant, & de humilima ciuitatis fæce: ex quibus eligebantur qui neceſſaria, ſordidaque munera ſuſtinerent, qualis erat calcis arenæque effoſsio, cloacarum purgatio, & ſi qua ſimilia. Strenæ Calendæ, Pulueraticum, in Nouella Maiorani, nomina ſunt exactionum, quas concuſſores iudices à curialibus extorquebant: tametſi Pulueraticum propriè corollariũ quoddam, ſeu auctarium mercedis erat, quæ menſori ſeu arithmetico præſtatur, cuius meminit Agennius Vrbicus: Agrimenſores tres aureos accipiant abſque ſuo Pulueratico. Solebant enim quandoque rationem abaci ſui in puluere conficere: vnde & Ariſtophanes, κατὰ τοὺς πράκτορας κατα-πάσας λεπτὴν τέφραν. Siliquaticum, munus quoddam quo ſiliquam pro ſolido pendebant[b]. Papiæ quoque legis ibidem caput vnum refertur, quo conſtitutum eſt, non licere mulieri, quæ ex priori matrimonio liberos ſuſtulerit, ad ſecunda vota tranſire, niſi ea lege, vt bonorum ſuorum dodrans eius liberis ſit ſaluus: quod caput aliis addendum eſt, quę à nobis curioſè relata in Diſpunctionibus habentur. & hæc quidem quod ad eos libros pertinet ſatis.

a l. j. C. de ſuffra.
b c. j. de Curiis lib. in Nouell. D. Maiorani.

CAP. XXVII.

Quid ſit deſerta promiſsio, quid item ridica: duo Iureconſ. loca explicata, correctaq;.

LIBET duo loca his emendare, qui corrupta eſſe opinaturi ſunt: illis qui rectè ſcripta defendere volent, ſuũ iudicium relicturus, nec magnopere repugnaturus. Alter eſt in hiſce Vlpiani verbis[c]: *Quæſitum eſt, an poſsit conuenire, ne vlla exceptio in promiſsione deſerta, in iudicio ſiſtendi cauſa facta obijciatur.* Videtur nouus loquendi modus, vt Deſerta promiſsio dicatur, quæ non obſeruatur, cùm infrà contempta rectius appelletur: quare fortè legendum aliquis non abſurdè crediderit, *Diſerta* id eſt, expreſſa & ſpeciali: vt quæſtionis thema ab Vlp. propoſitũ ſecundum reſponſionem videri poſsit, in qua diſtinguit, ſpecialiter renuntiatum ſit, an id minus: diſſerere enim nihil aliud eſt, quàm clarè & ſpecialiter ſententiam ſuam exprimere. Tit. Liuius lib. xxxj. Cùm in Luctatij fœdere diſertè additum eſſet, ita id ratum fore, ſi populus cenſuiſſet. Alter eiuſdem eſt Iuriſconſulti, his verbis[d]: *Si quis in vineas meas venerit, & radices abſtulerit, interdicto, quod vi aut clàm tenebitur.* Legendum enim *Ridicas*.. eſt Ridica palus, ſeu pedamentũ è quercu, vel roboreo, vel iunipero, quod optimum in vineam adferri ſolet, M. Catoni & L. Columellæ auctoribus. Si quis igitur palos vinearum abſtulerit, eo interdicto conuenietur: nam de radicibus iam ſuprà dixerat: dubiumque magis fuit in ridicis, quę ſolo non ita adhærent, & nulla opera extrahi poſſunt.

c l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis cau.
d l. is qui puteũ. §. ſi quis. quod vi aut clàm.

CAP. XXVIII.

L. ad beſtias. ff. de pœnis. aliter intellecta quàm hactenus à cæteris fuerit.

AD *beſtias damnatos* (inquit Paul.[e]) *fauore populi præſes dimittere non debet: ſed ſi eius roboris, vel artificij ſint, vt digniùs pop. Rom. exhiberi poſsint, principem conſulere debet.* Interpretati ſunt Oldr. Alb. cæterique interpretes, Exhiberi, id eſt, per gratiam relaxari: atque hinc adnotandum exiſtimauerunt, ob excellentem alicuius virtutem fauore populi id petẽtis, principi pro criminis pœnæque abolitione eſſe ſupplicandum, & interim executionem à Præſide ſuſpendendam. Alij inter eos, qui ad beſtias damnati, & eos, qui beſtiis obiecti ſunt, differẽtiam conſtituunt, quæ tamẽ rectius à noſtris doctoribus non approbatur, cùm non ſatis hoc oſtendi ex antiquorum auctorum lectione poſsit: adduntque id ſignificari, fauore populi ſcribendum ad principem, qui in aliud ſpectaculum honeſtius eum dari iubeat, pœnamque ſic temperet, vt ſi inter athletas prodire mandet. Sed mihi videntur apertiora eſſe Iuriſcõſ. verba, quàm vt poſsit de eis diutius controuerti. Igitur ſciendum, eos qui à Præſidibus prouinciarum ad beſtias ex delicto damnabantur, ſolitos in ipſiſmet prouinciis beſtiis obijci, & conſumi: nec ex populi fauore debuiſſe Præſides quicquam referre: ſi tamen eius roboris, atque artificij ſint, vt in ſpectaculis, quæ Romæ fiebant, oculos ſpectatorum morari poſſent, tum demum Princeps eſt conſulendus, an Romam velit eos damnatos

e l. ad beſtias. de pœnis.

mitti, vt bestiis subiiciantur in populi Rom. muneri b. Nec enim de eleuatione pœnę quicquam hîc agi arbitror, sed solùm de rei transductione: cùm enim in aliam prouinciam traduci sine permissu principis non possent, qui propter eorum artificium existimet Romam potius mittendos, consulere tum quoque principem debet, vt in responsi eius fine legitur: alioquin damnatos subiici bestiis, non Romæ tantùm, sed in prouinciis, ostendit Asinius Pollio in epist. Cic. lib. x.

CAP. XXIX.

Quid significet Epitimia apud Modestinum: & quædam de reip. curatoribus.

LIBET de eo tractatu, qui ad tutelas pertinet, duo ex Græco penu loca studiosis promere, scitu haudquaquam indigna. Primum ex Modestini Excusationum lib. ij. lege quadam [a] Græca: in qua, siue Bulgarus, siue quisquis is fuit, cùm cætera Latinis reddidisset, eum qui aduersus prohibitionem parentum datus sit tutor, nec se excusauerit, prohiberi esse tutorem, ait, manente epitimia. Quo loco Accursius epytimio legit, & voluntatem testatoris interpretatur. Sed certè fallitur Accurs. nec mentem Iurisconsulti satis percepit. Accipitur ἐπιτιμία inter cætera pro μὴ ἀτιμία: voluit igitur filium quidem submoueri, sed tamen non ideo notari infamia, vel dedecore aliquo, quo suspecti remotique tutores afficiuntur: non enim talis fuit mens parentum, vt filio suo vellent vllam notam inurere. Remouebitur igitur manẽte epitimia, id est, illabefacta nominis honorisq; sui fama. Alterum est quod Paul. [b] ait, Reip. curatores qui apud Græcos vocãtur μεδικοί, est Gręcis μέδομαι, quod nobis consulo, curo. Eligebantur autem ex decurionibus senioribus, qui curarent, quæ ad Remp. pertinerent: vnde μεδικῶν ψήφισμα, id est medicorum decretum, quo compellebantur singuli certas pecunias in commune ęrarium deferre, his militibus dandas, qui barbaros submouissent: inuentum ab Aristide. dicitur & παντωῶον ἱέρανον. Nobis tamen antiquæ lectionis vestigia quædam indicarunt, non μεδικοί, sed ἐκδικοι scriptum: de quibus alibi non pauca scripsimus. Alij apud Paulũ legunt ἐπιμεληταί, quòd hæc vox generaliter curatorẽ significet: vnde apud Atheniẽses decem erant hoc nomine, qui emporiis præsiderent, curarentque in vsum ciuitatis triticum deferri. Erant & qui mysteriis curam intenderent à populo electi quatuor, duo promiscuè ex ciuibus, tertius ex Eumolpidis, quartus ex pręconibus. Erant & in theatris, chorisq;, vt omnem iniuriam arcerent. Xenophon quoq; hoc nomine attestatur apud Persas fuisse, qui vulneratis in bello medicarẽtur. Sed mihi prior lectio antiquorum codicum apicibus magis accedere videtur.

a l. scire. de decur.

b l. Lucius. de adm. tut.

CAP. XXX.

Schemata cognationum, non stemmata dicendum esse: & Plauti in Amphitruone locus explicatus.

ADMONVERAM quandoq;, apud Paulum [c] in his verbis subesse mendum: *Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur*: legendum enim ex antiquis codicibus, *schemata*. Visum id plerisque est nimis nouũ, cùm Plinius, Suetonius, Iuuenalis, cæteriq; hoc in sensu stemma videantur accipere. Sed ego ferè arbitror vbique corruptam à recentioribus eam vocem: & sciendum veteres pro ipsa graduum, vt ita dicam, arbore, cum imaginibus suis locis appositis, id nomen accepisse. Plinius lib. xxxv. cap. iij. Stemmata lineis discurrebant ad imagines pictas. Persius:

Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis.

quo sensu & hîc à Paulo accipitur. Nec dubium est, dictionem esse Græcam, vnde inspiciendum quomodo ea Græci vtantur. & vbique videtur stemma pro corona accipi, vt illud Homericum,

στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

tradunt omnes interpretes: pro imagine verò & facie quadam, σχῆμα vnde etiam Paulus apostolus prima epist. ad Corinth. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, fallimur huius mundi imagine; rectius quàm vt vulgò habetur, præterit nos forma. Hinc σχηματισμένος factitium, compostitium significat. & Latinis quoque schema, pro forma accipitur. Plaut. in Amphitruonis procemio:

Quòd ego huc processi cum seruile schemate,
Ego serui sumpsi Sosiæ mihi imaginem.

Quod clarius sequenti scena explicat, vbi Sosia inquit:

Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ ante
hac fuerat, possidet:
Viuo fit, quod nunquam quisquã mortuo faciet mihi.

Quem locum interpretes non intelligunt: solebant enim in illustrium funeribus adferri imagines maiorum eius familiæ, vt Plinius attestatur: mortuo igitur Sosia, nemo eius imaginem tulisset, quia seruus, & stemmate carens. at eam Mercurius tunc viuente ipso ferebat. Cornelius Tacitus libro tertio: Iuniæ funus cæteris solennibus cohonestatum, viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlij, Quintij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina: sed pręfulgebant Cassius, atque Brutus, eo ipso quòd effigies eorum non visebantur. Non erat autem ius imaginum, nisi ei qui in magistratu Romæ fuisset. Quapropter Cicero, quamuis aliàs familia equestri, non tamen ius imaginum, nisi in ædilitate, consequutus est: quod ipse vltima in Verrẽ actione ostendit. Non me latet Donatum grammaticum carmen illud Plautinum sic legere:

Quòd ego huc processi, sic cum seruili schema.

sed repugnat syllaba, quæ in ea voce longa est σχῆμα, vnde & schemata figuras vocamus.

c l. pen. de grad. cog.

CAP. XXXI.

Quæ sit captatoria institutio, & vnde dicta.

CAPTATORIAM institutionem dici existimant vulgò nostri doctores, quia ex ea testator remaneret captus, id est, deceptus [d]: Sed aliter ego censeo: captare enim est illecebris, obsequio, donis, spe maiorum aucupari. Meritò captatoriæ institutiones dicuntur, quæ hac ex causa factæ sunt, vt ab aliquo quis instituatur, vel legatum consequatur [e]: in quibus senatusconsulto hę solùm probatæ sunt, quæ mutuis affectionibus, aut obsequiis iudicia prouocauerunt. Si quæ verò in secreta alienæ voluntatis collatæ sunt, non valent: vt cùm Titium instituo, si Sempronius voluerit: verisimile enim est, me Sempronium captasse, vt cùm tantùm sibi licere de bonis meis videat, legato me, vel hæreditate remuneretur. Idem censendum, si ipsum Semproniũ sub hac conditione, si me vice versa hærede scribat, instituero: hîc enim apertissima est captatio. Sed & si in aliam personam captatio dirigatur, idem est, ne fraudi collusionique fit locus: vt si dixero, Sempronius hæres esto, si Titium ipse hæredem scribat: quid enim si ipse cum Titio colludam, nonne senatusconsulto fraus fieret? Existimo igitur non tam fauore testatoris senatusconsultum illud factum fuisse, quàm captationis ipsius odio. Malè enim semper apud veteres audiuit id hominum genus. Plinius epistolarum libro secũdo: Regulus, qui speraret aliquid ex nouis tabulis captare, eum cœpit. Et mox: Improbissimum genus est aliena testamẽta, falsis ipsis, quorum illa sunt, dictare. Aduersus eosdem, & non vno in loco, inuehitur Martialis: irridet & quibusdam dialogis Lucianus, fraudesq; detegit. Sed quid si captatoriam institutionem interpretemur, quæ in secretam alicuius voluntatem collata est? quia verisimile est fore, vt is arbiter ab omnibus captetur, & quod eorum cõmodo sit declaret. Extat Theodosij constitutio, qua Leontij Iucundæque coniugum pietatem laudat, qui iisdem tabulis ambo testamentum condiderant, & se inuicem hæredes scripserãt: qui mos hodie in Germania plurimùm obseruatur. Nec enim, inquit ille, captatorium iudiciũ dici potest, cùm duorum fuerit similis affectus, & simplex religio testamenta condentium.

d l. captatorias. C. de testa. mil.

e l. captatorias. de hæred. instit.

CAP. XXXII.

Quid sit nuncupare, vnde nuncupatiuum testamentum, quamq; significationem habeant nomina.

TESTAMENTVM, quod Iure ciuili coram septem testibus nominato hærede fieri solet, in iure nuncupatiuum dicitur: cuius vocis ea videtur ratio, quòd nuncupare, sit nomina capere: vnde quia propriis nominibus testes accipiebantur, videtur dictum id testamentum: non enim alia solennitate opus erat. Qua similitudine enim nuncupata pecunia dicitur, quæ (vt Cincius ait libro secundo, de officio iurisconsulti) nominata, & certa est, propriisque nominibus pronuntiata. Sic & nuncupare vota dicebantur Prætores, cùm ea in tabulas, præsentibus multis, referunt, reddituros que testatione facta promittunt verba legis xij. tab. sunt, vt Festus ait: CVM NEXVM FACIET, MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSET ITA IVS ESTO. Plin. lib. ix. capite xxxv. nuncupationem accepisse videtur pro nominum, id est, titulorum particulari in tabulis descriptione, æstimationeq;: nam de ornatu Lolliæ loquens, Quæ summa, inquit, quadringenties sestertiûm colligebat, ipsa confestim paratam nuncupationem tabulis probãte. Habebat enim secum rationes, quibus describebatur, quanti, quodq; margaritûm, quanti smaragdus, cæteræque res æstimarentur: vt eos probare non possim, qui eo in loco aucupationem emendant. Sunt enim nomina causæ ipsę, seu tituli particulares cuiuslibet pecuniæ, quæ in rationibus accepta fertur.

Horatius: *Cautos nominibus certis expẽdere nummos.*

Vlpia. Macedo, inquit [a], pecuniam (ne quid amplius diceretur) incertis nominibus credebat, ne scilicet ex propriis rationibus conuinceretur, se filiisfamiliâs in malos vsus mutuam pecuniam dedisse. vel quia si contigisset filiumfamiliâs ante patrẽ decedere, perdebat fœnerator quod crediderat: vnde propter periculum grauioribus vsuris pecunias collocabat, vtpote quinque centesimis. Horatius Satyra secunda:

Quinas hic capiti mercedes exigit.

vel quintuplo ampliùs, quàm in cæteris nominibus fieri soleret, vt ego interpretor. Sic Cic. in Verrem actione tertia inuehitur: qui cùm rationes redderet, dixerat se pecuniam stipendio, frumento, legatis dedisse: hæc enim nomina, id est, tituli erogationum, falsa, breuia, incerta erãt. Moris autem fuit, vt inquit Asconius, vnumquẽque domesticam sibi rationem totius vitæ suæ per dies singulos scribere: in qua appareret, quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fœnore, lucro sepoluisset: quo die, & quid item sumptus damniue fecisset: sed postquàm rei ex suis quoque tabulis damnari cœperunt, vetus ea consuetudo cessauit.

a l. j. ad Mace.

CAP. XXXIII.

In assem venditio qualis intelligatur apud Modestinum.

MODESTINVS lib. iiij. responsorũ: Titius, inquit [b], fundum Sempronio & Seio in assem vendidit, quibus pignori antè dederat, in solidum singulis: respondi ius pignoris extinctum esse. Quæritur, quid sit in assem vendere. An in solidum? & non puto, cùm infrà addat, In solidum singulis: cũ enim satis fuisset prius expressum, in Battologiæ vitium Iurisconsul. incidisset. An in assem, id est, vili pretio? Vergilius.

Non assis faciunt, euntq; recta.

Cato: Quo non indiges, asse charum est. Sed & hoc non satis nobis arridet. An ad iustum calculum? Plin. epist. lib. j. promittis ad cœnam, nec venis, dicitur ius, ad assem impendium reddes. Ego arbitror sic à veteribus in solutum dationẽ appellari solitam, cùm quis tanti rem pignorauerit, quanti vendi poterat: & ideo eam dat in solutum creditori imaginaria venditione, quæ per æs, seu assem, & libram fiebat: dicebaturque huiusmodi venditio in assem facta: quem loquendi modum & alibi apud Iurisconsultos nostros obseruaui.

b l. Titius. quib. mod. pign. vel hypoth.

CAP. XXXIIII.

Quid sit excessus in Iure, quid ingressus, voces rhetorum hic declaratæ.

MARCELLI verba sunt [c]: *Non ab re autem hoc loco velut excessus hic subiungetur.* Quibus in verbis hęserunt nostrates doctores: non satis (vt arbitror) tenẽtes, quid sit excessus. & videntur veteres pro digressione quadam accipere, vel cùm quis altius rem repetit, vel cũ capta occasione obiter extra

c l. iam dubitari non potest. de hæred. instit.

argumentum aliquid dicitur. Plin. epist. lib. ix. Iam quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo excessu? Quintil. egressum vocat, exemplo Græcorum, qui παρέκβασιν appellant: vnde & παρεκβατικὸς λόγος Gregorio Nazianzeno. Sic & Aristophani, cæterisque Comicis, actus interpositius ad fabulæ argumentum non pertinens, παρέκβασις inscribitur, quòd tum transeat chorus. Est & ἔκβασις, id est, euetus, ea orationis pars, qua quid futurum indeque secuturum sit, disputamus. ἔμβασις verò, id est, ingressus, siue ingressio, id dicitur, quod digressioni contrarium est: id est, quod ad propositam materiam pertinet. Cicero in oratore: At video hâc primam ingressionem non ex oratorijs disputationibus ductam, sed è media philosophia. Sic. Vlp. Ea [a] pacta, inquit, insunt, quæ legem contractui dant: id est, quæ in ingressu contractus fiunt. Si enim ingressum pro principio ex vulgari sententia intelligeremus, falsum esset Iurisconsulti dictum: cùm constet inesse contractui etiam pacta, quæ post contractum fiunt, dum in continenti fiant, seu contractui subijciantur. Adde quòd hoc sensu Iurisconsultus non declaret, quid sit legem contractui dare. vnde tu in ingressum contractus, interpretare propositam ipsius contractus materiam. Nec [b] enim debet pactum de aliqua re conceptum esse, quę contractui ipsi repugnet: quod alio loco exposui.

a l. iurisgent. §. vt puta. de pactis.

b l. in bon. fid. C. de pact.

CAP. XXXV.

Cur publicum ius in sacerdotibus consistere dicatur, defensus Vlpianus à criticis.

PVBLICVM IVS, inquit Vlpia. *est* [c], *quod in sacris, sacerdotibus & magistratibus consistit.* Atqui, inquit Agricola in dialecticis, sacerdotes quoque erant iure gentium constituti: vnde malè diuisisse videtur Iureconsultus sacrorum, sacerdotumque ius à naturali gentiúmve iure submouendo. Sed sciẽdum est, publicum propriè in iure nostro accipi, quod ad populum Rom. pertinet [d]: quæ enim aliis gentibus publica sunt, pro priuatis habentur: at sacra pop. Rom. ad eum tantùm pertinebant, nec cum cęteris gentibus communia erãt. Traianus ad Plin. Solum, inquit, peregrinæ ciuitatis, capax non est eius dedicationis, quæ iure nostro fit. Tacitus lib. iij. Cunctas ceremonias Italicis in oppidis, templaque, & numium effigies iuris atque imperij Romani esse. Nam & Liuius ostendit, in vrbium deditione sacra pop. Rom. dedi solere. Vnde & idem libro octauo: Lanuuinis, inquit, ciuitas data, sacráque sua reddita, cum eo, vt ædes lucusque sospitæ Iunonis communis Lanuuinis municipibus cũ populo Romano esset.

c l. j. de iustit. & iure.

d l. bona ciuitatis. de verb. sig.

CAPVT XXXVI.

Cur damnatus depositi infamis sit, cum in commodato, mutuoque aliud obseruetur, rationes Aristotelis excussæ.

IN EDICTO prætoris, qui actione depositi suo nomine damnatus est, infamia notatur [e]: & tamen qui mutui, commodatíve damnatus est, non notatur. Sed vnde hoc? Et Aristoteles Problematum sectione xxix. quasdam rationes adducit, quas nescio quantùm Iurisconsulti nostri probaturi sint, ego certè omnino eis acquiescere nõ possum. Depositum, inquit, fit penes amicum: mutuum verò propter spem vsurarum, etiam alienis cum hominibus contrahitur. atqui amicis potissimum mutuam pecuniam dari, quotidie videmus, etiam citra vllam fœnusculi expectationem: imò vel certissima coniectura discerni inde amicos, Græcos vers. testatum est:

Κρίνει φίλους ὁ χρυσός, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

Ab igne vt Aurum, ab auro amicus noscitur.

Et vt vera sit Aristotelis in mutuo sententia, in commodato certè defendi non potest, quod nõ nisi amicis conceditur: qua ratione & aliæ eius rationes confutari possunt. Ego putauerim idcirco notari depositarium, quia maior in eo fides requiritur, quem quis sponte elegit, & summæ probitatis fiducia cæteris prætulit: at commodatum, cùm vtilitatem commodatarij respiciat, non sponte domini cõtractum videtur, qui interpellanti amico non ausus est fortè denegare, cùm tamen fidem eius non adeò probaret.

e l. j. de his qui not. infam.

CAP. XXXVII.

C. Affraniam, non Calphurniam edicto de postulando causam dedisse, emendatusque ille Vlpiani locus.

CVR mulieres prætor à postulando arceat, originem Vlp. [f] introductam ait à Calphurnia improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, causam edicto dedit. Verùm antiquorum codicum lectio in Calphurniæ nomine vacillat: vnde ego arbitratus sum de C. Affrania intelligendũ, quæ Licinij Brutionis vxor, prõpta ad lites contrahendas, semper pro se apud prætorem verba fecit: non quòd aduocatis deficeret, sed quòd impudentia abundaret. vnde & ad notissimum muliebris calumnię exemplũ euasit, adeò vt pro crimine improbis fœminarũ moribus C. Affraniæ nomen obiiciatur, vt Val. Max. lib. viij. auctor est.

f l. j. de postul.

CAP. XXXVIII.

Cur fures balnearij grauius plectantur, Aristotelis rationes adductæ, approbatæque.

CVM integro tractatu de furtis Iurisconsulti nostri disseruissent, addicere deinde de furibus balnearibus rubricam, quibus & grauiorẽ pœnam constituerunt: nempe, vt ad opus publicum certo tempore damnentur. Sed qua ratione id inductum putabimus? Et Aristoteles Problematum parte xxix. has adfert. In primis, quia in domibus rem custodire meliùs possumus, parietum firmitate, clauibus, sigillis, cura domesticorum, itemq; extraneo nemini admisso: at in balneis, huiusmodique locis publicis, nulla est alia, quàm quæ non conniuentibus oculis fit cura: vt meritò acriore pœna coercendi hoc casu fures fuerint, quos nulla diligentia satis custodire poterat. Item qui in publicis locis furantur, impudentiores sunt, & deplorata citra correctionis spem vllam vita: at priuati fures cùm magis clandestinè id agant, spem

spem aliquam emendationis habent, vt quos magis pudeat talia facere. Sed & qui in publico furtum facit, non soli domino, sed & reipublicę iniurius est. Adde quòd huiusce atrocior quoq; est contumelia, qui dominum cogit domum nudum reuerti, & omnibus interim ridiculo esse. & hæc quidem Aristoteles.

CAP. XXXIX.

Hypothesis in Vlpiani responso ex Aesopi fabella apposita.

SOLENT medici cùm ad laureã admittuntur Hippocratis iusiurãdum iurare, quo & inter cætera id continetur, exhibituros se operã suam quibuscunque ægrotis ἄνευ μισθοῦ καὶ συγγραφῆς, id est, sine mercede, & absque pactione vlla. Quòd si ægrum hominem contractu aliquo defraudent, iura nostro extraordinaria cognitione, quod extortum est restituitur. Medicus, inquit [a] Vlpianus, *cui curandos oculos æger commiserat, periculum amittendorum eorum per aduersa medicamenta inferendo, compulit vt ei possessiones venderet: inciuile factum præses prouinciæ coerceat, &c.* Videtur autem hæc hypothesis ab Æsopi fabula emanasse, qua traditum est, lippientem anum medici operam implorasse, qui quoties ab eа impositis collyriis recederet, furto secum aliquid de domo auferebat: demum cùm conualuisset, & de mercede à medico interpellaretur: Atqui, inquit illa, minus in præsentiá quàm olim video: plura enim in domo vasa, instrumentaque lippiens conspiciebam, quàm nunc sana conspicari possim.

a l. medicus. de var. cogn.

CAP. XL.

Quæ sit vulgaris vxor apud Vlpianum.

IN *ea vxore*, inquit Vlpia. [b] *potest maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit: quãuis si vidua esset, impune in ea stuprum committeretur.* Dubitari probabiliter potest, quæ vulgaris vxor dici possit. Accursius meretricem intellexit: quæ sententia dura est, vt adulterij pœna teneatur, qui meretricem vitiarit: cur enim permittit maritus eam quæstum facere? Ego vulgarem potius intelligo, ex aduentitio vulgo, non ex ciue Romana. Tranquillus in Vitellio, capite secundo. Ex muliere vulgari Antiochi cuiusdam, furnatiam exercentis, filia equitem Romanum genuit, &c. arbitrorque legẽ Iuliam adulterium quidẽ generaliter in nuptis puniuisse, excepta tamen meretrice, vel famulis cauponum, quæ non solùm vulgares, sed vilissimæ sunt: in vidua verò nobilem seu honestam à vulgari distinxisse. Vulgarem, dummodo nuptam, nec apud Athenienses legum pœnis exẽptam fuisse ostendit & Lysias orator in Apologia, vbi licuisse marito in ea deprẽnsum mœchũ occidere autor est: καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. Adeò, inquit, vehementer hanc in nuptis mulieribus pœnã iustã legislator existimauit, vt in vulgares quoque pellices idem constituerit. Sed quid si Accursium defendamus, & vulgarem intelligamus, quæ licentiam stupri apud ædiles vulgasset? Tacitus libro secundo: Eodem anno, inquit, grauibus senatus decretis libido fœminarum coercita: cautumque, ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuisset. Nam Vestilia, prætoria familia genita, licentiam stupri apud ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, quo satis pœnarum aduersum impudicas in ipsa professione flagitij credebant, &c. Mihi tamen prior sententia magis probatur.

b l. si vxor. de adult.

CAP. XLI.

Diaconissa, pythoissa, abbatissa, an Latinè dicantur, defensus à grammaticorum accusatione Iustinianus.

SVNT qui barbari sermonis reum Iustinianum faciant, quòd diaconissam dixerit. Sed tamen exemplo ille loquendi modus non caret. August. enim in libris de ciuitate Dei, vaticinatricem mulierem, quam Gręci Pythò vocant, ipse Pythoissam dixit: licet in Canonicis decretis etiam magis barbarè scriptũ sit phytonissam. xxv. q. vj. can. vlt. Sic Phauorinus philosophus Aethiopissam dixit, vt Stephanus autor est: quam vocem etiam apud Donatum in Terent. reperies. vt malè faciant, qui Iouianum Pontanum reprændunt, quòd ea vsus sit quodam dialogo. Hieron. certè noster non semel abbatissæ meminit, non minusque hanc sibi licentiam permittit, quàm Vergilius, cùm secundum regulas Phœnissam Didonem dixit, vel cùm Athenienses tenuioris fortunæ mulierem θῆσσαν vocant: vt apud Apollonij interpretem est: nisi quòd θῆσσα, à masculino θὴς deducitur, sicut à ἱερεὺς ἱέρησσα. Sed hæc & huiusmodi grãmaticis perquirenda, discernendaque relinquamus: nobis satis sit, vtcunque Iustinianum defendisse.

CAPVT XLII.

Iudicium, quos legum interpretes potissimum parare sibi studiosi debeant.

EXTAT Volcatij Sedigiti antiqui auctoris iudiciũ de Comicis poetis carmine iãbico factum, quod Aulus Gel. Macrob. Donat. tanquam iustissimum probant. Extat & aliud de omnibus poetis generaliter à Marullo summa cum examinis diligẽtia compositum, quod & ipsum ab omni studiosorum classe laudatur. cur & nos de interpretibus nostris, quos adeò multos in Iure habemus, idem non experiamur? non quidem de doctrina eorum (id enim periculosius, & fortè temerarium) sed de vtilitate, quam quisque studiosus maiorem ex eorum dictatis consequi possit. Id existimamus omnibus perpensis sic rectè fieri.

In iure primas comparatus cæteris
Partes habebit Bartolus.
Decisiones ob frequentes, actiõ
Baldum forensis sustinet.
Non negligenda maximè est tyronibus
Castrensis explanatio.
Opinionum tutius symplegadas
Superabis Alexandro duce.
Ordinis Iason atque lucis nomine
Videndus est properantibus.

His si quis alios addiderit interpretes,
Onerat, quàm honorat verius.

CAP. XLIII.

Declarata Vlpiani lex, & qui sint qui præbenda locent.

INVITI, inquit Vlp. [a] *testimonium non dicunt publicani: item is qui exercitui præbenda conduxerit.* Accur. præbendam legit, & subaudit annonam. Ego veterem lectionem probo, quòd solerent antiqui neutro genere ea dictione loquendique modo vti. Plautus in Persa:

Præbenda ædiles locauere.

Gel. lib. xv. c. iiij. de Ventidio tradit, cum adolenisset, sibi victum ægrè quæsisse, eumque sordidè inuenisse, comparandis mulis, & vehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxisse: in eo quęstu notum esse Cæsari cœpisse. Reperitur & apud Liuium eodē modo non vno in loco: vt appareat, quas sacerdotum præbendas vulgò vocamus μεταφορικῶς, posse nos Latiniùs neutro genere præbenda dicere.

a l. inuiti. ij. de testib.

CAP. XLIIII.

De conditione, cùm moriar, disputatio Tauri philosophi à Iureconsultis nostris finita.

HAEC CONDITIO, inquit Vlp. [b] *Cùm moriar liber esto, vitæ tempus amplectitur, & idcirco inutilis esse videtur. Sed meliùs est verba benigniùs interpretari, vt post mortem suam videatur testator ei libertatem reliquisse.* Quibus verbis apparet decisam esse quæstionem, de qua apud Taurum philosophum disputatū fuisse, Aulus Gellius lib. vj. cap. xiij. auctor est. Quęsitum est, inquit ille, quando moriens moreretur, cùm iam in morte esset, an tum etiam, cùm in vita foret. Et quando surgens surgeret, cùm iam staret, an tum etiam cùm sederet. Nam alij moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita dici atque fieri putauerunt: alij nihil in eo tempore vitę, totumq; illud quod mori dicitur, morti vēdicarunt. Sed Plato in Parmenide neq; vitę id tēpus neq; morti dedit: vidit enim vtrunque pugnare, neque posse ex duobus contrariis altero manente alterum constitui: idcirco miscuit ipse fines, & nouum tempus peperit, quod τὴν ἐξαίφνης φύσιν appellat, id est, momentaneam naturam.

b l. qui duos. §. hæc cōditio. de manu. test.

CAP. XLV.

Repetita quædam ex historiis, vnde originem traxerit l. j. C. de gladiat. & l. iij. C. de his qui ad eccles. confug.

SCRIBIT Otho chronicorum li. iiij. cap. xix. & ab aliis quoque tam Græcis quàm Latinis scriptoribus traditū est, Arcadio, Honorioque Imperatoribus, Damasoque Pontifice, Romam ab Oriente venisse Dirimachium quendam monachum, qui cùm spectaculo gladiatorio vidisset popul. Rom. opera dare, & huiusmodi lętitiæ genus, ceu dirum inhumanumque abominaretur, tribunitia quadam facundia pluribus cum populo egisse, vti lanistas vrbe eiceret, & ab eorum missibus spectandis abstineret: verùm nihi[illegible]nuisse, sed potiùs intempestiuam eius sap[illegible]tiam non tulisse populum, lapidibusque [illegible]mantem obruisse. qua de causa iratos Imperatores Diramachium eum in diuorum numerum retulisse, martyremque appellasse: sed & lata lege sanxisse, ne gladiatores vnquam essent, verū huiusmodi cruenta spectacula de republ. tollerentur: quam legem & nos lib. Cod. xj. habemus, sed sub Constantij nomine. Idem eodem capite tradit eosdem Imperatores Eutropij eunuchi, qui & consul fuerat, consilio persuasos legem tulisse, vt serui ad ecclesiam confugiētes, asyli ius non haberent, sed abstrahi inde à dominis possent. quam legem iniquo animo Ioannē Chrysostomum tulisse, hocque nomine graues inimicitias cum Eutropio exercuisse: cumque fortuna tulisset, vt iram Imperatoris fugiens, Eutropius ad ecclesiam confugisset, & in ara sederet, redargutum publicè fuisse, & diuino iudicio factum Ioannem dixisse, vt eo auxilio quod abstulerat, ipse indigeret. Extat in illum ipsius Chrysostomi ἐπιτιμητικὸς λόγος. Lex autem de qua loquimur, ea videtur esse, quam etiamnum habemus lib. Cod. j. tit. de his qui ad eccles. confug. l. iij.

CAP. XLVI.

De Nouellis Iustiniani, & cur Authentica hodie vocentur, qualisq; ea vox Græcis sit.

CVM interrogatus quandoque essem, vnde fieret vt constitutionū Iustin. volumen Authentici nomine citaremus, cùm tamen nusquam appareat hunc ei titulum ab ipso legislatore præfixum esse: sic respondendum duxi, editum esse eum librum Græco sermone, & constitutiones eas Græcè νεαρὰς appellatas fuisse: verum cùm Asiatica quadam luxuria diffusus. prolixitateque nimia scriptus liber esset, translatum Latinè à Iul. patritio & exconsule fuisse, sed compendiosius, & stylo, vt tum tempora ferebant, non inelegante, qui liber adhuc extat, & Nouellæ titulo circumfertur, dubio procul legitimus Iustiniani ipsius partus, quem tamen Doctores nostri vt spurium reiecerunt, maluitque Accursius barbaram & Bulgari tempore factam translationē interpretari, quòd vberior ei videretur: ideoque Authenticam appellauit, quoniam ex ipso Gręco originali ad literam traducta esset. Sanè Authenticon pro re certæ fidei poni constat, non solùm apud Iulianum Paulumque Iurisconsultum, sed etiam apud Ciceronem epist. ad Atticum lib. ix. & lib. x. Tametsi Gaza libello de mensibus hanc vocē apud veteres hoc sensu non reperiri scribat, sed eos qui citra mille annos scripsere, hac dictione αὐθέντης vti cœpisse, vt eum exprimeret quem Latini autorem dicunt: olim enim idem significat quod αὐτόχειρ, id est, propria manu aliquid patrans.

CAP. XLVII.

De cessione bonorum quædam non iniucunda, & quid apud Cumæos esset ὀνοβάτις.

CVM legis Iul. beneficio debitores, qui æri alieno soluendo non essent, cessione bonorum liberarentur [c], visum plerisque municipalium legum

conditoribus est, nimia id facilitate introductum esse, indeque decoctoribus occasionem desidiæ, luxuriæque præstari, cùm non pauci haud difficulter eò adigerentur, vt foro cederent, rationesque conturbarent, & fidem fallerent, cùm cessione huiusmodi carceris tædia [a], neruumque euitare possent: obuiam ergo iuri communi iuerunt, & vt ritè atque ordine cessio facta videretur, statuerunt, eum qui ad id beneficium admitti velit, non nisi nudum super lapide aliquo aduocata concione cedere posse, vt eius infamiæ metu rarissimus quisque lapsis rebus id subsidium expetat: qui mos apud Cumæos alio in delicto obseruari solitus est. Tradit enim Plutarchus in Problematis, mulieres, quæ in adulterio deprænsæ fuissent, in forum deduci solitas, vt illic lapidi insidentes, ab omnibus conspici, despicique possent: demum asino impositæ per omnem vrbem vectabantur, rursusque ad lapidem reducebantur: vnde ignominiæ causa, quæ id passa esset mulier ὀνοβάτις, ab insesso asino dicebatur. Sunt qui saxum ipsum ὄνον, id est, asinum appellatum credant. sic enim Xenophon primo ἀναβάσεως, lapidem molarem vocat. Sanè Nouella constitutione cxxxv. sanxit Iustinianus, eos qui non desidia, aut luxuria, sed casu fortuito lapsi facultatibus sunt, non debere ad eam bonorum cessionem cogi, quæ cū vlla contumelia fiat: quod & antè non absimili casu constitutum fuisse, in Codice Theodosiano legitur, qui bonis ced. poss. l. j.

c l. iiij. C. qui bo. ced.
a l. j. C. de edendo.

CAP. XLVIII.

Quid sit quod in iure dicitur, Exemplo turpissimum esse fœminino vocabulo masculos contineri.

EXEMPLO, inquit Iurisc. [b] *turpissimum est, fœminino vocabulo etiam masculos contineri.* Interpretatur Accurs. rationem esse, quia quod minus dignum est, non debet ea quæ digniora sunt comprændere. Bene sanè Accurs. sed, vt ego arbitror, non ex mente Iurisconsulti: verba enim aliud significant. Sciendum igitur est: veteres solitos fuisse, quoties aliquem tanquam mollem & effœminatum carperēt, fœminino eum vocabulo irrisionis causa appellare: quod Aristophanes in Nubibus ostendit, hoc schemate Sostratum, Cleonymunque mordens, itemque Amyniam: ὁρᾷς γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς; Vidésne fœminam vt vocet Amyniam? cui respondet Strepsiades, οὐκοῦν δικαίως ἥτις οὐ στρατεύεται. Meritò hercle sic est, qui quidem non militet.

b l. si ita scriptū. de legatis secundo.

CAP. XLIX.

Quis Nicostratus rhetor fuerit, cuius in Papiniani responso mentio est.

AQVILIVS Regulus [c] *iuuenis ad Nicostratum prætorem ita scripsit: Quoniā me eloquentia tua meliorem fecisti, dono & permitto, &c.* Hoc ex Papiniani responso annotant Doctores, valere donationem magistratui ex causa remunerationis factam. Sed ego dubito, ne id non satis in iure nostro probetur. Constitutio enim Iustiniani generaliter id prohibet [d]. Et Papinianus non de Nicostrato prætore, sed præceptore, scripsit: vel (vt in Pandectis Thuscis est) de Nicostrato rhetore. Fuit is gente Macedo, & sub M. Antonino Caracalla, quibus temporibus floruit Papinianus: Romæ docuit, à Criticis inter posteriores decem rhetores cōnumeratus. Scripsit orationes de ipsius Marci Imperatoris, itēque aliorum laudibus: edidit & imagines, & δεκαμυθίαν, & πολυμυθίαν, & θαλαττουργούς, & non pauca alia, quod & Suidas tradit.

c l. Aquilius. de don.
d l. j. C. de controuer. iud.

CAPVT L.

An veterum moris fuerit, leges, edicta, eclogas, cantiones, actiones, à primo vnde incipiunt verbo appellare.

SOLENT recentiores omnes, cùm aliquod Iurisconsulti respōsum in testimonium citant, à primæ vocis initio illud adducere: quam consuetudinem sunt qui existiment nec elegantem, nec ex veterum more esse. Sed scrupulosa horum iudicia, non satis probare ego possum: suppetunt enim apud grauissimos autores affatim huius rei exempla, vt in quinta P. Vergilij ecloga:

Hæc nos formosum Corydon ardebat Alexim:
Hæc eadem docuit, cuium pecus? an Meliboei?

Apparet enim à primo carmine denominari illas eclogas, sicut apud Aristophanem in Nubibus cautiones illas Παλλάδα περσέπολιν δεινάν & τηλέπορόν τι βόαμα. Vnde & pleraque videmus à Iureconsul. nostris δεικτικῶς, id est, demōstrationis solius causa, & materialiter, vt vocant, duntaxat dicta: qua ratione & interdicta ipsa à primis verbis prætorij edicti appellant. *Hoc interdictum* (inquit Vlp. [e]) *vulgò Quorum legatorū appellatur,* Et alibi est: *Igitur hoc interdictū* [f], *quod vulgò Vti possidetis appellatur, retinendæ possessionis, &c.* Sed & expressius idem alio in loco [g], *Qui certam pecuniam,* inquit, *numeratā petit, illa actione vtitur, Si certum petatur*: quæ enim certi cōdictio erat, sic à Iurisconsulto appellata est, quoniam sub edicto prætoris inscripto. Si certum petatur, de ea tractatum fuit. qua de re nos alibi quoque.

e l. j. quor. leg.
f l. j. §. est igitur. vti pos.
g l. j. de triticar.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGON IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Differentia legatorum iuris vete. pleraque ex Caij inst. relata: quidq; à fideicommissis distent.

LEGATORVM generà quatuor olim fuisse constat, vēdicationis, damnationis, sinendi modo, & præceptionis. Legatum vendicationis est, cùm testator sic legat: Illum seruum tibi do, aut lego: aut tibi sume, habe, vendica. nec in eo traditio hæredis expectāda est, sed ipse legatarius possessionem accipit, quam in rem missionem videtur Iustinianus appellasse. Damnationis [a] verba huiusmodi erāt, Hæres meus illi dato: aut, illi ab hærede dari iubeo: aut, hæres damnas esto dare. Est enim actio damnas, vox peculiaris iurisconsultorum [b], per syncopen dicta, pro damnatus: sicut copes, apud veteres pro copiosus. Plautus in Trinummo:

Harpago, mendax, copes, auarus, elegans.

Licet vulgaris impressio coppes, non rectè habeat. Meminit eius vocis & Agretius grammaticus, Iurisc. verbum illud esse asserens. Paul. Sentent. lib. ij. damnes dixit. Quid autem id legatum damnationis à vendicatione differret, Caius in Institutionibus eleganter ostendit. Sinendi modo sic legabatur: Hæres meus rem illam Titio permitte sumere. In quo legato hæres rem tradere non tenetur: sed vendicanti legatario non permittitur prohibere: quò fit, vt verum non arbitrer, quod sensit quidam, hac legati specie solam exceptionem olim legatario concessam. Atqui apparet ex verbis Caij, etiam vendicationem illi indulgeri, & hęredi omnem exceptionem auferri. Præceptionis legatum nō nisi vni ex hæredibus dari potest, vt aliquid ex hæreditate præcipuum habeat: quòd si coniunctim multis, aut disiūctim singulis relinquatur, omnibus vna tantum res. quæ nominata est, sicut & in legato vēdicationis debetur [c]: non vni res, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis: quod & à vendicatione nō in eo solùm differt, sed & aliis modis. vendicatione enim res aliena legari non poterat: item res quæ in rerum natura adhuc non esset, vt partus ancillæ, & fructus nascitur: cùm aliud in legato damnationis esset [d]. Sed & pro legato vendicationis, vendicatio vel in rem missio competebat: cum pro legato damnationis & præceptionis actio in personam concederetur: quæ differentię hodie sublatæ sunt. Sed quomodo legata à fideicommissis discernémus? Et Paul. Castr. legata esse, quæ verbis versus legatarium directis concipiuntur: fideicommissa, quæ versus hæredem existimauit. quæ sententia reiecta est, cùm legatum damnationis, itemque sinendi modo, verbis versus legatarium conceptis fieri solerent. Meritò igitur verior est aliorum definitio, fideicommissa appellantium, quæ verbis precariis erga grauatum inducuntur, qualia sunt, rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, impero, & ideo nomen illud sumpserunt, quod in sola fide, pudoreque hæredis consisterent [e]. Vnde libro Sententiarum iiij. Paulus ait, Relinquo & Commendo verbum, ad fideicommissum non pertinere, sicut & Dimitto, quia directum id sit. Idem tamen, Qui fideicommissum, inquit, relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest: velut, Peto Cai fis contentus illa re: aut Volo tibi illud præstari. Differebant autem olim fideicommissa à legatis pluribus modis. A legatario enim iure veteri legari non poterat [f]. Item legata non nisi in testamento, vel codicillis testamento confirmatis fieri (vt Caius ait) poterant, cùm aliud in fideicommissis obseruaretur. Sed & legata post mortem hæredis relinqui non poterant, fideicommissa poterant [g]. Cæterum & in eorum executione non modica erat diuersitas: dominium enim legatorum recta via transibat à testatore in legatarium [h], cùm in fideicommissis necessaria prius esset restitutio, & fideicommisso tardius persoluto vsuræ & fructus præstandi erant: at in legato damnationis solùm obseruabatur, vt in pœnam deiectantis, legatum duplaretur, quod Caius attestatus est [i].

[a] l. j. in prin. C. com. deleg.

[b] l. dānas esto. de vsufr. lega.

[c] cl. si pluribus de leg. j.

[d] l. cum rem alienam. C. de legat.

[e] §. fi. inst. de sin. reb.

[f] §. preterea. inst. de fid. hæred.

[g] §. post mortem. inst. dele.

[h] l. à Titio. de fur.

[i] §. fin. inst. dele.

CAP. II.

Quis dicatur in Iure magistratus, apud quem sit legis actio, pleraque responsa Veterum explicata.

MAGISTRATVM, apud quem legis actio est, emancipare filios suos posse, Modestinus ait [k]. Sed & Vlpianus: *Apud legatum proconsulis*, inquit, *manumittere nemo potest* [l]: *omnino enim apud eum legis actio non est.* Idem: *Adoptare quis apud iuridicum potest, quia data est ei legis actio* [m]. Videndum quomodo accipienda sint hæc verba: & ipse putauerim, apud eum dici esse legis actionem, qui merum & mistum imperium habet, seu ius exequendi. Siquidem lege agere apud Liuium libro xxvj. est capitalem sententiam exequi: Lictor, viro forti adde virgas, & in eum lege age: quod ad merum imperium & ius gladij pertinet. Misti imperij exemplū habemus apud Val. Max. lib. vij. Cū exhęredatū querelam

[k] l. iiij. de adop.

[l] l. ij. de offic. proconsul.

[m] l. j. de offic. iurid.

querelam detulisset, bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque lege agere passus non est: dare enim bonorum possessionem, misti imperij est [a]. Et legis actio in his, quæ misti imperij sunt, etiam adiudicatio dicitur. Vlpia. *Mulctam dicere is potest, cui adiudicatio data est* [b]: *magistratus enim solos & præsides prouinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est.* Eius autem loquendi modi hæc videtur fuisse ratio: absoluebat prętor omnem suam iurisdictionem tribus verbis, DO, DICO, ADDICO, vt Ouidius inquit:

Ille ne fastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Igitur vt hanc iurisdictionem absolueret, partiū petitione erat opus: vnde legis actiones introductæ [c]: Quia, vt inquit Pomp. actiones introductæ sunt, quas certas & solennes esse voluerunt, & appellatur hæc pars legis actio. Priora duo prętoris verba ad actiones in personam, vel in rem pertinent: vltimum addico, ad executionem: quoniam frustrà ille daret sua sententia vel diceret, nisi exequeretur addicendo, seu reū adiudicando, dominiumque transferendo: idq; propriè est legis actio, quia ita erant Romæ in xij. tab. temperata verba, ne aliquid penitus violentum & aduersus libertatem inducerent: & ideo in iudiciis solēnia erant quędam verba, quibus apparebat, volentibus partibus, omnia agi, tamesi verè in inuitum redderetur iudicium [d]. Hinc in iudiciis necessaria erat litis contestatio, quam veteres iudicium accipere vocant [e]: quoniam sic cōcipiebatur in ea stipulatio: *Quicquid te mihi dare facere oportet, dabis, facies? Dabo, faciam.* tumque dicebantur prætori fecisse protestatem sententiæ ferendæ: vnde iudicium dictum M. Varroni, quasi ius, id est, potestas dicendi. Paul. Sent. lib. v. Ex die, inquit, accepti iudicij fructus computantur: & tam dantes quàm accipientes, itemque sponsores eadem stipulatione comprenduntur. Igitur vsque ad sententiam nō tam legis iussu agi videbatur, quàm ipsorum litigantium sponte. Cùm verò executio facienda erat, tum propriè legis actio dicebatur, quia etiam in inuitos iussu legis fiebat, & pro imperio suo tum agere iudex existimabatur: mero, quādo in causa capitali litigatum erat, in quo nullus rei consensus requiritur: misto, in causa ciuili, in qua consensus vsque ad sententiam interuenit. Sanè videtur decurionibus principis indulgentia quandoque concessa fuisse legis actio. Paul. Sentent. lib. ij. [f] *Apud magistratus municipales, si habent legis actionem, emancipari & manumitti potest.*

[a] l. fin. perfum. de iurisdict. omn. iudic.

[b] l. aliud est. de verb. sig.

[c] cl. ij. de orig. iur.

[d] per l. inter stipu. §. si Stichū. de verb. oblig. & l. restituere autem. de verborum signifi.

[e] frit. xxvj. quę admo. fil. sui iu. effic.

[f] l. fi. de offic. eius.

CAP. III.

De prætorum iurisdictione, eorumq; edicti auctoritate: & de bonorum possessionibus quædam annotata scitu non indigna.

PRÆTORIBVS iurisdictio hac verborum formula ex lege xij. tab. competebat: IVRIS DISCEPTATOR, QVI PRIVATA IVDICET, IVDICARI'VE IVBEAT, PRÆTOR ESTO: IS IVRIS CIVILIS CVSTOS ESTO, HVIC POTESTATI PARENTO. QVOTCVNQVE SENATVS CREVERIT, POPVLV'SVE IVSSERIT, TOT SVNTO. MAGISTRATVS ANNVI SVNTO. OMNES MAGISTRATVS AVSPICIVM IVDICIVMQVE HABENTO, id est, appellationem ad populum, vel senatum, vt Cic. lib. de legi. iij. interpretatur. Ius autem hi prætores à principio Romæ reddiderunt: demum vi bellica partis à pop. Ro. prouinciis, in eas quoque mitti cœpere. qui à populo mittebantur, Prætores sunt dicti: qui à senatu, Proconsules: qui demum à Cæsarib. Presides vel legati Cęsaris: fuereque ex Augusti formula populo certę prouinciæ assignatæ, aliæ senatui, alias Cæsar ipse sibi reseruauit, vt Strabo lib. vlt. attestatur. Tyber. verò eas prouincias, quæ prætoriæ erant, & ad populum pertinebant, transtulit ad senatum, vt Cor. Taci. auctor est. Igitur prætori non videtur simpliciter legis condendæ auctoritas fuisse cōcessa, qui tantummodo litium disceptator, custosque iuris ciuilis constitutus est. Solebant tamen edicta proponere, quorum aliqua ad executionem legum pertinebant, aliqua quandoque & moderabantur & corrigebant legum dęritiem: sed hæc non perpetua erant, verùm tęporalia. Cic. in Verr. lib. iij. Qui plurimum tribuunt edicto prætoris, edictum legem annuam dicunt esse: tu edicto plus complecteris quàm lege: si finem edicto prætoris afferunt Cal. Ian. cur non initium quoque edicti nascitur à Cal. Ian. Verùm quia solebant plerunque prætores varia edicta proponere, & variè ius dicere, quæ res ambitiosis & sordidis iudicibus delinquendi causam præstabat, Saluius Iulianus omnia à veteribus proposita, & memoratu digna, in vnū redegit, interpretatusque est: cœpitque tum edictum perpetuum vocari, & iuris ciuilis nostri pars esse, quod alio loco à nobis declaratum est. Summa autem vis & potestas in his edictis fuit, quæ ad bonorum possessionem pertinebant: licet enim hæredes facere Prætor non posset, bonorum tamen possessorem facit [g], qui perinde ac hæres existimatur: Cur autem hæredes facere nequeat, ea est ratio: quia aut ei bonorum possessionem concedit, qui iure quoque ciuili ad hæreditatem vocatur, & is statim fit hæres ex lege, non ex edicto [h]: Aut ei concedit, quem lex xij. tabularum non agnoscebat: & quia tunc ius hæreditatis delatum alteri ex ea lege erat, ipse hæredem non poterat facere, cùm ius directum alteri esset oblatum, ipseque legem condere non posset, sed disceptator tantummodo, executorque iuris constitutus fuisset: quod ius abolere non poterat, sed ex causa solùm moderari, aut corrigere, quantum fit executionis respectu, poterat. Et ideo videtur bonorum possessio hæc prætoria, executionis cuiusdam esse species, quod in primis ex definitione ostenditur: est enim ius persequendi, retinendique patrimonij [i]: cui enim ex edicto bonorum possessio concessa erat, is ius habebat retinendi rem ipsam, & persequendi, id est, officium executiuum iudicis implorandi aduersus quencunque, etiam si ex lege xij. tabul. vocaretur. Sed & Vlpia. cùm merum imperium definiuisset. *Mistum imperium*, inquit, *est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit*: [k] cùm tamen Iurisconsl. alibi definiuisset mistum imperium, coercitionem modicā esse [l]. Accedit his argumentum, quod ex dictionis ipsius significatione capitur: quid enim est bonorum possessio, nisi executio ipsa, qua quis possessionem adipiscitur? vt sicut aduersus

[g] §. quos autem. inst. de bonor. possess.

[h] l. pubertem. C. de iure delib.

[i] l. bona. de bo. possess.

[k] l. Imperiū de iurisd. om. iudic.

[l] l. fi. de offic. eius.

contu

contuma cem Prætor bonorum posseßionẽ decernit, ita aduersus possessorem quencunque hæreditatis, vel quemlibet alium, qui ius prætendere posſit. Quapropter alibi ſic ſcriptum eſt, vt poſſeſsio bonorũ detur, vel ſi cui damni infecti nõ caueatur, vt is poſsidere iubeatur [a], &c. Quibus verbis apparet, vulgarem differẽtiam à Doctorib. noſtris receptam, à veritate abeſſe. Diſtinguunt enim, plurimùm referre exiſtimãtes, A bonorum poſſeſsionem dicamus, an verſo ordine, poſſeſsionem bonorum: vt hoc caſu executionem intelligamus, illo ſucceſsionem. Atqui hæc ſucceſsio ſimplex quædam executio videtur, quæ olim quandoque neceſſaria erat, quandoque non erat. Ex capite, vnde liberi, legitimique vocantur, neceſſaria non erat cùm ius ciuile illis abundè prouideret, niſi hæreditate iam ab alio occupata, & illi quæſtionem eius mouente: tunc enim neceſſariò adibatur Prætor, qui ex edicto ſuo eis bonorum poſſeſsionem daret. Idẽ in bonorum poſſeſsione ſecundum tab. dicendum, quod & Cic. ea in Verrem actione oſtẽdit. Theodoſius tamen quadam conſtitutione [b] indicare videtur, olim propria autoritate nemini licuiſſe hæreditaria bona apprændere, ſed bonorum poſſeſsionis petendæ neceſsitatem habuiſſe, quam ipſe ea lege abolet vnà cum diui Adriani edicto. In his verò, qui iure ciuili non agnoſcebãtur, vt emancipatis, præteritis, cognatiſque, erat olim neceſſaria: quia non ſolùm executione, ſed etiam iuris collatione his erat opus. Hodie, cùm conſtitutionibus principum & illi agnoſcantur, edictumque ſit perpetuum, & in vim legis tranſierit, ſolùm eſt neceſſaria, quãtum ſit executionis reſpectu, ſi controuerſia hæreditarij iuris illis fiat. Ad hanc executionem reſpexiſſe videtur Valer. Maxi. lib. vij. dum, Bonorum, inquit, adoleſcentis poſſeſsionem ei dedit, hæredeſque lege agere paſſus non eſt: ius enim perſequendi retinendique alteri dederat. Sed clarius Cicero Epiſt. lib. vij. vbi ad Trebatium ſcribẽs: Silij cauſam te docui, is poſteà fuit apud me, cùm ei dicerem, tibi videri, ſponſionem illã nos ſine periculo poſſe facere, ſi bonorum Turpiliæ poſſeſsionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit. negare aiebat Seruium, tabulas teſtamenti eſſe eas, quas inſtituiſſet is, qui factionem teſtamenti non habuerit. hoc idem Offiliũ dicere. Cuius epiſtolæ hic eſt ſenſus: Turpiliã, quæ factionem teſtamenti non habebat, hæredem filiũ inſtituiſſe, cuius nomine Cicero edictalem obtinuerat bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas: verùm cùm aduerſarij litem illi mouiſſent, eſſetque ſponſio facienda, id eſt, certæ pecuniæ promiſsio, quam is perderet, qui in cauſa ſuccumberet, conſultus Seruius à Silio, reſpondit, ne ſponſionem faceret, ſed liti cederet, quia iniquam cauſam fouebat: non enim poteſt prætor bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas dare, quando tabulæ ſunt nullæ, quia teſtator non habuiſſet factionem teſtamẽti. Quibus verbis apparet, quamuis prætor bonorum poſſeſsionem dediſſet, tamẽ ſponſionis iudicio adhuc locum fuiſſe: quo in iudicio qui ſuccubuiſſet, tenebatur aduerſarium, quem ex iuriſdictione prætoria priuauerat, reſtituere. Vnde loquẽdi modus ille inoleuit, vt iuriſdictio reſtitui, vel abrogari dicatur. Papinianus [c]: Si is qui vicit, nõ poſsit cauere, vel res deponenda, vel iuriſdictio reſtituenda erit. Valer. Max. lib. vij. Appellatus Mamercus à Sardinio, cuius libertus Genutium hæredem fecerat, prætoriam iuriſdictionem abrogauit. Sed fortè de bon. poſſ. cauſa litis ordinandæ hæc intelligenda ſunt, de qua alibi diſſeram.

a l. pen. eod. tit.

b l. j. C. de teſta. in nouell. Do. Valent.

c l. poſtquam. §. Imperator. in fin. vt le. no cauc.

CAPVT IIII.

Expoſita l. actus legitimi. de reg. iur. & hoc capite diſputatum, cur emancipatio ſub conditione, vel in diem fieri nequeat.

LEX AIT: *Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem* [d]. Videndum eſt de ſingulis, qua ratione introductum eſt, vt nec conditionem, B neque diem accipiant: & primo de emãcipatione & ratio eſt, quia in ea lex ſtatuit certam formam, qua non ſeruata, actus omnino infirmatur. eam formam his ferè verbis commemorat Caius [e] inſtitutionum lib. j. *Emancipatio autem, hoc eſt manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt, quia in eis emancipationibus præter illum certum patrem alius pater qui fiduciarius nominatur adhibetur.* Ergo naturalis pater filium ſuum fiduciario mãcipat, & in manum tradit, à quo vice mutua duos nũ- C mos, quaſi in ſimilitudinem pretij accipit, & iterum fiduciario patri eos tradit: hoc ſecundò, & tertiò fit, & ſic de patris exit poteſtate: fiebatq; ante præſidem emancipatio coram quinque teſtibus ciuibus Romanis pro eo qui Libripens dicebatur, & coram duobus aliis pro eo qui Anteſtatus erat. Eius autem formæ cur conditio & dies addi non poterat, hæc videtur fuiſſe cauſa: emancipatio enim actus Iuris ciuilis eſt, per quẽ qui filius eſt, pro non filio habetur: meritò igi- D tur dicitur legitimus, id eſt, ſola legis fictione inductus: at fictio legis naturã ipſam imitatur [f]. Vnde ſicut naturaliter quis filium ad tempus habere non poteſt, nec ſub conditione: ita nec emancipare eum, nec adoptare in diem, ſub conditioneue licet [g], vt frequentius proditum eſt [h]. Nec me mouet quòd conſtitutione Anaſtaſia reſcriptum eſt, valere emancipationem, qua emãcipato reſeruata ſint aliquo caſu ex indulgentia principis legitima iura [i]: quodque à Iuſtiniano E ſit ſancitum, oblatum curiæ filium naturalem ſolius patris reſpectu cenſeri legitimum: quod ad cæteros agnatos attinet, pro illegitimo eſſe [k]. nam ſciendum ius ſucceſsionis ab ipſa filij qualitate non parum differre [l]: illud enim iure ciuili quadam naturali æquitate inductum eſt: at aliquem eſſe filium, ius ſanguinis eſt, quod nullo ciuili iure dirimi poteſt. Modus igitur qui ex diſpoſitione legis poſsibilis eſt, ſucceſsioni adiectus, non efficit quo minus quiſquam in- F tegrè ſit filius. quapropter & illud reſponſum eſt, cùm pater per reſcriptum principis filium ſpurium ſibi legitimum effeciſſet: adieciſſetque ne ei ius ſucceſsionis vllum aduerſus paternas tabulas competeret, verè legitimum videri, quoniam adiectio illa non perſonam legitimi, ſed ſucceſsionem reſpiceret: idque Socinus, Decius, Curtiuſque cenſuerunt [m]. Nam & aliquem mihi iuſtum filium cenſeri, agnatis verò meis non cenſeri, haudquaquam naturæ repugnat, cùm ſatis ſit, mihi integrè cenſeri filium: nihilque

d l. actus. de re. iur.

e titu. vj.

f l. adoptio. de adopt.

g l. ſi tibi. de adopt.

h l. j. §. ij. ad Trebel.

i l. ſi. ab eo. C. de legit. hær.

k l. communiũ. de na. lib.

l Bar. l. is poteſt. de acqui. hęred.

m Socin. conſi. ccxlvj. Curt. lxxiij. Dec. cclviij. in fi.

nihilque obſtat reſpectu aliorum, qui non conſenſerunt: fictionem legis nihil operari: huiuſmodi enim varietas magis aliorum perſonas, quàm ipſius filij reſpicit [a].

a l. in ſtipulationibus. §. j. de verb. oblig.

CAP. V.

Cur acceptilatio conditionem, & diem non recipiat.

VIDENDVM de acceptilatione, cur conditionem & diem non recipiat. & in hoc haud diutius laborandum eſt, cùm Vlpianus exemplo ſolutionis inductum auctor ſit [b]: fictioque, (vt dixi) naturam imitetur. non enim poſſum naturaliter pecuniam ſub conditione vel in diem numerare, quia actus ipſe numerationis in ſolo facto cõſiſtit, cuius ſubſtantiam qualiacunque verba nõ immutant. acceptilatio verò ipſum factum imitatur. quò fit vt parum me moueat, quòd ſolutio ſub conditione fieri poſsit [c]. quia ante euentum conditionis, verbis tantùm, non re, ſolutio eſt. at acceptilatio eam, quæ re ſit, & ſtatim liberat, imitatur. Vnde nec eorum ſententiam probare poſſum, qui exiſtimant, ſi acceptilatio purè, quod ad ſubſtantiam attinet, facta ſit, ſed effectui liberationis addita ſit conditio, vt quia actum, eam acceptilationem valere, ſi Imperator in Italiam venerit, nihilominus validam fore, ſicut ſolutio valeret, cuius effectui talis conditio adiecta proponeretur. Nam aut tempus numerationis attendimus, aut euenientis conditionis. Si tempus numerationis, non eſt dubium ſolutionem non eſſe, cùm tunc nulla oriatur liberatio, ergo nec acceptilatio valebit, quæ inſtar numerationis habet. Aut tempus conditionis obſeruandum dicimus, & licet tunc ſolutio valeat, quæ eatenus potuit ſuſpendi, acceptilatio non valet, quia fictio ad ſimilitudinem veræ numerationis inducta eſt, quæ numeratio eo tempore non fuit facta: nam & ſi dicamus valere acceptilationem ſi imperator venerit, ergo antequam venerit non valet: verè igitur etiam ſubſtantiæ reſpectu dicitur conditionalis.

b l. in diem. de accept.

c l. ſub conditione. de ſol.

CAPVT VI.

Cur aditio hæreditatis, nec ipſa ſub conditione, aut in diem fieri poſſit.

NVNC de hæreditatis aditione veſtigemus: & exiſtimant vulgò, hæreditatis aditionem ex voluntate cõſiſtere, quę firma non eſt & certa, quoties conditio addita ſit [d]. quapropter qui ita dixerit, Si ſoluendo hæreditas eſt, eam adeo, nihil agit: ſicut qui partem tantùm hæreditatis, ſi alia pars ſibi non accreſcat [e]. meritò igitur volũtas requiritur libera & certa, non conditionalis [f]. Sed hęc ratio nihil ad diem: & alia ſunt quæ ex voluntate nuda conſtant, & tamen conditionem recipiunt, vt votum. Item aditio hæreditatis filiofamiliâs vel pupillo delatæ, in eorum nudam voluntatem repoſita non eſt, nec tamen credendũ ſub conditione vel in diem adire eos poſſe. Sed & piſtilli, vt aiunt conuolutione non caret huiuſmodi ratio. Ais ex voluntate libera conſiſtere: cur ex libera: atqui magis ex voluntate mea eſt, quòd arbitratu meo quancunque conditionem vel diem recipere poteſt. Cur igitur liberã à conditione lex requirit? an quia olim pendebatur ex cretione hæreditatis viceſimę vectigal, nec mora fiſco fieri debuit [g]? Pau. Sent. lib. iiij. ſub rubrica, de viceſima: Teſtamentum lex ſtatim poſt mortẽ teſtatoris aperiri voluit: & ideo quamuis ſit reſcriptis variatum, tamen à pręſentibus intra triduum, vel quinque dies aperiendę ſunt tabulæ. Nec enim oportet teſtamento hæredibus, & legatariis, aut libertatib⁹, vltra quàm A neceſſarium eſt, vectigali moram fieri. Sed Paulus de tabularum reſignatione, non de aditione loquitur: nam & hodie cretionis ſolennitas, & viceſima ſublata eſt, & olim quibuſdam in perſonis locum non habebat [h], quæ tamen conditionaliter adire non potuiſſent. Ego ferè arbitror eadem ratione & hunc caſum niti, qua & ſuperiores: & ſciendum legis diſpoſitione hæredem à die aditæ hæreditatis defuncti perſonam ſuſtinere, fingitque eũdem cum defuncto. fictio B igitur & hoc caſu debuit naturam imitari, nec enim ad diem vel ſub conditione repræſentare quis alium poteſt. Nec me mouet, quòd teſtator ſub conditione inſtituere hæredem poteſt: quia per inſtitutionem nulla teſtatoris repręſentatio inducitur, ſed per aditionem: tunc enim id ius quæritur, quod prius ſola in ſpe ſuſtinebatur [i]: meritò aditioni non fuit adhibenda dilatio. Nec iterum me mouet, quòd pluribus hæredibus inſtitutis, poſt aditionem quilibet pro parte tan- C tum teſtatorem refert, & tamen imitatione naturæ non videbatur quenque pro parte repræſentari poſſe. Sed id auctoritate legis xij. tab. factum eſt, quæ ſuadente æquitate actiones hæreditarias diuiſit [k]: nec dubium eſt, plus licere legi quàm priuatis.

d Bart. l. cũ qui. §. fin. de acquir. hæred.

e Bar. l. j. eod. tit.

f Bar. l. Paulus. eo. tit.

g l. fin. C. de edict. diui Adr.

h l. j. in princi. C. de cad. tol.

i l. pretſarerum. ad legem Falcidiam.

k §. Cato. & §. ex his.

CAP. VII.

D *Cur nec ſerui optio cõditionalis valeat, vel in diem facta.*

SED quid in ſerui optione dicemus? & non eſt dubium, legatum optionis ſub cõditione valere: vt, Si nauis ex Aſia venerit, lego tibi ex familia mea ſeruum, quẽ optaueris [l]. Sed nos de legato non quærimus, ſed de ipſa legati executione, id eſt, optione, quam legatarius facit. Et Accurſius ſentire videtur ideo conditionem non recipere, quia lex iuſsit id le- E gatum haberi pro puro, tametſi eſſet cõditionale: idem enim eſt, ſiue quis optionẽ legare ſe dixerit, ſiue ita ſcripſerit, Si talem nõ elegeris, aliũ habe: & ſi alium non elegeris, talem habe [m]. quæ ratio nullius momẽti eſt, vt quæ legatum ipſum optionis reſpiciat, non autem executionem, de qua nos quęrimus. Alij id inductum exiſtimant, quia non videtur teſtator tantum legatario conceſsiſſe, vt in diẽ, vel ſub conditione eligere poſſit: cùm enim optionem legat, de pura intelligi- F tur: ſicut appellatiõe donationis ea in dubio cõtinetur, quæ nec cõditione, nec die ſuſpẽſa eſt [n]. quæ ratio vtcunque defendi poteſt, conſequẽſq; ex ea eſſet, ſi de mente teſtatoris appareret aliud eſſe, & conditionalem optionem valere: quod non videtur multum Iuriſconſulti ſententię accedere, qui in his exemplis hoſce actus appellauit legitimos, tanquam ſolius legis diſpoſitionem in his attenderet, non partium mentem. Alij à vulgata ſcriptura recedunt, & non, ſerui optio, ſed Serui dictione oboliſa, ſimpliciter adoptio

l l. pen. de opt. leg.

m l. iij. qui & quib. man.

n l. j. in prin. de dona.

adoptio legunt: quam dubium non est esse actũ legitimum, & neque diem, neque conditionem accipere [a]. Sed tam facilè non est à recepta lectione recedendum: & ex sententia Bartoli dici posset [b], cùm optio in libera, & sola eligentis voluntate consistat, debere certam esse, nec conditione vlla, aut die suspendi. qua ratione & Romani Pontifices decreuerunt, vt sacerdotiorum electio certa liberaque sit [c]. Sed tamen superiùs eam Bartoli rationem consutauimus: nam etsi A dixero, Opto talem seruum, nisi mutauerim voluntatem: valet optio, si non mutauero [d], permitteturq;, si hoc magis sedeat, variatio. Et vt demus, eam conditionem resolutionem actus respicere [e], non tamen negari potest, voluntatem non omnino esse certam. Quid igitur censebimus? & sciendum quædam esse verba, quæ à facto ipso, excutionéue ipsius actus nomen sumunt, vt optio, seu electio: id enim executionis ipsius nomen est: quapropter si aliud non impe- B diat, solet dici, excutionem statim ex optione fieri, iulque legati consumi [f]: quia lex confestim de eo qui optatus est, perinde interpretatur, ac si nominatim à testatore expressus fuisset. huiusmodi igitur verba si diem vel conditionem habeant, nomen suum amittunt, videturque dies vel conditio protestationem quandam inducere actui contrariam, vnde meritò actus vitiatur [g]: qui enim optat Titium sibi sub condicione vel die dandum, tempore electionis non dicitur optare, quia dies vel conditio obstat: post diei verò vel conditionis aduentum, nec tunc quidé quicquam agit, quia ex verbo optandi, quod præsens tempus respicit, hoc actum ostendit, vt tunc optio valeret, non post diem: quod & in cæteris casibus suprà relatis defendi posset. emancipare enim, acceptum ferre. hæreditatem adire, præsentis actus verba significatiua sunt, quibus dies vel conditio aduertatur: quique ita agit, non multum ab eo distat, qui, Obligo me, D inquit, animo non obligandi, Adeo animo non adeundi, Consentio alienationi pignoris saluo iure meo [h].

a dict. l. si tibi.

b dict. l eũ qui. §. fin.

c c.in electionibus. de electio. in vj.

d l. si tibi. de op. leg.

e l.ij. de in diem adiect.

f l. apud. de opt. leg.

g l. per seruum. §. pe. si vsufruct.

h hoc §. morte.

CAPVT VIII.

Cur datio tutoris suspendi, conditione, aut die nequeat: & rationum epilogus, quibus dicta lex, actus legitimi sustinetur.

SVPEREST, vt de datione tutoris videamus: & non posse eum à præside sub conditione, vel ad diẽ dari, fauore pupillorum, Dinus, Bartolus, Alber. atq; alij crediderunt: quorum haudubiè interest confestim tutorem accipere, ne antequam dies vel conditio veniat, interim facultatibus labantur. quæ ratio iudicem ipsum respicit, non actus infirmationẽ videturque speciali quodam fauore inniti, cùm lex id potius instituta sentiat, quia actus sit legitimus. Baldus certè non absurdè sensisse videri potest [i], qui ideo inductum hoc existimauit, quia decreta iudicum conditionem non admittunt, quando eiusmodi sunt, vt executionem secum trahere debeant: quæ ratio ei similis est, quam præcedenti casu comprobaui. sed non explicat Baldus, cur diem non admittat, curque executio hoc casu decretum comitetur. Vnde re ctiùs ego arbitror, ideo diem & conditionem non admitti, quia tutela actus est à lege xij. tab. inductus, per quem vim & potestatem in caput pupilli lex tutori concedit, quæ vis & potestas à lege confestim transfertur, nec in pendenti esse arbitratu hominis potest: quapropter aliud iuris est, cùm non lex, sed testator ipse transfert [k]: actus enim hominum ex eorum voluntate affectum habent, actus legis in pendenti esse non potest: quia eos iubet lex certos esse, nec in cõditionis euentum suspendi. Concludo igitur, vnica ratione omnes hos casus esse decisos, & id pro regula constituendum, eos actus, qui à præsenti executione nomen habent, & legis fictione vel interpretatione inducti sunt, neque diem, neque conditionem accipere, quoniam dies vel conditio nomini ipsius actus, executioniq; repugnat. Quapropter si conditio ea impropria sit, & executioni non repugnet, secùs est [l], vt quia substantiam non suspendat, sad aliquid admonitionis causa referat [m]. Idem si præsens tẽpus respiciat, nullamque habeat incertitudinẽ, quod aliqui existimauerunt [n]: si verò dubia sit, vel facti dilucidatione indigeat, secus esse. Idem cùm conditio resolutioni contractus [o] esset adiecta, nec enim illam suspendit [p]. Idem & cùm id exprimitur, quod tacitè inerat: nisi tamen expressio actui repugnet, vt cùm quis acceptum fert id quod sub conditione debebatur, simpliciter valet, quia eam spem & consequentia omnia peremisse videtur [q]: si euentum conditionis exprimat, nihil agit, quia verba repugnant: non enim acceptum nunc fert, sed aduenìente conditione, tum demum videtur velle acceptum ferre, meritò προκοπὴν, id est, ventriosо, prouerbialique apud nos carmini locus erit:

Noluit, vt potuit: voluit, præstare nequiuit [r],

k §. ad certum inst. qui testa. da. tu.

l Barto. l. dict. §. in diem.

m d. l. muto. §. j. d. l. l. in diem.

n Ioan. Fab. §. omnis. Bar. l. sed & si conditionalis. de auct. tuto.

o d. l. §. fina. p dict. l. si tibi.

q hac l. actus. in fi.

r c. cum super. de offi. dele.

CAP. IX.

Intellectus l. Nuda. C. de contrah. stip. & quando dicatur conditio existere.

DIOCLETIANI, Maximianique extat constitutio [s], qua traditum est, Si quis quod pacto nudo conuenerat, si non fecisset, quanti ea res erit stipulanti promiserit, huiusmodi obligationes post motam litem existere conditionem: magnaque inde orta est altercatio, si conditio non nisi in litis contestatione existit, quomodo à principio agi potuerit, aliis de facto agi dicentibus, aliis aliter: quas opiniones hic referre non est operæpretiũ. Bartolus [t] ipse ex stipulatu actum rectè existimauit, & in constitutione ideo post motam litem existere conditionem arbitratur, quia debitor antea interpellatus non erat: quod sanè quam à verisimili abhorret: ergo rursus existit, inquit, impurgabiliter, quia purgari antè mora poterat. Quam sententiam plerique improbant, tãquam coniectura quadam diuinatam, non ex verbis descendentem. Sed nos verissimam arbitramur, quoniam existere propriè à sistendo dicitur: sistitur autem quod firmum & immutabile est. Cic. de Offic. lib. ij. Vt tyranni existerent, & optimates opprimerentur. Igitur existere propriè conditio dicitur, quando mora amplius dilui non potest: Paulus [u]: *Si nauem fieri stipulatus sim, & si non feceris, centum: videndum, vtrum duæ*

s l. nuda. C. de trah. & comit. stipu.

t Barto. l. ista si pulatus. de ver obli. g.

u l. oblig. feré. in fi. de act.

duæ stipulationes sint, pura, & conditionalis, & existente priore conditione non tollat priorem: an verò transeat in se, & quasi nouatio prioris fiat: quod magis verum est. quomodo intelligemus ibi existere conditionem, an etiam si mora purgari posit? & [a] certè non: donec enim potest ea aboleri, nulla fit nouatio, idq; omnibus in confesso est: videnʼ igitur tum existere, cùm ineluibiliter existit? Illud sciendũ, in ea constitutione Doctores passim omnes arbitrari, stipulationem pœnalem accessisse, cùm verba aliud velint, nempe stipulatu quanti ea res erit: quæ stipulatio non pœnam, sed id quod interest continet, siue singulariter, siue ex conuentione, vt meritò ea quoq; id omne cõprændatur, quod pacto nudo actum erat: & ideo lex ait, præter, id est, vltra ea stipularionem accessisse, et rursus, huiusmodi etiam obligationis: est enim cõiunctio, etiam, quæ repetit præcedentia, & implicatiua est, vt vocant. iterumque, in hac quoque stipulatione: nam dictio, quoque, eiusdem repetitionis vim habet.

a Bart. l. si insulam oppo. vj.

b l. stipul. non diuid. §. pen. de uerb. oblig.

c l. continuus. §. item qui. eod. titu.

d l. j. §. fi. si quis ius dic.

e l. cũ stipul. sim mihi à Proculo de uerb. obli.

f de regulis iuris.

g l. si ex pretio. C. si cer. pe.

CAP. X.

L. stipulationes non diuiduntur. §. j. & l. cum stipulatus sum mihi à proculo. alio sensu, quàm qui vulgatus est, intellectæ.

ISI quis ita stipulatus, inquit Vlpian. [b] *sit, si ante Calẽdas Martias primas opus perfectum non erit, tunc quãti id opus erit, tantam pecuniam dari. diem promissionis cedere nõ ex quo locatum est opus, sed post Calendas Martias: quia nec conueniri ante Calen. Mart. reus promittendi poterat.* Quæ verba intelligunt Doctores, vt conueniri non possit in omne, q, sua interest rẽ non esse factã: quãtum verò sit ratione eius quod particulariter interest, quia adhuc nec facta nec incœpta sit, posse etiam ante Calen. Martias agi. Alij loqui Iurisconsultum interpretantur [c], cùm stipulationi subiecta est pœna: alij aliter, omnes tamen sensum deprauantes, atque id comminiscentes, quod Iurisconsulti verba patiuntur. Quare sciendum, hæc verba, Quanti id opus erit, nõ ad id, quod interest, referri [d], sed ad veram rei æstimationem. Igitur qui facere promittit, & si nõ perfecerit, quanti id erit, intelligitur id opus, quod perfectũ non est, & sic sola æstimatio reliqui operis promissa censetur. Ea autem non potest iniri, nisi lapso tẽpore: quia antè scire nõ possumus, quid aut quale sit, quod faciẽdum fuerit: atque ita ego sentio. quamuis nec illud prætereundum sit, existimare Doctores ex Proculi epistola, stipulationem, cui dies & pœna adiecta sit, etiam ante diẽ committi, si constet intra diem possessionẽ adimpleri non posse: in qua re ego dubito, quia verba Proculi sunt, Si diem stipulator protulit, cùm iam opus ante Calendas Iunias effici non poterit, puto pœnam esse commissam: nec explicat, quo tempore. quid igitur obest quò minus ex regula existimemus, tum demum censeri commissam, cùm Calendæ Iuniæ euenerint, vt transacta mora, solùm in ipso Calendarũ die perpẽdatur?

CAP. XI.

Qui distet imaginarium à ficto & simulato, & quod in fraudem factum sit: & declarata l. imaginaria. de reg. iur.

EX ait, *Imaginaria venditio non est pretio accidente* [e]. Si imaginarium per simulato accipiamus, quod cæteri faciunt, labefiet sensus legis, cum etiam accedere pretio possit aliud agi, aliud concipi. Sed sciẽdum, aliud esse in fraude simulatum, aliud fictũ, aliud imaginarium. In fraudẽ fit, quod verè inter partes agitur, sed alterius fraudãdi causa: vt cùm pater alienat bona causa filios in legitima portione defraudandi: vel reus, vt lucrum fisco diminuat: huiusmodiq; contractus ipso iure valent, licet ab eo, in cuius fraudem facti sunt, possint rescindi. Simulatum dicitur, cùm tacitè aliquid agimus, expressim aliud simulamus: vt cùm fœnerator contractum mutui colore venditionis obscurat, quo casu venditio ipso iure est nulla, cùm consensum non habeat. Vnde definitum à maioribus est, plus valere quod agitur, quàm quod [g] simulatè concipitur: solereque distingui, vt si simulatio ex causa iniusta, vel falsa proueniat, ei definitioni fit locus: si verò causa sit iusta; secùs sit: vt quando centum tibi aureos legitimo contractu mutuaui, & tu ex causa depositi debere te instrumẽto fatearis. Fictio ad solam legem pertinet: nec enim contrahẽtes fingere possunt, nisi lege permittente: vt in Aquiliana stipulatione, & quibusdam aliis casibus, quibus lex stipulationem fingit, vel hypothecam. Imaginarium dicitur, quod ad imaginem, vel similitudinem intro ductum est [h]: vnde lex ait, Testamenta per æs & libram fieri solita accedente emancipatione, id est, imaginaria venditione, coram quinq; testibus & Libripende ciuibus Romanis, & eo qui familiæ emptor dicebatur. cuius rei formã tradit Boethius in Topicis: qua forma etiã adoptio fiebat, itemque emancipatio. Caius in Institutionibus, tit. quibus modis filii exeant de potestate, *Emancipatio*, inquit, *id est, in manum seu potestatem traditio, quædam similitudo venditionis est, quia præter certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur*: ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri emancipat, hoc est, manu tradit, à quo fiduciario naturalis vnum aut duos numos quasi in similitudinem pretij accipit: fiebatque coram eo qui Libripens vel Antestatus dicitur, &c. Tranquil. in Cæs. Bello cluili super alias donationes amplissima prędia numo addixit. Val. Max. libro v. Extorsit vt exequiarum apparatus sesterrio numo addiceretur. Vlpian [i]. *Si quis conduxerit numo vno, conductio nulla est.* Huiusmodi igitur venditionis si iusta merces accederet, nõ vnus numus imaginariæ dici non poterant. & hoc est quod dicitur, imaginarium non esse pretio accedente. Est autem pretium, valor rei à venditore in eius compensationem petitus, conuentusq;: videturque ab antiquo verbo procire dictum, quod perere significat: licet recentiores grammatici quasi præitium dici sentiant, quibus ratio syllabæ, itemque scripturæ aduersatur: per c, enim scribendum videtur.

h inst. de testa. in prin.

i l. si quis locu.

CAP. XII.

Stipulatio hæc, Quocunque die sisti, quomodo accipienda sit: & declarata l. ita stipul. de verb. oblig.

TA *stipulatus sum* (inquit Papi. [k]) *te sisti certo loco, & si non steteris, quinquaginta dare spõ* *desisti dies per errorem in stipulatione omissus fuerit, cùm id ageretur vt certo die sisteretur, im*

k l. ita stipu. de uerb. oblig.

perfecta erit stipulatio, quòd si ab initio id agebatur vt quocunque die sisteres, secus est. Magna est inter nostrates altercatio, quomodo accipi debeat, Actū vt quocunque die sisteres: aliique intelligunt, quocunque placuerit promissori. alij contrà, vt Pau. Castren. quotiescunque placuerit stipulatori, alij specialiter procedere, quando stipulationi adiecta est pœna. alij aliter. quæ omnes controuersię ex Latini sermonis ratione facilè componi possunt. Et sciendum, distributiuam dictionem esse Quicunque, idemq; significare quod Quisquis: quia vox hæc, Cunque, naturam geminationis habet: vnde & Qualisqualis à Iurisconsultis scribitur, cùm alij Qualiscunque dicant. sic & Taliscunque Verg.

Taliacunque puer dominus florentis agelli.

Et Vtercunque, pro vteruter, & si qua similia. Huius autem distributiui duplicis natura est, vt rem insolidum cuilibet attribuat, & vel in vno possit effectum consequi, nedum in omnibus, quod rectè Bartolus declarat[a]: sed sicut dictio Quis, aliquando ponitur pro aliquis, ita & quocunque die, pro aliquacunq;. Vnde qui promittit sistere quocunq; die, perinde est, ac si aliq̃ die sistere p̄misisset: eritque in arbitrio promissoris quo die velit, poteritque vel vsque ad mortem differre: diei enim electio ad eum ex regula pertinet[b]. Quòd si antequàm sistat, moriatur, verum erit aliqua eum die non stetisse, commissaque stipulatione pœnali aduersus hæredem agetur. quò fit, vt subauditione Accursiana, aliarumque tricis nihil sit opus.

a l. hoc articulo. de hæ. inst.

b l. qui ex pluribus. de uer. obl.

CAP. XIII.

Quæ facti sunt, quomodo ad hæredes transeant: & an acceptatio necessaria sit, & quædam veterum responsa enucleata.

QVÆ contrahentium consensu confirmata sunt, regulariter ad hæredes transeunt, vt contractus[c]: quapropter in his mentio hæredis ferè superfluò adiicitur[d]: propter enim mutuum consensum iure ciuili vel gētium obligatio oritur, quæ iuris est, & ideò ad hæredem transfertur, qui iuris interpretatione eandem personam sustinere creditur, quam defunctus gessit. Quæ verò alterius tantùm partis volūtati innituntur, facti esse censentur, nec ad hęredes transmittuntur[e]. Hinc est, quòd animi declaratio ex regula ad hæredes non p̄tinet[f]. Hinc si q̄s sibi aut Titio dari stipulet̃, mortuo Titio, eius hæredi rectè non soluitur, cùm obligationi simpliciter adiectus sit, nec ius aliquod ei inhæreat[g]. Idem videmus in deditione: antequam enim admissa, receptaque sit, nihil iuris producit. Quo genere, inquit in Topicis M. Tullius, Mancini causa defendi potest, postliminio rediisse, deditum non esse, quoniam nō sit receptus. Nam neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse[h]. Pōponius quoque, Ideo maximè, inquit, quęsitum est in Hostilio Mancino, quem Numantini sibi deditum nō acceperunt: de quo tamen lex lata est, vt esset ciuis Romanus, & præturam quoque gesisse dicitur. Cæterùm ex Ciceronis verbis videtur illa quæstio definiri, cùm quis donat absenti, qui deinde ante acceptationem moritur, num ius accipiendi hæredi competat: & non competere Paul. Castrens. respondit, etiam si tabellio nomine absentis stipulatus sit[i]: adhuc enim facti est, nec ius ante donatarij acceptionem oritur[k]. In quam sententiam sæpenumero & ipse respondi. Eadem opinione inductum est, vt si facta noui operis nuntiatione, is qui nuntiauit diem suum obiit, nihil iuris ex ea ad hæredem transmittat[l]. cùm enim hic actus ex solo nuntiatoris facto & voluntate celebretur, ad hæredes, sicut nec cætera quæ facti sunt, transire nequit. quod si eius, cui nuntiatum est, consensus accesserit, vt quia satisdederit, tunc secus est[m]. Cui non absimile est, quod de contractibus innominatis tradit Vlpianus. Si enim do, vt des, vel facias, actio præscriptis verbis datur[n]: cùm enim dare idem sit, quod dominium transferre, vtriusque factum interuenit, mei dantis dominium, tui accipientis, quod absque facto tui accipientis non transfertur. At in contractu, cùm facio vt des, aliud est: non enim necessaria est vlla tua acceptio, possumque facere, tametsi tu non accipias: vnde solum actio de dolo conceditur, quia hic συνάλλαγμα non est[o]. qui locus à me alibi declaratus est[p], vt meritò repetendum arbitrer, ne exclamet nasutior aliquis, ὁ Διὸς κόρινθος.

c l. ueteris. C. de contrahē. stipu.

d l. si pactū. de prob.

e gl. §. ex conditionali. instit. de uer. oblig.

f l. inter. §. Stichū. de uer. obl.

g l. cum quis. eod. titu.

h l. fi. de legatio.

i consi. cxcv. Deci. cxxvi.

k l. [illegible] nos. de [illegible]

l l. non solū. §. morte. de no. oper.

m l. prætor. §. hoc interdic. eo. titu.

n l. iurisgentiū. de pact.

o l. naturalis. §. quod si faciam. de præscr. uer.

p l. Labeo. de uerb. sig.

CAP. XIIII.

Lex ventre. ff. de acquir. hæred. aliter declarata quā hactenus fuit.

PAPINIANVS[q] cùm docuisset, ventre præterito, filium alium institutum adire non posse, quia interim de viribus testamenti dubitatur, subiicit: Ergo *si ventre pleno sit mulier, nónne iniquum erit dicere, intereà defunctum filium hæredi suo relinquere nihil? Ideoque decreto filio succurrendum est: quia siue frater ei nascatur, patris hæres futurus est: eademque ratio facit vt emancipato quoque subueniri debeat, &c.* Non modica est inter interpretes altercatio, quo modo accipiendum sit quod Iurisconsultus ait, Decreto filio succurrendum. Et Accursius decretum intelligit, quod in bonorum possessione contra tabulas adhiberi solet. reclamat Bartolus, quoniam si de ea succesione intelligeremus, inter prætorias successiones referendum illud responsum, non inter ciuiles fuisset: vnde ipse decretum Papinianicæ decisionis intelligit: quæ interpretatio decreti significationem planè nouat. Angelus decretum restitutionis in integrum intelligit, de qua nulla mentio in contextu est. qui omnes intellectus verbis legis aduersantur, quæ filio succurri ait, at ipsi hæredi filij succurri intelligunt. Item Pauli auctoritate confutantur[r], qui tali casu emancipato filio maximè necessarium esse bonorum possessionis auxilium attestatur, quia nec interim hæreditatem adire potest, constituitque expressim differentiam inter suum hæredem, & emancipatum, cùm ex hisce declarationibus nulla esset: meritò igitur aliud inquirendū est, quod satisfacere curiosis posit. Ipse aliter cēseo, & in primis decretum propria in significatiōe capiendū, vt sit deliberatio iudicis cū causæ cognitiōe ad mistū imperium

q l. uentre. de acqui. hær.

r l. illud. in fin. de contra tab.

perium pertinens[a]. Dubitat igitur Iurisconsultus, an suus hæres, ventre pleno, interim adire possit: & stricti iuris regulis videtur non posse, quia incertus de viribus testamēti, & quota parte successurus sit, cùm venter plures ferre posit: nihilominus decîdit decreto illi succurrendum, cùm in omnem casum sit partem habiturus. Adhibita igitur causę cognitione, in qua videat iudex, an verisimiliter posthumus sit nasciturus viuus, absintque abortus signa, & an vnus vel plures, decretum interponet, & ad aliquam partem eum admittet, eritque is iure ciuili admissus. Si verò is filius sit emancipatus, suadente eadem ęquitate & ipse iure prætorio admittetur[b], eo scilicet remedio, quo emācipati solent, nempe bonorum possessione contra tabulas impetrata. Eius igitur respectu necessarium erit remedium prætoris, cùm suus hæres posit etiam iuris ciuilis beneficio admitti. Si tamen postea apparuerit congruam partem eum nō habuisse, reducetur ex post facto ad debitam partem aditio. Et hoc modo clarissimus est eius legis sensus.

a l. nequicquā. §. ubi decretū. de offi. procon.

b l. illud. in fin.

CAPVT XV.

Quid ab Interdicto Edictum distet.

QVÆSITVM est, quomodo ab Edicto discernatur interdictum: & fuêre qui idem esse responderent. Bartolus verò interdictum edicti esse speciem ait[c], quòd inter duos dictum sit. Sed etsi verbis præceptiuis conceptū sit, interdictum esse[d]. Quæ sententia vera nō est: nam & quicquid prętor edicit, ad duos p̄tinet, actorem & reum. & lex ait, *Interdictum hoc proponitur ex huiusmodi causa, quia edicto expreßum est, ne post operis noui nuntiationem quicquam operis fiat.* Quæ verba ostendunt edictūm ab interdicto differre: & ea interpretatio, qua tacitè expressum dicunt, quia mandat destrui, ipsa contextum destruit. Donatus grammaticus in Hecyra Terentij: Inter Edico & interdico hoc interest, quòd edicimus, quod fieri iubemus: interdicimus, quod fieri vetamus. Edicimus vni generi hominum, interdicimus diuersis: itaque prętoris edicta & interdicta dicuntur. Quæ distinctio & ipsa non sat vera est, cùm sub rubrica, de interdictis, quædā sint, quæ fieri non prohibent, vt restitutoria, exhibitoriaq;. Quare sciendū, interdictum duobus modis accipi. In primis quod p̄hibitorium est; quoniam interdicere prohibere est. hincque etiam, si quæ causam proprietatis habent, interdicta dicuntur. Secundò etiam propriè dicitur interdictū, quo prætor aliquid iubet, vel vetat, nō perpetuò, sed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure prætorij quæratur, quasi interim dictum, vt est apud Paulum lib. Senten. v. Interdicere enim est, interim edicere. Cicero ad Heren. lib. ij. Verum horum pueriles opiniones rectissimis rationibus, cùm voles, refellemus, in præsentia hæc interdicere nō alienum fuit. sicut & interloqui dicimus: quia interlocutoria sui natura finem principali controuersiæ non imponit, aliamque expectare post se sententiā potest. Vnde cùm prætor primò permisisset simpliciter actori, vt opus nouum nuntiaret, decreuissetq; obseruandam nuntiationem, siue iure, siue iniuria fieret, dicitur illud edictum, quia est simplex permissio ab eo concessa, quæ nullam fortè litē habebit: deinde cùm interdixisset ei, cui nuntiatio facta est, ne ædificaret, & si is spreta nuntiatione ædificasset, vt demoliretur, illud interdictum appellatum est: nō enim tum lis perpetuò finitur, cū facta demolitione operis posit reus de iure suo docere, & iterum ædificare. Nec me mouet q̃ Iustinianus interdicta existimet nomē sumpsisse: quasi inter duos dicta: quia opinor, interim, potius legendū, vt in aliquibus codicib. rectè impressum est: quamuis videat̃ tibi potius quædam allusio vocabuli adscripta, quàm vera definitio, vel etymus.

c Bar. in l. j. de oper. no. nun.

d l. prætor. de oper. no. nun.

CAPVT XVI.

Nouo intellectu declarata l. si priùs. de oper. no. nūt.

SI prius, inquit lib. q̃st. iiij. Africanus[e], *quā ædificatū eßet, ageretur eius vicino nō esse altiùs ædes tollere, nec res ab eo defenderetur: partes iudicis nō alias futuras fuisse Caßius ait, quam vt eum, cum quo ageretur, cauere iuberet, non priùs se ædificaturum, quàm vltrò egisset, &c. idemq; è contrario.* Intellexerunt id responsum nostri interpretes, vt id censuerit Africanus, in confessoria vel negatoria actione si reus sit contumax, officio iudicis ad cautionem cogendum, se nihil innouaturum, donec de iure suo docuerit, & actoris partes sustinuerit: hicq; sensus hactenus promiscuè ab omnibus approbatus est, quem tamen ipse sępius docendo confutaui, idque viij. argumētis. Et in primis aiebam, si ea quęstio ad confessoriā, vel negatoriam pertinuisset, non rectè è Triboniano sub edicto nuntiationis noui operis collocatam videri, quę meliùs ad eam Digestorum partem attinuisset, cui rubrica, si seruitus vendicetur, cùm non nisi obliquo & remoto ductu, atque, vt Theophrastus ait, ἐκ παραλόγου ad nuntiationem quicquam facere posit. Rursus dicebā, si de confessoria intelligamus, ratione caret hæc decisio: cur enim reus qui contumax est, de reo actor fieri debet? Nam quod Bal.[f] adducit, vt ei qui benedici noluit, male dicat̃, frigidius & ineptius est, quā quod in summi viri Africani mentem cadere posit[g]: rationes enim necessariam illationem facere debent, non solùm colorem. Iterum aiebam, si eum intellectum approbaremus, contorquentur legis verba, quæ simpliciter, non ad cauendum, cogi iubent, cùm in confessoria non cogatur, nisi ex annua contumacia. Subiiciebam ex communi sensu, in secunda parte contextus diuinandum esse, eum qui negatoria agebat, non fuisse in possessione libertatis[h], cùm tamen lex generaliter loquatur, nec distinguat vter in possessione esset. Addebam & eam rationem: nam primum edictum in contumacē solet expediri, vt is tædio ductus sui copiam in iudicio tandem faciat, non autem ius ipsius contumacis perimit[i]: at hic cùm possessione priuetur, ius amittit. Quid enim si in petitorio iudicio p̄bationibus deficiat? cùm in corporalib. ex cōtumacia possessionem non amittat, sed simpliciter inquietetur, cur in iuribus possessionem amittit, duriusque plectitur? Non parum quoque eo mouebar, quod explorati iuris est[k], confessoriam non dari, nisi ei qui iam turbatus, inquietatusque à vicino fuit: at hic non erat. quod enim Bartolus, præparata iam cæmenta, materiamq; ait, idque sufficere arbitratur, diuinatorium est, nullaque huius rei ab Africano facta est mentio. Sed fortiùs impellebar, quòd exempla hic relata nihil videtur ad confessoriam, negatoriamúe

e l. si prius. de ope. no. nunt.

f Bal. auth. ei qui. C. de bo. auth. iud. poss.

g l. ij. §. fin. ubi Bar. de dona.

h l. si quis episcop. §. sed & si quis. C. de præscrip. xxx. ann.

i l. iij. in fi. de acqui. poss.

k l. uti frui. in fi. si usufr. pe.

pertinere: vt enim demus nihil referre quib. verbis affirmatiuis, an negatiuis intendat quis hasce actiones, negari non potest, quin summa petitionis, conclusio ipsa, in animaduersione esse non debeat, cùm confessoriam intendens sibi seruitutem deberi, negatoriam proponens sibi libertatem asserat. at qui agit vicino ius non esse altius ædes tollere (qualis est formula text. nostri,) non ideo sibi seruitutem vendicat, cum possit quis obligatus esse, ne altius ædes tollat aliquo pacto, iuréue personali. Quid item si nõ possit tollere, nõ quia actori seruitutem debeat, sed alteri? non igitur confessoria hîc agi arbitrabimur, cùm pactionis conclusio non id suadeat: solet enim hisce in iuribus, quæ re alia vocant, cõcludi, ius cõpetere prędio[a] ipsi vrbano, vel rustico, nõ personæ. Adducebã & illud potissimum, quod si confessoria hic actum fuisset, potuisset iudex aliis quoque remediis vti, quibus aduersus contumaces solet prætor suam iurisdictionem[b] tueri: & tamen lex ait, non alias esse partes iudicis, quàm vt caueri iubeat: atqui debuisset potiꝰ omissa cautione alia remedia adhibere. Quid enim affirmasset, sua potius interesse, vt ius seruitutis sibi competere declararetur, quàm expectare donec reo libeat actoris partes sustinere? quid item fuit captis pignoribꝰ, vel indicta mulcta cogere reum ad cauendum, cũ iisdem remediis potuisset cogi ad suscipiendum iudicium, litemque contestandam? Et ex his ostendebã, receptissimam hanc nostratium interpretationẽ non conuenire titulo, non conuenire verbis legis, non conuenire rationi: quare omnino ab ea discedendum. Quid igitur approbandum? & arbitror sic interpretandum. Docuerat Iurisconsultus toto illo tractatu, quo modo is, qui ædificare inuito vicino desiderat, per noui operis nuntiationem impediri possit, quæ tamen locum non habet, nisi cùm quis iam cœperit ædificare[c], vel saltẽ ædificio opportuna pręparauit: sed quid si aliquis dubitet, ne vicinus capta forte occasione se absente vel ignorante ædificet, quomodo illi succurret? poterítne præoccupatiõe vti, & agere ius non esse vicino altius tollere? quid è contrario? ego cupiebam ædificare? sed vereor, ne vbi cœperim, mihi nouum opus nunties (sicque iaceant, vt ille inquit, opera interrupta, minæque murorum ingentes) malimque à principio id iudicis sententia ad liquidum perduci, & ideo ago ius non esse tibi me prohibendi, me quò minus altius tollam: & dubium non est iure actionum harum præoccupationi locum esse. Sed quid si vicinus nolit defendere, & in iudicium accitus dixerit, Quis te inquietat? in præsentia nolo iuribus meis experiri, si ædificaueris, tum arbitratu meo intendam. Et censuit hoc responso Africanus, vlterius reum hunc non esse adigendũ, quàm vt caueat, se nihil nouaturum, priusquam de iure suo ostenderit: quod summa ratione constitutum est. Id enim iudicium operis noui nuntiationi subrogari videtur: & sicut in ea, si postquam nuntiatum est, ædificans litem non defendit, non poterit vlterius ædificare, ita hoc in iudicio. Vnde è conuerso, si quis ædificet, & vicinus non nuntiet, non poterit deinde ad demolitionem compelli, nisi iure vicini plenè discusso, vicino eo, scilicet, qui destruendum adfirmat, actoris partes sustinẽre. quo fit, vt parum referat, quę actio hîc mota fuerit: siue .n. is, qui præoccupat, ius sibi esse prætendat ex seruitute constituta, siue ex iure personali, siue ex lege municipali, siue quoquo alio modo, parum refert: vt meritò Africanus silentio prętererit, qua actione actum fuisset. Nam etsi ius seruitutis cõpetiisset, non tamen confessoria agi videtur: quoniam nõ simpliciter ad seruitutem agitur, sed subrogato nuntiationi iudicio, ne altius tollatur: videturque potius officium iudicis implorari, ex huius responsi æquitate concedendum: quod verba legis satis indicant, si absque cauillo percipiantur. Sed quid si vicinus hic conuentus cauere noluerit? & putarem tali casu posse iudicẽ ex magna eius contumacia in possessionem omnium bonorum mittere: quod Paulus Castrensis sensit[d], cæteris reclamantibus. Sed de hoc quòd à nuntiatione noui operis recedit, nihil hîc à Iurisconsulto. Nec omnino reus ex huiusmodi cautione commodũ possessionis amittit, sed eatenus tantum, quatenus verbis stipulationis cõtinebitur. Vnde si ipse agendo deinde probauerit se tũ in possessione fuisse, tametsi ius petitorij aliter nõ deducatur, obtinebit ædificata aduersus possessionem suam destrui. Nec hoc Africanus negat, q simpliciter iubet, vt de iure suo ostẽdat. Qualecunque igitur illud ius fuerit, siue dominij, siue possessionis, eo probato obtinebit. Nec hîc refert, contumacia sit annua, vel id minus: quia non tractatur de primo decreto[e], nec distinguitur, vter possideat. Et quamuis dicatur eum, qui cauit, actoris partes sustinere, non ideo sequitur eum possessionem suam omnino perdere: hoc enim iniquum esset, cùm hic non defendẽdo nihil aduersus ius actoris faciat, licet tunc experiri nolit. Nec me mouerit, si quisquã sic obiiceret: Pone aliquem confessoriam intendisse, reum verò secundum Africani responsum cauisse, nónne absurdum erit, non licere actori id curare, vt ius suum ad liquidum deducatur? nam respõderim nostram quæstionem in eo verti, cùm agitur vt ædificium concedatur, vel prohibeatur. quòd si quis agat, vt declaretur ius seruitutis competere, tunc non ad noui operis nũtiationem, sed ad alium tractatum recurrendum erit, & his remediis vtendum, quæ lex concedit confessoriam[f] intendentibus: hîc enim non confessoria principaliter actum erat, sed ius vicino altius tollendi non esse, quod iudicium nuntiationi substituitur, eiusque imitatur, vt docui, naturam: quæ omnia à me latius in magnis cõmentariis explicata, hîc breuius attingere volui: quoniã nescio qs symmista, redẽptis ab auditore nostro aliquo dictatis, omnes hasce meas traditiones sibi asseruerat, & alienis plumis induta cornicula, penes huius rei inscios plurimũ sibi honoris vendicarat, omnib. admirãtibus, vnde tantũ acuminis de repentè illi obortũ esset: alioquin me non latebat subtiliora hæc esse & difficiliora, quã q Parergis inseri deberẽt: quippe huiusmodi nõ obiter, & p trãsennã, sed vix accurata opera percipi posse.

a l. qui in aliena. in fine de neg. gest.
b l. j. si quis ius dic.
c l. stipu. §. qui opus eo tit. de oper. no.
d l. is cuius. si ser. uendi.
e d. §. sed & si quis.
f dict. l. is cuius.

CAPVT XVII.

Declaratus præter aliorũ sententiam §. vltimus in noua Iustiniani constit. C. de asser. tollenda.

QVOD legitimam personam standi in iudicio serui non haberent, si quis in libertatem prouocaret, opera illi assertoris necessaria erat, qui ipse iudicio cum domino experiretur, & seruum liberum esse pronuntiari curaret.

Cæterùm quia quandoque non reperiebatur qui hoc munere fungi vellet, peribantq; ex hac causa quãdoque libertates, sustulit omnem assertionem constitutione sua Iustinianus[a], concessitq; seruis, vt causam suã ipsi tueri possẽt: idque siue eos dominus de libertate ad seruitutẽ trahere vellet, siue è contrario è seruitute ipsi ad libertatem proclamarent: coguntur tamẽ hi serui fideiubere, iudicio sisti. quòd si fideiussorẽ nõ inuenerint, iuratoriæ cautioni committuntur[b]. Subiicit deinde constitutio: *Si adsertus seruus legitimè citatus annua in contumacia persisteret, omni modo seruituti adiiciendum.* quo argumento Bar.[c] sequioresque alij generaliter tradiderunt, reum, qui post satisdationẽ anno contumax fuerit, iure suo priuari. Quę sententia iniqua est, & rationi naturali aduersatur. Durissimum enim est, per solã anni cõtumaciam libertatem amitti, cùm in rebus corporalibus, quæ non tanto fauore adiuuãtur, huiusmodi contumacia solius possessionis damno mulctetur[d], id est, labefacto petitorij iure: cũ item in cęteris causis etiamsi reus sit contumax, dum tamen iudici de bono eius iure liquidũ sit, potior esse debeat. Adde quòd aduersus eam decisionem extat Vlpiani responsum[e], quod nõ est verisimile à Iustiniano sic translatitiè antiquatũ[f], qui soleat non nisi longis pręfationibus, & multo cum verborum honore vetera emẽdare. Arbitror itaque aliter eam constitutionem intelligendam esse: cùm enim reus satisdare iudicio sisti debeat, & lex speciali eius fauore concesserit, vt iurata sponsio sufficiat, subdit: Si post huiusmodi cautionem non sistat, & sic contumax per annum sit, ius suum amittere. idq; non in simplicis contumaciæ pœnam, vt doctores crediderunt, sed in periurij vltionem. cùm enim beneficio legis dandi assertoris fideiussorisq; iudicio sistendi causa, præstandi necessitas fuerit ei remissa, omnisq; cautio in eius iureiurando reposita, qui inde occasionẽ delinquendi accepit, fidemq; violauit, tali pœna meritò fuit plectẽdus.

a l. j. de asser. tol. C.
b §. fina.
c Bar. l. si prius. vij. q. de no. oper. nunt.
d l. si quis emp. §. pe. C. de præscript. xxx.
e l. diui. in fi. de lib. cau.
f l. consentaneũ. C. quomodo et quando iud.

CAPVT XVIII.

De litis æstimatione quædã non vulgaria, & quomodo in omnibus causis & obligationibus olim locum habebat.

VIDENDVM quę sit litis æstimatio: & ea aut in criminalibus caussis erat, aut in ciuilibus. In criminalibus, cùm agebat ad vindictã, & per quandam accessionem petebatur rem sibi restitui: videturque tunc litis ęstimationem quandam executionis speciem esse[g]. Solebant enim reis ex delicto in exiliũ missis; vt etiam his qui damnum passi essent, succurretur; æstimare furta omnia, & concussiones, item impendia litis, & quantum eorum intererat: quę summa ex damnati bonis exigebat, reliquũ publicabat: q. Asconius Pędianꝰ docet, idq; & alij ex Ciceronis in Verrẽ actiõe iij. et iiij. docuerunt. Nam xv. millibus æris æstimatã litẽ Furio Camillo, Liuius & Val. Maximus tradiderunt: extantque huius generis plurimã apud veteres exempla. Vnde Iuuenalis Saty. j. senatuscõsultum insectatur, quo C. Marius repetundarum damnatus in exilium actus erat, DCC. millibus quæ rapuerat, ærario (vt Plinius Cæcil. lib. epist. ij. ait) illatis: At tu victrix prouincia ploras. Quãdoque hæc litis æstimatio non subsequebatur criminalem condemnationem, sed pręcedebat, vt quia hi, à quibus ablatum erat, malebant ad rei suę restitutionem agere, iudicio capitis omisso: idque vocabatur litẽ capitis æstimare, id est, rem capitalem ad æstimationem redigere, nec ex ea criminali causæ oriebatur præiudicium: q. multis ostẽdit Marcus Cicero oratione p Cluẽtio: Hîc profert id, quod iudicium appellari non oportet: P. Septimio Scæuolæ litem eo nomine esse æstimatam: cuius rei quæ consuetudo sit, q̊niam apud homines peritissimos dico, pluribꝰ verbis docere non debeo. In litibus æstimandis ferè iudices, aut quod sibi eum, quem condemnarunt, inimicum putant, si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt: aut quòd se perfunctos arbitrantur, cætera negligentiùs attendũt. Itaq; maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecuniis repetundis lites essent ęstimatæ: & hoc quotidie fieri videmus, &c. æstimationem litium non esse iudicium, &c. omni contentione pugnatum, vt hęc lis capitis ęstimaretur. Huc etiam videtur pertinere quod inquit Asconius in Ver. lib. ij. vbi, Reum fieri, inquit, est legibus interrogari: cùm enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud prętorem reo, Aio te Siculos spoliasse: si tacuisset, lis ei æstimabatur vt victo: si negasset, petebat à magistratu dies inquirendorum criminum, & instituebatur accusatio. In ciuilibus verò causis videtur litis æstimationi locum non fuisse, quando rei vendicatione aduersus malæ fidei possessorem actum erat, si is rem possidebat, vel dolo malo possidere desierat[h]. Idem cum actione personali certam speciem, in qua probabilis esset affectio, deberet[i]. quibus casibus exceptis videtur semper & promiscuè reus litis æstimatione persoluta liberari potuisse. In rei vendicatione, Papinianus[k]. *Si culpa, non fraude quis possessionem amiserit, quoniã pati debet æstimationem, audiendus erat à iudice, si desideret vt aduersarius actionem cedat.* Paulus[l]: *Si rem alienam emero, & cùm vsucaperem, dominus eandem rem à me petierit, non interpellari vsucapionem meam litis contestatione. Sed si litis æstimationem sufferre maluerim, ait Iulianus, causam possessionis mutari ei, qui litis æstimationem sustulerit: est enim similis emptioni.* Vlpian[m]. *Procurator eius qui hominem emerat victus, litis æstimationem sustulit, stipulatio duplæ non committitur: quamuis si emptor ipse victus esset, & litis æstimationem sustulisset, placeat committi stipulationẽ: proprie enim hanc ex secunda emptione, id est, litis æstimatione emptori habere licet, non ex pristina.* Idem Vlpia[n]. *Si fundus à tutore pupillaris petitus sit, nec restituatur, an litis æstimatio oblata alienationem pariat? & magis est, vt pariat: hæc enim alienatio non sponte tutorum fit, in actione in personam cum quis dare tenetur.* Caius[o]: *Si res aliqua, quæ certo die dari debeat, petita sit, veluti vinum, oleum, frumentum, tanti litem æstimandam Cassius ait, quanti fuisset eo die, quo dari debuit.* Quæ sententia in debitore vini ex Vlpiani quoque responso comprobatur[p], apud quem nos latioribus commentariis hunc articulum tractauimus. In actione verò in personã, cũ quis facere tenetur, litis ęstimatio non soluitur, sed condemnatio fit solùm in id, quod stipulatoris interest[q], quæ condẽnatio aliquantò mitior est litis æstimatione. In eo verò qui ex maleficio alieno tenetur, Paulus[r]: *Si vnus ex hæredibus noxali iudicio seruum hæreditarium defenderit, & litis æstimationem obtulerit, cùm hoc expediret, id pro parte hoc iudicio consequitur.* Quibus exemplis omnibus apparet, noluisse leges præcisè aliquem ad dandum ali-

g Bar. l. eũ creditor. §. fi. de furtis.
h l. qui restitue re. de rei. uend.
i l. ubi. §. fi. de uerb. oblig.
k l. si culpa. de rei uend.
l l. ij. §. fin. pro empt.
m l. si seruus. de euict.
n l. iij. de rebus eorum.
o l. fi. de cond. tritic.
p l. uini. si cert. pet.
q l. stip. non diuid. §. Celsus. de uerb. oblig.
r l. hæredes. §. si. unp. fam. ercisc.

gare, ſed in debitoris electione reliquiſſe, an litis ęſtimationem ſoluere mallet. quod ex quadã humanitate inductum videtur, cùm omnis facti, dationiſque æſtimatio pecunia cõpenſetur: vel etiam, quia res aliàs exitum nullum habuiſſet. Quid enim ſi obſtinatiſsimus debitor omne potiùs pœnale iudicium ſuſtinere voluiſſet, quàm dare? nónne omnino eius bonis venditis ad æſtimationem deueniendum fuit? quòd Alex. fatetur[a]. Quę à nobis confirmata ſententia, ſatis ſcio quantam mihi rixam à noſtratibus cõciliare poſſet: ſed non ideo occultanda fuit veritas, & ex recentiorum diuinationibus offuſæ reſponſis illis nebulæ procul non ſubmouendæ: & ſi quę argumenta aduerſari videantur, ex his quæ aliàs à nobis diſputata, tractataq; ſunt, diſſolutio repetenda eſt[b].

a l. ij. §. ex his. de uerb. obl.
b in d. l. uinum.

CAPVT XIX.

Reſponſum Pauli nouo ſenſu declaratum: & alienatio meri facti quam vim habeat.

IN *fraudem fiſci*, inquit Paulus, *non ſolùm per donationem, ſed quoquo modo res alienatæ reuocantur. Idemq; iuris eſt, etſi non quæratur: æquè enim in omnibus fraus punitur*[c]. Videtur ſanè quàm nouum in fraudem fiſci eum feciſſe cenſeri, qui acquirere noluit[d], cùm in fraudem creditorum non faciat, qui lucello parcit: nec libertus in fraudem patroni, ſi quæſtu abſtineat[e]. Bar. igitur intelligendum Pauli reſpõſum arbitratur, quãdo fiſcus eſt iam creditor, vt quia reus iam condemnatus ſit: nunc enim nõ poteſt non acquirere: quæ ſententia ſuperiorib. rationibus confutatur. Quapropter ipſe exiſtimo illa verba, Si non quæratur, non de reo accipi debere, ſed eo, cui fit alienatio: vt velit lex non ſolũ fraudem fieri fiſco, cùm res alienatur, id eſt, dominium transfertur[f], ſed etiam ſi non quæratur, ſeu non transferatur, dum tamen de facto alienatum ſit. Cui non abſimile, quòd ſi emphyteuta de facto alienet, à iure quidem ſuo nõ cadit[g]: ſi tamen ad traditionem peruenerit, verius videri pœnæ eum legali fieri obnoxium. Conſtituendum ergo id propriè dici acquiſitum, cuius dominium tranſlatum eſt.

c l. in fraudem. In princ. de iure fiſci.
d l. qui autem. de his quæ in fraudem.
e l. j. §. uerum. ſi quid in frau.
f l. alienationis. de uerb. ſig.
g Bal. l. ij. C. de epiſc. aud.

CAP. XX.

Conſtitutio Iuſtiniani de eo, qui in iudicio exhibere aliquem promiſerit, aliter elucidata quàm vulgò fieri ſoleat.

SANXIT Iuſtinianus, eum qui pro alio ſpoponderit, quatenus eum intra certum tempus exhibeat: & ſi non fecerit, tantùm nomine pœnæ, poſſe etiam lapſo tempore, intra ſex menſium ſpatiũ exhibere, & euitare pœnam[h]. quam conſtitutionem generaliter intelligũt doctores in eo loqui, qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit: idque ſpecialiter inſtitutum ꝓpter prætoriæ ſtipulationis æquitatem: & quia huiuſmodi promiſſor alieno laborat vitio, vnde ei meritò ſuccurrendũ fuit. Sed næ hi non vident, huiuſmodi de ſtipulatione verbum eo in reſcripto nullum eſſe, cùm non parum interſit inter eum qui in iudicio ſiſti promiſerit, & eum qui in iudicio repræſentare aliquem pollicitus ſit. qui enim repręſentare ꝓmittit, confeſtim cùm exhibuit liberatus eſt: at qui iudicio ſiſti promiſit, à principio vſq; ad ſententiam ſiſtere tenetur. Suntq; aliæ differentiæ, quas nunc referre non attinet[i], vt meritò lex illa ius quoddam commentitium (id eſt, vt vulgò loquimur, poſitiuum) inducens, de altera ſtipulatione loquens, ad alteram interpretatione producenda non videatur, præſertim cùm ratio differentiæ inter vtrunq; ſit euidens. Qui promittit Titiũ iudicio ſiſtere hoc ꝓmittit, vt iudiciũ à
A Titio ſuſcipiat̃: nec ad defenſionẽ ipſe admittẽdus eſt, cũ Titiꝰ rẽ ratã habere nõ teneat̃. Qui verò promittit tradere, vel exhibere, factũ propriũ ꝓmittit, nec attẽdit̃ qd ille ratũ habiturꝰ ſit, meritò poteſt iudicium ſuſcipere, & oſtendere nihil ſtipulatoris intereſſe, quòd ille tradatur, nihilque illum ei debere. Vnde meritò aliquod tẽpus indulgendum fuit, quo lis hæc interim peragi poſſet: & ſatis eſſe ſex menſes Iuſtinian. exiſtimauit, excepitque hunc caſum à regula qua ſo-
B lemus definire, in ſtipulationibus pœnalib. ad id quod intereſt non attendi[k].

h l. ſancimus. C. de fideiuſſ.
i Iaſ. l. j. in prin. ſi qs in ius uoc.
k §. alteri.

CAP. XXI.

Cur confeſſoria ex ſola verborum inquietatione actori detur, cùm ſecùs ſit in interdicto.

SI quis mihi ſeruitutem luminis, itineris, actus, vel quamlibet aliam debere ſe ſuumúe prædium negat, confeſ-
C ſoria aduerſus eum actione experiri potero: quia ſola iudiciali negatione inquietare me, moleſtusq; mihi eſſe dicitur[l]. Si verò agere velim interdicto Vti poſsidetis, non potero: qa vt ex illo actio alicui concedatur, oportet non ſolis verbis, ſed facto ipſo actorẽ me turbari. Quæſitum eſt de ratione differentię, & Alex. duas adducit: alteram, quòd confeſſoria iudicium ſit petitorium, ideoque faciliùs concedendum interdicto, quòd poſſeſsionis tantummodò cauſam
D aliquantiſper defendit: alteram, quòd confeſſoria etiam non poſsidenti datur, interdictum cõtrà. quæ rationes potiùs in contrariam ſententiam nos trahunt. Cùm enim confeſſoria petitorium ſit iudicium[m], aut poſsidẽti datur, & reſtringi debet, quia contra vendicationis naturã, quæ poſsidenti non conceditur: aut non poſsidenti datur, & tunc is minùs turbatus, inquietatuſq; dicit̃, q̃ q poſsidet, & interdicto experiri ꝓpter cõtradictionẽ verbalẽ nitit̃. Ego ex vi ver-
E borum oriri differentiam arbitror. In interdicto enim vti poſsidetis, inquit prætor, quin ita poſſideatis, vim fieri veto: at vis non dicitur, quę verbis fit, ſed facto. Terent. in Phorm. Vi coactum te eſſe inuitum. qui enim aliter quàm facto cogit̃, vt propria voluntate, vim nõ patitur: quod in interdicto maximè dicendum, argumento verbo fieri[n]. In confeſſoria verò vt ea concedatur, ſimpliciter lex requirit dominiũ ſeruitutis inquietari: ſolis verbis dubium non eſt quem inquie-
F ri. Tranq. in Nerone: Summiſsis qui Romæ morantem litibus & in ſeceſſu quieſcentem, per cõuicia & iocos inquietarent[p]. Sed quid ſi nec confeſſoriam quidem competere ex ſola negatione adfirmemus, niſi inde aliquod ſeruituti præiudicium oriret̃? quod aliquãdo aduerſus receptã ſententiam defendi.

l l. ſi prius. de oper. no.
m l. officium. de rei uendi. gl. l. uti frui. §. fin. ſi uſuſr. pet.
n l. pe. §. fi. ſi uſuſru. pet.
o l. ſi prius. de oper. no.

CAP. XXII.

Declaratum Q. Mutij reſponſum, defenſumq; à calumniatoribus: & quomodo emptionis appellatione omnis alienatio contineatur.

QVINTVS Mutius ſcribit[a], eũ ſeruum, qui hæredi dare x. iuſſus eſt, pendente lite inter ſcriptum hæredem & legitimum, ſi alteri ſoluat, qui deinde ſuccubuerit, malè ſoluiſſe videri. Sed Ariſto Celſo ſcripſit, poſſe dari pecuniam hæredi legitimo, quoniã lex xij. tab. emptionis verbo omnem hęreditatẽ cõplecti videtur. Obiiciunt calũniatores Iuriſcõſulto noſtro duplex vitiũ: alterũ, ꝙ hoc in reſponſo mutilus ſit, aliquaſq; omiſerit neceſſarias clauſulas: alterũ, ꝙ ἀπὸ νῦ id eſt, propoſito exciderit: quid enim hîc emptiõis appellatio facit? qua in re multũ torquet Accurſ. Sed ſciendũ, adduxiſſe Pomponium ex Mutio imperfecta verba, quoniã eorum ſenſus ſatis ex ſequentib. poterat percipi: et moris fuit apud veteres, quoties verba alicuius auctoris adducerent, ea tantũ referre, quæ in pręſentem vſum faciebãt, omiſsis plerunq; mediis clauſulis, quæ ad rẽ, de qua agebat̃, non pertinerent: ꝙ & Euangeliſtas feciſſe nos admonet Hieronymus. Calliſtratus certè titulo de Nundinis, Platonis de repub. locũ laudans, & ipſe mutilũ retulit: quorum imitatione id & nos ſolemus facere, tũ breuitati cõſulentes, tũ ꝙ huiuſmodi extranea tenebras lectori offundunt. Sed ꝗ ad alterum pertinet, non eſt ab re Iuriſconſulti de emptione argumẽtum. Solebant enim veteres[b] teſtamenta ſua condere per æs & libram, ſcilicet per emancipationem, ſeu imaginariã venditionem, quinque teſtib. & libripende ciuibus Romanis puberib. præſẽtib. & eo qui emptor familiæ dicebatur, id eſt, hæres. emebãt enim familiã, id eſt, hæreditatẽ, libra ſeu aſſe: ꝙ & Boethius iij. lib. in Topica Ciceronis docet. Igit̃ Mutius Scæuola antiquiſſ. Iuriſconſ. quæſtionẽ eã propoſuerat, prout in teſtamẽtis, quæ tempore ſuo erant in vſu, plerũq; contingebat: inde meritò illa verba, Si hæredi x. dederit, de quocunq;, ſiue legitimo, ſiue ſcripto intelligi debent, quia hęres idẽ eſt qui & ẽptor familię. Emptionis aũt verbũ in lege xij. tab. generale eſt, & omnẽ alienationem cõplectitur. Huc pertinet & ꝙ Caius lib. iiij. ad edictum prætoris vrbani, titulo de Publicanis: *Veteres, inquit, emptionum venditionumq; appellationibus promiſcuè vtebantur*[c]. Intelligit id Accurſius, vt ſignificetur emptionẽ pro venditione, & vice verſa venditionẽ pro emptione quandoq; accipi, qua de re alibi diſputaturi ſumus. Ego ea verba intelligenda arbitror, vt promiſcuè accipiantur, reſpectu aliorũ cõtractuum: videtur ẽm omnes alienatiões apud veteres fieri ſolitas emptione vera, vel imaginaria. De teſtamento per æs & librã ſuprà diximus, ſicut & de adoptione, & de emãcipatiõe. Tranquil. in Aug. Caiũ & Luciũ adoptauit domi ꝑ aſſem, & librã ẽptos à patre Agrippa. Nã & ceſsio in iure fiebat ꝑ addictionẽ, ꝗ imaginẽ venditionis habet. Sicut & donatio, quia addicebatur numo res maximi valoris: cuius idem Tranquil. meminit & Boethius. Hinc etiam Varro de re ruſt. lib. ij. In emptionibus dominiũ legitimũ ſex ferè ꝑficiũt, hęreditatio, aditio, mancipium, in iure ceſsio, vſucapio, aut ſi qd ex præda ſub corona emit, aut ſi ex bonis ſectio neque quid publicè vænit. Hinc igitur eſt, quod emptionis appellatione concluſimus omnem alienationem contineri.

a l. ſtatuliberi à cæteris. §. Labeo. de ſtatulib.
b Inſtit. de teſta. in prin.
c l. veteres. de act. empt.

CAPVT XXIII.

Lex Pamphilo. §. propoſitum. de legat. iij. aliter expoſita, quàm hactenus à doctoribus fuerit.

QVI dicit ſe velle relinquere Titio centum, non tamẽ ideo relinquit: ſola enim voluntas, ab actu longè & latè differt. Cui tamen ſententiæ aduerſari videtur Scæuolę reſponſum illud, quo traditur, eum qui Caio Seio[d]
A dixerit, quòd velit ei relinquere prædia quæ nominaſſet, fideicommiſſum reliquiſſe videri. Sed Iaſon[e] ideo ſic reſponſum arbitratur, quoniam & aliæ coniecturæ aderant, nempe quia teſtator amicos cõgregauerat, quia vir militaris, quia relictum contubernali, quia teſtator cognatis carebat, qa ἀναδιπλώσει, geminationeúe verborũ vſus erat, itemq; quia ad rogatum fideicõmiſſarij
B reſponderat. Sed certè non eſt opus tot coniecturas colligere, cum Scæuola non eſſe dubitandum atteſtetur, quin fideicommiſſum valeat: apparetque nihil, quod ad has coniecturas attinet, dubitatum, ſed in teſtatoris ipſius reſponſo. Si quidem (vt ibi dicitur) ipſo teſtatore interrogato, an ea dixiſſet, & reſpõſo eius tali μάλιστα, interto, quæſitum eſt, an prædia deberentur: dictio enim illa, maximè, ſignificat: quę cùm omnino & apertè adfirmatiua non ſit, quęſtioni cauſam de-
C derat. Sic autem illud reſponſum reſtituendum, & Thuſcus codex, & cæteri antiqui fortiſsimo argumento ſunt.

d l. Pamphilo. § propoſitum. de leg. iij.
e Iaſ. l. ſerui. de leg. j.

CAP. XXIIII.

Cur is, qui viæ ſeruitutem habet, opus nouum nuntiare non poſsit, noua ratio adducta, & veterum confutatæ.

QVI *viam*, inquit Paulus[f], *habet, ſi opus nouum nuntiauerit aduerſus eum, quia in via*
D *ædificat, nihil agit, ſed ſeruitutem vendicare nõ prohibetur.* Vidẽdum eſt de ratione decidendi: & receptum eſt, in ſeruitute ruſtica nõ concedi nuntiationem fauore agrorum. quam ſententiam ego nunquam probaui: quia lex poſſe nos nuntiare ait, ſi de iure prædij controuerſia ſit[g]: & iura prędiorũ ſunt ſeruitutes propriè[h]: dominium verò ius prædij non eſt, ſed ius ipſius domini. Nec etiam Alexandri diſtinctio ſatis placet, nuntiationem in ſeruitutibus locum habere
E aduerſus omnes, excepto domino confitentis[i]. Cùm enim is qui nuntiat, proprio nomine nuntiet, ei diſtinctioni locus non eſt, quæ ſolum admittuntur in fructuario, & aliis qui non ſuo, ſed alieno nomine nuntiat[k]. Nam & cur dicamus fauore agrorum non concedi nuntiationem? cur enim ſeruitus alteri fundo debeatur, non eſt cur magis ſeruienti, quàm dominanti fundo indulgendũ ſit: & ideo in pari fauoris cauſa à regula iuris diſcedendũ nõ fuit. Vnde ego exiſtimaue-
F rim, ſiue in vrbana, ſiue in ruſtica ſeruitute nũtiationi locũ eſſe, præterꝗ in ſeruitute prædiali nõ continua, qualis eſt viæ[l]. Idẽ in itinere, actuque: qui enim huiuſmodi ſeruitutis eſt dominus, nõ tantũ poſſeſsionis habet, quantũ nũtiationi ſufficit[m]: quia ſeruitutũ poſſeſsio ab ipſo fundo dominãte, animo tamẽ domini retinetur, qui fundus eas ſolùm verè retinet, & vſu conſeruat, quę cauſam habent continuã, vt aquæductus. At quę per interualla habẽt, qualis via actus, iter, plena poſſeſsione nõ innituntur: quia cùm eſſet in eis vſus, qui fundo dominanti debet̃, & vicinus ędi-

f l. qui uiam. de oper. no. nun.
g l. in iudicio. famil. erciſc.
h l. j de ſeruit. ruſt. præd.
i l. j. de remiſſ.
k l. j. §. fi. ubi Alex. eo. tit.
l l. ſi eo loco. ſi ſer. uend.
m Bar. l. j. in 7. q. de oper. no. nũ.

ficando non præstet patientiam, deficit vera possessio, cùm solus domini animus supersit[a], qui nuntiationi non sufficit: alioquin si solus animus sufficeret, causam continuam habere dicerétur, qua ratione huiusmodi seruitutes nó continuę, non nisi post hominum memoriam vsucapiuntur, cùm cæteræ decem annis acquiri possint[b].

a Bar. l. j. de acquir. poss.

b l. seruitutes. de seruit.

CAPVT XXV.

Filios patri agnatos non esse, quomodo intelligendum sit.

FILIVS *patri*, inquit Vlp.[c] *agnatus proximus non est.* Visum est id mirum Accursio, cæteriſque interpretibus, qui legerant, Agnatos esse, qui per virilem sexum cóiunguntur: Item filio à capite, vnde liberi vocátur, excluso, ex sequenti agnatorum gradu bonorum possessionē decerni[d]. Vnde præpostera scriptura ipsi legunt, agnatus non proximus est, vt intelligas non, pro non autem, & neges proximum esse filium patri, quem tamen nemo antecedit. Atqui in iure epitheton proximi solet agnato[e] iungi, non adsuersari: quia lex proximum agnatum aut cognatum ad successionem vocát[f]. Adde, quòd & alibi dicitur, Nepotem auo suo sine dubio agnatū non esse[g], quæ verba mira cauillatione inuertūt doctores. Igitur sciēdum agnatos dici, quasi adnatos. significat autem dictio, ad, iuxta: & ideo agnata membra Plinio dicuntur, quę prope alia suboriuntur, vt in fedigris videmus. Filius igitur patri suo non adnatus, sed natus est. quòd si filiorum, nō contemplatione patris, sed interseruentio est, tunc adnati sunt, quia omnes iuxta, ac propè, eodemque gradu geniti sunt. Vnde lex ait, proximiores ex agnatis sui dicuntur[h].

c l. filius. de suis & legit.

d l. j. de suc. edi.

e l. j. §. unde cognati.

f l. fi. in prin. de ra d.

g l. scripto. unde cogn.

h l. fi. in prin. et §. j.

CAPVT XXVI.

Quid sit fiducia in iure nostro: Vnde fiduciaria hæreditas, fiduciarius tutor, contractaq; fiducia dicatur.

FIDVCIA præter vulgarem significationem, eleganter in iure pro pignore accipit. Vnde & fiduciarius seruus: & res fiduciaria, quę loco pignoris apud creditorem deposita sit, & ita non rarò vtiē Paul. Iurisc. Sent. lib. ij. tit.[i] de deposito. *Si inter creditorem*, inquit, *& debitorem conuenerit, vt fiduciam sibi vendere non liceat, non soluente debitore, creditor denuntiare ei solenniter potest, & distrahere: nec enim in tali conuētione fiduciæ, actio nasci potest.* Sed & eodem modo Cicero orat. pro L. Flacco: pecuniam adolescētulo grandi fœnore, fiducia tamē accepta, occupauisti: hāc fiduciam commissam tibi tenes hodie, ac possides: eum tu testem, spe recuperādi fundi paterni, venire ad testimonium dicendum coegisti. Vlpianus[k] fiduciariam hæreditatem, pro fideicommissaria accepisse videtur, cùm quis non contemplatione sui, sed eius qui restituere dānatus est, hæres institutus proponitur[l]. Sed & fiduciarius pater in iure dicitur is, cui filium naturalis pater imaginaria venditiōe emancipat, vt ille eum mā numittat: quod suprà ex Caij institutionibus retulim[m]. Vnde cùm iste nó verus patronus & manumissor esset, vt qui imaginario contractu emā cipationis causa emisset, talis emancipati, si impubes esset, non legitimus tutor, sed fiduciarius dicebatur: idemque post eius mortem in suis filiis, vt emancipati fratris vel filij fiduciariam tutelam gerant. & hæc prima est huius tutelæ origo. Verùm cùm deinde hæc solēnitas fiduciarij patris exoleuerit, simplexque emancipandi modus placuerit, seruauit tamē tutela fiduciaria nomen, quoties frater vel pater impuberis à patre vel auo emancipati, post eius mortem tutelā suscipit. Inde[m] est ille loquendi modus, quo traditur patrem naturalem emancipato non succedere, nisi contracta fiducia emancipauerit. Iure[n] enim veteri manumissor ipse, id est, fiduciarius pāter succedebat, nisi contracta esset fiducia, id est, nisi naturalis pater iterum à fiduciario filiū ceu seruum emisset, & ipse manumisisset. Nec enim veteres alium manumissionis modum habebāt, quàm in seruis: & ideo vt emancipationi locus esset, priùs filium ad seruilem statum per venditionem redigebant, & deinde ceu seruum manumittebant: hincque est, quod emancipatio capitis diminutio est, licet minima: quia imaginariè alienatus erat: indeque etiam est quòd in iure plerunq; manumissionem pro emancipatione assumimus, quòd Iason[o] adnotauit.

i titu. xij.

k l. certi condictio. si cer. pet.

l arg. l. iij. §. pe. de usur.

m Instit. de fidu. tut.

n §. ult. Inst. de leg. ag. suc.

o l. utrum. de uerb oblig.

* *
*

AMPLIS-

AMPLISSIMO RELIGIOSISSIMOQVE P. DOMINO OTHONI A TRVCHSEN, AVGVSTANO VINDELICORVM ANTISTITI, ANDR. ALCIATVS S. D.

SVPERIORIBVS annis tres ad te Parergon libros misi, quos & nomini tuo dicaui, vt tali munusculo meum in te amorem testatissimum facerem, quem ob egregias ánimi tui virtutes, summamq; indolem maximum conceperam: nec dubitabam, quin vbi ematuruisset ætas, maximos fructus ea ingenij vis esset paritura. Nec fefellit expectatiōnē meā euentus: etenim vt in veteri est carmine, Qui conijcit bene, vaticinatur optimè. Ex generoso enim semine, lætissimaq; segete, non nisi vberrima, optimaq; messis sperari potest. Ab eo tempore per omnes, nō tam honorum, quàm laborum gradus, ad eam dignitatem ascendisti: quæ cùm maxima sit, meritis tamen tuis adhuc potest inferior videri. Quoties tu dispositis equis, quoties cursu publico, in Pannoniam, in Sarmatiam, in extremas Septentrionis oras excurristi: quoties per Germaniam es circumlatus, dum operam tuam non tam Paulo iij. Pontifici, à quo mittebaris, quàm ipsi orthodoxæ omni Reipub. præstas, & optimates quosque ad œcumenicam synodum allicis, & inuitas? dum dissidentium sectarum principes ad sanitatem atque concordiam redigere, Romanæq; ecclesiæ conciliare, pro virili tua contendis? dum maximos Reges, summos gentium Duces, pacare, coniungereq;, vt imminentes omnium cernicibus Turcas sustinere, atque repellere pergant, Pontificis Max. imperio atque auctoritate festinas? vt meritò Augustanæ ecclesiæ præfectus, & Vldrici illius successor sis designatus, qui D C C. ab hinc annis pari temporum infelicitate diuino monitu auctor Othoni I. Imperatori fuit, vt conserta manu infestantes omnem Europam extremæ Scythiæ populos Hungaros, idolorum cultores, aggrederetur, atque intentione gentem ferè omnem conficeret, superstitesq; deinde ad mitiorem Christi cultum, barbarica feritate exuta, reduceret. Gratulor itaq; tibi tantam dignitatis tuæ accessionem, quæ non casu, non fortuitò, non ambitu, sed ita exigentibus meritis tuis, ita suadente expostulante q; morum tuorum integritate, certantibus omnium studijs, est facta. Et quia Reges Persarū fas non erat absq; aliquo munere adire, tali exemplo & ipse admonitus, donum hoc, tametsi modicum, amplitudini tuæ impar. adferre constitui: nempe septem alios Parergon, seu vt veteres vocabant, Excessuum libros, quos prioribus addendos existimaui. Cùm enim eiusmodi sit hoc argumentū, vt propter rerum varietatem, & multiplices, quæ subinde occurrunt, species, augeri quotidie possit: multa ab eo tempore, quo primos libros edidi, sunt mihi excogitata atque inuenta, quæ ne omnino perirent, in hoc albo describenda censui. Nec enim inter docendum, atque inter tetricas illas salebrosasq; iuris nostri quæstiones, amœnioribus hisce secessibus locus esse potest. Et vt ego velim, non ferrent hi, qui cæterarum artium rudes & imperiti, illud ex trriuio exclamarent, Hoc age quod agis. Quæres etiam effecit, vt iis quoq; in libris modum adhiberem, & ea duntaxat humanitatis loca explicarem, quæ Iuri nostro coniungerentur, & vltrò se offerrent. Alioquin si omnia, quæ omnibus in auctoribus habeo annotata, quæq; diuersa ab aliis sententia interpretari possem, congerere voluissem, non iam incidentium, egressuumue, aut eorū quæ præter institutum dicuntur libros, sed aceruos, sed syluas, sed chiliadas describendas assumpsissem, auruma, quod dicitur, Mudæ collegissem. Et quamuis omnia, quæ ad literarum studia qualitercunq; pertinent, per se clara, honestaq; sint: fieri tamen non potest, quin Iurisconsulti, quam sustineo, persona, professoriumq; munus, aliqua ex parte me retrahant: nec talia moliri me permittant, quæ triuialis cuiusq; pædagogi morsibus sint obnoxia, quæq; literatores isti arbitratu suo lancinent, cùm inde ingens nomen, magnamq; gloriam acquirere se posse existiment. Quid enim amplius relictum est? cùm nuperrime inuenti sint, qui in parentem eloquētiæ M. Ciceronē stylo aciē distrinxerint, qui Virgiliū sugillarint: alioquin tamē, si dijs placet, magni nominis viri: licet, vt apparet, nō magni iudicij. Abstinui itaq; quantū fieri potuit, hac alea, nec omnino plurima ex humanioribus studijs inculcaui: sed ea ferè tantū attigi, quæ à iuris nostri interpretatiōe cōmodè separarinō poterāt. Tametsi tā multa hæc fuerint, vt verear, ne religio hæc nostra parū nobis prosit: exoriaturq; malè feriatus aliquis, atq; controuersiosus, quē vmbratili in pugna dentē dēte rodere plurimū iuuet. Qui tamē, si quis erit, hæsitare nō debet, quin pro dignitate sit à me accipiēdus, vt pro semente à se facta messē colligat: & cōpedes, quas ipse fecit, ipsius vt gestet faber. Cæterùm mi Otho, plurimum spei in tua auctoritate mihi est situm: vt sicut eas possessiones, quibus vela regia prætenduntur, raptores & Isauri non attingunt: ita & à lucubrationibus nostris, quibus nominis tui titulus est præfixus, maledici & conuiciatores genuinum contineant. Tu autem pro humanitate: qua hactenus mecum es prosequutus, scio non dedignaberis patrocinium meum suscipere, & tanquam Aiax ille Homericus, periclitantem sub clypeo tuo protegere. Vale.

Mediol. Calend. Septembrib. M. D. XLIII.

AND.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Seruilium Scæuolam videri ter responsis suis nobis illusisse: & emendatus Liuius lib. V. vbi de Gallorum in Italiam aduentu loquitur.

QVANTAE auctoritatis Scæuola noster Iurisconsultus fuerit, satis à veteribus testatum manet: vtq; eum in consilio M. Antoninus Imp. habuerit, vt Cômodo filio præceptorem dederit, vt deinde is & Septimium Seuerũ docuerit, multi tradidêre auctores. Nec tamen is, quamuis excellenti doctrina, euadere potuit, quin si non grauibus notis, saltem aliquibus næuis insigniretur. Et in primis Claudius Saturninus εἰρωνικῶς eum distrinxit, cùm ille respondisset, Conditionem, quæ ablatiuis absolutis cõcipitur, transmissioni fideicõmissi obstare. Magno, inquit Claudius, ingenio [a] de iure aperto respondit, cùm possit dubitari, an cõditio esset. Rursus alio responso, cùm quis promisisset, quicquid patrẽ Mæuio debere constitisset: & Scæuola respondisset, Si conditio nõ extitisset, stipulationem non esse commissam[b]: visum est quibusdam ridiculè responsum fuisse. Extat Petri Stellæ Aurelianensis libellus, quo conueniri promissorem posse ait, postquàm probatum fuerit eum debere: existimatque pronuntiasse Scæuolam, vt imperiti iudices solent, Si quid Titio debes, solue[c]. quale responsum & innominatus poeta Græcus Diodoro Iurisconsulto tribuit:

a l. à testatore. de condit. & demonst.
b l. qui Romæ. §. pe. de uerborum oblig.
c l. pe. & fi. C. de sent. quæ sine cer. quant.

Δίζεο δ' ἀμφήριοντα δικασπόλον, ἀῦψα δ' ἀπόισῃ
Ψῆφον χρειοτέρην εἴγε δίκαια λέγοις.

Sed tibi fac iudex sit amicus, dummodo iustam
Causam habeas, punctum protinus omne feres.

Qua tamen in re quid nos sentiamus, in eius responsi interpretatione diximus. Cæterùm & παραλογιστικῶς idem Scæuola scripsisse videri potest, cùm Macedonianum S.C. interpretans, *Quod vulgò*, inquit, *dicitur, filiofamiliâs credi non licere: non ad verba, sed ad numerationem referendum est*[d]. Quis enim dubitat, non id Senatusconsulto actum esse, vt filiifamiliâs mendaces existimentur? Atqui videtur Scæuola Homerici Menelai ad Paridem verba mutuatus Iliados γ.

d l. quia ad Maced.

ἄξετε δὲ πριάμοιο βίην, ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ
αὐτός, ἐπεί οἱ παῖδες ὑπερφίαλοι καὶ ἄπιστοι,
μή τις ὑπερβασίῃ Διὸς ὅρκια δηλήσηται.

Fac pater ipse tui Priamus sit fœderis auctor:
Nanque fides fluxa est iuuenum: nec pactio curæ est,
Sacra Ioui temerè violétne fœdere quisquam.

Tametsi ego & hoc responsum aliter accipi posse sciam, & omni noxa Scæuolam defendi. Sciẽdum tamen est, non eundem esse hunc, cum eo qui à M. Cicerone vbique celebratus est: quippe noster Serbidius ille Mutius fuit. cùm tamẽ nusquam in Romanis familiis Serbidij nomen legerim, facilè suspicor corruptum esse Modestini locum[e], qui Gręcè scripsit: verisimileque est non Serbidium, sed Seruilium scripsisse. norunt omnes quàm facilis & lubricus sit error, vt pro Lambda, subiiciatur Delta, sicut etiam quandoq; Alpha, quod ab eo sola inferiore linea distat: cuius rei vnũ exẽplũ subiecisse sit satis. Scribit T. Liuius lib. v. Gallorũ Cenomanorũ, duce Elitonio, manũ in Italiã venisse, & Libuos, Saluios. citra Ticinum incoluisse: deinque Boios, Lingonesque transgressos fuisse. quam historiam & Polybius Græcè lib. ij. tradidit. sed cùm Λίγγωνες scripsisset, corruptis exemplaribus nunc Ἀγῶνες, nũc Αἰγῶνες inuulgatum legitur: sicque pro Lingonibus noua Gallorum gens inuecta est Agonum, vel Aeganum, quæ nusquam fuit. quod ideo referre volui, vt etiam Liuij locum obiter emendarem, apud quem pro Cenomanorum, legit corruptè Germanorum: pro Citra, legitur circa.

e l. scire. §. aliud. de excus. tut.
Λ, Δ, Α.

CAPVT II.

Bases vasorum, legendum apud Iabolenum: & emendatus quoque Polybius, vbi de Gallia transpadana loquitur: & Haloandri interpretatio in Nouellis Iustiniani correcta.

EODEM loco Polybius in vulgatis codicib. Basigi locũ nominat, quem Adriatici maris littus tenet. Quæsiuerunt aliqui vbinam esset, & nihilo magis quàm Hythlodæi Vtopiam inuenerunt: corruptus enim est Latinus codex, & non Basigi, sed Basis locum, legendum est. Siquidem cùm triangularem esse Italiã docuisset, & orientale latus Ionio, Adriaticoque sinu, meridionale verò & occasum Siculo & Tyrrheno mari claudi scripsisset, subiecit Basin eius trianguli ad littus maris Adriatici esse. Est autẽ Basis, pedamentum, & sustentaculum, seu ima pars cuiuscunque rei: Abax verò est, qui Latinis Abacus dicitur, mensa scilicet, non solùm geometrarum & calculatorum, sed etiam coquorũ, in qua res deponuntur: & pincernarum, in qua argenteos calices tenent: sic dicta (vt inquit Suidas) quòd sine Basi fieret. Iabolenus[f]: *Cui Corinthia legata essent, & abaces quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius ait, &c.* Arbitror potiùs Bases legendum: antiqui certè codices Bases habent, facili alterius elementi in alterũ lapsu. Sanè eodem Polybius Galliæ transpadanæ fertilitatem & copiam describens, in Latinis exemplaribus, Accipi ab hospitibus viatores, & optimè saturos dimitti ait, ex acta non amplius siliqua, quæ oboli est tertia pars: sic enim Nicolaus Perottus vertit. At in Græco nuper excuso aliter legitur, nempe non Siliqua, id est, ceratio, sed ἡμιασσαρίου, & non τρίτον, sed τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. Ego tamen Perotto in hoc assentior, & castigatiorem lectionem arbitror, quã ipse secutus est: etenim falsum est, semissem quartam partẽ oboli esse, nec de obolo æreo aut argenteo intelligen-

f l. hæres meus. §. cui. de leg. iij.

gendum est, sed de aureo, hodie xv. nostrates asses valente, vt pro prandio quinque asses præstarentur: quod & ante bella factitatum scio: licet nunc singulis Iuliis, qui x. assibus censentur, vix contenti soleant esse tabernarij. Non tñ probo, quòd ibidem Perottus medimnum Siculũ trãstulerit modium: & metretam vini dolium: etenim plurimùm hæc differunt, vt alibi à me disputatũ est. Nec mirũ esse debet, antiquũ Perotti codicẽ à Græco nuper excuso in hisce numeris diuersũ esse: contingit enim id sæpissimè, vt in Nouella Iustiniani cxlvij. in qua, Exceptio, inquit, à prima iampridẽ transcurrente indictione locũ habeat. Atqui nõ πρώτης, sed τρίτης, id est, tertia legẽdum est, si quis rectè rẽ perpenderit. Sic in constitutione clix. vt restitutiones fideicommissi vsq; ad vnum gradũ cõsistant: vertit Haloander, cùm debuisset, vsque ad quartũ. Habuit ipse in suo titulo ἑνός, at antiqua trãslatio rectius τὸ δ', vt quartũ elementum, quartum quoq; numerũ significet.

CAP. III.

Quæ sit adoptio ex tribus manibus: & quo ea fieret apud veteres: vtq; Herculis nomen conueniat spuriis.

CVM de Adoptiuis liberis quędam cõstituisset Iustinianus[a]: subiecit deinde, sanctioni suæ locum esse debere, qualitercunque facta sit adoptio: vt si ex tribus manibus aliqui essent adoptati. quos vno atq; altero modo Accursius interpretatur, aliiq; aliter. Ego arbitror, *Tribus manibus*, esse legendum: quòd de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur, qui deinde in manũ & potestatem adoptiui parentis dabat. Vnde alibi dicitur, Per tres mancipationes adoptionẽ fieri[b]. Est & alius modus veterum, quos poeta Ennius Cascos vocat, lege nostra haudquaquam cognitus: cùm infantẽ quis vxori suæ lactandũ tradit: etenim illa mater esse incipit, & ipse loco patris est. Plautus in Menæch.

a l. pe. C. de adopt.
b l. fi. C. eod.

Adeò forma simili pueri, vt mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat:
Neque adeò mater ipsa quæ eos pepererat.

Iis quidem iure nostro debetur reuerẽtia[c], vt in ius absque venia citari non debeant[d]: non tamẽ ius aliquod adoptionis habere vidẽtur. At apud Græcos aliud traditum est, apud quos scriptum legi, Iouem nato Hercule, quòd spurius esset, nec in deorum numerum admitti posset, dormienti coniugi suę Iunoni eum clàm supposuisse, & exucto de mammis ab ea lacte, infantem, ceu natalibus restiturũ, diuinitatis iura acquisiuisse. cuius rei & Hyginus meminit, & Arati interpres, & qui Collectanea rei rusticæ Constantino Cæsari inscripsit. Hincq; factum est, vt nothi ad Cynosarges, vbi templum est Herculis, exercerentur: quoniam is Deus illis præest. cuius rei & in Emblematis mentionem fecimus:

c l. j. ff. de obseq.
d l. fin. C. de in ius uoc.

Herculeos spurij semper celebretis honores,
Nam vestri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius esse Deus potuit, quàm sugeret infans
Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

CAP. IIII.

Qui Philosophi in ignem se coniecerint: & Ouidij carmen in Ibin explicatum.

SI QVI *tædio vitæ*, inquit Vlpianus lib. x. ad S.C. *vel valetudinis aduersæ impatientia, vel iactatione, vt quidam Philosophi, mortem sibi consciuerint, in ea causa, vt testamenta eorum valeant.* Exemplũ philosophorum, qui iactationis causa perierint[c], in Empedocle Accursius ponit, & rectè quidem: aiunt enim seipsum in crateras Aetnę præcipitem dedisse, vt pro Deo coleretur: quod ex quorundam sententia lib. viij. Diogenes Laertius scripsit. cuius rei & Septimius Florens meminit libro, qui ad Martyres inscribitur, & Horatius:

c l. si quis filio. § q. si quis tædio. de iniusto rup.

—Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit.

Sed & constat idem quoque à Calano Indo factitatum esse, qui cùm in rogum ardentem conscendisset, O pręclarum discessum, inquit, è vita, cùm vt Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. cuius rei meminit M. Cicero lib. de Diuinat. j. & in vita Alexandri Plutarchus, & non pauci alij. Sed & Dion historiæ libro liiij. idem fecisse Zarmarum Indum auctor est: qui vt diuo Augusto se ostentaret, siue iactantia, siue senectutis incommodis actus, in ignem se coniecit. Sed profectò clarius, illustriusque exemplum, & Vlpiani ipsius temporibus proximius fuit, Peregrini Pariani è Ponto philosophi Cynici, qui celebri die Olympiorum in pyram hac causa fabrefactam, adstante totius Græciæ conuentu, se condidit: quod factum integro libello non narrat carpitq; solùm Lucianus, sed & maximè irridet, vanam hominis ambitionem & dementiam naso traducens. Is & cognomento Proteus est dictus. quod & A. Gellius lib. xij. cap. xj. ostendit: cuius & Septimius Tertullianus suprascripto libro mentionem facit: arbitrorque aliquem eius temporis studiosum Luciani exẽplo hominis memoriæ illudentẽ, Ouidiano carmini in Ibin inseruisse illud distichon:

Quódq; ferunt Proteum fecisse cupidine mortis,
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.

Seu si quis synęresin in Proteo reformidat, Protea quodque ferunt fecisse, &c. nam quæ interpretes ibi de Broteo Vulcani & Mineruę filio prodiderunt, nullis idoneis auctoribus fulciuntur: apparetque ab eis id confictum, imposturam lectori facientibus, vt sæpe aliàs eo in libro. Sanè licet frequens apud veteres Romanos id genus mortis esset, quod spontè, tædio valetudinis, vel metu pœnæ subibant: hodie tamen exoleuit, vt non nisi perditissimi, & ἄθεοι huiusmodi sibi necem cõsciscant, quòd scilicet Christiana lege id genus mortis omnino vetitum sit: quod lib. de Ciuitate Dei j. Augustinus ostendit, cap. xviij. & deinceps. Idem & oratione quadam Iosephus lib. excidii Hierosolymitani iij. cap. xxj. dilucidè demonstrat. Etenim non licet militi[f] præsidium, cui impositus est, iniussu Imperatoris sui deserere.

f l. iij. §. qui statiõis. de re mili.

CAP. V.

Naturales, & Spurij, & Nothi, qualiter olim & hodie succedant: & plurima veterum auctorum loca declarata.

INQVIT Vlpianus[g], dotatas esse fæminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, maximè est necessarium. Atqui subiicit Accursius, haudquaquam necessariò id cõsequitur, cùm citra matrimonium possit filiis repleri ciui-

g l. j solu. matr.

ciuitas. Sed haudquaquam de hisce intellexit Iureconsultus, quos lex pro filiis non habet, quosque ceu vulgò conceptos nō tenetur pater agnoscere. Igitur sciendum, filios illos ab antiquis veros existimari, qui ex matrimonio concepti essent. Non erat autem iustum matrimonium, nisi inter ciues Romanos[a]. Quòd si quis ciuis Romanus aliquam Latinæ conditionis vxorem duxisset, iusta vxor non erat: & liberi inde suscepti, Naturales duntaxat erant, & libertinæ cōditionis cēsebantur[b], seu, quod idem est, delegatę cōditionis: sic enim Tranquill. in Vespas. appellat, delegatum pro relegato assumens[c]. T. Liuius libro xliij. Alia inquit, noui generis hominum ex Hispania legatio venit, ex militib. Romanis, & Hispanis mulieribus, cùm quibus connubiū nō esset, natos se memorātes supra iiij. millia hominum, orabant, vt sibi oppidum in quo habitarēt daretur: Senatus decreuit, Latinam eam coloniam esse, Libertinorumq; appellari. Idem T. Liuius lib. xxxix. decretum à Senatu refert, vt Hispalæ Feceniæ libertinæ, quæ iudicium Bacchanalium fecerat, ingenuo nubere liceret: neu quid ei, qui eā duxisset, ob id fraudi, ignominiæue esset. Cùm tamen diuus Anto. Pius deinde constituisset, vt qui in orbe Romano essent, ciues Romani censerentur[d]: videtur tales nuptias ab eo tempore approbatas fuisse: & ideo in huiusmodi nuptiis legi Iuliæ de adulteriis locū dari[e]: cœpitque tunc & ius patri esse, tales filios instituēdi, vt qui non naturales amplius essent, sed legitimi. Sed quid de aliis illegitimis dicemus? & cōstat varias eorum esse species: aliqui eñ sunt qui φυσικοὶ, id est, Naturales vocāt, id est, qui ex cōcubina domi retēta, & quam habere licuit, sunt nati: hi licet ab aliis ex lege veteri non distarent, tamen lege nouella Iustiniani priuilegium in causa instanti cōsecuti sunt, vt in duas vncias paternæ substantiæ quibusdam casibus admittātur[f]. Sunt & Naturales, qui ex matre nati sunt, cum qua stuprum non esset: vt quia liberta sit, quæ etiam inuito patrono alicui se in concubinatum dederit: vel ingenua sit, dum tamē obscuro loco nata, seu quæ corpore quæstum fecerit[g]: & cum huiusmodi filiis post diui Anto. constitutionem habebat pater testamenti factionem, antè non habebat[h]. Alij sunt Nothi, quæ dictio (vt Fabius Quintil. lib. iij. cap. viij. ait) Latinè explicari non potest: hi sunt & ipsi ex concubitu progeniti, qui nulla lege pœnam indictā habet: hocque distant à Naturalibus, quòd hi non adeò custodita matre, nec quę loco vxoris haberetur, nati sunt: ideoque nullam eis ab intestato portionē lex defert[i]. Vnde pauci verè Naturales sunt, vt rectè Bald. & alij veteres docuerūt[k]. At nothi plerique sunt, qui naturales & ipsi sunt, sed nō adeò certo patre nam & hoc nomine continētur qui ex scortis & meretricibus suscipiūtur, quos lex ἐμφανιστήρας, & speciali significatione Spurios vocat, quasi vulgò conceptos παρὰ τὸ σπορὰδην, vt Iustinianus ait[l]. Istis autem seu naturalibus, seu nothis lege antiqua nihil relinq poterat[m]: quoniā, (vt Iustinianus ait) lex eos habebat tanquā ἐμφυλόν τι ἢ παντελῶς ἀλλότριον τοῦ πολιτεύματος, id est, peregrinos, & omnino à iure ciuitatis alienos: post cōstitutionē autem diui Antonini cœpit patri cum eis testamenti factio esse: poteratque pater eos cohęredes iusto filio dare, vel substituere, vel aliter arbitratu suo eis legare[n], donec recentiorum Imperatorū legibus arctata est hæc potestas: &

a Instit. de patr. potest. & Inst. de nuptiis. in prin.
b l. fi. ff. de iur. deli. 32. q. 4. liberi.
c l. j l. nec apud. C. de hær. inst. l. j. §. ij. de leg. 3.
d l. in orbe. de sta. ho. & §. fi. in Authen. vt lib. de cæter.
e l. si uxor. ff. de adult.
f Authen. C. de nat. lib.
g l. pen. de concub.
h l. cum tabulis. §. j de iis. qui bus vt ind.
i Rub. Authen. gręca. de nothis. alias quib. modis nat. effi sui.
k Bal. cōs. 242. in j. Oldr. cons. cxcvj.
l §. si aduersus. Instit. de nupt.
m d. l. j. d. l. nec apud. C. de hæred. insti. l. j. §. ij. de leg. iij.
n l. Lucius. de uulg. & pup. l. fi. de iur. delib. l. Lucius. ij. §. fi. de leg. ij.

in primis à Cōstantino eorum patrum respectu, qui dignitate aliqua præfulgerent[o]: deinde Valentiniani lege, quæ Constantinianam aliquatenus restringit, & in codice Theodosiano etiamnum extat[p]: mox Arcadij & Honorij cōstitutione: tandemque Iustiniani nouella, qui vnciā eis dūtaxat relinqui posse sanxit[q], si alij legitimi extent: alioquin vel totum. Alij sunt Spurij ex coitu damnato procreati, id est, à lege vetito, & punito: A vt si ex matre nati sint, cum quā stuprum cōmitteretur. & hi semper incapaces fuere: nisi quatenus beneficio principis impetratum esset vt eis adusque certum modum relinqui posset[r]. existimauerim tamen ego eis potuisse relinqui, quatenus & relegatis, & peregrinis poterat, id est, ad alimenta vsque[s]. sicque eas leges interpretor, quæ eorum mentionem faciunt, quibus solidum relinqui non potest[t]: vt iis verbis non solùm pegrini, aut deportati, qui iura ciuitatis amiserunt, B cōtineant[u], sed etiam hi spurij. Et quāuis Iustinianus Constantinianæ legis exemplo nec aliquem illos velit[x], Pontificum tamen humanitate hodie receptum est, ali debere: sicque rursus ius vetus restitutum illis, quod ad alimenta attinet, est[y]. Sanè si quid illis aduersus leges relictum fuisset, si clàm factum proponerēt, vt quia hæres tacitam fidem restituendi dedisset, ad fiscum pertinebat, & ceu ab indigno auferebatū[z]: si palàm, hæredi ipsi remanebat[a]. Hincq; satis apparet, C lege veteri nullam fuisse inter hosce spurios differentiam: sed omnes Latinę, seu peregrinæ conditionis fuisse, nec ab intestato succelsisse: ex testamēto verò nihil vltra alimēta cōsequi potuisse: Iustinianum verò secundum suprascripta distinxisse. Erat & alia species naturalium, quos quis ex ancilla suscepisset: & quia partus ventrem sequitur[b], tales seruilis conditionis erant[c], nisi quatenus à domino matris manumissi essent: quo casu Latinæ conditionis efficiebantur[d]. D Hodie verò Latina libertas sublata est, efficiunturque manumissi ciues Romani[e]. In historia Vitichindi Saxonis, cùm Hugo Francorum Rex defunctus esset, superstitibus dūtaxat Amalberga ex iustis nuptiis nata, & Theodorico, quē ex concubina susceperat, isque regnum inuadere vellet, responsum ab Herminfrido sororis marito accepit, prius sibi de libertate, quā de regno quærendum: quòd enim ex concubina natus esset, seruili conditione maculatū esse[f]: appellatq; E eum Vitichindus Herminfridi generum, tanquā vltra vulgatam significationem gener mihi dicatur, qui sororis meæ sit maritus: quo sensu inter scriptores Latinos vtitur Iustinus, qui lib. xviij. Sichæum Didonis maritum Pigmalionis generum vocat. Erat autem Pigmalion Didonis frater. Cæterùm me non latet fuisse qui existimarent, cum iis duntaxat filiis, qui ex concubina domi retenta nati sunt, testamenti factionem patri hodie esse[g], nō cū nothis: q, falsum est, & aduersus F Iustiniani constitutionem, si quis eius verba diligenter in Græco autographo inspexerit: in eo. n. expresse Nothos & Physicos filios cōmemorat, & agnoscit: atqui in Latinum eam constitutionem trāstulit, ambos vno nomine Naturales vocat: vnde Doctoribus nostris obortæ sunt tenebræ. Distinctio ergo illa solū in successione intestati, propter incertitudinem patris, locū sibi vendicat: at in successione testati secùs est, in qua sufficit, quòd pater eum in filiū agnouerit[h]: quod aliàs ex facto à me responsum est.

CAP.

o l. j. C de nat. lib.
p l. ij. C. de nat. lib.
q Auth. licet. C. de nat. lib.
r glo. l. j. uerbo rescripti. C. de nat. lib. l. qui nō prouincia. §. fi. de rit. nupt.
s l. iij. ff. de iis quæ pro nō scriptis. l. pen. ff. de cap. dim.
t l. si is qui. l. ex facto. § fi. de uulgar. l. qui testamentū. de prob.
u l. j. d. l. nec apud. C de hær. insti. l. quidam. de pœ. l. j. §. ij. de leg. iij l. vj. §. solemus. de hære. instit.
x Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. §. fin. in Auth. quib. mo. natur. effi. sui.
y l. cū haberet. de eo qui du. in ma. quam pol. Socin. cons. 161.
z l. non intelligitur §. si quis palàm. de iure fisci.
a l. Lucius. §. fi. de leg. j. l. fi. ubi Bart. de iis, qb. ut indig.
b d. §. si aduersus.
c l. ij. C. si man. ita fue. alien. l. cum seruus. ff. mand.
d l. fi. de iure de lib.
e l. j. C. de lat. liber. tol.
f c. cōsuluit. extra. de ser. non ord. 32. q. iiij. liberi.
g Oldra. cons. cxvj. Alber. rub. C. de nat. lib. Bart. d. l. fin. de iis qui. ut.
h Salic. in auth. ex complexu. C. de incest. & inut. nup.

CAP. VI.

Quid sit substitutio, quid prima, quid ima cerá; cur exhæredatio inter cæteros dicta. Horatij carmen explicatum Satyr. ij.

SVBSTITVTIO est secundi vel vlterioris gradus hæredis institutio: sic dicta, quòd subtus describeretur: solebant enim veteres testamentum ab hæredis institutione ordiri: & ideo olim legata, vel libertates ante hęredis institutionem scriptæ, non debebantur: caput enim fundamētumq; tabularum ipsa est institutio, vt Iustinianus ait[a]. Hinc ea pars ab Horatio Satyr. lib. ij. prima cera dicitur:

Sic tamen vt limis rapias, quid prima secundo
Cera notet versu, solus multis ne cohæres
Veloci percurre oculo: plerunque recoctus
Scriba ex quinque viro coruum deludet hiantem.

Cuius carminis sensus non videtur ab interpretibus B satis perceptus. Solebant veteres testamentum per æs & libram condere: in eo quinque testes erant necessarij[b], nec oportebat testes eorum, quæ testamento scripta erant, quicquā scire[c]: satis erat si adfuissent; & ipsis adhibitis res gesta esset. Scribæ verò necessariò sciebant, cùm ipsi manu sua tabulas conficerent. Contingebat quandoque vt quinqueuir aliquis, id est, vnus testium qui nihil sciebat, comminisceretur se scriptorem fuisse, & falsa captatori suggereret: admonet Tiresias, hō esse facilè illi credēdum, sed limis oculis inspiciendas tabulas. Dicitur autem Recoctus per metaphorā ferri, quòd ex vno instrumento in aliud recoctione vertitur, vt ille ex teste in scribam. Sicut ergo Prima cera est, in qua hæredis nomen describitur: ita ea, in qua secundi hæredes vel legatarij describuntur, Ima cera dicitur, quia sub priore collocatur, Tranq. in Cæsare, cùm dixisset sororum nepotes à diuo Iulio, quibus auūculus magnus erat, hæredes institutos reliquos: (inquit) in ima cera de substitutis intelligēs, aut legatariis. Hinc etiam videtur emanasse illud, quod vulgò dici solet, exhæredationem inter cæteros nullius momenti esse[d], cùm scilicet à secundo gradu exhæredatus est filius, in quo cæteri solebāt describi: tametsi deinde hæc appellatio ad eos quoque producta sit, qui in primo gradu exhæredabantur: sed, vt Theophilus inquit, ἀορίστως, id est, indefinitè: qualis hæc, Cæteri exhæredes sunto. Non enim videtur nominatim facta, nisi cum vnus duntaxat adesset filius[e].

a §. ante hæredis. Insti. de leg.
b Instit. de testa. ord. in prin.
c §. fin. l. qui testamento. de testamen.
d Instit. de exhęred. lib. §. j.
e l. Titius. de liber. & post.

CAP. VII.

Pausonis equus prouerbialiter, quid significet: & cur in margine potius, quàm in contextu allegationes iuris scribendæ sint.

CVM superioribus annis commētarios ad rescripta Principum edidissem, volitarentque per manus hominum, & ex nouitate, si non alia ratione, gratiam aliquam adipiscerētur: ecce ad me à studiosis pleræque literę, quibus mihi gratulabantur, agebantque etiam aliqui gratias, quòd eos libros publicassem, quibus ratio latinè, & non ineleganter differendi in iure nostro aperiretur. Inter cæteros, & ex veteranis professoribus vnus ad me scripsit, qui

prætextu amicitiæ etiam admonuit, multis symmystis eo nomine lucubrationes illas meas displicere, quòd in contextu ipso legum loca non adiecissem, sed margini duntaxat, ceu rem nullius operæ adscripsissem: viderique à me legum nostrarum decus & honorem imminutum, fœdatumque esse. Quæ accusatio si vera sit, oportebit veteres omnes Theologos, Hieronymum, Ambrosium, Basilium, Nazianzenum læsæ maiestatis A condemnare, qui & ipsi eodem modo sacra testimonia operum suorum marginibus plerunque apposuerunt. Cæterùm cùm ad eam epistolam ego rescriberem, existimaui indignū hac de re pluribus contendere præsertim cum[f] pertinaci, cerebrosoque homine: sed iocoso exemplo rem omnem transmittendam finiendāque potius censui. Fuit, inquam, ætate sua celeberrimus pictor nomine Pauson Sicyonius, is accepto pretio equum conduxerat pingēdum, B qui se humi volutaret: cumque locatori currentem exhibuisset, & quidem puluere oppletum, isque expostularet secundum conuentionis legem haudquaquam præstitam sibi operam, inquit ministro ille: Agè puer tabulam inuerte, sicque picturam eius oculis exhibe: quo facto vidit locator emendatum esse quod sibi displicebat, nullumque amplius esse querimoniæ locum. cernere enim erat equum in tergum iacentem, seque in puluere volutantem: quod Lucianus C in Demosthenis Encomio scripsit, vt Pausonis equus prouerbialiter dici de iis rebus posit, quę minimo negotio secundum cuiusque sententiam accommodantur. Etenim facilimū erat dictata excipientibus, quod margini addendum erat, contextui ipsi inserere, & Musicorum more, si hoc magis animo sederet, intus canere. Sanè Luciani codex non sat emendatus in ea voce circunfertur, in quo pro Pausone est Passon. Non omitto tamen eam fabulam paulò diuersius D ab Aeliano de varia historia referri. Socratis, inquit ille, sermones picturam Pausonis imitabantur: is parua quadam tabella equum currentem, frænatumque depinxerat: cumq; redēptor fræni adiectionem indignè ferret, Angustia, inquit, tabellæ in causa fuit, nec enim tam modico spatio contineri citra frenum potuisset. Sic, ait Aelianus, Socrates iis qui in malam partem verba sua acciperent, per ænigmata loquebatur. Hinc apparet, duplicem esse vsum prouerbij, E quod ex Pausonis equo accipitur. Illud quoque cōstat, fuisse hunc pictorem sanè quàm pauperem, quo nomine ab Aristophane de querimonia τῆς πενίας edisserente in Pluto traducitur:

παύσωνα κάλει τὸν ξύσσιτον.

Vnde & prouerbialiter dici cœptum est, Pausone pauperior, Theone, Suida parœmiographis. Plinius lib. xxxv. capite xj. Pausiam appellat, & tabulam pinxisse, ait, quæ Stephanopolis dicta est, quòd in ea esset Glycera eius amasia, F quæ coronas venditando sustinuerat hominis paupertatem.

f gl. l. fi. C. de cōstit. pecu.

CAPVT VIII.

Quæ sit Dos magna: cur in eius exactione necessarius non sit patris consensus, declarata Iustiniani nouella constitutio.

VETVS est inter nostrates Doctores altercatio, an filię aduentitiam dotem repeteri necessarius sit patris consensus: & ferè crebrius traditum est, non

esse[a], tãquam quod ad eam attinet pro matrefamiliâs sit: vnde nec eius dotis vsumfructum patri acquiri, Fulgos. & Aretinus censuerunt. Sed ego cum antiquioribus contrà sentio: quoniam lex generaliter aduentitiorum vsumfructum patri concedit[b]: eadem filiæ agenti necessarium esse patris consensum ait[c]: nec aliqua lege reperitur dos aduentitia excepta: meritò non est temerè à regula recedendum: quod enim traditum est, filiæ actionem vtilem dari[d], intelligitur, vt tamen secundum regulas iuris ea experiatur, id est, accedente patris consensu, absq; quo in iudicio esse nequit. Probatur id mihi & legis nouellæ verbis, quibus expressim dicitur, siue à patre, siue à matre dos data sit, exigi non posse[e], nisi cum consensu patris: excepto, si patris inobedientia, seu vt melius Græcè dicitur, ἀπείθεια interuenerit, id est, cùm pater nulla persuasione adduci potuit, vt consentiret: tunc enim ne dos propter mariti inopiam pereat, lex concedit, vt duobus casibus agere filia possit. Alter in aduentitiis, quia de eis nihil ad collationem vel patris hæredes pertinet[f]. Alter in dote, cùm adeò magna à patre ipsi marito data est, vt si negligentia hac patris amitteretur, non posset deinde filiæ consuli ex rata paternæ hæreditatis portione[g]. Hinc apparet euidens ratio diuersitatis, quam Iustinianus inter paruã, & magnam dotem constituit: qua in re hæsitauerunt hactenus interpretes: nec enim inter plus & minus videbatur constituenda differentia. Sed ego paruam accipio, quæ si amissa sit, ex hæreditatis rata parte resarciri filiæ valeat. Magnam, quæ non valeat, adeò vt collatio circa nullam versetur spem ex patris impersuasibilitate. Sic enim legendum, non autem, illam speciem, vt vulgata habet translatio: cui aliquatenus etiam consentit recentior, eodem vt apparet vitio. Est autem ἀπείθεια morositas quædam, qua quis contumaciter resistit rogantibus, & sibi persuaderi nõ permittit: vitium credulitati contrarium: de quo extat Epicharmi Siculi poetæ Trochaicus septenarius sanè quàm elegans, quem propter nostri temporis mores memoriter tenere obseruareque omnes deberent. is à M. Tullio Cicerone lib. Epistolarum ad Atticum j. relatus est, etiamsi corruptus circunferatur: Νῆφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Sobrius esto, & memento nemini temerè credere: nerui & artus hęc sunt sapientiæ. sic enim Q. Cicero interpretatur lib. de Petitione cõsulatus. carmen etiãnum integrum extat apud Suidam dictione πρόχειρος.

a l. ij. §. j. solut. matr.
b l. cũ oportet. C. de bon. quæ liber. l. j. C. de bon. mat.
c l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ lib.
d l. Caius. sol. matr.
e §. fin. vers. & si quidẽ. in authẽt. de ęqual. dot.
f l. fin. C. de col.
g Authen. quod locum. C. de col.

CAP. IX.

Filio in potestate à patre exhæredato, vel à matre præterito, ius dicendi nullum non competere: & Iustiniani nouella constitutio aliter declarata, quàm hactenus factum sit.

EDIDIT Iustinianus nouellã constitutionem sanè quàm famigeratam[h], quam quatuor capita continere apparet. Primum, vt quamuis filius legitimam portionem quoquo titulo consequutus sit[i], non tamẽ ideo exhæredari, aut præteritione, quæ vim exhæredationis habeat, negligi possit, sed omnino institui debeat: idque vel in obolo, ne ei facta iniuria videatur[k]. Alterum, quo causas exhæredationis declarat, quæ olim variæ, nec certo numero constitutæ erant[l]. Tertium, quòd eas iubet à testatore adscribi, ne aliàs hæredi præstetur occasio falsas inducendi accusationes, cùm prius hoc constitutum non esset[m]. Vltimum, quòd expugnato per querelam inofficiosi testamento legata confirmat, quę iure veteri deficiebant[n]. At recentiores non quasdam leges, sed integros tractatus hac constitutione corrigi existimantes, interpretatione sua non modicam iuris nostri partem subuerterunt. Quum enim Iustinianus subiiciat, eis non obseruatis liberos euacuato testamento parentibus ab intestato succedere, sublatum remedium filio emancipato, qui præteritus sit contra tabulas, bonorum possessionem impetrandi tradiderunt. Item filio à matre præterito non dari querelam inofficiosi censuerunt. Item filio in potestate à patre exhæredato, non dari amplius querelam: sed su prascriptis omnibus casibus testamentum ipsó iure nullum esse: quoniam lex dicat, Euacuato testamento, &c. non autem, euacuãdo. Sed hęc ego probare non possum, ostendique aliàs multis rationibus haudquaquam vera esse suprà scripta themata: nec Iustinianus ipso iure testamẽtum nullum esse affirmat, sed simpliciter scripsit διαθήκης ἀκυρουμένης liberos ab intestato admitti. Quę verba non ipso iure, sed per sententiam intelliguntur: siquidem ἀκυρόω verbum significat irritum, infirmúmve facio: vnde calculus ἄκυρος apud Aristophanem in Vespis, qui in situla à iudicibus dimittebatur, sicut & κύριος: hic condẽnationis, ille liberationis. Et apud Demosthenem oratione in Dionysiodorum ἄκυρον ποιεῖν τὴν συγγραφὴν, irritam facere syngrapham, & pro circunducta habere: vt nihil necesse sit tali verbo intelligere ipso iure irritum effici testamentum: nam & idem Iustinianus mox subiicit, μὴ ἀνατραπεῖσα ἡ διαθήκη δυνάται. tanquam nõ subuersum, nec rescissum testamentum obtineat. quæ verba propriè ad querelam referri debent, vel bonorum possessionem aduersus tabulas, quæ testamentum alioquin ipso iure validum subuertunt, vt intestato deinde succedatur. Nec mouent me verba illa constitutionis, Non licere patri vel matri liberos præterire, aut exhæredare: quia disiuncta ibi ad casum similem restringitur[o], vt de præteritione intelligamus quę vim exhæredationis habeat, vt quia à matre, seu eius ascendente facta sit[p], vel de eo qui primum Gradum non teneat[q].

h §. aliud quoque in auth. vt cum de appel.
i l. Papinia. §. si quis mortis. ff. de inoff. testa. l. omni modo. C. cod.
k gl. l. iij. §. verb. de min.
l l. cum ratio. de bon. dam.
m d. l. omnimodo. verbo, dixerit. in gl.
n d. l. Papinia. §. fin.
o l. j. de reb. du.
p Instit. de inof. testa. in prin. l. iij. ff. de inoff. testa.
q Bar. l. pater filiũ. de inof. test.

CAP. X.

Dotem propter osculum non amitti, aduersus Baldum.

CELEBRIS atque famosa apud nostrates Doctores est quęstio, An sicut propter adulterium mulier amittit dotem, ita & ob osculum amittere debeat? Et aiebat Baldus amittere[r]: etenim inter adulterij prooemia illud est, quæ gradatim commemorat Accurs.[s] Sed & non minus eleganter græcus poeta Ruphinus hoc disticho:

Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρὶς ὄλβιος, ὃς δέ σε ἀκούει,
ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν.

Sed & P. Naso:

Oscula

r Bald. c. tuæ. de procur.
s Gl. l. quod ait lex. de adult.

Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit:
Hæc quoque qui sumpsit, perdere dignus erat.

Sed ego hanc Baldi sententiam à plerisq; improbari scio: nec enim pœna, quam delicto consummato lex imponit, ad attentationem producenda est[a], cùm possit osculum etiam citra stupri desiderium concedi: lexque eam tantum dote mulctet, quę adulterij causa interdicta attentauerit[b]. Atqui apud Theocritum elegans puella inquit,

Μὴ καυχῶ σατυρίσκε, κενὸν φίλαμα λέγουσιν:
τὸ στόμα μὲν πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.
Ne Satyrisce tume, rem aiunt esse oscula inanem,
Et facie abluta tolluntur & oscula sputo.

Sensit id & suprascripto carmine Ruphinus, qui osculantem semideum duntaxat vocat, & coeuntem pro deo immortali habet. Sed & Lucianus in Dialogo, qui Pamphilus inscribitur, secundum legis verba oportere ait ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχειν. tametsi opiner risus causa id à Luciano confictum: nec enim lex xij. tabularum hoc requirit, sed duntaxat vt ἐν ἔργῳ deprændantur[c]. Ego tribus casibus Baldi sententiam probabilem esse arbitror. Primus, cùm de amissione beneficiarij fundi tractatur: lex enim clientem priuari eo ait, si graues & inhonestas iniurias domino intulerit[d]: meritò si per lasciuiam vxorem domini contrectare, oscularive ausus sit, satis defendi potest grauem intulisse iniuriam[e]. Alter est, cùm ex aliis coniecturis adulterium conuinceretur, & ex qualitate loci, temporis, personę, haudquaquam stetisse mulierem intra fines osculi pręsumeretur[f]: tametsi in his locis, vbi cõstantiores sunt fœminæ, quæ passim amicos & hospites osculo excipiunt, haud facilè huic præsumptione esset locus. Tertius cùm ex genere suauij intenderetur coniectura criminis, quale illud est. quod καταγλώττισμα Aristophanes vocat, iustam zelotypis repudio causam illud daret. Sed hæc hactenus: quæ haudquaquam hîc eram adscripturus, nisi me tæderet seriis lucubrationibus has quæstiones attingere, quas tamen singulis annis nostri Doctores vsque ad rauim disputant: tanquam nihil habeant dignius, in quo operam suam collocent.

a l. sæpe ita. in fi. de verb. signifi.
b l. consensu. C. de repud.
c l. quod ait lex. de adult.
d c. j. §. porrò. quę fuer. pri. cau. ben. am.
e c. j. §. j. quibus mod. feu. amit.
f c. literas. de pręsumpt.

CAP. XI.

Variis modis diem accipi: in leg. aliquot captiones inductas esse: & Plauti locus in Pseud.

APVD veteres variis modis Dies accipiebatur: sed maximè celebris est illa distinctio, vt alius sit Naturalis, alius Ciuilis. Naturalis est, ab ortu solis ad occasum, horarum semper xij. Ciuilis est apud Romanos, à media nocte incipiens, & in aliam sequentem mediam noctem desinens. Est & secundum ecclesiæ morem dies horarum xxiiij. à prima hora noctis in vltimam sequentis lucis. qua de re à nobis alibi disputatum extat[g]. Ex hac ambiguitate pleræque militares fallaciæ atq; captiones ortæ apud veteres legũtur: qualis illa Cleomenis Lacedæmonij, cui cùm centum dierum pactæ essent cum hoste induciæ, noctu agros, vt inquit lib. de Off. j. Cicero populabatur: quòd de die naturali simpliciter actum interpretaretur, vt in apophtheg. Laconicis etiam Plutarchus tradit. Sed & celebris etiam prouerbio est Phœnicum conuentio, qui cum primum ad littus Aphricæ appulsi sunt, à Lybibus postulauẽre, vt sibi liceret diem & noctem hospitio terræ vti: qua re impetrata, cùm abire nollet, sed Carthaginem condere cœpissent, violati fœderis accusati, respondebant, Se id pactos, vt omnes dies & noctes ibi commorari possent: indefinita enim illa oratio vniuersali æquipollere videbatur. Sed quid responderent Libyes? illo tempore factus nondum erat Bart. qui doceret, quẽadmodum ea regula esset accipienda[h]. Apud Plautum quoque in Pseudolo elegans est Lenonis admonitio erga filiumfamiliâs, se pecuniis carere affirmantem: Eme, inquit, cæca die oliuum, quod vendas oculata die. Sextus Pompeius cæcam diem intellexit, quæ adhuc non venit: oculatam verò, quæ præsens est, accepta ab oculatis testibus metaphora, qui præsentes rei gestæ fuisse se attestantur: quasi idem senserit Plautus, quod non absimili consilio in epigrammate Græco innominati auctoris est:

Τέρπεο δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα, τοῖς δὲ δανεισταῖς
Κάλλιπε τὴν ψῆφον δακτυλοκαμπτοδόροις.

Gaude, inquit, accepta à fœneratore pecunia, & illa fruere: interim sine eum habere calculũ & rationes cum incuruis & dolentibus articulis. Sed profectò, nisi fallor, alia fuit facetissimi poetæ mens atque commentatio: qui diem cæcam appellaret noctem, quòd eo tempore adulterini numi possint expendi, & oliui venditor decipi, non æquè emptor: cùm non inspectione, sed gustu deprændatur eius bonitas. Facillimum itaque fuerit ea in ratione magnas sibi cõparare opes, nempe adulterinam monetam expendendo, iustam atque legitimam mercem recipiendo.

g l. ij. de ver. sig.
h l. in vsu. de ver. sig. vbi dixi.

CAPVT XII.

Emendatus locus in Auth. de restit. fideicomiss. malè in Haloandri translatione versus. Quid sit Copa, apud Verg. quid Cœnaculariam facere veteribus: quid Scalæ iuuenali.

VARIA sunt & in iure nostro, & apud veteres auctores hospitiorum tabernarúmve nomina. Sed vetustissima consuetudo illa fuit, qua publicè, priuatimque ciuitatibus ciuibusque cum peregrinis hospitium contrahebatur in amicitiæ signum: vnde & Tessera hospitalis dicta est. Transiit deinde res in artem quęstuariam: hincque cœperunt constitui Oenopolia, quibus vendebatur vinum: Thermopolia, quibus carnes, resq; huiusmodi calidæ: Latini simpliciter Tabernas vocabant, homines q; Tabernarios Nonio Marcello: quo sensu vox hæc & quandoque M. Ciceroni accipitur. hinc & Diuersoria inducta sũt, in quæ peregrini, persoluta pecunia, reciperentur. Videntur Iurisconsultis nostris omnia hæc loca Cauponæ appellatione contineri[i], & qui hanc artem exercent Caupones dici: & ideo edicto Prætoris omnes hi comprænduntur, cùm nautas, caupones, stabularios custodiam receptorum præstare iubet[k], ne facilè cum furibus coeant in viatorum fraudem. Dicitur P. Vergilio Copa mulier, quæ cauponam exercet:

i l. j. ff. naut. caup. stab.
k l. j. ff. furti adu. naut. cau.

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta mouere latus:
Ebria lasciua saltat famosa taberna.

Tametsi Grammatici aliqui existimēt eo loco nomen proprium esse. Sunt & in iure nostro Cœnacularij [a]. qui scilicet cœnaculariam faciūt. Habebant domus nobilium superiores contignationes, quibus inerant conclauia, quæ inquilinis locabant, ad quæ per scalas adscendebatur extra domum positas. T. Liuius li. xxxix. Consul rogat socrum, vt aliquam partem ædiū vacuam faceret, quò Hispala immigraret. Cœnaculum supra ædes datum, est, scalis ferentibus in publicum obseratis, adituque in ædes verso. Iuuenalis:

Rarus venit in cœnacula miles.

Hinc possunt etiamnum dici Cœnaculariam facere [b], qui scholasticis conclauia dant, & insuper eis curant obsonia coqui, ligna & sal præbentes: quo modo parochi magistratibus iter facientibus. Horatius:

Et parochi quæ debent ligna salemq;.

In Nouella Iustiniani clix. legatum legitur fuisse Hierio suburbium cum omnibus prætoriis, & omnibus scalis. Aliàs admonui, Prætorium dici domum patrisfamiliàs, quam ruri separatam ab operariis habet, sicq; in iure nostro pluribus locis accipi [c]: quo sensu & apud Statiū Syluarum lib. ij. in pollij Surrentino:

——Vitreoq; natant prætoria ponto. Et rursus:
Surrentina tuus spectat prætoria limen.

At scalas eo in loco pro cœnaculis accipi non dubito: quo sensu & Iuuenalis Saty. vij.

——Quo tibi lapso
Figantur virides scalarum gloriæ palmæ.

Habitabant enim causidici & oratores in cœnaculis propter paupertatem, vt ipse ibi cōqueritur: licet eum locum non sat rectè perceperint interpretes. Martialis:

Et scalis habito tribus, sed altis.

Extat & iocosum Lucilij poetæ epigramma, libro ij.

Ἐκλήθην ἐχθὲς Δημήτρει, σήμερον ἦλθον
δειπνᾶν. μὴ μέμψῃ, κλίμακ' ἔχεις μεγάλην,
ἐν ταύτῃ πεποίηκα πολὺν χρόνον, ὃς δ' ἂν ἀνῶθεν
σήμερον, εἰ μ' αὐτὴν ἄρασ' ὄνος κατέχων.

Hesterna ad cœnam fuerim cùm luce vocatus,
Cœnacli ad summum demum hodie applicui.
Longum adeò in scalis iter est: nec scandere quissem
Denique nunc, asini me nisi cauda trahat.

Illud quoque admonendus est lector, antiquam eius constitutionis translationem [d] adeò ineptam, barbaramque esse, vt nullo modo intelligi posit: quæ verò ab Haloandro recentior est, rectius quidem redditam, nisi quòd duobus in locis emendanda est. In primis dum Persuasum, inquit, enim habeo, quòd neque in naturalibus liberis deest Negligent, verbū, ἀθετήσωσιν. Et prope finem: Perinde quasi ex vna voluntate substitutionem interdixerit. Scribēdum fuit, Perinde quasi mutuò fideicommissum repudiātes, ὑποκατάστασιν ἀπαγορεύσαντες. quem locum opinor ille emendaturus fuerat, nisi fata ante diem nobis eum præripuissent, non sine insigni studiosorum iactura.

a l. si verò. de iis qui deie.
b l. solutū. § plane. de pig. act.
c l. vrbana. de verb. sig.
d d. authen. de restit. fideicom.

CAP. XIII.

Dos quid sit, & Donariū, explicati duo loci in Catonis puerili libello, secus quàm grammatici soleant.

DOTEM diffiniunt Doctores nostri variis modis. Ego illud probare soleo, vt sit pecunia ex causa matrimonij marito data: quæ verò mulier citra dotis titulum in domum mariti nomine suo defert, Parapherna dicuntur græca voce, quòd vltra dotem sint. Galli, vt inquit Vlpian. [e] peculium vocant. Hodie Prouinciales vulgari suo sermone dotem, Donarium appellant. quicquid enim præcipuum alicui datur, sicut Dos, ita & Donarium dici potest: quo sensu recentiores auctores Apuleius, Augustinus, Fulgentius, hanc vocem sæpe accipiunt. Arbitror ego & auctorem opusculi quod inscribitur Cato, sic accepisse:

Dilige denarium, sed parce: dilige formam,
Quam nemo sapiens vel honestus optat habere.

Vtrùm carmen videtur corruptum: tametsi & Planudes, qui Græcè illud opusculum transtulit, eandem lectionem sit sequutus. Sic autem est corrigendum:

Dilige donarium, sed parce: delige formam,
Quam nemo sapiens vel honestus optat ab ære.

Ama, inquit, dotem, sed cum modo: eligas autem potius formam vxoris, nec eius pulchritudinem metiaris à pecunia, quàm in dotem dederit: nec enim id probi faciunt, sed impudici potius, vt in obscœno carmine Vergil.

Si nummos tamen hæc habet, puella est.

Vt lib. ij. epig. εἰς γραίας innominatus poeta:

Γιγνώσκειν σε θέλω Πλακιανὲ σαφῶς, ὅτι πᾶσα
ἔγχαλκος γραία, πλούσιος ἐστὶ σορός.

Hoc certum te scire volo Placiane, quòd omnis
Quæ sit diues anus, est locuples tumulus. Vt Iuuen.
——In cœlum quos euehit optima summi
Nunc via processus vetulæ vesica beatæ.

Nec quenquam moueat ratio carminis, cùm siue Donarium, siue Denarium, quod ferè idem est, legamus, semper subest idem vitium: vtraque enim dictio secundam syllabam producit, vt necessariò duæ vltimæ in vnam cogendæ per synæresin sint: quę res exemplo non caret. Quis autem eius libelli auctor fuerit, non satis constat. Porcij enim Catonis proculdubio non fuit. Scripsit ille soluto sermone, citaturque à veteribus non raro: stylus arguit Theodosianum seculum, & fortè Probi grāmatici fuit. Sed quisquis ille fuerit, arbitror minimè Christianum fuisse: idque vel primi carminis argumēto, quo Pythagoricum dogma asserit, prorsus cum Euāgelio pugnans. Existimat Pythagoras sub finem aurei carminis animos hominum in deos verti:

ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Quem imitatus Phocylides:

λείψαν' ἀποιχομένων ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται,
ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.

Inquit etiam Planudes,

Εἰ ὁ θεὸς νοῦς ἐστὶ, ὡς τῶν λογίων πειθόμεθα
Καὶ καθαρῷ νοΐ τόδε σέβε πιστεύοντα πάντων.

Si animus Deus est, vt carmina (sic enim Pythagorica κατ' ἐξοχὴν appellantur) dicunt, Hic tibi præcipuè sit colendus, &c. Duxi autem & hoc explicandum, quoniam nō videtur hic locus vel à quatuor interpretibus, qui in hanc diem eum libellum interpretati sunt, satis intellectus. Damnatur ab orthodoxis Tertullianus [f], qui bonorum animas post mortem in deos verti, impiorum in dæmonas videtur credidisse: si tamen ita credidit: nihil enim impedit, quin recta interpretatione ad verum sensum produci id posit. Ad suprascripta allusisse videtur etiam Vergilius:

e l. si ego. de iure dot.
f xxiiij. q. iij. quidam.

——Dij nē

——Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido?

Menander apud Plutarchum:

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.
Vnicuique suus est animus, deus.

Vnde & illud oraculum, ἕπου θεῷ, apud Plutarchum lib. de audiendo.

CAP. XIIII.

Quid sit Malè agere, & Nihil agere, declaratus Ann. Senecæ locus: deq; eo plura scitu non indigna: sed & emendatus Diogenes Laertius in Antisthenis vita.

SCÆVOLA ait [a], *Agentem ante diem vsusfructus nihil facere: quamuis aliàs, qui ante diem agit, malè agit.* quibus verbis indicatur hoc distare, Nihil agere, & Malè egere: quòd Nihil agit, qui nullam ipso iure actionem habet, adeò vt post iudiciarios labores etiā citra rei exceptionem à iudice sit reiiciendus. Malè agit, qui habet quidem, sed absque effectu, & inutilem, vt quæ exceptionis ope à reo elidi posit. Sicque Doctores nostri vno ore interpretantur. Hinc Lucij Ann. Senecę metaphora: siquidem is prima ad Lucillium epistola, Si volueris, inquit, attendere, magna vitæ pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agētibus, tota aliud agentibus. Quę verba alij aliter vnusquisque arbitratu suo accipit. Ego à Iureconsultis desumpta est video, quod exemplo Ciceronis Seneca quandoque facit: nisi quòd Cicero eleganter & aptisimè huiusmodi iuris verbis vtitur, iste plerunque durè, & audaci nimis translatione. Igitur id sensisse videtur, vt eos maximè damnet, qui oscitabundi & inertes, nunquam animum iis adhibent, quæ faciunt: hi dicuntur veteribus Aliud agere: iis omnia, quæ agunt, pereunt. Sequuntur deinde, qui animum quidem adhibent, sed leuiter, nec præuident se iudicio deficere, adeò vt omnis labor futurus sit irritus: & hi dicuntur Nihil agere, quos iudex nempe sana mens & ratio reiicit. Tertij sunt, qui ingenio quidem & iudicio pollent, sed aliò à voluptatibus trahuntur, adeò vt eorum intentio vitiorum & libidinum exceptione excludatur: hi Malè agere dicuntur. Huc potest pertinere & quod Plinius quadam epistola ait, Satius est otiosum esse, quàm nihil agere. quod dictum alij M. Catoni, ipse Attilio tribuit. Sed & in hunc sensum respondisse videtur Pontico cuidam adolescenti Antisthenes philosophus, vt Laertius lib. vj. tradit, cùm ad parandam sibi doctrinam opus esse dixit libro & mente, stylo & mente, tabella & mente, καὶ νοῦ: mentem & intētionem animi maximè commendans, & identidem repetens. Tametsi eius interpres Ambrosius, itemq; lib. apophthegmatων vij. Erasmus, καὶ νῦ, id est, nouo transtulerint: cùm in deprauatos codices incidissent. Theon in progymnasmatis id dictum non Antistheni, sed Isocrati tribuit, & pro exemplo ἀμφιβολίας adducit. Illud autem sciēdum, duos fuisse Senecas: eū qui Neronis præceptor erat, cuius sunt Epistolæ, & Tragœdiæ, quique patruus Lucani poetæ, & Gallionis frater fuit. Alium seniorem, istius & Gallionis patrem: cuius sunt Declamationes, qui se potuisse Ciceronem audire attestatur: vt ridicula sit eorum sententia, qui vtriusque ętatem coniungentes, vixisse posteriorem annos supra cxx. comminiscuntur: cùm tamen Dion lib. lviij. phthisi laborasse hunc Senecam sit auctor, manusque Caij Principis euasisse, quòd credebat fore, vt quamprimum fato decederet. Cæterum neutrum fuisse Christianum, satis apparet ex operibus. Erasmus etiā subdititias esse Epistolas arbitratur, quæ vltrò & citrò missæ Paulo, Senecæque leguntur: magna tamen est hac in re diui Hieronymi auctoritas. Sed non friuolæ rationes stant contrà: in vna earum adscripti Cōsules sunt Nero iiij. & Messala: in alia Cato & Sabinus. Atqui in iiij. consulatu suo non habuit Nero Messalam collegam, sed Cossum Cornelium. fortè de iij. intelligendum est. Catonis certè & Sabini mentio in Catalogo Consulum apud Casiodorum, idque genus scriptores non reperitur, amplius ergo deliberandum.

a l. j. in fi. quādo vsufr. leg. ced.

CAP. XV.

Declamandi rationem iuris studiosis necessariam esse: & quædam de Libanio, & Paulo Tyrio declamatoribus.

DECLAMANDI ratio qualis, & quàm hodie necessaria sit tyronibus iuri ciuili operam nauare volentibus, sæpe à me prædicatum est. Solebant enim iuuenes, postquam à grammatico dimisi essent, ad rhetorem accedere, apud quem communes disserendi locos addiscebant, deinde fictas controuersias peragebant. eæ aut ex historiis trahebantur, aut ex re, quæ fortè recens contigisset. plurimum ad genus iudiciale pertinebant, non absimiles speciebus conciliorum, quibus quotidie Iureconsulti nostri dant responsa: adeò vt si illis, quod facillimum esset, legum loca allegationesq; adiicerentur, nihil à consiliis nostratium differant. hoc præ se ferunt specimen quæ etiamnum extant fragmēta Declamationum Quintiliani nomine, quæ ad vsque numerum cxxxvj. Tideus Vgoletus Parmensis in publicum dedit. Id & deprændi in iis potest, quas Annæi Senecæ patris esse suprà censui: nec dubium est, quin rectè in eis institutus adolescens, maiore profectu, nec illotis manibus ius ciuile pertractaret. Sed vix obtineri hæc ratio hodie posset, quòd rari grammatici huic muneri apti sint: & si qui alioquin essent, ad vberiora, vtilioraque Legum & Medicinæ studia pertransire malunt, quàm inter pueros consenescere. Inter hosce declamatores celebre est Libanij Sophistę nomen, qui horum studiorum causa sanè quam gratus, acceptusque Iulio Imperatori fuit: eius vitam Eunapius descripsit, aitque, Athenis sub Diophanto philosopho profecisse, tametsi raro in ludum descenderet, rarius cum ęqualibus cōgrederetur, sed plurimum solus se ipsum exerceret. Addit idcirco factum, vt declamationes scripserit haudquaquam ingenio suo pares, vt qui præceptoris operam in ea re neglexerit, cætera verò eius opera probatissima. Quę res exemplo scholasticis esse debet, qui segnius ad scholas accedunt: si tanti ingenij vir hac causa minus profecit, quid putant se facturos? Indiget profectò legalis disciplina, si qua alia ars, duce & præceptore: la-

borantque huius ingenij homines plurimum eo vitio, quod Græcis φιλαυτία est, vt sibi plurimũ placeant, cum cæteris displiceant. Alius fuit Sophista Paulus Tyrius orator, qui artem Rhetoricam, Progymnasmata, Declamatiões scripsit, & demum legatione apud Hadrianum Imperatorem functus est, à quo etiam impetrasse eum Suidas ait, vt Tyrus patria sua metropolis constitueretur: quapropter Imperator Theodosius, cum lege sua idem iuris Beryto tribuisset [a], Igitur, inquit, hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem, Tyro nihil de iure suo derogetur. Sit illa mater prouinciæ nostrorum maiorum beneficio, hæc nostro. Intellexit autem de hac concessione Paulo Tyrio facta.

a l.j.C.de metr. Bery.li.xj.

CAP. XVI.

Explicatus locus Accursij: item declaratum Plauti carmen in casina, Versus, quos cantat colax cum cibo.

CVM lex Pontificum iubeat decimas confestim sacerdotibus parochis solui [b], dubitauit Accur. quid in primitiis agnorum esset: existimauitque, non statim cogendum sacerdotem vt eos accipiat, sed interim nouem saltem diebus penes ouem matrem relinquendos, quæ eos alat, quoniam tempus illud repentinum fauore sacerdotis adiectum est: ita enim scripsit Accursius [c], licet scriptorum vitio totus ille locus sit deprauatus. Quo argumẽto nostrates Doctores, si colonus mihi synthesin caponũ in Martinalibus debeat, isque ante tempus eos adferat, non teneri me accipere aiunt: neque colonum ea oblatione liberari, nisi & nutriciũ adferat, vnde adusque diem Martinalium ali possint. Quam sententiam, tanquam æquitati conuenientem, ego soleo sequi. Conuenit & carmini Plautino in Casina, vbi cum senex missurum se ad vicinum seruos diceret: respondit ille,

Sed facito dum memineris versus quos cantat colax:
Cum cibo tu quoque eos facito vt veniant, quasi eant Sutrium.

Videtur colax auis esse, quæ Græcis est Melancoryphos, vulgò Parraciola, sic à cibo dicta. Veteres enim cibum κόλον vocabant: vnde & κοιλία venter, & κολοιὸς graculus: hincque & Colacis auiculæ nomen, cuius vox mense autumno videtur cum cibo dicere, sicut in Menæh. apud eundem Plautum, noctua tu tu canit. Meritò vicinus iubet vt recordetur cantus Colacis, & cum cibo mittat seruos. Apud Aristotelem lib. ix. de animalib. mentio est Colacis auis, quę certaminis inter vlulam & curuiungues alias volucres causam præstat, quod eam illi rapere festinent: τὸν δὲ κόλακιν αἰγωλιὸς καὶ ἄμοι γαμψώνυχες κατεσθίουσιν, ὅθεν ὁ πόλεμος αὐτοῖς. Alij apud Plautum Corax legunt, quæ dictio coruum significat: sed eius vox nihil habet commune cum cibo, vt quæ potius cras dicat, vnde & Crocitare verbum κρώζειν Aristophani. in pluto vbi Chremillus ita excandescit in Blepsidemum,

χρ. Σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις. ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος
ζητεῖς μεταλαβεῖν.

Sanè quod de Sutrio subiicit, cùm ea vrbs defecisset à Romanis, quia sterili loco sita erat, oportuit milites omnia ad victum necessaria secum deferre: auctor Liuius: sicque hunc locum Festus Pompeius interpretatur.

b c. cũ homines. de deci. xxij. q. j. c. reuertimini.

c glo. l. stipulatio ista. §. inter certam. de ver. oblig.

CAP. XVII.

Etiam graues auctores in ijs, quæ incidenter dicuntur falli: cuius rei duo Iuriscon. responsa testimonio sunt: declaratusq; Cicero lib. Epist. vij.

APVD nostrates Doctores semper sacrosancta fuit communis opinio: sic enim receptiorem, & in quam plures auctores transierunt, vocitare solent: & licet possit vnius forsan & deterioris existimatio, & multos, & maiores in aliqua parte superare [d]: tamen sicut in consiliis publicis non potuit aliud constitui, quàm vt numerẽtur potiùs, quàm vt ponderentur sententiæ, etiam si maior pars meliorem vincat. Sed quomodo hunc calculum inibimus? An si quid obiter, impræmediatè, incidenter dictum ab aliquo Doctore erit, augebit numerum? Et videntur plerique existimasse, nihil id referre. Ego tamen non parum interesse arbitror, re discussa examinataque, sit in aliquam sententiam deuentum, an dum aliud agitur, sit incidenter, & summis labiis aliquid effutitum: sicut non parum interest, rem creueris, perspexeris, attrectaris, an per transennam, fugientemque vix primo intutu videris. Sunt enim non pauca exempla apud auctores, quæ manifestum errorem arguerent, nisi quòd tanquam obiter dicta habent excusationem: vnde & veteres quandoque πάρεργον pro refrigidè, negligenter, oscitabundè facta accipiũt. Non ab re erit duo Iurisconsultorum loca huius modi annotare, Primum est Vlpiani, qui, *Neratius*, inquit, *libro membranarum refert* [e] *Paridem Pantominum à Domitia Neronis filia decem, quæ ei pro libertate dederat, repetijsse*, &c. atqui Domitia hæc non filia, sed amita Neronis fuit. Corn. Tac. lib. xiij. Atimetus Paridem histrionem, libertũ & ipsum Domitiæ, impulit ire properè, crimenque atrociter deferre, ingreditur ille, solitus alioquin id temporis lusus principis intendere, Et rursus: Nec multò post ereptus amitæ libertus Paris quasi iure ciuili, non sine infamia Principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat. Alterum est Pomponij [f]: *Deinde*, inquit, *Q. Mutius. qui ad Carthaginenses missus legatus, cùm essent duæ tesseræ positæ, vna pacis, altera belli, vtranque sustulit*, &c. Zasius symmystes meus existimat legendũ. *Q. Fabius*: ita enim Liuius lib. xxj. Gellius lib. x. eum appellat, qui non absimile responsum Carthaginensibus dederit. cuius auctoritatem sequuti aliqui librarij impressores, locum Iurecõsulti nostri immutarunt, & pro Q. Mutio, Q. Fabium substituerunt: cui sententiæ & ego accederem, nisi antiquissimorum codicum scriptura repugnaret: itemque quòd nusquam constat Q. Fabium in Iurisconsultorum Catalogo recẽseri, cùm contrà Mutiorum familia clari nominis Iureconsultos semper habuerit, maximè, qui ab hoc fortè descendit, P. Mutium, quem Cicero in Bruto Iurisconsultorum disertissimũ appellat, vt infrà etiam Pomponius ait. Vnde apparet corruptum esse in prænomine vulgatũ Ciceronis librum, in quo pro Publio, Quintus passim legitur. Credendum itaque, aut alios auctores secutum fuisse Pomponium, qui à cæteris non solùm in legati nomine, sed etiam in rei gestæ descriptione dissiderent, aut neglectim id & incidenter, quod ad historiam attinet dictum:

d l.j. ver. sed neque. C. de vete. iur. enucl.

e l.iij. §. si liber. de condic. cau. data.

f l.ij. §. deinde. de orig. iu.

ctum: ideoque dissimulatione quadam transmittendum esse, qualia multa etiam Ciceroni ipsi imputantur ab A. Gellio, Politiano, Grammaticisque annotata, quæ ipse ad Atticum μνημονικὰ ἁμαρτήματα appellat, quòd in eis nos fallat memoria. quo nomine & lib. Epistol. vij. Fabium Gallum ipse Cicero tanquam magister aliquis aut pædagogus notat, qui in libello quem inscripserat Cato, imprudenter, Duo nos, dixerat, pro Nos duos. Sed tu, inquit, manum de tabula, magister adest citius quàm putaramus: vereor enim ne κατὰ νοῦν Cato nos: id est, dubito ne erremus, & non secundum sanam mentem agamus, dum Catonem eo in libello celebramus. Vt autem modestius eum carpat, numero multitudinis vtitur. qui pro κατὰ νοῦν, Catonium legunt, & infernum intelligũt, auctoritate A. Gellij conuincuntur, qui libro xvj. cap. vij. id vocabulum ex sordidiore vulgi vsu acceptum soli Laberio adscribit: procul dubio dicturus, si eo & Cicero vsus esset. tametsi nec minùs à recto sensu aberrarint, qui magistrum eo in loco pro dictatore accipiunt. Sanè quod dixit, Manum de tabula, admonentis est prouerbium, vt instar pictorum manum de tabula aliquando tollat, & interim meditationi vacet, ne erret. tribuit hoc Echioni pictori Plin. libro xxxv. cap. x. & illa verba, Vereor ne, intelligũtur pro ne non: quod sæpissimè facit Cicero, & annotatum est à recẽtioribus. Non dubito tamen quin & alij aliter hunc locum interpretaturi sint. Sed quid obest, & hoc qualecunque opinaturis adferre: quod si displiceat, possunt arbitratu suo non gustare, & ad lauriores epulas se conuertere.

CAPVT XVIII.

Quæ sint Viriolæ in iure nostro: quæ alia ornamẽta corporis: & emendata Plinij lectio.

SI ex quatuor viriolis [a] duæ mihi legatę sint, &c. dubitat Accursius, quid sint Viriolæ: dicunt, inquit, quidam esse vasa. ipse verò rectè sentit, esse ornamenta muliebria, quoniam Vlpianus viriolas inter armillas, inaures, annulosque commemorat. Nam & Scæuola, Lineas, inquit, duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis [b]. vbi Accur. viriolas pro torulis accipit, quibus inclusi essent smaragdi. At alij, quibus curæ fuit huiusmodi vocabula explanare, existimant Viriolas lineas esse ex gemmis viridibus, quales intellexit Iuuenalis:

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cùm virides gemmas collo circundedit, & cùm
Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Videtur harum esse mentio & Plinio, qui libro xxxiij. cap. iij. Viriæ inquit, Celticæ dicuntur, viriles Celtibericæ. tametsi aiunt in antiquissimis codicibus non Viriæ, sed Vxoriæ legi. At ego codicem habeo aliter scriptum: nempe cùm dixisset Plinius, in lacernis (sic enim ibi legitur, non vt vulgò lacertis) homines aurum ferre: Variæ, inquit, Celticæ dicuntur, virides Celtibericæ, Constat enim Gallos varias lacernas ferre solitos. Corn. Tacitus: Cæcina versicolore sagulo brachas barbarum tegmen indutus. Vergilius:

Virgatis lucent sagulis.

a l. si tibi. §. j. de opt. leg.

b l. argumento. §. ornemẽta. de au. & arg. leg.

Celtiberos verò viridibus magis oblectatos ab auctoribus quærendum. Ego non arbitror Viriolas cum viridi colore quicquam commune habere, quandoquidem constat viriolas quoque ex auro factitari consueuisse. Vlp. [c] in emendatis codicibus: *Cohæredes*, inquit, *viriolam, quæ aurea dicebatur, exquisito pretio vendiderunt, quæ inuenta magna ex parte est ænea*, &c. Cùm igitur boni auctores nos deficiant in vulgari voce, ad vulgarem recurrendum censeo: is est Isidorus lib. xix. etymologicῶn, cap. xxx. qui, Armillæ, ait, propriè virorum sunt, collatæ militibus victoriæ causa ob armorum virtutem, vnde & quondam dicebantur viriliæ. Fuere tamen qui crederẽt Armillas dictas, quòd iis ornarentur armi: Græci χλιδῶνας vocant. Sed & in lacertis armillas geri constat, sicut & spinther, id est, scintillam, cuius mentio in Plauti Menæh. aiuntque veteres grãmatici, in summo sinisteriore brachio deferri à mulieribus consueuisse: sicut corollis philyris, diadematis caput hæ decorabant: collum verò catenis, seu hypocoristicῶs catellis murenulis, monilibusque huiusmodi: at digiti annulis, vngulis, tynniis ornabantur. vnde Flacci poetæ carmen ab Isidoro citatur, sed deprauatum:

Lucentes mea vita nec smaragdos,
Berillos quoque nec mihi nitentes,
Nec percandida margarita quæro,
Nec quos tinnica lima perpoliuit
Annelos, nec iaspios lapillos.

Quos verò digitis serui ferebant, Plautus in Trinũmo Condalia appellat. quæ autẽ auribus applicantur, Inaures dicuntur Iurisconsultis nostris, fortè & Iuuenali: Molles quod inaure fenestræ arguerint. Plau. Epid. Non meministi me inaurem adferre ad te natali die? Est & Stalagmium aurium ornamẽtum Festo, cuius in Menæh. Plautus meminit, quasi guttulam dicas, Iuuen. Elenchos auribus dat. nos vulgò Fermalia dicimus. Stalagmium autem dictum à stillæ similitudine videtur, erant & Torques propriũ virorum ornamentum, vnde Torquati cognomentum. at Bula adolescentium, quæ collo affixa pectus contingeret, ἀπὸ τῆς βουλῆς. id est, à consilio dicta.

c l. quid tamen. de contrahen. emp.

CAP. XIX.

Ænigma quid sit Iustiniano: quid Imaginosum Catullo: quid superstitiosus Plauto.

IVSTINIANVS nouella constitutione iubet omnino æqualitatem in dote [d], & propter nuptias donatione obseruari: atque ita pacisci coniuges, ne vna quarta ὡς ἐν αἰνίγματι, id est, tanquam in ænigmate, altera maior appareat. quo in loco Accursius ænigma speculum interpretatur: sicut enim in illo videtur esse, quod non est: ita & suprascripto pacto videbatur subesse æqualitas, cùm verè nulla esset. Ego à Græcis speculum scio κάτοπτρον appellari, vnde Catoptromantia diuinatio, quam aniculæ & superstitiosi per speculum faciunt. Aenigma verò hoc sensu accipi, nusquam legi, Palæphatus libro ἀπίστων, à Thebanis ænigmata vocari insidias, & incursiones hostiles ait, Aul. Gellius lib. duodecimo

d in auth. de æqual. dot.

queſtionem obſcuram & inuolutam ſic dici exiſtimat: vnde & vulgare ſchema grammaticis, quod genus ſermonis veteres Latini ſcrupos appellabãt: ſic enim arbitror caſtigatiùs legi: quàm Sirpos: quandoquidem Sirpus pro re clara accipitur. Teren. Nodum in ſirpo quæris. tametſi inuoluantur plerunque ſirpi conficiendis phormionibus, ſeu ſtoreis. ſcrupus verò pro re difficili & ſalebroſa: vnde Scrupum iniicere Terẽt. & ſcrupoſa via Plaut. in Capt. Nam meus ſcrupoſam victus commeat viam. Cui reſpondet paraſitus: Cum calceatis dentibus veniam tamen. Etenim calcei impediunt ne pedes lapilli poſſint lædere, vt mirandum ſit, cur Cælius Rhodog. lib. antiq. lect. x. cap. xlix. ἀπὸ χαλκοῦ, id eſt, ære metaphoram illam trahi ſenſerit. Satiùs ergo eſt, legis verba ſimpliciter accipere: qui enim decipere aliquem volunt, obſcurè, perplexéque loquuntur. Terent. Pergin' ſceleſta mecum Perplexè loqui? Dionyſius apud Ariſtophanem in ranis:

—οὐκ ἔχω φράσαι,
ὅμως γε μὴν τὸ σοὶ δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.
—*Non habeo eloqui,*
Sed indicabo tibi tamen in ænigmatis.

Sanè exiſtimant grammatici, Speculum M. Catullo imaginoſum appellari, Epigram. in Acmen.

Non eſt ſana puella: nec rogare
Qualis ſit ſolet hæc imaginoſum.

Tanquam innuat eam eſſe adeò deformem, vt nunquam ſpeculum inſpiciat. quo ſenſu & Lucill. poëta lib. ij.

Ῥύγχος ἔχων τοιοῦτον, Ὀλύμπικε, μήτ' ἐπ' ἰσοπ[illegible]ρον
ἔλθῃς, μήτ' ἐν ὄψει πρός τι διαυγὲς ὕδωρ.
καὶ σὺ γὰρ ὡς Νάρκισσον ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς
τεθνήξει, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

quod à me tum adoleſcente ſic redditum latinè fuit:

Grype caue ad ſpeculum, liquidúmue accedere fontẽ,
Ne tua conſpiciens turpia membra cadas.
Ne veluti proprio perijt Narciſſus amore,
Fortaſsis proprio tu moriare odio.

Ego tamen apud Catullum pro imaginoſo potiùs, diuinatores & phantaſticos iſtos interpretor, qui atra bile laborant, ſeu dæmoniacos aut lunaticos curant: veteres & ſuperſtitioſos vocabant. Plautus in Amphi. Illic homo ſuperſtitioſus eſt, geſtiunt pugni mihi. Diuinabat enim fore vt vapularet. Quem locum interpretes nõ rectè explicuerunt, qui ſuperſtitioſum pro timidò accipi ibi tradidêre. Plinius Cæcil. quadam epiſtola, eos qui ſomniantes diuinant, imaginari ait. Plaut. in Rudente:

Quid ſi iſta aut ſuperſtitioſa, aut hariola eſt? atque omnia
Quicquid inſit, vera dicet, ánne habebit hariola?

CAP. XX.

Tabulam figere quid ſit Venuleio?

VENVLEIVS, *Si ad ianuam,* inquit, *meam tabulas fixeris, & ego eas priuſquàm tibi denuntiaſſem, refixero: deinde inuicem quod vi aut clàm interdicto egerimus, niſi remittas mihi, vt abſoluar, condemnandum te, quaſi rem non reſtituas,* &c.[a] Accipiunt hoc reſponſum Accur. Bar. cæteri, vt ſimpliciter intelligatur in quocunque, qui in re mea à me poſſeſſa ædificauerit: licere enim mihi propria auctoritate id demoliri: quòd ſecùs eſſet, ſi ea res à me non poſsideretur: tunc enim non, niſi magna ex cauſa, id concedendum, vt propria autoritate deſtruam: veluti, ſi iudex nullus eſſet, quem adire potuiſſem[b], ſubeſſetque in mora periculum. Quæ vt vera ſint, non tamen explicata ſunt Iurecõſulti verba. Oportet enim in primis ſcire, quid eſſet tabulam figere, & refigere. & videtur ea fuiſſe apud veteres conſuetudo, vt cùm debitor abeſſet, priuſquam ex edicto bonorum eius poſſeſsionem, ceu contumacis, & in fraudem latitantis, prætor concederet, ad eius domum cum teſtibus creditor accederet, &, eo non inuento, eius ædibus tabulam præfigeret, fortè ne quid interim abſportaretur, eamque rem in teſtationem redigeret. M. Tul. oratione pro P. Quintio: tum Næuius pueros corrogat, vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint: hora ſecunda veniunt frequentes, teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe: tabulæ maximè ſignis nobilium hominum conſignantur: diſceditur, poſtulat à Burieno prætore Næuius, vt ex edicto bona poſsidere liceat: iuſsit bona proſcribi eius, &c.

a l. fina. quod vi aut clam.
b l. ſi alius. §. bellisſimè. eod. tit.

CAP. XXI.

Quid ſit More maiorum facere: & de moribus quàmplurima: tum Plautus in Merc. emendatus.

POMPONIVS lib. v. ad Sabinum: *Libertinus,* inquit, *libertinam matrem, aut ſororem ſuam vxorem ducere non poteſt*[c]: *quia hoc ius moribus, non legibus introductum eſt.* Id reſponſum cùm nec Accurſ. nec quiſquam alius Doctorum ſit interpretatus, pleriſque cauſam dedit anxiè dubitandi, quid ſibi iis verbis voluerit legiſlator. Et ſciendum, quod ad ius ciuile noſtrum attinet, ſeruos pro nihilo ſemper reputatos eſſe[d]: & ideo exiſtimatum, nullam inter eos agnationem[e], nullum coniugij ius eſſe. Quòd ſi manu à domino mitterentur, nouos homines cenſeri, & ad id, quòd in ſeruitute fuiſſent: nihil attendi: quod etiam in ſeruis pœnę proditum eſt. Vnde, ſi quis in metallum datus ſit, ſtatim intercidit quòd ei legatum eſt[f]. nec quicquam refert, quòd indulgentia Principis reſtitui poſſit: etenim reſtitutus alius homo cẽſetur, niſi quatenus princeps etiam iura proximitatis ei reſtitueret[g]. Meritò ergo potuit dubitari, an Libertinus poſſet matrimonio iungi cum matre, aut ſorore: tanquam illa cognatio, quæ ante manumiſsionem fuit, non attenderetur, ſed nouus homo etiam hoc reſpectu cenſeretur. Negat id Iuriſconſultus: cenſetur enim nouus homo quantum ad ea pertinet, quæ iure ciuili ſunt inducta[h]: non autem reſpectu matrimonij, quod à moribus gentium, iureque naturæ plurimum pendet. Hincque apparet eam dictionem Moribus, ad rationem naturalem, iuſque gentium referri: plerunque tamen ad ius ciuile refertur, quod poſt legem xij. tabularum prudentum conſuetudine introductum eſt[i]. Vnde pupillaris ſubſtitutio moribus inducta dicitur[k]: & more noſtræ ciuitatis pupillus abſque tutoris auctoritate obligare ſe non poteſt[l]: & more maiorum debet pro tribunali ius dicere Prætor: & more maiorum is ſolùm iuriſdictionem mandat, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet[m]: quæ omnia de ſupraſcripta conſuetu-

c l. libertinus. de ritu nupt.
d l. quod attinet de reg. iu.
e l. is qui. ff. vnde cogn.
f l. intercidit. in fi. de cõd. & demon. §. quod autem. inſt. de cap. dimi.
g l. j. §. filio. ad Tertull. l. j. in fi. ad Tertull. l. j. in fine. de contra tabu.
h l. eos. de cap. dimi.
i l. ij. §. iis legib. de ori. iur. l. ius ciuile. de iuſt. & iu.
k l. ij. de vulg.
l l. more. de acqui. hær.
m l. more. de iuriſdi. om. iu.

ſuetudine accipienda ſunt, non, (vt Accur. quãdoque credidit) de moribus Lacedæmoniorũ: non enim Spartanorum conſuetudines ad ius noſtrum pertinent, & ſi aliquid ab eis Decemuiri acceperunt, id in xij. tabulas relatum iuris ſcripti pars apud nos eſſe cœpit. Sed & haudquaquam hodie pupillaris ſubſtitutio ad conſuetudinẽ referetur: ſed potiùs ad ius ſcriptum: cùm Iuſtinianus[a] omnibus veterum reſponſis de ea loquentibus, quæ in Digeſtis leguntur, ius & auctoritatem legis dederit. Nec quicquam facit, quòd etiam hodie fiduciarium, clientelaréque ius, quod Feudum vocant, ad conſuetudinem referatur. Reſpondeo: Q. Hortenſius, & G. Catapiſtus, Mediolanenſes ciues, & quidem priuati, qui eos vſus in ſcripturam reduxerunt, legis condendę auctoritatem nõ habebant: meritò adhuc ad conſuetudinem pertinent, ſcripturaque illa duntaxat probationi faciendæ ſufficit. Sanè S. C. quo ſocios Lucij Catilinæ apud Salluſtium more maiorum puniendos ſancitũ eſt, hanc habet ſignificationem, vt ſummũ ſupplicium de eis ſumeretur, ſicut ſolebat fieri tempore maiorum, id eſt, ante legem Portiam, qua cautum deinde fuit, ne quis ciuis Romanus gladio conſumeretur: ſed loco mortis ſufficeret in inſulam deportatio, igniſue aut aquæ interdictio. Corn. Tacitus libro xiiij. Cenſuit Marullus Conſul deſignatus reum more maiorum necandum: contrà Thraſea diſſeruit, carnificem & laqueum pridem abolita, & eſſe pœnas legibus conſtitutas, quibus ſine iudicum ſæuitia & ipſorum infamia, ſupplicia decernerentur: quin in inſulam publicatis bonis iret, &c. Cæterum apud Plautum in Mercat. more maiorum cognoſcere, eſt indicibus priùs auditis, de re capitali cognoſcere: nec enim priùs nomen cuiuſquam inter eos recipiebatur, quàm indicium factum eſſet[b].

Neque hæc pernoſſe more maiorum inſtiti:
Per me percontatus ſum, ſineq; indice aliquo.

Sic enim legenda ſunt ea carmina, quæ vulgò corrupta circunferuntur. Sed & oppidò quàm eleganter idem Plautus in Trinum. ſeruum cõquerentem de moribus hominum inducit, quibus leges corruptæ vitiatæque ſint, iis carminibus quadratis catalecticis:

Nam nunc mores nihili faciũt quod licet, niſi quod lubet:
Ambitio iam more ſancta eſt, libera eſt à legibus, &c.
Mores leges perduxerunt in poteſtatem ſuam,
Neque magis ſunt ijs obnoxij, quàm parentes liberis.
Eæ miſeræ etiam ad parietem ſunt adfixæ clauis ferreis,
Vbi malos mores adfigi nimio fuerat æquius, &c.
Neque quicquã iſtis lege ſanctum eſt, leges mori ſeruiũt,
Mores autẽ rapere properãt, qua ſacrum, qua publicum.
Hercle iſtis malã rem magnam moribus dignum eſt dari.

a l. ij. C. de vet. iu. enuc.
b l. is qui reus. de pub. iud.

CAP. XXII.

Quid ſit Reſciſsio, & Reſciſſorium iudicium.

VLPIANVS[c], *Si,* inquit, *emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit ſortitus, deinde nepos patre mortuo ad bonorum poſſeſsionem aui velit venire, admittendus eſt: non enim per reſciſsionem is, qui filius iuſtus eſt, efficitur non filius, cùm reſciſsio quò magis admittatur, non quò minus, adhibeatur.* Videndum eſt quænam hæc ſit reſciſsio. & Accur. auiti teſtamenti reſciſsionem interpretatur: Hugolinus reſciſsionem patrię poteſtatis[d]: Ego verò reſciſsionem emancipationis ſeu capitis diminutionis: nam alibi idem Vlpianus[e], *Bonorum,* inquit, *poſſeſsiones aliquæ competunt non habentibus ius legitimum propter capitis diminutionem: quãuis enim iure ciuili deficiant liberi, qui propter capitis diminutionem deſierunt eſſe ſui hæredes, propter æquitatem tamen reſcindit eorum capitis diminutionem prætor,* &c. Cùm ergo propter emancipationem diminutus eſſet capite filius, ideoque à lege xij. Tab. non admitteretur, nihilominùs prætor ei, &, eo mortuo, eius filio bonorum poſſeſsionem, etiam cõtra tabulas aui, concedit, perinde ac ſi emancipatus non fuiſſet: quę Reſciſsio fauore ipſius filij inuenta eſt, non autem in damnum, vt nepos, qui aliàs legitimus eſſet (non enim emancipati paternum conſenſum in nuptiis expectant[f]) efficiatur illegitimus: admittetur ergo is nepos defuncto patre ſuo aduerſus tabulas auitas: quòd ſi pater vixiſſet, quia ab eo præcedebatur, præteritione exiſtimatus fuiſſet exhæredatus, ideoque non contra tabulas bono. poſſeſsione, ſed inofficioſi teſtamẽti querela agẽdum eſſet: quod lib. Paradoxorum iiij. ca. xlj. commodiùs explicui. Eſt autem Reſciſsionis iudiciũ, quod Prætor aduerſus ſtricti iuris regulas quadam ex æquitate concedit: vt cùm vſucapionem reſcindit[g], vt cùm rei traditionem, in fraudem creditorum factam, pro irrita habet[h]. Sic & alibi Reſcindi ſuperius iudicium dicitur, cùm in ſubſidium creditor peculiaris ſerui aduerſus venditorem admittitur, quatenus ſeruare ab emptore non potuit[i]: Græcè ἀνάδικος δίκη, appellatur. Andocides de myſteriis, ὅπως μήτε χρεῶν ἀποκοπαὶ ὦσι, μήτε δίκαι ἀνάδικοι γίγνοιντο. Vt ne alieni æris deciſiones fierent, neque reſciſſoria iudicia. Sanè ſupraſcripto reſponſo adnotandus eſt ille loquendi modus, Sortiri filium: metaphoricωs quidem, ſed durè.

c l. iij. §. ſi emancipat. ff. de bon. poſſ. contra tab.
d l. j. §. ſi quis filium. ſi ta. teſt. nul.
e l. ſed cum patrono. §. j. de bo. poſſeſſ.
f l. Paulus. de ſtatu homi.
g §. rurſus. inſt. de act.
h §. item ſi quis in fraudẽ. cod. titul.
i l. quoties. §. ſi creditor. de pecu.

CAP. XXIII.

An monachiſmo deleatur ingrati vitium: & de epiſtola, Inter claras, an genuina Pontificis Ioannis ſit.

AGITVR annus ferè quadringenteſimus, cùm Gratianus monachus ex Benedicti familia, veterum Pontificum decreta reformanda ſuſcepit: & certis quæſtionibus ſubiecta multis quoque ſanctorum patrum teſtimoniis auxit, locupletauitque: adeò vt opus illud ſuum, à ſtudioſis magno plauſu exceptum meruerit Iuris Pontificij pars eſſe. In eo xix. q. iij. cap. pen. traditur[k] ex nouella, Ingreſſu monaſterij cauſam ingratitudinis, ob quam à patre quis iuſtè exhæredatus ſit, aboleri. Audiui quandoque qui dicerent, ſuſpectum in cauſa monachorum eſſe hunc monachum Gratianum: cuius ſcripta eatenus approbata videri debent, quatenus apud auctores reperiuntur, quos ille adducit. At extare nouellam Iuſtiniani conſtitutionem per Iulianum Patricium Latinam factam, in qua nullum tale caput legatur: vt mirum ſit, pleraq; alia ex eo libro accepta inueniri, hoc non inueniri. Atqui Accurſius eius ætati aliquantò proximior, ſatis oſtendit iure nouellarum monachiſmo non deleri ingratitudinem[l], amplius ergo quęrẽdũ eſſe, verè id caput à nouella acceperit,

k xix. q. iij. c. nõ liceat.
l glo. in auth. de monac. in prin.

an

an φαυλονομικὸν hoc in suam vtilitatem sit commẽtus. Lubet iis & aliud non dissimile adiicere. Sunt qui & suspectam habeant Ioannis Pontificis epistolam, quæ sub titulo de summa Trinitate, in Iustiniani Codice sita est, dicuntque in antiquis codicibus non inueniri: quod (vt arbitror) eò faciunt, vt illos adiuuent, qui Pontificis Roma. auctoritatem deprimunt: quo nomine alios quoque auctores deprauatos ab eis deprændi: vt Othonis Phrinsingensis chronica, vt Lygurini poetæ carmina quædam. Ego in antiquis plurimis eam extare scio, nec vlla suspicione conuelli posse: quòd si vnus aut alter codex non habeat, id scriptorum incuriæ tribuendum, qui eam quandoque omiserint, quòd non multum ad legalis scientiæ materiam pertineret: nõ tamen ideo hæsitandum est, quin genuinus germanusque Ioannis xj. sit fœtus.

CAP. XXIIII.

Belisarium summum ducem haudquaquam à Iustiniano afflictum fuisse: & confutata fabula quam Crinitus, Pontanus, Volaterranus scriptis mandarunt.

SCRIPSIT Pet. Crinitus lib. xv. de honesta disciplina, de quibus quid in vniuersum sentiam, non habeo nunc necesse pronuntiare: in partes verò rectè Martialis carmen poterit prædicari:

Sunt mala, sunt quædam mediocria, sunt bona plura.

Is lib. ix. cap. viij. Iustinianum nostrum pudenda nota accusat, qui summum ducem Belisariũ, rerum gestarum fama, virtuteque nulli veterum cedentem, præ liuore obcæcarit, eoque redegerit, vt mendicus numulos ad victum quæreret, viatoresque iis verbis compellaret: Obolũ viator Belisario concede, quem liuor, non error adflixit. Defendam ego hac in re Iustinianum, piissimique & maximi Principis partes aliquãtò probabiliore, fauorabilioreque causa, quàm ipse accusarit, sustinebo: Crinitumque ipsum in primis interpellabo, vnde hanc fabulam commentus sit. Opinor facetum aliquem (id enim Tyrrhenis proprium, vt Athenæus ait, & trãslatum à Nicolao Leonico variæ historiæ lib. ij. ca. xcv. extat) cùm Græcum qualemcunque auctorem in manibus haberet, a Crinito interrogatũ, vt ex eo depromeret, vnde libros suos augere posset, hanc effinxisse næniam, credulitatique hominis illusisse. Adducit ille testem Procopiũ: atqui is rerum præclarè à Belisario gestarum testis locupletissimus est: huius adeò pudendæ mortis nullam prorsus mentionem facit. Agathius, qui illi in historia successit, effœtum ætate Belisarium aduersus Hunnos conflixisse ait, quamprimumq; Constantinopolim rediisse, aduersa procerum voluntate, qui cùm eius gloriæ inuiderent, curarunt ne exantlatis laboribus paria præmia consequeretur: nullum præterea aliud verbum. Suidas cùm eius vitam celebrasset, & abstinẽtiam, probitatemq; laudasset, nihil de tali morte scribit: vt satis appareat, cõmuni sorte eum decessisse. Qui Annales Constantinopolitanos Græcè scripserunt, ante Iustiniani obitũ detecta quadam conspiratione insimulatum à Sergio Belisarium memoriæ mandarunt, & hoc nomine domi suæ custoditũ fuisse: deinde post paucos dies absolutum, pristinos honores recepisse omnes: quod & in quibusdam Pauli Diaconi codicibus Latinis etiamnum legitur. Sed & quis tam malè habitum à Iustiniano tantum virum credat, cùm auctore Procopio lib. iij. constet, Arthabanem quosdamq; alios, qui cum eo in caput ipsius principis coniurauerant, deprẽsos non vltra punitos fuisse, quàm vt in custodia essent, præterea nihil mali passos? Haudquaquã igitur persuaderi mihi facilè poterit, talem fuisse præstantissimi ducis exitum: non si iuratus mihi hoc Pontanus diceret, non si Volaterranus quos credibile est Crinito ipsi fidem adhibuisse, nec hac in re multum curæ collocasse, ex certis auctoribus hoc accepisset Crinitus, an commentitiis, ineptisque ex scribliginibus, qualia pleraque vulgo feruntur, quæ lege Pontificia[a] ἀπόκρυφα vocantur, quòd non digna sint vt palàm explicentur, sed in occulto potiùs sint tenenda.

a cap. fina. xvj. distinct.

CAP. XXV.

Infortiatum vnde nomen sumpserit.

SVPERIOR locus, quo nimiæ credulitatis reum egi Pe. Crinitũ, me admonet, vt idem quoque vitium in Accursio[b] nostro coarguã. Is cùm iuris nostri liber, quo vltimæ voluntates continentur, vulgò Infortiatum dicatur, vt nominis rationem adduceret, Sunt, inquit, qui dictum putent ab infortiis, Chaldæo vocabulo, quod est dispositio, quia vltimæ dispositiones hîc sunt. Interrogaui quãdoque hominem, qui eius linguæ notitiam profitebatur: is constanter adfirmabat, id nomen in eo idiomate nusquam legi: & certè mihi haud verisimile videbatur, Latinos homines Babylonẽ, quæ Chaldæorum patria est, legationem vllam misisse, vt nomen libro isti impetrarent: existimabamque glossulario nostro interpreti idem cõtigisse, quòd diuo Hilario quondam Pictauorũ antistiti, vt, scilicet, à Iudæo homine deciperetur: is in canone, quém in Matthæi Euangeliũ scripsit, cùm in dictione Hebræa, הושענא, Hosahanna interpretanda hæreret, Iudæum consuluit: qui, vt Christianum illuderet, Redemptio, inquit, domus Dauid, hac voce significatur: ita fortè sibi in buccam venerat. Credidit vir sanctus, & commentariis suis mandauit: cùm constet, Hieronymo auctore, peculiarem eius gentis acclamationem esse, sicut *iotriomphe*, apud Romanos: quod & ab Erasmo relatum extat. Significat autem, ea vox Hebræa, obsecro, salua. Cæterùm vt quid mihi de hac re compertum sit enarrem, cùm Iustinianus ius ciuile nostrum digessisset, & id præstitisset, quod tantopere M. Cicero in oratore desiderat, vt scilicet perfectã, magnam, vberemq; iuris artem aliquis tandem componeret, & ius ciuile in artem redigeret, recepta statim Romanis in prouinciis ea fuit. At Italia tunc Gothorum bello non tantùm concussa, sed ferè exhausta exinanitaque, non diu eam tenere potuit. Superuenerunt à Germania intra paucissimos annos Longobardi, deinde post eos Franci, demumque Imperatores Germani, quorum primus Otho: quo tempore non Iustiniani editio in vsu fuit, sed aut lex Longobarda, Salicaue, ita vocabant, aut compendium illud Theodosiani Codicis, quod vulgò etiamnũ circunfertur. Interim ea iuris nostri pars, quæ ad vltimas voluntates pertinebat amissa est. Nam & hodie in Germania Galliaque rarum est, vt quisquam testetur: & sicut veteres illi, quos poeta Ennius Cascos vocat, ante leges xij. tabularum † testari non poterant: ita isti etiam, si possent, nolunt: sed viuentes bonis suis fruuntur, quid post mortem contingat, incuriosi. Lex enim illis ab intestato salua est: quicquid legassint, ius non est. Pacata demum Italia, & vrbibus munitioribus, quàm vt facilè barbaris paterent, pacis quoque studia rediêre: perquisitusque est amissus Codex, & Rauennæ (vt Odofredus) ait[a] repertus: ea enim diutius Græcorum imperio patuerat, & sub exarchis Constantinopolitanis Iustiniani leges ad eam diem seruarat. Hi Græculi, cùm eum librum Latinis traderent, testabantur sermone suo, se τὰ φορτία eis dare: sic enim eorum lingua vocabatur, quicquid victus & annonæ causa importatur. sciebant ex omni iuris corpore nullam vtiliorem partem, & quæ πυρὸς ἄλφιτα magis faceret, esse: quod soleant controuersiæ circa dotes, atq; hæreditates grauiores esse, & insigniores, vnde maxima honoraria, atque opimiores sportulæ aduocatis, iudicibusq; dentur: vnde & in prouerbio est, Sine sacris hæreditas. Transalpini certè hodie plerique ei iuris parti rarò dant operam, veteremq; seruant moram, vt intestati decedant: exceptis tamen nobilibus, quibus id antiquissima cõsuetudine concessum est. Siquidem cùm Arcadius Honoriusque Imperatores ex fœdere Aquitaniã, Aruernos, Bituriges Gothis tradidissent, disertè cauerunt, vt Senatorib. populi Romani liceret lege Romana in eis regionibus viuere, lexque illis testamentorum salua esset: quod eius temporis auctores prodiderunt.

b rub. ff. solut. matrim.

† *Et ante eas Solon testari permisit apud Plutarchum.*

a Odofr. l. ius ciuile. de iustit. & iure.

CAP. XXVI.

Cur fideiussio à marito præstari vxori pro dote nequeat: qui sint Mothones, locus Ciceronis explicatus in Epistolis.

AB Imperatoribus iandiu cautum fuit, ne quis pro marito causa seruandæ dotis apud vxorem fideiuberet: sed talis fideiussio, vel etiã mandatum, nulla essent. Quod induci lex ait, ne causa perfidiæ in connubio eorum generetur[b]. Quæ ratio sanè quàm obscura est, & variis modis ab interpretibus nostris accipitur. Ego & illam speciem approbare soleo, quòd maritus vt fideiussorem inueniat, conniuere quoque possit, & amori eius obuiam non ire, qui promissionis suæ fructum aduẽtitium hunc capere velit: sicut apud Lucillium Capius, qui Pararchinchus, ἀπὸ τοῦ ῥέγχω dictus est, quod rostro, seu naso sterteret, & somnũ in mense simularet, vt riuali vxoris suæ morem gereret, vt est apud Festum: quod & à quodam Galba factum fuisse Plutarchus est auctor, dum C. Mecœnati in vxoris suæ amorem effuso obsequeretur: vnde ortum prouerbium, Non omnibus dormio. Iuuenalis:

—Doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

Sunt qui hos & mothones Græcis vocatos tradant. Sed Aristophanis interpres in Pluto, mothonem pro inhonorato, turpi, inaniq; homine exponit, à quodam eius nominis turpiter in cõuiuiis agente, obscœnæq; saltationis auctore: cuius mentio & apud eundem auctorem est in Equitibus. quo sensu fortè & accipiendus est Cicero Epistolarum familiarium lib. vj. ad Tironem: Calface hominem, vt ego mothonem. nos vulgò id genus hominum Hircos vocamus, siue quòd vxores eos auersentur, tanquam hircosos, & fœdo alarum odore laborantes: vnde Catulli carmen, Et putare cæteros hircos. siue quòd id animal libidinis symbolum sit. qua ratione Vergilius, Transuersa tuentibus hircis: rem adeò infamem, & turpem ostendens, vt etiam hirci ipsi, quamuis aliàs fœdissimi, inspicere erubescerent, & transuersim potius intuerentur. Scio alios aliter interpretari: sed suum cuique iudicium esto.

b l. j. & ij. C. ne fid. dot. den.

CAP. XXVII.

Quid sit occultare se circa columnas, Vlpiani Ciceronisq; & Iuuenalis, itemq; Plauti loca declarata, atque emendata.

EVM, *qui circa columnas se occultat, vt creditorem euitet, latitare placet*: sicq; Vlpiano visum est[c]. Dubitari probaliter potest, cur columnarum mentionem Iurisconsultus fecerit, sicut & apud Horatium in arte poetica:

—Mediocribus esse poetis,
Non homines, non dij, non concessere columnæ.

Sed & Iuuenalis de vulgari muliere, & quæ in publicis locis versari consueuisset, Satyra vj. inquit,

Consulit ante phalas, delphinorumq; columnas.

Videndum ergo quomodo hæc loca accipienda sint, & Iuuenalem explicandum arbitror ex historia Dionis, quam lib. xlix. circa finem descripsit: etenim is tradit, M. Agrippam cùm in hippodromo, id est, circo, qui locus Romæ exercendis Circensibus ludis institutus erat, videret plerunque errantes in numero, dum duorũ stadiorum circuitionem cursumque minus rectè obseruarent, iussisse delphines quosdam fabricari, & machinas, seu phalas in oui formam, quibus viarum circuitus certius demõstrarentur, ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ σφαλλομένους τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμὸν ὁρῶν, τούς τε δελφῖνας καὶ τὰ ὠοειδῆ δημιουργήματα κατεστήσατο, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. Cuius rei etiam mentio est Cassiodoro Epistolarum lib. iij. ad Faustum, vbi Delphinas illos, & ouorum formã, allegorico sensu interpretatur. vnde & T. Liuius libros xlj. Carceres, inquit, in circo, & oua ad notas curriculis numerandas. quo sensu diui Seueri & Antonini rescriptum est intelligendum: *Si columnas Circensibus promisisti*, &c.[d] Idem Dion. lib. liiij. auctor est, paucis annis antè, quàm diuus Augustus decederet, dedicasse eum Quirini templum à se constructum, & lxxvj. columnis ornatum, quot annos ipse vixit: vt plerique interpretarentur, non temerè, aut fortuitò, sed quodam imperij sui præsagio id ab eo factum. Sanè erant & columnæ, quibus impositæ stabant statuæ, in foro, aliisque publicis locis, quarum vetustissima fuit Cai. Mæuij, cuius Plinius libro xxxiiij. cap. v. meminit. vnde & columna Mæuia dicta M. Ciceroni oratione pro P. Sextio: ad hasce columnas, sicut ad statuam serui[e], ita accurrebãt plerunque obærati

c l. cum qui. §. de pri. cred.

d l. j. §. denique, de pollicit.

e l. j. C. de his qui ad statu. cõfug.

obærati. Vnde eadem in oratione elegans Ciceronis metaphora? Fœneratorum gregibus inflatus, atque perculsus, olim Herculeo illo æris alieni in freto ad columnam adhærescéret, ni in tribunatus portum insugeret. Alludit autem ad Herculeas columnas: & ideo, *Herculeo*, non autem, vt vulgati codices habent, *Nesculeio*. legendum est. De huiusmodi columnis arbitror intelligendum Vlpianum [a]: videturque M. Cælius in epist. Cicer. hosce obæratos appellasse Columnarios. Mentio huius columnę est etiam Ciceroni in Diuinatione in C. Verrem. Carmen verò Horatij alium videtur habere sensum: etenim si ad Comicos poetas Tragicósve referas, possent columnæ accipi, quæ erigebantur ab iis qui inspectare cuperent, qualia sunt Meniana: non enim quisquam impendium erigendæ, ornandæque columnæ subire volebat, vt mediocre quiddam inspiceret. Sed satiùs est simpliciter accipere, vt μετωνυμικῶς porticus, quibus recitabant poetæ, columnarum nomine intellexerit. vnde & prouerbialiter dicimus, Rumpere columnas: sicut Vergilius,

Nunc cantu querulæ rumpunt arbusta cicadæ.

Dion lib. lviij. Cùm Senatores, inquit, Calendis Iulij & Augusti audiendis recitantium orationibus vsque ad noctem commorarentur, edixit Claudius, sufficere si columnis inscriberentur, &c. quæ interpretatio & proximo carmini conuenit:

——Platani conuulsaq; marmora clamant.

Metaphoricωs autem verbis medicorum vtitur, à quibus rupti, conuulsique dicuntur, qui neruorum affectione, & spasmo laborant. Sed & eadem ratione sic appellantur, qui nimio clamore venas vel in gutture, vel in inguine tumescétes offenderunt. Ramices Plautus vocat in Mercatore: Tua causa rupi ramices, iandudum sputo sanguinem. Et in Capt. histrio nolens clamare: Rupturus ramices causa ego non sum tua. Sic enim legendum illud carmen; tametsi alij aliter intelligant.

a d.l. eum, qui.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER QVINTVS.

CAP. I.

Quid sit causæ coniunctio, apud Paulum.

PAVLVS ait [b]: *Per regulam breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quasi causæ coniunctio est.* Sed quidnam iis verbis significari credemus? Placentinus interpretatur sic dici, quia plures causæ simul iunctæ regulá constituunt: qui sensus verbis ipsis repugnat. At Ioannes causam, id est, rationem interpretatur, quasi regula causam, id est, rationem coniungat, vt quæ in vno casu reddita est, in aliis quoque procedat, qui eadem æquitate nitantur. Sed & hæc sententia haud sanè verbis conuenit: vnde ego hæc verba ex Rhetorum traditionib. explicáda potius censuerim, qui causam esse maximam propositionem definiunt, à qua argumentum deducitur: vt si quis iustitiam velit ostendere esse naturalem, dicat, Quorum causæ efficientes sint naturales, ipsa quoque effecta esse naturalia: at conuentus hominum naturalis est, igitur & iustitia. Rursus si quis Mauros arma non habere contendat, idcirco eos minimè armis vti dicat, quia iis ferrum desit. at vera est propositio, quæ hîc regula dicitur, vbi materia deest, & id quod ex materia conficitur necessariò desit. Rursus, cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: at frui Deo bonum est: igitur & temperantia, per quam Deo fruimur. Appellatur id argumentum, seu locus à causis, quarum aliquæ effectum, aliæ finem, aliæ materiá, aliæ formam respiciunt: qua de re G. Trapezótius Rhetoricorum lib. iij. quàmplurima ex Græcis auctoribus scripsit.

b l.j. de reg. iur.

CAPVT II.

Quæ sit Græca religio: & constitutio nouella de eccles. tit. declarata.

IN nouella Iustin. est constitutio cxxxj. de Ecclesiasticis tit. qua inter cætera capita cauetur, ne quis orthodoxus possessionem vllam, in qua adsit ecclesia, alienare possit Iudęo, hæretico, Samaritano, aut Gręco: si id attentarit, vt alienatio sit nullius momenti, & dominium ad ecclesiá pertineat. Dubitaui quandoque, cur mentio hîc Græcorum inter vetitas sectas facta sit. & arbitror Græcos seu ἕλληνας, hîc pro paganis accipiédos esse. Cùm enim Iul. Imp. is qui desertor fidei fuit, edicto suo prohibuisset, ne Christiani Græcorum studiis se dederent, cœperunt pagani ἕλληνας appellari, Græcaque religio paganismus esse: cuius rei Greg. Nazianzenus lib. aduersus Iulianum j. est auctor. In eadem constitutione Iustin. omnia priuilegia confirmat, quæ xenoni sanctæ memoriæ Sampsonis indulta erant: qui locus vulgò corruptus circúfertur. Scribit Procopius libro de Iustiniani ædificiis j. conditum illud hospitale à Sampsone homine religioso, qui multis ante Iustin. annis derelicta militia se sacris initiauerat, eumque locum iis assignauerat, qui facultatibus lapsi ęgritudine, aut morbo aliquo conficerentur. Cęterùm fuisse à Iustiniano instauratũ, & ingenti annua pecunia auctum, vt pluribus affectis subueniret. Illud quoq; admonuerim, eadem in constitutione Archiepiscopo Iustinianeæ primæ subijci Daciarum, Tribaleæ, Dardaniæ, Mysiæ Episcopos, cum tamen idem Procopius eiusdem operis lib. iiij. eam non fuisse metropolin attestetur, sed Illyricorum Archiepiscopo paruisse, tametsi amplissima vrbs esset à Iustiniano fabricata τετραπυργία, id est, quadrata totidem turribus, quòd in ea natus esset, cùm prius Tauresium vocaretur, Dardanorumq; oppidum esset. Verùm par est constitutioni ipsi magis credere, quàm rhetori Procopio, quem cõstat ex Suida ipsi Iustiniano infensum fuisse: quo nomine & plerique alij rhetores ei obtrectant, insanumque & illiteratum appellant, quòd ipsi ἄθεοι, & infideles, Christianissimum Imperatoré (quo nemo dignior vnquam ad Imperium assumptus est) ferre non possent.

CAP. III.

Imperator Iustinianus, Slauicus, & Anticus, cur cognominatus sit: & qui sint Cingali.

ADMONVIT Iustin. mentio, vt eius quoq; titulum explicarem: is solebat sic se inscribere: Imp. Iustin. Cęsar Flauius, Alemanicus, Gothicus, Franc⁹, Germanicus, Atticus, Africus, Vandal⁹, &c. quo in titulo bis erratum vulgò est: & in primis sciendum, Imperatores Orientis Flauij prænomen solitos sibi addere, opinor ob Constantini magni memoriã, qui huiusmodi fuit prenomine: verùm id, vt moris est, ante nomẽ adscribebant, vt cùm dicitur, Flauius Iustinianus Cęsar: quod ergo sequitur, non Flauius, sed Slauius est, à Slauis barbaris deuictis, quos verisimile est veteribus fuisse Basternas. Sed & mirum est Atticum se inscripsisse, qui nullum cum Atheniensib. bellum gesserit, quinimò fidos & imperio parentes semper habuerit: legendum igitur Anticus. Erant Antæ Histri fluminis accolæ, congeneres Sclauinis, q̊s in Romanas prouincias incurrentes Iustin. per Childibium ducẽ repulit, & post aliquot annos duce Germano sororis suæ filio ad internecioné ferè deleuit, vt Procopius libr. Gothici belli iij. scribit: vt meritò ab eis nomen Antici sibi Imperator vendicauerit. Vt eorũ institutis & moribus apparet, non videntur hi multum diuersi esse ab ijs quos nunc vulgò Cingalos vocamus: etenim Antę à veterib. Spori, vt inquit Procopius, appellabantur, quasi sparsim & vulgò errãtes, qualem vitam & Maurusij degunt. Crediderim aũt vulgò Cingalos dici à Cinclo aue maritima, gracili, quæ caudam subinde mouet, vt Suidas inquit: vnde rusticanum prouerbium in errones, & inopes, quo Menander in Thaide vtitur,

Πτωχότερος Λιβερίδος ἢ κιγκάλου.

Mendicior liberide est, & cingalo.

Vagantur etiamnum per Italiam vetere ab vsq; Odoacri temporibus instituto, qui ab eorum regionibus aliquandiu apud nos regnauit, donec à Theodorico Gothorum rege occisus est, eiusq; milites Eruli, Antæ, Brenti, in Alpes coniecti, vallis Morianæ tesqua colere cœperunt, pars Subaudorum effecti. In formula Imperij occidẽtalis legitur, præfectum classis Barcariorum Ebreduni, Sabaudiæ fuisse: quod nomen nusquam alibi in antiquis autoribus legi. Raphaël Volaterranus, qui quartum Procopij de bello Vandalico librũ trãstulit, hosce Cingalos existimat origine Maurusios esse, qui à Sarracenis pulsi per omnem Europam vagentur: sed sermo arguit esse Slauicos, vnde & Galli vulgò Boëmianos eos vocant, vt verior sit nostra sententia. Pius tamen Pontifex in Cosmographia Asiæ Zigaros eos vocat, & à Phaside Caucasoque descendisse suspicatur, non sanè firmis coniecturis.

CAPVT IIII.

Quatenus scenæ aut argumento seruiendum sit, Vergilij, Plauti, aliorumq; loca explicata.

APVD veteres rhetores illud semper obseruatum est præceptũ, vt in declamationibus maximè τὸ πρέπον attenderemus: cum enim non ex vero, sed ex verisimili sumantur themata, oportet ad qualitatem personæ prę sertim inspicere: id videmus nõ solùm ab ethnicis auctoribus diligenter custoditũ, sed & à pijs, quoties argumẽtum huiusmodi tractarunt: vt à Hier. cùm Malchi Pauliq; vitam describeret, & de muliere septies percussa differtaret. Fecit & hoc nouissimè Erasm. cùm τῆς μωρίας encomium descripsit: quo quædam dicta leguntur, quæ hoc duntaxat colore excusari possunt, quod Stultitia ipsa est quæ loquitur, cuius decorum fuit seruandum, cùm & in poëtis idem frequẽtissimè occurrat: vt meritò Q. Horatius eum scriptorem maximè celebret, qui reddere personæ scit conuenientia cuiq;: qua ratione effectum est, vt apud poëtas pleraq; hoc nomine defendãtur, quæ aliàs vitiosa essent: vt apud Plautum in Trucul. vbi miles imperitus Homeronida poëtilla, pro Homerica poësi vtitur. In Aulul. Pici diuitijs, qui aureos montes colunt, vbi ex persona serui Picos appellat qui sunt Gryphes. Sic in Trinum. ficta prouinciarum nomina: in Milite, fictos Imperatores commemorat. Sed & Vergil. libro vj. ex zelotypia maritali Deiphobum inducit cõquerentem dolo vxoris se capta Troia circũuentum, cùm ex ij. lib. appareat, tum temporis secreta in Vestæ sede eam latuisse. Sic æglogaij. Amphion Dircæus in Actæo Aracintho, ex persona rustici inquit, cùm non literalis aut Atheniensis sit mons Aracinthus, sed Bœotiæ potiùs, vt oẽs autores tradiderũt. Ego tamen Actæum dici per metalepsin arbitror, quòd ibi sicuti Athenis Minerua coleretur, quæ Stephano autore Aracinthias dicta est: vnde & Rhiani carmen,

Κλῦθί μοι αὐχένα ἀρακυνθίας ἀνπατρέα.

Adnotaui tamen tres casus, quibus haudquaquã excusatio hæc admittenda esset, quòd autor scenæ, aut argumento seruisset. Primus quoties de deorum honore ageretur: nec enim fas est dijs obloqui, nec quidem sub alterius persona. Videmus quantum odij apud Christianos scriptores sibi compararit Lucianus Samosatenus, vt eum ἄθεον nunc dicant, nunc impium, nunc à canibus discerptũ, quòd in CHRISTVM debacchari (vt Suidas ait) ausus sit: & tamen nusquam in eũ maledicus inuenitur (saltem in dialogis, qui ambiguæ non sunt fidei) præterquam in Peregrini vita, vbi sub philosophi cuiusdam in Cynicos declamantis persona, CHRISTVM Sophistem appellat: quæ vox Græcis non solùm impostoré, vt interpres transtulit significat, sed media est, & in bonam quoq; partẽ accipi potest. Cæterùm Christiani magis ex Luciani, quàm ex illius declamatoris persona verbum illud æstimantes, vno ore improbârunt. Alius est, cum de infamia cuiusquã

agereretur:etenim nec sub alterius persona permittendum est cuiquam obtrectari, quod lege lata à diuo Augusto constitutum Dion lib.lvj.ait: idq; ad exemplum legis Iuliæ Maiestatis inductum fuisse Cor. Tacitus autor est. Vlpianus[a]: *Eadem, inquit, pœna ex Senatusconsulto tenetur is, qui* ἐπίγραμμα, *aliudue quid, siue scripturam in notam aliquorum produxerit: itemq; qui emendum, vendendumúe curauerit: quid enim si publica vtilitas ex hoc emergit?* Hinc est quòd & antiquæ comœdiæ (quamuis sub aliorum persona id A fieret) libertas sublata fuit. Horatius:

Successit vetus ijs comœdia, non sine magna
Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.

a l. lex Corn. de iniu. in fin.

Tertius est generalis, vt nec tunc tolerandum id sit, cùm alioquin mali exempli aliquid induceretur. Traditum ab autoribus est, explosum scena ab Atheniensibus Euripidem, quòd ex perso- B na Bellerophontis versus ad diuitiarum laudem pertinentes pronuntiarit, vixque admissam eius excusationem, quòd eum cupiditatis suæ condignas pœnas dare tandem fecisset. carmina extāt apud Senecam epistola cxvj. & Græcè apud Athenæum libro quarto ἢ σὲ γνώμας. Etenim nisi ita constituamus, facillimum cuiq; esset alieno nomine vel ficta persona iniuriã cuiq; facere, legiq; Corneliæ & Senatusconsultis ad eam pertinentibus fraudem comminisci. Vnde & receptum est, sicut is actione iniuriarum tenetur, qui con- C uicium palàm fecerit: ita & eum, qui subdolis verbis dixerit, Magno dolore afficior, quòd furti sis damnatus: Aegrè fero quòd publicam pecuniam expilaris: Tædet me quòd à latronibus sis stupratus: & si qua similia.

CAPVT V.

Maiumæ festum quale esset: quid decursio Tyberina, Ciceroni de Finib. lib. V.

EXTAT Arcadij Honorijq; constitutio hisce verbis: *Clementiæ nostræ placuit*[b], *vt Maiumæ prouincialibus reddatur lætitia: ita tamen, vt seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseueret.* Id festũ quale esset, declarat Suidas, aitq;, sicuti mense Augusto suspendebantur canes, & anserum festum à pop.Rom. celebrabatur, ob seruati Capitolij memoriã: ita Mense Maio consueuisse veteres ad maritimam ciuitatem Hostiam secundo Tyberi descendere, & ibi mu- E tuò se inuadere, & aquas iaculari, seq; inspergere profusa quadam lætitia: quod festum cùm delinquendi ansam plerisq; præstaret, deinde Anastasij lege sublatum est. Quibus verbis M. Ciceronis de Finibus, libro quinto verba declarãtur, quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum cùm regem Persen captum adduceret, eodẽ flumine inuectum: indicat enim proculdubio Maiumam, quæ decursione Tyberina celebrabatur. T.Liuius lib.xlv. Per- F seus ipse post paucos dies, regia naue ingentis magnitudinis, quam xvj. versus remorum agebant, ornata, Macedonicis spolijs nõ insignium tantùm armorum, sed etiam regiorum textilium aduerso Tyberi ad vrbem est subuectus, completis ripis obuiam effusa multitudine. Addit Plutarc. in eius vita, ingressum eum ornata purpureis puniceisq; manubijs sexdecim remi in pompæ triumphalis modum. licet in Græcis exemplaribus locus non sit integer, ideoque nec sat

b l.j.C. de maiu. lib. xj.

feliciter à Leonardo Aretino Latinis redditus. Sunt qui de hoc festo intelligant ea carmina, quę in iuuenilib. Verg. extare dicuntur:

Non me vocabis pulchra per cotyttia
Ad feriatos fascinos
Flauum prope Tyberim atq; olentis nauticos, &c.

Ego nihil Vergilianum in ijs carminibus agnosco. Potius ad hoc pertinet, quod in Apologetico inquit Tert. c.xxxv. testis est Tyberis & scholæ bestiariorum. Potest & ad Fortunæ fortis celebritatem referri, quæ, vt in vj. Fastorum scribit Ouidius,

In Tyberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba.

Et quæ sequuntur.

CAPVT VI.

De possessione, cuius amator Græcè est Philoctetes, Ausonius explicatus, & Cicero non vno in loco.

POSSESSIONEM quasi pedum positionem κατὰ παρωνομασίαν nostri autores dictam existimant, ideoq; rerum mobilium propriè possessionem non dici, quòd earũ vsum non pedibus, sed manibus acquiramus: vnde & veteribus dicta mancipia, & res mancipi, & ne mancipi, quorum Fla. Boëthius in M.Ciceronis Topica meminit: & Cynus quoq; non ineleganter declarat[c]. Sint ergo pedes symbolum & indiciũ quoddam possessionis rerum immobilium, sicut manus rerum mouentium. Horus tamen Apollo lib. Hieroglyphicωn ij. cap. vltimo: Hominem, inquit, φιλοκτίστην, id est, ędificatorem Aegyptij describere volentes, manum humanam depingebant, quòd ea quæcunque ædificia absoluantur. Manus ergo φιλοκτίστην, pedes φιλοκτήτην significabunt. Sanè sciendum apud veteres Philoctetæ D nomen non vno modo accipi: quandoque ex suprascripta etymologia, & auarum significet, & possessionem cupidum: quandoq; verò ex Philoctetæ Pæantis filij moribus, qui ad Troiam cum cæteris Græcis proficiscens, cùm natrix eius pedem inuasisset, vt est apud Philostratum, & Q. Calabrũ lib.ix. siue cùm venenata sagitta in eo percussus esset, vt alij tradiderunt, in Lemno subsedit, multaq; interim mala Gręcis imprecabatur, à quibus in ea insula derelictus fuerat. Hinc M. Cicero Trebatium nostrum Iurisconsultum, qui Cæsarem in Britanniã euntem subsequutus non erat, sed excusatione quadam vsus, Samarobrinę substiterat, eleganter Philocteten vocat, Epistolarum familiarium lib. vij. quam lectionem ego magis probo, quàm illorum qui Philotheoron legunt, spectaculorumque amatorem, vel peregrinationis studiosum interpretantur. Fuit autem frequens & hodie, & apud veteres hæc excusatio, cùm quis ægritudinem simulat, ne peregrinetur, aut detrectandæ militię causa, quales Murcos Ammianus Marcel. appellat, & quales Clau. Gal. describit eo libello, cui titulum fecit, Quomodo morbum simulantes deprændi possint. Sanè eadem ex fabula alibi Cicero Philocteten vocat eum qui plurima mala patriæ suæ, aut ciuibus imprecatur: etenim idipsum faciebat ille. Ouidius Metamorph.

Dure Philoctete licet exercere, meumq;
Deuoueas sine fine caput.

Verba Cicer. sunt ad Q. Fratrem lib. Epist. ij. De Repub.

c l.j. de vsucap. trans.

Repub. nimiũ te laborare doleo, & meliorẽ ciuẽ esse, quàm Philoctetam, qui accepta iniuria ea spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. Ausonius verò poëta Philocteten pro molli & effœminato accipit.

Herculis hæredi quam Lemnia suasit egestas.

Hoc enim nomine notatus est & à Martiale epigram. lib. ij.

Mollis erat placidusq; viris Pæantius heros,
Vulnera sic Paridis dicitur vlta Venus.

Inde apud Iulianum lib. iiij. Epigramm. in signũ mollitiei appellatur comatus, ex veteri Græco prouerbio, quo dicebatur omnis comatus cinædus. Carmen Iuliani est:

ἄγρια μὲν κομόωσαν ἔχει τρίχα, λάσια δ' ἰδὲ κόρσας
χαίτην τριχαλέοις χρώμασιν ἀντέλλων.

Quem Ausonij locum volui explicare, quòd sciam haudquaquam vulgò solere à Grammaticis intelligi.

CAPVT VII.

Coniunctum sensu composito & singulari accipi: hincq; varia sophismata induci: & quomodo substitutus coniuncto præferatur.

TITIVS *& Seius hæredes sunto: si Titius & Seius hæredes non erunt, Caius hæres esto. Decessit Titius, vel aliàs nequit esse hæres, quæritur, vtri eius portio applicetur.* Bartol. & alij frequentiore calculo ad Seium pertinere aiunt, iure accrescendi, quia substitutio per coniunctam concepta est. At Ange. Imo. Iason contrà, vt potior sit Caius iure substitutionis. sic enim ratiocinantur: Titio excluso falsum est, Titium & Seium esse hęredes[a], ergo verum est, Titium & Seium non esse hæredes: igitur euenit cõditio, qua Caius substitutus vocatur[b]. Hærent in salebra hîc Doctores, nec satis sciũt quomodo extricẽt, argumentumq; id refellant. At ego ex probatissimis grammaticorum facilè hunc nodum dissoluam. Dicunt illi, copulatiuam coniunctionem duobus modis accipi: quandoq; sensu singulari, quandoq; sensu composito. Singulariter accipitur cùm dicimus, Cæsar & Põpeius fuerunt Consules: non enim simul fuerũt, sed diuersis temporibus, Cæsar cum Bibulo, Pompeius cum M. Crasso. Composito sensu accipitur si dixero, Duo & tres conficiunt quinque: nec enim alteruter illorum numerorum quinque conficit, sed ita demum, si coniuncti sint. Pro receptiore igitur sententia sic respondeo: Procederet suprascriptum argumentum, si coniunctam illam composito sensu acciperemus: sed id in casu nostro dici non potest: verba enim institutionis, Titius & Seius hæredes sunto, singulariter intelligunẽ, cùm satis secundum testatoris mentem sit, vel si vnus adeat[c], aliàs non nisi vterque simul adire posset[d]. cùm igitur copula in institutione compositum sensum non habeat, sequitur, vt nec in substitutione, quæ in eius contrarium casum cõfertur[e], & ab ea interpretationem recipit[f]. Alioquin si copula substitutionis sensu composito acciperetur, consequens esset, vt Titio excluso, nec Seius quidem ad propriam partem admitti posset, quia verbis conditionis deficeretur[g]: quod aduersus testatoris sententiam est, qui ius alteri hæredi quæsitum repudiatione alterius noluit imminui[h]. Meritò ergo tam primo, quàm secundo gradu coniunctam, non sensu composito, sed singulari accipiemus, vt dualis, vel eti-

a l. si hæredi plures. de cond. inst.
b l. si is qui CC. §. cum ita in fi. de reb. dub.
c l. filio pater. de lega. j.
d l. pen. in fi. de iniust. rup.
e d. l. si is qui CC. § fi. vbi Bar.
f l.j. C. de impu.
g d. § cum ita. in fin.
h l. paterfam. de hære. inst.

am pluralis numerus in singularem resoluatur[i]: quæ omnia alibi diffusius à nobis tractata sunt. Dissoluuntur autem ex hac grammaticorum T. Charisij, Thomę Linacri, aliorumque distinctione, varia sophismata, quæ quotidie in scholis ab otiosis conformantur: sat erit vnum exempli causa referre. Reuerterat onustus regulis atque gryphis dialecticus à Lutetia domum, vtque patri suo artis experimentum daret, ne tanti tempo- A ris viaticum inutiliter effudisse ille conquereretur, allatis in prãdio tribus ouis, Possum, inquit, ô pater doctrina mea efficere, vt sint quinq;. tum admiranti homini, & prodigiosum id scire desideranti, subiecit: cui tria oua sunt, eidem & duo esse certum est: annuit ille. tum rursus: Si tria habet, igitur & duo: quinq; ergo habet. Nesciebat seniculus ille hanc compositi & singularis sensus distinctionem, sed à iudicio naturali aduersus hydram hanc auxilio mutuato, iniecit in tria B quæ apposita erant manum, &, Hæc ego fili, inquit, tria, quæ cerno, ipse sorbebo: alia duo, quæ ex arte tua commentus es, tu deinde habebis: sicq; incœnem dialecticum cubitum misit, adiecto scommate, Tute intristi, tibi exedendum est.

i l. falsa. §. fin. de condic. & dem.

CAPVT VIII.

Quæ sint furta per lancem, & licium, Aulus Gellius declaratus.

C AVLVS Gellius Noctium Atticarum lib.xj. c.xviij. cùm Decemuirorum leges de furto retulisset, subiecit: Ea quoq; furta, quę per lancem liciumq; concepta essent, perinde ac si manifesta forent vindicauerunt. & rursus: Furti concepti, itemq; oblati, tripli pœna est. Sed quod sit oblatum, quod conceptum, & pleraque alia ad eam rem ex egregijs veterum moribus accepta qui legere volet, Masurij Sabini inueniet librum, cui titu- D lus est de furtis. Sæpenumero rogatus sum, cùm is Sabini liber non extet, quid super hac in re sentiam vt ipse declararem: quod ego partim ex autorum quibusdam quasi fragmentis, partim ex coniectura assequutus sum, libens docebo: hac lege, vt studiosi si quid melius ipsi inuenerint, in communem vtilitatem, arbitratu quidẽ suo conferant, traditiones autem nostras non ideo insectentur. Satis constat Caij Iurisconsulti auctoritate lib. Institutionum ij. Conceptum furtum E dici, cùm apud aliquem alterum res furata inuenitur: Oblatum verò, cùm res furtiua alicui à fure ita datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit: quod & sententiarum lib. ij. Paulus tradidit: vbi, *Concepti, inquit, actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum, & inuentum est. Oblati qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud se inueniretur.* Quod diffusius relatum, explicitumque à Iustiniano hodie legitur[k]: vbi subijcit, has actiones in desuetudinem abijsse, quia requisitio hodie secũdum veterem ob- F seruationem nõ fit, id est, vt inquit Theophilus, inductis testibus qui inspicerẽt. Arbitror autem consuesse eos in alienas domos perquisitum ingredi in primis licio cinctos: quoniam vt Tullius Tito auctor est, qui magistratibus pop.Rom. apparebant, licio transuerso cingere se solebant: vnde & Lictores dicti. quod & Gellius lib. xij. capit. iij. tradit. Vt igitur se iure publico, & tãquam magistratibus obsequentes, non autem propria autoritate alienas domos ingredi ostenderent, licium accingebant. Iidem & lancem secum fere-

k inst. de oblig. quæ ex deli.

a Alex. ab Alex. vj.

bant, quem oculis obiscerent [a], ne qua ex parte matremfamiliâs mulieresúe conspicari possent. hincque tracta videtur appellatio, per lancem & licium rem perquirendi. verba autem legis decẽuiralis hæc sunt, FVRTA PER LANCEM, LICIVMQVE CONCEPTA, SICVT MANIFESTA, VINDICANTVR.

CAPVT IX.

Cur ex Voto in filijsfam. non oriatur obligatio, & oblatione votorum, inq; auro obryzo.

NTER Votum, & Pollicitationẽ hoc intereſſe cõſtat, quòd Pollicitatio reipublicæ vel priuato alicui fit: Votum verò principi, vel Deo ex causa principis: puta propter salutem principis, vel imperij, aut ob fortunam Cæsaris, & si qui casus similes. Traditum est autem, quamuis filiusfamiliâs ex B omnibus causis obligetur, ex voto tamen absque

b l.ij.§.voto. de pollicit.

patris consensu non obligari [b]. Sed quę est ratio? & alij aliter comminiscuntur. Ego, quia votum non secũdum ius gentium habet executionem, sed secundum ius publicum, quod in sacris consistit, & sacerdotibus [c]: filium autem pro integra

c l.j. in princ. de iust. & iur.

persona nó habent sacerdotes, cùm ipse sacra nó

d l. filiæ. ij. C. de collat.

habeat, sed in paternis sacris sit [d]: An quia (vt Dió lib.lij. scribit) constituerat Augustus, ne quisquá pro salute sua, Imperijúe publica fortuna quic- C quam mouere posset, quod supra facultates suas esset: at filij famil. nullas habent facultates, cùm patri suo omnia eo iure acquirant, meritò absq; parentum autoritate vouere eis non licet. Fiebãt autem vota decennalia pro salute principis, quæ singulis decem annis innouabãtur, vt idem Dion tradit, & nos alibi docuim⁹, cœpere etiam quinquennalia vota peragere, quo tempore & ludos honoratissimos celebrabant, quæ in honorẽ Iulij Cæsaris primum instituta fuisse lib. lj. scribit Dion. Idem lib. lviij. autor est, oblationes argenti quas Augustus & Tibe. instituerant, à Clau- D dio sublatas fuisse. Extat lib. Cod. xij. rub. de oblatione votorum [e], vbi Imp. Aug. Constantin.

e l.j.C. de obl. vot. lib.xij.

Quando votis, inquit, *communibus felix annus aperitur, in vna libra auri & solidis obryzatis principibus offerendi deuotionem animo libẽti suscipimus.* appellat solidos obryzatos ex auro purissimo, & quod multa excoctione ad summam puritatem peruenit: id enim, vt Plin. lib. xxxiij. capit. iij. ait, obryzum, vocant, E nempe vt diuus Hieron. tradidit, quasi Ophirisium, ab Ophir insula Aethiopiæ, vnde purissimũ aduehebatur, cuius regina Saba proditur in sacris voluminibus. Aliqui autores Græci, vt Eupolemus, Vrphen vocant. etenim constat Hebræa Aegyptiaque vocabula non sat rectè à Græcis pronuntiari consueuisse: nam & Latini pro Obryzo, Obrussum dixere, vt Ann. Seneca Epistola xiij. per mutationem y in v, & z in duo ss, quod Latinis frequens est. Hæc, inquit ille, est eius ob- F russa, id est, summa bonitas, vt ego interpretor. vnde & prouerbium, Ad obrussam, id est, ad summum perfectionis: quo etiam Politianum quandoque vsum video. Cicero in Bruto: Expurgandus est sermo, & adhibenda ad obrussam ratio quæ mutari non potest. Scribit Agathias, tempore suo soli Imperatori Romano ius fuisse, faciem

f l.j. & fin. C. de ver. num. potest. lib.xj.

suam aureo numo, seu obryzato insculpere [f], cùm alij barbarorum reges id in argento duntaxat facerent.

CAPVT X.

Quo tempore cœperunt Consules non esse annui: et qui essent maiores, qui minores.

CVM constet, eiectis regibus constitutos fuisse à populo Rom. duos Consules, qui singulis annis suffragijs plebis creati sunt, donec Tiberius Impe A rator eligendi ius ad senatum transtulit: admirãtur nostri Doctores, cur in Senatusconsulto ad petitionem hęreditatis pertinente, quatuor Cõsulum nomina legantur [g]: PRIDIE IDVS MARTIAS Q. IVL. BALBVS, ET P. IVBENTIVS CELSVS, T. AVFIDIVS, ET ARRIVS SEVERIANVS, CONSVLES VERBA FECERE DE IIS, QVAE IMP. CAESAR TRAIANI PARTHICI FILIVS, DIVI NERVAE NEPOS, HADRIANVS AVGVSTVS IMP. MAXIMVSQVE PRINCEPS, QVINTO NONIS MARTIIS, QVAE PROXIMAE FVERVNT, LIBELLO COMPLEXVS EST, QVID FIERI PLACEAT, DEQVE EA RE ITA CENSVERVNT, &c. Sed hanc ego dubitationem ex Cocceij Dionis Aproniani filij historiarum libris submouebo, qui græcè quidem, sed in hunc sensum scripsit libro xliij. Decreuerat, inquit, senatus vt C. Cæsar, quamuis absens, Cõsul solus per decennium esset: quem magistratũ C ipse priusquam vrbem ingrederet suscepit quidem, sed diutius non gessit, verùm Q. Fabio, & C. Trebonio commendauit: cumque contigisset vt Fabius vltimo consulatus sui die fato defungeretur, confestim ei in reliquum diei C. Cannium subrogauit: quod haudquaquam more maiorum factum fuit: in primis, vt quisquam mandatum sibi consulatum ante tempus eiuraret, & priusquam anni finis adesset, viuens valensq;, nec vllius criminis reus, honori suo renuntiaret, vt alteri locum daret: deinde quòd eodem die designaretur quis, admitteretur q; ad Consulatum, eoq; defungeretur. In quam rem iocatus eleganter est Cicero: Cannius, inquiens, ea animi fortitudine & diligentia munus suum administrauit, vt dum Consul esset, nec momento quidem temporis vnquam dormierit. Sanè ab eo tempore pauci creati sunt Consules, qui totum annum in magistratu fuerint: sed (vt sors ferebat) alij pauciores menses, alij dies duntaxat eum gerebant. E Nam nec hodie quidem vltra duorum mensium tempus rarò ab ijsdem administratur: soliq; qui Calend. ipsis Ianuarijs consulatum auspicantur, actui rerum dant nomẽ, vt, scilicet, ab eis fiat annorum computatio. Cæteri verò, qui subsequuntur, nihil à prioribus differũt. hæc ille. Sed & lib. xlviij. Hodie, inquit, non eliguntur Consules per integrum annum: sed primi dant consulatui eius anni nomen, soliq; per omnem Italiam celebrantur: alij verò qui subsequuntur, ignori ferè F sunt, ideoque appellantur à quibusdam Consules minores. Idem lib. xlvj. Qui Consularibus ornamentis honoratus est, inter viros Consulares in senatu sententiam dicere potest: &, si contingat eum Consulem fieri, non tamen primùm fuisse Consul existimatur, sed Consul secundum dicitur: sicque obseruatum semper fuit, quod & tempestate mea fecisse Seuerum Imperatorem vidi, qui cùm Plautiano Consularia ornamenta concessisset, deindeque ad eum senatum transtulisset, & Consulem designasset, Plautianus, inquit,

g l. item venit §. pridie. de pet. hæred.

quit, Consul secundùm. His igitur Dionis verbis intelligi ratio potest, cur quatuor Consulum nomina eo in Senatusconsulto adscripta sint, Balbi scilicet, & Celsi, qui Calend. Ianuar. Consulatum suum bimestrem inierant, & quorum nomine annus inscribebatur: Ausidij verò & Seuerianj, qui minores Consules erant, & Calendis Martijs Consulatum inierant. Hinc mirum non est, quòd in Aurelij Cassiodori factis, itẽq; in Theonis ad Ptolomæi canones interpretationibus, A quo loco Consulum nomina annuatim describuntur, posteriorum nulla est mentio. Illud magis mirum, quòd nec Iubentij Celsi Consulatus cum Q. Iuli. Balbo gestus ibi apparet: sed cum Marcellino, qui fuit P.S. id est, publicæ salutis, seu à Christo nato cxxxi.

CAPVT XI.

Catalogum Consulum à Cassiodoro editum, & ab Haloandro adhuc emendatum, non tamen prorsus certum esse, aliquot exemplis ostenditur.

CONSVLVM habita superiùs mẽtio me admonet, vt de eorum catalogo aliqua quoq; hìc differam. Cùm in Iustiniani codice adscriptæ sint Cęsarum constitutiones, non tantùm iuxta ordinem, quo quisque eorum ad Imperatorium fastigium adsumptus est, sed C etiam secundum tempora, quibus vnaquæque earum ab ipso Imperatore sancita est: existimauit G. Haloander necessariam esse iuris studioso cognitionem catalogi omnium Consulum, qui ad Iustiniani vsque tempora designati fuêre: acceptoque in manus Aurelij Cassiodori huius argumenti libro, paucis immutatis, eum edidit. Verùm vt quid ego sentiam, liberè, & citra fraudem dicam, non arbitror Haloandrum ipsum, D neque Cassiodorum, neque prętereà quenquam alium fastos ipsos ita ad vnguem posse componere, vt nusquam fallatur: ea fuit in veteri republica annalium confusio, ea deinde post Imperatores creari cœptos, cùm plerique minores Consules pro primis ponerentur, & ex vno anno duos facerent, alij aliter deciperentur. Libet huius

I. rei aliqua exempla referre. Et in primis constat xv. Imperij Tiberij anno CHRISTVM ΣΩΤΗΡΑ nostrum fixum cruci fuisse: quod & Tertul. tradit, & chronographi omnes scripsêre: id fuit an- E no vrbis DCCLXXXI. Illud quoque certum est, eũm tunc natum fuisse, cùm à Quirino census Iudaicus actus est. Cæterùm Actiacam victoriam Cæsare iij. & Messala Consulibus, altera Septembris die obtentam fuisse, Dion est auctor, & ex Cornelio quoque Tacito colligi potest, qui fuit annus vrbis conditæ DCCXXIIII. At Iosephus lib. xviij. c.v. auctor est censum Iudaicum à Quirino actum anno XXXVII, ab Actiaca victoria, qui est annus vrbis DCCLX. quó calculo sequeF retur, vt Christus annorum xxi. pẽderit: quod

II. falsissimum esse nemo (opinor) dubitat. Diximus de Deo, dicamus de homine. P. Vergil. Maro, Donato autore, natus est Cn. Pompeio Magno I. & M. Licinio Crasso Consulibus, qui annus vrbis conditæ est DCLXXXV. Idem ait perijsse eum Cn. Plautio, Q. Lucretio COSS. qui Consulatus in catalogo non reperitur: sed aiunt hunc fuisse annum, quo Christus ipse deinde est natus: & tamen Val. Probus autor est, non vltra

LI. annum peregisse: vt satis appareat, primo exemplo lapsum annorum decem intercessisse, in hoc verò etiam plurium. Sunt tamen qui C. Sentij & Sp. Lucretij Consulatu perijsse censeant, vt Eusebius: quæ sententia magis suprascriptæ grammaticorum cõputationi quadrat. Ad- III. do aliud: Anno vrbis conditæ MCXXXII. Haloander Ausonij poëtæ Consulatum describit: atqui ipsi Ausonius stat contrà:

Mille annos centumq;, & bis fluxisse nouenos,
Consulis Ausonij nomen aduso; leges.

Iterum anno vrbis conditæ MCXVII. Consula- IIII. tum à Iouiniano & Varroniano initum ostendit: & tamen Eutropius non minoris auctoritatis historicus, septem annos huic computationi admittit. Rursus sub annũ vrbis cõditę DCCCCXCI. Gordiani & Auiolæ Consulatum collocat, cum tamen Censorini c. xviij. autoritate ostendi pos- V. sit, ei anno Vlpianum, Pontianumque Consules nomen dedisse. Sed & anno Christi DXXVIII. VI. Olybrium V. C. & solum Consulem fuisse idem scribit: & tamen in Ioannis Papæ Epistola, quæ Iustiniani Codici inserta est, inscriptus legitur titulus Maximo & Olybrio iiij. Consulibus: vt ijs exemplis, alijsque (quæ studiosi, quibus curæ hæc fuerint, fortè inuenient) satis appareat, haudquaquam omnino certam esse harum rerũ notitiam, neque ab hisce chronographis omnia ad obrussam exigenda esse: laudandi tamen sunt quod quantum in eis fuit, publicæ vtilitati & ipsi consuluerunt.

CAPVT XII.

Vnde Guelphorum Gibellinorum q; factiones originem habuerint, non approbata Bartoli sententia.

DIDIT Bartolus noster tractatum de Guelphis & Gibellinis: vtque aliquid ex historijs tenere videretur, eorum originem altius repetit, & à Federici Aenobarbi Imp. familiæ nomine proueniisse Gibelinos attestatur: qui verò Alexandro iij. Pontifici consentiebant, Aenobarbique hostes erant, dictos Guelphos esse tradit. nominum verò eam fuisse rationem, quòd Gibellini virium fiducia, Guelphi fide ducti ad arma deueniissent: etenim Hebræorum idiomate Gelphi interpretatur os loquẽs, quod, inquit ille, ad zelatores fidei pertinet: Gibellus verò mons, locus fortitudinis, primo Regum capit. vltimo. Sed hac in re haudquaquam multum me Bartol. auctoritas aut ratio mouet, cùm mihi verisimile non fiat, accepisse Italiam huiusmodi nomina ab Hebræis, quæ quidem constat esse Germanica. Solent autem omnes populi de idiomate potius suo verba accipere, quàm de alieno mutuari: quò fit, vt sæpe deprænderim plerosque erasse veterum, qui barbaris nominibus latinam etymologiam adscribere conati sunt. Exempli causa: Germanos, inquiunt aliqui, sic appellatos, quòd fratres Gallorum viderentur: Alemanos, à lacu Lemano: Longobardos, quòd longas barbas haberent: Viterbios, à vita inermium: & si qua similia: cùm verius sit, hęc omnia ex Celtico sermone deducta esse. Germanos, quòd se mutuò integros probosque homines vocarẽt, id enim ea vox significat, vnde & Charolorum appellatio: Alemanos, quòd colluuies esset, & gens collectitia, vt ex Asini Quadrati historia A-

gathius li.j.refert:Longobardos, quòd eiusdem regionis strenui viri essent: Lang enim patriam aut terram vocant, vuart verò fortitudinis est nomen. Viterbum, ab amplitudine structuræ, quæ vt ex regis Desiderij epistola colligitur, ab eo ædificata est, cùm tria oppida, Longulam, Vetuloniam, Volturnam, vno muro cinxit, vrbemq; Germanica voce Vuiterbu dixit: quod & beatus Rhenanus rectè tradidit. Sic igitur existimandum & de ijs factionum nominibus esse, quæ primum ex Germania ad nos venerunt. Igitur Otho Frisingensis Episcopus, qui Aenobarbi ipsius res gestas descripsit, eiusq; patruus fuit, historiæ quam de eo scripsit lib.ij. autor est, defuncto Corrado, iij. Nonis Maij, anno P.S. MDLII. habita fuisse Frãcofordiæ de Imperio comitia, cùm eò omnes transalpini proceres, & pleriq; etiam Italiæ primates cõuenissent, Federicumq;, cui à rubra barba cognomentum, ad Augustale fastigium fuisse prouectum: quoniam cùm duę essent in orbe Roma. familiæ, quæ diutius de dignitate certarant, vna Henricorum ex Gubelinga, alia Guelphorũ ex Altdorphio, & ex hac magni duces, ex illa etiam Cęsares prouenissent, propterque ęmulationem reipubl. quietem sæpius turbassent: visum electoribus fuit, vt seditiones illæ extinguerentur, Federicum ad id dignitatis ꝓmouere, quòd vtranq; familiam ipse attingeret, cùm eius pater ex Gubelingis esset, mater verò ex Guelphis, Hẽrici scilicet Noricorum Ducis filia. hæc ille. Potuerunt quidem Germani rebus suis pacisq; studijs hac electione consulere: Italorum quidem animos tali contagione infectos acrius exarsisse constat, suborta inter ipsum Aenobarbum & Alexandrum Pontificem simultate, quæ deinde in apertum bellum prorupit: quia Põtifex quibusdam literis ad Cæsarem scripserat, se non solùm coronam Regiam, sed quodcunq; aliud pręterea beneficium libentissimo animo ei collaturum. Interpretatusq; est Federicus Beneficium, ex vulgari & barbara significatione pro Feudo: tanquã Pontifex se patronum, Imp. verò clientem nuncupasset: ea fuit in ipso, comitatuq; ipsius doctrina, quæ tot scilicet ciuitatum excidio lueretur, quot deinde constat ab ipso Federico tum fuisse dirutas: vt verum sit quod inquit Horatius,

Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.

CAP. XIII.

De insignibus & armis, aliter quàm à Bartolo traditum: itemq; de Velis regiis.

ALIVM tractatum idem Bartol. composuit, quem de insignibus & armis inscripsit: in quo pleraq; disputat ad hoc argumentum pertinentia: aduersus quem extat Laur. Val. accusatorius liber, de quo necesse nunc non habeo ferre iudicium, ne fortè crabrones excitem, & vel Iurisperitos, vel Grammaticos irritem, atque offendam. Illud solùm adducam, neutrum ipsorum habere quod ex veteribus autoribus hac de re in medium adducat. Nec enim arbitror insignium horum vsum apud eos fuisse, sed ex militia primum ea inualuisse, deinde à priuatis quoq; passim accepta, tanquam nobilitatis antiquitatisque familiæ testimonium. Etenim Aquila, quam Romani milites in militia habebant, non clypeo inserta depicta fuit, sed potius fusilis. Dion lib. xl. νεὼς ἀετώνος μικρὸς καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταταί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐν τῷ καταλόγῳ στρατοπέδοις, καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ὑπὸ δόρατος μακροῦ ὀξὺν τὸν στύρακα ἀπηγμένον, ὥς τε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι φέρει. Ferculum, inquit, seu sacrarium est modicum, in quo aquila aurea collocatur, & in omni iusto exercitu ab aquilifero hastæ longæ præfixa defertur: quæ quò facilius humi impingi possit, in acutam cuspidem desinit. Idemque arbitror de Draconibus, vnde & Draconarij
A dicti, quòd Dracones signa militaria equitum ferrent: quod Vegetius & Modestus tradunt. Claudianus in vij. Cons. Honorij:

—Quid fissa Draconum
Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur
Sibila, suspensum rapturi faucibus hostem.

Argenteo capite fuisse innuit Suidas dictione ἰνδοῖ. Habebant & Vexillationes singulæ sua signa, & Legiones, & Auxilia Palatina, vt in breuiario Theodosij Iunioris cernere est. Herculiani & Io-
B uiani Aquilam flauam, Neruij rotam, Braccati glandem & circùm duas auiculas, Cornuti duo inflexa cornua rubra, Tertiodecimani leporem cæruleum, alijque alia signa, quæ referre non attinet: ea λάγματα vocari scribit Vegetius lib. ij. quę deinde militia missi retinebant. Procopius libro primo belli Gothici auctor est, milites Romanos, qui in Galliæ limitibus aduersus barbaros constituti erant, capta à Gothis Italia cum barbaris conuenisse, seque illis coniunxisse, dignitatis
C loco, quem prius habebant, insignibusque salluis: quæ ad sua vsque tempore ab eorum posteris conseruata idem refert. Habebant & ciuitates signa sua, quibus originem, aut cultum testarentur. Hinc in nomismatis Atheniensium plerunque vidimus noctuas: sic Claudianus de Mediolano:

—Ad mœnia Gallis
Condita, lanigeræ suis ostentantia pellem.

Erant & Vela regia, id est, insignia Cæsarum, quę
D domibus & prædijs principis imponebantur: quod si quis rei priuatæ imponere ausus fuisset, graues dabat pœnas [a]. In Epistolis Cassiodori lib. iiij. apparet, solita huiusmodi signa & titulos ijs domibus inscribi, quas princeps ex possessorum delicto ad fiscum suum trahebat. Sed an artifex possit alij eiusdem artis prohibere, ne suo signo vtatur? Et Bart. posse censuit. at alij negãt: permittendum enim vnicuique rei suæ quam velit notam imponere [b]: idque verius, dum citra
E aduersarij fraudem id fiat. Sed an si res facta appareat præsumamus ab eo factam, cuius nomen vel insignia gerit? Et puto præsumi [c]. Sed an ex hisce insignibus quæ lapide insculpta sunt, argumentum ad ius patronatus ecclesiæ, idque genus similia, duci possit? Respondeo, suprà responsum est [d].

a l. fi. C. vt act. prin. tit.

b l. quæro. de re patr. l. fin. de obseq. vbi Alb.

c l. absit. C. de priuil. do. augu. lib. xj.

d l. monumentorum. C. de relig. vbi not.

CAPVT XIIII.

F *De litera z, varia pronuntiatione: de Zanis populis, & quid sint masseres, Cæsaris & Tranquilli locus emendatus.*

NOVELLA constitutione, quam primam Iustinianus edidit, de hęredi. & falcid. Hinc, inquit, Carthaginenses pristinam nobis libertatem acceptã referant, Tzaniq; nunc primùm in ditionem Romani nominis redacti, inter subditos perseuerẽt. Sic enim legendum esse Viglius noster iamdiu annotauit, vt græcè non ὠσανοί, sed Tzani legatur.

cui sententiæ vt accedam idẽ Iustinianus consti. xxviij. impellit, qui de moderatore Helenoponti loquens, Hanc, inquit, deinde Tzanorum regio excipit, sub nostro nunc primum Imperio Romanorum ditioni adiuncta, &c. Sunt autem hi populi, quos veteres Sannos vocabant, vt est apud Strabonem libro xij. & Eustathium Dionysij interpretem, qui Sannos vocatos existimat, quos prius & Macrones dicebant: idque & Stephanus tradit, quomodo autem Iustinianus eos primum per Sittan, deinde Theodorum vicerit, & vt in formam prouinciæ eorum regionem reduxerit, relatum extat apud Agathium lib. v. Indeque apparet eosdem populos esse Sannos, & Zannos, sed scriptura tantùm differre, sicut zethus, sethus: smyrna, zmyrna: smaragdus, zmaragdus: Lesbos, Lezbos, & similia. cùm enim Græci suum ζῆτα lenius, & non adeò pressis dentibus pronuntient, vt barbari faciunt, ad eum sonum exprimendum ταυ addunt. Triplex enim videtur eius elementi pronũtiatio: vna lenior, qua Græci vtuntur, & magna similitudine cum S. nostro censetur: vnde apud eos vim duplicis non habet, vt cùm Homerus & Vergilius dixerunt. Nemorosa Zacynthos: & cùm Prudentius in Hamartigenia, Gens Pherezea sagittis: & Iuuencus Et gaza distabat rerum possessio fulgens. sicque eam hodie Galli proferunt, & Martiani Capellæ tempore factitari solitum, ipse satis ostendit. Alia plenior, qua Latini vtuntur, apud quos duplicis ss, vim habet, & in eam literam conuertitur: vt, patrisso, solœcisso, massa, obyssa, & similia. Idcirco ab App. Claudio dãnata, quòd dentes mortui dum exprimitur, immittetur. eam Græci in sd. more Dorico dissoluunt. quandoque & in di, vt cùm dicunt diæta, diacynthos, ζαβάμω. Tertia etiam magis stridens, quæ barbaris est peculiaris, & quam solent recentiores Gręci adiecto ταυ, scribere, vt in hac Τζάνοι, vt in nomine celeberrimi apud Græcos Grammatici Ioannis Τζέτζης, qui in Hesiodum & Lycophronem scripsit commentarios. item in hac voce, σφορτζία, quo nomine Mediolani ducem Constantinopolitanus Imper. cùm obsideretur à Turcis, datis ad eum literis appellauit. Sic & Nicandri in Alexipharmacis interpres medicum malum nostra voce appellat ὑφράτζιον. sic Theophilus in instit. plerunque latinas voces scribit, δηνεγατζιόνες, ἀβιτάτζιω, σερβιτούτζιω, & similes. Hodie vulgaris Italica lingua duplici zz vtitur, sicque distinguit panem mazam, à claua. at in dictionibus quæ à z incipiunt id fieri nequit: nec hac ratione Bononienses Ioannæ ancillæ nomen ab ore apri discernẽt: vt meritò aptiorem existimem illius t adiectionem, quàm elemẽti z iterationem. Sed hæc nos hominibus otiosis Aethiopem subinde lauantibus, id est, vulgaris linguæ grammaticis diffusius disputanda relinquamus. Cæterum quæ Galli per z proferebant, Græci plerunque per d scribebant, cuius rei exemplum est in mazaribus, quarum Cæsar commentario primo meminit: Mazares, inquit, & tragulas subijciebant, & nostros vulnerabant. At Hesychius auctor est Madares Celtis esse lariores hastas carnium: sicque interpretandum eum locum arbitror, potius quàm vt de Mazacis Persico telo intelligam, cuius idem Hesychius meminit. Apud Tranquill. in Caligula leget fortè aliquis ad primum tumultũ Lecticarij cum masseribus, &c. quamuis vulgò asseribus scribi solere, defendiq; ea lectio possit. Sisenna vno atq; altero loco Materes videtur appellasse Gallicum telum, non absimile lanceæ.

CAPVT XV.

Principium quandoq; pro fine poni, emptorem pro venditore, locatorem pro coductore, creditum pro debito: & l. j. de præscrip. verb. declarata.

A NON paucas res quandoque reperimus vel diuersas, vel prorsus contrarias, quæ tamen eadem significẽtur voce: sic Grammatici Obesum dicunt & macrum, & pinguem: sic Supremum, & qui primus est, & qui vltimus: sic Cœlum profundum dicunt, & è contrario Iul. Cæsar. vallem altam: sic apud Aristotelem ἀρχὴ vna significatione & principium significat & finẽ: quòd enim vnaquæque res certi finis causa fiat,
B quoniam cuiuslibet actus substantia finem, tanquam causam respicit, idcirco ea causa principium quoque dicitur: quod iiij. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ille prosequitur. Sic initia nos sacra appellamus, quòd in primis veneranda sint Dei: vnde & initiati: & tamen Græci à fine τελευτὰς magis appellant. Sed huiusmodi nos alijs diffusius tractanda relinquamus, triaque non absimilia Iurisconsultorum verba explicemus, quæ propter mutuum respectum quandoque indifferenter ponuntur.
C Et in primis quandoque reperimus vocem hanc Creditum ea significatione accipi, vt debitum significet: non enim res alicui debita esse potest, quin alteri sit credita. Iulianus: Si pecuniam numeratam [a] tibi traditam donandi gratia, tu quasi creditam accipias, constat proprietatem ad te transire, intelligunt interpretes quasi creditam, id est, debitam tibi ex præcedenti aliqua obligatione [b]. quo exemplo & Marcus Cicero oratione aduersus L. Pisonem: Nónne, inquit, cùm cc.
D talenta tibi Apolloniatæ dedissent, ne pecunias creditas soluerent, vltrò creditorem debitoribus addixisti? Sed hæc interpretatio facilem habet expositionẽ, cùm ex subauditione defendi possit. an scilicet sibi creditas dicamus, an à se. Difficilior est nodus in emptione & venditione: constat enim aliam vocem pro alia poni: vt cùm lex actionem ex vendito dari ait, quæ ex empto sit: & licet non adeò id frequenter fiat, vt Accurs. ait [c], tamen satis constat quandoque fieri: nam &
E Caius, Veteres, inquit, emptionum venditionũque appellationibus promiscuè vtuntur [d]. Videtur aũt id non alia ratione induci, quàm ex relationis natura, quæ vbi est emptor, ibi & vẽditorem esse necessariò infert: quapropter si cõtractũ ipsum verba respiciat, hæc interpretatio rectè assumitur: si ad personas, nõ rectè. alia enim est emẽtis, alia vendẽtis persona: hic rem, ille dat pretiũ: distat autem res ipsa à pretio quòd in, vt antiquissimis tẽporibus, cuiis ab emptione permutatio
F non distinguebatur, etiam ad personas promiscuè possent rectè hę voces referri. Idem & in Locatore Conductoreque dici potest: licet enim vulgò dicamus eum, qui pretium dat Conductorẽ: qui verò rem, vel operã, Locatorẽ esse [e]: tamen quandoque vice versa obseruari has voces videmus: quod Laur. Valla libro j. Elegantiarum ostendit, & ante eum Accurs. noster [f]. Hinc domini mercium merces vehendas locare dicuntur, cùm tamen ipsi pretium dent: & magister nauis conducit vehenda mancipia, cũ tamen pretium ipse

a l. cum in corpus. de acquir. rer. domi.

b Doct. l. si ego. si cert. pet.

c l. ex conuentione. in fin. C. de pact. l. j. C. si ser. ext

d l. veteres. de act. empt.

e l. j. §. si quis seruum. depo.

f l. fi. ad l. Rho.

recipiat [a]. sic alibi quis conducit seruum docendum, alibi vitulos pascendos, & similia. Vnde & Labeo [b] de magistro nauis loquens: idem iuris, inquit si quis conduxisset. & mox: In quem ducendas eas merces locasset. quibus verbis ostenditur, qui prius conductor vocatus erat, locatorẽ rursus dici. Possent & alijs ex auctoribus alia exempla adduci. passim enim occurrunt, sed hæc sufficere videntur. Putauerim autem quoties rei domin⁹, vel qui pro domino est, alicui rem suam tradit, locatorem dici posse: quod maximè verũ est, cùm ipse pecuniam pro traditione & venditione accipit [c]. quòd si ipse det, idem quoque dici potest, cùm datur, vt aliquid in ea impẽdatur, veluti vt merces vehantur, vt seruus erudiatur: Locator enim vehendarum mercium, Locator serui erudiendi rectè dici poterit. Is verò, cui fit traditio, si ei pecuniȩ dentur, conductor quidem ipsius serui erit, licet operarum locator idem dici possit: vnde si in operis delinquit, ex cõducto conuenietur: si extra operas, ex locato [d]. Hincq; infertur, aliter declarandam Papiniani legẽ, quȩ in tractatu de præscriptis verbis prima est, quàm cæteri, & in primis Iason fecerit [e]: ibi enim iurisconsultus in casibus incertis agendum præscriptis verbis esse docens, hoc exemplo vtitur: Domino mercium in magistrum nauis, si sit incertũ vtrum nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit, ciuilem actionem in factum dandam esse Labeo scripsit. Dubium autem in hoc casu erat, nunquid magister nauis esset locator nauis, an verò conductor mercium: & ideo, & an ex conducto, an ex locato conueniri deberet. Cæterum quod subijcitur aliud exemplum, adhuc dubitabilius est: Item si quis, inquit ille, pretij explorãdi gratia rem tradat, neque depositum, neq; commodatum erit: sed non exhibita fide, in factum ciuilis subijcitur actio. Atqui, inquit Iason, hoc casu agi mandati debet: nihil enim obstat cur mãdari agi non debeat [f]: & qui mercedem interuenisse aiunt, planè somniant. Respondeo: Mandatum solo consensu contrahitur, hîc autem cùm res tradita sit, non consensu, sed re videtur contractum. cùm ergo depositum commodatumq; re contrahatur, & hîc neque depositum, neque commodatum sit, sequitur vt in dubio contractum innominatum potius præsumamus, quàm mandatum.

a l.fin. in princ. eod.tit.
b d.l.fin.
c d.l.j.§. si quis seruum. secundo responso.
d d.l.j.§. si quis seruum. primo respons.
e d.l.j. de præsc. verb.
f §.j. Inst. mandat.

CAPVT XVI.

Baronis nomẽ an Latinũ sit, et quo sensu accipiatur.

BARONIS vulgare nomen apud Iurisconsultos recentiores in vsu est, pro generoso, insignique homine: quem ita definiuit Baldus, vt Baro sit quisquis merum mistumq; imperium in aliquo castro concesione principis habet [g]: dictos autem exemplo græci sermonis à grauitate existimant. At ex Grammaticis nostris aliqui etiam insigniter docti Baronis nomen apud Ciceronem quoque legi contendunt, & pro homine stolido atq; inepto accipi. Sic Antipho somniorum interpres libro de Diuinat. ij. Baro dicitur. Sic ij. de Finibus: Hæc cùm loqueris, nos Barones stupemus, tu tecum ipse rides. Sic lib. familiarium ix. epist. vlt. Ille Baro te putabat quæsiturum, num vnum cœlum esset. Sic & ad Atticũ li. Epist. v. Apud Patronem, & reliquos Barones, te in maxima gratia posui: & hercle merito tuo feci. Sed certè si vox hæc Latina esset, iustè admiraremur, cur non & in alijs auctoribus reperiretur: vnde cùm tot errata vitio bibliopolarum in Ciceronis operibus sint, non facilè est singulari cuiquã testi de incolumitate lectionis credẽdũ. Constituendum est, inquit Theophrastus, secundum ea quæ frequentius accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου. nam etsi ponamus suprascriptis in locis ita scripsisse Ciceronem, non vbique quadrat ea interpretatio, vt hominẽ stolidũ significet, præsertimq; in epistola ad Atticum, qui solus locus aliquantò certior, & adhuc incontaminatus superest: atqui ibi ꝑ philosophi sectatoribus & studiosis accipi videtur. Ego βαρῶνας, id est, Verones, seu imitatione Dorica Barones, accepi populos Hispaniæ esse, sic à fluuio, cuius Martialis quoq; meminit, dictos: qui (vt nunc Germani) solebant principibus apparere, & excubias facere: quos & verisimile est eligi solitos prægrandi corpore, quamuis mente stolida essent, q; huius militiæ ꝑprium est. Cæsar iiij. commẽtario belli ciuilis: Caius semper Verones, compluresq; euocatos cum telis habere cõsueuerat, à quibus cæteri intercluduntur, qui ad cædem faciendã subsequebantur. Tales opinor Plutarchus in C. Marij vita βαρδιαίους vocat, quos ipse diffinit δορυφόρους ἐκ τῶν προσπεφευγότων δούλων, id est, prætorianos & apparitores ex seruis qui ad eum confugerant: horum vestimentum Bardiacus dicitur Martiali: Lasssi Bardiacus quòd euocati. & hinc Bardiacus iudex Iuuenali. Igitẽ Cicero Patronis philosophi Barones vocat eius sectatores, q; instar apparitorũ illi semper adessent. Alijs verò in locis, si rectè ibi ea vox legitur, ꝑ fatuis & stolidis accipitur, metaphora ab eorũ moribus ducta. reperi & quandoq; hanc vocem pro cognomine in antiquis spectationibus, qualis vna est Brebiæ ad lacum Verbanum:

D. M. L. COELI L. F. OVF. BARONIS.
VI. VIR.
PONTIFICI. IIII VIR. AP. CVRATORI.
SALT. TIBRONIANI
ITEM TEMPLI MINERVAE ET ALBVCIAE
VIRILLIONIS. F. VXORI EIVS. COELII. IVVENAL.
ET SEVERVS PARENTIB. OPTIM.

g Bald. c. innotuit. de elect.

CAPVT XVII.

Fideiussorem, qui in maiorem summam accedit, saltẽ in verã teneri aduersus Bartolum: & verã non esse dialecticorum differentiam, an negatio verbum præcedat an subsequatur: et quædã ad hãc rẽ ex Hermogene.

RECEPTISSIMVM iuris auctoritate est, non posse fideiussorem in duriorẽ causam obligari, quàm principalis ipse teneatur: ideoque talem fideiussionem si aduersus suprà scripta factum sit, esse nullam [h]. Sed dubium est, an saltem eatenus sit efficax, quatenus principalis tenebatur. & Bartolum credidit omnino nullàm, quia forma legis neglecta sit. Si igitur cùm Titio deberem centum, tu pro me apud eum in ducenta fideiusseris, nec ad ea quidem centum, quæ verè debebam, eris obligatus: quia l. placuit eos inquit omnino non obligari [i]. cùm enim signo vniuersali postposita sit negatio, apparet radicitus actum esse nullum: sicq; non pauci ex nostratibus tradiderunt. Mihi iniqua semper visa est hæc dispositio, & à ratione

h l. fideiussor obligari. §. j. de fideiuss.
i l. græcè. §. illud de fideiuss.

ratione naturali non parum recedere: ideoq; nũquam potui adduci, vt ex facto secundum eam responderem: etenim aliquibus legibus potest hæc sententia apertè confutari [a]. Nec ratio quæ pro ea adducitur tam firma est, vt conuelli non possit. In primis enim aio, veterum codicum lectionem aliter se habere, & negationem in ijs signo vniuersali præponi, Placuit nõ omnino obligari: tanquam obligari quidem velit lex, sed non in totum: sicque Norica editio habet, & ego in antiquissimo exemplari scriptum habeo. Rursus aio, distinctionem illam, An negatiua præcedat, an autem sequatur, certam non esse, & plerosque veterum autorum eam neglexisse: quod Laur. Valla lib. dialectices j. cap. xxvj. tradidit, vbi Pauli Iurisconf. locum [b] adducit: quia verum sit omnes statos non esse, id est, non omnes statos esse. qua de re non insubtiliter disserit Hermogenes lib. Rhet. vlt. Negatione, inquit, quandoque eodem sensu vtimur, quo si affirmatiuè loquuti essemus: quandoque minus significamus, aliquando enim amplius, eodem sensu: θύοντι γὰρ φανερὸς ἦν, καὶ μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν. vates clarus erat, & non obscurus diuinator. sic Ouidius:

Iam mare & tellus nullum discrimen habebant,
Omnia pontus erat: deerant quoq; littora ponto.

Minus significat cùm per confidentiam deprimimus, vel per auxesim intendimus, vt hoc exemplo: ὦ ξεῖν᾽ ἐπεὶ οὔτε κακῷ οὔτ᾽ ἄφρονι φωτί. O hospes postquam neq; malo neque imprudenti homini. Sic Plaut. Epid. Neque malo homini, neq; benigno tuo dedi Straciphocli. Sic & Vlpianus [c]: *Scientiam hic accipimus, quæ habet & voluntatem: sed vt ego puto, non voluntatem, sed patientiam: non enim debet dominus velle, sed non nolle.* Amplius significam⁹, vt apud Homerum: ἐπεὶ δ᾽ μιν ἀφαυρότατος βάλ᾽ Ἀχαιῶν. Postquam non debilissimus Achiuorum iaculabatur. Maior hîc affirmatione est negatio: voluit enim valentissimum ostendere, sicut & cùm dixit οὐδ᾽ ἀρατό γε ἰδὼν γήθησεν. Hoc viso non sanè est lætatus Achilles: id est, plurimum indoluit [d]. Sic & Serui. Sulpitius ad Cicer. epistol. lib. iiij. Et si scio non iucundissimum nuntium me vobis allaturum: id est, sanèque iniucundissimum: vt satis appareat, falli eo, qui negant idem esse non iucundum, & iniucundum, sicut non iustum, & iniustum: qua de re Valla libro dialect. ij. cap. xxxij. rectè disserit & verè, secundum tamen suprà scriptam Hermogenis sententiam & distinctionem.

a l. rogatus. mãdat. l. si vltra. C. de fideiuss. l. ita tamen. §. penu. sud. sol.
b l. si seruus. §. si plurium. si quis caut.
c l. j. §. scientiam de tribut.
d l. cum plures. §. nimium de admin. tut.

CAPVT XVIII.

Carmen Archilochi restitutum, & Martij vatis apud T. Liuium: & emendatus Plinius, & explicatus Ouidius in Ibin.

CVM ius belli id sit, vt capti efficiãtur capientium, quia par censetur vtrinque causa, vnde & hostes ab æqualitate dicti sunt: visum est legislatoribus, vt ii quo casu de manu hostium captiui elaberentur, ius postliminij habeant: quod non ad homines tantùm pertinet, sed & ad res ipsas, & ad naues longas, & onerarias, ad equos, idque genus similia, quæ bello capta sunt: excepêre tamen arma, vt scutum, gladium, cassidem: ea enim postliminio reuerti negantur, quòd turpiter amittantur [e]: etenim semper apud veteres infame fuit, arma amittere. Vnde ῥιψάσπιδες dicti, qui metu ea in bello abiecissent: quo nomine in veteri comœdia notatus fuit Demosthenes. Illud quoq; traditum ab auctoribus est, Archilochum poëtam Elegum à Lacedæmonij vrbe eiectum, quòd scripsisset præstare clypeũ amittere, quàm in acie mori. cuius elegiõ à Plutarcho in Apophtheg. Lacon. refertur, itemque à Strab. lib. x. & rursus libr. xij. sed adeò corruptum est, etiam in Græcis exemplaribus, vt interpretes, quamuis viros doctos, fefellerit: nos ex vocum ipsarum, vt ita dicam, parietinis, exque Aristoph. in Pace auctoritate, sic restituendum censemus:

ἀσπίδι μὲν σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων,
ψυχὴν δ᾽ ἐξεσάωσα φυγών. ἀσπὶς ἐκείνη
ἐρρέτω, ἣν αὖθις κτήσομαι οὐ κακίω.

Scuto aliquis Thracum non nostra sponte fruatur,
Quod liqui illæsum vepribus in medijs.
Sed seruaui animam fugiens, clypee ergo valeto:
Non æquè illæsus mox meus alter erit.

Sanè eo in versu per diæresim soluitur dictio φυγών, quod exemplo non caret. Idem Archilocus apud Theonem in progymnasmatis, θυμὸς γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ γίνεται, trimetrum est carmen, in quo γλαῦκε trisyllabum est. Sic etiam apud Latinos, vt apud Martium vatem, cuius carmina à T. Liuio lib. xxv. referuntur, sic in pedes suos redigenda:

Amnem Troiugena cannam Romanam fuge.
Ne te alienigenæ in campo cogant Diomedis
Conseruisse manus pugnando: Sed neq; credes
Tu mihi tunc, donec compleris sanguine campum,
Multaq; millia cæsa tuorum deferat amnis
In pontum magnum terrai frugiferai,
Piscibus, atq; auibusq;, ferisq; colentibus terras,
Vt fuat esca caro tua: nam mi ita Iuppiter orsus.

Tametsi arbitrer abhorruisse Liuium fœtorem hunc antiquitatis, & aliqua mutasse, ne contra historiæ legem prosæ orationi carmina insereret. Quòd si quis διαίρεσιν illam in carmine Archilochi non probet, potest legere φυγὼν ἀλλ᾽, eodem sensu. Sanè hunc poëtam Archilochum, qui primus iambici versus repertor fuit, Ouidiani interpretes à domesticis Lycambes interfectũ scribunt. quoniam in Ibin sic scriptum sit:

Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi,
Sic sit in exitium lingua proterua tuum.

Ego in bello interfectum esse apud Plutarchum in libello, Quemadmodum quis de inimicis vtilitatem capiat, legi, à Corace, qui fortè & ipse eius carmine fuerat proscissus. Iidem interpretes non minus incuriose & sequens carmen explicant:

Vtq; parum stabili qui carmine læsit Athenas.

legendum enim est Athenin, & de Hipponacte intelligendum, qui primus iambum claudicare fecit, & scazonta in Bupalum & Athenin composuit, vt est apud Suidam: vt rectè Ouidius parum stabile, id est, claudum carmen ei tribuat. Plinius lib. xxxvj. cap. v. Anthermum, non Athenim vocat: errore (vt arbitror) librariorum. fuit autem Anthermi filius vterq;. Pari negligentia aliud rursus sequens transmiserunt ijdem interpretes:

Vtq; Syræ vates fertur perijsse seueræ,
Causa sit excidij dextera læsa tui.

Dexteram enim accipit Ouidius pro hospitij coniunctionisque iure: & Hesiodum intelligit, qui ob suspitionem violatæ sororis ab Antipho & Cemeno hospitibus suis occisus est: seu vt alij ab Amphiphane, & Gannictore, vt est apud Plutarchum, & eius poëtæ interpretem Joannẽ Zezẽ, præterea & Suidã. Sunt sanè & multa alia huiusmodi

e l. ŋ. de capt.

iusmodi loca malè apud Ouidium eo in libello ab interpretibus explicata, quorum quæ nobis occurrent, cùm occasio tulerit, non grauabimur facere mētionem: tametsi ratio studiorum meorum vix ferat, vt in huiusmodi minutias possim diuertere.

CAPVT XIX.

Suitas quomodo diffiniatur: & an ea voce tāquam proba vti possimus.

SVITAS quid sit, pleriq; diffinire tentauerunt, hactenus tamen nemo sat rectè: experiamur & nos, quid præstare hac in re possimus. Igitur putamus sic rectè finiri: Suitas est hæredum qualitas, qui primùm in potestate paterna locum tenent, continuationem dominij necessitatemque successionis ipso iure inducens [a]. Videntur autem hi hæredes quodammodo sibijpsi succedere, cùm, viuente quoq; patre, domini censeantur [b], & ideo Sui appellantur: à qua dictione Doctores nostri verbum Suitatis deduxerunt, quo ego vti non rarò soleo, siue quòd in legalis sapientiæ scriptis non existimem omnia ad amussim secūdum veterum elegantiam requirenda esse: siue quòd nō minus licere nostratibus Doctoribus, existimē, quàm veteribus oratoribus aut philosophis concessum semper fuit: è quibus Asinius Pollio Patauinitatem quandam in T. Liuio se notare dixit. At Plato quamuis alioquin eloquētissimus, cyathitatem quoq;, & mensalitatem commētus est. Hinc apud Laërtium in Diogenis Cynici vita, Platone de idæis differente, & τραπεζότητα καὶ κυαθότητα nominante: Equidem (inquit Diogenes) mensam & cyathum video: mensalitatem verò cyathitatemq; non video. cui ille: Rectè, inquit: quibus enim cyathus mensaque conspicitur, oculos habes: quo autem mensalitas & cyathitas cōspicitur, animum non habes. Sed & apud Fabium elegans est distichon in Hermem quendam, qui longis dictionibus oblectabatur:

Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes,
Consuetudinibus, sollicitudinibus.

Videtur & nouè dixisse Cicero admirabilitatē, lib. de Offic. ij.

a §. sui autem. Instit. de hæred. qual.
b l. in suis. de lib. & posth.

CAPVT XX.

Dictio Suus, quamuis reciproca sit, tamen aliter atque aliter in iure nostro accipitur: & aduersus Vallam quædam annotata.

LEGAVERAT sacerdos Lesbiæ fundum, iusseratque eum fundum post eius mortem filijs suis Seio & Titio restitui. Dubitatum fuit, an fideicommissum subsisteret. Et aiebant, non valere: quia Seius & Titius videbātur incapaces, tanquam spurij: etenim testator filios suos appellauerat. At certum est pronomen Suos reciprocum esse, vt integro libro Laurentius Valla censuit: addebantque id sensisse Bartol. & alios Doctores [c], qui huiusmodi pronomen ad ipsum testatorem in ambiguis referendum esse arbitrati sunt: vt si quis mandet hæredi, vt libros suos restituat, intelligetur ipsius testatoris, non hæredis [d]. Dixi absurdum esse si ita interpretemur verba, vt dedecus suum testator expressisse censeatur, fideique commissum pro non scripto sit: & ideo si aliter non probetur, Seium & Titium sacerdotis illius filios esse, eis deberi quod testamento relictum est: etenim pronomen hoc, Suus, ambiguum est, & quandoque pro, illius, accipitur [c]. vnde secūdum subiectam materiam declarari debet. Vlpianus: *A diuo Pio rescriptum est magistratibus* [f], *vt iudicum à se datorum sententiam exequantur, à se*, id est, à magistratibus, non à diuo Pio. Idē: *Senatus censuit rogari quem posse vt hæreditatem suam ei restituat* [g]. suam, id est, testatoris, non autem rogati seu hæredis. Sic & relatiuum quoque pro pronomine ponitur. Vlpianus: *Si quis pro muliere dotem dederit, vt ipsi solueretur* [h]: id est, sibi seu danti, vt rectè ait Accurs. Possemque ex legibus nostris multa loca adducere, quibus indifferenter, Suus pro illius, & è cōtrario ponitur. Nec ego omnino Laurentij Vallæ sententiam probo, tam pertinaciter reciprocam hanc interpretationem obseruari debere contendentis: ἀκυρολογήματα sunt, & minutiæ, à classicis auctoribus plerunque neglectæ. Plaut. Suus vir salutat vxorem suam. Cicero pro Deiotaro: Ea sumeres ab illo non recusauit, id est, à se. sicut & ipsius, pro suis ipsius. Cicero pro P. Sextio: Quis vnquam senatum ipsius decretis parére prohibuit? & Suis, pro eius. Cic. in Sallustium: Non ex oratione, sed ex manibus suis spectare debetis. & Philipp. iiij. Si C. Cęsaris, fortissimorumque sui patris militum, &c. & ad Octa. Immemor beneficij sui, circunscribis senatum. & rursus alijs locis, quos in commētarijs linguæ græcæ Budæus annotauit.

c Aretin. consil. clvj. Alexand. xxij. in tertio.
d Bart. l. cum in testamento. de aur. et arg. lega.
e l. antepen. §. fi. de lega. ij.
f l. à diuo Pio. de re iudi. Dec. c. significasti. de offic. delega.
g l. ex facto. ad Trebell.
h l. quoties. §. fi. sol. matri.

CAPVT XXI.

Quomodo præsumatur ex præsenti tempore retro: & defensus aliquot locus Vergilius Maro à Seruij, Gellij aliorumq; Grammaticorum calumnia.

REGVLA est iuris nostri certissima, Ex præsenti in præteritum præsumi, vt, scilicet, quod hodie est, & olim fuisse credatur: cui locum esse in ijs tradiderunt, quæ verisimiliter mutationis alicuius periculum non subeunt: qua de re libro Præsumptionum ij. cap. xxvj. nō indiligenter scripsimus. Qui ergo fluuij vel montes nunc sunt, & à creato orbe verisimile est fuisse, quòd natura rerum perpetua sit: licet vrbes ab hominibus conditas ante eorum conditores certum sit non fuisse: nec puto hac in re quenquam hæsitaturum. Qua ratione pręstantissimi poëtarum P. Vergilij aduersus quosdam Grammaticos patrocinium ego suscipiam. Scribit A. Gellius libro x. capit. xvj. repræensum à Iuli. Hygino Vergilium, qui ex persona Palinuri loquens dixerit:

—Portus require Velinos.

Atqui, inquit ille, constat Veliam oppidum post multos, quàm Paulinurus decesserat, annos conditum fuisse. eodem argumento & Seruius vtit, cùm Vergilius ex persona Aeneæ:

Apparet, inquit, Camarina procul, campiq; Geloi,
Arduus inde Acragas, &c.

Atqui, inquit ille, hæc oppida tempore Aeneæ nulla erant, cùm constet multos deinde post annos ædificata fuisse. Respondeo: Non de ipsis oppidis loquitur Maro, sed campis & fluminibus, quæ proculdubio semper fuerant. Veliam à fluuio eam præterfluente dictam esse auctor est Stephanus dictione Ἐλία, vt rectè possimus portum intel-

intelligere, quem fluuius ille facit. Sic & Camerina palus, seu fluuius est, sicut & Gela, & Acragas: etenim, vt Duris inquit, plurimæ Siculorum vrbes à fluminibus nomen sumpserunt, vt Syracusæ, G la, I nera, Selinus, Phęnicois, Eryce, Camerina, Acragas. Dictus autem est fluuius Acragas ab Acragante Iouis & Asteropes Oceanitidis filio, vt scribit Stephanus. Polybius fluuium ipsum itemq; ciuitatem à Campis eius regionis nomen sumpsisse mauult, quæ ἀκράγας dicebatur, διὰ τὸ εὔγειον, propter terræ bonitatem. Meritò ergo apparet, quàm friuola sit horum accusatio. Sed & non minus inepta alia, quam ibidem Gellius refert: Confudit, inquit, personas & tempora Vergilius cùm dixit:

Eruet ille Agros, Agamenoniasq; Mycænas,
Ipsumq; Acacidem, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.

Arbitranturq; Gellius & Hyginus de Pyrrho intellexisse poëtam. Sed certè non videntur hi ad eius verba rectè attendisse: nec enim Pyrrhus à Romanis erutus, aut sublatus fuit, sed duntaxat summotus, ne quicquam agri Romani occuparet. Ioannes Pontanus Persen regem hîc intelligi existimat, idq; Propertiano ex carmine:

Et Persen proaui stimulantem pectus Achillis,
Quiq; tuam proauus fregit Achille domum.

Sed nec id satis placet, cùm non ijsdem ducibus. Perses & Achæi sint superati. Satius ergo erit de Persis filio Andrisco intelligere, qui & Pseudophilippus dictus est, & vltimus regum Macedonum fuit, quem Q. Cæcilius Metellus vicit, cepitq;, & de eo triumphauit. Idemq; Achæos cum Bœotijs & Chalcidensibus ad Thermopylas superauit, Critolaumq; eorum ducem adegit, vt veneno sibi mortem conscisceret, vt Pausanias in Achaicis scribit, & Historiæ lib. 50. & 52. T. Liuius est auctor. Sanè videtur ad Maronianum carmen allusisse & Germanicus Cæsar quodam græco eleganti epigrammate, quod sanequam feliciter Thomas Morus in hunc modū Latinis reddidit:

Mauortis genus Hector aue, si quid sub humo audis
Respira, & patriæ nomine cresce tuæ.
Ilios vrbs colitur, nunc inclyta gens colit illam,
Quam tu Marte minor, Martis amica tamen.
Myrmidones periere. ades, & dic Hector Achilli,
Esse sub Aeneadis vndiq; Thessaliam.

CAPVT XXII.

Clerici vnde dicti: quid sint sortes Lyciæ Deliæ, Apollo Myrinus, Grynæus: Vergilij, Martialis, Statij, loca declarantur.

QVI Christianæ religionis sacris initiantur, ab ipsa vsque nascentis ecclesiæ infantia Clerici sunt appellati, quòd Græcis κλῆρος sors sit [a]. At ipsi per sortem deligi solebant, vnde in Actis Apostolorū subrogatus Iudæ Matthias hoc modo legitur. Hodie tamen hæc electionis forma Pontificum iure approbata nō est [b], quòd certo, scilicet, iudicio promoueri ad sacra debeamus, non sortium beneficio. An potiùs ita dicti sunt, quòd quilibet in decurias suas distribueretur, vt sibi mādato munere fungeretur? Vnde constituti leguntur qui Hostiarij essent, qui Psaltæ, qui lectores, qui Exorcistæ, qui Acolythi, qui Subministri, qui Diaconi essent: item qui Seniores, & qui Episcopi. etenim ἀποκληροῦν Dionysio in hierarchijs in decurias contribuere significat. Vnde & ἀποκληρώσεις, attributio munerū vnicuique singillatim facta: vocationes vulgò dicuntur. An verò, quod receptius est, quia ad hæredium, patrimoniumq; diuinum sunt adsciti? Κληρονόμος enim hæres est, quòd olim sorte diuideretur hæreditas, sicut & regna. Scribit Pausanias in Messeniacis: cùm inter Heraclidas ambigeretur de regno, Cresphontem Aristodemi liberis sortium beneficio potiorem fuisse, quas igne durauerat, cùm aduersariorum sole tantummodo arefactę essent, ideoq; in hydria proiectæ delicuissent: quod etiam Plautus in Casina ostendit: Sicut herculeis prognatis sortes, &c. Vnde & prouerbiū Sophocli δραπέτης κλῆρος, fugitiua sors: de re per dolum facta. Quo argumēto arbitror & poëtam Ennium fabulam dedisse: reperio enim eum à grammaticis citari in Cresphonte. Iure verò nostro rarum est, vt iudicium hoc per sortes admittatur: nisi cùm res adeò perplexa incertaque est, vt alium exitum non habeat [c]. Hinc apud Plautum, In sortito esse, id est, in incerto & ambiguo, vt inueniri non possit. Proconsules sortibus eligi solitos, Præsides verò prouinciarum iudicio principis constat. Dion lib. lviij. Prouincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius præsidibus suis tradiderat, sortibus restituit, id est, proconsulari administrationi. Dabantur & apud veteres oracula sortibus: vnde Prænestinæ sortes dictæ, & in Burensium agro in Achaia, vt ait Pausanias, in fano Herculis, vbi iactis super mensam talis certissima præsagia deprændebantur: & in agro Patauino Geryonis oraculum, vbi in aquā tesseræ iacebantur. Sunt & Myra (ciuitatis in Lycia id nomen est) vbi Apollinis est templum, & vetustum oraculum. Vnde Vergilius:

Italiam Lyciæ iussere capessere sortes. & lib. xij.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris.

Meminit & Homerus Iliados iiij. Plinius lib. xxxij. c. ij. in codicibus emēdatis. Nam in Lyciæ Myris fonte Apollinis, quem Diuum appellant, ter fistula euocati veniunt ad augurium, &c. cuius rei & Aelianus meminit, & lib. Lyciacωn ij. Epicharmus. Martialis lib. ix.

Campis diues Apollo sic Myrinis.

Myrorum, inquit Steph. ciuitas Lyciæ, à Myra, vt verius est: vel à Myrone, vel à Myro fluuio eam præterfluente nomen habet. Idem ait Grynos insulam Myrenæorum esse, vbi & Apollinis est templum albo lapide, & oraculum antiquum: de quo etiam Strabo lib. xiij. mentionem facit. Hecatæus eorum ciuitatem Gryniam vocat: vnde & Grynæus Apollo, qui & in Delo est, vt Parthenius auctor est, vt rectè Vergilius sic Delium vocauerit:

Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo.

lib. Aeneid. 4. Hinc & Papin. Statius:

His paruus nisi Deliæ vetassent,
Inous freta miscuisset Isthmos.

Intelligit autem Delias sortes, quibus perfodi Isthmum vetitum fuit, vt est apud Herod. lib. 1.

a c. cleros. xxj. distinct.
b c. fin. de sortileg.
c l. si duobus. C. comm. de lega.

CAPVT XXIII.

Quomodo lex Falcidia liberam testandi facultatem dederit: & de legibus antiquis, quæ ante Falcidiam latæ erāt: tū de Theophilo Institutionū Græcarū auctore.

LEX Falcidia, inquit Iurisconsultus Paulus primo capite, liberam legandi facultatem dedit [d]. Sed quomodo dedit, si iam lege xij. tab. data erat? cuius

d l. j. ad l. falcid.

cuius verba sunt: Quod quisque rei suæ legassit, ita ius esto [a]. Respondent nostrates Doctores apud Paulum verbum illud Dedit, intelligẽdum, id est, datam declarauit. Ego lege Voconia, itemque Furia, facultatem eam coangustatam fuisse scio [b]: quas leges deinde Falcidius abrogauit. Quid autem illis legibus sancitum esset, amplius quærendum arbitror. Theophilus, seu quiuis alius græcarum Institutionum auctor fuerit, lege Furia cautum fuisse scribit, ne cui plusquam A χίλια νομίσματα, seu vt tunc loquebantur, mille numi legari possent: alioquin eius quod amplius legatum esset quadruplum restitui. Voconia verò lege prohibitum testatori, ne cui plus legaret, quàm hæres esset habiturus. Cæterum suspectus mihi is est auctor, quem deprændi multis locis non valdè Accursio nostro doctiorem, quod ad historias, & humanitatis studia attinet. Cicero oratione in Verrem vj. Voconiæ legis meminit, qua cauebatur, ne quis census, id est, qui centum B millia in bonis haberet, hæredem mulierem instituere t. Idem in oratione pro Balbo: Tulit, inquit, apud maiores nostros legem C. Furius de testamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hæreditatibus. In iure nostro etiamnum legis Fusię Caniniæ extat mentio, quæ certum modum libertatibus constituebat, potestatemque à lege xij. tabularum testatoribus generaliter datam restringebat.

a l. verbis. de verb. sig.

b Instit. ad l. fal. in princ.

CAPVT XXIIII.

Vnde dicatur lex Falcidia: & an rectè eius verba ab Eusebio seu Hieronymo sint relata.

QVONIAM Falcidiæ legis mentio incidit, admonendus mihi est Lector non à falce eam dictam esse, vt aliqui suspicatur, sed à C. Falcidio Tributo plebis, qui primus eam D legem tulit: quod & Isidorus tradidit [c]. Quibus autem verbis lata sit, quoue sensu, duo grauissimi auctores videntur mihi plurimum à vero aberrasse. Vnus est Cocceius Dion, qui lib. historiæ Romanæ xlviij. Græcè quidem, sed in hunc sensum scripsit: Sub Augusto Falcidio [d] Tribu. legem tulit etiamnum magnæ in succesionibus auctoritatis, vt hæredibus scriptis liceat quartam hæreditatis partem retinere, reliquum omittere, si in eo grauati sint. Atqui falsum hoc est, nec hęredi permittitur partem hæreditatis omittere [d], E sed totam omnino agnoscere debet, licet deductio sibi de singulis rebus ex lege comperat. Alter Eusebius Cæsarienſis in Chronicis, quæ diuus Hieronymus in Latinum trãstulit: Is legem, inquit, Falcidius tulit, ne quis plus testamento legaret, quàm vt quarta pars hæredibus supereſſet, si quatuor aut min[o] essent: si autem plus quatuor, medietas. Atqui hui[o] medietatis nusquam alibi extat mentio, nec quicquam ad rationem F legis pertinuit, quot testamento hæredes scripti essent: opinor aliquem, qui in legitima iure naturæ debita, hanc distinctionem à Iustiniano fa-

c c. quædam. ff. distinct.

d l. j. & seq. de acquir. hæred.

e in Auth. de trien. & sem.

ctam intellexerat [e], existimasse eam legitimam eandem cum Falcidia esse, & verba illa Eusebij scriptis addidisse: tametsi nouum non sit, humaniorum studiorum auctores errare, cùm ad alias disciplinas, præsertim legalem, desultare volũt: vt verisimũ sit prouerbiale carmen, Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.

CAPVT XXV.

Cur testator beneficio legis Falcidiæ renuntiare non possit: quæ sint priuata sacra, & Scæuolæ responsum emendatum.

DVBITATVM fuit, cur iure veteri testatori permissum non esset, vt legi Falcidiæ testamento suo locum nõ esse iuberet: cùm enim eius cautio lata videatur, q; cuiuslibet interest habere hæredem [f], debuit fauori suo renuntiare posse [g]: & tamen certum est, id ei haudquaquã fuisse concessum [h]. Ego non solùm ad priuatam causam pertinuisse eam legem arbitror, sed etiã ad publicam: quia publicè interest, vt vltimæ voluntates exitum secundum testatoris mentem habeant [i]. An verò & publica vtilitas in eo vertitur [i] quod lege xij. tabularum cautum erat sacra priuata perpetua manento. Ostenditque Cicero de legib. lib. ij. ex Q. Mutij auctoritate, quinque modis adstringi sacris hæreditatem: quod libro Prætermissorum primo aliàs tractaui. Igitur publicè interesset, quemlibet habere hæredem, vt priuata sacra facilè non extinguerentur. Horum autem sacrorum alia erant totius gentis communia, quæ gentilitia appellari possunt: alia quæ sibi paterfamiliãs constituerat. Liuius lib. v. Sacrificium erat statutum Fabiæ genti in colle Quirinali, ad id faciendum C. Fabius Dorsuo Gabino cinctu, sacra manibus gerens, de Capitolio descẽdit. Cæcilius Plinius in Panegyrico: Non passuri erant homines abradi aliquid bonis, quæ sanguine gentilitate, sacrorum deniq; societate meruissent. Plaut. Capt. sine sacris hæreditatem adeptus sum offertissimam. In iure autem nostro, quoniam ad paganismum pertinent, haudquaquam horum est mentio, nisi quòd supersunt adhuc tenues huius rei coniecturæ. Hinc est, quòd in diffinitione nuptiarum Modestinus [k], Diuini, inquit, & humani iuris communicatio, & filios qui extra patriam potestatem per emancipationem dimissi essent, amplius non esse in sacris patris, lex ait [l]. Paulus: Sacrilegi, inquit, sunt qui publica sacra compilauerint: atqui priuata sacra, minus quàm sacrilegi merentur [m]. Martianus: Sacręres sunt, quæ publicè consecratæ sunt, non quæ priuatim: si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum [n]. Cæterũ cùm hæc priuata sacra hodie abolita sint, meritò & Iustinianus [o] testatori ius fecit, legi Falcidiæ derogandi: tametsi & ante eum ex voluntate defuncti aliquid illi legi imputaretur, quod aliàs ceu non hæreditarium non fuisset imputatum. Scæuola: Respondi, non aliàs quæ ei data sunt accepturam quàm si voluntati defuncti solidum præstando pareret [p]. sic enim legendum: non vt vulgò habent codices, Soluendum præstando.

f Instit. ad l. falcid. in prin.

g l. penul. C. de pact.

h l. de bonis. §. j. l. Seius. ad leg. falcid.

i l. vel negare quemad. testa. aper.

k l. j. ff. de nupt.

l l. filiæ. §. j. C. de collat.

m c. l. sacrilegi. ad l. Iul. pec.

n l. in tantum. de rer. diuis.

o Auth. sed cũ testator. C. ad leg. falcid.

p l. filio. in f. ad leg. falcid.

CAPVT XXVI.

Quæ tria maxima Iason studiosis præstiterit: & quædam ad eius laudem pertinentia.

SVPERIORIBVS libris, dum potius vtilitati iuuenum consulerem, quàm meę existimationi, quoddam tuleram iudicium, quem potissimum quisque interpretem ex nostratibus sequeretur: etenim præsagibat animus, excitare me crabrones, & non defuturos qui contradicerent. Et

Et quoniam pascitur in viuis liuor, vt in carmine est, non fuit quisquam qui in veteriorib. mecum dissentiret: solus Iason mihi litigandi causam dedit. Non tulerũt aliq tantũ à me ei tributum esse, iis præsertim omissis, quos illi subtiles, ego futiles καὶ ψυχοτρώκτας iudico: interpretaturq; tantũ me tribuisse Iasoni, quòd mihi præceptor & communiceps, atque etiam non vulgari familiaritate coniunctus fuisset. Atqui bonæ conscię tiæ iudices ad hæc non solent aduertere, sed po A tius prouerbiale illud obseruant, Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica Veritas. Præstitit certè Iason nobis omnibus tria maxima. Ante illum, si quis certam alicuius quæstionis definitionem scire desiderabat, eũ oportebat propter veterum confusionem, per multa volumina versari, plurimum temporis incassum conterere: ipse hoc nos tædio liberauit, summo ordine omnium sententiis in vnum congestis, & communi opinione mira facilitate explicata. Ante illũ qui B responsa edebant Iureconsulti, tribus, aut ad sũmum quatuor aureolis honorabantur: ipse primus, quinquaginta, centum & plus eo à clientibus accepit, tantum viri auctoritas pollebat: ficque iunioribus viam aperuit, qua extra veterum sordes emergerent, & locupletes opulentaque penu agerent. Ante illum professores ducentos, aut ad summum trecentos aureos à fisco percipiebant: is primus millenos à Ludouico Sfortia, deinde & à Francorum rege exegit: nec C vnquam iuniores Decius, Ruinus, Alciatus, eum numerum excesissent, nisi iam ille sic nobis prę iuisset, atque principalis ærarij portas, vt ita dicã, reseraſſet. Mactè igitè esto virtute vir amplissime, & de æmulis, virtutique tuæ inuidentibus, vt viuus faciebas, ita & nunc mortuus, quotidie triumpha.

IASONIANI honorarij mentio mihi in mentem subiicit, lõgè magis mũnificos largosque veteres fuisse, quàm nostræ ætatis sint principes. Suetonio Tranquil. in Vespasiano: Ingenia, inquit, maximè fouit: primus è fisco Latinis, Græcisque Rhetoribus annua centena constituit, subaudi sestertia. Censetur sestertium xxv. aureis nostratibus: vt appareat ad bis mille & quingentos singulis annis eum dedisse. Lucianus in Eunucho scribit, Diuum Marcum Antoninũ singulis Philosophorum cuiusque sectæ primoribus salariũ non exiguum constituisse, nempe μυρίας δραχμὰς, id est, x. denariũm millia: est hæc summa nostratis moneræ mille aurei. Eumenius Rhetor, qui Augustoduni Heduorũ oppido profitebatur, in oratione pro instaurandis scholis, rescriptũ Dioclet iani & Maximiani Impp. refert, quo ex Reipublicę iuribus salariũ accipere iubetur in sexcenis millibus numũm, quæ est summa nostratium aureorum quindecim millium. Excederet certè hoc omnem fidem, si annuam hanc pecuniam accepisse eum contenderemus: atqui non a l. fi bene. ff. de usuris. sexcenta millia, sex in sexcenis millibus sibi constituta stipendium ille scribit: quo loquendi modo arbitror intellexisse eũ: sibi præstitũ reditum & fœnus quod ex tali summa Respublica percipere potuisset [a]. Fœnerabant autem respublicæ ciuitatũ duodenis assibus, vt inquit quadam epistola ad Traianum Plinius, quæ in iure b l. eos. C. de usur. l. ij. §. fin. ad leg. falcid. nostro Centesima vsura dicitur, id est, xij. anno in centum: qua computatione accepisset Eumenius mille & octingentos aureos annuos. Quòd si ciuilioribus vsuris, quales Iustinianus constituit [b], eam pecuniam collocari fingamus, iam minor erit ius honorarij quantitas. Sanè modus illoquendi. Accipere in sexcenis, apud auctores non sat frequens est, videturq; non esse ei absimilis, quo Vlpian[o] vtitur [c], Si quis stipulatus fuerit x. in melle. qua tamen in re amplius deliberandum est. c l. si quis stipul. de iolut.

* *

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOL. PARERGΩN IVRIS, SEV OBITER DICTORVM, LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

Fictio quid sit, & impossibilia non fungi, nec à Poetis quidem.

FICTIO est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio: etenim constat, nunquam extendi fictionem ad ea quæ impos- A sibilia sint [a], siue de iure, siue de facto id fieri nequeat: Imitatur enim fictio naturam, nec facilè lex fictionem aduersus fictionem inducit[b]. Hincque receptum est in fictione trãslatiua extremi, à quo incipit fictio, habilitatem aptitudinemque requiri[c], ne aliàs lex quicquam impossibile videatur inducere: quæ omnia nos locis suis diligenter excussimus. Cæterùm videmus & id quoque Poetis obseruatũ B esse, ne facilè impossibilia inducant. Hinc traditum ab Homeri interpretibus est, cũ naufragio facto descripturus esset Homerus Vlyssem per triduum in mari & fluctibus natantem, quod supra humanas vires id videretur, adiecisse, ope Leucotheæ id factum, quę ei κρήδεμνον, id est, teniam, seu fasciam pectori subiiciendam dederit, quo interim subleuaretur, ne mergi posset:

Τῆδε τόδε κρήδεμνον ὑπὸ στέρνοιο τανύσσαι,
ἄμβροτον οὐδέ τοι, &c.
Hanc autem accipiens tendes sub pectore vittam
Diuinam, neq; ferre time mortisve potiri.
At postquam appuleris, manibus cùm littora tanges,
Confestim egrediens in nigrum conijce pontum,
Quàm procul à terra.

Idem videmus & inter præcepta Rhetorũ fuisse traditum, vt scilicet impossibilia non dicerent: quòd si omnino id faciendum esset, vt ea prius aliquo colore mollirent. Hermogenes de inuentione lib. iiij. Sciendum, inquit, est cacozeliam præconfirmationi sæpe mederi, quę ideo προθεραπεία, id est, præmedela appellatur. quod apud Homerũ perpendere licet, qui cùm sic dicturus esset,

ἧκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο.

Venit magnum montis verticem abrepturus: prędisposuit, confirmauitque prius animum lectoris, ne alioqui res incredibilis videret. Hic sibi, inquit, nutrimenta maiora quàm cæteri homines appetãt, apparabat: hic clauam ferebat, quã ne saxum quidem potuisset sustinere, & quæ sequũt. Qđ & sępissimè imitatus est Vergilius: vt,

Aemulus exceptum Triton, si credere dignum est, &c.

a gl. l. talis. de lega. j. §. minorem. Instit. de adopt.
b l. iiij. §. è contrario. de acqr. possess.
c glo. l. ij. C. de inoff. don.

CAP. II.

Pomi appellatione an Nux pinea contineatur: Attis Phrygij mors: Athes celeritas: Ouidius Martialisq; explicatus.

QVI fundum, inquit Paulus, vendidit, pomum excepit, nuces, & ficus, & vuas duracinas exceptas videri respondi[d]. Quibus verbis apparet, pomi appellatione contineri nuces, sed an nuces pineæ? Et traditum est, cùm Vatinius gladiatorium munus æditurus esset, verereturq; ne, quod aliquãdo sibi contigerat, rursus fieret, vt scilicet propter nimiam crudelitatem à populo saxis impeteretur, impetrauit ab Aedilibus, vt edictũ proponerent, ne quis quicquam in harenam mitteret præter pomum. Quo tempore Cascellius Iurisconsultus à quodam interrogatus, An nux pinea A pomum esset, respondit: Si in Vatinium missurus es, pomum est. erat autem odio Vatinius plerisque, optabatque Cascellius in tali nuce ille ceu lapide feriretur. Mart.

Poma sumus Cybeles, procul hinc discede viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

Hoc mortis genere periisse Attin Phrygium ex Berecynthia regiõe, videt sentire Ouid. in Ibin,

Sisq; idem simili quem pinus morte peremit
Venator, Phrygius sis Berecynthiades.

B vel vt in aliquibus codicibus legitur per syncopen, sisque Berentiades. Alibi tamen ipse Ouidius simpliciter in arborem pinum versum a Cybele ait lib. Metamorph. x. at alij aliter, è quibus Hermesianax elegius poeta filium Calij Phrygis eum fuisse testatur, & Cybeles deorum matris cultorem, & à sue, quam Iupiter ad vastãdos Lydorum agros immiserat, occisum. Cuius rei & Pausanias lib. vij. meminit. Pinum autem arborem in Græcis rei rusticæ collectaneis alia fabu- C la exornari constat. fuisse enim puellam Pytin formosissimam, quam Boreas zelotypia ductus, quòd Pani magis fauere videretur, pręcipitem è saxis dedit: at Terra mater eius sortem miseratã in arborem pinum vertit, quam etiam num Boreas plerunq; perflat, Pan verò viretibus eius ramis se exornat: at ipsa luget, & resinã cõficit. Apud Martia. lib. 4. celebrat Athas cursu insignis,

Siue leuem cursu vincere quæris Atham.

quem interpretes puerum fuisse confingunt absque autore: ego ἄτην Homericam intelligo, quã D ille libro nono celeritate pollere ostendit:

ἡ δ' ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, &c.

Et rursus lib. xix.

τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες.

Qua tamen in re amplius deliberandum est: etenim apud Græcos prima semper (q, ego sciam) huius nominis syllaba producit, cùm apud Martialem corripi appareat.

d l. qui fundũ. de uerb sig.

CAPVT III.

Cur frigida equis aspergatur: quid sit quod prouerbialiter dicitur, Frigidam suffundere: quid item, Calidum prandium edere: Plautus, & Iuuenalis explicati.

GENERALITER, inquit Vlpiã.[e] omnes opinantur, & vtile videtur, vt neq; thymelici, neq; xystici, nec qui aquam equis spargunt, cæteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur.

e l. athletas. de his q not. infa.

Existimat vir doctissimus Erasmus Roterodamus, solitos aqua in certaminibus sacris respergi equos, vt sic refocillarentur, atque acrius currerent: indeq; prouerbialiter dictum, Frigidam suffundere, Plauto in Cistellaria. Deinde veritus ne veterinarij & mulomedici hanc sententiam non probarent, quòd ęstuãtibus equis frigidam adhibere periculosum sit, ad aliam interpretationem transit, & consueuisse iniici aquam existimat, ne rotæ agitatione feruescentes flammã A conciperent. Atqui si diuinandum est, non minus coloris habet nostratium Doctorum interpretatio, qui spargi aquam equis arbitrantur crurium abluẽdorum causa. Vnde nec mihi verisimile fit ab hac metaphora frigidam suffundere Plauto dici, sed potius interpretor id à balneis frigidis deductum esse, quę ingrata sunt & horrida: vt cũ quis inhumaniter & duriter tractatur, huic prouerbio sit locus, quòd solerent caupones & hospites, qui inciuiliter viatorem exciperent, minimè calida lauacra illis præstare, sed frigentia B potius, dum lignorum impendiis parcant. Plutarchus in Alcibiadis vita, Laconas duros, rusticanosq; homines, iis balneis vti solitos ait. Martialis quoque,

Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine Martiaq; mergi.

Tametsi & alia quoque Laconũ sit exercitatio, C cùm nudi, oleoque vncti in sudatorio exercebãtur, quòd Laconicum πυρίασμα, seu, quod idẽ est, πυριατήριον dicitur, ab Agrippa fabricatum, vt Dion lib. lij. autor est. Vnde & ego arbitror scripsisse Iuuenalem,

Qui Lacedæmonium pyreysmate lubricat orbem.

Licet alij pytilismate, alij prædemate legãt: quã in re sua cuiq; stet sententia. Aristoph. συνεφίλαυ calida lauacra delicatioribus in vsu fuisse ostendit: fortiorib. verò & seueris frigida. Idem ἐν δαιταλεῦσιν, ἐψυχρολουτήσαμεν, inquit, id est, frigida laui- D mus. Sed & Plutarch. in libello qui φρόνιμος inscribitur, in Philosophum inuehit, qui κονίεται καὶ ψυχρολουτεῖ, quòd se puluere sordidaret, & frigida ablueretur, dum contemptum rerum humanarũ, duritiemque prę se ferret, cùm intus esset nihil minus quàm Philosophus. Hinc & simpliciter lauare pro couiciari, & probro afficere accipitur. Aristoph. Pluto, πλύνων μ' ἐποίουν ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις. Idem Erasmus, Calidum prandium edisti, apud eundem Plautum in Milit. interpretatur, id est, E fecisti quod tibi magno malo sit futurum: ab iis sumptum, qui noxiis & letalibus cibis se ingurgitant, postea ventris tormina sensuri. Ego Calidum accipi variis modis scio, quandoq; per metaphoram calidorum balneorum, vt cùm dicimus, Non lauat nisi calida: deliciis & adulationibus deditum innuentes. quandoque calidum mendacium, festinatum & de improuiso factũ, exemplo Græcorũ, qui θερμὸν sic accipiunt. Aristoph. Pluto, ὦ θερμὸν ἔργον κ' ἀνόσιον καὶ παράνομον. F Tãetsi ego potius gemina liquida Callidũ mendacium apud Plautum legerem. Calidũ verò prandium, alio sensu accipitur. verba sunt Plauti. Calidum prandium edisti, nũ illud frigefactas? metaphoricωs ab iis, qui os contrahunt, vt frigidum efflent. Idem in Rudente: Num git frigefactas? Apparet prouerbialiter dici in eos, qui tepidè admodum, & summis duntaxat labiis quid loquuntur, & parcè promittunt: etenim hi ore cõtracto, perinde ac si refrigerare buccæ iniectam calentem offulam velint, deformantur. atque ita sensisse Plautum, quisquis diligenter attenderit, facilè cognoscet, Nec ideo damnandam ego Erasmi nostri interpretationem sentio, quæ etsi Plautino sensui non quadret, potest nihilominus aliis locis conuenire: nec enim quicquã impedit, quin idem prouerbium ad varios sensus trahi valeat.

CAPVT IIII.

Quid sit Aurum coronarium, quid Argentum postulatum, Iuuenalis, Martialisq; declarati.

AVRVM coronarium quale esset, dubitatum quandoque vidi. Arcadij enim constitutione cauetur[a], ad collationem auri coronarij neminem absque consuetudine cogendum esse. Alibi traditur[b], anniuersarium canonẽ à Iudæis ad eam formam præstandum esse, quã patriarchæ olim coronarij auri nomine postulabant. Dion Nicæus lib. xlij. Accepit, inquit, Cæsar coronas plurimas aureas, quas à regibus plerisque postulauerat, non quidem auaritiæ studio, sed necessitate adigẽte, quòd plurimum auri illi effundendum in milites esset. Idẽ lib. xlix. quilibet etiam tenuis administrationis prætores, alij Antonij, alij Octauij Cæsaris fauore subnixi, triumphalia ornamenta Senatusconsulto impetrabant, hocque prætextu plurimum auri coronarij à prouincialib. exigebant. Cicero oratione in L. Pisonem, lege Iulia cautum fuisse attestatur, ne Imperatorib. aurum coronarium liceret accipere, nisi decreto iam triumpho. Idẽ de lege Agraria contra Rullum disputat, an tale aurũ referri in publicũ deberet, teneréturq; Imperatores profiteri, quantũ eo nomine prouincialib. abstulissent. Apparet igit. solere id aurũ exigi vel ob triumphũ decretũ, vel ob victoriã, vel, vt Accurs. ait, etiam ob dedicationẽ principalis statuæ. Theodosius Imp.[c] In nostræ serenitatis imaginibus ac statuis erigendis priuatę collationis propulsari iniuriam præcipimus. Vergil. lib. viij. Dona recognoscit populorum: id est, aurum coronarium, vt inquit Seruius, quod victis gentibus ob concessam vitam imponebatur. Suetonius quoque Tranquil. victoribus in circo solitum offerri aurum à populo ostendit. etenim in Claud. vita, cap. xxij. Nec vllo, inquit, spectaculi genere cõmunior, aut remissior erat: adeò vt oblatos victoribus aureos, prolataq; sinistra pariter cum vulgò voce digitisque numeraret. Ad quod allusisse videtur Iuuenalis:

——*Et cùm se verterit annus*
Accipe victori populus quod postulat aurum.

dabantur enim fragmenta auri, & argenti, idq; genus stips collatitia, vt singuli tamen quid minimum præstarent. Id deinde ad fabros deferebatur, in aliquod ornamenti genus conflandũ, elaborandumque. Vnde Alpheno Iurisconsulto arbitror dictum argentum postulatum[d]. quo sensu & apud Tranquil. in Nerone accipi potest, & Martialem lib. vij.

——*Nulla venit à me*
Argenti tibi libra postulati.

Licet aliqui Pustulatum legant, alij Putum, suo quisque arbitrio.

a l. j. C. de aur. cor. lib. xj.
b l. pe. C. de Iudæis.
c l. pe. C. de statuis.
d l. in naue. locat.

CAP. V.

Quæ causæ dicantur cognitionis esse, Tranquillus

declaratus: item emendata pleraque in libello Senecæ de morte Claudij.

COGNITIONIS nomen vario
modo in Iure accipi sæpisimè an
notaui. & quádoq; Cognitor is di
cit, qui corá in actis ꝓcurator & de
fensor cóstitutus est: ꝗ alibi osten-
di. Cognitio quoq; causę quádoq; ꝓ eius exerci
tatióe accipit, citra tñ diffinitionis fastigiũ: qua
de re locis suis disputant Doctores [a]. Dicuntur
a l. à diuo. in prin. de re iud.
& illæ causæ cognitionis esse, quæ nó iuris ordi
narij sunt, sed cognitioni Principis reseruãtur,
quam ille per auditores suos extra ordiné absq;
vllis processuum ambagibus confestim diffinit.
Tranq!. in Claud. Alium interpellatũ ab aduer
sariis de propria lite, negãtemq; cognitionis ré,
sed ordinarij iuris esse, agere causam cófestim a-
pud se coegit. Seneca in ludo de morte Claudij:
Caio, inquit, Cęsari illum Aeacus donat, is Me-
nandro liberto suo tradidit, vt à *Cognitionibus*. illi
esset. sic enim legédum: non, *Cogitationibus*. vt vul-
I. gò aliqui codices habent. tãetsi eo in opere sint
pleraque alia errata: vt cũ ibi dicit, *Ixionis*. miseri
II. rotam sufflammandá: cũ, *Sufflaminandam*. legendũ
sit, id est, sufflamine retinendam. Est sufflamen,
vt aliqui tradiderunt, obex qui rotis iniicitur, ne
vlterius se vertant. Iuuenalis:

Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Seneca Declam. lib. iiij. Tanta erat Atherio velo
citas orationis, vt vitiũ fieret: itaq; diuus Augu-
stus optimè dixit, Atherius noster sufflaminãdus
III. est. Videtur metaphora ab aduerso vento ducta,
qui subtus flando nauim remoratur. Aliud est er
ratũ: cũ legitur, *Erant qui dicerent*. si minus dij latu-
ra fecissent, Tantalum siti periturũ legendũ eñ,
Si vllam dilaturam fecissent: pro dilatióe, & mora. Rur
IIII. sus cũ prouerbialiter in eo legitur, *Tam facilè homi
nes occidebat, quã canis excidit*. legendum enim, *Quàm
V. canis exta edit*: Rursus quoq; de Iano, *Quantũ via sua
fert*. imò, *Quantumuis vafer*. *Quòd in foro viuat*. nó aũt
luuat. Constat enim templum Iani in foro fuisse,
ex Horatij interpretibus. Item: *Imposuerat Herculi
VI. minimo discrimine fabulam*. imò *Imposuerat fibulam*. le-
VII. gendũ: metaphora ab iis ducta, q ꝓhibéť arrige-
re: Vergil. *Néue imponite fibulam Priapo*. & Martialis:

Dic mihi simpliciter comœdis & citharœdis
Fibula quid præstat.

cuius rei ratio à Corn. Celso est accipiéda. Et hęc
quidem quod ad eum libellum attinet satis: cu-
ius meminit etiam Dion lib. lviij. & à Seneca
inscriptum tradit ἀποθέωσις.

CAP. VI.

Autoritas Senatus quãdo diceret: & quis sit auctor.

DECLARAVI quádoq; ꝗ variis
modis auctoritas in iure accipiať: li
bet nũc ex Dione Nicæo explicare
quomodo Senatus auctoritas acci
pienda sit. Is libro historiarum lv.
Græcè quidé, sed in hunc sensum scripsit: Cùm
Augustus in albo, seu alba tabula, Senatorum o-
mnium nomina descripsisset, eam in publicũ a-
pertumque referri iussit: idq; etiamnũ in vsu est:
quod ideo factũ est vt cóuenirent omnes, agno-
scique posset, an id minus fieret. etenim quoties
legitimus Senatorũ numerus nó adesset, haud-
quaquam perfici Senatusconsultũ poterat, sed
simpliciter auctoritas Senatus dicebatur acces-
sisse, id est, voluntatis quædam declaratio: id eñ
vox ipsa indicat. Idemque contingebat, quoties
festinatione quadá, loco nó cósueto, vel die ne-
fasto, vel absque legitima excusatione, vel inter-
cedentibus tribunis plebis, non more maiorum
habitus fuisset Senatus, adeò vt decretũ perfici
nó posset, & tñ notam vnicuiq; esse Senatus sen
tentiam atque præiudiciũ oporteret: dicebatur
enim ex auctoritate Senatus id factum: nec ea au
A ctoritas in Senatuscósulti nomen prius trãsibat,
quã legitimo numero, die, loco, confirmata fuis
set. Idem lib. xlix. tradit, Octauiæ sorori conces-
sisse Augustum, vt ipsa suas res administrare pos
set: id est, ne quisquam ei auctor esset. Vnde Plau
tus auctorem pro tutore, & consiliario quando-
que accipit. Idem in Trinum. auctoritatem ap-
pellat sententiã, ꝗ qs primus est cómentus, tãet-
si deinde ꝑ traduces in ꝗ plurimos emanauerit:

Quòd si exquiratur vsq; à stirpe auctoritas,
B *Vndé quid auditum dicat. nisi id appareat*
Famigerator næ sit cum damno & malo.
Hoc ita si fiat, publico fiat bono.

Papinius Thebarum auctoré Apollinem vocat,
quòd ex eius oraculo Cadmus ipsas condiderit,
lib. Theba. xj. *Gemit auctor Apollo Quas dedit ipse do-
mos*. Sic Verg. Geor. ij.

—Et Troiæ Cynthius auctor.

quòd eius oraculo monitus Ilus, cũ in Mœsia pe-
cus custodiret, Ilion in summo colle cóndiderit:
C vt est apud Lycophronis interpretem, & non se-
mel à Iano Parrhasio, quem præceptorem in stu
diis humanioribus habui, audiuisse memini.

CAPVT VII.

*Venter quot modis & à Iureconsul. & à veteri-
bus auctorib. accipiatur: & declaratũ Plauti carmé.*

VENTREM Iurisconsulti nostri
μετωνυμικῶς plerunque accipiunt ꝓ
b l. si quando. si ser. uendi.
D fœtu, qui in ventre continetur.
Vnde rubrica præt. Si mulier ven-
tris nomine in possessioné missa
sit. Sic dicimus, Instituit ventré, exhęredauit, in
possessioné misit, & similia: ꝗ modo loquédi e-
tiã Cicero vtitur. Accipiť quandoque & vox ista
μεταφορικῶς, vt cùm Iurisconsultus Alphenus[b], Pa-
ries, inquit, ita ventrem faciebat, vt in vicini do
mum semipedem, vt amplius ꝓcumberet: non
licet ei ita proiectum habere, &c. Videtur sanè
E elegãter Plautus alio modo accepisse in Trinũ.
nempe μεταληπτικῶς, apud quem cùm filius absen-
te patre vendidisset domum, & pecuniam vétri
gulæq; consumptam tulisset, vicinus senex ait:

Pol opinor affinis noster ædes vendidit:
Pater cùm peregrè veniet, in portu est locus:
Nisi fortè in ventrem filio correpserit.

Sic enim legendum est vltimum carmen, quod
in omnibus vulgatis corruptum circunferť. cum
enim filius pro domo pecunias recepisset, quas
F in ventrem congesserat, si senex reuertens ad æ-
des suas ire voluisset, in ventrem filij necesse ha
bebat ire, eteñ ille ædes deuorauerat. Fab. Quin
til. lib. viij. exemplum metonymiæ referens: Vt
c xliij. distinct. §. ult.
hominem, inquit, deuorari, cuius patrimonium
cósumitur. Accipitur quandoque ἁπλῶς pro ven
tre, vt cùm dicimus, Pinguis venter non gignit
tenuem sensum: ꝗ à Hieronymo quadá epistola
traditũ ex græco prouerbiali carmine est, παχεῖα
γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον[c]. Difficile esse aiebat Cato ad
ventrem verba facere, qui auribus careat. & T.

Quin-

Quintius Philopœmené imperatorem sine ven
tre esse aiebat, quòd careret pecuniis, quæ nerui
sunt belli. In iure[h] Pontificio Ventriloqui dicun
a xxvj. q. iij.
tur, qui à dęmonib. insessi futura pronuntiant:
qua de re infrà. Græcè verò ἐγγαστρίμυθοι, & Pytho-
nes, & Euryclei, Aristophani eiusque interpreti
in Vespis. suprà censui & imaginosos dici Catul
lo. Est & γαστέριον, id est, vétrale, vas vini Aristopha
ni. Plaut. in Asinaria, Casteriá videtur locũ acce
pisse in naui, quo ventri operam dent naturæ, & A
conquiescant: sic enim meretrix ad matrem:

Qum si reposui remum, sola ego in Casteria
Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit cibi.

Sic enim legédum, hoc sensu: Tibi quidem sino
mater gubernacula, sed tamen si ego cessarem,
causa cibi omis familiæ cósisteret, id est, cessaret
& ipsa: vt iocose dicať meretrix reponere remũ,
& sola in ventrali quiescere, quæ amatori copiá
sui non facit. Nonius Marcel. Casteriam legit, ꝑ
mutationem τοῦ γάμμα εἰς τὸ κάππα, quod frequenter
fit. Citatur & à Grammaticis Cinnæ carmen: B

Lucida consulgent alti Carceria mali.

Fortè Casteria legendum, vel potius Carchesia.

CAP. VIII.

Studiis plus cóferre oculos, quàm aures: & qui sint Exoterici libri.

QVANTA diligétia debeat vnusquis
que studiosus bonis disciplinis ope-
rá dare, omes sciũt: vbi. n. intéderis in
genium, valet: nec vnquam ad scho-
las adscendere auditores debét nisi prius medi
tati, articulo qui disputandus est pręuiso: sunt e-
nim aliqui adeò ociosi & negligentes, vt præce-
ptorem quidem attentè audiát, cęterùm ipsi dé-
inde domi nihil laborent: nempe auribus dunta
xat studentes, non oculis. aduersus hos soleo e-
go Homericum gryphum proponere, cuius car-
mina ex xix. Odys. P. Verg. lib. Aeneid. vj. sic La
tinis reddidit:

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilus datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Hac falsa ad terram mittunt in somnia manes.

Etenim ebore dentes repræsentantur; cornu ve
rò oculi. Quæ propriis luminibus à nobis con-
spiciunť, ea & certissima sunt, & memoriter faci
lius tenetur: quæ verò auditu duntaxat de ore a-
liorum percipimus, incerta sunt, & quasi per ne-
bulam nobis inspecta celerius euanescunt. Stu-
diis igitur & disciplinis plus cornea pupilla có-
fert, quàm eburnei dentes. Et certè apud veteres
hoc hominum genus plerunque irrisum fuit, a-
deò vt Auditoris nomen in contumeliam trans-
iret: quod à Seneca traditum fuit. M. quoque Ci-
cero lib. de somnio Scipionis, aurium sensum
omnium hebetissimum fatetur, & alibi prom i
scuè sapientibus indoctisq; datum. Sic & Acroa-
mata Græcis, id est, auditiones plerunq; in ma-
lam partem accipiũtur, vt meritò Iuuenalis:

Semper ego auditor tantum?

Cicero de Finibus lib. v. auctor est, duo apud Phi
losophos fuisse genera librorum, vnum popula-
riter scriptum, quod Exotericũ vocabatur, quia
ad vulgi vtilitatem tantum, & quidem de rebus
vulgaribus erat: aliud Acroamaticũ, quod lima-
tius fuerat, & ab auctoribus cuiusque sectæ disci
pulis suis tradebatur. Vnde ἀκροαματικοὶ λόγοι Aristo
teles. Hinc in libro epistolarum Augustini epi-
stola ij. Volusianus: Ad familiarem tuá philoso-
phiam sermo deflectiť, quã ipse Aristotelico mo
re tanquam exotericam fouere consueueras. Sic
enim legendum, non Esocraticam, vt vulgati co
dices: vel Esoteriam, id est, interiorem, vt alij re-
posuerunt, docti quidem illi, sed tunc arbitran-
tes à scopo, nisi ego fallor. meminit & Aulus
Gellius libro xx. cap. iiij.

CAP. IX.

*Tres leges in corpore iuris insertas esse, quæ adulte-
rinæ sint.*

IN vulgatis Iustinianici Codicis exem
plaribus circunfertur Theodosij Im-
b l. ij. C. de feriis.
peratoris nomine constitutio[b], cuius
initium est: Vt in die, quã proculdu-
bio supp[illegible] sititiá arbitror. Primũ, quia sita est in-
ter Constantij & Maximiani Cæsarum, & aliam
B Consta tini Magni sanctionem: cùm tamé teste
tur Iust nianus, se leges secũdum Imperatorum
tempora quibusq; sub rubricis collocasse, vt or-
do temporum constitutionumq; ex ipsa compo
sitionis serie manifestaretur[c]. Atqui hac ratione
c l. j. §. fi. j. cõsti. C.
non debuit eo in loco media interseri, cũ Theo-
dosius haudquaquã medius inter illos regnaue-
rit, sed multis pòst annis, & circiter octoginta, ad
Imperium peruenerit: deinde quòd adeò barba
C rá est eius cóstitutionis phrasis, vt nec illo quidé
tempore compositam rectè suspicer. Quod con-
trà factum fuerit, omnibus modis, inquit, irrite-
tur. Ego apud veteres nusquam reperi verbum,
Irritetur, pro eo quòd dicimus, ratum nó habea-
tur: vox illa Latinis ad canum rabiem, iramque
pertinet, non ad infirmitatem. Ratum enim su-
pinum est à verbo Reor, à quo supino vix est vt
credam formari illud verbum posse, tametsi sciã
aliquos recentiores scriptores eo verbo perinde
D ac latino vsos. Demum, quod nó parum me mo-
uet, nusquam in antiquis codicibus ea legitur, vt
meritò nec Accursius quicquam glossematis ei
margini insperserit. Est & alia constitutio quæ
Alexandro Imperatori tribuitur, incipit, Titius:
d l. Titius de op. liber.
sub rubrica, de operis libertorum[d]. mihi quidé
ex eo suspecta, quòd Caij nomen seruo tribuit,
cùm alibi attestati simus, non consueuisse vete-
res, Romanis nominib. seruos appellare, sed Grę
cis potius, Stichus, Eros, Pamphilus, & similia.
E Verùm cùm ea in antiquis codicibus omnibus
reperiatur, satius est nihil mutare, & legitimam
sanctionem arbitrari, cùm & Caius possit Græ-
e l. Titia. cũ testamento. §. Lucius Titius Męuianũ. de leg. ij.
ca vox esse, γαῖος à terra dicta[c]. Sanè & nuperrimè
Modestini lege inseruerunt Parisini impressores
quoddam responsum proculdubio adulterinũ,
& de exemplaribus abradendum. opinor aliqs,
qui litem habebat, & à substituto reciprocè ma-
trem excludi volebat, tale responsum commen
tus est: quod tamen non suo loco posuit, cum in
F vulgaris popularisq; substitutionis tractatu fue-
rat collocandum. & Pauli Iurisconsulti nomine
est abusus, cùm illa lex Modestini, non Pauli sit:
& ratióe vtitur sanè quàm absurda. Et in fratrũ,
inquit, persona propter fideicommissum substi-
tutio locum habere non poterit, &c. quasi dire-
cta substitutio impediatur per fideicommissum:
vt nescias improbitatem, an imperitiam istorũ
magis arguas, qui violare hoc modo sacrosan-
ctas leges ausi sunt, impressoribusq; imposuerũt,
vt falsa pro veris excuderent.

CAPVT X.

Quinque loca annotata, quibus Iurisconsulti & veteres auctores aduersus Laurentij Vallæ traditiones locuti sunt.

ÆDE, quam conductam te habere dicis, si pensionem soluisti, inuitum te expelli non oportet, inquit Antonius Impe[a]. At Laurentius Valla cap.
I. xcv. hunc loquendi modum ceu barbarum improbat: ædes enim pro domo plurali duntaxat numero profertur, & nūquam aliter, cum singulari templum significet. Ego pro legislatore nostro in primis Ciceronē laudabo, qui in oratione pro Cluentio, In æde, inquit, T. Annij. Addā & Q. Curtium libro historiarum v. Stabāt ad fores ædis, Itē: Excubabāt ꝓximi forib. ædis. Idē
II. Valla cap. cxcix. damnat Iurisconsultos, qui verbo Licentiæ in bonam partem vtuntur: vt, Data est illi licentia eundi, redeundi, inuentarium faciendi, & si qua similia[b]. Sed cùm verbum Licet, in bonam partem accipiatur, consequens est, vt idem & de Licentia dicamus. Cicero j. Officiorum: Vt enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quæ ab honestis actionib. non sit aliena, &c. quod aliis quoque exemplis
III. alij annotarunt. Idem Valla cap. clx. Alter de duobus dicitur, Alius de multis, idque omnibus notum, licet non omnes rectè vtantur. Egregiè & eleganter Valla: sed tamen Cæsar grauissimus auctorum, Gallia, inqt, diuisa est in partes treis, quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam Celtæ. Cur non, alteram Aquitani, ex ipsius Vallæ traditionibus? illo sed nondum tempore factus erat.
IIII. Idem cap. lxiij. Sin, nunquam in prima parte collocatur, sed in secunda: nec in se habet negationem, licet quorundam talis sit vsus, vt dicatur Sin autem, ꝓ eo quod est, Si nō: quasi in Sin, aut in Autem, sit negatio. Iustinianus noster vbique eo loquendi modo vtitur, &, vt arbitror, non malè: quia dictio Sin, ex conditionali Si, & negatiua conficitur: vnde Sin, accipitur quādoq; pro Si minus, Si non. Verg. in Iuuenlib.

Donec proterua nil mei manu carpas,
Licebit ipsa sis pudicior Vesta:
Sin, hæc mei te ventris arma laxabunt.

Vnde & illud Martial. lib. viij. sic legi potest:

Ergo ero Vergilius, sin munera Mecœnatis
Des mihi, Vergilius non ero, Marsus ero.

Idem cap. lv. Imperiti dictionem Nedum, accipiunt pro non solùm. Imò & Cicero accepit, cuius ad Atticum lib. ix. hęc sunt verba: Nedum humilium hominum consilia, sed etiam amplissimorum ex euētu, &c. Sed & Seneca lib. iiij. Declamationum: Adeò nedum currere, sed decurrere videbat. Sed & alibi sic ille loquit. vt nō possimus credere, scriptoris vitio deprauatum esse.

a l. ædem. C. loc.
b l. fi. §. licentia. C. de iure delib.

CAPVT XI.

De arte Chrysulca: quid sit Ferruminare, vel Ferrumentare: & Plautus in Rudente declaratus.

VLPIANVS. *Sed si plumbum cum argento mistum sit: quia diduci possit, non communicabitur: sed si diduci, inquit, nō possit, vt puta si æs & aurum mistum fuerit, pro parte vendicari nequaquam erit dicendum*[c] Potuit sententia Vlpiani tempore obseruari, hodie fortè aliud erit: etenim inuenta est ars, qua Chrysulcæ aquæ vi, aurum à quocunq; alio metallo separari potest: cuius rei quamuis pauci sint artifices, vixque singuli in magnis ciuitatibus: cùm tamen separatio fieri possit, apparet non esse suprascriptæ rationi hodie locum, sed perinde iudicari, atq; de eo quod applumbatum sit: vt eñ Cassius aiebat[d], Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura verò non idem efficit: vnde quod applumbatū sit, si abscindatur, ad priorem dominum reuertitur. Vtitur autem Iurisconsultus dictione Ferruminandi propriè: metaphoricōs enim accipitur pro conglutinare, coniungereq;, vt multis exemplis Valla cap. cccclxxv. ostendit, & nos alibi docuimus. Plautus quoq; Ferrumentare os, pro claudere, & pertinacissimè silere, posuit in Rudente:

Ni os ferrumentas, habebis plures in tergo tuo
Quàm vlla nauis longa clauos, ni ego ero mēdacissimus.

Quod carmen in vulgatis exemplarib. corruptū circunfertur, sicut & aliud in eadem scena:

Quasi murteta iuncis, item ego vos virgis circumuinciā.

Legendum enim *Muræna*, quæ in vrbem venalis implicata scirpis deferebatur.

c l. idem Pomponius. §. sed si. de rei uend.
d l. in rem. §. item quæcunq. de rei uend.

CAP. XII.

Lippi an edicto redhiberi possint: quid si vti tanquam Lippo oculo, Plautina carmina explicata.

SOLET Accursius noster, cùm rem esse manifestā vult ostendere, vti Horatiano prouerbio: Patet, inquit, lippis & tonsoribus. Dubitatum quādoque fuit, an lippi tanquam morbosi ad edictum ędilium curulium pertineant? & putauerim pertinere: etenim lex myopem morbosum esse ait[e]. Est autem Myops, qui minus videt: quæ significatio etiam Lippum comprændit. Vti tanquam lippo oculo, prouerbialiter dicimur de re, qua carere non possumus, cùm tamen damnosa nobis sit. Elegāter Plautus ad seruos improbos traxit, quos quamuis dominum decipiant, tamen retinet dominus, & vt potest eorū opera vtitur, cùm vt velit non possit. Eius carmē est in Persa:

Ego neq; libenter seruio, neque sum hero ex sententia,
Sed quasi lippo oculo me meus herus vtitur: manum
Haud abstinere quit tamen, quin imperet mihi,
Quin me suis negotiis præficiat: illic quis est?

Sed & apud eundem in Bacchidibus sic senex loquitur:

Lippo illic oculo seruus est simillimus:
Si non est, nolis esse, nec desideres:
Si est, abstinere quin attingas non queas.

Sunt autem hęc carmina non solùm ab interpretibus eius poetæ malè intellecta, sed etiam vitio exemplarium corrupta.

e l. item Offilius. de ædil. edict.

CAP. XIII.

Quæ sint Pontones naues Iurisconsultis, quæ Orariæ Plinio: & l. iiij. de offi. procons. declarata.

VLPIANVS de offi. proconsulis[f], id obseruari debere à Proconsulibus scribit, vt ea parte prouinciam ingrediātur, per quam ingredi moris est: Adeò vt Antoninus Aug. ad desideria Asianorum rescripserit, Proconsuli necessitatem impositam, per mare Asiam applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον, id est, matricum ciuitatū Ephesum, primam attingere. Hunc morem & se obseruasse C. Cæcilius Plinius lib. epist. x. scribit, admonetq; Traianum, se Ephesum cum omnibus

f l. iiij. de offic. procons.

nibus suis ὑπὲρ Μαλέαν nauigasse. Nunc destino, inquit, partim orariis nauibus, partim vehiculis prouinciam petere. Quæsitū à me fuit, quæ sint Orariæ naues. Respōdi, non esse verisimile à Plinio Onerariarum mentionem hic factam: Horariæ verò quæ sint, haudquaquam ex auctorib. quos legerim, satis mihi constare. Plautus in Rudente, Horiā pro naui piscatoria videt accepisse.

Salua horia in mari fluctuoso. Et rursus:
Quem ego excepi in mari mea opera, labore & rete & horia.

Aul. Gellius lib. x. cap. xxv. quo loco nauium appellatiōes prosequitur, Lembus, oxiæ, lenunculi: fortè *Oriæ* scribendū. Iulius Pollux lib. j. cap. ix. cùm plurimas nauium voces & ipse indicet, nihil adfert quod ad Horarias pertineat. Ego Orarias absque aspiratione naues malim intelligere, quæ oram duntaxat legunt: etenim ab Epheso in Bithyniam euntibus haudquaquam est opus ꝑ pelagus vagari, sed sufficit littora summa legere. Sanè sunt & Iurecōsulti nostris Pōtones, nimirum naues fluminib. traiiciendis apparatę. Vlpian.[a] Via consummari solet vsq; ad flumen, quo Pontonibus traiiciatur. Videntur & eadem ratione sic dici aliæ naues ad deportandos milites factæ, vt est apud C. Cæsarem comment. iij. de bello ciuili: Gręci πόρια, vel πορθμεῖα vocant. quo sensu & apud Apuleium vox hæc inuenitur.

a l. fi. de ser. rust. præd.

CAP. XIIII.

Ius Digestorum cum Codice conuenire, saluis quibusdam cōstitutionibus, quæ in consulatu Paulini additæ sunt: demōstratūq; quomodo discerni hæ possint.

CVM maxima iuris nostri intelligendi difficultas in eo versetur, vt si qua simul pugnare videātur responsa, rectè concilientur: contingit plerunque vt nostrates Doctores intra illud pręsidium confugiant, vt aliud iure Digestorum proditum dicant, aliud secundū constitutionum Codicem deinde inductum elabunturque hoc modo sæpissimè, & ius vetus à nouo correctūm fatentur. Sed huiusmodi concordiam haud facilè ego admiserim, qui sciam id in primis curæ Tribuniano collegisque fuisse, vt cum Codice Iustiniani concordarent Digestorum responsa[b]. quòd si qua erant, quæ aduersari videretur, potiùs immutata in Digestis fuisse, vt vterque liber vnam in consonantiam redigeretur. Igitur sciendum est, Iustinianum Imp. anno CHRISTI DXXIX. ad Imperij fastigiū adsumptum fuisse: is regni sui anno tertio ex tribus veteribus Codicibus suum nouum Codicē componi iussit, ediditque xvj. Caleñ. Maij consulatu Decij[c]: deinde intra quadriēnium, id est, anno Imperij sui vij. quinquaginta Digestorum libros pari cura enucleatos promulgauit, idque xvij. Calen. Ianuarias, Iustiniano ipso tertio Cōsule designato: quo tempore infra xj. menses iussit deinde Institutiones quoque confici, quas xj. Calen. Decembris tertio suo Consulatu edidit. Demum eodem anno iussit Codicem iterum emēdari, & plures leges in eo inseri, & pręsertim quinquaginta decisiones, ex quibus aliquę erāt, quæ priores leges corrigebant, appellauitq; repetitam Codicis editionem[d], quā voluit ex die iiij. Calen. Ianuarij se quartū, & Theodoro Paulino cōsulibus, vim & effectum obtinere. Igitur cùm Iustinianus concordasse Codicem suum cū Digestis fateatur, quisquis velit asserere subesse correctionē, oportet vt id ab vna ex 50 decisiōib. quæ vltimæ editioni insertę sunt, esse factum ostendat: priores enim constitutiones cum Digestorum iure concordabant. qua in re ego duas soleo conclusiones ponere. Prima: Constitutiones quas in Institutionib. fatetur Iustinianus suo Codici inseruisse[e], cùm iure Digestorū cōcordent, nec ex quinquaginta sunt. Altera: Constitutiones quæ quatuor illis post primā editionē annis interim factæ sunt, possunt ius vetus emendare, & in illis quinquaginta cōputari: harū notitia ex eo accipitur, si ad finem adscriptum sit, datas Lampadio & Oreste Consulibus, vel post Lampadij & Orestis Consulatum semel, aut iterum, vel iij. aut iiij. Iustiniani & Paulini Consulatu. Hincq; ostenditur, multum referre, si quis Consules adscriptos constitutionib. habeat, qđ in antiquis Codicibus plerisque adhuc extat. Illud quoque omittendum censui, quarundā constitutionum à se factarum meminisse in Institutionib. Iustinianum, quæ tamen hodie in Codice suo non reperiantur[f]: sed id vitio librariorum contigit, qui quòd Græcè scriptę essent, eas minus intellexerunt, nec descripserunt: qua ex causa arbitror & Zenonianam constitutionem desiderari, cuius ipse Iustinianus meminit titulo de Exceptionibus.

b l. j. §. sed & hoc studiosum. C. de veteri iur. enucl.
c ij. constit. C. in sin.
d l. j. C. de emē. Cod. Iust.
e Instit. quib. mod. tol. obl. §. pen. & de S. C. Tertul. §. sed pupil. §. qua ratione.
f §. sed nostra. Instit. de suc. liber. §. incertam. Instit. de leg. §. sed cum. de S. C. Tert. & Inst. de bon. possess.

CAP. XV.

Nihil vsuræ, aut eius quod interest nomine, suprà duplum exigi posse: nouus intellectus ad l. j. de sent. quæ pro eo quod interest prof.

CVM propter bella attriti essent Asiæ reditus, æsque alienum maximè auctum, M. Lucullus ea forma fœneratorum auaritiam & voracitatem moderatus est, vt supra duplum nihil solui permiserit, debitoresque absoluerit, qui tantundem vsuræ nomine soluissent, quantum sors ipsa esset: vt si, verbi gratia, mihi centum argentarius mutua dedisset, egoque singulis annis ei vsuras centesimas, id est, xij. soluissem, idque per xvj. annos, octo reliquis illi restitutis, essem omnino liberatus: iam enim CC. habuerat. Cuius summi viri iudicium, & Plutarchus in eius vita laudat, & posteriores principes sunt imitati: ex quib. M. Antoninus generaliter id constituit[g], vt alibi sumus testati, & Iureconsulti nostri non vno in loco approbarūt. Paulus[h]: *Quod in singulos, inquit, dies in stipulatum deductum est, ad finem centesimæ non vltra duplū debetur.* Vlpianus[i]: *Supra duplum vsuræ, & vsurarum vsuræ nec in stipulatū deduci, nec exigi possunt, & solutæ repetuntur, quemadmodū futurarum vsurarum vsuræ.* Accursius hac re nō sat intellecta, dictionem Centesimę, in Pauli respōso alieno loco transposuit, aduersus veterū codicum fidem. Sanè hanc iuris veteris cōstitutionē Iustinianus noster adeò approbauit[k], vt insigniter eam augeret: & in primis ab eo sancitum est, vt etiam particulares solutiones in id duplū imputarent, vt in nouellis suis apparet, cōst. cxxj. & clx. Rursus idem voluit, vt quod de vsuris traditum est, ad id q. interest quoq; extēderet[l]. *Sancimus*, inqt, *vt in omnib. casib. q certā habēt quātitatē vel naturā, veluti in vēditionib. & locationib. & in omnib. cōtractib. hoc quod interest dupli quātitatē minimè excedere, &c.*

g l. vsuræ. C. de vsu. & lib. j. cap. xxxiij.
h l. nihil. de nau. fœno.
i l. si nō sortem. ad princ. de cō. dict. indeb.
k l. penul. C. de usur.
l l. j. C. de sent. quæ pro eo qđ interest.

Finge ergo: vendidisti mihi fundum C. aureis, ha
bita de pretio fide: ego nõ solui, sed interim fun
dũ per xxx. annos possedi: petis id q tua inter-
est, probasque singulis annis vij. aureos potuisse
te percipere, ideoque sortem ipsam centum au-
reorum petis: & rursus ducenta decẽ, pro eo qđ
interest: sanxit Iustinianus, me liberari, si omni-
no CC. soluã. Imputetur enim creditori, qui tan-
diu cessauerit vt vsuræ ipsæ sortem excederent:
etenim finis aliquis huiusmodi accessionib. fuit
imponendus, qua ratione cùm in fide nominũ,
quæ per syngraphas Cambij, vt vulgò mercato-
res vocant, constituuntur, idem casus cõtigisset:
respondi, non vltra duplum sortis quicquam pe
ti posse, & vsurarum vsuras, repetitasq; syngra-
phas non obstare: quin quod etiam particulari-
ter solutum esset, duplo imputaretur: id enim
legum verba expressè indicant, licet non satis à
nostratibus hactenus intellecta.

CAPVT XVI.

De seruilibus nuptiis: quid sit apud Plautum Lex quina vicenaria, in Pseud. & lex Barbarica: in Cap. & lex Talaria, in Mil. & lex Conuiualis, in Sticho: & pleraq; de rusticitate atq; barbariè veterum Vmbrorũ.

CVM minor ætas multis fallaciis at-
que captionibus subiiceret, lata anti
quitus fuit lex Latoria, quam Q. La-
torius tulit, ne quis adolescentes in
contractib. deciperet. Proposuit deinde edictũ
Prætor, quo quod cum minore natu, inquit, xxv.
annis gestũ esse dicetur[a], vtique quæ res erit a-
nimaduertam. Existimatumque deinde est, ta
li edicto satis prouideri minoribus, ne qua in re
decipi possint, cum prætor se animaduersurum
promittat. Plautus in Pseud. legem quinam vice
nariam memorat, quæ non sinat pecuniam à da-
nista mutuò adolescentibus dari: sic enim loqui-
tur apud eum adolescens:

a l.j.ff.de mino.

Perij, an non tum lex me perdit quina vicenaria?
Metuunt credere omnes.

Refertur, autem vt ego arbitror, ad xxv. annos,
intra quod tempus fas non erat credere minori.
Sed fortè Plautus à poeta aliquo Græco id acce
pit: vnde comœdiam illam trãstulerit, quod ple-
runq; solet facere, sicut & in Casina. Iure nostro
constat matrimonium inter ciues Romanos &
liberos duntaxat esse[b]: seruos verò haudquaquã
posse in matrimonium conuenire[c]. At in prolo-
go Casinę, quem Apulus aliquis Comœdus Plau
tinæ fabulæ præfixit,

b Instit. de nup. in princ.
c l. cũ ancillis. C. de incestis nupt.

Serui, inquit, nec vxorem ducent aut poscent sibi?
Nouum attulerunt, quod fit nusquam gentium.
At ego aio hoc fieri in Græcia & Carthagini.
Et hic in terra nostra Etinæ in Apulia.
Id ni fit, mecum pignus si quis vult dato
In vrnam mulsi, &c.

Apparet enim Comœdum illum Etinatem fuis-
se, qui populus est in Apulia, vt est apud Pli. lib.
iij. cap. x. Offert autem pro vadimonio pignus
in vrnam, id est, vsque ad vrnam mulsi: qui locus
in vulgatis codicibus corruptus est, & ab inter-
pretib. non rectè declaratus. Sanè & hodie iure
Pontificum [d] approbatæ sunt seruiles nuptiæ,
citra tamen domini fraudem. Apud eundẽ Plau
tũ est, & legis barbaricæ mẽtio: siquidẽ in Capt.
parasitus conquerens conspirationem adolescẽ
tium in se factam, ne quisquam eum inuitaret ad
prandium. (prosequi

d c.j. de coniug. seruo.

Nunc barbarica, inquit, lege certum est ius meum omne
Qui consilium iniere, quo nos vita & victu prohibeant.
His diem dicam, irrogabo multam, &c.

Appellat autem barbaricam, id est, Romanam:
vt alibi in Asin. Marcus vertit barbarè id est, La-
tinè. Intelligit autem legem maiestatis latã ad-
uersus eos, qui consilium iniissent, quo populus
Rom. vita aut victu prohiberetur: cuius Q. Vari9
A autor fuit, & deinde Iul. August9, vnde lex Iulia
maiestatis dicta. Hinc in Casin. idem Plautus bar
baricum ritum in mensis, Romanum intelligit,
& frugalem: ita enim Græci, apud quos fabulæ
finguntur, agi Romanos vocabant: qua ratione
Plutarchus in Symposiis Vmbrica conuiuia, p
parcissimis accipit, vt ego interpretor, quib. du-
ri & castrenses cibi solũ adsumant, & nec hi qui-
dem quantum sufficiat. Nota est enim Vmbrorũ
B seueritas & durities. Idem in Mili. Pòst Ephesi
sum natus: non enim in Apulis, non in Vmbria.
Ouid. lib. iij. de arte amandi:

Illa velut coniunx Vmbri rubicunda mariti.

Contrà Romani ipsos Græcos ceu ventri & gu-
læ deditos repræn debant: vnde verbum Per-
græcari, quo nomine Græcos qui in Italia age-
bant, solebant notare, vt Sybaritas, Thurios, Ta
rentinos, à quibus Italicam mensam in epistolis
Platonis pro luxuriosa dictam accipimus. Hinc
& mores Massilienses, pro mollibus, & effœmi-
C natis, si Athenæo credimus, & Suidæ. Vnde pro-
uerbium, Nauiges Massiliam: itemq;, E Massi-
lia venisti. Idem Plautus in Milite etiam Talarię
legis meminit, sic sumptuariam appellans: qua
cauebatur, ne quis in cõuiuio talos haberet. Ho
ratius: Vetita legibus alea. Idem & bibendi legẽ
in Sticho tradit græco carmine:

Καὶ πέντε πίνε, καὶ τρεῖς πίνε, καὶ ἡμιτέτταρα.

Id est, & quinque bibe, & tres, & semi quatuor:
vt scilicet decem cyathos bibat, quot literis
D constabat amicæ nomen, nempe Stephanion.
Martialis:

Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur.

Vnde suprà dixerat, Tot, quot digiti sunt tibi in
manu. Erasmus Roter. Chiliad. ij. centuria iij. &
ante eũ Hermol. Barb. lib. iiij. corollarij, qui hoc
carmẽ ad modũ diluendi aqua vini ex Athenęo
interpretantur, non satis mihi ad Plautinum sen
sum videtur accessisse: & potuit Plautus illud ar
bitratu suo inuertere, & ad suum sensum trans-
E ferre, & pro ἢ μὴ τέτταρα, ἡμιτέτταρα scribere, acutior
eruditiorq; igitẽ eorũ est interpretatio, q̃ verior.

CAPVT XVII.

Alpheni responsum ex Aristotelis Politicis, Plutarchiq; traditionib. declaratum.

ELEGANS est Alpheni quæstio,
quomodo mutatione aliquorũ iu-
dicum, dicatur mutari iudicium[d]:
aitque, non censeri mutatum: nam
& legionem eãdem haberi ex qua
multi decessissent: quorũ in locũ alij suffecti es-
sent: & populum eundem hoc tempore putari,
qui ab hinc centum annis fuisset, cùm ex illis
nemo viueret. Itemq; & nauem, si adeò sæpe re-
fecta esset, & nulla tabula eadem permaneret,
quę non noua fuisset, nihilominus eandem esse
existimari. Quæ sanè sentẽtia & Aristotelicę cõ
formis est, nisi q Aristoteles lib. ciuilis cõuersa-
tioni-

F

d l. proponeba tur. de iudi.

tionibus iij. cap. ij. censet adhuc distinguẽdum:
populum quidem eundem esse, sed tamen non
censeri eandem ciuitatem, quoties mutata es-
set reipublicæ gubernandæ forma atque ratio.
Nam si Ciuitas est societas quædam ciuium: va-
riata societatis ratione, consequens est & ipsam
variari: sicut & Chorum alium esse dicimus, dũ
Tragicus est, quàm dum Comicus, etsi iidem sint
homines. nam & Harmoniam aliam esse dici-
mus modò Doricam, modò Phrygiam quamuis
I. earundem vocum sit. Qua ratione putauerim e- A
go, si propter suffectos iudices mutatus sit proce
dendi modus, vt quia prius ordinariè, nunc aũt
summariè ageretur, nõ videri idem esse iudiciũ:
sicque Alpheni conclusionem limitari. Rursus
II. eadem ratione limitari, cùm iudex non in eadẽ,
sed diuersa instantia est suffectus: etenim tunc
quoque dicitur variari agendi modus: vnde qui
III promittit iudicatum à Sempronio solui, post p- B
uocationem ab eo factam erit liberatus[a]. Sed
& in iis, quæ personæ cohęrent, haud mihi fit ve
risimile, mutatis personis eadem rem censeri: vn
de si collegium fabrũm compromiserit, adiecto
iureiurando: qui defunctis subrogati sunt, si con
trafaciant, non censebuntur periuri, vt alibi dis-
IIII. putaui[b]. Sed quid in pœnis dicemus? an plectẽ-
di erunt qui nihil deliquerunt, ob hoc tantum, q
reis aliquorum facinorum sint suffecti? Et puta-
uerim non esse puniẽdos: etenim pœna suos te- C
nere debet autores, personæque cohæret. qua ta
men in re latius disputat Plutarchus libello de
Sera numinis vindicta, vnde videtur Alphenus
noster plurima mutuatus esse. Si inquit, ob tem-
poris spatium mutari ciuitatẽ quis diceret, plu-
res ex vna faceret, similisque ei esset, qui ex vno
homine plures efficere conaretur: quandoqui-
dem qui iam senior est, prius iunior, olim verò
omnino adolescens fuit: essentque hæc Epichar
miis similia, ex quib. sophistæ affirmãt, qui olim D
mutuum accepit, nunc non debet, quia alius ef-
fectus est: & qui heri ad cœnam vocatus est, ho-
die inuocatus censebitur, quia alius effectus est:
sicque maiores in vnoquoq; nostrum mutatio-
nes, quã in ciuitatib. tempus ipsum solet facere.
Sed hæc hactenus: plurib. n. id argumentum su
prà scripto loco Plutarchus disputat, quã vt libe
at hic referre: agit eñ hoc, vt ostendat, iustè quã-
doque filios peccata parentum luere, & ciuita-
tum calamitates plerũq; maiorũ culpa successo- E
ribus ipsis perniciosas esse: q & in veteri testa-
mento factum sæpissimè legiẽ, & à nostratibus
theologis prætermissum nõ est.

a l. penul. ff. de iud. sol.
b l. si quis ma ior. C. de transf.

CAPVT XVIII.

Intellectus ad l. si præses C. de sent. Qui sint adiutores, quid legio adiutrix, & varia legionum cognomenta, ex Dione Cocceio.

CONSTITVTIO hæc Valer.[c]
Gallieniq; Imper. est: *Si præses quasi desertam ab adultis tuis causam appellationis, quæ ab adiutore suo facta fuerat, circunduxit, repetitus notionem suam exhibebit,* &c. Adnotant hinc Doctores nostri iudicem or-
dinarium non impediri, quin si sententia nulla
sit, iterum iudicet. Rursus adnotant, pronomen
Suo, intelligi, id est, illorũ. Itemq; adnotãt, Adiu
torem dici actorẽ, qui tutori vel curatori sit ad-
iunctus[d]. Sed hæc ego lege suprà scripta minimè
probari arbitror: etenim sciendum est, Procõsu-
les & Præsides prouinciarum, secum in prouin-
ciam officium suum quos quandoque Iuriscon-
sultus appellat Officiales, ducere solitos[e]: hi sũt
vt in breuiario Theodosij est, Princeps, Corni-
cularius, Tabellarij duo, Commentariensis,
Adiutor, Ab actis, Subadiuua, Exceptores, reli-
quisque cohortales: quibus non licet ad aliã trãs
ire militiam, sine annotatione clementiæ princi
palis. Catullus simpliciter Cohortem prætoris
appellat. Respondi id quod erat, nihil nec ipsi,
nec prætorib. esse nec cohorti. Cicero ad Q. fra-
trem: Prętorem de sua cohorte iudicem dare. Ad
horum adiutorum munus pertinebat, omnibus
commonitionibus, pręceptis, euictionibus sub-
scribere, vt ex Zenonis constitutione potest col
ligi. Præerant scrinio, vnde scriniarij[f] in iure vo-
cantur. eorum & mentio est in lege Constantij[g]:
Admittantur, inquit, quos ordo militiæ vocat,
& eius laborum adiutor[g]. Igitur si hi quicquam
præter ius fecissent, aut acta cancellassent, haud
quid simile in damnum alicuius attentassent, ad
præsidem ipsum querela, appellatio, corre-
ctio pertinebat. Sicque suprà scripta constitutio
intelligenda est. Erant & in militia adiutores, q
& Optiones dicuntur, & Accensi, qui ægrorum
vel aliàs impeditorum munera subibãt, ad quos
metaphoricos alluisse videẽ Iuuenalis Satyr. iij.

c l. si præses. C. quomodo & quan. iud.
d l. solet. de tut.
e l. præsidis. si cert. pet.
f l. aulic. C. de nume. lib. xij.
g l. j. C. de offic. mag. off.

Adiutor gelidos veniam caligatus in agros.

C Est & Adiutrix cognomẽtum legionis Romanę,
cuius mẽtio in Constantini Imp. constitutiõe[h]:
Ius castrensis peculij tam scriniarios, quàm exceptores, cæterosq; qui in officio tuo merent, ac si in legione prima adiutrice militent, habere præcipimus. Habebant. n. legio-
nes non solùm secundũ ordinem suum nomina,
sed cognomenta quoq; vnde cognosci possent:
q ex antiquis autorib. satis cõstat, & nos in Cor-
neliũ Tacitũ adnotauimus. Sed certè nemo cla-
rius, diffusiusque explicat, quam Dion Nicæus,
D qui historiarum lib. lv. in hunc sensum scripsit:
Decretum, inquit, sub Augusto fuit, vt prætoria-
nis militibus stipendia post sextũ decimũ annũ
emerita essent, alijs verò post vigesimũ: tũq; prę-
toriano militi darentur denariorũ quinque mil
lia, quæ summa nostræ monetæ est aurei quingẽ
ti. aliis verò tria millia, id est, trecenti aurei. Mi-
litabant aũt tunc Romanis tres & viginti legio-
nes siue (vt alij tradiderũt) quinq; & viginti: qua
rum deinde aliquę exautoratæ sunt, & ad nume
E rum sexdecim redactæ. & in primis legio Vrba-
na seu Prætorianorum: secunda Augusta in Bri-
tãnia superiore: tertia tergemina, vna Gallica in
Phœnicia, altera Cyrenaica in Arabia, alia Augu
sta in Numidia: quarta Scythica, in Syria: quinta
Macedonica, in Dacia: sexta gemina, altera Vi-
ctrix in Britannia inferiore, altera Ferratensis in
Iudæa: septima Claudia, in Mœsia superiore: o-
ctaua Augusta, in Germania superiore: nona bis
Augustalis ibidẽ: decima gemina, altera in Ger-
F mania superiore, altera in Iudęa: vndecima Clau
dia in Mœsia inferiore, etenim duæ legiones id
nomẽ acceperũt, q cũ desciisset Furius Camillus
Scribonianus, cũ eo nõ pseuerauerũt: duodeci-
ma Fulminatrix: tertiadecima gemina, in Dacia:
quartadecima Gemella, in Pãnonia: quintadeci
ma Apollinaris in Cappadocia: sextadecima Va
leria Victrix nũc in Britãnia supriore: Valerios
.n. milites Augustus in fidẽ accepto seruauit cũ
vicesimanis, & statiua eis in supiore Germania
dedit: tãetsi pauci eos nunc Valerios vocent. Has
sanè legiones Augustus illabefactas retinuit,
reli-

h l. si. C. de Castr. pec. lib. xij.

reliquas verò exautorauit: ex quibus deinde cõmistis alij Imperatores alias legiones quas Gemellas vocabant, constituerunt: &, vt hanc rem semel finiam, certiusque id lectores sciant, Nero legionem Italicam in Mœsia inferiore cõstituit: aliam Galba, quæ dicta est prima adiutrix, in Pannonia inferiore: Vespasianus iiij. Flauiam in Syria: Domitianus primam Mineruiam in Germania inferiore: Traianus ij. Aegyptiam, & trigesimam Germanicam à nomine suo sic appellatã: M. Antoninus secundã apud Noricos, & tertiam apud Rhetos, & ambæ vocantur Italicæ: Seuerus verò Parthicam, item primam & tertiã in Mesopotamia, & secundã Mediã in Italia. Hęc Dion in codicibus emendatis. Addit Tacitus & legionis primæ nomen Adiutricis fuisse, quæ ꝑ Othone aduersus vnam & vicesimã, cui cognomen Rapax, acriter decertarit. commemorat & Aelius Spartianus aliam legionẽ primã cognomẽto Mineruiã, cuius & meminit suprà Dion: sed & Macrobius Saturnalium libro primo. Cæsar, inquit, August. in Germania & Illyrico cohortes libertinorum complures legit, quas Voluntarias appellauit.

CAP. XIX.

Qui sint stationarij in iure nostro: quid Notoria, quid Tabelliões, & Tabelliarij: declarata Iustiniani nouellæ constitutio.

STATIONARIORVM nomẽ non vna significatione in iure nostro accipitur: & in primis erant electi ex agẽtibus in rebus, qui cursui publico pręessent[a], vt suis mansionibus & stationibus iumenta iis pręstò essẽt, qui secũdum euectionis tenorem proficiscebãtur, vtque nemo in parhippi crimen incideret: & si quis aduersus legem cursus fecisset, vt accusatus pœnas daret. Solebat & ad horum curam pertinere, vt quę delicta quocunque loco fierẽt, eis denuntiarentur: ipsique ad præsides reos captos ducerent, vel mitterent[b], cum elogio, quod latinè Notorium dicitur, quo continebatur quid egissent, & quid à se interrogati respondissent, & quid de sociis & receptatoribus comperissẽt. Græci Trenarchas[c] vocant, quòd pacandis reb⁹ præessent. Constantij deinde lege prohibitum est, ne carcerem habeant, neúe superexactionem aliquam attentent: nam & antea erat cautum, vt non coram eis, sed ad præsidis tribunal accusatorij libelli deferrentur[d]: quo in loco Accursius[e] interpretatur, stationarios, procuratores Cæsaris, vel limina Imperij custodientes, vel publicarum stationum cõductores, non satis rectè: tametsi etiam sint milites stationarij, ad quos pertinet inquisitio seruorum fugitiuorum[f], vt dominis suis reddantur, interimque rectè eos in custodia tenent. Sunt etiam stationarij tabelliones, qui in stationibus cum subadiuuis ministrisque suis morabantur, & instrumentis subscribebãt, quos Iustinianus[g] in Nouella xliiij. συμβολαιογράφους appellat, id est, contractuum Scribas, qui & Tabelliones dicuntur. Etenim sciendum, iure nostro instrumentum quamuis subscriptum à tabellione, fidem plenam non facere, nisi apud magistrum census in actis insinuatum sit: vel vbi magister census non adsit, sed solùm publici tabularij, saltem per duos tabularios sit subscriptum: oportet enim δύο πάντως, id est, omnino duos tabularios adhiberi[h]: alioquin examinari oportet

a rub. C. de cur. & station. lib. xij.
b l. ea quidem. C. de accus.
c l. diuus. ij. de custod. reor.
d l. j. C. de cohort. lib. xij.
e l. si quis. C. de accus.
f l. j. l. penult. de ser. fug.
g In auth. de tabel.
h in auth. de instru. caut. & fi. §. oportet.

tabellionem, & testes, & pręterea ἀριθμητὴν, id est, adnumeratorem si adsit. Hinc apparet varia esse harum operarum nomina, quæ à Iustiniano Nouella constitutione lxxiij. commemorantur. etenim sunt inferiores, qui ὑπογραφέντες, id est, Subscriptores vel ὑπουργοῦντες, id est, ministri, seu Subadiuuæ dicũtur. Sunt deinde συμβολαιογράφοι, id est Scribæ, seu Tabelliones, qui illis imperant, & stationis magistri sint, autoritatemque in ea habent: vel quia ipsi sint magistri, vel quia apud magistrum census ex lege Iustin. sint promoti. Sunt & Tabularij, qui publicam personam ipsi videntur sustinere[i], & ὑπομνημάτων, id est, actorum curam habere: quales sunt, q̃s vulgò Notarios banci seu abaci vocamus. extat adhuc in antiquario Mediol. Atilij Crescẽtis tumulus, V. P. EX TAB. PAL. id est, viri perfectissimi ex tabulario palati. Constat & in officio præsidum fuisse tabularios[k] duos: sed hi ad exigenda publica accipiebantur, de quibus nihil est quod hîc tractemus. Haloander δύο πάντως simpliciter transtulit, per omnia, Accursij sententiam sequutus, qui aduersus Placentinum vbique disputauit vnum sufficere[l], & numerũ multitudinis ꝓ singulari poni. Sed hac de re infrà quoq; nõ pauca sum dictur⁹.

i l. orphanotrophos C. de episc. & cler. l. fi. §. fin autem. C. de iure deli.
k C. de tab. lib. xj.
l gl. l. tutores C. de adm. tut. d. l. orphanotrophos. de episc. & cler.

CAPVT XX.

Defensus Iustinianus, quòd diuortium permiserit, & tractatum Vsurarum non aboleuerit.

OBIICIVNT sacrorum canonum interpretes, itemque Theologi Iustiniano nostro, quòd bis insigniter, atque adeo aduersus ius diuinum peccauerit. Primũ cùm ex certis causis ius repudij coniugibus facit, tractatũque diuortij non sustulerit, cùm tamẽ scriptum sit, Quos Deus coniunxit, homo non separet[m]. Rursus, quòd vsuras ad certum modum exerceri permiserit, & rubricam tam Digestis, quàm Codici adiunxerit, de Vsuris: cùm tamen in Euangelio scriptum sit, Mutuum dantes, nihil inde sperantes[n]: & Niceno concilio vetitæ omnino sint vsuræ: quod concilium ipse Iustinianus approbare se fatetur. Quomodo approbat, si ei aduersantes leges constituit? Verùm ad hęc ego respondeo, eum qui ecclesiæ interpretationẽ sequitur, haudquaquam improbari meritò posse. cùm ergo Euangelica duo illa dicta aliter olim, id est, tempore Iustiniani intelligerentur, quàm postea factũ sit, nihil est quod ei obiici rectè possit: etenim veteres Separari ab homine, interpretabantur, qui humanis affectionibus ductus diuertebat: secus si ex legitima causa, quam apud Episcopos prouinciales dixerit: & ita in concilio Agathensi cap. xxv. declaratur. Et idem sensit etiam diuus Ambrosius in primam Pauli ad Corinth. cap. vij. quo loco nupertimè idem disputauit Erasmus Roterod. Secundum quam interpretationem vixerunt omnes vsque ad Iustinianũ, & aliquantò etiã postea: donec placuit ecclesiæ aliter interpretari[o], & Augustini sentẽtiã seq, q̃ ille duob. in Pollentiũ libris tutat. Nã & q, de vsuris dicitur illud Euangelicum, Mutuum dantes, &c. veteres consilium ad perfectiorem vitam præstitum interpretabantur[p]: & ideo Nicena synodus non generaliter de omnib. loquitur, sed de clericis tantùm: cuius verba sunt cap. xviij. Quoniã multi clerici[q] auaritiæ causã turpia lucra sectãtes, obliti sunt diuini pcepti, quo dictum

m Math. xix.
n Lucæ vj.
o xxxviij. q. ij. quos deus.
p xiiij. q. j. ꝗ debetur.
q c. j. extra de usur.

dictum est, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, &c[a]. fœnerantes centesimas exigunt: statutum est, vt eiiciãtur à clero & alieni ab ecclesiastico gradu habeantur. Atqui si laico quoq; vetitum intelligeret, nõ sufficiebat hæc pœna. Diuus Hieronymus Ann. Senecam in sanctorũ catalogo reposuit, & continentissimæ vitæ hominem appellat: & tamen is de se, cũ verba ad Neronem faceret, vt est apud Cor. Tacitũ, Tantis, inquit, agrorum spatiis, tam lato fœnore exuberat. At deinde Gregorio, Clemẽti, aliisq; pontificibus placuit, locum Euangelicum ad præcepti necessitatem trahere. Arbitror rectè, & summa ratione factum: sed non ideo tamen repræhendendum Iustinianum, qui seculi sui sapientia cõtentus, non vltrà cogitauit, sed conuenientes tẽpori leges ꝓposuit. Videmus veteri canone, quo Telesphorus ieiuniũ quadragesimale induxit[b], id solis clericis iniunctum fuisse: adiecto, quòd discreta debet esse clericorum & laicorum vita: & tamen ecclesia deinde ad seculares quoque eam pulsationem (sic enim Telesphorus[c] appellat) produxit. Videmus rursus, iure ciuili nostro legitimas non fuisse nuptias, quas filiifam. inconsulto patre celebrassent[d]. secundum quam legem vixere omnes vsque ad Euaristi pontificis tempora, qui & ipse interrogatus epistola sua cap. ij. respondit hasce nuptias non valere[e]: & tamen aliud deinde successorib. ipsius visum est: nec in matrimonio, vtpote spirituali re, ad patriæ potestatis vinculũ attendi[f]. Sed nũquid hodie posset Rom. pontifex, vel ecclesia aliter statuere, & Iustiniani leges approbare? Et puto posset, quantum scilicet ad diuortia attinet[g]: quia receptum est, posse Pontificem aduersus ius diuinum, quod non adeò certum indubitatumq; est, quin varias interpretationes habeat, dispensare[h]. Quod verò ad fœnus attinet, fortè nõ posset: quia cùm fœnus exigere peccatum sit, nõ potest dispensare Pontifex, vt quis peccet. Sed hæc Pontificiis Theologisque relinquamus[i].

a Psal. xiiij.
b iiij. distin. statuimus.
c Epist. sua. ca. j.
d l. Paulus. de statu ho. Instit. de nupt. §. j.
e xxx. q. v. c. j.
f xxvij. q. ij. c. sufficiat.
g gl. c. ex publico. de conuer. cõiug.
h Doct. c. quæ in eccle. de const.
i Alex. cons. j. & ij. & cv. libro xx.

CAPVT XXI.

An Materteræ appellatione contineatur Matertera magna: & Teli aculeus: & Sanguinis appellatione omnis cognatio: tria Ouidij in Ibin loca explicata.

LIBET in præsentia tres Ouidianos in Ibin locos ex tribus iuris nostri axiomatibus explicare: non quòd incuriam Grammaticorum qui eũ autorem interpretati sunt, libenter detegam: sed quòd in publica studiorũ causa nullo modo præuaricandum censeam. Disputant Iurisconsulti nostri, an lex de Patruo, de Matertera, de Amita loquẽs, ad Patruum magnum, Materteram, Amitam magnas sit producenda: & negãt produci, nisi fauor aliquis id suadeat. Lex ergo quæ fœminas in successionibus excludi à patruo iubeat, non excludet neptem fratris mei, cui ego patruus sum magnus[k]. quòd si aliqua coniectura cõtrarium persuadeat, aliud erit. Ouid. in Ibin:

Aut Iouis in festo telo feriare trisulco,
Vt fatus Hipponi, Dosithoesq; pater.

Intelligit autem Campaneum ducem ad Thebas, qui Hippono patre natus traditur Pausanię lib. ix.

Vt soror Autonoes, & cuius matertera Maia est.

k Doct. l. j. C. de suc. edict.

Hîc intelligit Semelen, cui Maia fuit matertera, sed magna: etenim Maia & Electa sorores Atlantis filiæ fuerunt: at Electræ filia fuit Harmonia, quæ ex Cadmo Autonoen, Semelen, Ino peperit, q, & à Pausania traditũ est. Potest tñ etiã legi, Vt cui matertera, &c. & de Oenomao, vel Iasio intelligi. Oenomaus Martis & Steropes Atlantidis filius, cuius domus fulmine arsit: vnde Ceraunij Iouis ara in Olympia dicit, vt idẽ Pausania lib. v. ait. Sed & Iasius tradit Electrę fili⁹, quẽ Homerus Odyss. ij. scribit fulmine interemptũ: qua de re & Apollonij interpres primo Argonauticon. Rursus Telũ diffiniũt Iuriscõsulti, esse omne quod mittitur manu, adeò vt etiam lapis teli appellatione contineatur: quod ex Xenophontis expeditiõis Cyri lib. v. autoritate Caius tradidit[l]. Ego teli appellatione etiã aculeũ illum cõtineri abitror, quẽ τρυγὼν, id est, pastinaca marina inicit, & piscatoris manũ veneno ꝑcutit. Ouidi⁹:

Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarij quo cecidisse gener.

Intelligit autem Vlyssem, qui eo genere mortis obiisse dicit, vt est apud Nicandrũ in Theriacis:

——Λόγος γε μὴν ὥς ποτ᾽ Ὀδυσσεὺς
ἔφθιτο, λευγαλέοιο τυπεὶς ἁλίου ὑπὸ κέντρου.

vt quod Nicander κέντρον dixit, Ouidius telum appellarit: & quod ille λόγος τι. Ouidius, traditur. etenim non eadem de eius morte scripserunt autores: sed Ouidius Nicandrũ sequi maluit. Rursus disputant nostrates quæ sint nomina Cognationum, & qui in fideicommissis contineantur, puta appellatione Familiæ[m], Stirpis, Sobolis, Generis, Gentis, Sanguinis, & similia. At Ouidius generaliter sanguinem pro descendentibus & propinquis omnib. videtur accepisse, cũ inqt:

Lapsuramq; domum subeas, vt sanguis Alebæ
Stella Licoritæ cum fuit æqua viro.

Intelligit enim Simonidem Ceiũ ex Iulide melicum poetam, qui cùm in Cranone apud Scopã Thessalum cœnaret, Castoris & Pollucis beneficio ab imminenti ἀνδρῶνος (id est, conclauis) ruina liberatus est, vt est apud M. Ciceronem de Orat. lib. ij. Valer. Max. & Fab. Quintil. Suidamq;. Appellat autem Tyndaridas stellam: ipsum verò Lycoiten, à Lycoria pago Delphorũ, cuius Callimachus in iij. & Stephanus meminere, tanquã Apollineum, quia melicus fuit poeta. Sanguinẽ verò Alebæ intelligit Thessalos ab eorum rege: vnde & Alebadæ dicuntur Sophocli, Pausaniæ lib. iij. & Satyro historico, cuius verba refert Athenęus lib. xij. ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἱπποτρόφων καὶ ἡνιόχων τῶν Ἀλευαδῶν ἱππικώτερος. Itemque Pindaro in Pythiis Ode x. Ἀλευάδαι παῖδες Vnde suprà idem Ouidius:

Quosq; putas fidos, vt Larissæus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.

Quib. verbis apparet cæsum eum à suis fuisse.

l Instit. de pub. iud. §. fi. l. si calũnietur. §. telum. de uer. signif.
m l. fi. C. de uer. signif.

CAP. XXII.

In singulari certamine non semper fieri interpretationem aduersus eum, per quem stetit, & Hori monomachia declarata: itemq; Vergilij locus lib. v.

QVOTIES controuersia aliqua inter milites, qui sese singulari certamine prouocarũt, suboritur, ea plurimùm solet ex denuntiationis ipsius, seu chartulæ verbis finiri. Etenim sicut in iudiciis ciuilib⁹ maximè ad libel-

libelli conclusionem respici constat, ita in hui⁹ generis contentionib. ad formulá prouocationis est attendendum. Sed dubitari quandoque contingit, an in ea sit loco iuris ciuilis regulæ, qua traditum ab antiquis fuit, Ei per quem stat quo minùs actus perficiatur, imputari[a], vt quod ad damnum eius attinet pro perfecto sit. & vet⁹ fuit controuersia ex Homeri lib. iij. Iliados carmine, apud quem Paris προκαλίζετο πάντας ἀρίστους. Idemq; Hectori mandauit vt Menelaum suo nomine prouocaret:

a l. iure ciuili. de condict. & demonst.

——ἀμφ' Ἑλένῃ, καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι,
ὁππότερός δέ κε νικήσῃ, κρείσσων τε γένηται,
κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα γυναῖκά τε.

Proq; Helena, rebusq; Helenæ certamen inire,
Vt qui Victor erit pugnæ, potiorq; fruatur
Coniuge, tum gazam simul illius auferat omnem,
Et belli sit finis.

quod Hector fecit: cumq; congressi essent, & inciperet Paris esse inferior, ope Veneris circumfusa nebulâ ereptus est: aiebantque Græci reddendam Helenam, quòd scilicet vicisset Menelaus, præstantiorque apparuisset, licet fuga euasisset perduellis. Sicque apud Plutarchũ lib. Symposiacωn ix. Sospis philosoph⁹ disputat. Vnde & Iupiter, νίκη, inquit, μὲν δὴ φαίνετ' ἀρηϊφίλου Μενελάου. At eodem loco apud Plutarchum aliter differit Glaucias: Etenim, inquit ille, semper in Senatusconsultis, legibus, contractibus, confessionibus, ad verba, quibus conclusa sunt, est maximè aduertendum. Licet autem & Paris & Hector in ipsius pugnæ proludiis eis verbis vsi sint, tñ in fœdere & iureiurando, quo inter Paridem & Menelaũ conuenit, & cui Priamus tanquam pater auctoritatem suam interposuit, aliter cautum fuit:

Εἰ δέ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος,
κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα, γυναῖκά τε οἴκαδ' ἀγέσθω.

Flauus Alexandrum si interficiat Menelaus,
Res habeat, Helenamq; suas deportet in ædes.

Vnde cùm Menelaus eũ nõ occiderit, haudquaquam cõditio iuramenti euenit: meritò Hector, ὅρκια, inquit,

μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν.

Fœdera sed iußit Saturnius esse caduca.
Ex alto hæc trutinans.

Verum itaque est, victorem esse Menelaum: sed id actum non erat, vt opes & mulier victori restituerentur, verùm ei, qui perduellem occidisset. Quo apparet, haudquaquam suprà scriptæ iuris ciuilis[b] regulæ hoc casu locum fuisse, qui nõ secundum ius ciuile, sed naturale potiùs dirimit, & in quo à simplici verborum forma recedendũ non fuit. Nec quicquam facit, quòd alia conditio fuisset prius per Hectorem proposita: quia ex formula postremi fœderis apparet ab ea discessum fuisse, cùm semper posteriora derogent prioribus: idque Plutarchus sentit, & vero propius est[c]. Alius quoque est hac in materia casus ad suprà scriptam regulam pertinens, quem P. Vergilius lib. Aeneid. v. attingit: apud quem in certamine cursus Euryalus Salim superauit Nisi collusoris dolo, qui lapsus cùm videret primas se tenere non posse, sequenti Salio se opposuit, vt Euryalus qui tertius erat, promicaret: videretur enim dolum Nisi alteri ꝓdesse non debere, & Salium, per quem non stetit, pro victore esse: & tamen maximus poetarum contrà censuit[d]: Palmam, inquit, mouet ordine nemo. Tantique fuit eius autoritas, vt Papin. Statius lib. vj. Thebaidos, & Silius Italicus lib. xvj. in aliorum persona idem senserint: vterque enim imitatus est illis in certaminibus Vergilium, sed vt res ipsa indicat, satis infeliciter, & longo post ipsum interuallo: vt mirum sit, voluisse eos tam pertinaciter sequi, quod assequi non poterant vel ipsis iudicibus. Sanè quibus rationibus, & quidem iuri nostro consentaneis[e], statuerit id Vergilius, alibi à me traditum est.

b d. l. iure ciuili.
c l. ita stipulatus. de uerb. oblig. l. pacta nouissi. C. de pact.
d l. fi. in prin. de eo per quẽ fact.
e l. in executione. §. fina. de uerbor. oblig.

CAPVT XXIII.

Quid sint prolata, seu res prolatæ, Plauti carmẽ explicatũ: itẽ Corn. Tacitus necnõ Modestini respõsum.

MODESTINVS libro Respõsorum v. ita scripsit[f]: *Aurelio Sempronio fratri meo* (subaudi, salutẽ.) N. id est, nomen (putà Titium vel Seiũ) *molestari nolo nomine debiti, nec exigere te aliquid ab eo quandiu viuet, neq; de sorte, neq; vsura nomine debiti: & absoluo eum, & libero ex pignoribus eius domum, & possessionem cum prolatis.* Sic enim legendũ est, licet vulgati codices corrupti circumferantur, maximè voce in illa, Cum prolatis: etenim alij Causa perlara habent, alij Caprelatam, alij Cupellatam: interpretanturque omnes nomen illud possessionis esse. cùm enim non intellexerint quid essent Prolata, seu res prolatæ, facilè veterem scripturam immutarunt. & pro arbitrio quisque nouam subiecit. Vocantur Prolata, res, quas paterfamiliâs ex vrbe rus aduehit, vt vsui sibi dum rusticantur sint. Pignorauerat autem debitor ille non solùm domum, & possessionem ipsam, sed etiam res prolatas, id est, quas ex vrbe eò aduexerat. Plaut. in Captiuis:

f l. Aurelio. de lib. leg.

Vbi res prolatæ sunt, cùm rus homines eunt,
Simul prolatæ ret sunt nostris dentibus.
Quasi cùm calet cochleæ in occulto latent,
Suoq; succo viuunt, ros si non cadit:
Item parasiti rebus prolatis latent
In occulto, miseri victitant succo suo.
Dum ruri rurant homines quos liguriant,
Prolatis rebus perasiti venatici
Sumus: quando rure redierunt, moloßici,
Odiosiciq;, multumq; comedistici.

Et hæc quidem Plautus suprà scripto loco, licet eius carmina non sat correcta vulgò circumferantur. Cor. Tacitus lib. ij. Res eo anno prolatas haud referrem, ni operępretium foret, &c. vt absente principe senatus & equites posset sua munera sustinere, &c. quod enim Tiberius discessurus erat, Gallus Asinius actui rerum temporis illud eximendum censebat: igitur res dilatæ fuerunt. Martial. lib. ix. Innuis isto Quod tibi prolatum est manè supercilio.

CAP. XXIIII.

Quo remedio consulatur, cùm in interdicto neutra partium actoris partes vult sustinere: & intellectus ad l. penult. de aqua quotid.

PAVLVS sententiarum lib. v. *Si de via, inquit, itinere, actuq;, & aquæductu agatur, huiusmodi cautio præstanda est, quandiu quis de iure suo doceat, se non impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem. quòd si neget aduersario ius esse agendi, aquámve ducẽdi, cauere sine præiudicio amittendæ seruitutis debebit, donec quæstio finiatur, non se vsurũ*[g]: Visa est lex hæc

g l. pen. de aqua quot. et æst.

hæc interpretibus nostris valde obscura: receptaque tandem ea fuit expositio, vt in prima parte iudicio possessorio ageretur, isque, qui seruitutem asserebat, posideret: in secunda verò petitorio ageretur, & qui libertatẽ adserebat, ipse posideret: vt meritò cautio semper pro eo interponatur, qui posidet, ne interim inquietetur. Sed hic sensus non multùm verbis Pauli cõuenit, cùm neutra in parte mentio sit possessionis: quæ si totum hac in re faciebat, cur omisit? Sed & in vltima parte agi negatoria actione, verisimile non est: cùm non in libro interdictorũ, sed in seruitutum tractatu, Si seruitus vendicetur, collocari legem hanc fuisset satius. Ego interdicto viæ, itineris, actus[a], aquæ ducendæ[b], scio præscribi, seu excipi posse, si non vi, clàm, precario à me posideres: cùm ergo ire, agere, aquam ducere velles, quia hoc anno iueras, duxeras: egoque vi, clàm, precario te fecisse contenderem, nec satis constaret iudici quid verum esset, quia neuter nostrum litem contestari volebat, & rixæ timor subesset: quęsitum fuit, quę iudicis hoc casu partes essent? & proditum est, variis remediis prouideri: & potest possessionẽ sequestro tradere, & partibus comminari, ne ad eam accedant antequam cognouerit[c]. potest etiam extra iudicium ipse testationes aliquas huius rei perscrutari[d], ex quibus discernat, quem velit actoris vel rei partes sustinere: quod summariissimum possessorium aliqui appellant[e]. Ego aliud remedium hîc proditum esse arbitror: vt ei, qui primus se adiuerit, prætor faueat, & aduersarium ad cauendum compellat, ne eum inquietet: interim, scilicet, dum cognoscat, vter in interdicto potiora iura habeat: vt si tu adiueris, cogat me secundum primam legis partem cauere: si ego præoccupauero, cogat te secundum vltimam formulam promittere. Nec me mouet, quòd præoccupatio ad prætorem tanti momenti esse non debeat[f], quia tenuissimi res hæc videtur esse præiudicij, cùm de iure partiũ, aut etiam possessione, respectu interdicti nihil mutet[g], sed duntaxat consulat, ne interim, pendente iudicio, rixæ oriantur.

a l. j. de itine. actuq; pri.
b l. j. de aq. quo.
c l. equissimum. de vsufr.
d l. liber. in fin. de lib. caus. Inno. c. cum venissent. de instit.
e Paul. Cast. cõsi. iij. vol. ij.
f §. penul. Insti. de inter. & §. retinendæ. in glo.
g Bald. l. ij. C. de epis. audien.

CAPVT XXV.

Variæ species capitis indumentorum: quidq; sint Bombycinæ & Sericeæ vestes, apud veteres: quid lanalignea, quid Metaxa, quid Alabastricus: multæ leges declaratæ.

LEGAVERAT quædam mulier omnia vestimenta sua: ea habebat fasciam sericam margaritis consutam, qua caput colligari posset: quęsitum est, an legato cederet? Respondi, Non cedere, quòd huiusmodi vitta ornamenti potius, quàm vestimenti nomine censeretur: siquidem Iurisconsf. Vlpianus[h]: *Ornamẽtorum*, inquit, *hæc sunt, vittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocophali.* Significat autem Crocophalos discriminale rubrum, quod capitis ornandi causa gerunt mulieres: Gręci κατ' ἐναλλαγὴν κεκρύφαλον vocant: nam & φάλα etiam caput ab eis dicitur. Potest & metaphoricωs corymbus dici, sicque ego legendum censeo, non crocofascia, vt vulgati codices habẽt, vel, vt aliqui veteres, crocohyphanta: quamuis κορυφαστῆρας καὶ κορυφαῖτας hoc sensu acceperit Hesychius. sed & Paulus Silentiarius lib. epigram. vij. cecryphalis obstringi turritam comam mulierum ait, quæ nihilominus tamẽ videri posit. alibi λιθοπλήκτας appellat, quasi lapillorum concussores, vt appareat gemmas adiici iis solere. Sed certè suprà scripta quæstio clarius eiusdem legis verbis deciditur, dum inquit Vlpianus, *Vittæ margaritarum, item fibulæ, ornamentorum magis, quàm vestis sunt*: sic enim legẽdum, non vt vulgò habetur, vice margaritarum, tanquam hæc sit appendix præcedentis clausulæ, Tegmenta subselliorum huic legato cedere vice margaritarum: quid commune habent margaritæ cum tegminib. subselliorum? Sũt autem in eo loco pleraque vocabula corrupta, quale illud inter vasa vnguentaria Labarioristos: legendum enim diminutiua forma Alabastriscus. est enim Alabastros vas olearium, & ὑποκοριστικῶς vas vnguentarium, seu olfactorium, quod inter myrothecia sua solent habere mulieres. legunt aliqui, Lauatio riscus. Atqui Riscus, cuius apud Terentium fit mentio, nihil hîc ad rem prorsus faceret. Cæterùm mirum est, à Iurisconsulto nec Birri, quo interdiu omnes pro tegmine capitis vtimur, nec Ascophalię, seu, vt vulgò loquimur, Scophiæ quæ noctu nobis vsui est, vllam fieri mentionem. nec enim rectè vtrumuis ipsorum iis vocabulis appellaueris, quæ hîc describuntur, puta vitta, capitia, mitra, mitrella, semimitra, reticula, cecriphali, pileus, fascia crinalis. sed nec quæ alij auctores de capitis vestimentis adducunt, videntur conuenire: qualia sunt petasus, cucullus, tiara, calyptra, galericulus, diadema, nimbus, capital, capitulum, quod vulgò capitulare, flammeus, tutulus, ricaricinum, mafurtium: vt omittam & Græca quæ apud Iul. Pollucem, atque Athenæum leguntur. Cogitãdum itaq;, nec enim difficilis est quęstionis huius dissolutio. Ibidem: *Vestimentorum*, inquit Vlpianus, *sunt lanea, linea, serica, bombycina*: interpretaturque Accursius bombycina esse, quæ fiunt ex bombasio. atqui Iureconsultus aliter hãc vocem intellexit: siquidem vulgaris sermo Bombasium vocat à similitudine bombycum lanuginem, quæ ex pomo fruticis cuiusdam apud Arabas, & eos qui sub cynosura sunt, depectitur, qui instar barbatę nucis aut modici cotonei mâli est: vnde & aliqui Cotonem vocant, veteres verò Gosipiũ: Iurisconsultus[i] noster ἐριόξυλον, quasi lanam ligno decretam dicas. Igitur hoc Accursij bombycion satis appellatione lanearum comprændebatur, vnde alia interpretatio est perquirenda. Sciendum itaque, Bombyces vermiculos esse instar aranearum, quibus apud Coos vestis tenuissima, sicut apud Seras populos conficiebatur: vnde & huiusmodi vestes Coæ Propertio, Ouidio, cæterisque dicuntur. de iis plura apud Plin. leguntur lib. xj. cap. xxiij. Erant & alij vermiculi pretiosiores, qui Seres dicuntur, vnde Serica vestis: quorum semen ouis piscium non absimile scribit Procopius, sub Iustino Imp. in Gręciam à monachis quibusdam perlatũ ex Serinda Indiæ ciuitate: indeq; propagatos vermiculos arbitror, quibus vbiq; nunc textrinas suas instruunt mulieres[k]: vt appareat Serica & Bombycina idem non esse, (siquidem sericum pretiosius) sed tamẽ similia videri. nec enim Bombyces, quorum Plinius meminit, prorsus cum nostratibus conueniunt. quæ tamen hodie in vsu sunt vestes, Sericeas vel Bombycinas rectè vocabimus, quæ quòd villosæ sint, ex veluto dicũ-

h l. argumẽto de aur. & argẽ. leg.
i l. si cui lana. de leg. iij.
k l. j. & ij. C. quæ res vẽd. nõ pos.

tur: ſicut aliæ raſiles, & aliæ floribus variatæ, quas Damaſcenas vocant: aliæ duplæ textura quæ Multitiæ videntur eſſe, quarum mentio Iuuenal. Satyr. ij. & Fl. Vopiſco in Aureliani Imp. vita, quale Camelotum ſericeum Galli dicunt: aliæ ſimplæ, quę Rarę videntur appellari Catullo, ſeu potius Rallę, vulgò Cèrale, quòd cõficiendis cingulis vſui eſſe ſoleãt. Scribit Aetius medicus Sericũ crudum, id eſt, adhuc nec lotum nec tinctum, quibuſdam medicamentorum compoſitionibus vtile eſſe: & Metaxam (ſic enim legẽdum, non vt corrupti codices habent μάταξαν) appellari. vt inde iam intelligi poſsit qui ſint Metaxarij negotiatores[a], in Iuſtiniani conſtitutione, & apud Arcad. metaxæ ſpecies.

a l. ſi. C. de pig. l. lotas. C. de muri leg. libro xj.

CAP. XXVI.

De Zona, Matula, Scaphio, Pellibus Sarmatarum, Iuſtiniani ſuprà ſcriptum reſponſum declaratum.

NON abſurdum fortaſſe erit, ſi ſuprà ſcriptum Vlpiani reſponſum[b] alia quoque ratione exornemus: dum veſtis appellatione contineri ait, quicquid præcingendi cauſa paratum eſt: deinde ſubiicit zonæ exemplũ.

b d. l. argumẽto.

I. Scribit Strabo lib. iiij. tempeſtate ſua præſertim id fuiſſe Gallis curę, ne pinguiores ſeu obeſi eſſent, néve προγάστορες, id eſt, ventre prominenti: habuiſſeque eos lege cautum, vt cui iuueni venter ſupra præſcriptam zonæ menſuram promineret, ei mulctam dicerent iudices. Hodie quoque apud nos ſunt, qui nulla legis neceſsitate zonam ilibus adſtrictam gerant, vt σφηκώδεις ſint, id eſt, ventre more veſtarum exili: cuius rei dãt pœnas, renum lumborumque doloribus facilimè correpti, cùm non corrigiis, ſed viuendi legi id ſit tribuendum, quod Cælius Aurelianus lib χρονικῶν v. cap. xij. docet.
II. Subiicit idem Vlpianus, quaſdam nationes Sarmatarum pellibus tegi: quod & Ouidij carmen indicat:

Pellibus, & ſutis arcent mala frigora braccis,
Oraq; de toto corpore ſola patent.

Sunt etiamnum ſub Arctoo cœlo populi Sarmatici, qui prouinciam Laponiam colũt ſupra Phinoniam (quam corrupto codice Plin. lib. iiij. ca. xiij. Pannoniam vocat) populi ferarum pellibus velati: ex quibus alij pendulas auribus alas, alij canina roſtra, alij alias imagines reddunt: inde deceptis autoribus, qui ibi crediderunt homines maximis aurib. & caninis capitibus naſci: & quod ludicrum veſtitus erat, inter naturæ miracula retulerunt.
III. Subiicit idem Vlpianus in mundo muliebri eſſe Matulam, quæ vox aquæ ſitulam ſignificat Plauto: alio tamen ſenſu frequentius accipitur, vt vas ad ſeceſſum ventris intelligatur: vnde & Matella, & Matellio, græcè Laſanon dicitur. hinc cùm Hermodorus poeta Antigonum Macedoniæ regem Iouis filium appellaſſet: Haud facilè, inquit ille, tibi conſentiet Laſanophorus meus: Dij enim & Iouis filij matula non indigent: cuius rei autor eſt Plutarchus in Apophthegmatis. tametſi locus ille nõ ſatis videatur ab interpretib. perceptus: perinde enim eſt, ac quod vulgò dicimus, Comedit, ergo ſanctus non eſt. At vas, quo mulieres immeiere ſolebant, Scaphium dicitur, quaſi parua ſcapha, & quæ commodè inter verendorum (vt metaphora Martialis vtar) ſimplegades inferri poſſet. Vnde Vlpianus[c], *Argento legato, non puto ventris cauſa habita ſcaphia contineri*: quo loco Accurſius Scaphium pro cingulo interpretatur, nõ ſat doctè. Iuuen.

Et ride poſitis ſcaphium cùm ſumitur armis.

Satyr. vj. quod qui athletis ibi tribuunt, non videntur poetæ ſententiam aſſequuti.

c l. [illegible] ſi ex [illegible] ius. in

CAP. XXVII.

A *Morte eorum, qui ſibi manus iniiciunt, non confirmari inter coniuges donationem: & quæ ſit ratio.*

CONSTANTINI Imp. eſt conſtitutio[d], qua cauetur, vt ſi quid ad vxorem donatione viri ante reatum peruenerit, eo condemnato, boniſque publicatis, nihilominus firmum mulieri in præmium pudicitiæ ſit, nec à B ſiſco reuocari poſsit: condemnatio enim illa vim mortis ciuilis habet: ac tali morte confirmãtur donationes, quæ inter coniuges celebratæ ſint. Excipiũtur tamen Vlpiani[e] autoritate duo caſus: nempe cùm maritus mortem ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciuerit, vel etiam poſt mortem memoria eius damnata ſit[f]. Sed quæ eſt exceptionis ratio? & Bar. propter grauitatẽ criminum eſſe ait[g]. Arqui poteſt quis ſibiipſi manus iniicere, etiam ſi non adeò grauis criminis C ſit inſimulatus[h]: Sed tamen hoc ipſum, quòd quis manus ſibi iniiciat, grauiſsimum crimẽ eſt, vt eleganti oratione Ioſephus libro excidij Solymi iij. cap. xxj. diſputat, & etiam Auguſtinus de ciuitate Dei lib. primo copioſe oſtendit. Sed illi, quod ad Deum atque conſcientiam attinet, loquuntur: at de moribus Romanorum Artemidorus Daldianus ὀνειροκριτικῶν lib. j. cap. v. in hũc ſenſum ſcripſit: Somniauerat aliquis proprij ſe nominis iacturam feciſſe, illudque perdidiſſe: ei D mortuus eſt filius ſibi cognominis, perieruntq; cæteræ facultates, & præterea publici delicti accuſatus, atque inter reos receptus ſolum vertit, & infamis atque fugitiuus effectus, ſeipſum ſuſpendit, adeò vt nec mortuus quidem nomen haberet. hos enim qui ſibi manus iniiciunt ἐν νεκρῶν δείπνοις, id eſt, in pollinctura, ſiue ferali cœna, cognati non nominant. apparet igitur eos, qui ſibi mortem conſciuêre, iis comparari, quorum memoria ſit damnata[i]: vt videri nõ poſsint, mo- E riendo confirmaſſe donationem, aut vxori aliquid reliquiſſe.

d l. res vxoris. C. de don. inter vi. & vx.
e l. cum hic ſtatus. ff. de dona. inter vir.
f d. l. cum hic. §. ſi maritus. ij.
g Bar. l. poſt contractũ. de dona.
h l. ſi. de bone. cor. qui mor.
i l. liberorum. § non ſolent. de iis qui not. infam.

CAP. XXVIII.

Quid ſit Aduerſione locare, quid actio oneris aduerſi.

HAESITATVM à pleriſque eſt, quid ſit opus aduerſione locare: & F Accurſ. Aduerſionẽ eſſe periculi in ſe ſuſceptionem exiſtimauit: quæ ſententia non ad vocis ipſius ſignificationem, ſed ad rei effectum pertinet: niſi Aduerſione lẽgas, vt aliqui faciunt[k], tanquam tali pactione auertatur periculum in alteram partẽ. Sed cùm antiqui codices ferè omnes, Aduerſiõe, ſcriptum habeant, non facilè huic ſententiæ ego acceſſerim. Arbitror itaq; id vendi, locariue aduerſione, quod eo pacto venditur, vt ab aliquo approbetur, & ſecũdum eius iudiciũ æſtimetur:

k l. in naue. loc.

& ideo

& ideo ſi locem tibi inſulam ædificandam aduerſione, Florentius ait[a], donec approbetur opus à te factum, periculo tuo eſſe. & Africanus: *Si aduerſione inſula locata eſt, & dominus reficiendo inquilinum inquietauerit, animaduertatur inquit neceſſariò, nec ne demolitus ſit id opus*[b]. Vlpianus quoque. *Si aduerſione vinum vænit, cuſtodia tantum præſtãda eſt*[c]. Finge ergo, vendidi tibi hoc vas vini quindecim metretarum, adiecto vt aduertatur quanti valebit, idque pendas: erit res periculo tuo, egoq; A duntaxat cuſtodiam præſtabo. Poteſt & nauis aduerſione in perpetuum locari vt idem Vlpianus ſcribit[d]: vt ſi nautæ locetur eo pretio, quod deinde ex peritorum renuntiatione æquum videbitur, vt quantò veterior erit nauis, minus ſoluatur: & rurſus, quo anno carior fuerit eius vſus, & maius naulum, carius locata cenſeatur. Sed & Paulus[e] aduerſione conductam nauium accipere videtur, quando conductor prius aduerti voluit, quot amphorarum capax eſſet. Sed B & actio oneris aduerſi ad id videtur competere, ad quod actio locati & conducti, ſi onus receptum eſt in aduerſione: quod aliqui veteres cenſuerunt[f]. Ego actionem oneris aduerſi arbitror in nautam, aut vectorem dari, qui rem alienam non curauit vt debuit, aut corrumpi per miſit: quæ, quòd iudicium ex locato ſufficeret, hodie exoleuit, & in vſu eſſe deſiit. Aduertere autẽ dubium non eſt, quin conſiderare, & perpendere ſignificet, non ſolùm in vulgari ſermone, ſed etiam M. Ciceroni, & veteribus: addit Aelius Donatus in Terẽtio dici ἑλληνιστικῶς pro C animaduertere.

a l. opus. ff. loc.
b l. & hæc diſtinct. eo. tit.
c l. iiij. §. j. de peri. & com.
d l. j. §. exercitorem. de exercit.
e l. ſi. in ſi. ad l. Rhod.
f gl. d. l. in naue.

CAP. XXIX.

Statuto, quòd pagani damnum viatoribus reſarcire teneantur, etiam alienigenas, ſeu quoſcunque peregrinos vti poſſe.

IN Libuis, Gallis, & Inſubribus etiam hodie lex municipalis extat, vt ſi quicquam damni cuiquam viatori datum ſit, teneantur proximi pagani id reſarcire, vel nocentem ſiſtere. Reſpõdit Paulus Caſtrenſis[g], hoc iure vti alienigenas non poſſe: quoniã dura eſt lex, quæ pro delicto alterius alterum obligat. debet ergo interpretatione molliri, vt iis duntaxat proſit, qui ei ſubiiciuntur, nõ autem extraneis. Dicebam interpretationẽ hãc recipiendam non eſſe: quia verba legis ſimpliciter ſcripta ſunt: eiuſq; ratio, nempe vt itinera tuta ſint, maximè in peregrinis locum habere: & quod ad publicæ viæ tutelã attinet, aduenę illac tranſeuntes pro ſubiectis ſunt. Adducebam & Ariſtotelis in lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, id eſt de iis quę admirabilia feruntur, autoritatem, qui in hanc ſententiam ſcripſit: Finibus Italiæ via eſt, quæ Herculea dicitur, in Galliam, Hiſpaniamq; ducens, in qua quiſquis viator κἄν τε Ἕλλην ἐάν τε ἐγχώριος, græcus, ſiue indigena, ne quid mali patiatur, ad incolarum curam pertinet: alioquin pœnas ipſi pendunt, damnumq; ex lege hi ſarciũt, apud quos iacturam ille fecerit. Aiebam igitur, vetuſtiſsimum legis ſenſum, cuius etiam tantus philoſophus meminerit, noua hac Caſtrenſis ſubtilitate peruertendum non eſſe.

g Paul. de Caſt. l. omnes populi. in ſi. de iuſt. & iur.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM,

LIBER SEPTIMVS.

CAP. I.

Quibus caſibus fundo vendito theſaurus ab emptore inuentus ad venditorem pertineat: Philoſtrati irriſa ſententia, & leges contrariæ conciliatæ.

THESAVRVS vi ſermonis dicitur quælibet pecunia, quæ aliquo in loco reperiatur, εἰς αὔριον, id eſt, in futurũ à nobis eruenda: vnde & repoſitorium ipſum quandoque Theſaurus appellatur ſicque carcerem à Meſſeniis dictum, T. Liuius lib. xxxix. eſt auctor. quo ſenſu videntur veteres Latini Flauiſſas dixiſſe, vt eſt apud Gellium lib. ij. In iure autem noſtro diffinitur Theſaurus[h], eſſe pecunia ab ignotis dominis vetuſtiore tempore ſupra hominum memoriam repoſita. Conſtituit autem Diuus Hadrianus, vt quiſquis in ſuo theſaurum ſiue dedita opera, ſiue caſu fortuito inuenerit, eum ſibi habeat. Sed quid ſi quis mihi fundum vendiderit, egoq; theſaurum effoderim, an ad me an verò ad venditorem pertinebit? & ſuprà ſcripta conſtitutio ſatis indicat, ad me pertinere, qui fundi
I. dominus factus ſim. Quod tamen aliquibus caſibus eſt moderandum: & in primis, ſi ego ſciẽs eſſe ibi theſaurum, à te neſciente emerim, fundúſq; propter theſaurum ſupra dimidium eius pretij, quod impendi, valeret: ſuadet æquitas, vt venditori condictio ex lege concedatur, qua vel reſcindatur contractus, vel reſtituatur iuſtum D pretium[i]: quod arbitror obſeruandum eſſe, etiam ſi malis artibus, puta arte magica, id compertum mihi fuiſſet. Lex enim quæ fiſco tali caſu ius tribuit, de eo loquitur, qui in ſuis locis hac arte inquirit: non qui in alienis locis, quos deinde ſibi comparet[k]: ſalua ergo hoc caſu debet eſſe venditoris cauſa. II. Alter eſt, cum recenter empto fundo theſaurus ille inuentus eſt. Sed hoc falſum eſt, ſi proponatur, theſaurum, id eſt, pecuniam antiquitus depoſitam, inuentam eſſe. E quòd ſi ea pecunia fortè perdita, vel per errorem à venditore non ablata fuerit, defendi is caſus Cerbidij Scæuolæ[l] reſponſo poteſt. Quid enim ſi in parietis foramine per obliuionem relicta fuerit? quod Io. Platea & Ang. Aret. cenſuerunt: idque ex qualitate pecuniæ deprændi poterit, noua forma excuſa ſit, an antiquiore, quàm vt extaret eius memoria. III. Alium caſum refert Philoſtratus de vita Apollonij lib. ij. cùm enim hæc ſpecies in facto eueniſſet, conſultum eum à Phraote Indorum rege, tradit ſic reſpon-

h l. nunquam §. theſaurus de acq. rer. dom.
i l. ij. C. de reſc. vend.
k l. j. C. de theſa. lib. x.
l l. à tutore. ff. de rei vend.

disse, vt inquirendum in mores tam venditoris, quàm emptoris censeret: & si venditor improbus, emptor verò pius & religiosus esset, emptori rem fineret, tanquam diis eius pietatem tali beneficio remunerantibus. Quòd si contrà venditor, ipse religiosior esset, emptor impius, ei res auferretur, & ad meliorem transiret. Quod iudicium Eusebius Cæsariensis libro quem aduersus Hieroclem scripsit, irridet: tanquam hac sententia pauperes Diis odiosi, diuites verò chari efficiantur: & probitatis præmium sit pecunia, cedatque hac sententia Socrates Cræso. Ego librum illum Philostrati, omnemque Apollonianæ vitę scenam, fabulosam arbitror, à fidei Christianæ hostibus confictam, vt haberent quę Soteri nostro opponerent. Nec me mouet, quòd Hieronymus Apollonij istius vitam plenissimè à Philostrato scriptam attestetur, quia non ideo historiam ipsam approbat: etenim aliud est au-
IIII. torem citare, aliud approbare. Certior ergo sit B casus, qui ex argumento fabulæ Menandri, quæ Thesaurus inscripta est, sumi potest: id huiusmodi est: Cauerat pater testamento, vti filius post decimum annum epulas quasdã intra monumentum suum deferret: interim luxu & nequitia paterna bona prodegit, & fundũ, in quo monumentum erat, seni vicino vendidit: post decennium recordatus iussionis paternæ, monumentum vnà cum sene aperit, vt epulas inferret: ibi thesaurum cum epistola reperit. quæritur, cuius sit? Senex ipse apud Menandrũ, quòd infirmum emptionis hoc casu fundamẽtum existimaret, à se propter timorem hostium depositum mentiebatur. Crediderim ego filij esse, vt
a l. peregrè. de acq. rer. dom. b d. l. à tutore. factum patris filio hæredi prosit[a]. & quia hic thesaurus recenti memoria conditus videtur, non autem vetustam habet originem[b]. Accedat & quòd in monumento, seu loco religioso effossus
c d. § thesaurus. V. fuit, cuius senex non erat dominus[c]. Dixerit aliquis, ergo fisci pro parte esse deberet, quoniam D Diui fratres rescripserunt, vt in locis publicis, vel religiosis, aut monumentis, thesauri reperti
d l. iij. § pen. de fur. fisc. pro parte dimidia fisco vendicentur[d]. Sed & hoc dubium est, quia diuus Hadrianus, cuius
e § thesauros. In fin. de rerũ diui. sententiam Iustinianus in Institutionib. refert[e], totum inuentori excluso fisco tribuit. Sed quomodo hæc opposita dissoluentur? Veteres Diuorum fratrum rescriptum per Institutionum locũ corrigi existimabant. Bart. & recentiores contrà, potius Adriani constitutionem esse correctã. Ego Iustiniani sententiam in eo obseruauerim, qui in monumẽtis paternis hęreditariisve quid inuenerit, vt sacra priuata vel religio familiaris nihil ei noceat: Diuorum verò fratrum sanctionem in extraneis. Amplius tamen deliberandũ E est, etenim sanè quàm difficilis est hæc ἀντινομία, tinere: vsus enim, non abusus legatus est. Quæ Ciceronis sententia potuit tempestate sua obseruari tanquam vera: sed cùm deinde Senatusconsulto permissum fuerit[f], vt earum quoque rerum, quæ vsu consumuntur, legari vsusfructus posset, & cautione proprietario succurratur: dubium non est, hodie alio nos iure vti: & propter verborum generalitatem, mentemque testatoris, etiam vini & olei vsumfructum vxori deberi: quod & Cerbidius Scęuola sensisse videtur[g]. Putarim itaque, facta æstimatione, & muliere cauente, se finito vsufructu eam æstimationem secundum formam Senatusconsulti restituturam, vinum, oleumque ad eam iure suprascripti legati pertinere. Sed quid si finito vsufructu malit non æstimationem, sed eiusdem qualitatis res restituere: vt quia fortè tunc vinum, oleumque cœperit viliore pretio venum ire? Et arbitror eã audiendam esse[h]. Quid, si idem velit restituere, quia fortè vsa vino aut oleo non sit? & si eiusdem bonitatis esset, non videretur dubitãdum, quin id illi liceret[i]. Puto ego idem, etiam si imminuta esset bonitas, dummodo id detrimẽtum resarciret pecunia: sicut enim vel idem in genere, vel æstimationem reddere potest, ita & partim rem, partim æstimationem soluens audienda est: vt quod de simplicibus proditum est, ad casum mistum extendatur[k]. Quid de vasis ipsis dicemus, an & eorũ nomine cauebit se æstimationem redditurum? Et Iurisconsulti videntur sentire, satis esse, si caueat se boni viri arbitratu vsuram[l]. quod de iis vasis intelligunt Doctores, quæ diutissimè seruantur, nec facilè vsu atteruntur. qua ratione & idem esset in aliis rebus mobilibus[m], quæ facilè non consumuntur, vt in vestibus scenicis, & quæ ad spectacula solùm exhibentur[n]. Ego tamen suprà scripta ratione cauere eam arbitror, quòd minus propter vsum res illæ interim valuerint, se restituturam, D quod aliqui senserunt: sicque conciliari debere, quæ in hoc articulo vertitur, altercationem arbitror[o]. Sed quid si testator hanc cautionem remiserit: vt quia se vsumfructum earum rerum legare dixerit, adiecto, non eo modo quo vsusfructus pecuniæ legatur? Et Vlpian. censuit, tũc sufficere cautionem, se arbitrio viri boni vsuram[p]: sicque eum intelligendum arbitror, licet non videantur cæteri rectè eius verba percepisse. Hincque infertur, vt idem cẽseamus, quoties probabilibus coniecturis appareret, eam E fuisse testatoris mentem, vt ab vxore æstimationem nullam hæredes consequerẽtur, sed res attributas tales, quales sunt, reciperent[q]. Sed quomodo potest testator remittere hanc cautionem? Et constat, in vsufructu pecuniæ non posse[r]. Sed aliud videtur in pecunia, quæ vsu non teritur: aliud in aliis rebus. Quid enim obstat, quin hæredem grauare possit, vt intertrimenti illius damnum ipse subeat qua tamen in re amplius deliF berandum est.

f l. j & ij. de vsufr. ear. re. § constituitur. Inst. de vsufr.

g l. vxori meæ. ff. de vsufr. lega.

I.

h l. si tibi vini. de vsufr. ear. rer.

i arg. Inst. quibus mod. re contrah. obli. verbo, quandoque. d. gl. l. ij. in princi. si cert. pet.

II.

k l. ij. de verb. oblig.

l l. si vas orũ. vsufr. quẽad. caue.

m l. j. ff. de vsuf. quẽad. cau. Abb. c. fi. de pignor.

n l. sed si quid. de vsufruct.

III.

o Soci. cons. ix. in iij. lib.

p d. l. sed si quid. vers. & si vestimentorum.

V.

q arg. l. plerunque. l. seq. de iure dot.

r l. j. C. de vsufr.

CAPVT II.

M. Ciceronis in Topicis declaratus: & adnotati quidam casus, quibus Senatusconsulto locus non est in Vsufructu rerum quæ vsu consumuntur.

MARCVS Cicero libro Topicorũ, quem ad Trebatium Iurisconsultum scripsit, Non debet, inquit, mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad se pertraiici

a l. tabernæ. de fund. instr. traiici[a]. Dixi alios codices nõ Cenum, sed Cœnam scriptũ habere: existimare tamen me neutram lectionem sat correctã esse: sed legẽdũ potius, Circa ahenũ solent traiici: etenim M. Varro Trullam dictam existimat, quòd ea ex culina in lauatrinam aqua fundebatur, à traiiciẽdo: vnde apparet Trullam esse capedinem, qua aqua seu etiam ius ipsum de vase in vas traiicitur. Hinc & derrullare verbum Apicio, cuius similitudine Trullus, dicitur capedo, quæ apud puteos in vsu A est accipiendæ ex fitula aquæ. Non. Marcell. videtur Trulleum appellare, & pro pollubro interpretari, quod Gutturnio subiicitur, quoties manus abluimus. Homer. primo Odyss. λέβητα vocat. sed vero propius est, esse capedinem, cuius similitudine etiam cæmentarij trullam suam habent, vt est apud Vitruuium, qua linendis calceque aut gypso inducendis parietibus vtuntur. Transit & in nomen pateræ vinariæ, sed profundioris, quæ quandoque etiam B ex auro fieri solebat. Iuuenal. de adulatore:

——*Laudare paratus,*
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

quo bibacitas diuitis exprimitur trullam exhaurientis, & labellorum crepitu id testantis. Scæ-
b l. Seiæ. de aur. & arg. leg. uola[b]: Seiæ poculum aureum quod elegerit lego: quæro cùm in hereditate non sint nisi trullę, scyphi, modioli, phialæ, &c. Sunt Trullę, vt dixi, profundiores scyphi, oblongiores & nauiculæ instar. Phialæ videntur similes vitreis nostris C cyathis fuisse, vnde & nomen à vitro, παρὰ τὸ πίνειν οὐ τῷ ὕαλῳ: & bases, seu pedes habuisse. vulgò verò qui pedibus carent, etiamnum Modiolos vocamus, à similitudine, vt arbitror, modij, cuius in mẽsuris autores meminere. Sanè Raphael Volaterranus in Homerici loci suprà à me relati translatione, Opistodosi quoque meminit, tanquam fistulæ, vnde aqua de vrceo exeat: idque non vno in loco facit: quam sententiam nec etymus adiuuat, nec vllius (quod ego memineD rim) autoritas: & fortè Epistomium voluit dicere, quod vasibus adiici soleret: nos vulgò Spinam vocamus: vnde in iure nostro Salientium epistoe l. fundi. de act. empt. mia[c]. Est & Maluuium, à lauandis aqua manibus vas Festo Pomp. sicut Peluis, vel Pelluuium à lauandis pedibus. arbitror fuisse qualia vulgò vocamus Abacilia. Sed hæc Grammaticis subtilius disputanda relinquamus, ne in nostra hæc malè feriatus aliquis Grapaldus impetum faciat.

Cafsidorus (quod verius est) attestantur: siue ex cetaceorum piscium spermate, vt recentiores negotiatores, qui à Sarmatici maris emporiis illud aduectant, contendunt. Nos vulgò Ambrã citrinam, id est, lutei coloris appellamus: vnde mulieres sibi ad preculas suas, orbiculos infantibus verò ad tonsillas euitandas, monilia conficiunt, & collo, vel brachiis, aut etiam cinctu ferunt. Altera est species, quæ ad metallica pertiA net, cum auro quarta pars argenti immiscetur, vel quinta[c]: cuius Plinius & Strabo meminere: c l. pediculis. § Nerati. de aur. & argen. leg. Chemistæ Phaetontem vocant. Si de prima specie intelligamus, pronuntiatum Iurisconsulti oxymoron est. Si de secunda, videtur falsum. alioquin, si aurifex mihi massam auri, quam domi haber, legasset: si in ea quarta pars argenti esset, legatum vitiaretur, quod iniquissimum est[f]: præ- f l. quid enim. de contrah. emp. l. qua fitũ. § illud. de lega. iij. g l. lacus. § j. de acq. rer. do. h l. idem Pomp. vers. sed si dedu ci. de rei vendic fertim cùm facilè separari ab auro argentum potuerit, sicut & ab argento æs[g]. aurum verò ab ęre veteres non videntur leparare potuisse, si vera est Pomponij sententia[h]. Hodie tamen propter chrysulcæ aquæ vim, sunt artifices qui id faciãt: vt Mediolani, vt Venetiis, vt Lutetiæ Parisiorũ. Sed quid si appareat testatorem μισογρυσικὸν, siue ἀργυρικὸν loqui voluisse? vt cùm ditissimus aliquis, Relinquo, inquit paupertatem meam: & costat valere legatum[i]: cui rei non absimile exemplũ i l. Lucius. § hæredũ. ad Treb. apud Plautum in Pœnulo est, vbi villicus Lenonis trecentos aureos connumerat: qui, quia confecti ex naporũ rotulis erant, Macerato, inquit, hoc auro pingues fiunt in Barbaria boues. sic napos seu rapa, per risum appellatione auri intelligens. quem locum eius poetæ interpretes non videntur assecuti.

CAP. V.

Cucurbitare Verbum quid significet, quid Cucullus: Curucam xerò auem nusquam legi: & Iuuenalis declaratus: quid item Campe apud Plautum Trinum. Cur Hirci dicantur qui matrimonij sui incuriosi sunt.

ROGAVIT me per epistolam auditor quidã meus, vti illi explanarem, quid sit Cucurbitare verbum, quod in iure nostro se legisse asserebat, quo scriptum est, FiduciaE rio fundo priuari clientem, qui dominum cucurbitauerit[k]. Respondi, verbum id Latinum k l. j. quib. mod. feud. amit. non esse, nec vnquam à Iureconsultis nostris receptum: sed ab his duntaxat Doctorib. qui quas vocant feudorum consuetudines, scriptis mandarunt. Hi à vulgari lingua, quæ Culculum eum vocat, qui matrimonij sui incuriosus sit, quique vxorem suam mœchis permittat, Cucurbitare verbum confinxerunt, quasi cuculitare. Ego Cuculos peculiari conuicio agricolas dictos apud F vereres legi, qui negligentes, socordes, tardique essent, quòd non prius putatas vites haberent, quàm Cuculus canere cœpisset. Horatius: Magna compellans voce Cuculum. græcè κόκκυξ, à voce dicitur: vt appareat vereres Græcos ypsilon per v, eo more, quo nos Latini facimus, pronuntiasse. Recentiores Grammatici Cuculos dici hos homines putant à natura auis, quę in alienum nidum, maximè Hypolaidis quam ipsi Curucam vocant, oua sua transfert. Sed hac ratione non Cuculi, sed Curucę dici debuissent:
d l. si quis in fundi. de leg. j.

cùm non ipſi in alienum,ſed alij in ſuum nidum congerãt. vnde & Adulterium dictum, quaſi ad alterius torum. Ego arbitror Theodorum Gazam cum vj. Ariſtotelis de hiſtoria animalium transferret, nec ſatis intelligeret, quæ Latinis auicula ſit ὑπολάϊς, Curucam tranſtuliſſe, nempe ignotum per ignotius: nec enim carmen Iuuenalis Satyra vj. Tu tibi tunc curuca places, eum adiuuat: cùm ea vox, ſi id quod ipſi credunt, ſignificaret, alibi quoque inueniretur: & tamen conſtat, nuſquam legi. Cùm item in aliquib. antiquis codicibus legatur Eruca, quod nomẽ turpi & ſalaci marito conuenit: quòd Eruca ſit vermiculus, æſtatis tempore olera & arbores infeſtans, L. Columellæ: qui campe non ſolùm à Græcis dicitur, ſed etiam à Plauto. ſit item Eruca herba ſalax, Vergilio in Iuuenilibus, & Aemilio Macro,

Excitat in Venerem tardos Eruca maritos.

Vlpianus[a]: *Si crucis, aut herbis ſegetes corruptæ ſint.* Sic enim præſtat legere, quàm Raucis, quæ in oleis, vel radice quercus naſcuntur, non in ſegetibus, vt Plinius libro xvij. ait. Plautus Trinummo, Cãpas dictis abigi, prouerbialiter dixiſſe videtur de iis, qui verba non curarent, ſed rem ipſam. Solent enim Erucæ quibuſdam carminibus extingui, M. Catoni. Nos vulgo id hominum genus, quibus vxores ſunt impudicæ, Hircos appellare ſolemus: quòd hirci zelotypia non afficiantur, vel quòd eos vxores tanquam hircoſos auerſentur. Vnde & Catullus ſolis licere quicquid eſt puellarum contingere, & putare cæteros hircos: qua de re & ſuprà dictum eſt. Poteſt & legi, Tu tibi tunc vrtica places. nam & alibi idem autor Satyra xj. Acres, inquit, diuitis vrticæ: eodem ſenſu.

a l. ex conducto. §. j. loca.

CAP. VI.

De Iure Aſyli declaratæ aliquot leges: tum Vergilij, Ciceronis, Ariſtotelis, Ouidij loca explicata, & nonnulla de gladio Delphico.

VETVIT Iuſtinianus noſter ius aſyli homicidis ſeruari: mandauitque præſidib. prouinciarum, ne ἀσφάλειαν, id eſt, ſecuritatem ex ſacris locis illis concederent: néve τοὺς ἀκινδύνους λόγους, id eſt, quod vocant ſaluum conductum, facilè darent,[b]. Cui ſententiæ illud Exodi cap. xxj. conuenit: Si quis ἐπιθῆται, id eſt, dedita opera occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eũ, vt moriatur[c]. At hodie aliud iuris Pontificij obſeruant, & omnibus facinoroſis immunitatem eccleſię ſaluam eſſe iubent[d], publicis latronibus, aut nocturnis depopulatoribus exceptis: legemq; Exodi non in ſimplici homicidio intelligunt, ſed quod alio crimine adgrauetur: quam interpretationem ſunt ex noſtratibus Doctoribus qui non probẽt, & aduerſus Pontificios canones inuehãtur[e], qui anſam quandam delinquendi præſtare videantur, tam facili, tam parata ad euadẽdum via. Veteres certè Græci videntur pontificiis concordare, quorum fabulis traditum eſt, Oreſtẽ cùm matrem occidiſſet, & à tribus Furiis infeſtaretur, in tẽplũ Apollinis cõfugiſſe, nec ingredi auſas Eumenides, ſed expectaſſe dũ exiret. hinc Verg. iiij.

— *Vltricesq; ſedent in limine diræ.*

Euripides in Oreſte ex perſona Apollinis prædicit venturum eum Athenas, & ibi in Areopago fore vt diuina ope abſolueretur, Furiæq; amplius eũ non infeſtarẽt: aduerſus eas enim deos victoriam daturos. M. Cicero oratione pro Milone: Non ſine cauſa doctiſsimi homines memoriæ prodiderunt, eum qui patris vlciſcendi cauſa matrem necauiſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolùm diuina, ſed etiam deæ ſapientiſſimæ ſententia liberatum. Ariſtot. lib. Rhetori-
A corum ad Theodecten ij. Autocles dixit in Mixidemidem: εἰ ταῖς σεμναῖς θεαῖς, &c. id eſt, ſi Furiis ſatis fuit in Areopago ferri iudicium, cur non & Mixidemide? alludit autem ad id Oreſtæum. Subiicit in eadem Euripidis fabula Apollo:

Θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει,
δίκας Ἀχιλλέως πατρὸς ἐξαιτοῦντί με.

Fatale Pyrrho eſt Delphico gladio mori,
Pœnas Achillis patris vt pendat mihi.

Vt rectè Vergilius iij.

B — *Patri.ſq; obtruncat ad aras.*

Etenim Achilles pater eodem modo ante aram Apollinis ceciderat, quod & Pauſanias tradit li. j. Illud non omiſerim, gladium Delphicum ſimpliciter accipi, quia ad aram Apollinis Delphici Pyrrhus ſit occiſus: & nihil pertinere ad Delphicam machæram, cuius Ariſtot. lib. j. Politicorum mentionem facit: quamuis aliter τῷ παροιμιογράφῳ viſum ſit. Erat illa machęra in ſupellectile, & prima tantùm parte ferrea, vt pro enſe eſſet: cætera
C lignea, vt aliis quoque vſibus accommodaretur, quod Grammatici veteres tradiderunt. Delphicus verò gladius ad eos referri poteſt, qui eodẽ fato, eodemq; vindice pereunt. Cęterùm Aemilius Probus auctor eſt, Pauſaniam Lacedæmoniorum ducem cùm proditionis accuſaretur, in templum Palladis Chalciœcæ confugiſſe, quod inuiolabile ad eam diem fuerat, & iure Aſyli ſe defendiſſe, donec obſtructa pariete tẽpli ianua, à matre coactus eſt fame mori. quod & Gręci au-
D tores tradiderunt, vt ad eum alluſiſſe ſuſpicer P. Ouidium in Ibin:

Obſtrutoq; necem patiaris limine templi,
Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.

Licet interpretes aliud ibi comminiſcantur.

b in auth. de mãdat. princ.
c c. j. extra de homicid.
d c. inter alia. de immun. eccleſ.
e Pract. Pap. tit. inquiſitionis.

CAP. VII.

Quomodo Homo communis vox ſit: & Bartoli
E *ſententia non ſat approbata.*

VETVS fuit diſputatio, quomodo maſculina voce etiam de fœminis actum videatur: idq; an per verborũ proprietatem inductum ſit, an ſola legis interpretatione. Et Bartolus[f] etiam ex proprietate dictionis id contingere exiſtimat, quoties verbo communi concepta clauſula proponitur, vt homo. Vnde his verbis: Si quis homo dixerit, fecerit, &c. intelligetur etiam mulier. Idem etiam
F cùm ſimpliciter ſcriptũ eſt[g], Si quis fecerit: ſubauditur enim homo. Quam ſententiam nõ ſatis ſcio quãtùm Grammatici ἢ σκηπτοῦχοι παίδων βασιλῆες probaturi ſint: nec enim vſquã lectum eſt, Titia homo bona eſt: & meritò Fl. Soſipater Chariſius, Nemo, inquit, aut ſecundam hæredem aut Malam hominem dicit: ſed maſculinè, tametſi de fœmina ſermo habeatur. Seruius tamen Sulpitius in epiſtola ad M. Tullium ſcripſit, Quoniam homo nata fuerat. Sed hæc locutionis ratio nihil ad genus pertinet, cùm Nata, orationi ſuppona-

f l. hominis. de verb. ſig.
g l. j. de verb. ſig. vbi Bar.

ſupponatur, Homo verò apponatur: perinde ac ſi dixiſſet, Cùm Tulliola nata ſit homo: cùm Titius ſit ſcelus ipſum: cùm Cæſar ſit mera liberalitas: & ſi qua ſimilia.

CAP. VIII.

Pronomen ſubſtantiæ & ſimilitudinis quantum differãt: diſſolutaq; antinomia ſanè alioquin difficilis.

SCRIPSERAT teſtator, Ex parte qua L. Titium inſtitui, ex ea Sempronius hæres eſto. Dubitatum fuit, an reuocaſſe Titij inſtitutionem videretur? Et Iulianus reſpondit[a], non cenſeri reuocaſſe, ſed in vnam eandemque partem vtrumq; vocaſſe: nihil enim impedit, quin eiuſdem partis duo ſint hæredes, aut duo legatarij. Qua ratione ĩdem ego reſpondẽdum cenſerem, ſi ſcriptum proponeretur, Quod Titio legaui, idem Seio do, lego[b]: vt ambo ad idem legatum admittantur, & dictio Idem, relationem propriã faciat, vt ambo ad vnam rem, nõ vt quilibet ad ſimilem rem vocentur, etenim tunc impropria eſſet relatio. Non ita eſt ſi teſtator dixerit, Quod Titio legaui, id Seio do, lego[c]: tali enim caſu cõſtat, Titij legatum reuocari, & omne Seio deberi[d]. Pronomen enim ſubſtantiæ efficit, vt adempta res primo videatur: & cùm ad totum referatur, non patitur vt ambo concurrant. At pronomen Idem, aliam habet ſignificationem, cùm incluſam habeat, vt Valla lib. ij. ca. xlij. ait, copulã, quæ auget, & ad genus potius, quàm ad ſubſtantiæ ſpeciem refertur. Qua tamen in re Doctores noſtri in varias ſententias diſtrahuntur, & grammaticam hanc ſubtilitatem nolunt agnoſcere.

a l. Iulianus. de hær. inſti. l. triplici. de ver. ſig.
b §. ſi eadem. Inſtit. de leg.
c l. ſi dominum. C. de iniur. l. iij. C. de neg. geſt. in gl.
d l. ſicut. de adimen. leg.

CAP. IX.

Verbis coniunctum, præferri re coniuncto: hacq; in re iuſtitiam in tenui verſari.

CVM iuris accreſcendi materiam pertractarem, in eam iui ſententiã, vt exiſtimarem[e], Verbis coniunctum re coniuncto præferri: idque ex Hug. & quorundam aliorũ interpretatione: Bartolum verò & cæteros, qui æqualiter admitti eos contendunt, tunc vera ſentire, cùm verbalis coniunctio imminuta imperfectáque eſt[f]: vt quia lex celeritatem potiùs prę ſumat, vel in quotas partes hi ſeparatim ſint vocati[g]: non enim hoc caſu aut re, aut verbis propriè coniunguntur, ſed propter vnitatem ſermonis cõmiſtis cõiunctionum capitibus, ceu æquali in cauſa ſint, cum re coniuncto admittuntur. Cæterùm dixerit aliquis, durum eſſe, vt ſecundum regulam coniunctus verbis, præferatur re coniuncto, cùm minimum ab eo interſit: vnitaſque clauſulæ haud ſanè efficax vſqueadeo eſſe debet, vt tantùm momenti hac in re faciat. Cui ego reſponderim, inter duos, qui ſaltu contendunt, controuerſiæ cardinem in extremis duntaxat quatuor digitis eſſe, ad quod pertinere fortaſſe poteſt & græcum adagium, quo traditur, in modicis verſari iuſtitiam, Διὸ καὶ δικαιοσύνην φασὶ μικρὸν εἶναι, inquit Ariſtoteles lib. Rhetorices j. licet alio ſenſu interpretentur.

e l. re coniuncti. de leg. iij.
f l. ſi ita quis. de hær. inſtit.
g l. Męuio. de leg. ij.

CAP. X.

Quid ſit Miſſa, & vnde dicta.

HABENT Pontificij tractatum atque rubricã, de celebratione Miſſarum: frequenſque in ore omniũ eſt Miſſæ vocabulum, etiam ab his, qui eleganter & latinè Theologiæ ſtudia attigerunt, vſurpatum: nec tamen ſatis
A conſtat quæ ſit eius vocis origo. Ego autem ſæpe hac de re interrogatus, ita reſpondi: Poteſt quidem videri hanc vocem à Græcis emanaſſe, qui cùm ſacris operati eſſent, miſſum populum faciebant, nec abeundi poteſtas prius cuiquam erat, quàm ſacrificulus pronuntiaſſet, λαοῖς ἄφεσις, id eſt, populis miſsio, quod Latini vno verbo, Ilicet, dicebant: quod eſt, ire licet. Vnde & ſub eius ſacri finem, etiamnum ſolet ſacerdos dicere, Ite miſſa eſt: Miſſam, vt videtur, pro miſsione
B accipiens. quo exemplo & diuus Cyprianus Remiſſam peccatorum, pro remiſsione ſcripſit. Apuleius enim libro vltimo: Vnus, quem cuncti Grammatea dicebant, renuntiat ſermone, rituque Græcienſi, λαοῖς ἄφεσις, quam vocem feliciter cunctis euenire, ſignauit populi clamor inſequtus. Videtur ergo à parte totum ſacrificium, Miſſa, appellatum, probabiliſque hæc eſt ſententia. Alij tamen, fortaſſe veriore iudicio, totum hoc non à Græcis, ſed à Iudæis acceptum credent:
C nec enim veriſimile eſt, à recedendi facultate nomen ſacrificio huic inditum fuiſſe: Græciq; ipſi non ἄφεσιν, ſed λειτουργίαν id appellant, quod nomẽ propriè id exprimit, quod Hebraicè miſſa ſonat. Eſt enim Mus apud Hebræos, vnde Miſſa formatur, munus perſonale, tributi, cenſuſque offerendi: & Miſſa ipſa, oblatio quæ domino ſuo ſit propter debitum perſonale, vt in Deuteronomio cap. xvj. habetur: Et celebrabis diẽ feſtum
D hebdomadarum domino tuo miſſa, id eſt, oblationem ſpontaneam manus tuæ. Credendum itaque priſcos Chriſtianos, qui origine Iudæi erant, ſua voce id ſacrum appellaſſe, quam deinde Latini receperunt, ſicut & Paſcha: nec enim ἀπὸ τοῦ πάσχειν, quod pati Græcè ſignificat, eſt deductum, cùm antequam Chriſtus pateretur, id nomen in vſu eſſet: ſed ab Hebræorum ſermone, quo tranſitus ſignificatur. Quod ergo in fine ſacri pronuntiatur, Ite miſſa eſt: perinde eſt ac ſi e-
E diceretur, Ilicet, oblatũ eſt. quo ſenſu haud malè loquitur vulgus, cùm ſe vidiſſe miſſam ait: tametſi qui caſtigatius loqui ſe putant, audiuiſſe dicant. Vnde & non inelegans carmen:

Hic audit miſſam, eſt alius miſſam facit illam.
Quanto audire minus eſt bona, quàm facere?

CAP. XI.

Tectorium quid ſit, nec à noſtratibus Doctoribus rectè interpretatum.

VETVS fuit quæſtio, an interdictum Vti poſsidetis, aduerſus eũ competat, qui cùm poſsidere ſe non contendat, alterius tamen poſſeſsionem inquietat. Et Accur. Bartoluſque[h] competere crediderunt: eius legis verbis adducti, quibus proditum eſt, ſi vicinus meus in pariete meo tectoria habeat, vt in ſuo pariete, Vti poſsidetis interdictum

h gl. Bar. l. j. §. ij. vti poſsid.

a l. si duo. §. si vicinus.

efficax esse, vt ea tollere compellatur[a]: interpretaturque Tectorium esse tectum ipsum supra ædes, siue ædibus ipsis innitatur & incumbat, siue non. At ego quandoque didici longè aliam esse tectorij significationem, quàm isti existimēt: siquidem incrustatio, & tegumentum quoddam est quo parietes rudes gypso, vel calce, vel arenato, marmoratoque opere operiuntur, atque colorantur, Vitruuio libro vij. architectonices. Finge ergo, cùm domum ædificassem, quò pulchrior, ornatiorque esset, secundum viam parietes ornaui, picturisque decoraui: & quidem non solùm partem meam, sed & proximam vicini: certè hoc ipso videor re illius tāquam mea vsus, possessionemque eam mihi asserere, vt meritò interdictum illud aduersus me cōpetat: loquiturque Iurisconsultus[b] cùm iam tectorium, seu picturam factam habui: alioquin inter faciendū posset vicinus propria auctoritate me reiicere[c]: opinor & incontinenti post rem factam, id iuris ei in re sua non denegandum.

b l. si vitē. §. qui ad ianuam. ff. quod vi aut clàm.
c l. iij. §. cū igitur. de vi & vi armata.

CAP. XII.

Quid sit, quod omnia iudicia absolutoria sint: & Plauti locus in Pseudulo.

SI quis reus post litem contestatam obtulerit actori quod petiisset eiue satisfecerit, absoluendum esse Iustinianus sanxit, quoniam vulgò soleat dici[d], Omnia iudicia absolutoria esse. quod dictum videtur prouerbialiter posse eò trahi, vt significemus, pœnitenti esse parcendum, etiam si res non sit omnino integra. Plautus in Pseud. videtur nō absimile quoddam dictum aliò vertisse, apud quem hæc sunt carmina:

d §. fi. Instit. de perpe. & tēpo. act.

S I. *fatere.* P S. δικέτω ἵνα κ' αὐτὸ ἐρρύσθαι.
S I. *Fatetur. dixi Calliphо dudum tibi.*

Quæ sic nos restituimus ex apicibus, qui in antiquis codicibus coniecturæ locum nobis fecerant, cùm interpretes eius poetę alia quędam prorsus à proposito aliena reposuissent. Significant illa verba, Iudicetur, vt & idem absoluatur: videturque prouerbiale esse carmen de his, qui securi, accusationis iudicium subeunt: non absimile illi quod etiamnum inter Græcanicas sententias extat: κατηγορεῖν δεῖ τινα καὶ κρίνειν ὁμοῦ. nisi quòd hoc potest simpliciter accipi, eundem accusatorem & iudicem esse non oportere.

CAPVT XIII.

Imperare verbum, cur ad fideicommissa pertineat, iubere ad legata: quodq; mitius sit, & quandoque passiua significatione accipiatur: tum Ciceronis & Sallustij loca explicata.

IMPERARE verbum aliquantò ciuilius mitiusq; esse, quàm sit Iubere, ex eo cognoscetur, quòd Paulus Iurisconsul. Sentētiarum lib. iiij. precarium esse, & ad fideicommissa pertinere scripsit: cùm tamen Iubeo directum sit, & ad legatū damnationis spectet, quod Caius tradidit. Nam & Cornel. Tacitus & Dion auctores sunt, C. Octauium Augustum rempub. titulo Imperatoris occupasse, quod modestius ęquabiliusq; esset id nomen, quàm Regis, aut Domini. Tribuitur certè id verbum ægrotis quoque, vt medico imperare dicantur. Alfenus[e]: *Medicus patronus quòd putaret si liberti sui medicinam non facerent, multò plures imperantes sibi habiturum.* Ego tamen more veterum dixisse Alfenum, imperantes, pro parentes arbitror. Cicero epist. li. ix. epistola penul. Nūc ades ad imperandum, vel ad parendum potius. sic enim antiqui loquebātur. Salustius in Iegurt. Iugurtha vbi armis, virisque, & pecunia spoliatus est, dum ipse ad imperandum Tisdrum vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum. Passiuè dixit, ad imperandum, id est, imperium accipiēdum. Norica editio apud Alfenum non imperātes, sed implorantes, habet, aduersus cùm veterum, tum cæterorum codicum fidem. Est & Imperare apud Plaut. Capt. pro parare: Remissum quem dixi imperare exercitum. Terentius maiorem imperantis auctoritatem, quàm iubentis videtur sensisse, cùm inquit: Iubeo, cogo, atque impero. Alibi tamen legitur, Populus iussit, imperauit Princeps.

e l. medicus. de oper. liber.

CAP. XIIII.

Modestini, Paulique antinomia concilliata.

SI DOMINVS fundi debitori succedat, qui eum fundum pignorauerat, quæsitum est, an confirmetur pignus? & Modestinus[f] directò non confirmari censuit vtilem tamen pignoratitiam dari. Cui sententiæ sunt qui Paulum contradicere existimant, dissoluiturque antinomia hæc à Doctoribus nostris variis modis. Ego concordare vtrunque Iurisconsultum magis crediderim: si tamē apud Paulum[g] dictio, Non, in Nūm, quæ dubitatiua coniunctio est, mutetur. Nam est idem, inquit, dicendum, si ego Titio, &c. argumentaturque primū in partem negatiuam, quòd non sit concedēda: deinde contrarium concludit: Sed si, inquiens, conuenisset de pignore, &c. Subest enim semper illa ratio, quòd auctor meus de pignore cōuenit, cuius mendacium mihi hæredi allegare fas non est: arbitrorque ego, probabilem esse hanc sententiam, tametsi alij aliter.

f l. si Titio. ff. de pignor.
g l. rem alienā de pig. act.

CAP. XV.

Violenter, aduerbium passiua significatione accipi, sicut & libenter Vergilio in Iuuenilibus: & defensa Bartoli sententia à Criticis.

AVDIVI quandoque non vulgaris nominis Grammaticum aduersus Bartolum & nostrates interpretes acriter differentem, quòd non rectè eam quæstionem finierit, quę tali specie vertitur: Accusatus est Titius, quòd Seiam violenter cognouerit, idque & testibus probatum est: censuerunt illi, Titium absoluendum, quia aduerbium violēter, ambiguū est, & vtraq; significatione, tam actiua quàm passiua potest accipi. Cùm ergo potuerit contingere, vim ipsi Titio illatam fuisse, qua vi cōpulsus crimen illud commiserit: non fuit ratio cur condemnari deberet. Atqui, aiebat ille Grammaticus, falsum est, violenter intelligi posse de vi ipsi Titio illata: sed de ea potius, quàm ipse adhibuerit, est intelligendum. Cui homini inquam ego: Dic Magister, quo sensu Vergilianum carmen in ludicro Iuuenili sit accipiendum,

O non

O nōn candidior puella Mauro,
Mantes hîc licet, vt libenter ires.

Cùm hæreret, nec se expediret, subieci, Mantare Plauti veterumque poetarum verbum esse, quod expectare significat: inquit ergo poeta, Quamuis tu puella turpis hîc expectes, tamen cuperem vt discederes: & aduerbium Libenter, passiuam habet significationem, id est, me libēte, & id desiderante: non autem Libente, pro volente puella.

CAP. XVI.

P. Antonius Auitus legendum apud Iabolenum: de Antoniorum antiquitate: & Vergilij restitutum, declaratumq; carmen.

a l. P antonius. de acq. hær.

PANTONIVS *Auitus cùm in Cilicia procuraret*[a], &c. visum est plerisq; nouum id nomen, quod Iabolenus adscripsisset: mutaruntque aliqui veterem lectionem & Pannonius scripserunt. Sed cùm Pannonius gentile Romanorum nomen non sit, facilè ego huic cęrrectioni non assentiam: malimque prænomen adscriptum interpretari, vt is fuerit Publius Antonius, etenim ex vetustissima Romanorum familia sunt Antonij, qui ab Herculis filio Antone originem traxisse putabantur, vt est apud Plutar. in vita M. Antonij. Vnde apud Appianum Alexandri. histor. lib. iij. Octauius ad Antonium, Futurus, inquit, eras Cęsaris adoptiuus, si te ex Herculeo Aeneadem fieri malle cognouisset. Eum Antonem nō filium, sed comitem Herculis P. Vergilius attestatur, nisi quòd vulgò Actorem scriptum est, pro Antone, lib. x. Aeneid.

Egregium Antonem latus inter & ilia figit:
Herculis Antonem comitem, qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atque Itala consederat vrbe.

Sanè Græcè Antonius eum significat, qui pro venali habitus sit. Vnde epigram. Græcorum li. ij. ἄδηλον hoc extat:

ἐν πολέμοις ἀντώνιον ὄντα σε πάντη,
ἐξαπίνης τρία σοι γράμματα πῶς ἔλιπον;
In bellis qui notus eras Antonius olim,
Cur tria perdideris prima elementa refer.

ὤνιος enim venalem significat, & captiuum.

CAP. XVII.

Flauij Libertini historia: & quid sit Cornicum oculos configere Ciceroni, quid item Latinus tibicen.

b l. ij. de ori. iur.

PRODITVM à Pomponio Iureconsulto est[b], quemadmodum Cn. Flauius Libertini filius formulas actionum vulgauerit: quod munus adeò gratum populo Rom. fuit, vt Tribunus plebis, & Senator, & Aedilis curulis fieret. Cicero verò oratione pro Muræna, tulisse eam rem grauiter Pontifices, Iurisque peritos, auctor est quòd ea libri editione cornicum oculos confixisset. quo loquendi modo & in oratione pro L Flacco vtitur. Dubitaui quandoque, quid sibi velit eo prouerbio Cicero: & in eam sententiam facilè sum adductus, vt metaphoram à cornicibus ductam existimarem, quæ è cauea oculos inspicientium rostro appetunt, & plerunque pueris, qui naso nimis ad cancellos se applicant, eos euellunt: qui igitur cautum, oculatissimumque virum, quique alios decipere soleat ipse decipit, cornicis oculos confixisse rectè dicetur. Subiicit idem Cicero eodem loco, Transire Iurisconsultos tibicinis Latini modò. Latij enim ciuitates, quòd modicæ erant, non multos habebant tibicines: vnde cùm fabula aliqua agebatur, eundem qui tibiis dextris cecinisset, transire ad sinistras, easque inflare oportebat: quo sensu & à Quintiliano accipitur lib. vij.

CAP. XVIII.

Quo sensu veteres Arbitrium tutelæ, Arbitrium pro socio, dicebant: & Cicer. locus in oratione pro P. Quintio explanatus.

HABEMVS in Iustiniani Codice rubricam, quæ inscripta est, Arbitriûm tutelæ. alibi Paulus: *Aggeres,* inquit, *arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ veniunt.* est & Arbitrium pro socio, plerunq; lectum apud auctores. Accursius hoc loquendi modo subaudiri existimat, quale esse debeat: vt rubrica indicet, quid ab arbitro tutelæ, pro socio, aquæ arcendæ, faciendum sit. Ego ex veterum more sumptum id nomen arbitror qui Arbitriûm genitiuo plurali casu, pro Arbitriorum dicebant: etenim in suprà scriptis iudiciis plurimū arbitrio iudicis tributum fuit. Cicero in oratione pro P. Quintio: Qua in re ita diligens erat, quasi hi qui magna fide societatem gererent, arbitriûm pro socio condemnari solerent. Quem locum eius interpretes fatentur se non intelligere, & corruptum existimant, cùm tamen omni menda careat. Compilabat societatem Næuius, perinde ac fures præmio, nō autem pœna afficerentur. Id est, arbitrio iudicis communi diuidundo ille socius, qui rectè se gessisset, condemnaretur: qui verò furatus de communi esset, absolueretur. quo loquendi modo Demosthenes quoque κατ' ἀνδροτίωνος vtitur: ὁ γὰρ ὅτι πώποτε μὲν κατὰ τοὺς νόμους ἔπραξεν, οὐ γ' τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως ἀλλὰ τοὐναντίον, &c. Nec nouum est, patrium casum arbitriorum, pro ablatiuo poni. Horatius: Desine curarum, pro à curis. Plinius vij. Omnium triumphorum laureā adepte maiorem: pro omnibus triumphis, κατὰ τὸν ἑλληνισμὸν, καὶ τὸν ἀρχαϊσμόν. In actione autem Pro socio, item Tutelæ, quia rationes excutiēdę sunt, & aliqua nomina probanda, aliqua dispungenda, ideoque sæpius arbitrari contingit, meritò plurali numero vtitur legislator: an quia eius actionis formula sic inscripta esset?

CAPVT XIX.

De donatione Constantini, quam ecclesiæ Ro. factā Laur. Valla negat, quid sentiendum.

DISPVTANT plerunque, & ferè in librorum auspiciis, nostrates Doctores, an donatio, quam Imperator Constantinus Syluestro pontifici Rom. fecisse creditur, à quo lepra liberatus, sacraque baptismatis vnda ablutus fuerit, iure atque secundum leges valuerit. Estque communi opinione hominum receptum, factā à Constantino eam donationem. At Laurentius Valla integro libro aduersus hanc sentētiam declamauit,

idque

idque nunquam factum fuisse contendit: & quę
vulgò circunferatur eius formula [a], falsam, cõ-
mentitiam, ab imperitio aliquo confictam esse
disputat. Cuius deinde argumentis fuere ex no
I. stratibus qui respondere voluerint. Et certè a-
pud probę fidei auctores res hęc nõ satis liquet.
Eusebius, Theodoritus, Cassiodorus, qui om-
nia diligenter Constantini tempore gesta, quod
ad ecclesiasticam historiam attinet, descripse-
runt, nullam eius mentionem faciunt: procul-
dubio non omissuri, si sciuissent esse factam. Am A
II. mianus Marcellinus lib. xv. Constantium Ro-
mæ vrbis habuisse omnem iurisdictionem, &
Leontium præfectum ibi constituisse: & ipsum
quidem Pontificem Liberium in exilium misis-
se, est autor, quòd aduersus sententiam suam A-
III. thanasio Episcopo fauisset. Sic reliquos Impe-
ratores Romæ mansisse adusque Augustulum
vltimum, omnes historici satis ostendunt.
IIII. Sub Gothorum regibus omne ius Imperij ab B
ipsis vsurpatum, Cassiodori Epistolæ indicant:
plurimæque eorum ad senatum extant adhuc
literæ, in quibus de Pontificis principatũ nullũ
V. prorsus est verbum. Longobardis Italiam te-
nentibus, mittebant Cõstantinopolitani Exar-
chos, qui Rauennæ quidem plurimum mora-
bantur, sed tamen & Romam regebant: extant-
que aliquorum exempla, qui tyrannicè, & inci-
VI. uiliter sanctam sedem tractauerint. Primum
Aritpertum, deinde Lintprandum Longobar- C
dorum reges, vrbes quasdam & oppida Rom.
ecclesiæ dedisse, Paulus diaconus, & alij, qui e-
ius temporis res gestas memoriæ commenda-
runt, sunt auctores. Post eos deinde Pipinus, Ca
rolusque Magnus, mox & Germani Cæsares, tã-
dem & Mathildis non pauca contulere: popu-
lis ipsis, mitioris imperij spe, libenter annuen-
tibus. Quod si ita est (nec enim negare id Valla
vllo modo potest) quid refert, à Constantino fa-
cta sit ea donatio, an à posteriorib. iisce princi- D
pibus, qui manu sibi quæsitos agros, atq; vrbes
sacrosancto concilio sint largiti? Atqui longè
subtilius hanc rem videtur mihi intellexisse Bo-
nifacius huius nominis viij. Pontifex, idem &
Iurisconsultus acutissimus, qui lege euangelica
vtrunque gladium ad Pontificem pertinere do-
cuit: spiritalem sua, temporalem regum manu
exercendum [b]. Sanè Constantinum ipsum non
Romæ à Syluestro, sed Nicomediæ ab Eusebio
Episcopo, & quidẽ Arriano, lustricis sacris ab- E
lutũ paucis antequã moreretur diebus, auctor
est Hieronymus in chronicis, atque alij eius æ-
tatis scriptores. Lepra verò nunquam laborasse
eum, apud idoneos auctores nusquam legi: sed
eius nominis Constantinum Quintum, cogno-
mento Copronymum: vnde fortasse æquiuoca-
tione nominis, error inductus: nam quæ nomi-
ne Constantini circunfertur confessio, eodem
vitio laborat.

a xcvj. distinc. c. Cõstantinus. vbi Card.

b extrauag. vnã sanctam.

CAP. XX.

Aduerbium Partim, quandoque non interpolatoribus vetus lectio defensa, in l. ij. de orig. iur.

c l. ij. de ori. iur.

DECEMVIRI, inquit Põponius [c], populi consensu partim in carcere necati sunt, ita respublica suum statum recepit. Existimarũt aliqui, deesse aliquot verba, qualia sunt, Partim in exiliũ acti: nunquam enim hanc dictionem Partim, nõ iteratam reperiri. sicque hunc locum correxit Budæus, quem recentiores deinde librarij sunt sequuti. Ego quamuis plurimum eruditioni Budæi tribuam, non tamen tam facilè ab antiquorum codicum lectione recedendum arbitror: ideoq; nil putauerim immutandum. Hircius cõmentario iiij. Alexandrini belli: Quòd nisi locorum notitia reliqui se texissent, partimque in naues, quibus flumen transierant, recepissent, funditus deleti essent. Quo loquendi modo & ipse Cæsar primo commentario belli ciuilis vtitur. Cic. contra Rullum: Sacella, quæ maiores in vrbe partim perfugia periculi esse voluerunt, multisque præterea aliis locis. Vnde partim illorum, partim hominum, A. Gellius pro Quidam homines, seu Aliqui ex illis, simpliciter interpretatur: idque Catonis, & Q. Claudij autoritate: qua de re diffusius Grammatici scripsere.

CAP. XXI.

Præpositionis A, duplex significatio sanè quàm inuentu rara: & declaratus Plinius in præfatione naturalis historiæ.

CVM de Grammaticorum studiis loquuti sumus, venit mihi in mentem vt prępositionis A, duas significatiões referrem, haudquaquam vulgatas, aut ab eis animaduersas: qui cùm plurimas, & quidem vulgatissimas, in libros suos retulerint, videntur has per incuriã omisisse. Prima est apud Neratium Priscum [d]: is, Cùm vir, inquit, vxori legat, si à liberis non nupserit, &c. id est, si donec filios habuerit, eos nõ deseruerit, & nõ nupserit. cuius locutionis nõ arbitror multa reperiri exempla. Ratio autem ex vi separationis sumitur, quam vox hæc naturaliter habet. Plautus: A morbo bene valui, ab animo ęger fui: id est, quantum ad morbum, vel quantum ad animũ pertinet. vt fortè & hic, Si à liberis nõ nupserit, intelligendũ sit, Si quantũ ad liberos pertinet, non nupserit: quo exẽplo & Gręci πρὸς τῶν θεῶν dicunt, id est, quantũ ad deos attinet. Altera est apud C. Plinium in proœmio Naturalis historiæ: quem locum non videntur eius interpretes satis intellexisse, aut rectè emẽdasse. Nanque tu solebas putare esse aliquid meas nugas, vt obice moliar Catullum: conterraneum meum. agnoscis & hoc castrense verbũ. ille enim, vt scis, permutatis prioribus setabis duriusculum se fecit, quę volebat æstimari à Veraniolis suis & Fabullis, &c. Aestimari, inquit, à Veraniolis, id est, ex amore quo Veraniolos prosequebatur, qui muneri sibi ea dederant. Alludit autem ad illa carmina:

d l. sed si hoc. dè cond. & dem.

Nam sudaria setaba ex Hiberis
Miserunt mihi muneri Fabullus
Et Veranius, hoc amem necesse est
At Veraniolum meum & Fabullum. Et rursus:
Quod me non mouet æstimatione,
Sed quod μνημόσυνον *mei est sodalis.*

Quod ergo ait, Permutatis, intellige sublatis & suppositis vilioribus: alludit enim ad illud, Tollis lintea negligentiorum. Et quod dixerat, Obice moliar, verbum est castrense, id est, pro scuto opponam, & me defendam. conuenitque hæc interpretatio sensui Pliniano, qui dicarat lucubra-

lucubrationes suas Tito Vespasiano: quas non iusta æstimatione, sed secundum Cæsaris ipsius, cui donatæ fuerant, animum, & beneuolentiã cupiebat expendi: appellatque Catullum duriusculum, quòd id epitheton maximè exactoribus conueniat. Horatius: Durusque exactor, vt Alfius olim.

CAP. XXII.

Quomodo veteribus Bidelli vocarentur: & varia significatio huius nominis Episcopus.

EPISCOPI in iure Pontificio notam habent dignitatis significationem, qua antistites designantur, quasi inspectores: id enim Græcè ea vos significat. In Iure ciuili sic eorum munus describit Arcadius Iurisconsul. [a] episcopi, inquit, qui præsunt pani & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad quotidianum victum vsui sunt, personalibus muneribus fungũtur. Ego & gymnasiorum custodes, quos vulgò Bidellos appellabamus, hoc nomine significari posse arbitror, idq; ex Lucilij poetæ epigram. qui mercurium gymnasiorum Episcopum dicit eleganti carmine lib. ij.

a l. fi. de muner.

Τὸν πτηνὸν ἑρμῆν, τὸν θεῶν ὑπηρέτην
ἑστῶτα τῶν δε γυμνασίων ἐπίσκοπον,
ὁ νυκτολῃστὴς αὖλος ἄπι βαστάσας,
πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

Alas ferentem Hermem deorum nuntium,
Qui gymnasiis inspector extat omnibus,
Fur noctis Aulus cùm abstulisset, retulit,
Frequens magistro doctior scholasticus.

Poterunt ergo isti nouo se dignitatis nomine insignire, gymnasiorumque Episcopos appellare. Valerius tamen Maximus gymnasiarchas videtur eos dixisse libro ix. Pindarus cùm in gymnasio quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est quàm gymnasiarcha claudere eum locum volente nequicquam excitaretur.

CAP. XXIII.

Iure nostro euirationis pœnam reprobari: nec in Iudæis quidem exercendam.

CONCVBVERAT Iudæus cum Christiana: quæsitũ fuit, quo supplicio esset afficiẽdus. Et si sub prętextu matrimonij coiisset, tanquã adulterum puniri debere constitutum est [b]. nam etsi prouinciali mulieri Gentilis vir tali colore se commiscuerit, capitali sententia puniri debere, in Theodosiano Codice cautum legitur [c]. Cuius legis mentio apud Agathium poetam est epigram. lib. vij.

b l. ne quis Christianam. C. de Iudæis.

c l. j. C. de nupt. Gentil.

Εἰ γὰρ ἔθνει τότε σοὶ νόμος ἄισχος ἀνάψει,
ὕβριν ἀνιχνεύων σώματος ἀλλοτρίου.

Gentilem subigas, alieni corporis in te
Vestigans labes, actio legis erit.

Cęterum Oldradus hęc vera esse censuit, cùm prætextu matrimonij velatur crimen [d]: alioquin arbitrio iudicis extraordinem puniendum, ex facto respondit: relatumque apud eum extat iussisse latrunculatores virilia ei amputari. Verùm huiusmodi iudicium ego non Iurisconsultis hominibus, sed Cynicis potius cõuenire existimauerim, Siquidem proditum est Diogenem cùm audisset Didymonem quendam in stupro deprẽnsum, ita pronuntiasse, ἄξιος ἐκ τοῦ ὀνόματος κρεμάσθαι: Dignus ex nomine suspendi. Sunt autem didymi Græcis testiculi. In iure sanè nostro prohibitum omnino est hoc pœnæ genus: nec aliqua ratione castrari homines constitutiones sinunt: siue quòd fiat hoc modo iniuria naturæ, siue quòd id aduersus publicam vtilitatem est, quæ in suscipiendis liberis versatur: siue quia paucissimi sic affecti sanantur, sed ferè omnes pereunt: quod Iustinianus Cæsar nouella constitutione cxlij. scripsit. Extat apud Lintprandum Diaconum lib. iiij. non illepida historia. Theobaldus Vmbrorum Dux aduersus Gręcos, qui Beneuentum tenebant, bellum gerebat: is quoscunque ex hostium exercitu captiuos facere poterat, amputatis virilibus dimittebat: donec quædam mulier ante eum gemebunda, hominum deûmque fidem implorans constitit. Quid, inquiens, Theobalde fœminæ egimus vt bellum nobis indiceres? haudquaquam nos Amazones sumus, sed Mineruæ operibus deditę, armorum vsum nullum tenemus. Quid ergo virorum nostrorum testes amputas, nosq; nostris voluptatibus priuas? Sunt illis oculi, sunt nares, sunt manus, quid ad ea quæ nostro vsui natura concessit, belli iura producis? Quo sermone delectatus Theobaldus, ei pœnæ modum imposuit. Superiorum certè temporum licentia cùm fidiculis testibus admotis coegisset miles quidã rusticum captiuum, vt certæ pecuniæ redẽptionis nomine apocham faceret: responsum fuit, haudquaquam legitimè impositam ἀπολύτρωσιν.

d Oldr. cõsi. vlt.

CAP. XXIIII.

De veterum sacerdotum probitate, perpensus in Decretis locus.

BONIFACIVS martyr interrogatus, an liceret ligneis calicibus in sacris operari: respondisse fertur, Olim aureos sacerdotes ligneis vasis litasse, nũc è contrario, ligneos aureis vti. Quod dictum referre libuit, quoniam eius quoq; in canonicis Decretis extat mentio [e], sed inuersis verbis, & non rectè expressa sententia. Videtur calix ligneus Sympuuium fuisse apud veteres, Iuuenal. Satyr. vj.

e de consecr. dist. j. c. vasa.

Sympuuium ridere Numæ, nigrumq; catinum.

Tametsi & capeduncula fictilis sic appellatur Plinio lib. xxxv. in sacris, fictilibus prolibatur sympullis, ὑποκοριστικῶς.

CAPVT XXV.

Pauli responsum ex moralibus Aristotelicis declaratum.

PAVLVS Iurisconf. [f] Qui abortionis inquit, aut amatorium poculum dant, etsi dolo nõ faciunt, tamẽ quia mali exempli res est, in metallum dãnantur, &c. Dubitatum fuit, cur eam rationẽ potissimum Paulus adduxerit? Respondi id ab eo factũ, vt Aristotelis quædã argumenta dilueret, cuius libro Magnorum moralium primo, cap. xvj. in hunc sensum sunt verba: Ferunt olim quandam mulierem poculum cuidam amatorium dedisse, qua potione mortuus ille fuerit, eamque

f l. si quis aliquid. de pœ.

eámque mulierem hoc crimine in Areopagum pertractam, iudicum sententiis absolutam fuisse, ea ratione, quòd id minimè futurum præuiderat: amoris siquidem cupidine occæcata id fecerat, non ea mente vt hominem perderet, sed vt sibi soli seruaret. Vbi ergo animus delinquendi non est, ibi nec pœnam aut supplicium esse debere: cùm ea duntaxat crimina puniantur, quæ voluntaria sint. hæc ille, non sat, vt apparet, rectè. Extat huius rei exēplum in Lucretio poeta, quē Lucillia vxor amatorio poculo in furorem traxit, vnde & mortuus est, vt est apud Hieronymum. A

CAP. XXVI.

Ius constitutum id dici, quod singulare, vel extraordinarium est: multaque responsa declarata.

QVÆ sint constitutiones Principū, quid à mandatis differant, quid item à legibus, aut senatusconsultis, docuere locis suis [a] nostri Doctores: vna duntaxat est significatio à me animaduersa, haud sanè vulgaris, neq; ipsis cognita. Paulus [b]: Rerum amotarum iudicium singulare introductum est, quia mulier furtum quidem facit, sed furti actio non est constituto iure. Idem [c] Iulianus ait, fauore libertatis, constituto iure hunc ad libertatem peruenturum: idque constituto iure potius, quàm ex testamento. Quibus verbis apparet, id constituto iure induci, quod non secundum regulas communes iuris inducitur, sed singulari aliqua ratione, quam vsus prudentum approbauerit, & simul statuerit. Vnde & alibi dicitur Ius extraordinarium [d]. Papin. [e] Nondum aditæ hæreditatis tempus vsucapioni datum est, si defunctus vsucapere cœperat, quod iure singulari receptū est. Alibi Neratius [f] id iure constituto inductum dicit: Cœptam vsucapionem à defuncto posse & ante aditam hæreditatem impleri constitutū est. Paulus [g] hoc approbandum putat fauorabilius accepta legis Corneliæ interpretatione: licet secundum regulas communes iuris secus esset: quæ Vlpiani fuit sententia [h].

a rubr. extra de constit.
b l. j. rer. amot.
c l. si peculiū. §. is cui. de statu li.
d l. ij. C. de insti. & substit.
e l. iusto. §. nondū. de vsu capi.
f l. cœptā. eo. tit.
g l. si is qui pro emptore. eo. tit.
h gl. l. fin. §. fin. eod. tit.

CAP. XXVII.

Ambrosij canō in decretis explicatus quid sit Absinthiacum, quid Theriacum, quid Hilla.

SI quis instaurandum conuiuium putat, inquit Ambrosius [i], ad negociatorem mittit, vt absinthiaci Cupellam deferat: ad cauponem, vt vinum Tyriacum: ad lanium, vt Hillam sibi procuret, &c. Interrogatus plerunque à studiosis viris fui, vt quid sibi vellet Ambrosius explicarem: quib. hunc ferè in modum respondebam. Videmus hodie in conuiuiis, cùm nimium saburrati homines esurire desierunt, afferri radicem illam consueuisse, quam non vulgus tantùm, sed & veteres Armoraciam vocant, vt stomachi fastidia eius gustu discutiā, orexímque restituat. at olim vinum absinthite hunc in vsum conuiuæ accipiebant: quòd eius peculiaris vis hæc esset, vt cibum auersantibus stomachis prodesset, famemque instauraret: quod Dioscorides libro v. tradidit χρήσιμος ἀνορέκτοις κακουμένοις στόμαχον. Tyriacum verò vinum quale esset, haud facilè dixerim: nisi intelligas Theriacum, quod ex Theriaca vite confectum esset: cuius rationem tradit Palladius libro iij. cap. xxviij. & Florentinus in collectaneis Græcis rei rusticæ, quæ Constantino Cæsari dicata sunt, libro iiij. cap. viij. quo exemplo hodie sunt, qui ex ligno Indico Guayaco (siue hebenus sit, vt ego arbitror, siue alia arbor) vinum cōficiant, iis qui morbo Gallico laborant vtilissimum. Potuit etiam fortè Ambrosius Syriacum vinum scripsisse, quod Posidonius in Damasco Syriæ nasci prodidit, Persarum regum curæ satum, vt est apud Strab. Hilla verò notam habet significationem ex Festo & Nonio: intestina vitulorum, seu boum hoc nomine appellantur, & præsertim illud, quod ieiunium vocant.

i xiij. q. iiij. c. plerique.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER OCTAVVS.

CAP. I.

Quæ sint Indictiones annorum: & emendatus locus in Authent. Vt præpo. nomen Imperatoris.

NON mediocris est hæsitatio circa annorum indictiones, quando cœperint, cur ita dictæ sint. & Accursius etiam ante natiuitatē Christi ex indictionibus computationem à Romanis inuētam tradidit [k]: cùm enim Græci ab Olympiadibus, Hebræi à diluuio annos numerarent, Romanos tria lustra, id est annos quindecim, Indictionem dixisse: quòd tali tempore indicerentur tributa, pro primo lustro auri, pro secundo argenti, pro tertio ferri. Quoniam autem Christus quarto anno primæ indictionis natus est, quod etiam Dionysius scribit, calculum ita ineundum censet, vt annis Christi addatur triennium, omnisque numerus per xv. diuidatur, vt qui inde excurrit, Indictionis tempora denotet, quæ vltra quintamdecimam non progreditur, sed deinde reuertitur ad primam. Cùm igitur nunc agatur annus à Christo nato M. D. XLII. additis tribus erit annus M. D. XLV. si diuidatur per quintum decimum numerum, inuenietur ter & centies inesse, nihilq; excrescet: vnde consequens erit, vt hæc quintadecima sit indictio. Incipit autem à Calend. Septēbribus, quòd cōstet, eo mense exactores publicorum tributorum munus suum auspicari: q; Iustiniani cōstitutione [a] satis ostenditur. Scribit Dion lib. 51. Actiacam victoriam secundo Septēbris die Augusto contigisse, ideoque ab eo tempore annos Imperij numerari cœptos. Psellus philosophus indictionem Græcè ἐπινέμησιν dici existimat: ortū verò habuisse ab ipso mundi exordio, & cum Olympiade græca conuenire, vt quę tres Olympiadas contineat, ideo per xv. annos diuidi, quòd ætas hominum tali tempore magnam mutationem faciat: quòd primus quinus denarius hic numerus ad pupillarem ætatē pertineat, sequens ad iuuentutem, tertius ad virilitatem, quartus ad mediam ætatem, quintus ad caniciem, sextus ad senectutem: qui verò adhuc superstites sunt, hi præcipitis seni decrepitiue, tum & longæui dicantur. Idem auctor est, fuisse qui crederent Indictionem à quodam Imperatore institutam, qui Indictus diceret: quòd sanè ridiculum est, nec ab ipso quidem probatū. Beda lib. de natura rerum, cap. xlvij. cōsentanea Accursio scribit, nisi quòd mutationem illam de auro in argentum, deinde in ferrum, non agnoscit, sed parem censum fuisse, singulis lustris sentit: quod & mihi probabilius videtur. Idem incipere Indictiones tradit viij. Calend. Octobres: & quia in veteri republica post lustrum quinto quoque anno peractum vrbs Roma lustrabat, ad indicium terniæ lustrationis, & census, indictiones esse conditas. Addit & aliorū sententiam, ideo inuentas, vt certior esset numerus, qui quādoque confundebatur succedente nouo Imperatore, ei qui medio anni decesserat. Isidorus lib. Etymolog. v. cap. xxxvj. Aera, inquit, singulorū annorum constituta est ab Augusto Cæsare, cùm primum censu excogitato Romanū orbem descripsit. dicta autem est Aera ex eo, quòd omnis orbis æs reddere professus est reipub. Est autem Aera temporis exordium Theoni, & astrologis. Ego apud bonos auctores nusquam legi, solitos ab indictionibus annos computari, vel in republica vetere, vel etiam ante translatum Constantinopolim imperium: opinorque hunc morem paulò antè cœptum ex Iustiniani constitutione deinde inualuisse [b], & secundum annos vrbis calculum ductum fuisse: siquidē cùm ipse anno imperij sui vndecimo scribat primā esse indictionem, constetque ex fastis quartum ante Iustinianum annum fuisse M. CC. LXXVIII. in Boetij & Symmachi consulatu, apparet octogesimamquintam indictionis iterationem ab vrbe condita tum fuisse. Satis tamen arbitror, originem ab indictione tributorum traxisse [c]: quandoquidē & Dion Coccæus lib. lv. auctor est C. Antistio, Lælio Balbo Coss. votis xl. diuum Augustum indictionem exegisse, vt à rebus publicis solidum aureum acciperet valoris drachmarū xxv. à priuatis verò drachmam vnam, id est, denariū seu x. asses. qualiter hodie expēditur Iulius numus. Fuit autē ille annus ante CHRISVTM quartus, qui est primus Olympicdis CXCIIII. Idem lib. LVIII. auctor est. argenti oblationes, quas Augustus indixerat, Claudij edicto sublatas fuisse. Credibile igitur est quod aliqui tradiderunt, in quinos annos diuisam indictionē, quòd primis quinque in Asia census ageretur, aliis sequentibus in Africa, demum vltimis in Europa: sicque singulis quindecim annis censuales libros reformari consueuisse. Illud nō omittendū, suprà scripta Iustiniani constitutione præcipi, vt cōsul indictio atque mensis & dies instrumentis adscribantur [d], inseraturque deinde τὸ ἐν τῇ πόλει πᾶσι [illegible] ἔθος, id est, quod in vrbe consuetum est. At qui eā ante Accursium trāstulit, videtur ἔτος legisse, scripsitq;, inseratur ciuitatis modis omnibus annus: vt necessarium sit, annos quoque ciuitatis cùm condita fuit addere: quod certè durum & plerunque impossibile esset. Non itaque de anno, sed de consuetudine intelligendum. Rursus idē Iustinianus constit. CLXVII. reliquorum gratiā subiectis fecit, & id quidem generaliter eorum quæ à tertia indictione elapsa sunt: id est, quæ, sexdecim antè annis extitit. quamuis vulgati codices πρώτης, id est, à prima scriptū habeāt, pro τρίτης.

k gl. l. j. §. fi. C. de Iusti. Cod. cōfir. vbi doctores.
a auth. de collā. in princ.
b In auth. ut prę po. nomē imp.
c C. de lustr. col. Theodos. l. neque. C. de uectigal.
d §. si qua uero. ad fin.

CAP. II.

Ex iureiurando verbis obligationem contrahi: & sensisse Basilium nūquam iurandum esse: & in nouellis λόγον, non pro iuramento, sed fide publica accipi.

OBLIGATIONVM quæ verbis cōtrahuntur, vnam duntaxat speciem ponūt nostri Doctores, illam scilicet quæ ex stipulatione oritur. At Caius lib. Institutionum ij. aliam adducit, quæ dictio dotis vocatur, quæ hodie videtur abolita. Affert & tertiam, quæ ex iureiurando oritur, quod libertus patrono præstat, cùm domum, munus, operam daturum se iurat: quam tamē subiicit nō tam verborum solennitate, quàm religione confirmari. Et cùm hæc obligatio verbis inducatur, potest per acceptilationem extingui, quod Vlpianus censuit [e]. Hincque argmentantur aliqui, in iuramento necessaria esse verba: nisi tamen is qui iurat, loqui non possit, vt mutus: quæ receptior videtur nostratium sententia. Nam & Aristoteles Rhetoricorum ad Alexandrum lib. j. iusiurandū diffinit esse cū diuina veneratiōe dictionem probationis expertem: cui & veteres aliqui adstipulati sunt. Facetè verò Laberius in Mimo Alexandrea, vt est apud Gelliū lib. xvj. Quid est iusiurandum? emplastrum æris alieni. Cæterùm Pontificij aliter sentiunt [f], & absque verborū solennitate consistere iuramētum existimāt: quoniam Deo prętetur, qui solius mentis inspector est. Iidem pontificij Euangelicum præceptum Matthæi v. Ne iuretis omnino, sed sit sermo vester, est. est. non, non: variis interpretationib. restringunt [g]. At non ita diuus Basilius [h], cuius in libello, quomodo ex libris gentilium proficere possimus, in hunc sensum sunt verba: Illud Cliniæ Pythagorici creditu difficile est, quòd casu, non dedita opera nostros imitatur: nam ille, dū per iuramentum mulctam trium talentorum vitare liceret, iniuriam pati maluit, quàm iurare: qui hoc seruans, illud de iuramēto nobis interdicto præceptum audiuisse videtur. Addunt nostri interpretes, ex Iustiniani quoque nouella [i] constitutione probari, in iuramento necessaria esse verba, dum prohibet prędidibus, ne verbum, id est, iusiurandum temere cuiquam indulgeāt. Sed certè corrupti circunferuntur vulgati codices: nec enim vlla mentio iusiurandi in autographo est, sed ne cuiquam concedant τὸ καλούμενον λόγον, id est, quod vulgò dicitur verbū: hoc nomine intelligens Iustinianus fidem publicam, seu securitatis promissionem, vel, vt imperiti aiunt, saluum conductum.

e l. & per ius. de accept.
f gl. xxij. q. j. in summa.
g xxij. q. humanæ.
h in c. etsi Christus. de iureiur.
i in authen. de manda. princi. § sed neque.

CAP. III.

An dotem dare pater filiæ diuiti teneatur: quid sit Officium, & officiosi qui dicti sint.

TRITISSIMA hodie est nostratibus quæstio, an teneatur paterfamiliâs filiam aduentitio suo peculio diuité nihilominus dotare. & quamuis Accursius Bartolusq; negauerint teneri eum de suo quicquam dotis nomine dare, tamen alij adhuc quoq; de bonis paternis dotandam affirmarunt: quoniam id ad officium paternũ pertinere lex ait [a]. At ego hoc ipso dicto facilè adducor, vt credam contrariam sententiam veriorem esse: cùm quæ officij sint, minimè ad obligationis necessitatem ptineât. Paulus [b], voluntatis & officij magis, quàm necessitatis est, cõmodare. Ann. Seneca lib. declamat. iiij. Memini Atherium, cùm libertinum reũ defenderet, cui obiiciebatur, quòd patroni concubinus fuisset, dixisse, Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Res in iocos habiit. Non facis mihi officiũ: multum ille & hic in officiis versatur: & ex eo impudici & obsceni aliquádiu Officiosi vocitati sunt.

a l. fi. C. de dot. prom.
b l. in commodato. §. sicut. ff. commod.

CAP. IIII.

Quid sit Colum niuarium: quid aquæminarium, lex Põponij explicata, & Martialis carmẽ declaratũ.

POMPONIVS legato argento potorio, etiam id, quod ad præparationem bibendi paratum est, venire ait [c]: vt columnarium, vt vrceoli. Accur. Columnarium interpretatur engasteriam, quæ collũ simile colũnę habet: sed huiusmodi vas potius ad bibendũ, quàm ad præparationẽ biẽbdi pertinet. Antiqui codices Colum niuarium habent. vt puto castigatius. Solebant veteres cribella argentea habere foraminulenta, vnde niuem colare possent, quam æstatis tempore diligenter seruatam refrigerandis vinis cũ potaturi erant immitterent. Plinius: Hi niuem, illi glaciem potãt: seruatur algor ęstibus, excogitaturque vt alienis mensibus nix algeat: id vasculum Colum niuarium appellatur. Pauperiores verò non argento ad hanc rem, sed lineo sacculo vtebantur. Martialis de Colo vinario:

Setinos monco nostra niue frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potes.

Rursus de sacculo niuario:

Attenuare niues norunt & lintea nostra,
Sed tumorosa ludere parce siti.

Subiicit idem auctor de vrceolis:

Frigida non desit, non desit calda petenti,
Sed tu morosa ludere parce siti.

Quibus verbis apparet, vrceolorum vsum fuisse in diluendis aqua niuis: seu frigida, id est, ex niue sit: siue alia vulgaris, quàm calidam vocat, vt meritò & hi ad præparationem pertineât. Subiicit eodem loco Ppmponius: Vnguentis legatis comagena, gleucina, crinina, rhodina, ex myrrha quoque, tum nardinũ purum contineri. quæ dictiones corruptè apud eum in vulgatis exemplaribus leguntur. Sunt autem vnguenti siue olei nomina ab herba, à musto, à lilio, à rosa deducta, quorum meminit etiam Athenæus, & conficiendi rationem docet Dioscorides & Plin. Addit idem [d], Aquinimariũ legato escario potius, quàm potorio cedere. Vnde apparet scutellę certam speciem fuisse potioni quidem aptam, sed quæ tamen magis cibo capiendo vsui esset. Pau. Sentẽtiarum lib. iij. tit. de vsufr. aquiminalia vocat, atque, instructa domo legata contineri, sicvt & delphicas, & pelues. Nonius Marc. aquæmanalem vocat vrceolum, quo aqua in truellũ effunditur: sed videtur hoc diuersum ab aquinimario fuisse. Arbitror autem dictum, quasi aquæ A hæminarium. Est hemina semisestarius, & continet sex cyathos, quandoque secundum mensuram, quãdoq; secundũ põdus, vt alibi declaraui.

c l. in argento. de aur. et argẽt. leg.
d l. & fi. §. fi cui. cod. tit.

CAP. V.

Panes, seu Annonæ ciuiles, quæ sint: & tales P. Vergilio ab Augusto Cæsare datos fuisse, itemq; Vitruuio Pellioni: & de Celei vxore, Ouidij carmen in fastis emendatũ in Metamorph. v. Fabula Stelliõis declarata.

B NON vno loco à me declaratum est, quid sit in iure nostro Militia, quam Græca voce Iustinianus στρατείαν appellat: vtque non admodũ differt ab his, q̃ Officia in Pontificia aula Romę dicũtur, venũque eũt, vt certum reditum emptores inde percipiant: quod vt facilius fieret, datum est priuilegium prælationis iis, qui ob eam causam mutuauerint, vt quis militet, & inter eos qui Statuti C vocabant, posset referri [e]. Rursus concessum est, vt si argenti distractores filiis vel cognatis huiusmodi militias emerint, id præsumatur ex pecunia creditorum factum esse [f]. Cæterùm non admodum à militiis differebant etiam hi reditus, qui in iure nostro Panes ciuiles vocabant [g]: quãdoque & Annonæ ciuiles dicuntur [h]: quandoq; Salaria in diuersis speciebus de publico ministrata [i]. Horum origo videtur emanasse ex liberalitatibus principum, atque congiariis, quę ple D bi Rom. dabantur: quæ postea incertum reditũ transierunt. Prohibet nouella constitutione Iustinianus, ciuilium panum sequestrationem fieri, quo minus qui publicas erogat annonas τὴν χορηγίαν præstet [k]. Scribit L. Vitruuius Pellio commendatione Octauiæ sibi à Cæsare Augusto recognitionem commodorum indultam, vt amplius pauperratem timere non posset. Opinor, panes illi ciuiles donec viueret concessos: quod & indulsisse eundem imperatorem P. Vergilio E certum est. Aelius Donatus, qui eius poetæ vitã descripsit, existimauit reditus hosce Panes fuisse: & ideo comminiscitur obiectum ipsi Imperatori à Verg. fuisse, q; pistoris filius esset, vt qui solos panes erogaret. Quod mihi non fit verisimile: arbitrorque tribuisse hoc auribus studiosorũ, quisquis fuit, hunc grammaticum, non veritati: sicut & alia quædam, quæ apud eum leguntur. Sanè quòd Vitruuium appellaui Pellionem, cũ vulgati codices habeant Pollionem, non absq; F causa à me factum est. Extat adhuc Veronæ antiquissimus lapis hac inscriptione:

L. VITRVVIVS L. L. CERDO ARCHITECTVS.

Idem autem est Cerdo, q; Pellio. Plaut. Menæh.

Quasi sit suppellex pellionis palus palo proxim' st.

Sic enim habent antiqui codices, non Celionis, vt censuit Erasmus in prouerbio, Celei suppellex. Sanè huius Celei vxor fuit nomine Metanira, quod Pausanias in Attica scribit, vt corrigẽdum sit Ouidij in Fastis carmen:

e §. his cõsequẽs. in auth. de æqualit. dot.
f l. fi. C. de pig. in auth. 136.
g l. fi. §. fi. C. de iur. dot. authẽ. lxxxviij.
h §. hæc ergo. in authẽ. de nõ alien.
i l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccles.
k Nouel. 88.

Matre

Matre salutata mater Menalina vocatur.

Legendum enim Metanira: nam & Nicander sic appellat:

—ἤτ' ἐν κελεοῖο θεράπναις Ἀρχαίη μετανεῖρα.

vbi eius interpres refert, Abantem ipsius Metanirę filium cùm Cererem victimam immolandã irrideret, libamine quod in cratere remanserat perfusum, & in stellionem versum fuisse: quam fabulam perstringit Ouidius lib. Metamorph. v.

—Duri puer oris & audax, &c.

vbi Polenta appellat, quod ille κίρασμα. Iuuenalis Satyr. x. de populo Rom.

Duas, inquit, res anxius optat,
Panem & circenses.

Sic enim legendum ex antiquis codicibus: intelligendumque de copia rei frumentariæ, quã Imperatores procurabant, vt est apud Tranquillum in Claudo. Eam singulis annis cõstitisse reipub. supra MCCL. talenta, auctor est Plutarch. Censetur autem talentum aureis nostratib. sexcentis. Vulgò tamen apud Iuuenalem legit Pannum: qua lectione non duas res, sed vnam duntaxat curasset populus.

CAP. VI.

Modestini responsum, quomodo fisco fauendum sit, declaratum.

NON *puto*, inquit, Modestinus, *delinquere eum, qui in dubus quæstionibus contra fiscũ facile responderit* [a]. Visum est id nostratibus doctoribus valde nouum: cùm enim plurimum fisco faueamus, sintq; non pauca illi aduersus communes regulas indulta, non conuenire videt, vt in dubiis causis succumbat, Qua ratione moti pleriq;, variis commentis apertissimæ legis verbá restringunt, & sub interpretationis nomine corrigunt; atque abolent. Ego autem simpliciter ea verba accipienda arbitror. Plin. Cæcil. in Panegyrico ad Traianum Imperatorem: Quæ præcipua tuá gloria est, sæpe vincitur fiscus: cuius mala causa nunquã est, nisi sub bono principe. Iul. Capitol. in vita M. Antonij: Fisco in causis compendij nunquam iudicãs fauit. Eutropius & Sextus Aurelius, in Constantij, seu Iuliani vita: Pompeia Plotina, incredibile dictu est, quãtum auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores cum calumniis prouincias agitarent, adeò vt vnus ex iis diceretur locupletum quenq; ita conuenire, Quæ habes? Vnde habes? Tertium, Pone, quod habes: illa coniugem corripuit, atq; increpans; quòd laudis suæ esset incuriosus, talem reddidit postea, vt exactiões improbas detestans, fiscum lienem vocaret, quòd eo crescente; aliqui artus tabescunt. Et hæc quidem bonorum principum exempla sunt, secundum quę Modestini responsum videtur accipiendum. At alij potius Augusti factum imitantur, quod Dion Coccęus lib. historię liiij. in hunc sensum tradit: C. Iulius Licinius origine quidem Gallus erat, sed à Cęsare bello captus, deinde & manumissus: quòd Augusti libertus esset, procurandæ Galliæ præpositus fuit: quo in munere barbara quadã auaritia, sed magnificentiæ Romanæ specie agebat: digniores quosque, eminentioresque deprimebat: multa quæ ad officium suum pertinebant, exigebat: pleraque in rem suam priuatam vertebat: quędam & amicis largiebatur: & cùm singulis mensibus tributum penderetur, rationem commentus est, qua quatuordecim in anno essent menses, duosque Augustales Decembri, qui verè decimus mensis esset, addendos contendebat. Accusatus itaque à prouincialib. repetundarũ fuit: quo nomine plurimùm erubuit Augustus, quòd huiusmodi moribus hominem vectigalibus suis præfecisset, eratq; de eo sumpturus suppliciũ. Quòd cùm veretur Licinius, rationem inuenit, qua & accusatores suas irrideret, & ipse incolumis euaderet. A Igitur Augusto in domũ suam vocato, thesauros omnes, auri & argenti magnam copiam ostendit: hasque, inquit, Auguste diuitias tibi omnes paraui, quas à Gallis abstuli, quòd homines illi animo turbidi, atq; inquieti, à populo Rom. fiducia opum defecturi viderentur: quibus sublatis, & paci illorum consului, & tibi successoribusq; tuis has opes adiunxi. Accepit Augustus hæc in bonam partem, nec vlterius de liberto suo con- B querentes Gallos audiuit.

a l. non puto. de iure fisci.

CAP. VII.

Intellectus ad d. l. j. §. eum. de edendo. à recentiorũ argumentis defensus.

CVM *edere Labeo ait* [b], *qui aduersarium suum ad album producit, & demonstrat, quid dictaturus sit, vel id dicendo, quo vti velit.* Ita legẽdum Iurisconsulti responsum iamdiu C admonui, aduersariumq; pro notula, seu, vt vulgò vocant, quinterneto intelligedũ dispunctionum lib. iij. cap. xxix. meamq; sententiã deinde sequutus est Erasmus in prouerbio, Non eras in hoc albo. Fuêre tamen, qui hac in re contradicerent: quorũ argumẽtationis summa duab. rationibus consistit. Primũ, q; aiũt, nõ posse Labeonẽ ita intelligi, quoniam in iure quidẽ constat, codices rationum atque tabellas ei debere. At huiusmodi aduersaria nemo edere cõpellit: etem receptissimũ est, schedulas, quas domi, & secretò D qs p sua instructiõe retinet, exhibendas nõ esse, q; disertè à Pontificiis traditũ [c], & ego sæpissimè approbaui. Sed hoc argumentũ difficile non habet dissolutionẽ. Vt em verũ sit, neminẽ ad aduersaria edenda cogi: nõ ideo cõsequens est, si ipse ea in iudiciũ proferat, quin edere dicat. tãetsi etiã putauerim eũ cogi ad ea edenda posse, cũ adhuc in codicẽ rationũ ea nõ retulit: vt declaret, qõ sit relaturus. Nec. n. quicq̃ referre arbitror, an E codicẽ suũ edat, an ei etiã ephemeridas hasce adiungat: dũ tñ declaret qõ codici singula capita sit adscripturus. Alterũ q; hi adducũt, est, posse Labeonis dictũ de aduersario (id est, reo) intelligi, quẽ actor ad albũ deducat. idq; ex Asconij Pędiani auctoritate, qui Siculos priusq̃ Verrẽ repetũdarum crimine accusarent, à M. Cicerone ad senatum perductos scribit; & Senatusconsultum F factum, vt prætor ad se delatum Verrem in albo suo palàm legendum proponeret: vt inde cognosceret decretam esse pro Siculis in eum accusationem. Verùm hoc exemplum parum ad rem facere videtur: nec enim Siculi edere quicquã Verri ideo dicti sunt: & non in actionibus ciuilibus, sed in accusationibus loquitur Pædianus: quia non licebat prætori de capite ciuis Romani ad prouincialium querelam indicare, nisi ex auctoritate Senatus: quod ipsemet tradit, & non vno in loco scriptum apud Ciceronem extat, & nos alibi docuimus [d]. Ouidius:

Nec mea decreto damnasti facta senatus.

b l. j. §. eum. ff. de edendo.
c Abb. & Mod. c. j. de probat. l. j. C. de eden.
d 7. lib. j. cap. xv.

CAP. VIII.

Magnus patruus quis sit, Magnus dies, Magni nau tæ Val. Flacco: & eius primum carmen declaratum a- liter quàm vulgò consueuerit.

QVID dictio, Magnus, significet, etsi
vulgatissimum est, quandoque tamẽ
sensu accipitur haudquaquam adeò
triuiali:vt cùm Iuriscõsulti Patruum
magnum dicunt, Amitam magnam: est enim mi
hi Patruus magnus, qui patris mei est patruus:
sicut Patruus maior, qui aui:Maximus, qui ꝓ-
aui patruus est: quod Festus quoque Pompeius
scribit. Sed & Magnum diẽ appellamus, qui lon
gis periculosisque laboribus finem imponit: ꝙ
celebris valde & in hominum memoria verset.
Corn. Tacitus in vita agricolæ: Transigite cum
expeditionibus, imponite quinquaginta annis
magnum diem. Verg.

—Et incipient magni procedere menses.

Qua ratiõe & Magnos nautas videt dixisse Vale
rius Flaccus ipsos, qui primi nauigare cœperũt.

—Prima deûm magnis canimus freta peruia nautis.

Quo in carmine, Prima deûm videtur καθ' ἐλλει-
ψισμὸν dixisse: Græci enim neutro nomine vtun-
tur aduerbij loco τὰ πρῶτα, quòd scilicet maria,
quæ primùm soli dij poterant traiicere, cœpe-
runt hominibus quoque esse peruia. Non absi-
mili quoque sensu Ouidius:

—Quique æthera carpere possent,
Credidit esse deos.

Sic Pedo apud Senecam de Oceano ad eam
diem non nauigato:

Quid sacras violamus aquas, diuûmque quietas
Turbamus sedes?

Sicque carmen Flacci est intelligendum: nam
qui Natos, corrigunt, non videtur rectè aures cõ
sulere, quarum iudicium superbissimũ esse Cic.
censuit. Sic Græci πρῶτα διὸς μετέπειτα λόγος. & Ver-
gilius: Flos ad prima tenax, pro apprimè. Solent
& philosophi vulgò dicere, aliquid factum ma-
gno Platonis anno: cuius dicti ratio ab ipsis ex-
poscenda est.

CAP. IX.

Qui parricidium sciens non reuelauerit, an pari pœ na cum faciente teneatur.

CVM ex sola scientia nemo teneatur,
censuit tamen Bart[a]. si quis sciat in per
sonam principis cædem parari, & non
reuelauerit, perinde teneri, ac si ipse
conspirasset: quoniam lex Pompeia talẽ seu con
scium puniri iubet. Sic apud Q. Curtium lapidi-
bus obrutus fuit Philotas, qui coniurationẽ A-
lex. Magno nõ reuelauerat, quia fidem iudici nõ
habuerat. Sic Leone x. Pontifice aliquot proce-
res de medio sublati sunt, sic Mediolani, sic alibi
obseruatum vidi: ꝙ tali tempore omnib. nouita
te facinoris territis, etiã innoxij corripiant, ne-
mine pro eis patrocinari audente: latrunculato-
ribus, vt salutem Principis procurasse videantur,
citra delectum sæuientibus. At Baldus religio-
sus vir, hoc nomine torqueri Bartolum, eiusque
sectatores apud inferos scripsit[b]. Sed nos hanc
quæstionem alibi disputauimus. Illuc hîc tantũ
admonendum duximus, cùm hæc species in ca-
put Iustiniani Cæsaris incidisset, aliter eũ obser-
uasse: historia extat apud Procopium lib. iij. Cõ-
spirauerat Artabanes cũ Arsace & Charasange,
vt Iustinianum de medio tollerent, Germanũq;
illi sufficerent: cuius rei indicium ad Marcellum
regiæ aulæ præfectum peruenerat. At ipse, quòd
indici fidem non haberet, & non nisi diligenter
exploratas res deferre volebat, diem de die du-
cebat, diutissimeque procrastinatus est: quod
sibi non pœnæ, sed honori fuit, ereptusque tan-
dem & Germanus est, quamuis illi valdè Iusti-
A nianus irasceretur, cùm qui in consilio erãt, par-
tim eius iram incenderent, ex aliena calamita-
te gratiam sibi apud dominum aucupantes: par-
tim pauentes, formidineq; contracti mussarẽt.
Sed Marcellus ipse imperterritus, & vitę suę in-
nocentiæ fidens, Imperatoris iram permulsit, &
Germano saluti fuit.

a Bar. l. utrum. de parrici.
b in l. bona fi- des. depos.

CAP. X.

B *Modus creandorum Doctorum vnde inductus: & ratio graduum, itemq; insignium, quæ illis confe- runtur: & Lucretij lib. j. carmen explicatum: itemq; an Birretorum vsus apud veteres fuisset.*

QVOMODO apud veteres crea-
rentur Doctores, haudquaquam
satis compertũ est. Iulianus Imp.
simpliciter constituit[c], iudicio cu
rialium, atque Decreto, optimo-
C rum conspirante cõsensu, magistros studiorum
prouehendos esse. Alibi traditur[d], oportere eos
primis qui in ordine reperientur septem, vel eo
ampliùs, iudicantib. ceu idoneos approbari. Ho
die verò alia solennitas obseruari solet: & quia
athletę tribus coronis in sacris certaminibus or
nari debent[e], vt vacationem mereant, ita & tres
gradus habere doctorẽ oportet. Primus est, quẽ
à baccalaurea, qua coronari solebant, Baccalau-
reum dicunt: confertur illi, qui quadrienniũ stu
D diis operam dederit, & iam soluere legum no-
dos incipiat. Iustinianus huiusmodi Lytas[f], id
est, solutores videtur appellasse. Alter est, qui Li
centiatorum dicitur, Iustinianus Prolytas appel
lat: etenim hi propter consummatiorem doctri
nam licentiam habent doctoralia insignia suspi
ciendi, vnde & Licentiati dicũtur, solo insigniũ
honore à magistris differentes. Vnde frequens
est quæstio à nostris tractata, an licentiato eadẽ
quę doctori priuilegia competant. Summus gra
E dus est eorum, qui insignia ipsa sunt adepti, hi
ἐμφατικώτεροι Doctores seu Magistri dicũt: seruãt-
que propriè id nomen si doceant, fruunturq; pri
uilegiis amplioribus[g]. Videntur hi Iustiniano
esse Antecessores, quòd scilicet præeant schola-
sticis, eos docendo. Ea insignia sunt in primis Li
ber clausus, deinde & apertus: etenim legum sci
ta, ceu mystica quædam, non omnibus promul-
ganda sunt. Vnde tali ceu symbolo admonẽtur,
vt indignis eos libros claudant, & doctis dunta-
F xat atque probis viris mysteria illa aperiant. An
quòd ea quasi quædam possessio est profitendi,
quæ librorum apprænsiõe accipitur: quod fit nõ
aperiendo solùm, sed & claudendo? An quòd eã
potestatem eo facto accipiũt, quam vetusſim⁹,
idemque circunspectissimus deorum Ianus ha-
bet? qui vt est apud Ouidium,

Numine clausa aperit, claudit aperta suo.

Alterum insigne est annulus, cuius rationem
explicat Aul. Gellius lib. x. cap. x. quòd à digito
manus sinistrę, qui minimo proximus est, reper-
tum

c l. magistros. C. de ꝓfes. lib. x.
d l. pen. eod. tit.
e l. i. C. de athle. lib. x.
f In procemio Digestorum. ✦ sed quia.
g Bart. l. magi- stros. C. e. tit.

tum per anatomicos sit, neruum[a] quendam te-
nuissimum ad cor hominis pergere, atque perti
nere: proptcrea non inscitũ visum est eum potis
simum digitum tali honore decorari, qui conti-
nens, & quasi connexu esse cum principatu cor-
dis videretur. Ego potius annulum digito qua-
licunq; inseri arbitror, ꝙ ordinis equestris id si-
gnum est, & bellicæ virtutis insigne, vt Plin. lib.
xxxiij. cap. j. tradit: sicut Tunica ordinis senato-
rij: tanquam doctoratus ad equestrẽ dignitatem
pertineat[b]. An verius est, annulum eis dari, ꝙ si-
gnandorũ responsorũ ius acquirãt? Pomponius:
Qui fiduciam, inquit[c], *studiorum suorum habebant, consu lentibus respondebant, neque responsa vtiq; signata dabant, &c.* Tertium est insigne, impositũ capiti tegmẽ,
quod Birrum vocamus[d]. Celebrat Fl. Vopiscus
in Carini vita Atrebaticos birros, itemq; Canu-
sinos. Videtur fuisse militaris vestis: vnde & cõ-
lor vulgò Birretinus; quem alij quasi Venetinũ
dictum contendunt: est enim & Venetus color:
qua de re suprà. Igitur id tegmen imponitur tan
quam tiara quædam, aut cidaris, aut causia, quę
pileorum, aut petasorum sunt species, quib. ho-
noris causa regum capita ornantur. Traditũ est,
pilei vmbella Hippocratis imaginẽ tegi solere,
vt inde admonerent homines, eam partem ma-
ximè curandã, custodiendãq;, in qua tanquã cer
ta sede animus conquiesceret, & mentis ponti-
ficium esset repositũ: etiam si nobilitatis id quo-
que esse argumentũ quidam scripserint. Cælius
Sabinus (vt est apud Gellium) seruos eos pilea-
tos vænire auctor est, quorum nomine venditor
nihil præstabat: quòd huius conditionis manci-
pia insignia esse in vendendo deberent. Sanè nõ
vident veteres vulgare hoc, quo nos vtimur, te-
gmen, & birretũ vocamus, habuisse. Suet. Trãq.
in Iulio Cęs. Caluitij deformitatem iniquissimè
ferre, ideoq; deficientem capillũ reuocare à ver-
tice assueuerat: & ex omnibus decretis sibi à se-
natu populoque honoribus non aliud, aut rece-
pit, aut vsurpauit libentiùs, quàm ius Laureæ co
ronæ perpetuò gestandæ. hæc ille. Quod mini-
mè expediisset, si birrum in capite ferendi vsus
tum viguisset. Nec me mouet Plinij, Plutarchi in
Problem. & vita Pomponij aliorũq; auctoritas,
qui viris dignitate præditis, & honore dignis, si
quo casu occurrerent, obuios caput aperire con
sueuisse prodiderunt. Respondeo, de his intelli-
gi hoc potest, qui operto capite aliqua ex causa
incederent, vt milites casside, sacerdotes flami-
nie[e], serui pileo, & omnes pluuio tempore gale-
ro, aut sub sole petaso, & vmbella: alioqui si rem
ipsam veteres habuissent, verisimile est vocabu-
lum habituros. constat autem Birretum dictio-
nem latinam non esse. Quartum est insigne O-
sculum, quod pacis signum[f] vulgò appellamus,
quòd studia legalia pace, & concordia consistãt,
iurgia & rixas abominentur. An quòd patroci-
nium eos suscipere clientum suorum oporteat,
à quibus oscula accipiant? etenim togati cliẽtes
solebant mane osculo patronos visitare: cuius
moris non vno in loco meminit Martialis. quod
si patronus aliqua ex causa sui copiam facere nõ
poterat, pro valuis statuam suam æream appo-
nebat, quam clientes venerabantur. Vnde Lucre
tius poeta lib. j.

—Tum portas propter ahena
Signa manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu, præterq; meantum.

An verior est ratio, quòd Antecessor, qui docto-

a xxx. q. v. fœ- minæ. in fin.
b l. j. C. de equ. dig. lib. xij.
c l. ij. de orig. iur.
d xxx dist. c. si quis uirorum.
e c. celeres. xxj. distinct.
f c. pacem. de conse. dist. ij.

ri tyroni ornamenta confert, tanquam filium o-
sculo excipit[g]? etenim sic solebãt patres erga fi-
lios. Aristoph. in Nubib. κύσον με, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν
δεξιάν. Me me osculator, & manum da dextram.
Cæterum, quòd sæpissimè mihi contingat, vt e-
gregios iuuenes de manu mea ad eum gradum
producam, soleo quandoque ea ornamenta etiã
carmine conferre: vnde libuit ex multis vnũ ex-
empli causa hîc adscribere:

A *In primis captas doctrinæ insignia librum,*
Qui clausus nutu stet pateatque tuo.
Anulus in digito puri tibi ponitur auri,
Hoc quia sit facto partus equestris honos.
Stet capiti sublimis apex, tegmenq; verendum,
Vt Sophiæ sedem digna corona tegat.
Oscula patronis præstent quòd manè togati,
Hoc tibi seu pacis siue clientis habe.
Restat vt æternus genitor tua vota secundet,
Atque hæc felici sydere facta velit.

B

CAP. XI.

An obstrepentes de vicinia expelli possint: quid de immodicis campani æris pulsatoribus.

VVLGARIS est quæstio, An faber[h],
qui iuxta scholas aut Doctoris domũ
malleo operetur, possit de vicinia exi-
gi, vel compelli, ne arte sua vtatur: qua
de re non sum nunc verba facturus, sed duas non
C absimiles controuersias relaturus. Conuenerant
tenuiores quidã artifices in ædes Iasoniano prę
torio proximas, ibi & canendo, & se flagris cæ-
dendo, magnũ strepitũ cõcitabant: existimauit
Iason, posse exẽplo fabri eos expelli[i]: quoniã hi
batuiti (sic eñ eos appellat à verbo antiquo ba-
tuere) religiosi nõ dicũtur, nec eorũ locus credi
tur pius esse[k]. At ego vereor, ne iustior sit horum
causa: nec enim dubiũ est, religionis ergò eos ibi
conuenire: at huiusmodi causa studiis ipsis lega-
D libus fauorabilior est[l], idque Bartolus sentit. Dũ
bitabilior est alia quęstio, an immodici, impor-
tuniq; campanarũ, peluiũ pulsatores, officio iu-
dicis compelli possint, vt cessent. Et sciendũ, ve-
teribus nõ fuisse hunc morem: sed instar peluiũ
fabricata hæc vasa Campanas appellari cœptas,
ꝙ ex Campano ære conflatę essent: vnde prouer
bium in loquaces & obstreperos, Dodonęũ æs:
ꝙ in Dodona duæ essent colũnæ, in altera pel-
uis ærea, in altera puer cũ flagro peluim vento
E impellente percutiens: vnde tinnitus in multas
horas perdurabat. Iuuenalis:

Tot pariter pelues, tot tintinabula credas.

Igitẽ olim solis parochis sacerdotib. permissũ
fuit eas habere, vt populũ congregare possent:
deinde familiis mendicantiũ fratrũ cõcessum vt
vnum haberent[m]: at hodie tot habent quot vo
lunt, summãq; religionẽ in ea constituũt, si vici-
nos tãquã Nili cataractis proximos populos, co
gant obsurdescere. ꝙ quodã loco Iouianus Pon-
F tanus conquerit. Cùm in Biturigib. ægrotarẽ, pa
rum abfuit, quin me ad orcũ, impedito somno,
qui tũ maximè necessari⁹ mihi erat, demitterẽt:
vt meritò Pennensis[n] & Cepolla[o] officio iudicis
coercendos tali casu hosce pulsatores tradide-
rint: ꝙ respectu ægrotantiũ omnes probãt. Qđ
verò ad sanos, beneq; valentes attinet, censuit
Oldrad. non esse ferẽdos[p] qui aduersentur, ceu
nimis delicatos: nã & Demosthenes spontè ꝓ-
curabat, vt strepitui assuesceret, vt est apud Plu-
tarchum: damnatiq; à veteribus Sybaritæ, ceu

g nõ osculatus. v. q. v.
h l. j. sol. matr.
i Ias. cõs. ccxviij. secundo.
k l. omnib. ad Trebell.
l l. j. ff. de coll. illic.
m c. petentibus. ubi Hosti. de pœ.
n Lucas. l. f. de profes. vrb. lib. xj.
o Cepol. tract. serui. de ære.
p Old. cccxviij.

nimis molles, quòd artifices omes obstreperos ciuitate excluserint, tanquam eorum quietẽ turbantes. Sed certè, vt in vetere est oraculo, modus In rebus optim9 est. Extat apud Strabonem lib. xiiij. non iniucũda historia. cùm citharœdus quidam apud Iasios artem ostentaret, interimque κώδων, id est, peluis campana vẽdendorum pisciũ signum increpuisset, eo derelicto omes abierũt, excepto tamẽ vno, qui surdaster erat. Accedens itaque ad eum citharœdus: Gratias tibi ago, inquit, qui & mihi & musices studiis hunc honorẽ habueris, vt sicut cæteri audito tintinabulo me nõ deserueris. Tũ ille: Nũqt tintinabulũ sonuit? vale ergo preceptor, & bene sit tibi, sicque abiit.

CAP. XII.

Opinatores in iure qui sint: qui dicantur Opinati: declaratus Ennij locus, & à Gellij accusatiõe defensus.

OPINATORES, militaris annonæ exactores dici in constitutionib. satis cõstat[a]. hi ex numeris militũ erant, & ad officium prouinciale mittebãtur, vt exactę ab eis species deinde ad milites deportarent. sic vidẽtur appellati, q, opinarent, id est, existimarent quãti eæ species adærandæ, id est, æstimandę essent. Siquidẽ habebãt milites id cõmodũ, vt minore pretio sibi annona ipsa imputaretur. q, Stellatura dicebatur, vt aliàs docui[b]. Fuêre qui non intelligẽtes cur Opinatores hi dicerẽtur, lectionẽ immutauerint, & optiones reposuerint, cõtra antiquorũ codicũ, quos ego viderim, fidẽ. Sanè nota est significatio verbi Opinari: veteres vidẽtur Opinatũ accepisse ꝓ existimato, seu magnæ auctoritatis homine. Vnde Opinatissimi auctores Gellio pro his, qui maiores omni exceptione sunt: qua voce Ianus Parrhasi9 præceptor meus sæpissimè vtebatur. Q. Ennius Opinatos interpretatus apud Euripidem videtur, quos ille δοκοῦντας dixit:

Λόγος γὰρ ἐκ τ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν,
κ᾽ αὐτῶν δοκούντων, αὐτὸς ὁ ταυτὸν σθένει.
Nam cùm opinati loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eademq; oratio æqua, non æquè valet.

Aul. Gellius lib. xj. cap. iiij. apud Ennium legit Opulenti eiusq; interpretationem damnat: sed ratio trochaici septenarij carminis, quo vtitur Ennius, satis indicat eum Opinati scripsisse, nõ Opulenti, ideoque immeritò à Gellio reprẽndi.

a l. opinatorib. l. ex cõsensu. C. de erog. mili. anno. l. j. tit. seq. l. penult. C. de exact. trib.
b in l. septẽ. C. de erogat. mili. ann. lib. xij.

CAP. XIII.

Intellectus l. qui filiabus. de legat. j. Qui sint Posthumi: Vergilij locus, itemq; Ciceronis explicatus.

QVI *filiabus legauit*, inquit Vlpian.[c], *si mentiõem aliqua parte testamẽti posthumorũ fecit, videtur in filiarum legato & de posthuma sensisse.* Dubitat Iason, cur Iurisconsultus vbique id exemplũ in fœminis refert, nunq̃ masculinè loquitur. Ego magis dubito, qd ita venit in mentẽ Iuriscõs. vt necessariũ putet aliqua in parte testamẽti factam posthumę mẽtionẽ: cũ. n. et ea ꝓpriè filia sit, nõ videt id esse necessariũ: sicut & cũ tutores filijs dãt, cẽsent. n. & posthumis dati[d]. Sed fortè respõderi potest, secũdũ sua tempora loquutũ esse Vlpianũ, cũ patri nihil necesse erat fœminini sexus ꝑsonas nominatim exhęredare: sed vel inter cæteros exhæredatio sufficiebat, dũ tñ aliquid eis legaretur, ne viderẽtur præteritæ esse per obliuionẽ[e]. Meritò igitur nisi posthumæ facta fuisse mentio aliqua testamẽti parte suberat obliuionis cõiectura: ideo reqrit hoc casu hanc expressionẽ Iuriscõs. & de fœminis loquitur. Sanè posthumus in iure nostro propriè accipitur pro eo, qui post humationem patris sit natus: quod & Plautus in Alularia sentit:

c l. qui filiab. l. qui quartam. in fin. de leg. j.
d l. nomen de uerb. sig. l. si qs filiabus. de test. tut.
e §. sed fœminini. Insti. de exhęred. libero.

Qui post mediam ætatem ducit vxorem domum,
Si eam senex intra annum prægnantem fortuitò fecerit,
Quid dubitas, quin stet paratum nomẽ puero posthumus?

A Sic & Vergil. lib. vj.

Syluius Albanum nomen tua posthuma proles
Quem tibi longæuo serum Lauinia mater
Educet syluis.

Cessellius, vt est apud Gellium lib. ij. capite xvj. Posthumũ appellat eũ, qui postremo loco natus est. Sed hoc aduersus historiæ fidẽ est, & nullũ idoneũ, vt Gellius ait, habet autorẽ. Seruius interpretatur longæuo, id est, immortali: adducto etiã Ennij carmine integro, q, alioq̃ imperfectũ. B citat Cic. in Tusculana prima: id est huiusmodi,

Romulus in cœlo cum diis genitalibus æuum
Degit. Quę sententia & Sulpitij Apollinaris fuit, nõ satis ipsi Gellio probata. Ego distinctiõe puncti explicandã rẽ arbitror, vt dicamus, Serum tibi longæuo, id est, tardum tibi seni: quia propter senectutẽ prius è viuis migrabis, quã eũ videre possis, id est, quã sit natus. Nõ tñ negauerim eũ posthumũ dici, q postremo loco nat9 est, post cõditũ tñ patris testamẽtũ[f]: & hic. n. agna- C tione testamẽtũ rumpit. Vnde exhęredato posthumo, talis quoq; exhæredatus censebitur[g]. Et si pater testamẽto tutores posthumo dederit, tali quoq; dedisse videbitur[h]. Sed quæ est ratio? & Accurs. qa & hic saltẽ impropriè posthumus est. Ego figurato quodã loquẽdi modo induci arbitror, per id schematis genus, quod Hieron. κατὰ τὴν προσάθειαν vocat, Grammatici ab effectu dicũt: à principio[i] em̃ seu inspecta origine credidit testator fore, vt post mortẽ suã nasceretur, & de eo D in eũ casum disposuit: vnde si præoccupauit nasci: nihil ideo mutatur, & ex sententia testatoris remanet, vel exhæredatus, vel sub tutore positus[k]. Illud non omittendum, in editione Norica, nõ Posthumis, sed Posteris legi[l]. Sed aduersus hãc lectionẽ stat omniũ antiquorũ codicũ fides, quos ego viderim: quin & Theophilus ipse in Institutionibus Posthumis legit.

f l. iij. l. posthumus. de iniu. rup.
g d. l. iij. §. nominatim.
h l. si quis ita. de testa. tut.
i l. fugitiuus. de uerb. sig.
k l. quo loco. §. ff. de hær. instit.
l §. ff. Instit. qui dar. tut.

CAP. XIIII.

E *Iunctura legata, quid veniat: quid sit interiungere, explicatum Martialis carmen, itemq; Plautinum.*

PAVLVS lib. sentẽtiarum iij. *Carruca cum iunctura legata, mulæ quoq; legatæ, necnon & mulio videtur, propter quotidianã loquendi cõsuetudinem.* Apparet iis verbis, Iuncturam dici mulas ipsas quæ iunguntur vna cũ muliõe. cõprændit aũt mulio, nõ vi verborũ, sed ex consuetudine loquendi. Ouidius:

F *Iungere equos Titan velocibus imperat horis.*

Vnde contrario sensu Iuuenalis,

O Libye disiunge boues.

Videtur & Martialis hoc sensu vti verbo Interiungere. carmen eius est lib. ij.

Et cùm currere debeas, bouillas
Interiungere quæris ad camœnas.

Idem lib. iij.

Exarsitq; dies, & hora lassos
Interiungit equos meridiana.

Vt appareat haudquaquam legendum esse, iter iun-

iungere: quod faciunt interpretes contra rationem carminis: nec enim solet Martialis iambum in prima sede Phalæcij ponere: quam licentiam solus sibi vsurpauit Catullus, rarissimo apud alios auctores exemplo. Erit ergo Interiungere, separare equos à curru. Vergilius lib. vij. *Curru iungit Halesus equos.* Sic Cicero: Filium vita interfecerat. id est, à vita separauerat. Plaut. Capt.

Qui per virtutem perijt, is non interit.

id est, non separatur prorsus à viuis, sed remanet in fama hominum: habet enim dictio Inter, vim separationis.

CAP. XV.

An filius primogeniti excludat à successione patruũ: & quędã nõ vulgaria in ea quæstione adducta.

SOLET in plerisq; prouinciis ex cõsuetudine id obseruari, vt defuncto rege primigenius filius succedat. q, si cõtingat, viuo patre filium ipsum primigenium decedere relicta sobole virilis sexus, deindeque pater & ipse decedat relicto filio, cõtrouersia non modica est, vter sit admittendus, nepósne regis ex primigenio, an filius? Et receptior est sententia[a], vt aduersus patruum filius fratris obtineat, quòd scilicet ex persona patris sui is nepos sit admittendus. In annalibus Germanorum scriptum est: Othone imperãte cùm hic casus contigisset, & propter varias Iurisperitorum opiniones rem singulari certamine committendam Imperator censuisset, bis à fratris filio victum fuisse patruum. Vitichindus quoq; in Henrici primi historia sub eo non absimilẽ speciem contigisse refert, & tum quoque victũ, ceu diuino iudicio, patruum. Sunt tamen aliqui casus quibus potior videtur patrui causa: & extãt exempla, quib. propter prudentiam patrui, iuuenilemque nimis nepotis ætatem, pręlatus est patruus: vt cùm rex Robertus aduersus Hungarum Apuliæ regnum ecclesiæ Romanę iudicio obtinuit[b]: q, Castren. prudẽtię Roberti tributũ fuisse scripsit[c]. Sic Ludouicus Sfortia Ioannis Galeacij filio prælatus est, q, tumultuosiora, ꝓpter imminentes Italię Gallos, essent tempora, quàm vt commodè administrari res Mediolanẽses à puero possent: Iasone Mayno hoc longa oratione ꝓceribus persuadente. Etenim imperia non eò cõstituta sunt, vt vnus super alios locupletior fieret, sed vt commodius respublica per vnum administraretur, quod lib. xliiij. Dion diffuse disputat[d]. Quamuis ergo in patris locum nepos, qđ ad hæreditates attinet, succedat: non tamen idẽ est in Imperiis, in quibus magis ad prudentiam attendimus, quam is, qui natu maior est, maiorẽ quoque habere præsumitur. Et licet in aliis fiduciis illud sit: in Imperiis tamen hoc obseruandũ videtur, quod Nicol. Matar[e]: Bartolusque senserunt, itemq; non pauci alij. Certior est casus, cũ in ipsa concessione dictum est, vt semper maior natu succedat[f]: tunc enim si patruus sit ætate maior, præferetur[g]. Quod obseruatum fuisse ex testamento Gizerichi Vandalorum regis, auctor est Procopius lib. iij. de bello Vandalico. Exclusit enim Honoricus Gundabundum Genzonis primigenij filium: & rursus Gundabundus Hildericum Honorici filium: quia verba testamenti erant, vt regni successio propinquiori ex genere virilis sexus, & ex iis, qui ætate præcederent, traderetur: quam legem testamẽti cum Gilimer neglexisset, arma Iustiniani in se prouocauit. Subtiliter tamen aduertendum est, quemadmodũ cõcepta verba sint: an prærogatiua ætatis modum succedendi respiciat, quo casu suprà scripta procedũt: an verò ordinẽ inter ipsos à primogenio descendentes, quod Castrensis[h] atque alij respõderunt. Illud quoque traditum est, licet nequeat cliens de fiduciario castro aduersus concessionẽ sibi factam in damnũ filiorum disponere[i], ei ta A men permissum esse, vnius prætoris designandi, & arcium custodiendarum maiori natu concedat, tanquam prudentiùs gesturo: salua tamẽ vnicuique filiorũ in redditibus & pecuniariis emolumentis ratã portione: q, aliqui responderũt[k].

a Ias. l. is potest. de acquir. hære dit. Præpo. c. j. de feud. marc.
b cle. pastoralis. de re iud.
c Cast. l. maximum. C. de lib. prẽter. con. 179.
d l. j. ff de off. præfe. præt.
e l. utrum. in fi. de asig. libert.
f Bar. auth. post fratres. C. de legat. hære.
g Alex. cons. iiij. in iiij. Dec. cccc. xliij. in fi.

h Castr. dxiiij. Abb. lxxxv. Barba. xj. in secũdo.
i c. j. de suc. feud.
k Paulus. cons. clxxix. Feli. c. prudentiam. de off. dele.

CAP. XVI.

De ludis nostri temporis: & an ex ludo quæsita retineri licitè possint, Iasonis decisio confutata: & quid B *significet Magis, apud Paulum.*

INTERROGATVS sæpissimè fui, an veteres lusum chartularum haberent, quo trãsigere tempora otiosi maximè solent. Respondi, nusquam me hoc legisse: habuisse quidẽ alios lusus, quos Iul. Pollux lib. ix. recenset: hunc verò, quod equidẽ sciam, nemo prodidit: tametsi ille, qui vulgò Tarochorum dicitur, Grecum etymum habeat. pos- C sunt. n. ἰταρῦχοι hi sodales dici, q cibi causa ad lusũ conueniunt, & chartulis hoc ferè ordine lusitãt.

Mundus habet primas, croceis dein Angelus alis:
Tum Phœbus, luna, & stellæ, cum fulmine dæmon:
Fama necem, Crux ante senem, fortuna quadrigas:
Cedit amor forti & iusto: regemq; sacerdos,
Flamminicam regina præit; quis caupo propinat
Omnibus: extremo stultus discernitur actu.

Prohibuit autem hosce ludos noua constitutione Iustinianus[l], & amissorum repetitionem con- D cessit. At Theologi Pontificiique, cõsuetudine abrogatam eam legem contendunt, liciteq; retineri lucra ex ludo facta arbitrantur, dum absque blasphemiis, id est, impiis in Deum conuitiis certatũ sit. Etenim potissima ratio, cur Iustinianus eam legem sanxerit, ea fuit, quòd lusores in Deũ diuosque maledici sint. Dum item is, qui ludit, sui iuris sit, habeatque rerum suarum administrationem. Qua ratione filiifamiliâs, & monachi, et vxores quę in manu viri sunt[m], submouebuntur: E sic & famuli, & obsonatores, qui dominicam pecuniam ausint in casum dare. Dum rursus is, qui vicit, nulla fraude vsus fuerit, nec collusorem ad hoc attraxerit. Etenim qui alium allicit, præsumitur hoc ipso non carere fraude. Sed ego in cõscientiæ foro non esse præsumptionibus locum didici[n]. Addiderim igitur dummodo is qui ludit sacerdos non sit: tum quòd iis specialiter nõ solùm ludere, sed vel ludẽtes spectare sit vetitũ[o]: tum quòd res ecclesię pauperum sint, quorũ ipsi sunt procuratores[p]. Suprà autem dixi, procuratoribus hoc concedendum non esse[q]. Prohibet autem illis constitutio ταβλίζειν, quod verbũ à Latinis acceptum est Tablissare, id est, ad tabulas ludere. Vnde & Pallades poeta eleganti disticho in scholasticum aleatorem:

Παίντων μουσοπόλων ἡ καλλιόπη θεὰ ἐστιν,
σοὶ δὲ καλλιόπη ταβλιόπη λέγεται.
Calliope studijs dea præsidet atque poetis:
Sed tua quam celebras Tabliope est potius.

Scripsit[r] Iason, si quis in ludo dicat, depo-

l auth. alearum. C. de aleæ lusu.
m Bal. l. fi. C. de de condict. ob caus. Alex. rub. C. de cõdict. ob tur.
n Cald. c. cleric. de uita & hon. cle.
o Auth. interdicimus. C. de episc. & cler.
p c. fi. xvj. q. j.
q cõsit. cxxiij. §. insuper.
r l. si ita stipulatus sum hanc summã. de uer. obl.

no istos centum aureos, & vinca tur si ea summa centum aureorum non est, sed minor, nihil perdere: tanquam conditionalis sit sponsio, si centũ aurei essent: quam sententiam periti lusores ridiculo habent. Accursius Magidem apud Paulũ Iurisconsul. interpretatur tabellam, super qua tabulis vel latrunculis luditur[a]: nam & apud Græcos μάγνις aleatorij iactus appellatio est: μαγὶς verò mazam, bucellam, scutum, cultrũ coquinatorium, significat. Plinio verò lib. xxxiij. c. xj. etiam lancem, seu scutellam: quæ interpretatio Paulinæ sententiæ magis quadrat, de mãzanomo argenteo interpretentur, quod seruus iniussu domini commodauerat.

a l. seruus. de cõdi. indeb.

CAP. XVII.

Cauta, recauta, apochæ, in iure nostro quid significet.

NEMO, inquit Theodosius[b], *supra numerum qui in cautis breuibus continetur, quolibet se patrocinio, vel adsumpta potentia excuset.* Declaraui aliàs breuia[c] simpliciter dici pyctatia & notulas: nunc videndũ quæ sint Cauta. & hic significantur chartulę, in quib9 eorum descripta sunt nomina, qui excusationẽ iure officij sui habent: sic dicta, quòd ideo scribãtur, vt eis magis cautum sit. Recauta verò in iure nostro vocantur, quæ aliàs Apochę dici possunt: nempe confessiones, quibus creditor sibi satisfactum affirmat. Iustinian9 nouella cxxix. *Optiones,* inquit, *qui à prouincialibus species receperint, solita faciant collatorib. recauta periculo eorum, qui cum ipsis sunt, &c.* Augustinus libello singulari de cura ꝑ mortuis gerenda: Mediolani audiuimus, cùm quidã à filio defuncti patris cautione prolata debitum peteret, apparuit eidem pater in somnis, & vbi esset recautum, quo illa cautio euacuata fuerat, indicauit.

b l. j. de colleg. lib. xj.
c l. fi. C. de conuent. fisc. debi.

CAP. XVIII.

Emendata Iustiniani nouella constitutio, quid sit ἀκήρυκτος πόλεμος *id est, detestabile, seu absque diuinatione bellum.*

EXTAT constitutio Iustiniani nouella xlij. qua Anthimũ, quosdãq; alios hæreticos ecclesiastico gradu deijci imperat, qui communi sentẽtia Agapeti ipsius sanctæ memoriæ viri primùm, deinde etiam sacræ synodi hîc celebratæ condemnatus & depositus fuit, eò quòd à rectis dogmatibus recessit, & quæ prius multis nominib. exosculari videretur, variis postmodum commentis refugit, &c. Qui locus ita restituendus in Haloandri editione est, & supplẽda inanis lacuna. Subiicitur eodem loco, Seuerum Theopolitanam sedem occupasse, & omnia conturbasse: adeò vt generale quoddam, καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον ecclesiis inferre videretur. Haloander ἀκήρυκτον, absque fecialiũ interuentu, non malè interpretatus est. in Cõstantinopolitano tamẽ concilio, vbi ea constitutio etiamnũ legitur, translatum est, Abominabile. Sed sciendum est, communem esse Doctorum sententiam, nullum bellum esse licitum, nisi denuntiatio, seu prouocatio præcesserit[d]. Vnde bellum non indictum dicitur prouerbialiter de re, in qua tanto odio agatur, vt nihil legitimam aut iustum fiat: vt cum etiã denuntiatio ipsa omittitur: quo sensu Herodotus, & Thucydides ea voce vtũtur. Aeschines quoq; in oratione de corrupta legatione, ἐξ εἰρήνης πόλεμον ἀκήρυκτον, ex pace bellũ asperrimũ. Et rursus in eadẽ: Si causæ bellandi orationibus imputentur, dona verò ducũ, sint efficientis τοὺς ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους πολέμους, irreuocabilia & detestabilia bella. Sic enim interpretamur ἀσπόνδους. Vnde nomen Liberti apud Scæuolam[e] Spondophorus, id est, pacifer, non Splendoforus, vt habent vulgares codices. Basilius in epistola quadã ad Athanasiũ: Psalmi, inquit, & cantica causæ sunt τοῦ ἀκηρύκτου τούτου καὶ ἀσπόνδου πολέμου. quo sensu & Chrysostomus vtitur sermone in Matthæũ xlvij. vsurpauit & Plato non vno in loco, οὐ πόλεμον ἀγγέλλας, non denuntians bellum, contrario sensu: constat enim habuisse veterẽs quos vocant Feciales, seu præcones, Græci κήρυκας, quorum opera in denuntiandis bellis vterentur: quod apud Homerũ frequẽter occurrit. Hodie barbara voce Araldos vocamus. Suntque sacrosancti & inuiolabiles: vnde ἀκήρυκτον videtur posse dici bellum, in quo nec tutus quidẽ fecialibus sit accessus: quale superioribus annis cum Imp. Maximiliano Rhæti gesserunt.

d Doct. l. ex hoc iure. de iustitia et iure. Io. And. c. j. de homicid.
e l. Thais. §. Spõdophorus. de fideicom. liber.

CAP. XIX.

Notariorum, seu Tabellionum vsum veteribus nõ fuisse: & iure nostro sola eorum documenta fidem nõ facere, nisi insinuata sint, vel ab eis recognita: & Iustiniani nouella constitutio declarata.

NOTARIOS, veteres eos Scribas appellabant qui per notas scriberent: inductosque primum ferunt à M. Cicerone, vt Catonis orationem, quam habebat in Senatu aduersus Catilinam, describerent, vocisque cursum celeritate manus ęquarent. Ausonius:

Puer notarum præpetum solers minister aduola,
Bipatens pugillar expedi, &c.

Hodie sic vulgò appellamus eos, qui instrumẽta seu priuata, seu publica cõficiunt: q, mun9 apud veteres nõ videt fuisse: nec enim vlla est eorũ mẽtio Ciceroni, Liuio, cęteris. Et q, apud eos est scriptum facere, seu scripturam, alio sensu accipitur. Fuit tamen non absimilis argentariorũ vsus, qui codicibus suis rationes scribebant, quas ex edicto prætoris edere plerunq; coguntur. Videtur deinde id munus ad magistrat9 municipales ptinere cœpisse: & ideo decuriones exercuisse Tabellionatum aliquando legitur, donec constitutione noua iussi sunt abstinere[f]. Sed & in municipalibus officiis videntur fuisse Tabularij publicè scribendis documentis instituti, quos quãdoque Iuriscõsulti simpliciter Librarios vocãt[g]. Iustinianus[h] nouella constitutione iubet instrumenta ἀγοραῖα, id est, forensia, quæ in vulgata translatione appellantur publica, à Tabellione cõfici, quẽ ipse gręcè appellat συμβολαιογράφον, Huic ministrũ, seu discipulũ attribuit, quẽm ὑπουργοῦντα, quasi subadiuuã dicas, appellat. Adiicit, si instrumenta ἀριθμητὴν, id est, numeratorẽ habeat, & hũc quoq; testimoniũ pro documento ferre. Interpretatur Accurs. proxenetam contractus hunc esse. Ego nihil certi adferri posse arbitror: q, si diuinare licet, nihil impedit, quin eum intelligamus, qui pecuniam numerauerit: solet enim plerunq; in cõtractibus per tertium aliquem numerari pecunia: sicque eũ locũ Iulia. Patricius intellexit,

f l. si quis decurio. C. de fal.
g l. j. C. de tab. lib. x. l. si librarius. de reg. iur.
h in Auth. de instr. caut.

tellexit, qui primus Nouellas in Latinum sermonem transtulit. Potuit fortè & sic appellari qui communi marsupio totius statiõis præerat, vt singulis deinde partem suã lucri numeraret. Subiicit demum, in instrumentis quæ inter illiteratos conficiuntur, adhibendos esse ταβουλαρίους, id est, tabularios omnino duos. Verùm apparet Iulianum Patricium legisse διὰ παντὸς, id est, semper: ideoque sufficere vel vnum: quod & Accur. tradidit, & vtraq; translatio habet. Hincq; constat, alium fuisse Tabellarium à Tabellione, quẽ suprà συμβολαιογράφον appellauerat: & ex omni illa constitutione ostenditur, instrumentũ solùm fidei faciẽdę nõ sufficere, sed Tabellionis, testiũque recognitionem necessariã esse: quandoq; & ad comparationẽ literarum deueniri[a]: nisi tamẽ tale documentum actis insinuatum sit: quo casu non simpliciter forense, sed publicum dicitur: nihil enim impedit Tabellionem publicam personam censeri, & tamen non omnia eius documẽta publica esse[b]. Oportet, inquit Iustinianus[c], arrogatorem cauere personæ publicæ, hoc est, Tabellioni, &c. Quo loco Theophilus græcè scripsit ταβουλαρίῳ: quod enim ad illam materiam attinet, nihil refert Tabellio, an tabularius sit, an & seruus publicus; nam alibi quoque dicitur eo casu seruo publico cauendum esse[d].

a d. §. in his uerò. uersieu. de quibus licebit.
b l. comparationes. C. de fide instru. d. l. si quis.
c §. cũ autẽ. instit. de adopt.
d l. 2. C. de adop. l. non aliter. ff. eod. tit.

CAP. XX.

Quæ sint Prouinciæ eiusdem nominis Iurisconsulto: & Abrutium regio Italiæ cur ita vulgò appelletur.

PROHIBITVS à præside pro alio postulare, in ea prouincia non rectè postulat, in qua præses fuit, qui sentẽtiam dixit: in alia verò non prohibetur, licet eiusdem sit nominis[e]. Quæsitum à me fuit, quid senserit Iurisc. Dixi, prouincias, in quas pręsides mittebantur, aliquas eiusdem nominis esse, quę solo ordine distinguũtur: vt, Rhetia prima, Rhetia secunda: Germania prima, Germania secunda, tertia: sic Pannonia, sic Belgica, & alię plures, quarum mẽtio in Breuiario Imperij Romani, quod aliàs lib. de magistratib. subiunxi. Sic in Italia duplex est apud eum autorem Picenũ, Annonariũ & Vrbiciũ, seu Suburbicanũ. Qui ergo sententia pręsidis Germaniæ primę vetitus est postulare, poterit in Germania secũda hoc ipsũ facere: idq; est q, sensit Iurisc. Sic prohibitus postulare sentẽtia legati Piceni annonarij, poterit in Vrbicio audiri. vulgò hanc regionẽ nos appellamus Abrutiũ. Blondus, Pontanus, Sabellicus, à Pręcutinis populis sic dici corrupta à vulgo voce censuerunt: ego potius, quia sub Theodosio & posteriorib. Cęsarib. Vrbicium Picenũ tanquã Romæ suburbanũ diceretur, & sub dispositione V.S.P. Vicarij vrbis Romæ esset, qui consularem ad eam regendam destinabat.

e l. ex ca. de postulan.

CAP. XXI.

Humanitatis significationem latè patere, & ad largitiones quoque trahi, tum & lappam significari: explicatumq; Plauti in Casina carmen de rubo: & quid sit Lacinia tenere Ciceroni.

CVM ad rescripta Principum profiterer[f], & disputare me eum articulũ contigisset, An reo edẽda sit iudiciorum copia, si alia ratione quàm torturæ ea purgare velit: in eam sententiam transij, quæ ab omnib. approbata est, vt omnino faciendam illi copiam dicerem: nec excusari iudicem, quamuis libera potestate munitũ: idq; etiam si reus nominatim non prædixerit, quæ defensionis specie vti vellet, quod And. Sic. ex facto aduersus Alex. respondit[g]. Subieci tamen, vt quoquo modo possem, Alexandri rationem haberẽ (qui dubio procul excellentissimus inter omẽs recentiores fuit) eius sententiã magis humanitati, quã iustitię conuenire. Cum ecce symmystę mei, atque etiam (si diis placet) riuales, Quid, inquiũt, potuit hic absurdius dicere? quasi pugnet cũ humanitate iustitia. Atqui humanitas nõ est, quæ iustitia caret, Sed certè & illi, & pleriq; alij eorum similes, rectius facerent, si ad veritatẽ maximè attenderent, eiusq; professores se dici vellent: non autem id solùm agerent, auditoresq; suos docerent, quemadmodum veritati quis cõtradicere possit: qđ vitiũ maximè aduersus prudentiam est. Cùm legissem apud Vlpia[h]. φιλανθρωπίαν, id est, humanitatem dici etiam pecuniã, quã quis spontè remunerationis cuiusdam causa donat: visus est non absurd9 iocus, si id factum per humanitatẽ dicamus, quod accepto aliquo donatiuo factũ sit. Quinimò longè remotior est trãslatio, qua Græci herbarij vtuntur, qui Aparinen herbam, vt autor est Plinius & Dioscorides, φιλάνθρωπον dixerunt, quòd vestibus prætereuntium leniter adhæreat: sicut hospitales viri ex quadã humanitate solent, cùm amicos inuitant, & pallio apprænso comiter retinent, vt secum in prãdio sint: id Cicero de oratore lib. iij. appellat Lacinia tenere: sicut alibi, Non scindere penulam, ad Atticum libro xiij. quod cõtrà est in rubo, atque sentibus: hi enim nõ adhærent vestibus, sed rapiũt, atq; immodestè lacerant: vnde & rubus quandoq; Græcis ἅμυρος dicitur. Plautus ad coquos, ceu fures, transtulit in Casina:

Vide fur vt sentes sub signum ducas. CO. *quî vero sentes?*
SER. *Quia quod tetigere, rapiunt: si eas ereptum, illico scindunt.*

Duci autem sub signo, est res obsignare, ne furtum fiat, quod solebãt veteres. Vnde anulorum vsus frequentissimus, vt est apud Plinium: & iocus Neronis in seruum, cui nihil sit domi occlusum, nihil obsignatum.

f l. ij. C. de eden.
g Barbatius c. xlvij. in prin. & lex. consil. lxvj.
h l j. ff. de prox. xen.

CAP. XXII.

De Lamijs seu Strigibus scitu non indigna: & declaratum Horatij carmen in arte poetica. Item emendatus Festus Pompeius.

CVM primùm Doctoriis insignibus ornatus domũ me contuli, prima in qua mihi de iure respondendũ fuit, hæc oblata est causa: Venerat quidam hęreticæ prauitatis, vt vocant, inquisitor in subalpinas valles, vt aduersus hęreticas mulieres, quas veteres Lamias, nos Striges vocamus, inqreret: is iã plurimas, & qdẽ suprà centũ, flãmis cõsumpserat, quotidieq; ceu noua holocausta, alias sup alias Vulcano offerebat, è quibus nõ paucę helleboro potius, q̃ igne purgãdę videbãtur: donec rustici arreptis armis vim illã inhiberẽt, & negotiũ ad Episco. iudiciũ deferrent. Is missis ad me actis, periit vti consilij mei

mei copiam hac in re ei facerem[a]. Non vna erat earum species: aliquæ in crucem imminxerant, Christum Deum abnegauerant, præsentes ipsæ & vigilantes veneficiis atque deuotionibus infantes extinxerant. Respondi, in has suo munere fungeretur Quæstor. Aliquę cùm interdiu matribus minatæ essent, noctu ad earum filios, quàuis obseratis, clausisque valuis, irrepserant, fascinauerantque: constabatque eos repentino morbo & medicis non cognito decessisse. Et de his respondi idē dici posse: etenim etiam si demus personaliter eas non accessisse, tamen id Lemuribus suis mandasse videri possunt: hoc enim casu extra somnia peccatum fuit. Aliquæ nil vltra egisse arguebantur, nisi quòd sub arbore Tellina choreas duxisse, & ad ludum illū accessisse dicebantur, idque aliquot ex sociis attestabantur, cū tamen ipsę hoc negarent. Has dicebat Quæstor esse subiiciendas tormentis, quoniam in fauorē fidei constitutum sit, consciorum conscelleratorumque testimonium admitti[b]. Respondebam id verum de his, quę vigilantes vidissent, nō quę dormientes, & in somnis. Cardo igitur dubitationis in eo vertebatur, an ad eum ludum personaliter accederent: an verò falsa persuasione, qd' in somnis viderant, pro certo haberent. Et vidētur recentiores Theologi[c] magna asseueratione contendere, personaliter eas illuc accedere, idque diaboli operà, qui eas gestāt: nam & in Euangelio legitur, in tantum eum posse, vt vel Christum ipsum super pinnaculo templi statuerit. Et quamuis aliq ex maritis magnæ fidei homines asseuerarent, eo potissimum tempore, quo illæ in eo ludo fuisse dicebantur, se exploratum habere, in lecto potius secum fuisse: tamen respondebat, nō illas, sed cacodęmonem potius vxoris forma assumpta marito illusisse. Atqui ego replicabam, Cur non potius cacodęmonem cum suis dæmonibus, illā verò cum marito fuisse præsumis? cur verum corpus in ficto lusu, phantasticū in vero lecto cōminisceris? quid hîc est opus vsque adeo augere miracula, & nō tam Theologū, quàm τερατόλογον agere, sæuioremque partē in pœnis eligere? Constabat ex illis actis semel eo in ludicro, per quandam mulierculam nomine Iesu appellato, omnē illum apparatum, omnes saltatrices, cum amasiis suis repentè euanuisse: quî fieri id potuit, si vera fuissent corpora, & nō phantasmata, & Tantali horti? quod apud Philostratū lib. iiij. etiam Apollonius Tyaneus censuit, & apud Plutarchum in Bruti vita C. Casci⁹. nam & medici maximos effectus corruptæ menti imaginariæque ludificationi tribuūt: vnde Ephialtici, afflati, superstitiosi, incubitati, amore ferentes, imaginosi, Lycaones, Cynantropi, qui tamen medicamentis curantur: videnturq; hæc esse, quæ Plinius & alij veteres Faunorum ludibria appellant, Pæoniaq; herba emendari cēsuerunt, vt etiam harum plerasq; curari posse sit verisimile: nisi q, pauperes, & fœmellæ omnes sunt, quibus talis facultas non suppetit. Ego certè magis iuri Pontificio, communique nostratiū Doctorum interpretationi hac in quæstione, q̈ Theologis istis tribuerim, maximè in re à synodo decisa in concilio Anquirensi[d], c. j. vbi talia phantasmata mentibus à maligno spiritu irrogari ait. & rursus: Infidelis, inquit, nō animo, sed in corpore euenire opinatur: quis enim in somniis, & nocturnis imaginibus nō extra seipsum deducitur? quæ etiam fuisse videt Augustini lib.

a Clem. j. de hæreti.
b c. in fidei. de hær. in vj.
c Thom. xxij. q. xcv. arti. 5. Bona iij. sentent. dist. xxix. q. iij. Syluest. trac. de strig. Picus dialogo Strix.
e c. episcopi. 26 q. v.

de ciuitate Dei xviij. c. xviij. sententia: vbi, Verū, inquit, corpus nulla arte dæmonum conueniri potest, sed phantasticum: quod etiam cogitādo, siue somniando, per rerum innumerabilium genera variatur: & cùm corpus non sit, corporum tamen formam capit, sopitis aut oppressis corporeis sensibus, ita vt vera corpora alibi iaceāt, sensib. obseratis. Nec refert, quòd ibi Herodiadi aut Dianæ honor exhibetur, hæ verò ipsi dæ-
A moni se addicunt: idem enim est spectrū. Et Diana dicitur ex Vergil. carmine:

Exercet Diana choros, &c.

vel Herodias, qui Matthæi xiiij. scriptum est, Saltabat filia Herodiadis, &c. Conantur tamen aliqui recentiores textui illi respondere, sed ita, vt ne cœlum, nec terram attingant. Nec me mouet Euangelij locus: quia spontè, & quidem spiritu sancto ducente, super pinnaculum ascendisse Christum, veteres tradideruut, vt periculū sui
B aduersus tentatorem faceret: nō autem à diabolo latum: id enim incredibile est, inquit Origenes homil. xxxj. in Lucam, quem & sanctus Hieronymus sequitur iiij. Matth. Cur autem dicantur Lamię, indicat Duris Libycorum lib. ij. mulierem pulchram fuisse Lamiam Beli & Libyes filiam, quam Iupiter adamarit, ex eaque filium susceperit: at Iunonem zelotypia infensam, eum infantem perdidisse, ipsamq; in feram mutasse, quæ nunc sui desiderio alienos filios rapiat, per-
C datque: vnde Horatius,

Nec pransæ Lamiæ viuum puerum extrahat aluo.

De quo plura apud interpretem Aristophanis. Striges verò dictæ sunt mulieres maleficæ, & volaticæ, vt inquit Festus Pomp. ab aue huius nominis inauspicata, quæ similis est buboni, & infantium corpora noctu inuadit, exugitque sanguinem, & suffocat: vnde à stringendo nomē habet. Sed Ouid. lib. vj. Fast. à stridēdo dici mauult, & tamen corripit primam:

D *Est illis strigibus nomen.*

Plautus verò in Pseud. producit hoc senario:

Non condimentis condiunt, sed strigibus:

Addit idē Fest. gręco carmine auerti eas solere:

Συρμίαν πομπάδειν νυκτίνομα, στρίγγαδ' ἐλαὸν
ὄρνιν ἀνωνύμον ὠκυπόρον τε πνύκα.

Noctiuagas laruas, diram & traducere strigem
Infamem volucrem faucipremamq; velim.

Dicitur autem Gręcè συρμίου ὑποκοριστικῶς, quia συρμὸς gestamen, quod in tragœdiis personati trahe-
E bant, significat: tametsi hac in dictione corrupta sit apud Festum lectio vulgaris.

CAP. XXIII.

Qui sint Exorcistæ, quid ὅρκος, quid ventriloqui, seu ἐγγαστρίμυθοι, quid Energumini, Decretorum loca explicata, etiam aduersus recētiorum interpretationem.

F SI quis, inquit Vlpia.[e] *incantauit, vel si imprecatus est, vel, vt vulgari verbo in posterū vtar, si exorcizauit, non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse cū prædicatione affirment.* Opinor scripsisse Vlpianum, vulgari verbo impostorū vtar. Existimauit.n. vir gentilis, exorcismum quandā imposturā esse: nam etiamnū sunt, qui hoc nomine cōfictis terrorib. multos decipiāt. Verū arbitror Iustin. Cōsiliarios dictionē illā mutasse, & In posterum, scripsisse: apud veteres em̄ Christianos ea ars adeò approbata fuit, vt in sacris muneribus

e l. j. §. medicos. ff. de uar. & extraord. cog.

ribus cōstitueretur, qui Exorcistes dicitur, id est, adiurator, de quo in cōcilio Carthaginensi 4. scriptum est: *Exorcista cùm ordinatur*[a], *accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sint exorcismi, dicente episcopo, accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energuminum, &c.*[b] Et rursus Om*ni die exorcistæ energuminis manus imponunt.* ὅρκος enim est iuramentum: vnde Iustin. Siue iuramentū interposuerit[c], cū & hoc nobis audientibus vētilatum est, testatore quidem dicente, ἐν ὅρκῳ, partibus autem huiusmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Qui autem sint Energumini, Scholiastes ipse interpretatur lunaticos significare, quia laborent ex luna: etenim μήνη lunam significat, ἐνεργεῖν laborare. vel quia à dæmonibus sint obsessi & impediti, quasi ἐνειργμένοι, ἀπὸ τοῦ εἴργεσθαι, quod detineri claudique significat: vnde & Ergastula dicta. Sunt autem etiam alij, qui ἐγγαστρίμυθοι dicuntur, id est, ventriloqui: sic enim August. eos vocat[d]: qui vidētur in ventre dæmonion habere, & futura prædicunt. Vnde Regum j. capi. xxviij. ἰδοὺ γυνὴ ἐγγαστρίμυθος ἐν Ἀενδώρ. & rursus: Ζητήσατέ μοι γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον. quem locū omnes interpretantur mulierem spiritum Pythonis habentem. Lucas quoq; in actis Apostol.[e] παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος. Aristopha. in Vespis: μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι. Animum hic insani Eurycles magiamque imitans, alienis sese ventribus insinuans, effudit comica multa. Erasmus prouerbio Eurycles, videtur ἰταστρίμυθον legisse, & ab astris vera prædixisse existimat: sed incidit, vt puto, in deprauatum codicem. Verùm omnino peius censuit Hermolaus in Annot. Plin. qui γαστέρα pro vase accepit, & de diuinatiōe intelligit, quę per vasculū fit, qualis λεκανομαντία. Sed de hoc alij.

a xxiij. distinct. c. exorcista. ca. vij.
b de consecra. distinct. v. c. omni die.
c l. ij. C. commu. de leg.
d c. illud. xxvj. q. ij.
e capitu. xvj.

CAP. XXIIII.

De præparatoriis iudiciorum: quid sit bon. possess. gratia litis ordinandæ: quid Vindiciæ, Prolusio, Diuinatio, Præiudicium, & quædam similia.

PRAEPARATORIA iudiciorum, quæ Iusti. τὰ πρῶτα vocat, qualia sunt, satis diffusè Doc. explicāt[f]. Verùm & quædam alia iudicia veteres habebant, quæ hodie ferè exoleuerunt, superest tamen tenuis quædam adhuc in iure nostro memoria: qualis est Agnitio bonorum possessionis
I. litis ordinandæ gratia. Ea, vt Accurs. Bart. aliique tradiderunt, sic fiebat. cùm filius emancipatus, vel posthumus alienus, vel quilibet alius cognatus, qui iure ciuili exclusus, humanitate tū prætoria admittebatur, accusare testamentum volebat[g]: is prius quoddam signum, puta anulū, vel quamlibet rem hæreditariam petebat, vt sic à prætore recognitus, à iudice quoque ciuili audiretur. quam sentētiam ceu diuinatoriam transalpini plerique improbant, aliudque ipsi cū Fulgosio comminiscuntur, haud sanè probabilius, vt apud Alex. relatum extat[h]. Sumpsit, opinor, Accurs. coniecturam illam ex Comœdiis, in quibus exhibitione crepundiorum amissæ filiæ agnoscebantur: vt in Cistellaria Plauti in Rudente, aliisque poetis: fortè & ex Tragœdia Euripidis, Græcisque autoribus, apud quos Aegeus filium Theseum ex gladio & calceis (quos sub lapide reliquerat, filio, cum ad legitimam ætatem peruenisset, ab Aethra vxore indicandos) co-

f rub. C. de edēdo.
g l. Papinianus. §. j. de inofficioso testam.
h Alex. l. fi. C. unde legiti.

pit agnoscere: quod Ouid. metamorph. lib. vij. ostendit. Ego in Epistola M. Tullij. ad Trebatium lib. vij. legi, Q. Scæpionem prætorem ex edicto suo bonorum Turpiliæ possessionem Silio dedisse; qua data deinde iudiciū sponsionis subsequi debuerit, quæ fieri solebat conditionaliter, nisi bonorum Turpiliæ possessionem, &c. cuius exemplum est & apud Plau. in Rud. Si tuas esse oportet, niue eas esse oportet liberas,
A &c. Vnde apparet verbalem hanc bonorum possessionem fuisse, quam filio exhæredato prętor dabat, vt quod ad litem spectat ei præiudicium nullum exhæredatio faceret, sed perinde esset, ac si in quasi possessione iuris sui esset: licet quod ad bona attinet, eorum possessio in eum non censeretur translata[i]. Est & Vindiciarium iudiciū, cui⁹ meminit Pomp. de orig. iur[k]. II.
Secessit, inquit, Virginius, cùm animaduertisset Appium Claudium contra id quod ex veteri
B iure in xij. tab. transtulerat, vindicias filiæ suæ à se abdicasse, & secundum eum, qui in seruitutem petierat, dixisse. Appellat Vindicias quasi possessionem filiæ suę, in qua donec cognosceretur de statu, deberet interim pendente lite pmanere. quo sensu & Vindicari verbo Liuius vtitur: Ascon. Pæd. in Verr. Lis vindiciarium est, cùm litigatur de ea re apud Prætorem, cuius incertum est, quis debeat esse pendente lite possessor. quod alibi ab aliis diffusiùs traditum ex-
C tat. Est & Prolusorium iudicium, cùm super ar- III.
ticulo cognoscitur, qui grauioris causę sit quoddam præludium. Plin. epist. lib. vj. ad Vrsum: Tu existima, quantū nos in ipsa pugna prælij & certaminis maneat, cuius quasi prolusio atque precursio has contentiones excitauit. Perlusoriū IIII.
verò iudicium simpliciter dicitur, in quo partes in necem alterius colluserunt: sicq; hæc vox accipitur Vlpiano[l]. Suetonius Tranquil. hanc controuersiam, quæ ad litis ordinationem pertinet,
D simpliciter Leuem contentionem vocat in Claudio. Peregrinitatis reum, orta, inquit, leui contētione inter aduocatos, togatumúe an palliatum dicere causam oporteret, quasi æquitatem integram ostentās, mutare habitum sæpius, & prout accusaretur, defendereturúe, iussit. Est & Diui- V.
natio, cùm de constituendo accusatore quærit, & decernit iudex quis ex multis competitoribus accusatoris partes sustinere debeat: cui⁹ rei exemplum est prima Ciceronis in Verrem actio.
E Cur autē ita vocetur, Asconius Pædianus & Aulus Gellius lib. ij. varias rationes adferunt. ego illam probo, quòd iudex eum eligit quem diuinat atrociorem fore aduersarium, minimeque præuaricaturum. Est & quod Gręci πρόκριμα, seu VI.
προκατάγνωσιν, dicunt, nos Præiudiciū hoc est, res quæ cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod sequātur, licet litem nō terminet, vt Ascon. diffinit. Quot modis autem id fiat, ostendit Fabius Quintil. lib. v. Sed nostrates alio sen-
F su præiudicium accipiunt: nempe pro iudicio aliquo, q, rei iudicatæ exceptionē in altero parere posset[m]: qua de re locis suis est disserēdū. Huc ptinet & Cēsoria animaduersio: nō.n. rei iudicatæ VII.
auctoritatē habebat, vt Cic. p Cluētio ait, sed solū vim præiudicij. quia q à cēsorib. notati aut pteriti erant, apud subsellia iudicū postulari poterāt: vbi nisi dānati fuissēt, cēsoria animaduersio irrita efficiebat: vnde Cic. in Pisonē integram legē accusatori iudicioq; seruari ait. Est & alia Pręiudicij significatio apud Theophilū, q præiudicium,

i l. ij. de inoff. test.
k l. ij. de orig. iur.
l l. si perlusorio. de appel.
m l. fundum. de exceptione rei iudica.

dicium, inquit, est formula ex sola intentione cõstans, quæ condemnationem in se non habet [a]. Exempli causa: Seruus meus, vel libertus, mihi controuersiam faciebat, asserens seruum meum, vel libertũ non esse: dicit hæc actio præiudicialis, quia satis est istis dicere, Si apparet me liberum vel ingenuũ esse: nec necessariò requirit vt subiungat, condemna iudex. Accur. tamen tres alias rationes adducit, Transalpini quartam, omnes
IX. satis fragiles. Hodie duo iudicia præparatoria maximè sunt in vsu. Vnum, cùm petuntur expensæ litis, vel alimenta: quia quis interim propter inopiam nõ habere se dicat vnde ius suum tueatur: quod cõcedi filiis, vxoribus, monachis solet, qui ex causa aduersus patrem, maritũ, monasterium agere velint [b]: conceditur & quandoque ei qui super bonis litigat, quæ cõmunia cũ aduersario esse prætendit, si pro se aliqua sit præ
X. sumptio. Alterũ est, cùm in interdicto, Vti possideris, quilibet contẽdit se possidere, & neuter vult actoris partes sustinere [c], aut libellũ alteri offerre, sed vterq; de facto sibi possessionẽ vẽdicat: debet iudex summariissima cognitione interloqui, quis actoris partes sustinere teneatur: quod ex facto Paul. Castr. [d] respondit, & ego alibi latius disputaui, & suprà lib. vj. c. xxiiij. etiam docui.

a §. præiudiciales. instituta de action.
b c. ex parte. de accusat. ubi Doctores. Areti. c. hi qui testiũ. de testib.
c l. si instituta. §. penu. de inof.
d l. ut libertis. in fi. de libe. caus. Cast. cons. iii. in §. uol.

CAP. XXV.

Quantum processus professori necessarius sit: quis fuerit Callipides Tranquillo, & Analectæ Senecæ & Martiali: quid item Satagei. C

QVANTM Professori conueniat plurimas leges interpretari, & multa docendo percurrere, non vno in loco à me proditum declamatumq; est: improbauique sæpissimè eorum methodũ, qui tribus mensibus vix vnam rubricam absoluũt: quæ studiorum corruptela, maximusque abusus, nõ D ita diu, se memoria mea inoleuit, ab obliuiosis hominibus, & ingenio tardis, sed sua tamen nimium admirantibus inuecta: qui nihilominus hoc potuerunt, vt quamplurimos sectatores haberent: verum similis ingenij, & bardi bardos. Emicant tamen aliqui, & si non palàm, saltẽ clanculum & secretis epistolis conqueruntur, vt nuperrimè egregiè doct' iuuenis Ascanius Scotus Perusinus, datis ad me literis, διδάσκαλος ἡμῶν, inquit, ὦ ἀλλίαι κακῶς ποιεῖ ἡμᾶς, ὁ ἁπλῶς εἰπεῖν καλλιππίδης ἐστί. qui circa quisquilias & analecta iuris magnam partem occupatus, assiduo cursu nullum cubitũ processerit, & etiamnũ primordia legis vrgeat: quocirca scias velim, magnam partem cohortis literariæ iamiam istuc adornare, vbi te autore methodico proficiat in summam, &c. Rectè sanè dici huiusmodi homines possunt Callipidæ, A idque ex autoritate Tranquil. in Tiber. Cæterũ dubitat vnde origo prouerbij effluxerit, nec satis id videtur hactenus explicatum. Ego ex Aristotele libro περὶ τῆς ποιητικῆς à Callipide histrione ortum arbitror, qui cùm indecentes & nimios motus in actione haberet, & sese in gyrum ageret, meruit simia appellari. ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα πίθηκον ὁ μυνίσκος τὸν καλλιππίδην ἐκάλει. Vnde aparet in eos quoque quadrare prouerbium, quos Seneca epistola xcix. Satageos vocat, ea forma, qua nos Iu- B riscõsultos Abigeos dicimus. Quintilianus Afer venustè Manlium Suram multùm in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiicientem, & reponentem, nõ agere dixit, sed satagere. Quid verò sint Analecta, haudquaquã explicatu difficile est: vulgò enĩ Grammatici sic interpretantur reliquias, seu micas, aut offa quę de mensa cadũt: vnde & Analectæ, serui, qui sub mensa incuruati eas asportabãt: quòd enim pretiosiora fierent pauimenta, serui collectis manu reliquiis, non scopis, sed spongiis ea extergebant [e], Martialis:

Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

Est enim ἀναλέγειν dispersa colligere, sicut auiculę faciunt, cùm semina de aruis rostro excerpunt. Hinc iocus apud Senecam epistola vigesima septima de Caluisio Sabino in conuiuiis seruos literatos ad pedes habente, vt uersus quos referret illius memoriæ suggererent. Suasit, inquit, illi Satellius Quadratus stultorũ diuitũ arrosor, & quod sequitur arrisor, vt Grammaticos haberet analectas, id est, qui sub specie colligendarum reliquiarum essent illi à memoria. Scio recentiores quosdam hæc omnia aliter interpretari: sed vt ego arbitror, non sat rectè.

e l. quęsitum §. item spongię. de fun. inst.

*

AND.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER NONVS.

CAP. I.

Quis sit posthumus alienus: & declaratus institutionum locus.

I. POSTHVMVS Alienus in iure nostro variis accipitur modis: in primis, qui extranei alicuius filius post eius mortem nascitur: vt si instituam Titium amicum, & si quis ei filius nascetur: videturque is omni respectu & ἐμφατικωτέρως sic appellari. B
II. Est & alienus posthumus testatori, qui in eius potestate futurus non est, qualis est isnepos, qui ex filia nascetur: hic enim non in aui materni, sed in patris sui familia est. Dicitur etiam C
III. Posthumus alienus, qui ex filio emancipato est natus, talemque cœpere Prætores ad aui successionem edicto suo vocare: prius autem nec institui, nec legari ei poterat [a], quia incertis personis legari non poterat: at incertis personis ἴσως, id est, similis est hic posthumus, vt in Institutionibus Græcis dicitur.
IIII. Potest & Posthumus alienus dici [b], quia ex filio in potestate nascitur, si tempore testamenti perpenso suus hæres auo futurus non est, vt quia primum gradum pater teneat [c], quem institui certa formula posse, C. D Aquilius Gallus induxit [d]. Videndum ergo de quo intellexerit Iustin. cum in Institutionib. ita scripsit: Posthumus autem alienus hæres institui & antea poterat, & nunc potest: nisi in vtero eius quæ iure nostro vxor esse non potest. Et Accursius de eo intelligit, qui ex emãcipato natus est, qui poterat iure prætorio institui, licet non ciuili: vt dictio Antea, intelligatur non iure xij. tab. sed post Gallum Aquilium, aut Prætores. qui sensus verba legis violat. Et cùm di- E ctio, Autem, sit aduersatiua suprà scriptorũ, hoc sensu non iis aduersaretur, quæ eiusdem generis sunt [e], cùm suprà posthumo alieno nihil antea relinqui potuisse dixerit. vt rectè aduersatiua concepta sit, oportet dictionem Antea, eodẽ sensu accipere, quo suprà fuerit posita. Verisimiliter fortè fuerit interpretatio, si de posthumo prorsus extraneo accipiamus, qui videtur olim potuisse institui, quod Ioãnes Fabri censuit [f]. Et quod sequitur, nisi in vtero eius sit, quæ iure no- F stro vxore esse non possit, intelligendum est, nõ respectu testatoris, sed generaliter, quæ nubere non possit, puta quia Vestalis seu sanctimonialis. Sed & hic sensus non caret scrupulo: & in Institutionibus Græcis exceptio illa manifestè de ea loquitur, quam testator vxorem habere nõ potest. Et certè res omni scrupulo careret, si cõtextui inesset negatiua, & in Græco dum dicitur, ὁ ἀλλότριος ποστοῦμος, scribatur ὁ ἀλλότριος. Suprà dixerat, posthumo alieno nihil olim relinqui potuisse: hic dicitur, posthumo autem non alieno, id est, suo, poterat, dum tamen ex ea natus sit, quæ vxor esse possit. Verum quia antiquus codex, quem habeo, vulgari lectioni consentit, nihil decernere ausim.

a inst. de bo. pos. in prin.
b §. posthumo. inst. de leg.
c l. penul. de leg. j.
d l. Gallus. de li. & posth.
e l. mariti. §. fi. de adul.
f argu. l. extraneũ. C. de hære.

CAPVT II.

Quid Oenomeli à Mulso differat, defensus Vlpianus: quid sit condîtum Palladæ in Epigram. quid pocula Acheloia, Vergilij locus.

VLPIANVS lib. xxv. ad Sabin. [g] legato vino omne contineri dixit, quod ex vinea natum est: factitiũ verò non contineri, vt Zythum, Camum, Ceruisiam: quas voces lib. Prætermissorum declaraui. Subiicit, nec hydromeli: quid si condîtum sit? & respondet, nec hoc puto, nisi alia mens sit testatoris. œnomeli planè, id est, vinum dulcissimum, continebitur. Existimant aliqui [h] vel mendosum hunc esse locum, vel ignorantiæ reum esse Vlpia. qui cùm scripsisset, legato vini mulsum non contineri, nunc œnomeli dixerit contineri: cùm tamen Dioscoridi & cæteris Græcis οἰνόμελι sit, quod Plinio & Latinis mulsum. Ego duplex œnomellis genus apud Dioscoridem legi, alterum ex vino austero, & vetere, quod propriè sit mulsum: alterum ex musto dulci, quod tempore vindemiæ conficitur, sexta parte mellis addita, quod dulce permanet: & id arbitror œnomeli Vlpiano speciali voce dictum. Qui collectanea de re rustica Græcè scripsit, & Constantino Cæsari dicauit, œnomeli hoc decima tantum mellis parte musto iniecta confici tradit, vt meritò nomen vini non perdat. Videtur Marcellus Dioscoridis interpres in deprauatum codicem incidisse, qui hoc mulsum ex sestariis duobus musti, & vno mellis fieri ait, cùm tamen Aldina editio habeat ξε γ'. πρὸς ξε α μέλιτος μιγνυμένου. Sanè vnde vinũ dicatur non vna est opinio, & Græci ab Oeneo Aetoliæ rege οἶνον dictum ferè consentiunt. vnde Nicander, οἰνεὺς δ' ἐν κοίλοισιν ἀποθλίψας δεπάεσσιν οἶνον ἔκλησε. Sic & Menalippides Milesius, ὦ δέσποτ' οἶνον οἰνέως. Contrà Hecatæus Oneum ipsum à vino dictum putat, seu à vitibus, quia antiqui vites οἴνας vocabant, vt est apud Athenæum lib. ij. Iul. Hyginus [i], Liberum patrem ab Oeneo hospitio susceptum, tradit cum eius vxore concubuisse, Oeneoque xenij nomine vitem dedisse, & plantandi artem docuisse, vtque fructus ab eius nomine οἶνος diceretur mandasse. Idem subiicit, in Aetolia primũ aqua Acheloi fluminis dilutum vinum fuisse ab eo, qui deinde Cerasus nomine dictus sit, quoniam κεράσαι significat misceo: vt meritò Vergi. j. Georgicorum ad suprascriptas fabulas alludens scripserit:

Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis.

Sanè quod Vlpianus hydromeli condîtum ab alio separat, videtur inueteratum illud intelligere, sicut hydromeli simplex, quod est recens, & μελίκρατον Græcis dicitur quasi mel aqua temperatum, seu vt L. Columella vocat, dulcis aqua,

g l. si quis vinũ. de tritic. vino & oleo leg.
h Lazar. Bayfius.
i c. cxix. cclxxiiij.

ἀπὸ τοῦ κιρνᾶσθαι, quod, vt dixi, miscere significat: non vt quidam [a] putant, à κράτος, quod est, robur. Sed de hoc plura Plinius libro xiiij. capite xvij. & xxj. capi. xxiiij. qui melicraton aquam mulsam, hydromeli condîtum, videtur ex aqua & melle vinum appellare. De hoc condîto arbitror intellexisse Palladam Græcum poetam epigram. lib. j. εἰς ἰατρὸν, iis carminibus:

a Calepin.

Κονδῖτόν μοι δέξαι τὸ δ' ἢ κονδῖτον πόθεν ἴσχει
τοὔνομα; δὲ φωνῆς ἐστὶ γὰρ ἀλλοτρίου.
σκεύασον ἔν μοι τοῦτο, τὸ γὰρ κατέχον με νόσημα
τοῦ στομάχου, χρῄζειν τοῦδε λέγουσι ποτοῦ.

Condîto indigeo, condîti dic agè nomen
Vnde venit, Græcis vox aliena modis.
Hoc mihi amice para, stomachus me detinet ægrum:
Vtilis huic, aiunt, potio talis erit.

Dictio enim illa, ποτοῦ, arguit de hydromelle hoc intelligi, quod simpliciter Condîtum dicebatur, non de quocunque cibo qui cõdiatur, quod Grammatici aliqui [b] crediderunt. Etenim in collectaneis rei rusticæ lib. viij. describitur condîti confectio ex Democriti auctoritate, quæ melle, vino albo, pipereque constat, quæ videtur mihi potius ad intinctus, quàm ad potionem pertinere.

b Plus in Pœn. Plaut.

CAP. III.

Oeconomia quid sit: defensi nostri Doctores, qui Iconomum pronuntiant: & an maior ratio accentus quàm syllabæ sit in Græcis dictionibus quas Latini vsurpant.

ICONOMVS in iure Pontificio, & in Iustinia. nouella Latinè legitur, qui Græcis est οἰκονόμος. significat autem dispensatorem, & qui curam domus habet: vnde nostrates Doctores sic eum vocant, cui res ecclesię gubernanda mãdatur [c], pręsertim ne ea vacante fructus interim dissipentur [d]. hinc Oeconomia rei familiaris ratio. de qua & Xenophontis & Aristotelis liber extat. dicitur & quandoq; hoc nomine ratio ordinis, vt citra confusionem omnia rectè atque ordine consistant: quod non solùm Poetis Comicis obseruatum ostendit Donatus in Andria Terent. super illo carmine, Audiui Archillis: sed etiam Oratoribus valde necessarium est, vt recta dispositione vtantur, & quidque suo loco dicant. Fabi. Quintil. lib. j. ca. xiiij. Oeconomia quoq; in iis diligentior, quàm in plerisque nouorum erit, &c. Cic. ad Att. Si οἰκονομία perturbatior est, tibi assignato, te enim sequor σχεδιάζοντα. quæ vox eo sensu accipitur, atque si quis diceret, Fuit quidẽ Aretino & Alex. & plerisque aliis magna interpretandi subtilitas, verum œconomia nulla. Vitium id ἀταξίαν quoque Græci vocant, valde in scriptoribus dãnandum. Cęterùm nostros Doctor. irrident Grãmatici, quòd Iconomos dicant, & non Oeconomos, vt ratio potius videtur suadere. Quibus ego respondeo, adhuc satis constitutum nõ esse, Græcas dictiones quas nos Latini accepimus, secundum pronuntiationem græcanicam, an potius secundum rationem proferamus. Ambrosius in hymnis, Hieronymus, alij eius temporis, vbique Paraclitum dixere, & media correpta pronuntiauêre, non Paracletum, id est, cõsolatorem: qua ratione & syllabas ad pronuntiationis rationem vitiârunt. vnde Idolum Sedulius & Prudentius corripiunt, Trigonum Ausonius, Heraclitum Sidonius, Axioma Martianus Capella, Serapin quandoque Martialis. sic vulgò Iacobum, Agapitum, Theodorum, Isidorum, idque genus similia corripimus, non secundum rationem, sed secundum accentum, atque pronuntiationis vsum. sic è contrario Sidonius & Politianus penultimam in Euripide produxerunt: idemque Sidonius & Maximia-
A nus in Socrate, maiorem pronũtiationis quàm syllabæ rationem ducentes. Itaque æquo animo viti litigatores isti Iureconsultos hac in voce græcissantes ferant, vel suos damnent auctores, qui aliquantò grauius, etiam aduersus syllabarum rationem deliquerunt.

c l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccles.
d c. cum vos. de offi. ord.

CAP. IIII.

Quanta veterum licentia sit in corripiendis vocibus productis, alicuius literæ elisione: Plauti carmina
B *explicata, aliorumq́; poetarum, maximè Ennij apud Ciceronem lib. j. de Offic.*

SVPELLECTILEM dici, ex Labeonis & Celsi sententia aliàs docui, quòd olim iis qui in legationem proficiscerentur, locari solerent quę sub pellibus vsui forent [e]. Sed hanc etymologiã nuperrimè aliquis tali ratione improbauit. Si ve-
C rum, inquit, esset quòd supellex, quasi suppellex diceretur, primam syllabam producere deberemus, cùm tamen constet grauissimis auctoribus corripi. Persius:

e l. Labeo. de sup. pel. lega.

Tecum habita, vt noris quàm sit tibi curta suppellex.

Sed certè id argumentum haud tam efficax est, vt grauissimorum Iurisconsultorum auctoritas magis me non moueat: etenim certum est, præpositionem hanc Sub, naturaliter corripi, quæ adiecta alteri dictioni, b litera summota,
D seruat nihilominus naturam suam, sicut & Obmitto: quo exemplo Horatius in eo primam corripuit,

——Et præsens in tempus omittat.

Sic Curule, sic grabatum primam corripiũt. Sic Ennius in carmine quod M. Cicero lib. j. Officiorum adducit:

O domus Anci quàm dispari domino dominaris.

Sublato enim sibilo, primam in Dispari corripuit. Sic Plautus in Trinum. quadratũ hoc bra-
E chycata lecticum posuit carmen:

Atque erit si nactus proinde vt corde amantes sunt cati.

Posuit Cati, pro Capti: vt sublato p, syllaba efficeretur breuis, quod ratio carminis exposcebat: quam licentiam in suo quoq; tumulo, quod tribus longis versibus fecit, videtur vsurpasse:

Postquam est morte catus plautus, comœdia luget,
Et scæna est deserta: dein risusq;, iocusq;,
Et numeri innumeri simul omnes collacrymarunt.

F Idem in Persa:

Qui sibi parentes fuerint, vnde subruta est.

pro subrupta, est enim trimeter versus. Græcis verò poetis fit id frequentius, quorum exemplo Martialis secundam in Smaragdo corripuit. Sic & daphne, progne, cygnus, zacynthus, quandoque primam corripere credi possunt. Homerus vel in primo carmine πληϊάδων ἀχλὺς, sublato λάμβδα secundam in Achille breuem fecit. Idẽ ἀλλ' ἐπὶ λῖνον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω, primam in dactylo corripuit, exempto in pronuntiatione κάππα, & alibi ἀδροτῆτα, pro ἀνδροτῆτα dixit. sic Oppianus

pianus μόλυβος pro μόλυβδος. Hesiodus in scuto Herculis vbique de Electryone literam abiicit, eadem ratione:

αὐτῇ γὰρ νυκτὶ τανυσφύρου Ἠλεκτρυῶνος.

Latini parciùs videntur hac licentia vsi, quòd quædam barbarismi species sit: nisi quòd vetustissimi, præsertim Comici poetæ frequentius vsurparunt, maximè vbi duæ vocales concurrunt, vnde Mei, & Tui, apud Plaut. monosyllaba sunt: Mei te rogandi, & Tui respondendi mihi. Sic Horat. Plus aptaque remis, pro palus: etenim vs, producitur naturaliter. sic Praxilla:

ἀλλὰ τὸν ὕποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

Theocritus in epigrammatis,

Καὶ σὲ τὸν ὀλίγον θεῶν μακάρων ἀναβάς.

Vtrobique τὸν ἢ θεῶν monosyllaba esse ratio carminis indicat, & Eustathius attestatur. Sic & ἐν συλλογῇ τοῦ οἴνου ἐλεγειῶν.

ὄλβιόν μοι † πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν.

† In quibusdam exempl. μὴ negatiuè legitur.

Plenæ sunt Plautinæ fabulæ huiusmodi concisis, atque synæresibus, syncopatisque vocibus, quod & in pronũtiatione obseruatum ostendit. Aul. Gellius lib. ij. cap. xvij. Sed quod ad defensionem Labeonis & Celsi attinet, hæc satis sunt & super.

CAP. V.

Defensus Caius I. C. in etymo arrogationis, & Erasmus in dicteriis Diogenis Cynici.

FVIT id iuris receptissimi, vt qui ciuis Romanus sui iuris esset, non nisi lege lata, aut ciuitate priuari, aut in alterius potestatem transire posset: quod suprà libro primo à nobis latius traditum est: hincque qui sui iuris fuisset, ab altero adoptari non poterat, nisi per populi rogationem id factum esset, vnde adoptionis illud genus arrogationis nomẽ meruit, cuius rei auctor est Aul. Gellius lib. v. cap. xix. Caius verò Iuriscõsultus aliter sensisse videtur [a]: qui idcirco sic dictam scripsit, quia is, qui adoptatur, rogatur, an velit illum sibi iustum filium: & adoptiuus, an velit eum sibi parrem esse: quæ sententia nõ adeò probabilis, sicut Gelliana est, suntque qui hac in re errasse Caium asseuerent. Ego arbitror hanc etymologiam Caium excogitasse, quæ tempori suo conueniebat, quòd vetus ille mos rogationum iandiu abusque Tiberij Imperatoris tempore exoleuerat. Solent autem prudentes viri etiam à præscriptis, certisque formulis recedere, vt se tempori accommodent, quod Græci vocant καιρῷ δουλεύειν. Sic videmus Marsilium Ficinum Philosophum & doctũ & grauem, cùm dialogum Platonis, qui Charmides inscribitur, in latinum sermonem transferret, quædam omisisse, quæ Græcæ licentiæ & Platonis sęculo vtcunque tolerari poterant. Christianis verò auribus hodie obscœniora videbantur, quàm vt ab eo describi deberent. Sic Georgius Trapezuntius non pauca & ipse in Eusebij lib. περὶ εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς reliquit intacta, quæ latinis auribus irreligiosa existimari poterant. Nuperrimè Erasmus Roterodamus apophthegmata quædam Diogenis Cynici latinè edidit, ex quib. aliqua obscœna in alium sensum vertit, non imperitia, vt videtur, sed iudicio: vt cùm χειρουργῶν ἐν τῷ μέσῳ simpliciter dixit, operatus in conspectu omnium: quod audacior aliquis erratum existimabit. Sed verissimum est Catonis oraculum, Alienam disciplinam temerè ne contemnito.

a l. ij. ff. de adop.

CAP. VI.

A *Inuocatio diuina quomodo necessaria sit: cur absentes pro se Deum Præsentem habere dicantur: defensus, declaratusq́; Verg. in Georg. j.*

VETVS est, atque trita nostratibus quæstio, an Tabellionis documentum valeat, quo diuini numinis inuocatio sit omissa? Et receptius est nihilominus valere. licet enim nouella Iustiniani constitutione cautum sit [b], vt instrumentis omnino nomen imperatoris præponatur: non tamen extendendum id videtur ad
B diuinum: siue quia Imperatorium apponitur, vt certius quo anno gesta res sit appareat: siue quia diuinum semper tacitè subintelligitur: cũ quicquid agitur, Deo auctore agatur [c]: & vbi homines non adsunt, ibi dij ipsi, vtpote solitudinis amantes, adesse creduntur. vnde Iustinia [d]. Litigatoris, inquit, absentia, Dei præsentia suppletur. & Diogenes Doctori qui modico theatro paucissimisque discipulis profitebatur, Ma-
C gister, inquit, cum diis multos habes auditores. sic Papinius Statius:

b rub. de oper. no. nunt.
c xxvj. q. v. non liceat.
d l. properandũ §. cum autem. C. de iud.

——Nocte silenti
Cùm superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo.

Veteres tamen ab inuocatione diuini numinis auspicari in operibus solebant: quod Plato in Legibus fecit, & M. Varro in re rustica, vt omittam Aratum ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, Vergilium, & apud Græcos Solonem vel Plutarcho teste in eo cæ-
D teros poetas. Memini cùm puer essem audire Ioannem Laschare plurimis verbis in Pub. Vergilium inuehentem, quòd nimia confusaque inuocatione in Georgicis esset vsus, in eumq; ludere tali disticho:

Pascua & arma parum, multùm tribuêre Maroni
Arua, quòd auspiciis tot colit ille Deum.

Atqui plures etiam inuocauit M. Varro, & cùm de aruorum vitiumque cultu dicturus esset, rectè primum Liberum & Cererem inuocauit, & Li-
E beri comites Satyros, Cereris Dryades, quæ etiam primæ dicuntur mortales docuisse quemadmodum frugibus vesci deberent, & mitioribus epulis saturari: vnde nullus Cereri cultus absque Nymphis exhibebatur, vt Mnaseas Patrensis est auctor. Deinde quia de cura armentorum erat dicturus, primum propter equos Neptunum, propter boues Apollinem Nomium, propter oues Pana aduocauit. tum quia de arboribus quoque præcepta erat traditurus, Mi-
F neruam, propter oleas Osyrin, propter aratra conficienda Syluanum plantantibus fauentem est precatus, & illi teneram ab radice cupressum adsignauit ὑποφραγίλων, stolones significans, qui ab radice arborum tam tenelli velluntur, vt trãsferri tutò possint: maximeque cupressus meminit, quòd illa nec taleis nec ramis plantari, nec decacuminationem ferre valeat: quæ enim Seruius & cæteri comminiscuntur, cum auctoribus pugnant, à quibus proditum est, amatorem Cyparissi Apollinem fuisse, non Syluanum: tametsi

etiam suspecta mihi sit ea fabula, quam de Aristæo tradunt, vt in Cæa insula eum pastoralem vitam egisse credamus, & à Vergilio ceu numen hoc loco inuocatum: mellis quidem inuentionem ei tribuunt, alborum iuuencorum numerum non tribuunt. Colebatur autem Apollo in insula Cæa, in saltu edito inter Corissiā & Pœeessam, vt est apud Strabonem lib. x. Nam & Diō Cocceius lib. lj. histor. scribit, P. Turulium ab Augusto occisum, quòd syluam Apollinij sacrā in insula Cæa nauibus faciendis deuastasset. Quod autem tercentum iuuencos ait, videtur Theocritum imitatus Eidylio xxxij.

Τᾶς δὲ βιννήσειοι ταῦροι σωμᾶμ' ὅθι χέοντο
λευγμαργοῖθ' ἴλικές τε.

Nisi hunc numerum pro magno positum simpliciter dicamus. Catullus:

Quos simul complexa tenet trecentos.

Apollonius lib. Argon. iiij. de bobus Solis loquens, similes candore lacti ait:

—πᾶσαι δ' ἐγ γάλακτι
ἐιδόμεναι χρυσέοισι κεράεσσι κυδιόωσκον.

CAP. VII.

Ceimelium munus quid sit in iure: & emendatus Plautus in Trucul.

CIMILIARCHION quid sit in iure nostro, satis legum ipsarum verbis deprændi potest. Reditus, inquit Iustinianus [a], exigantur & deponantur in æde sacrosancta, vel in cimeliarchio ciuitatis, sub qua possessio sita est. Idem alibi [b]: Necesse est præsentibus tabellariis res signare, & in cimeliarchio ecclesiæ deponere, vt cimeliarchi tamen aliquod detrimentum non sustineant. Sunt autem κειμήλια res pretiosæ repositæ, vt vasa aurea, argentea, & similia, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι. vnde metaphoricῶς & quę corpori apponuntur sic dici possunt. Polibius vexilla ἀκίνητα, quæ in templo Mineruæ Insubres habebant, appellata, est auctor: vnde etiamnū ibi est cimeliarchæ officium: κειμήλια enim vocant Græci ἀκίνητα, quòd inde non amoueantur. in iure Pontificio [c] mandatur Archidiaconis, vt cimelia de diuersis ecclesiis collecta omni fide & solicitudine seruent, & custodiant. Plautus in Trucul. cimelium munus videtur accepisse pro xeniis, quæ puerperis dum in lecto iacent dantur. eius carmina apponere visum fuit, quoniā vulgò corruptissima circunferuntur.

a l. litibus. C. de agr. & con.
b l. fi. C. de bo. auct. iud.
c c. ea quę. de offic. archid.

Non audes aliquod mihi munus dare cimelium?
Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea,
Vbi quippiam me poscis. PH. *At ego vbi abstuli.*
Iam faxo hic aderit, seruolum huc mittam meū, &c.

Videntur hæc dona Græcis γενεθλίδια quoque appellari Leonide Epigramm. libro vj. Terent. Phorm. Geta:

Ferietur alio munere, vbi hera pepererit.

CAP. VIII.

Pœna talionis quomodo hodie sublata sit: itémque quid sit Rhadamanthæum iudicium, diuersa ab Erasmo interpretatione.

TALIONIS pœnam lege xij. tab. inductam fuisse constat, quam tamen iuris prætorij æquitas aliqua ex parte mitigauit: cuius rei apud Gellium lib. xx. cap. j. duplicem rationem adducit Sex. Cæcilius Iurisconsultus in commoditatem rependendæ pœnæ, & retaliationis difficultatem. In lege quoque veteri eam constitui apparet, Exodi xxj. & Deuteronomij xix. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. Pythagoras adeò eam approbauit, vt eius discipuli nihil aliud ius esse diffinirent, quam retaliationem, quod vulgò Rhadamanthæum iu- A dicium dicitur, vt est apud Aristotelem Moraliū Nicomachiorum lib. v. cap. v. de quo elegans extat Hesiodi poetæ carmen:

Εἴ κε πάθοι, τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Lex recta est, cùm quis patitur quæ fecerit ipse.

Cæterùm Aristoteles suprascripto loco hāc sententiam non probat: & iure nostro calumniatores alia pœna puniuntur, siue ad Pontificum decreta [d], siue ad leges ciuiles [e] attendamus: secundum quas hodie omnia iudicia extraordinaria B sunt, ideoque in eis arbitrio iudicis fit condemnatio: alioquin ordinarijs accusationibus pœnam calumniæ esse similitudinem supplicij, interpretes nostri fatentur [f], verumque ego arbitror, cùm de pœna ordinaria, id est, deportatione agitur: licet subiiciant hodie esse consuetudine sublatam [g], ne propter talionis metum absterreantur accusatores, quos publicè interest etiam præmiis allici, alioquin delicta remanerent impunita [h]. Erasmus Rhadamanthæum iu- C dicium de incorruptis & seueris prouerbialiter dici existimat. Sed magis specialis est interpretatio quam ex Arist. adduxi. Plato de legib. xij. solitū finire controuersias Rhadamāthęum ait, iuramento per deos delato: quòd nemo sit adeò impius, qui non putet deos esse. vnde Rhadamanthæum iudicium videtur dici non solùm quod incorruptum est, sed quod confestim & absque mora fertur.

d xiiij. q. j. c. q debet.
e l. iij. ff. ad Turpil.
f l. fi. C. de accu.
g Bar. l. si cui. de accu.
h Felin. capit. super iis. de accu.

D

CAP. IX.

De Doctoribus pecunias scholasticis mutuantibus: & Simonidis, Isocratis, Zeuxidis hac in re exempla.

DAMNANT Pontificij iuris interpretes eos professores, qui scholiasticis pecunias mutuantur vt ad se alliciant [i]: videntur enim quodammodo fœnerari: & tamē, E vt Plaut. ait, Virtute ambire oportet, non fautoribus. Atqui potiùs æquum fuit, vt præceptores suis tali ope ipsi scholastici prosequerentur, quàm eis auferrent. Legimus Masurium Sabinum Iurisconsultum, quòd tenues facultates haberet, ab auditoribus suis sustentatum fuisse [k]. Debent enim magistro suo gratiam discipuli nō verbis tantùm, sed & rebus ipsis [l]: receptumque est, absque vlla noxa licere Doctori pecuniam F pro salario exigere [m], vel etiam collatitia stipe se suosque alere: nec fidem [n] habere scholasticis, diutiusque protrahi, cogendus est præceptor: siquidem vulgò dicitur,

Dum iacet infirmus, medicus sit pignore firmus.

Proditum est, Simonidem poetam gratuita carmina petenti, promittentique gratiam se relaturum, duo scrinia ostendisse, quorum alterum præmiorum erat inscriptum, alterum gratiarū: & cùm iussisset aperiri quod præmiorum erat, plenum inuenisse: quod gratiarum, inane: quo scitè facto importunum illum efflagitatorem propul-

i glo. c. fi. de vsur. vbi Abb.
k l. ij. in fi. de orig. iu.
l l. Aquilius. de dona.
m gl. xxxviij. distin. cap. de quibusdam.
n Spec. tit. de salar. in fi.

propulsauit, vt Theocriti interpretes tradiderunt: Isocrates, vt est apud Plutarch. cùm Ephorum Cumanum ceu emansorem iterum in scholam recepisset, à patre eius Demophilo duplicē mercedem exegit: & ludens, eum δίφρον vocabat: sic enim Græcè nō solùm currus appellatur, sed etiam qui duplum fert, quasi διφόρον. Traditū est Zeux in celeberrimi nominis pictorem Helenę imaginem nemini ostendere solitum, nisi qui argentum numerasset: indeq; vulgò ab Heracleotis dictum, Zeuxidis Helenam meretricari.

CAP. X.

Lex præmium primo aliquid facienti decernens quomodo intelligēda: quid si duo simul faciant? quid si vnus non solenniter? quid si dolo alterius tardetur?

LEX Castrensis sic scripta est: Qui primus murum ascēderit, tale pręmium habeto. duo simul ascenderunt, vtri præmium debebitur? & ex vi verborum neutri debere Bar. censuit [a]: alter enim alteri impedimento est [b], & inter pares nulla potest esse victoria [c]: quod certum est: cùm constat legislatorem vni tantum dari voluisse: vt quia pro præmio assignet talem equum, nec enim huiusmodi species multiplicationem recipit: alioquin ex sententia legis, inquit Bar. aliud est. Sed diuidetúrne, an quilibet habebit solidum? & si præmium diuisionem C recipiat, promptius est vt diuidi dicamus [d]: si nō recipiat, vt quilibet solidum habeat [e]. Cæterùm non absimilis est quæstio apud Pindarum in Olympiis, Ode vij. cùm Minerua de capite Iouis nata esset, prædixit Hyperionides, fore vt maximum commodum hi consequerētur, qui primi deæ aram illustrem condidissent, & verendū sacrum facerent. Rhodij confestim in arce aram erexerunt, sacrificaruntque, sed non solenniter, vtpote obliti afferre ignem: at Atheniēses deinde ipsi iusta omnia peregerunt: traditum est, diuisisse deos munus, & Rhodiis artes mechanicas, Atheniensibus studia sapientiæ concessisse. Nec ab iis dissidet quod lib. j. T. Liuius scribit: Ceciner[illegible] ates, cuius ciuitatis bouem magnitudine & specie mirandam ciues Dianę immolassent, ibi fore imperium. Id carmen peruenerat an antistitem fani Dianæ: Sabinus vt primum apta dies sacrificio est visa, bouem Romam actā deducit ad fanum Dianæ, & ante aram statuit: ibi Antistes Romanus, cùm eum magnitudo victimæ celebrata fama mouisset, memor respōsi Sabinum ita alloquitur: Quid nam tu hospes, inquit paras incestum sacrificium Dianę facere? quin tu antè viuo perfunderis flumine? infima valle perfluit Tyberis. Religione tactus hospes, qui omnia, vt prodigio responderet euentus, cuperet ritè facta, ex templo descendit ad Tyberim: interea Romanus immolat Dianæ bouem, &c. quo exemplo apparet, diis litare etiam qui dolo faciunt, dum tamen dolus malus non sit.

a l. si fuerit. de reb. dub.
b l. inuicem. de hær. inst.
c l. si reus. de duobus reis. Bal. j. const. Digestorum.
d l. iij. §. si duobus. de adi. leg.
e l. semper. §. negotiatores. de iur. immun.

CAP. XI.

Supplicationes, quæ vulgò Litaniæ dicuntur, vnde sumpserint originem: quæ sint Paleutriæ aues, & seruus Paleutreio apud Plautum Milit.

CONCILIO Aurelianensi decretum est, rogationes, id est, Litanias ante ascensionem Domini triduo celebrari, ieiuniumque indici: idq; hodie vbique receptum est [f]: vulgoque existimant, id aduersus pestilitatem institutum esse: alij aduersus imminentes hostes Deum implorari. Cæterùm ego apud Greg. Turon. historiæ lib. ij. cap. xxxiiij. longè aliter rem se habere deprændi. Is ex Auiti homilia refert, à Mamerco Viennensi episcopo primùm institutas ad expianda prodigia fuisse, cùm terra mouisset, cùm lupi, alięque feræ per vrbes oberrarent, damnoque & terrori mortalibus essent: cuius rei dispersa per prouin- A cias fama, cæteros antistites inuitauit, vt exemplum sequerentur: adeò vt in Italia quoque religiose celebrentur, Letaniæque vulgò vocentur corrupta voce, cùm Litaniæ dici deberent, etenim apud Græcos λιτανεύειν est supplicare: vnde Litanus seruus in Asinaria Plauti, qui in mendosis codicibus est Libanus: sicut apud eundem in Milite Palestrio, cùm legēdum sit Paleutrio, nomen veteratori impostorique seruo conueniens. vnde & παλεύτριαι, quasi allectatrices aues B Aristoteli lib. de historia animalium ix. turtures, vel columbæ, quæ aluntur ut alias alliciant, & aucupes ad congeneres capiendas adiuuent: quod & in coturnicibus fieri consueuit, itemque anatibus, de quibus (est enim aucupij genus valde iucundum) nos quandoque sic carmine lusimus:

f de consec. distin. iij. rogationes. vbi Archid.

Altilis allectator anas, & cærula pennas
Assueta ad dominos ire redire suos:
Congeneres cernens volitare per aera turmas,
Garrit, in illarum se recipitq; gregem,
Incautas donec prætensa in retia ducat.
Obstrepitant aliæ, conscia at ipsa silet.
Perfida fraudatrix cognati sanguinę ales,
Officiosa alijs, insidiosa suis.

CAP. XII.

D *Confestim post primi viri mortem nupta matre, filium nono mense natum præsumi primi mariti, imò secundi, imò vtriusque, imò neutrius.*

ARDVA est, & vulgaris apud nostrates quæstio, Si mulier mortuo marito ad secundas nuptias transierit, & intra nonum mensem pepererit, qui inde natus erit infans, cuius filius præsumitur? Variarumque hac in re E multis sententiis est. I. Aliqui enim celeri prioris mariti filium existimarunt. cùm enim iure nostro nuptiæ intra annum luctus vetitæ sint propter sanguinis turbationem [g], capienda est præsumptio filio fauorabilior, vt ex nuptiis concessis, id est, primo matrimonio censeatur natus [h]. Quæ ratio hodie iure canonico nō procederet, quo permissum est mulieri, etiam intra annum luctus nubere [i]. Sed fortè lex canonica ad hunc casum trahenda non est, cùm suboriri ambigui- F tas fœtus potest. Scribit lib. xlviij. Dion, consultos à diuo Augusto pontifices, an Liuia cōcepto, necdum edito partu, ritè sibi posset nubere? respondisse, vtique posse: cùm constaret, ex primo viro iam esse prægnantem: alioquin si id ipsum dubium esset, non posse. II. Alij secundi viri potius præsumi censuerunt, vt Bald. Imola, Cato, Saccus, Lancel. in cuius domo vicinis scientibus sit natus, ideoque in huius iuris quasi possessione constitutus [k]: & quia huic secundo imputandum est, qui nimis properè vxorem hāc

g l. liberorum. §. j. de infa.
h Bald. l. si matre. C. de suis & legit.
i c. fi. extra de sec. nup.
k l. Gallus. in prin. l. filium. de iis qui sunt sui.

duxit. Addo ego, & qui in colendo agro diutius perseuerauit: nam & verisimile est, eum qui adeò festinauit, vel viuente primo viro aliquid delibasse [a]. Augusto certè id vulgò obiectū fuit, vt scribit Dion: adeò vt versiculus Græcus in prouerbium transiret,

a extra de coqui duxit in matr.

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Sunt diuitibus etiam trimestres liberi.

quod & Tranq. tradit. quæ sententia adiuuari eo colore posset, si testamento primi mariti is filius præteritus esset, tanquam fauor testamenti
III. sustinendi hoc suadeat [b]. Angelus propter incertitudinem ad vtriusque hęreditatem admittendum existimat, tanquam vtriusque censeatur filius: sicut & seruus quandoque duorum dominorum insolidum fuisse iuris commēto intelligitur [c]. quam sententiam ceu somnium quoddā irridet Alexander. Ego tamen eam placuisse Azoni reperio [d], tanquam magna æquitate fulciatur: & mihi videtur vno casu probabilis, cùm scilicet vtriusque hæreditatem filius ille possideret: potest enim aduersus diuersos actores contrariis exceptionibus vti [e], & quod Accursius ait, mantellum vertere [f]. quę sententia Are-
IIII. tini quoque fuit, & Lanceloti. Ceterū Ruin. & Salomonius non vtriusque hæreditatem, sed alterius tentum ei concedendam crediderunt, vt eius sit electio: fauorabilior enim hæc est ipsi partui sententia, licet iure nostro non sat proba-
V. bilis sit. Sicut nec illa quorundam veterum, qui propter tantam dubietatem diuidi hasce hęreditates, & vtriusque dimidium huic dari cen-
VI. suerunt [g]. Sed certè verior, receptiorque, & magis consentanea regulis iuris est illa sententia, vt propter incertitudinem hic filius neutrā hæreditatem habeat [h], quam & plerique veterū approbauerunt, Ioan. Pyleus, Barnerius, Barth. Brix. Old. Alberic. Bal. Ang. par enim est vtriusque mariti respectu præsumptio, & inter pares nulla est victoria [i]. Quod intelligendum, nisi aliquæ coniecturæ in alteram partem vrgeant, qualis illa quam suprà dixi, cùm filius possidet: etenim commodum possessionis magnum est, facitque vt pro eo præsumatur. Efficacior tamen mihi videtur illa, quæ ex lineamentis oris paterni assumitur: quandoquidem vt ait Phocylides,

b l. ex facto. §. pe. ad Treb.
c l. duo socij. de hęr. instit.
d l. qui duos. de reb. dubiis. Alb. rub. C. ad Orfic.
e l. nemo. de except.
f l. Pupilli. §. sed nec impuberis. de inoff. test.
g l. si paterfa. de hęr. insti.
h l. si fuerit. de reb. dub. l. iij. §. si duobus. de adi. lega. glo. c. ij. de præsump.
i l. cum enim. de stip. ser. l. qui soluendo. l. seq. de hær. instituend.

Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.

Non gignunt similes stuprata cubilia natos.

Nec me mouet Iac. Butrig. argumentum, qui adulterinos maximè similes esse maritis autumat, quia similitudo ex cogitatione mulieris oritur, quam solicitari de aduentu mariti eo potissimum tempore sit credendum. Horatius:

Nec metuo ne dum coeo vir rure recurrat.

Mihi haud fit hoc verisimile, in ipsa titillatione veneris de forma mariti cogitare mulierem, maximè Philosophis, Medicis, Poetis, atque ipsa rerum experientia reclamante, vt est apud Plutarchum de placitis philosoph. lib. v. apud Galenum libro de semine ij. Scribit Pompo. Trogus lib. hist. xv. Seleucum Asiæ regem anchoram in femore habuisse, quod signum ceu naturalis nota in posteros quoq; eius perseuerauit: ad quod allusisse videtur Ausonius poeta de Antiochia loquens,

—illa Seleucum
Nuncupat, ingenitis cui fuit anchora signum.

licet carmen illud corruptum vulgò circunferatur. Est probabilis illa coniectura, quæ ex affertione matris prouenit [k], quoties aduersus eam nulla est suspicio, non iræ, non odij, non adulterij [l]: alioquin lex frustra eam excusaret, duntaxat cùm mariti iram atque sęuitiam timeret [m]. Memini cùm Auenione profiterer, fuisse quandam mulierem, quæ subtilius cogitauerit quàm pontificij nostri Doctores potuerint inuenire: habebat plures liberos, quibus cùm moribunda in lecto esset accersitis, Filij, inquit, mei, prius-
A quam hac ex vita migrem, ne animæ meæ iacturam patiar, sum vobis quiddam relatura: vnus vestrûm est mihi non ex marito conceptus, qui rem mariti iniustè possidet: eum vobis nuncupabo, nisi vos nolueritis. Tum filij, cùm quilibet de se metueret, Quin, inquiunt, mater ab hoc onere nos te absoluimus, & mutuò nos liberamus. quam cautelam ad librum Cepollæ addendam censeo, vnà cùm Gręco hoc vetustissimo poetæ disticho:

k l. ea...
l l. pen. de ...
m c. offic. pœnit.

B

ὅς τις καθ' ἑτέρου δόλια μηχανεύεται,
αὐτῷ λέληθε τὸ κακὸν ἀρχιτεκτονῶν.

Quicunque in alium fabricat cautos dolos,
Sibi inscius magnum malum ille fabricat.

CAP. XIII.

Qui fuerint Hippocentauri: tum Chiron & Eurycion, & Diogenis scomma explicatum, elegansq; Zeuxidis exemplum.

C

CELSVS ait [n], *Si ita stipulatus fuero, te sisti. & nisi steteris Hippocentaurum dari: perinde esse, ac si te sisti solummodo stipulatus essem, quia stipulatio pœnalis inutilis est*: nec enim in rerum natura sunt Hippocētauri, nisi picti. vnde & Cicero de natura deorum, & alij veteres, quoties imaginarij corporis nomen adducunt, hoc potissimum exemplo vtuntur, quo sensu Porphy-
D rius Chimæram Tragelaphumque vsurpat. Inuehitur Cl. Galenus lib. de vsu partium iij. in Pindarum, qui finxerit ex hominibus & Magnesiis equis nasci potuisse Hippocentauros, qui inferna parte matri, superna verò patri similes, ideoque ferocissimi essent: etenim id impossibile est. Lupi, canes, vulpes quandoque per venerem simul commiscentur, & pariunt Vulpicanes & Lyciscos: sed ex homine prægnantem reddi equum impossibile est. Veritas habet,
E Thessalos equites fuisse perniciosissimos bellatores, vnde illis nomen, quòd equos per summa montium iuga stimularent: sicque poetis & pictoribus data est materia confingendi eos corpore equino, sed superiore parte homines fuisse, & nube genitos: qua de re aqud Palæphatū. Celebres inter Centauros fuere Chiron & Eurycion: significat autem Gręcè χείρων deteriorem, Eurycion latè incedentem: vnde iocus Diogenis apud Laertium, formoso adolescenti ad cō-
F uiuium accedenti dixit, Chiron, id est, deterior reuertêris: cumque ille rediisset, & Diogeni dixisset, reuersus quidem sum, & non Chiron: respondit, non Chiron, sed Eurycion. χείρων μὲν οὐκ, εὐρυτίων δ'. quo sensu Aristophanes in Nubibus dixit εὐρύπρωκτος, qui locus malè translatus vulgò legitur, quòd interpretes Ambrosius & Erasmus incidisse in deprauatos codices videantur. Cæterùm in Græcis auctoribus annotaui, à Chirone Centauro Achillem aliosque regū filios eruditos fuisse fingi, quòd soleant Doctores cōsultoresque

n l. si ita stipulatus. de verb. obl.

principum, natura quidem feri esse, & promptum ad asperiora ingenium habere, humanitatem verò in speciem tantum præ se ferre. extat apud Lucianum, dialogo qui Zeuxis inscribitur, non iniucūda fabella. Pinxerat Zeuxis plures Hippocentauros, matrem, infantes, maritum, idque summa arte atq; diligentia, sperabatque maximam inde laudem se assequuturum, itaque publicè tabulam exhibuit: at spectatores imperiti solam picturæ nouitatem admirabantur, prædicabantque: tum ille puero, Age ô Miccion, inuolutam picturam atque sublatam domum auferto, etenim isti minimè laudanda celebrant, eorū quæ summa arte fabricata sunt, nullam rationem habentes. Quod & mihi sæpissimè contigit aduersus eos, qui solam dictionem in lucubrationibus meis extollebant, œconomiam, copiam, perspicacitatem non intelligentes, aut intelligere malignè dissimulantes.

CAP. XIIII.

Quemadmodum numerandæ sint sententiæ atque coniungendæ, vt communem opinionem conficiant.

IN consiliis publicis cæterisque actionibus humanis quia naturaliter homines dissentiunt, & quot capita, tot sunt sententiæ, constitutum fuit, vt quod plures statuissent, obseruaretur: & licet quandoque, vt T. Liuius scribit, maior pars meliore vincat, tamen aliud fieri non potuit, nec aliud remediū discordiis atque dissensionibus adhiberi. Cæterùm dubitatio quoque & perplexitas plerunque exoritur, quemadmodum numerandæ sint sententię: & cùm diuersitas in summa est, non est difficilis resolutio. Finge ex tribus iudicibus vnum in quinque, alterum in decem, tertium in quindecim condemnasse, censebuntur omnes in minore summa consensisse [a], cogeturque reus quinque præstare, à qua sententia nec Aristoteles li. Politic. in ij. cap. vj. dissentit. Quòd si duo in decem expressim consenserint, nihil impediet tertius, qui quinque tantum dari iusserit [b]. Sed cùm discordia est in qualitate rei, tunc huiusmodi interpretatio fieri non potest. Pone ergo, duo iudices reum infamia notant, duo in exilium mittunt, tres summo supplicio afficiendum decernunt, quæ sententia obseruabitur? Et videretur coniungi debere duas priores, quæ vitam reseruant. Sed extat Quintiliani rhetoris declamatio CCCLXV. qua ostendit tertiam præualere, quandoquidem duæ prioret expressim non cōcordant: quoniam, inquit ille, si à duabus vinci hanc tertiam dicamus, iam ambæ illæ quæ pares sunt, erunt irritæ: inter pares enim nulla est victoria [c]: nisi dicas tunc mitiorem præualere. C. Cæcilius Plin. Epistol. lib. viij. & ipse hac de re dubitauit, Aristonemque Iurisconsultū consuluit tali in specie. Vna sententia reum liberabat, alia relegabat, tertia gladio feriebat: quærit, an separari relegantes ab occidentibus debeant? pluribusque rationibus concludit, separari debere, cùm aliàs si occidentibus coniungerentur, numero essent absoluentes superaturi. ego illud magis quæsierim, an coniungi liberantibus aduersus occidentes possint? Et secūdum communes regulas videretur nullam istarum sententiarū coniungi debere: sicq; ipse Plinius

a l. idem. §. si plures. de arbitr. in vj.
b c. j. de arb. in vj.
c l. inter pares. de re iudi.

sentit: & in rebus pecuniariis vtique hoc esset seruandum: verùm in publicis iudiciis humaniorem ego interpretationem acciperem, vt fauore humanæ vitæ [d] iungerentur hæ sententiæ, vt tertiam sæuiorem excluderent, & media seruaretur [e]. Verisimileque est, verbis legis id agi, vt primò de maiore discrimine agatur, viuat, vel ne [f]: deinde concessa vita, impunitus an districtus esse debeat, quæ opinio certior esset, si vtra-
A que relegaret, sed diuersas in insulas: nec enim differentia hæc substantiam rei mutare debet [g]. Et quod suprà dixi, putarim etiam obseruandum, cùm Doctorum nostrorum sententias numeramus, ad discernendum quæ cōmunis crebriusque recepta sit opinio.

d arg. l. scientis §. cùm stramenta. ad leg. Aquil.
e argu. l. qui latem. l. Titia. in fi. de au. & arg. lega. l. nuptura. de iure dot.
f l. fi. C. de ord. iud.
g arg. l. vbi autem. de verb. obligat.

CAP. XV.

B *De natura Conditionalis, an in vim Causatiuæ sustineatur: & de Diagora Melio quædam non iniucunda.*

CONDITIONALEM pro causaliponi sępissimè Doctores nostri tradiderunt, ideoque particulam Si, quandoque interpretatur pro Quia: quod & aliqui Grammaticorum docuerunt. Verùm memini fuisse virum doctum, qui contrarium disputauerit, huiusmodiq; Ac-
C cursianas interpretationes pluribus verbis sit insectatus. Summa rationum ipsius hæc erat, vt Si, semper conditionem significet, & ideo ad casus incertos referatur. cæterùm quia conditionum variæ sunt species, & quædam præteritum tempus indicant, quod sui natura certum est, nō tamen ideo vitiari conditionis vim, cùm satis sit à dicente prolatam, tanquam res sibi incerta sit, etiam si alioquin esset notissima. Traditur à Græcis auctoribus Diagoram Melium, cùm scri-
D psisset, Si deus est, oportet eum summè bonum esse, & malos punire, de ciuitate eiectum esse, quòd de Deo dubitaret: quod & in Protagoram statuisse Athenienses Cicero & Laertius prodiderunt. Defendissent eum nostri Doctores, si cōditionalem pro causatiua accipiendam contendissent. Sanè Diagoras hic cùm prius religiosus fuisset, postquam pecunias, quas fidei amici crediderat, amissas, abnegatumq; sibi fuisse depositum vidit, & nihilominus eum rem bene felici-
E terque agere, diis inimicus factus est, adeò vt θεόμαχος diceretur, hominesq; solicitaret vt diis aduersarentur. Is cùm in diuersorio esset, nullaq; adessent coquendis lenticulis ligna, Herculis simulacrum, quod tum fortè aderat, igni subiecit, Tertiumdecimum, inquiens, laborem nunc perfice, & Diagorę athei lentē coque. vnde argumētū sumpsisse Vergilium Catalectis verisimile est:

Sed frigus metuo, & vereor ne ligneus ignem,
Hic deus ignarus præbeat agricolis.

F Extat & Gręcè aliud Palladæ iis verbis:

Τὸν Διὸς ἐν βίβλοισιν ἐθαύμασα χάλκεον υἷα
Τὸν πρὶν ἐν εὐχωλαῖς νῦν παραριπτόμενον.
ἐχθήσας δ' ἄρ' ἔειπον, ἀλεξίκακε τρισέληνε
μηδέποτ' ἡττηθεὶς σήμερον ἐξετάθης.
νυκτὶ δὲ μειδιόων με θεὸς προσέειπε παραστάς,
καιρῷ δουλεύειν καὶ θεὸς ὢν ἔμαθον.

Herculis in triuio statua ærea capta iacebat,
Quæ quondam ante aras, tunc erat ante fimum.
Heu trinoctigena, propulsatorq; malorum,
Nunquam aliàs victus, nunc malè stratus agis.

Dixi, adstans noctu & ridens mihi rettulit ille,
Hîc seruire deus temporibus didici.

Sanè libet hîc in Grammaticorum gratiam ex L. Victoris obseruationum libris illud adiicere: Quatuor, inquit ille, sunt coniunctiuę, i terminatæ, quibus sequente vocali, n adiici potest: Alioqui, cęteroqui, atqui, si. vnde Terentius, Sin eueniat modò: pro, Si eueniat. & Cicero ad Att. Tu modò si es Romæ (vix enim puto) sin es, hoc vehementer aduertas velim.

CAP. XVI.

Quibus casibus apud veteres mutarentur nomina: & quid sit Vespertilio in iure: tum quædam de tribubus populi Romani, & præsertim Oufentina, quæ & Vofentina dicta est.

CONSTITVTIO extat Diocletiani & Maximiani Impp. qua vnicuique permittitur, vt sibi mutare arbitratu suo nomen possit, dum tamen citra alicuius fraudem id faciat, & seruilis conditionis non sit[a]. Solebāt autem veteres variis ex causis nomina mutare, quarum aliquas in iure nostro expressas habemus.

I. Et in primis illa frequentissima est, cùm quis adoptione in alterius potestatem transit: assumit enim patris arrogatoris nomen, & familiā.

II. Alia est, cùm quis seruus mittitur manu: incipit enim patroni manumissoris ferre nomen: quòd alibi à nobis declaratum, hîc repetendum

III. non existimamus. Alia erat, cùm quis testamento hæres scriptus, nomen testatoris ferre iubebatur: si enim honestum id nomen fuisset, omnino ferre id hæres debuit: alioquin si inhostum esset, remittitur talis conditio à prætore[b]: vtputa, si Vespertilionis nomen ferre grauatus sit, vt Accur. ait. sunt Vespertiliones appellati, qui metu creditorum latitant, & non nisi noctu per ciuitatem oberrant. Artemidorus lib. iij. indicat & sic fures atq; adulteros appellari posse, quoniam vt ait Catull. luce latent fures. Plautus in Truc. tenebricolas hosce vocat, Nonius Mar. ex M. Varronis auctoritate videtur sic eos appellasse, qui dubiæ sunt fidei: quia vespertilio nec inter mures sit, nec inter volucres, auersāturque eam aues tanquam quadrupedem, & quadrupedes tanquam volucrē. Interpres Aristoph. in Nubibus, Chærephonti Socratico inditum Nycteridis, id est, vespertilionis nomen scribit, quia atro colore esset, & tenuissimam vocē haberet. competet ergo id nomen aduersus fuscos quoque & voculas. Basilius Hexameron ad philosophos id trahit, qui hebetibus oculis cœlestia contemplantur, cæcutientes in rebus seriis: quòd animal id interdiu parum videat. In stipulatione euictionis, qua iubet prætor[c] caueri, seruum venditum furem non esse, vespertilionem non esse: aliàs censui decoctorem, aut rationum conturbatorem intelligendum: etenim seruis peculium plerunque cōcedebatur, in quo fraudare creditores poterant[d]: vt parum me moueant, quæ alioqui[e] aduersus hanc sententiam nuperrimè scripserunt. Videntur & mulieres,

IIII. quæ meretricium quæstum inciperent, nomen mutare consueuisse. Plautus Pœnulo:

Nanque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentq; indignum genere quæstum corpore.

a l. j. C. de mutat. nom.
b l. facta. §. si verò nominis. ad Trebel.
c l. si ita quis. de euict.
d l. j. de instit. & Insti. quod cum eo qui in alie. pot.
e Erasmus.

Corn. Tacitus lib. ij. Vestilia, inquit, prætoria familia genita, licentiam stupri apud ędiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersus impudicas in ipsa professione flagitij credebant. Arbitror itaque solitas in professione atque artis tyrocinio nomen sibi mutare: quod & fortè Iuuenalis sentit cum de Messalina scripsit:

—Titulum mentita Lyciscæ. Et Martialis xj.

Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ.

Cæterum & peregrini, qui ad ius ciuitatis Ro- V.
manæ admittebantur, nomen Romanum assumebant, & eius potissimum, in cuius clientelā se tradebant, vel cuius opera ciuitate donati essent: vt Caburus Gallus apud Cæs. in commen. quia à C. Valerio Flacco ius illud habuerat, C. Valerius Caburus dictus est. sic Philoxenus est C. Auianus dictus. sic Megas est P. Cornelius appellatus, vt est apud Cic. Epistola ad Aciliū: quod & multis aliis exemplis ostendi potest, & ab aliis adnotatum est. Solebant autem plerîq; horum in Oufentina tribu nomen dare, quæ (vt Festus scribit) aliis diuersarum ciuitatum viris fuit communicata. Hincque est, quòd in antiquis monumentis vrbium transpadanæ Galliæ vbique hæc nota legitur, OVF. quę Oufentinam tribum significat, vt in tumulo L. Cælij, quod suprà libro v. cap. xvj. retulimus. Sic Mediolani legitur C. Plinius L. F. OVF. Cæcilius. sic Bergomi C. Cornelio C. F. VOF. Miniciano. Describebatur autem ante cognomen ipsa tribus: Cicero Philipp. x. Ser. Sulpitius Q. F. Lemonia Rufus: pro, ex Lemonia tribu. Idem lib. Episto. Cælij: L. Iulius L. F. Pomp. Annalis: pro, ex Pōptina. & ibidem, An. Capito: pro, ex Aniensi. & rursus, Pup. Hirrius: pro, ex Pupinia. Idē in Verrem lib. iiij. C. Claudius C. F. Palatina. Extant huius rei multa exempla, sed hæc satis.

CAP. XVII.

Hecatombœon apud Homerum non centum boues, sed centussem significare, aduersus Pauli Iurisconsulti sententiam: tum plura de Homero Vergilij, Plautique quædam carmina explicata.

FVIT inter Cassianos & Proculianos vetus controuersia, in fine numis venditio esse possit: & vtraq; pars hac in re auctoritate Homeri sententiam suam tutabatur: obtinuitque Proculi opinio, quia carmen illud, χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Aurea pro ęreis, centū boues pro nouem bobus: permutationem significare videtur, non emptionem, vt Paulus tradit[f]. Aut ergo numi interuenerunt, & erit emptio: aut res pro re data est, & cēsebitur permutatio. Argumētabor tamen ego aduersus Paulū hoc modo: Si apud Homerum centum boues accipiamus pro animalibus, vtrique responsio Iuriscōsulti nostri vera erit, & permutatio significabitur. si verò numum intelligamus, cui figura bouis sit insculpta, apparebit haudquaquā verū esse Pauli intellectū. atqui Homeri interpretes vidētur de pecunia intellexisse. Didymus in ij. Iliados sup eo carmine, πάντες ἐϋπλεκέες, ἑκατόμβοιος ἕκαστος. Veteres, inquit, plurimi bouē animal faciebant, adeò vt pecuniam sic signarēt, vt ab vna parte regis insculperetur facies, ab alia bouis effigies: vnde ἑκατόμβοιος centussem significat. Plutarchus in Thesei vita, eum tradit nota bouis signasse pecuniam, vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducem, vel vt ciues ad agriculturam prouocaret: vnde Homerum Hecatombœō dixisse, quod & Iul. Pollux lib. ix. existimauit. Melius itaque suprà scripta quæstio ex legum rationibus, quàm illa Homeri auctoritate finita est: libentissimè tamen veteres quacunque in re eius testimonio sunt vsi. Vergillius in Iuuenilibus:

—Hic dominum toties audire loquentem
Constiti, Homeriacas, edidiciq; notas.

Sic enim est legendum, & vulgati codices emendandi, in quibus, constitui meracas, corruptissimè scriptum est. dixit autem Homeriacas κατὰ πλεονασμὸν, pro Homericas. sic Callimachus apud Strab. lib. xiiij.

Καὶ ξανθὴν Ἰλείαν ὁμηρειακόν τι καλεῦμαι.

Plautus in Trucul. militem inducit, qui Homeri poemata ad mendaces pertinere dicat:

Et Homeronida poetilla de illis memorari potest.
Qui & conuicti & condemnati falsi de pugna sient.

Sunt autem qui illud carmen emendent, Et Homericon epos, & Ilias, &c. verùm fortè seruauit Plautus τὸ πρέπον militis indocti, qui Homeronida poetilla pro Homerico poemate barbare pronuntiaris: sicut & alibi in Mil. glorioso, cùm dixit,

Quem ne ego seruaui in campis cuticulindoniis,
Vbi Bombomachides clunistatides Archides
Erat Imperator summus Neptuni nepos.

Videntur enim verba conficta risus causa, vt frustra Hermolaus Barbarus, & eius poetæ interpretes, se in eorū interpretatione torqueant. Sic & in Pœnulo:

Ita est vt occœpi dicere, hæ penulæ
De illac sunt pugna captæ pentethronica,
Qua sexaginta hominum die vno millia
Euolaticorum manibus occîdi meis.

Pentethronicam pugnam, hominesque euolaticos frustra requiret quisquis poetam illum interpretabitur: captandi risus causa videntur hæc efficta esse, quod sæpissimè aliisque in locis Plautus facit.

f l. j. de contrah. emp.

CAP. XXVIII.

Emendatus Scæuolæ locus, & dictio ἀσυνάπτως *, quid apud eum significet.*

SCÆVOLA lib. xiij. quæstionum[a], Si sic stipulatus sim, inquit, neque per te, neque per hæredem tuum vim fieri: si in persona tua omissa sit stipulatio, poterit rursus ex persona hæredis committi: imò & ex persona tua toties committitur, quoties vim feceris: alioquin si ad vnam tantū vim referretur, & ex persona tua cōmissa esset, amplius ex hæredis persona non committeretur: quod falsum est, quia illa verba, Neque per te, neque per hæredem, per synapheian, id est, coniunctim accipiuntur, vt primo incluso non excludatur secundus: non autem accipiuntur ἀσυνάπτως, id est, coniunctim, vt commissa semel, amplius committi ex persona hæredis nequeat. Verba Scæuolæ sunt, vt si sic volumus factam esse stipulationem, Neque per te, neque per hæredem tuum fieri: vt ad vnam vim primam pertineat. si vim fecerit, amplius ex hæredis facto committi non poterit ἀσυνάπτως, quasi ex ipsius vi tota sit consumpta: quod non est verum. Sic autem legendū esse testimonio est antiquus meus codex. At Doctores nostri dictionem græcam non intelligentes, latinas voces supposuerunt, & pro dictione græca, quam librarij effinxerāt, iudicantes græcam vocem deesse, scripserunt, ergo: & pro asynaptos, si actum sit, sanequam ridiculè. Alij nec græcam quidem vocem, nec aliquid suppositium loco illius habent: sed simpliciter scriptum, ex hæredis facto committi nō poterit: quasi ex ipsius vi, &c. quod admonet Accursius, & Norica editio habet, quæ minus inemendata lectio est: sed ex vestigiis antiquorum librorum apparet verius esse quod ego reposui. Vtitur ea voce & Aristoteles lib. iij. de animalium natura, cap. vij. cuius significationem Iustinianus noster sic expressit in emendatis codicibus[b], Aut, pro Et, accipi, vt videatur copulatiuo modo esse prolata, & magis synapheia, vt & primam personam inducat, & secundam non repellat. ἀσυνάπτως ergo dictio Neque accipietur, si prima persona inducta, excludatur sequens: quod falsum est, vt hîc dicitur: coniunctio enim Neque, disiunctim non accipitur[c], & receptissima est sententia: licet diuus Augustinus in Grāmaticis suis traditionibus aliter senserit, quod alibi à me relatum, confutatumque est[d].

a l. si sic. ff. de verb. oblig.
b l. pen. C. de verb. sig.
c l. si quis ita. eod. tit.
d d. l. sępe ita. de verb. sig.

CAP. XIX.

Coemptiones interimendorum sacrorum causa quæ sint Ciceroni: quid Tutores qui in potestate mulierum sint: & declaratum S. C. pro Fescennia apud Liuium.

NVPERRIME amicus quidam meus à me efflagitauerat, vt tria sibi loca explicarem, quæ à veteribus auctoribus vsurpata ex iure nostro videntur. Dixi pleraque apud Ciceronem esse atque alios eius ętatis scriptores, ex iure ciuili desumpta, quæ tamen intelligi hodie à nobis nequeant: lex enim xij. tabul. eiusque interpretes iam diu aboliti sunt, mutataque sunt omnia post Augusti formulam: deinde postquàm Saluius Iulianus edictum perpetuum diuulgauit, atq; interpretatus est: adeò vt antiqui illius iuris tenuis quædam vmbra ad nos duntaxat peruenerit, solaque nobis coniectura atque diuinatio sit relicta, nihil autem pro certo affirmare possimus. Primum quod petierat, est in oratione Cice. pro Muræna, vbi seruiens causæ suæ Cicero, acerbius quàm par est in Iurisconsultos inuehitur, tanquam verba legum duntaxat tenuerint: æquitatem verò reliquerint: Sacra, inquit, interire veteres noluerūt: horum ingenio senes ad coemptiones faciēdas interimendorum sacrorū causa reperti sunt. Cuius clausulæ hîc est sensus: Verba xij. tab. erant, SACRA PRIVATA PERPETVA MANENTO. vt ipse lib. ij. de legib. attestatur atque ibi declarat ex Scæuolæ Pontificis sententia, quinq; modis adstringi sacris hæreditatem: igitur vt fraudem legi facerent, inuenerant illi tale remediū, vt ea bona quæ sacris obnoxia erant venundarentur seni alicui, & citò morituro, quòd scilicet ea obligatio licet in successorem particularem transiret, tamen in primum duntaxat transibat[e]: sicut & pleraque alia hodie sunt, quæ in primum hæredem solū transeunt, ad vlteriores nō extendun-

e l. fi. §. fi. de contrah. empt.

extenduntur [a]. Alterum est quod ibidem dicitur, Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerũt: hi inuenerunt genera tutorum, quæ potestate mulierum continerentur. Quale id sit, vix possim inuenire: nisi dicamus, mulieres seruos suos actori publico concessisse, & postquam publici effecti essent, procurasse vti sibi in tutores darentur: etenim tales hodie quoque non planè serui sunt, nec magis à tutela reiici, quàm cæteri tabularij possunt [b]: & tamen nec omnino liberi videntur, & propter reliquias prioris dominij, aliquo modo possunt dici potestate mulierũ contineri. Non absimilis fraudis mentio est apud Cor. Tacitum lib. ij. Negante reo, agnoscentes seruos per tormenta interrogari placuit: & quia vetere senatusconsulto quæstio in caput domini prohibeatur, callidus, & noui iuris repertor Tyberius, mancipari singulos actori publico iubet, scilicet vt in Libonem ex seruis saluo senatusconsulto quęreretur. Tertium est, quod ex T. Liuio lib. xxxix. acceptum est: quo loco scribit, Fescenniæ libertinæ, quia Bacchanalium indicium fecerat, senatusconsulto concessum fuisse, vti sibi datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, quasi ei vir testamento dedisset. Et sciendum est lege xij. tab. mulieres in tutoris potestate fuisse, absque eius auctoritate quid cuiquam dare seu contrahere nõ potuisse, nisi quæ capite diminutæ fuissent, id est in viri manum cõuenissent, vt Boethius in Topica Cicer. declarat, vbi locum ab adiunctis, & à consequentibus prosequitur: & cùm per nuptias ex gente mariti facta esset, amplius in aliam gẽtem transire non poterat, nisi hanc ei facultatem maritus, in cuius manum, id est, potestatem conuenerat, testamento suo dedisset. Meritò ergo Senatusconsulto fuit cautum, vt datio, id est, dandi & contrahendi licentia: diminutio, scilicet capitis, vt sui iuris censeretur, & absque auctore res suas agere posset: gentis enuptio, id est, potestas extra gentem mariti prioris nubendi: & tutoris optio, ei mulieri competeret, ac si vir testamento ei legasset. Scio suprà scriptos locos aliter ab aliis interpretari posse: eligant ergo studiosi quod magis ad stomachum fecerit.

a l. sciendum. de verb. sig.
b l. j. ff. rem pupilli sal.

CAP. XX.

Incertitudinem & Ingratitudinem, & Irritare, latina vocabula non esse, neque veteribus vsitata.

CONDITIONIS *incertum*, inquit lex [c], *inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum est.* Interpretatur Bart. conditionis incertum, id est, fideicommissum sub conditione factum, vt κατὰ συνεκδοχὴν pars pro toto posita censeatur. quam expositionem ego nõ soleo sequi, sed simpliciter Incertum pro incertitudine scriptum arbitror: quia hæc vox Certitudinis, aut Incertitudinis, non satis latina est, & veteribus auctoribus inusitata: maluit legislator neutro adiectiuo vti. Sic & alibi [d]. Actionem ingrati aduersus libertos competere ait: Ingratum appellans, quòd vulgò Ingratitudinem dicimus: nam & hæc vox non fuit antiquis auctoribus in vsu. Dixerit aliquis, cur ergo tu non semel eam lucubrationibus tuis inculcasti? Respõdeo primum, non adeò scrupulose in legalibus commentariis me agere, & huiusmodi obseruationes iis, qui se Ciceronianos dicunt, relinquere: deinde tribuere me non parum studiis nostrorum temporum, quique in eis excelluere scriptoribus, ex quibus Perottus. Pontanus, Erasmus, & plerique alij videntur has voces iure ciuitatis donasse, & Romanam linguam auxisse. quod & in verbo Irrito, pro irritum facio obseruarunt: quod cum eo sensu latinum non sit, ipsi tamen ceu latino sæ-
A pissimè vtuntur. Sed hæc Grammaticis relinquamus.

c d l. j. C de pact.
d l. penul. C. de liber. & eorum liberis.

CAPUT XXI.

De diffinitionibus.

SCRIPSIT Mutius Scęuola librum, quem inscripsit περὶ ὅρων, id est diffinitionũ: qui si extaret, auxilio fortè nostratibus interpretibus esset, in iis
B maximè altercationibus, quæ circa diffinitiones sępissimè vertũtur. Etenim rectè scriptum est in regulis iuris [e], omnem diffinitionem periculosam esse: ratum enim est, vt subuerti non possit, siue quia in diffinitionibus verba sunt propriè intelligenda, siue quia oportet iis omnes casus, etiã speciales, compraendi [f]: quod capite vltimo Paradoxorum disputaui: siue quia ex proprio & differentiis diffinitio consistit, in quibus discer-
C nendis magna subtilitate est opus, vt Cicero scripsit. Extat tamen M. Victorini rhetoris libellus, quo varias diffinitionum formas complectitur: vnde & eiusdem argumenti alium Boethius confecit, qui nonnulli vsui etiam iuris studiosis esse possit. Is primam diffinitionis for- I.
mam esse censuit, quæ Græcè sit οὐσιώδης, id est, substantialis, qualem sic explicuit Accursius, vt sit propria & breuiter compraensa rerum substãtiæ enuntiatio, quæ genere, proprio, & differen-
D tiis constat. quod & Fab. Quintil. tradidit: qualis est, quæ in iure nostro de testamentis [g] ponitur, vt Testamentum sit voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis, &c. Sic tutela [h] est ius, † atque potestas, &c. Alia est species, quæ II.
ἀφορισμὸς Gręcè dicitur, plurium rerum summatim & quasi ad regulam facta traditio: quæ etiam si simul non habeat & genus, & species & differẽtias, tamen sustinere potest, dum cùm definito ipso conuerti possit: qualis est illa, quã dolo An-
E tistius dedit [i], vt sit dolus omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniẽdum, fallendũ, decipiendum alterum adhibita. Sic Vlpiano Catoniana regula diffinitur [k]. Quod si testamẽti facti tempore, &c. aiuntq; nostri Doct. & hanc diffinitionis speciem propriã esse sufficereq; vt rectè concepta censeatur, dũmodo possit cõuerti.
Alia est quę ἐννοηματικὴ dicitur, quòd rei notio- III.
nem quandam tradat, doceatq; quemadmodũ quælibet res cognosci possit: vt eũ Pomp. dixit [l],
F Stipulatio est verborum cõceptio, quibus is qui interrogatur, &c. Atqui conceptio ipsa extrinsecus contractui ipsi accedit, hocq; distat à stipulatione, quod vox à re: sed satis est iis verbis intelligi, quid senserit Iuriscõsultus. Sic Caius lib. ij. Institutionum: Substitutio est secũdi gradus hęredis appellatio [m]. ponitur appellatio pro effectu appellatiõis, perinde ac si dixisset, est secũdi vel vlterioris gradus hæredis institutio. Et ad hãc speciem pertinent illæ diffinitiones, quæ actum rei, vel etiam effectũ, non substantiã explicant,

e l. omnis. de reg. iur.
f l. j. de testa.
g l. j. de testa. l. j. de vsufr. l. j. de furt.
h l. j. de tut.
† ita legendum: sed omnia exemplaria habent, vis.
i l. j. de dolo.
k l. j. de reg. Cat.
l l. v. de verb. oblig.

cant, quas vbique Bartol. improbat [a], sed defendi per suprà scripta possunt. Alia est quę ποιοτι-
IIII. κὴ dicitur, quia rei qualitates solum explicat: vt, homo est qui ingenio valet, qui artibus pollet. Præscriptio est [b], quæ ex tempore substantiam capit. Possessio est, quæ ab agro iuris proprietate distat, cuius proprietas ad nos non pertinet, &c. quòd si propriam diffinitionem efficere velis, aliter concipienda sunt verba, & substantia rei explicanda: vt, præscriptio est exceptio ex tempore substantiam capiens: possessio est vsus
V. rei à iure seu proprietate separatus. Alia est quæ ὑπογραφικὴ dicitur, quasi descriptionem quãdam dicas, quæ adhibita circuitione dictorum factorumque rem declarat: vt, Luxuriosus est non necessarij victus sumptuosus [c]. Sic videtur mihi Hortensius ex Senecæ auctoritate feudum seu beneficium finiuisse, est beneuola actio gaudium tribuens capienti [d]. Sic Iurisconsulti nostri in legato penoris explicando videntur fecisse [e], Penu legata contineri quæ esui potuique sunt. qua de re multa A. Gellius lib. iiij. cap. j. Sic M. Varro: Induciæ, inquit, sunt belli feriæ. Satisq; (inquit Gell. libro j. cap. xxv.) visum est eiusmodi facere demonstrationem, quod genus Gręci τύπους magis, & ὑπογραφὰς, quàm ὁρισμοὺς vocant.
VI. Alia est quæ κατ' ἀντίληψιν dicitur, quasi aduerbium, cùm verbum verbo diffinimus: vt, Appellare est prouocare [f]: Donatio est doni datio [g]: vel cùm Vlpia. conditionem potestatiuam diffiniens [h], Puto, inquit, generaliter rectè diffiniri, facti potestas est, &c. Alia est, quæ κατὰ δια-
VII. φορὰν dicitur, id est, per differentiam: vt, Rex est modestus, Tyrannus est impius, Ius est ars boni & æqui, Iniuria quod non iure fit. & alibi [i]: Sacerdotes iuris sunt æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, verum præmiorũ quoque exhortatione, &c. Verum & hæc impropriè
VIII. diffinitio est. Alia est quæ κατὰ μεταφορὰν, id est, per translationem fieri quandoque solet: vt, Diuitiæ sunt breuis vitæ longum viaticum. sic Gallus Aquilius diffiniuit [k] Litus esse quo maximus fluctus eliditur. sic Legatum est deliberatio hæreditatis [l]. sic Manumissio est datio libertatis, vt ampliùs quis manui, id est, potestati subiectus non sit [m]. Ad hanc speciem videtur quoq; pertinere, quòd suprà ex M. Varrone dixi, qui Inducias diffiniuit esse ferias belli. Improbat autem Aristoteles omnem diffinitionem quæ per translationem fiat, quia translatio semper aliquid obscuritatis habeat, cùm diffinitio debeat
IX. esse perspicua. Est & quæ fit κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, id est, per contrarij priuationem, vt dicamus, Bonum esse, quod malum non sit. Sic Marcellus: Iuuenis est qui adolescentiæ excessit ætatem, quoad incipiat inter seniores numerari [n]. Sic Vlpian. Mandatum gratuitum est, quia originem ex officio atque amicitia trahit [o]: contraria porrò est officio merces. Sic alibi, Peculium est nõ id cuius seruus seorsum, &c. & alibi: Sciẽtiam accipimus, quę habet & voluntatem [p]: sed, vt puto, non voluntatem, sed patientiam, &c.
X. Alia adducitur, quæ καθ' ὑποτύπωσιν, id est, per imaginationem fieri potest: vt, Aeneas est Veneris & Anchisæ filius ad hanc videtur pertinere quod ait Vlpian. [q] Operæ sunt diurnum officium: nec enim hæc est propria diffinitio, quod
XI. alij quoque adnotarunt. Alia est quam vocãt κατ' ἔλλειψιν πλήρους ὁμογενοῦς, id est, per pleni ex eodem genere indigentiã: vt si dicas, Quid est quadrãs? & respõdeatur, cui ad assem dodrãs deest [r].
Est & quæ ὡς τύπος appellatur, & ad exemplũ
pertinet: vt, Animal est vt homo: Ius gentium est XII.
veluti erga Deum religio, vt parẽtibus & patrię pareamus [s]: Compromissum est quod ad similitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiẽdas li-
tes pertinet [t]. His adiicitur & quæ κατ' ἀναλογίαν XIII.
appellatur, de qua extant Marci Varronis libri:
A habetq; & hæc rationẽ similitudinis: vt, Homo est μικρόκοσμος minor mundus: Possessio est sedium
positio [u]. Est, & quæ κατ' ἔπαινον concipitur, id est, XIIII.
laudationis causa: vt Lex est mens & consilium ciuitatis, & Demosthenes Chrysippusq; de ea dixere. sic alibi Iurisconsultus, Libertas est res in-
æstimabilis [x]. Cui contraria est alia quę κατὰ ψό- XV.
γον, id est, per vituperiũ fit: vt, seruitus est postremum omnium malorum [y]. & alibi: Serui sunt,
qui pro nihilo in iure reputantur [z]. Additur & XVI.
B alia cui κατὰ πρός τι, est nomen, quæ ad aliquid relationem habet: vt, Pater est cui est filius: Dominus est, cui est seruus. nostri Doctores solent inde accipere argumentũ, quòd à correlatiuis appellant. sic diffinitur Patronus, qui habet libertum. sic Vxor [a], quæ maritum, dum tamen non
inutilem. & si qua similia. Alia est quæ κατὰ τὸν XVII.
ὅρον appellatur, id est, quæ terminum, finem, effectum ipsum declarat: vt, Genus est, quod plures species complectitur. Depositum est, quod cu-
C stodiẽdum datur, totum fidei eius commissum [b], &c. Commodatum, quod vtendum datur [c]. Appellatio, est prioris sententiæ rescissio [d]: hoc enim ad effectum pertinet, quod & Bart. non ne-
gar. Est & quæ κατ' αἰτιολογίαν dicitur, quæ secun- XVIII.
dum rei rationem inducta est: vt cùm dicimus, Dies est, sol super terram: Nox est vmbra terræ obiectæ soli: quæ propriè pertinet ad Philosophos: cuius argumẽti librũ edidit Callimachus τῶν αἰτιῶν, vnde testimoniũ Seruius, Priscian. Græ-
D ciq; Grãmatici quãdoq; mutuãt. Cęterũ nõ satis probatũ fuisse opus, indicat ἄδηλον distichon li. j.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα τὸ παίγνιον ὁ ξύλινος νοῦς
αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου.
Callimachus lustri ludibrium, ab arbore sensus
Causa est perscribens ætia Callimachi. Vnde Mart.
Si non vis Mamurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire, legas ætia Callimachi

Quas autem causas eo libro Callimachus ex-
E plicarit, non satis constat: aliqui Fastos & causas sacrorũ, quod & apud nos fecit Varro: aliqui etiam causas veterum fabularũ censuerunt. Ego eo disticho καθαρματοπαίγνιον iunctim legẽdum arbitror, quasi dicas Lustrationũ, seu expiationũ ludibrium: & intellectum lignorum dici, quia arbores colebant tum ob simulachra deorum, tũ propter lucos: hinc Argo nauis fatidica Flacco, & habitæ Graiis oracula quercus. Verg. & Plin. lib. xij. cap. j. Et has quidem species Vi-
F ctorinus atq; Boethius diffusiùs sunt persecuti.
Habemus autem nos & aliam speciem, quæ XIX.
κατ' ἐτυμολογίαν dici potest, vt Cicero vertit, iuxta veriloquium: vt cùm dicimus, Mutuum est quod de meo fit tuum: Tutores sunt tuitores [e], qui vim & potestatem habent: sicut Aeditui, qui ædes tuentur. sic alibi, Affines sunt viri & vxoris cognati, cùm altera cognatio ad finem alterius accedit [f]. sic alibi: Statuliber est, qui statutam ad tempus habet libertatem [g]. Est & quæ κατὰ
παρονομασίαν dicitur, nos allusionem vocamus. XX.
vt, Testa-

a Bart. l. j. de appella. l. j. de acq. possess.
b glo. xvj. q. iij. l. quæstio. de verb. signific.
c l. j. & ij. quod met. caus. l. j. de cap. dim. l. v. de pecul.
d c. j. in quibus caus. feud. amit.
e l. iij. de pe. leg.
f ij. q. vj. c. omnis. ea. placuit.
g l. senatus. §. donatio. de don. caus. mor.
h l. iiij. de hær. instit.
i l. j. de iust. & iur.
k l. litus de ver. signifi.
l l. legatum. ij. de leg. j.
m l. manumiss. de iust. & iu.
n l. non aliter § j. de leg. iij.
o l. j. mand.
p l. j. de tribut. §
q l. de oper. libe.
r §. hæreditas. Instit. de hæred.
s l. ij. de iust. & iur.
t l. j. de arbit.
u l. j. de acq. poss.
x l. j. de legib.
y Instit. quib. ex caus. ma.
z l. antep. de re. iur. l. iiij. de stat. hom.
a l. j. C. de indi. vid. toll.
b l. j. depos.
c l. j. commod.
d Bart. d. l. de appel.
e l. j. de tutor.
f l. non facilè. de grad.
g l. j. de statulib.

vt, Testamentum est testatio mentis : Taberna est, quæ tabulis clauditur: Pontifex, qui potest facere: Augustus, qui auget rempublic. & similia alibi à nobis explicata, quę nihil opus est in prę
XXI sentia repetere [a]. Est & diffinitio quę per distinctionem fit, cùm singula intra suos fines redigũtur: vnde apud Laertium in vita Zenonis, Antipater lib. j. περὶ ὅρων, diffinitionem aiebat orationem esse per resolutionem perfectè enũtiatam: quod & Cic. in Topicis satis ostendit: qua specie idem auctor Officium diffiniuit lib. j. de Offic. licet non sat candidè à Calcagnino hac in re accusatus fuerit.

a l. taberne. de verb. sig. dixi.

CAP. XXII.

Publica pœnitentia quomodo olim perageretur, itemq; expiarentur ciuitates: & Ouidij in Ibin carmen declaratum.

QVÆSITVM nuper fuit, quęnam esset Publica pœnitentia, cuius frequens in iure pontificio mẽtio est, & quæ solis profanis conceditur, sacris viris prohibetur. Respondi eam rem satis esse declaratam in Agathensi syno
b c. in capite. 50. dist. do [b], licet vbique hodie exoleuerit, nisi quòd Saxones vrbe Halberstadiensi eius imaginem etiamnum seruant: ibi singulis annis ex plebe aliquis eligitur, quem grauioribus noxis inquinatum putant: hunc ferali habitu, & obuoluto capite cineralium die in templo statuũt, & peractis sacris eiiciunt, donec xl. dies per vrbis cõpita vagus & mendicans errauerit: interim diuinas ædes eum ingredi fas non est. qualemcũque cibum sibi vel ab ædituis, vel aliunde oblatum, non aspernatur, neminem alloquitur, non indulget somno, nisi post concubiam noctem, idque id media via. Die Iouis quæ dominicæ cœnæ dicata est, ad templum reducitur, ibi à sacerdote solennibus quibusdam ceremoniis absoluitur, & à confluente illuc populo stipem accipit. Adamum hunc vocant, & omni crimine expiatum credunt. quem ritum mirabilem Pius pontifex, institutum inauditum Raphael Volaterranus appellant. ego olim vulgarem, & ex veterum decretis acceptum scio. Sic enim publica pœnitentia peragi solebat, videturque mihi sacrosancti illi patres hac in re veterum Græcorum sacrificia quadantenus imitati: siquidem apud interpretem Lycophronis relatum est, cùm vrbs aliqua pestilitate, aut fame, vel maiore vi, atque calamitate affligeretur, consueuisse hominem in ea fœdissimum perquiri, quem caseo cũ placenta & caricis allectum, septies virgultis quibusdam circa pudenda verberatum, tandem facta scrobe comburebant, eiusque cineres in mare proiiciebant, sic expiari ciuitatem existimantes: vnde & Catharmum, & Pharmacum eum appellabant: cuius rei & Hipponax in Iãbis, & Lycophrõ in Locride meminerunt. Philostratus lib. iiij. sic Ephesiorum vrbem ab Apollonio Tyaneo expiatam, obruto lapidibus, quodam senioulo, est auctor: huncque modum vocat ἀποδιωπασμὸν, Suidas verò περίψημα, qua voce & diuus Paulus vtitur, ad Corinth. cap. iiij. Ambrosius Lustramentum transtulit. Ouidius Abderitanos ciues hominem quem deuotum vocabant, non absimili ratione statis quibusdam diebus tractare solitos, est auctor illo in Ibin carmine:

Aut te deuoueat certis Abdera diebus,
Saxaq; deuotum grandine plura petant.

Deuotum dixit, quem Aristophanes in pluto λαβάμακτον, apud quem interpres admonet etiam Romanis in vsu fuisse id immolandi hominis sacrificium, vt à fame vel alia calamitate ciuitatem expiarent.

CAP. XXIII.

Causæ cognitionis quæ sint: declarata l. vltima. C. de plag. & l. placet. C. de pedan.

COGNITIONIS causas esse Tranquillus sentit, quæ non iure ordinario, sed à Principe ipso audiuntur: quod à nobis suprà lib. vj. traditum est. Cognitione verò in præsidis aut proconsulis foro non dissimili exemplo appellari, ex Constantini constitutione apparet, cùm præses ipse causam audit, vt aliquid extra ordinem constituat. Exempli causa: Iure ordinario plagiariorum pœna erat datio in metallum: quòd si præses existimasset ludo gladiatorio aptum esse reum, rem ad cognitionem suam reducebat, & pœnam constituebat, vt gladio talis reus consumeretur. Plagiarij, inquit lex, metalli pœna cum cæteris ante cognitionẽ suppliciis taneantur [c]. Sic enim in Codice Theodosiano etiamnum legitur: licet nunc apud nos vulgò, Cognitis scriptum sit: quæ res non mediocre interpretibus negotium fecit, quòd principium legis fini aduersari videatur. In Diocletiani constitutione, causæ ad cognitionem præsidis pertinentes, diffiniuntur esse causæ maiores, quas per se audire debent, nec pedaneis decidendas permittere [d]: quod deinde Arcadij cõstitutione declaratum est, vt de paruis criminibus, quibus inscriptio necessaria non est, non intelligatur: has enim præses relinquere minoribus magistratibus debet [e]. verùm Arcadij legem, quæ in Theodosiano extat, antiquatam esse apparet, cùm in nostro codice nusquam sit: sed tamen adhuc vtilis nobis esse potest, vt facilius legis Diocletianæ intellectum assequamur, in cuius interpretatione quot capita tot fuere sententiæ.

c l. fi. C. de plag.

d l. placet. j. C. de ped. iud.

e l. causas C. de iurisd.

CAP. XXIIII.

Furca pro cruce an Latinè dicatur: & Ouidij in Ibin carmina quædam explicata.

CVM in quęstione facti respondissem, erectione furcarum censeri regulum quendam iurisdictionis & meri imperij quasi possessionẽ retinuisse, venditoque fundo id ius distractum non videri: ecce mihi noua cum aduersario cõtrouersia: negabat ille Furcã apud Ciceronem veteresque auctores vsquam reperiri eo sensu. Dixi, idem mihi contingere, quod Cassio Seuero clarissimo olim oratori, cui M. Pomponius Marcellus, fermonis Latini exactor molestissimus, solœcismum à cliẽte factum exprobrare adeò perseuerauit, vt necessum habuerit dilationem petere, vt Grammaticum adhibere posset, quando non putaret is cum aduersario

sario de iure, sed sibi de solœcismo controuersiam fore: vt est apud Tranquillum. Respondi tamen ex tempore, mihi multorum auctorum
l. capitalium. §. fi. de pœn. instar esse Vlpianum [a], qui, Famosos, inquit, latrones ijs in locis, vbi grassati sunt, furca figendos quampluribus placuit: sicque non vno in loco Iurisconsulti nostri loquuntur. quæ vox hodie tralatitia, & in vsu omnium est. Veteres verò, vt est apud Plutarchum in vita Martij Coriolani, furcam vocabant lignum curriculi, cui superA figebatur temo, quòd Græcè ὑποστάλω, καὶ στύραγμα vocant: id dempto temone seruorum humeris circunferundum per viciniam imponebatur cõtumeliæ causa, vnde furciferi dicti. Si quis autem apud interpretes Hesiodi curriculum illud depictum viderit, facilè deprendet similimum furcæ esse, in qua hodie latrones suspenduntur: vt meritò metaphoricus hoc quoque sensu accipi possit. Plaut. in Cas. carbones super ea gestari solitos indicare videtur:

B *Sine modo rus veniat, remittam ad te virum*
Cum furca in vrbem tanquam carbonarium.

Nisi fortè legendum sit, Tam furuum in vrbẽ, &c. quod aliàs existimaui. Fuit autem id supplicij genus vetustissimum, quo affectum fuisse Histiæum Milesium à Sardium præfecto Artapherne, auctor est lib. vj. Herodotus, ad quem allusisse videtur in Ibin Ouid.

More vel intereas capti suspensus Achæi,
C *Qui miser aurifera reste pependit aqua.*

Vocat eum Achæum, quòd Miletus Græcorum Ionum Colonia esset. Auriferam verò aquã Pactolum fluuium intelligit, qui proximus Sardibus allabitur, & in Tmolo monte fontem habet, vt est apud Strab. Hic verò ego celeberrimi nominis poetæ Theocrito Syracusio aduersus Ouidianos interpretes succurram, qui eum tam atroci iniuria affecerunt, vt suspendio perijsse affirmarent, ex carmine illo:

Vtq; Syracusio præstricta fauce poetæ,
D *Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.*

Nemo certè veterum auctorum extat, qui hoc mortis genere perijsse Theocritum scribat. atquin & alij fuere ex ea vrbe illustres carminibus factitandis viri, vt Heraclides, Nymphodorus, Theodoridas, Bion, Moschus, Sophren, Sosicles, Sosiphanes, Epicharmus, Phormus, cur soli Theocrito hanc notam inurunt? Satius ergo erit ita opinari, vt alluserit Ouidius ad eum amatorem, qui apud Theocritum Eidyllio xxviij. E seipsum amore dilecti pueri suspendit, hoc sibi prius condito epitaphio:

τόνδ' ἴυγξ ἐκάθαψε, δόλοις μὲ παροδεύσας.
ἀλλὰ τὰν, τὸ δικεῖον, ἀπάλαισα ἄχρι τεταίρου.
Hunc extinxit amor: ne transgrediare viator,
Sed siste, & dica, heu durum nacte sodalem.

l. ad bestias. de pœnis.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOLAN. PARERGΩN IVRIS, SIVE OBITER DICTORVM, LIBER DECIMVS.

CAP. I.

Verba ciuilia quæ sint: & breuis resolutio in materia compendiosæ substitutionis: & Cic. ad Att. locus perpensus atque castigatus: tum de boue quem sacrificasse Pythagoras dicitur, locus à Laertij interprete non sat reƈtè redditus.

VERBIS ciuilibus, inquit Papinianus, B *substitutionem post quartumdecimum annum ætatis frustrà conuenit*. Quæsitum est, quæ sint Verba ciuilia? & censuit Bartol. esse verbum Instituo, vel Hæres esto: tanquã hæc non iuris gentium, sed ciuilis verba sint: quod falsum est, hancque sententiam olim xij. argumentis, ceu xij. spiculis confixi. Ego arbitror Verba ciuilia dici simpliciter verba, C quibus pupillaris substitutio confici potest: siquidem vulgaris dicta est, quòd vulgò omnibus competat: at Pupillaris non nisi ciuib. Romanis, qui filios in potestate habeant: quod ius patriæ potestatis proprium ciuium est, & id quidem moribus ciuitatis inductum est, id est, iure non scripto, sed prudentum interpretatione, ideoque propriè ciuili, quod Pompo. docuit [a]. Meritò ergo Papin. verba ciuilia ea omnia appellauit, quibus hæc substitutio est inducta. Quibuscunque ergo verbis vsus sit testator, ciui- D libus, directis, communibus, nunquam potest vltra ætatem pubertatis filio pupillarẽ substitutionem facere: adeò vt si fecerit, nec in vim quidem fideicommissi sustineatur: quoniam iura fideicommissorum prorsus separata à pupillari substitutione sunt [b], fieretque hoc aduersus mentem testatoris, qui pupillariter substituendo, vel eius tempus prorogando, videtur hoc in fauorem filij facere, tanquam ante certam illam ætatem eius iudicium non adprobauerit, ideo- E que ei voluerit consulere [c]. Ergo non est id in odium trahendum, vt videatur voluisse fideicommisso eum onerare. quòd si non ad certam ætatem, sed simpliciter quandocunque decesserit, filio hæredem dederit, apparet non vt filio, sed vt fideicommissario faueret, id eum scripsisse, meritò tunc ad fideicommissum res deuoluetur, vt Diocletianus Imp. eleganter distinxit [d]: cuius constitutionis verba mirum est quantum Accurs. & cæteri violent: qui cùm præcisè con- F stituat differentiam, quando non ad certam ætatem substitutum est, Idem, inquiunt ipsi, etiam si ad certam. Dicant (quæso) idne est legem interpretari, an prorsus abrogare? apparetque tunc dictionem illam, Secundus hæres esto, ad fideicommissum pertinere, nec merè ciuilis iuris esse. Videmus apud Diogenem Laertium multa esse exempla testamentorum, qualia Aristoteles, Plato, Epicurus fecerunt, quæ nihil commune cum lege Roma. xij. tabul. habent: vnde & apud Græcos vetustissimos ἀκληρονόμοι sunt hæredes, & ἐπίκληρος puella in spem hæreditatis paternæ educata, vt Iulius Pollux est auctor: alij etiam πατροῦχον vocant, Isæus rhetor ἐπικληρῖτιν, sicut & Solon legislator apud Demosthenem. quòd si controuersia sit, quis eam ducat in vxorem, ἐπίδικος dicitur. Sed an sicut, Hæres esto, vel Instituo verbum directum ciuile esse Bartolus censuit, ita etiam vulgare sordidumque illud Hæreditare, eodem modo accipiatur? & Rapha. Com. [e] respondit idem esse. reperitur id verbum in antiquis codicibus. Cicero libro ij. ab Atticum epistola prima: Cùm in Sicilia hæreditatem sæpe hæreditasset: Haud dubiè corruptè aliqui emendarunt, Aedilitatem sæpe dictitasset. verùm quid sit Dictitare ædilitatem, non satis constat: minus receditur ab exemplari, si legatur, Cùm in Sicilia hæreditate sese dictitasset. quærendum ergo amplius. Qui ius de hæreditatibus dicebant apud Athenienses, Lexiarchici appellabantur: λῆξιν enim hæreditatem dixerunt, ἀπὸ τοῦ λήγειν, id est, à desinendo, quòd ab vno in alterum desinat, id est vt Galli dicunt, in mortuis viui sessitant: sic enim aiunt, *Le mort saisit le vif*. qua ratione ego etiam verbum Lego in lege xij. tabularum generaliter acceptum arbitror [f] pro qualibet deficientium voluntate ἀπὸ τοῦ λήγειν, vnde & λήγατον Græci scribunt. qua voce vtitur Theophillus, titul. de legatis instit. vt appareat non deduci ἀπὸ τοῦ λήγειν: quod & indicat syllaba, quæ in legato prima producitur, cùm alioquin esset corripienda. Sic autem in xij. Tabul. scriptum est VTI QVIS LEGASSIT REI SVAE, ITA IVS ESTO. Norunt omnes quanta altercatio atque discordia inter nostrates sit in ciuilium horum verborum interpretatione: cumque ego suprà scripta essem traditurus, vt auditores redderem attentiores, dixi debere eos exemplo Pythagoræ Musis bouem immolare, qui idipsum fecisse dicitur, cùm in Geometria quiddam noui inuenisset: quod tamen apud Ciceronem libro de natu. deorum vlti. Cotta negat se credere: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. Is qui Diogenem Laertium transtulit, Ioui eum centum boues sacrificasse attestatur, cùm inuenisset trianguli orthogonij subtensam æquipollere continentibus: sed certè in Græco Apollodori carmine nulla Iouis mentio est, nec centum boum. carmen sic se habet:

Ἡνίκα Πυθαγόρας τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα
κλεινὸς, ἐφ᾽ ᾧ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.
Concludens inuenta fuit cùm linea claro
Pythagoræ, fertur sacrificasse bouem.

Extat autem id distichon apud Laertium, sed corruptum: aliquantò integrius est apud Athenæum lib. x. quorum vterque hecatomben fecisse eum ait, cùm simpliciter in carmine βουθυσίην, id est, immolationem bouis scriptum sit. Idem Athenæus libro j. Empedocles, inquit, Agrigentinus equorum cursu in Olympijs victor cùm Pythagoricus esset, & ab animatis abstineret, ex myrrha & thure alijsque aromatis bouem concinnauit, quem spectatoribus distribuit. Suidas μήλιος Ἡρακλῆς, inquit, dictus est, quòd rustici cùm bouem non haberent, quem Herculi immolarent, accepto pomo ei quatuor festucas vice pedum supposuerunt, tum duas pro cornibus fixerunt, traditurque ridiculo hoc boue plurimum oblectatus Hercules. Vt ergo Cottæ rationem diluamus, fecisse Musis Pythagoram existimabimus, boue saccare & ex dulciario opere confecto, quales quotidie festiuiores pueri comedunt.

a l. ij. §. ijs legib. de orig. iur.
b §. masculo. §. fin. instit. de pupil.
c l. iij. §. cùm Pollidius. de vsur. l. Seius. l. à filia. §. fin. ad Trebell.
d l. precibus. C. de impub.
e Raph. Com. consilio ij. & lxxxiiij.
f l. verbis. de verb. sig.

CAPVT II.

Cur pupillus reƈtè dici intestatus non possit, sine liberis possit: & Bartoli declarata sententia.

SVBSTITVERAT testator compendio verborum hoc modo, Si filius meus sine liberis quandocunque decesserit, Titius hæres esto: obijt adhuc impubes, quæsitum est de viribus substitutionis. Accursius omni tempore fideicommissariam esse censuit. Bar. vsque ad pubertatem directam, deinde flecti. Iac. Beluis. & Oldr. fideicommissariam post pubertatem esse fatentur, ante verò nec directã, nec precariam esse: quia verba illa, Sine liberis, impuberi non conueniunt, qui liberos habere non potest. sic nec Intestatus dici pupillus propriè potest, cùm testamenti factionem non habeat: isque intestatus sit, qui cùm testari possit, hoc non fecerit: sicut & eius est nolle, qui potest & velle. Sed tamen Bartol [a]. sententia receptior est: negantque aliqui conditionem, Si sine liberis, ad pupillum pertinere, cùm inuenti sint eius ætatis pueri, in quibus malitia annos suppleuerit [b]: & filios susceperint: vnde & vetus adagium apud Petronium Arbitrum, Taurum toller, qui vitulum sustulerit. Sed (vt Iuuen. ait) quis custodiat ipsos custodes? Excusatur plerunque nequitia maiorum famæ obiecto pupillo. Lex certè nostra aliud præsumit, & ad ea minimè aptatur quæ rarò cõtingunt [c] τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσι οἱ νομοθέται, inquit Theophrastus, possibile est per rerum naturam mulierem vterum gestare xj. perpetuos menses, quod Aristoteles, & M. Varro tradiderunt, & tamen legislator noster id nimis insolitum, ceu impossibile respuit [d]. Verisimile quidem est testatorem haudquaquam crediturum ex pupillo conceptum eum infantem esse [e], cùm maximus poetarum Homerus natura incertos esse patres ostendat, Odyss. j.

Μήτηρ μέν τ᾽ ἐμέ φησι ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ᾽· οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
Illius esse quidem mater me prædicat, ipse
Nescio, nanque suum certus scit nemo parentem.

Qui sub Cynosura nauigant, esse quasdam insulas referunt, vbi prima causa successionis sit fratrum, non filiorum, quòd fratres sint certi, filij incerti. Igitur haudquaquam ratio ista probabilis est, vt credamus pupillum ante pubertatem fieri patrem posse. Bart. fatetur quidem pupillũ non reƈtè intestatum dici, Sine liberis reƈtè dici. sed quænã est ratio differentiæ? Et aiunt, quia dictio Intestatus, abnegat actum ratione potentiæ: at dictio Sine liberis, actum & potentiã simul remouet. quæ ratio sat obscura est, nec aptis verbis exposita. Voluerunt fortè id dicere, Testatus participium esse, quod à verbo actionẽ assumit, & potentiã supponit: vnde Intestatus actionẽ priuat, supposita tamẽ potentia. at dictio Sine liberis, nullam actionis vim habet, sed simplicis nominis, quod rem tantùm designat, nullo ad potentiam habito respectu. Ego scrupulosiora hæc esse arbitror, quàm vt Iuriscõsultis digna vi- A sa sint animaduersione, cùm maximè sine liberis decedat, qui etiã si velit eos tollere non possit: sicut non subditi in lege municipali dicuntur clerici, qui etiam si velint subesse prætori, non possunt, vt inquit Bal [f]. Sic apud Platon. homò diffinitur animal bipes latiungue, ἄπτερον, id est, impẽnatũ, quod idẽ est atque sine pennis. Videtur autẽ Plato ea finitione non tam hominẽ, quàm simiã designasse, nisi simię manus crediderit esse pedes.

a l. j. de suis & legit.
b c. de illis. ij. de despõs. impub.
c §. j. Instit. de nupt.
d In auth. de rest. & ea quæ.
e l. Lucius. de condit. & demonstr.
f Bald. l. de quibus. q. vj. de legibus.

B CAP. III.

Quando dies more Rom. incipiat: & defensus Plinius à calumniatoribus lib. ij.

DVPLICEM fuisse veteribus horarum rationem satis constat: quasdam enim temporarias, quæ pro dierum ratione contrahuntur, vel producuntur: alias æquales, quæ C hodie sunt in vsu, quod aliquando apud Paulum admonui [g]: Sic & Dies naturalis apud veteres ab exortu Solis incipiebat, ciuilis verò à media nocte quod more Romano obseruatum fuisse Paulus ipse attestatur [h]. Hodie tamen Galli, & Hispani, & Germani plerique diem à meridie auspicantur: quod & olim in terra Vmbria factum fuisse, M. Varro est auctor, tametsi ceu nimis absurdum ipse improbet. at Plutarchus in Problematis reƈtè constitui ex Mathematicorũ D rationibus indicat: certius enim id principium, quod tunc centrum Solis horizontem attingit. Plin. lib. ij. cap. LXXI. dum non eodem tempore lucẽ vbique oriri ostendit, tale experimentum affert, quòd in speculis prænuntiatos ignes sexta hora accensos, compertum sit tertia noctis à tergo vltimis visos. Error, inquiunt Mathematici, hîc est euidens, cùm impossibile sit tantam distantiam deprændi quantumuis de excelso loco, propter terræ globositatem, & radij visiui imbecil- E litatem. Respondeo, si sextam horam secundùm suprà scripta intelligamus, reliquetur, vt distantia trium duntaxat horarum sit, non nouem, tuncque ratio Plinij erit probabilis. Et certè eo in libro quibusdam in locis repræenditur Plinius, cùm tamen nullo negotio possit defendi, si quis rem non accusatoris animo, sed æqui iudicis religione perpendat. Eodem capite exemplum Philonidis plurimis modis irrident, sed maximè quòd sentire videatur, tãtùm spacij cur- F rendo assecutum illum, vt Solis cursum præuerterit: quod si sensit Plinius, proculdubio Bardus rudisque fuisset. At ego haudquaquam ita interpretor, sed solùm id admonuisse, celerius eos qui secũdum solem iter faciunt progredi, quàm qui aduerso sole. Eodem libro cap. XXV. aliud erratum esse contendunt, dum scripsit: Sed Cometes nunquam in occasura parte cœli est. Malè, inquiunt, verba Aristotelis, vnde acceperat, est interpretatus, πρὸς δὲ τούτοις ἅπαντες οἱ καθ᾽ ἡμᾶς ὠμμένοι ἄνευ δύσεως ἐφαντάσθησαν. Ego apud Aristotelem

g l. ij. de verb. signif.
h l. more. de fer.

legiſſe ἀναδύειν, non ἀεὶν crediderim: vt quod Ariſtoteles ait, quotquot noſtra tempeſtate conſpecti ſuper occaſum euanuiſſe: recta à Plinio ſit dictum, nunquam in occaſura parte conſpici: quia, vt Ariſtoteles ait, confeſtim euaneſcunt, adeò nec vnius ſtellæ corpus, nec plurium relinquant. Eodem libro cap. xiij. Omnibus, inquit, fieri annis vtriuſque ſyderis defectus ſtatis diebus horiſque ſub terra. Aiunt iſti, Non tenuit Plinius rationem eclypſium, nam horizontis diuerſa poſitio nihil ad eam pertinet. Ego non hoc ſenſiſſe Plinium arbitror; ſed ſimpliciter, vt ijdem defectus, qui apud nos fiunt, etiam apud Antipodas fiant cõuerſis temporibus. Sed hæc ſatis, quæ quamuis extra cancellos profeſſionis meæ ſint, volui dixiſſe, vt admonerem lectores, ſemper eam fieri interpretationem debere ſecundum quam, quiſquis fuerit auctor, rectè locutus videri poſsit. Quoties depræhendi Accurſium Placẽtini opiniones infideliter referentem, vt eum carperet? quod & in lucubrationibus meis ſcio ab aliquibus factum fuiſſe, qui me ea comminiſcebantur dicere, quæ nec per ſomnium quidem cogitarim. Sed reuertor ad Pliniũ: is lib. iij. ca. v. Italia inquit, incedit per maria cœli regione ad meridiem quidem. Sed ſi quis diligenti ſubtilitate id exigat, inter ſextam horam primamque brumalem: vnde apparet horæ ſignificationem ad cœli quoque eas partes pertinere, vnde Sol tunc nos irradiet.

CAPVT IIII.

De ſepulchri violati crimine: & Ouidij in Ibin quædam carmina explicata.

IN IVRE noſtro grauiſsima conſtituta eſt pœna aduerſus ſepulchrorum violatores, adeò vt lex Iulia de vi publica, eo capite, quo eos plectit, qui quid fecerint quo minus quis ſepeliatur, ad hos extendatur, qui faciunt quò minus quis ſepultus permaneat [a]. Nam & licet regulariter leges municipales iuri communi derogent, traditum tamen eſt tali caſu hoc non permittendum, ſed principalia reſcripta potius obſeruanda, quia generalia ſunt. Scripſit tamẽ Caius, ſepulchra hoſtium religioſa nobis non eſſe [b]. ideoque lapides inde ablatos in quemlibet vſum vertere licere. Sed certè non omne quod licet, honeſtum eſt. Scribit T. Liuius lib. xxxj. Philippum Athenienſium hoſtem, eorum tecta ad Cynoſarges diruiſſe, & etiam ſepulchra, nec diuini humanique iuris quicquam præ impotenti ira ſeruaſſe. Hieronymus Cardanus auctor eſt, Lyſimachum bello, quod in Pyrrhum geſsit, Epirotarum regum tumulos aperuiſſe, & oſſa diſperſiſſe: quod & Pauſanias rhetor in Attica ſcriptũ reliquit. Plutarchus in Pyrrhi vita tradit bello quod aduerſus Antigonum geſſerat, habuiſſe Pyrrhũ in exercitu milites Gallos, genus inſatiabile pecunijs, qui ſepulchra regum effodere nequaquam veriti, aurum & ornamenta inde ſubtraxerunt, oſſa verò per laſciuiam abiecerunt: quod quia Pyrrhus tolerauit, omne id crimen ipſi tributum fuit. Iul. Hyginus in Mythologicis ca. cxxiij. ſcribit, & ipſi Pyrrho poſt mortem idem contigiſſe, cuius oſſa per fines Ambraciæ ſparſa ſunt: vnde Ouidij carmen in Ibin explicari poteſt,

a l. ſepulchri violati. de ſepul. vio.

b l iiij. § quid tamen. eod. titul.

Nec tua quam Pyrrhi felicius oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ iacuere vias.

Quamuis & ſequens non ſat apertum habeat ſenſum:

Nataq; vt Aeacidæ iaculis moriaris adactis,
Non licet hoc Cereri diſsimulare ſcelus.

Videtur enim intelligendum de Olympiade Alexandri Magni matre, quæ hoc genere mortis extincta eſt, vt eſt apud Trogum lib. xiiij. aut de Laodamia Olympiadis filia, quę cùm in aram Dianæ confugiſſet, concurſu populi interfecta eſt, vt idẽ Trogus lib. xxviij. ſcribit. Ouidius non Dianæ, ſed Cereris aram fuiſſe ſentit: an quia, (vt Pauſanias in Attica eſt auctor) infeſta ſemper Aeacidis fuit Ceres, quam Argiui aiunt ſumpta muliebri figura ipſum Pyrrhum occidiſſe? Sed & apud Cereris templum primum huius nominis Achillis filium occiſum conſtat.

CAP. V.

Dos Thuſco modo, quæ ſit Plauto in Ciſtell.

CVM plurima de dotibus ex iure noſtro diſſeruiſſem, tũ illud addidi, Dotem quoque prædiorum μεταφορικῶς dici, quæ Gręcis ἐνθῆκαι ſunt, id eſt, impoſitiones, & inſtrumenta agri. Sed probabilis eſt dubitatio, quid ſit dos Thuſco modo. Verba ſunt Plauti in Ciſtell.

Tu iam locere in luculentam familiam,
Vnde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis: non vt hîc, cam Thuſco modo
Tute tibi indigne dotem quæras corpore.

Quibus verbis adparet, Tuſcho modo dotem eſſe, cùm puella quæſtum corpore facit, vt dotem acquirat; tractum à Volſinienſibus Thuſcorum principibus, qui à ſeruis ſuis ſuperati ſunt, lata à victoribus lege, ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non antè ex numero ipſorum aliquis delibaſſet, auctor Val. Maximus li. ix. quod & à Siccenſibus in Aphrica obſeruatum fuiſſe idem lib. ij. ſcribit. Herodotus in iiij. Naſamonibus id tribuit. Qui ad Indos nauigãt, apud Callicutas haſce primitias etiamnũ ſacerdotum eſſe conſtanter aſſeuerant, apud Athenæum libro xij. multa de Tyrrhenorum luxuria traduntur, itemque Lydorum, quorum virgines proſtitutæ, & ſeruis quoq; vulgatæ fuerint loco qui γλυκὺς ἀγκών, id eſt, dulcis cubitus dicebatur.

CAP. VI.

Quid ſit apud Apuleium, Non familiæ erciſcundæ, ſed communi diuidundo agere: & Auſonij epigramma declaratum.

OBSERVAVI nonnunquam ſtudiorum humaniorum auctores verbis Iuris ciuilis vti, indeque acceptis metaphoris, dictionem ſuã exornare: ſed ſi vnum Ciceronem excipias, alij non ſat feliciter: duriores enim ſunt, & plerunque frigidi, ne dicam inepti: interim duobus exemplis ero contentus. Apuleius libro ix. de adoleſcente depræhenſo à marito: Non te, inquit ille, iuris ſeueritate lege de adulterijs ad diſcrimen vocabo capitis, tam venuſtum atque pulchellum: ſed planè cum vxore mea partiario tractabo: nec erciſcundæ familiæ, ſed communi diuidundo formula dimicabo,

cabo, vt ſine vlla controuerſia vel diſſenſione tribus nobis in vno conueniat lectulo: nam & ipſe ſemper cum ea coniuge tam concorditer vixi, vt ex ſecta prudentum eadem nobis ambobus placerent, &c. Eſt Partiarius qui agrum conductum colit, parte fructuum ſibi retenta: hocque diſtat à colono, quòd hic pecuniam pro locatiuo ſoluit, ille fructus: ſatiſque appoſitè vſus eſt hac metaphora Apuleius. Durior eſt quæ ſequitur: Non agam familiæ erciſcundæ, id eſt, vxorem meam (etenim appellatione familiæ vxor continetur) non repetam, quò minus & tibi communis ſit [a]: ſed communi diuidundo experiar, id eſt, te tanquam mihi & vxori communem diuidam: habet enim id verbum obſcœnam ſignificationem. Aliud exemplum ab Auſonio poeta accipitur hoc epigrammate:

a l. fi. C. de ver. ſig.

Iuriſconſulto cui nubit adultera coniunx,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis vnde ſit hæc diſtantia? ſemiuir ipſe
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

Cuius ſenſus hic eſt: Quòd Moſes legiſlatorum præſes cum cornibus pingatur, aliquis Iuriſconſultus nihil ea cornua formidabat, ſed vxorem adulteram nihilominus retinebat: is adulter talis erat fermè, qualis Neuolus apud Iuuenalem:

Quod taceo atque ipſos etiam inclinare maritos.

Lex Papia ſub Auguſto lata eſt de maritandis ordinibus, cuius Tranquillus, Dion, cæteri meminẽre, & nos non vno in loco docuimus. Lex Iuria ab ipſo Auguſto lata in adulteros fuit. Scatinia verò in eos eſt promulgata, qui muliebria patiuntur, Ciceroni, Quintil. Iuuenali. Citari ante alios debet Scatinia. Titia verò ad id argumentum non pertinet, ea enim vetiti erant aduocati donum munuſque accipere, vt eſt apud Corn. Tacitum lib. xj. Vnde ſatis friget Auſonij iocus, niſi quòd inde cognoſcitur, imperitũ fuiſſe eum Iuriſconſultum, quem clientes non adirent, nec aliquibus muneribus colerent.

CAP. VII.

Auſonius in gryphoternario declaratus: & cur triplicem libertatem dixerit.

AVSONII poetæ mentio me admonuit, vt alium eius locum declararem ad Ius ciuile noſtrum pertinentem, in grypho ternario ijs carminibus:

Interdictorum trinum genus, vnde repulſus
Vi fuero, aut vtrobi fuerit, quorumq; bonorum.

Sciendum enim interdictorum [b] tria eſſe genera, Recuperandæ poſſeſsionis, Retinendæ, & Adipiſcendæ: quorum exemplis Auſonius vti maluit. Recuperatorium interdictum eſt Vnde vi, quia prætor vnde vi, eum repuliſti reſtitui iubet. Vtrobi verò retinendæ eſt poſſeſsionis, & ad res mobiles pertinet: quoniam prætor vtrobi, id eſt, vtro in loco res de qua agitur maiore parte anni fuit, quò minus is eum ducat, vim fieri vetat. hodie interdictũm Vti poſsidetis, etiam huic ſpeciei ſufficit. Quorum bonorum verò adipiſcendæ poſſeſsionis eſt, Interdicti prætorij hæc erant verba: quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſsio data eſt, quod de ijs bonis pro hærede aut pro poſſeſſore poſsides poſsidereſve ſi nihil vſucaptum eſſet, quodque dolo malo feciſti vt id defineres poſsidere, id illi reſtituas.

b inſt. de interd. ferè per totum.

Quæ volui ſcripſiſſe, vt admonerem, Auſonium non ſimpliciter vt loquitur intelligendum eſſe: quoniam cùm ipſe ab exemplis diuidat interdicta, ſi eam rationem ſequeremur, vel in triginta ſpecies diſſecari poſſent. Accipiendum itaque eſt, vniuſcuiuſque generis vnum exemplum eũ retuliſſe. Subijcit idem,

Triplex libertas, capitiſq; minutio triplex.

Quæ diuiſio quod ad libertatem attinet aliter atque aliter accipi poteſt: alij enim ſimpliciter manumittuntur: alij etiam vindicta, vt eſt apud Cornelium Tacitum: alij ex teſtamento. Fit & diuiſio alio modo. Boethius in Topica Cicer. tradit, eos qui priùs ſeruiſſent, tribus modis ad libertatem peruenire, cenſu, vindicta, teſtamento: eoſque modos interpretatione proſequitur. Ego & aliter explicari poſſe arbitror: Eorum enim qui liberi fiebant, aliqui iuſta libertate fruebantur, & ciuitatis ius adipiſcebantur: aliqui iuris Latini ex lege Iunia Norbana erant: tertij ex lege Ælia Sentia dedititiæ conditionis cenſebantur: quæ differentia lege Iuſtiniani deinde abolita eſt. Alluſit fortè ad hoc Plautus in Caſina,

Tribus conduci non poſſum libertatibus.

Quamuis & per augmentationem dictum illud eſſe interpretari poſsimus. In vetuſtis ſpectationibus extat Romæ hæc inſcriptio:

CLEMENTI CAESARVM N. SERVO CASTELLARIO. At Mediolani: LYCINO N. SERVO CONIVGI BENEMERENTI NEVILA MACVLA.

Opinor hos Latinæ conditionis fuiſſe, & notam N. adſcribi, quod ex Norbana lege id iuris adepti eſſent.

CAPVT VIII.

An illegitimi filij de facto notati cenſeantur: & quoſdam recti exempli fuiſſe: Vergilij locus in vj.

VIDI quandoque altercantes Doctores ea in quæſtione, an filius illegitimus, turpis inhoneſtaque perſona cenſeatur. Et Azo cenſeri credidit [c]: eſſe enim infamia ſaltẽ de facto notatũ [d]: nam & reſponſum eſt nõ videri de tali ſucceſſore intellexiſſe virum nobilẽ, qui hæredi fideicommiſit, ſi ſine liberis decederet [e]: cenſuitque Curtius Senior, Spurij atteſtationem ſemiplenam probationem non facere, tanquam omni exceptione maior non ſit [f]. Addit Alex. tum quoque turpem perſonam cenſeri [g], quamuis natalibus reſtitutus, & quod vocant, legitimatus ſit. Sed hoc mihi videtur Alexand. reſpondiſſe potius vt cauſæ inſeruiret, quàm q̃ ita ſentiret: abolet enim legitimatio omnem maculam ſiue iuris ſiue facti [h]: quod alij tradiderunt, & Bald. ex facto non ſemel reſpondit [i]. Ego quod ad naturales ſimpliciter attinet, puto nulla macula aſperſos cenſeri: quia non ſua, ſed aliena culpa laborant, & quia nihil eſt naturæ imputandum, & quia iure noſtro Latinæ conditionis ſolum cenſebantur [k], quod ſuprà docui: at illa conditio honeſta eſt. In ſpuriis verò probabilior eſt ambiguitas, quoniam de iſtis Azo loquitur, & turpes cenſeri exiſtimat: qua ratione Baldus non admitti ad emphyteuſim eccleſiaſticam, etiam ſi reſtituti natalibus ſint, arbitratus eſt, tanquam ab eis lex põtificum plurimũ abhorreat. Sed hæc ego non ſatis probare

c Azo in ſumma. C. de infa.
d arg. c. ſi gens. lvj. diſtinct.
e l ex facto. § j. ad Trebel.
f Curt. repet. l. admonendi.
g Alex. conſil. xxv. j. Idẽ contrà conſi. ij.
h l. imperialis. § j. C. de nup. l. j. C. ad l. Viſcel.
i Bal. ccclxxxviij. j. cxlvj. iij.
k l. fi. de iur. delibcr.

ausim, qui videam iure canonico ad quascunque dignitates, salua episcopali, admitti posse[a]: cùm tamen ijs, qui vel de facto notentur, portæ dignitatum non pateant. Aristot. libro ciuilis conuersationis VI. hoc hominum genus à reipub. administratione minimè submouendum arbitratur: quod etiam Papiniano placuit[b]. Nam & qui de singulari certamine scripserunt, haudquaquam eos reijci posse, ceu ignobiles, consentiunt[c], cum tamen constet infames & sordidos ab ea militia repelli. Vltimus ex Caroli Magni linea Imperator Arnulfus, huiusmodi natalibus fuit. Tres maximi iuris nostri interpretes, Ioan. Andreæ, Bartolus, Iason, & ipsi sic videntur concepti, quod Sannazarius literis prodidit, ipse tamen affirmare non ausim[d]. Scribit Plutarchus in vita Thesei, duarum maximarum vrbium duos conditores spurios fuisse, Romulum Romæ, Theseum Athenarum: qui cùm spurij & obscuri ambo forent, quia tamen armis, virtutibusque egregi erant, à dijs immortalibus prognati sunt existimati. His accedit & Hercules, ad cuius templũ spurij deferebantur, quòd & ipse similes natales habuerit, quamuis Ioue genitus credatur. Verg. vj.

Nec verò Alcidem me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea Pirithoumq;,
Diis quanquam geniti, atque inuicti viribus essent.

Dixerit aliquis, quomodo dijs genitus Pirithous, quem constat Ixionis filium, Phlegiæ nepotem fuisse, impiissimorum parentum? vnde & φλεγυᾶν Græci pro impiè agere dicunt. Respondeo, non Ixionis, sed Iouis filium fuisse Pirithoum: etenim à mythographis Græcis traditum est, cùm Iupiter Dian, Ixionis coniugem amaret, in equum se transmutasse, & circum eam saltantem pudicitiam ipsius attentasse, vnde natus infans dictum est Pirithous. ἀπὸ τοῦ περιθεῖν, quod est circum, & in orbem saltare. is deinde cum Theseo ad inferos descendens vt Proserpinam raperet, ἐπ' ἀκινήτῳ θρόνῳ, id est, in immobili sede captiuus collocatus est. at Hercules eò profectus, Theseum quidem inde euulsit, Pirithoum verò propter nimium terræ concussum non potuit: Ascalaphi quoque petram reuoluit, vt Dydimus in Homeri Iliados δ attestatur: quo loco idem scribit, haudquaquam apud veteres ignominiosum fuisse nothi, id est, spurij nomen. Vnde Agamemnon cum Teucrum laudaret, subiecit:

Καί σε νόθον περ ἐόντα κομίσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
Et quamuis spurium, propria suscepit in æde.

Vergilius Theseum post mortem iterum petræ illi allegatum cecinit:

——Sedet æternumq; sedebit Infelix Theseus.

alludens, vt arbitror, ad suprà scriptam fabulam, cuius Apollonij interpres in I. in illud carmen, Θησέα δ' ὃς περὶ πάντας, meminit: liberatumque Theseum ab Hercule ait, quia inuitus descenderat: non Pirithoum, qui spontè venerat. Aul. Gellius lib. x. cap. xvj. videtur Vergilium hac in re damnare, tanquam pugnantia scripserit, cùm tamen nihil obstet, viuentem ab inferis Herculis opera liberatum, & tamen post mortem iterum ei supplicio addictum: sicut ipse Hercules apud Lucianum, quamuis viuens emerserit, tamen mortuus iterum eò reuersus traditur.

a c. per venerabilem. qui filij sint legit.
b l. spurij. de decurio.
c Paris Put. versic. an test. ardi.
d Rip. c. inter. de rescript.

CAP. IX.

Non semper fauore matris præsumi filium patri superstitẽ fuisse: & Triphonini responsum declaratum.

SCRIPSERAT testator, quandocunque filius meus, qui impubes est, decesserit, substituo L. Titium: decesserat in pupillari ætate, matre superstite: quæritur, an substitutus ceu compendio verborum vocatus ex directa pupillari substitutione admittitur, an duntaxat ex fideicommissaria? Et Bartolus censuit precariò solùm admitti, & sic saluum matri esse intestatæ successionis ius. hancque interpretationem fauore matris accipiendam: sicut etiam videmus, quoties eodem casu, putà bello vel naufragio, pater & filius extinguuntur, filium posteriùs decessisse præsumi, vt salua sit matri successio: quod Cl. Triphoninus scripsit[e], quod & alijs exemplis probari potest[f]. Sed tamen receptior crebriorque sententia stat cõtrà: nempe tali casu matri præferendum esse substitutum: quoniam non ex tacita mente legis, sed vi verborum compendiosæ generaliter accepto rum admittitur[g]: nullum enim est matris aduersus expressa pupillaris substitutionis verba priuilegium: nam in testamento militis id expressim cautum Diocletiani rescripto legitur[h]: idq; non ex priuilegio militari, vt Bart. credidit, sed vt verba rescripti indicant, propter voluntatem testatoris, vt eos pupillus habeat hæredes, quos pater illi constituit. Nec enim credendum est, aliquid hac in re operari armatæ militiæ simplicitatem[i]: videturque hæc quæstio adeò clarè hodie Bonifacij VIII. Pontificis edicto diffinita, vt minimè sit hæsitandũ, quin receptior sententia eadem & verior sit[k]. Nec mouet Triphonini respõsum, quod in causa intestati loquitur, vt legitimus excludatur: nostra quæstio in substituto est, qui expresis verbis ex testamento vocatur, quod Curtius Iunior tradit. Vnde inferri posset, si naufragio vterque tam pater quàm filius perijsset, adhuc substituto locum aduersus matrem fore: quod tamen ego facilè concesserim, vt saltem in hoc facti dubio matri faueamus: quamuis aliàs regula sit, Præsumi filium superstitem patri esse: de qua re extat elegãs Philippi epigramma εἰς ναυάγιον libro primo:

Νῆα μὲν ὤλεσε πόντος, ἐμοὶ δ' ἑτέρην πάλι δαίμων
πλασσομένην φύσις νῆα πεδαιτέρην.
πατρὸς ἰδὼν γὰρ ἐγὼ δέμας εἰς ἓν λαίφεον ἐλθὸν
μηνύτην ἐπέβην, φέρτε ὀρεξάμενος.
ἤγαγε δ' εἰς λιμένας με, κεὶ ἐς πατρὸς δὶς ὁ πρῶτος
νήπιος ἐν γαίῃ, δεύτερον ἐν πελάγει.

Obruta nauis erat, cùm me fortuna vagantem
Naturæ imposuit commodiore rate.
Nam patris adspiciens in tempore adesse cadauer,
Remigio hoc vsus me super ipse dedi.
Sic portum intraui, patrio bis munere viuus,
Paruulus in terra, naufragus in pelago.

e l. qui duos §. j. de reb. dub.
f l. eum qui. ad Trebell.
g l. Lucius. de vulg.
h l. precibus. C. de impub.
i arg. l. cum filius. de testa. milit.
k c. si pater. de testa. in vj.

CAP. X.

Qui dicantur eiusdem ætatis: & alium numerum pro alio poni: & defensus Vergilius in fontibus Timaui.

QVONIAM publicè interest, ne materia probationum angustetur, præsumitque lex, vnumquenque præstiti sacramenti memorem esse, nec temerè ad

ire ad testimonium accedere: ideo semper fit interpretatio, vt fides testium salua sit: & quantum fieri potest, ad concordiam conciliantur, ne falsa, varia, pugnantia dixisse pro testimonio videri posint. Oportet tamen eam concordiam verisimilem, probabilemque esse: quod enim verisimile non est, quandam falsitatis habet imaginem. Videtur autem probabilis esse concordia, quæ similitudine legislatorum, vel auctoritate prudentiam inducitur. Ecce aliqui testes Titium & Seium eiusdem ætatis esse dixerunt, cùm tamen deinde appareat decennem Titium esse, Seium verò tertiumdecimum annum agere. Respondi, non videri falsos esse: cùm enim ambo pupillaris ætatis sint, satis potest dici eiusdem ætatis esse, idque Pauli I. C. auctoritate[a]. Et licet veteres ætatem vario modo distinxerint, vt Varro, & Hippocrates, vt Solon, quorum sententias Censorinus cap. xiiij. refert: nostri tamen Iurisconsulti videntur mihi planius ac certius constituisse,[b] vt Infantia vsque ad septennium. Pupillaris ad xiiij. Pubertas & Adolescentia ad xxv. annum. Iuuentus, Virilitas, senectus ad certos annos non restringeretur, sed ex habitu corporis atque animi discerneretur[c]. Adduco aliud exemplum: Dixerat testis, coram pluribus personis aliquid gestum fuisse: interrogatusque iterum, dixerat nouem adfuisse: respondi, non ideo falsi reum esse si is numerus non conuenisset. Solent enim docti viri nonarium numerum pro multo simpliciter accipere, quod interpres Nicandri ostendit: appellat Nicãder Scorpion, qui χλοάων dicitur ἐννεάδεσμον, cum tamen septem duntaxat vertebras habeat, vt Demetrius atque Apollodorus tradiderunt. Sic Vergilius Timaui nouem esse fontes videtur dixisse,

Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis.

Cùm tamẽ ex chorographia appareat septẽ tãtum esse. Sic alibi idem Nicander duos aculeos habentem ἐννεάκεντρον dixit. Sic Homerus Charybdim scripsit, ter in die reddere quod absorbuit, ter resorbere, cùm constet id non nisi bis in die fieri. Sed Strabo libro Geographiæ primò id excusat, tanquam hyperbolicῶs sit loquutus, & τρὶς non numerum, sed vehementiam significat. Plato quoque lib. de repub. x. Inspiciens, inquit, opera ipsorum, non intelligunt τριττὰ ἀπέχοντα τοῦ ὄντος tertio gradu abesse à veris. τριττὰ dixit pro valde. Quod ergo sibi permiserunt magni hi auctores, & nos auidè pro testium defensione arripiamus.

a l. Lucius. de vulg.
b l. si infanti. C. de iur. delib.
c l. non aliter. §. j. de lega. iij.

CAP. XI.

Lex Constantini in molles declarata: cur horũ symbolum sit Scarabeus Ausonio poetæ: quid condita pyxide Lyde, Iuuenali: & Culei cliternini Ciceroni.

DVBITAVI plerunque, quid celebri illa & famigerabili lege aduersus impudicos lata Imper. Constãtinus senserit. Eius verba sunt[d] *Cùm vir nubit in fœminã vires porrecturam, quid cupiat vbi sexus perdidit locum? vbi scelus est id quod non proficit scire, &c.* Quæ verba Salicetus physica quadam, sed frigida ratione nititur explicare. Alij contendunt corruptum codicem, quia norica editio habet per parenthesim, *in fœmina viros paritura quid cupiatur?* Petrus, & Transalpini Doctores affectasse vltro legislatorem hanc obscuritatem existimarunt, vt rem obscœnam quanto magis fieri posset occultaret, atque tegeret. Alij potius ob iram, quam in flagitiosos illos Imperator conceperat, confusè loquutum commiscuntur: sicut apud Verg. lib. ij. Aeneas,

——Iuuenes fortissima frustra
Pectora si vobis audentem extrema libido est
Certa sequi, &c.

συγχύσις est, irato conueniens: & apud Plautum Cistell. Alcesimarchus:

At ita me dij deæq; superi inferi & medioxumi,
Itaque me regina Iuno, &c. quid dicam nescio, &c.
Abit intrò iratus, &c.

Est enim non modica ars, argumento aptare verba: quod si poetæ faciunt, si rhetores, nec quidem legislatoribus absurdum videri debet. Ego tamen in cõstantini lege vnius literę mutatione posse cõmodius rẽ diffiniri arbitror, vt *Viris* legamus, non *Vires*: vt eo modo dicatur vir dare seu porrigere viro, quo Plaut. in Rudente:

Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui cõmodat?

Cùm suprà dixisset:

Sapienti ornatus quid velim indicium facit.

Lucianus in dialogo meretricio, πάρεχε γοῦν ὦ Λέαινα εἰ ἀπιστεῖς ἔφη. Porrige igitur ô Leæna si non credis, & cognosces me nihilo inferiorem viris esse. Sanè Ausonius poeta ex dogmate Pythagoræo huiusmodi homines post mortem in Scarabeos verti ait: an propter eorum fœditatem, de qua re Horus Apollo in Hieroglyphicis scribit? An quia hoc sine fœminis animal est, vt Aelianus est auctor? qui scribit lege apud Ægyptios constitutum esse, vt fortissimus quisque Scarabeum in annulo scultum gereret: legumlatore id innuẽte, mares, minimeque effœminatos esse debere, qui pro patria strenuè sint dimicaturi. An quòd Eusebius Pamphili de Prẹparatione Euang. lib. iij. tradit, Scarabeum in stercus semen immittere solitum, & inde pilas conficere? Nota est Aesopi fabula, quam & Aristophanes in comœdia cui titulus εἰρήνη, refert: vbi etiam semen inducit Scarabeo insidentem, vt in astra ascenderet, Iouem allocuturus: cæterum seruis imperantem, vt excrementa, edituśque omnes summoueant, ne eorum appetens Scarabeus dominum præcipitet. Apud Iuuenal. Satyra II. extat atrox declamatio in huiusmodi molles atque effœminatos:

——Nubit amicus, & illis
Turgida nil prodest condita pyxide Lyde.

Videtur Lyde anus alicuius doliaris nomen quæ medicinam exerceret, & plurima medicamenta haberet conceptum adiuuantia, qualia describuntur ab Arnaldo, & alijs. Galen. tamen lib. ij. de compos. medic. κατὰ γένη, Appellant, inquit, veteres Liten emplastrum viride, simplex, quod non molliat, aut concoquat. mutuant autem sibi inuicem sonum ταῦ & δέλτα, vt est apud Lucianum. Sed nunquid ea lex de viris nubentibus loquens, & ad fœminas trahatur pathicas, vel quas Græci Tribades, Plaut. in Persa, Subigatrices vocat? & durum est legem pœnalem ad has extendi, quicquid Salic. scripserit[e]: responditque Marianus pollutionem extraordinariam hanc potius appellari: & vt verũ sit etiam id crimen ad Sodomitas pertinuisse, leges nõ generaliter, sed cum masculis hoc magis abominantur, & puniunt[f]. Putarim itaq; vindicãda

d l. cum vir. C. de adult.
e arg. l. fœdissimam. cod. titul.
f Deci. l. j. C. de secun. nupt.

quidem huiusmodi flagitia, sed non eius pœna: sicut leuius plectuntur qui Lesbiantur, quàm qui Phœnicissant, vt inquit Galenus simplicium medicamentorum lib.x. vnde Eunum Ausonius Syriscum vocat, quasi Phœnica: & minus est λεσβιάζειν, quàm κλυτοριάζειν [a] Solent latrunculatores non summo supplicio hos afficere, sed mitius tractare, puta bis fune brachia luxare, quod Equulei ictus ipsi vocant, cùm apud veteres diuersum sit tormẽti genus. A verbo κλυτοριάζειν sunt qui Culeos Clitorinos scripsisse Cic. epist. li.ix. ad Pætũ existimãt: cùm tamẽ antiqui codices oẽs scriptum habeãt, At honesti culei Lanuuini, Cliternini non honesti. Sunt Cliternini in quarta regione Italiæ, aliàs Aequiculani dicti, vt est apud Plinium: vnde obscœna allusio.

a gl. xiij. distin. in summa.

CAP. XII.

Non reprobari à Iureconsultis Vergilij de cenotaphio sententiam, aduersus Accursij interpretationẽ.

CENOTAPHIVM, inquit Martianus, magis placet esse locum religiosum, sicut testis in ea re est Vergilius. Sed diui fratres contrà rescripserunt, sicque reprobata est, inquit Accurs.[b] Vergilij auctoritas. Ego allusisse Iurisconsultum ad ea carmina arbitror lib. iij.

b l. in tantum. de rer. diuis.

Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum, videri quem cespite inanem
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

Verbum enim Sacrauerat, indicat sensisse Vergilium sacrum, seu religiosum locum esse. Sed certè non loquitur Verg. de simplici cenotaphio, id est, inani tumulo: sed de eo, ad quem geminę aræ, & quidem sacræ extructæ erant, & ad quẽ sacrificijs factis eliciti vocatique erant manes Hectorei. Tranquillus in Claud. Cenotaphiũ, tanquam græcam vocem non dixit, sed latinè Honorarium tumulum: siquidem vt Dionysius Halicarnas. lib. j. inquit, illustris fortunæ virorum locus quidem vnus erat, quo corpus conderetur: monumenta alia alibi à beneficiarijs extruebantur, ob beneuolentiam, & grati animi argumentum. vnde quamuis in Numico flumine obierit Aeneas, eius tamen monumenta extra terram Italiam varijs in locis reperiuntur. vnde vetustæ marmorum inscriptiones primo versu habent OB HONOREM, nimirum indicantes esse cenotaphium.

CAP. XIII.

Transire ad plures, quid sit Plauto in Trinum. Et substitutionem, Si hæres non erit, restituat per fideicommissum, aliter accipiendam, quàm Doct. nostri existimarint.

HABENT Pontificiæ leges plerosque loquendi modos non satis ab ijs probatos, qui solos se Ciceroniani candoris imitatores existimant: qualis cum fato defunctum aliquem dicere volunt, Viam, inquiunt, vniuersæ carnis est ingressus: quasi solam carnẽ vorax ille Saturnus absumat, & non cætera quoque. Elegantior aptiorque Plautina est phrasis, cuius carmen in Trinummo est,

Quinã ego ad hoc genus hominũ duraui, qui nõ prius Ad plures penetraui? nam hi mores maiorum laudant, eos dẽm Lactitant, &c.

Ad plures penetrare enim, est mori, q. scilicet plures numero sint mortui, quàm viui. Scribit Pausanias lib. j. Megarensibus redditum fuisse oraculum, quo Apollo Delphicus respondit, Felices eos futuros, si cum pluribus consultarent. Qua dictione intellecta, illi curiam extruxerunt, vbi sepulchra heroum erant. Cic. lib. j. Tuscul. quæst. mortuos adeò plures non esse sentit, vt nec sint quidem, sed fuerint. Vnde etiam cæsis coniuratis Catilinæ exclamauit, Fuisse illos: vt ostenderet, sumptum de eis supplicium. Baldus cùm testator scripsisset, Si Titius hæres non erit, restituat per fideicommissum hæreditatem Sempronio[c], interpretatus est, si hęres non erit spontè: & ideo ex Senatusconsulto Trebell. posse cogi, vt adeat & restituat, ne alioqui fideicõmissum pereat[d]. Ego potius illis verbis censuerim, rogatum post mortẽ restituere: quia mortui nõ sunt hæredes, sed fuerunt: vt hæc clausula, Si hæres non erit: intelligatur, cùm amplius hæres esse non poterit: hoc enim sensu minus subaudimus.

c Guil. Alex. l. j. de vulg.
d l. ille à quo. ad Trebell.

CAP. XIIII.

Serui obsonatores qui sint, aduersus Accursium, & Plautus in Menæh. declaratus.

LEGATIS seruis, exceptis negotiatoribus, Marcellus scribit, cubicularios, vel obsonatores, vel qui piscationibus præpositi sunt, non videri exceptos[e]. Interpretatur Accursius obsonatores, qui custodiunt dominum operã somno dantẽ, vel qui sonant & cantant domino in mensa. Sed mirum est latuisse Accursium, Obsonari verbis significationem satis vulgatam, & omnibus cognitu facilem. Plutus Menæh.

e l. legatis. de lega. iij.

Bene obsonaui, atque ex mea sententia:
Bonũ interponam prandiũ pransoribus. Et infrà:
Nunc obsonator adeò responde mihi
Adolescens, quibus hìc precijs porci veneunt?

Est autem vulgò corruptum Plauti carmen, & pro Obsonator adeò: legitur, Ipsi naturæ Deo: absque vllo sensu.

CAP. XV.

Zythum quid sit Iurisconsultis: quid Palladæ Dizythum.

ZYTHVM, inquit Vlpianus, quod in quibusdam prouincijs ex tritico, vel ex hordeo, vel ex farre conficitur, vini appellatione non continebitur, nisi vini numero à testatore sit habitum, &c.[f] Declarari quandoque quid esset hoc Zythum, ex Suida & Strabone: vtque Ægyptiorum poculis frequens hæc ceruisia esset, quod etiam Plinius tradit. Ignotior significatio Dizythi, cuius Palladas poeta meminit epigram. lib. j. qui sibi Epialo vel quartana laboranti datum δίζυθον ἐν κρονίῳ ἠπιάλῳ, profuisse præsentanea quadam & diuina vi attestatur, adeò vt Crotone valentior factus sit. Erasmus interpretatur duplicem Zythum, seu Ceruisiam intelligi. Demetrius Chalcondyles speciem amuleti esse dixit. Stephanus Niger Zizyphum κατ᾽ ἀντίστοιχον. commendantur enim hi fructus Aetio ad sanguinis acrimoniam compescendam: quamuis Galeno damnentur tanquam praui succi, & digestioni resistentes. amplius ergo deliberandum.

f l. si quis vinũ, tritic. leg.

CAP. XVI.

Rectè numero multitudinis positam in iure rubricam de probationibus: sicut à Cicerone, de Officiis: & explicatum prouerbium, Fastuosus Maximus.

FVIT Andreas Siculus tempestate sua inter eos qui Bononiæ profitebantur magni nominis, adeò vt Alexandri Tartagni luminibus, vt ita dicam, obstrueret: memoria in specie sic præcellenti, vt quacunque de re, etiam ex improuiso, posset, auderetque differere: vnde plurimus in ore vulgi erat, suspiciebaturque ab ijs maximè, qui σοφοκλῆς, & Laudiceni, Plinio Cæcilio appellantur. Is quandoque scripsit[a], mirari se quòd manifesto euidentique errore cùm veteres Iurisconsulti, tum pontifices decepti sint, qui rubricam in iure nostro inscripserint de Probationibus, & non de Probatione potius: cùm enim Probatio nomen sit generis, & genus sit vnum, singulari numero debuit talis inscriptio fieri: quasi in eo tractatu de Probatione[b] ipsa in genere tractetur, quæ nusquam est: & non de varijs ipsius probationis speciebus, quæ per testes, per instrumenta, per iusiurandum, per confessionem fieri solet. Sic & nuperrimè Grammaticus nescio quis, in M. Ciceronem graui supercilio est inuectus, qui libros de Officijs inscripsit, & non de Officio potius & libros de Finibus bonorum, & non de Fine: cùm tamen Gręci singulariter dicerent περὶ καθήκοντος (sic enim ipse Cicero fatetur) itemque περὶ τέλους. Sed certè rectius faceret nouus iste Aristarchus, si aut fortioribus pugnaret, aut hoc Ciceronis auctoritati tribueret, vt illum magis hac in re, quàm se vidisse, sibi ipsi persuaderet. Quid enim absurdius, quàm eum, qui latinæ linguæ elegantiam profiteatur in eius parentem inuehi? Nempe perinde, ac si quis de arte poetica scripturus, Homerum damnaret, rectè cum Laschare in eum dici posset,

a in rep. rub. C. qui admit.
b l. v. §. genera. de acq. poss.

Cùm vatem instituas, cur fontem polluis, vnde
Vatum Pieriis ora rigantur aquis?

Extat in collectaneis Diogeniani prouerbium, Fastuosus Maximus: in eos, qui sibi plus satis in sapientia arrogarent. sicque κομπὰς μάξιμος interpretatur Erasmus, Ego allusum arbitror ad Lucillij poetæ epigramma lib. ij. εἰς ποιητάς, qui ἐπίδειξιν ποιοῦντο. id est, vt ostentaret se poetam, cùm non esset, tumulum viuens sibi statuit hoc monosticho,

Κλαύσατε ἀνδήλιτα μάξιμον ἐξ ἐφέσου.

Flete, hìc impubes Maximus ex Ephesso est.

CAPVT XVII.

Finem aliter accipi in iure, quàm alibi soleat.

VIDENTVR Iurisconsulti nostri finem accipere alio sensu, quàm vulgò fieri soleat: pro certo modo, vsque ad quem compensatio induci posit: vt cùm Papin. inquit[c], sumptus necessarios & vtiles in prædium dotale factos, compensatis fructibus perceptis ad finem superflui seruare conuenit. vel Pomp[d]. Alteri ex hæredibus præceptionem prædij dedit, alteri præstari aduersus debitorem actiones ad eum finem mandauit, quo prædium fuerat comparatum, &c. Modestinus[e] verò paulò diuersius accepit, cùm, Affines, inquit, dicuntur, cùm duæ cognationes per nuptias copulantur, & altera ad alterius finem accedit. Videntur huc allusisse & Græci, qui τέλειον vocant eum, qui vxorem habet, vt est apud Plutarchum: vnde & tali nomine matrimonium vocant. Item, Iunonemque thoris quæ possidet alma maritis. vnde & προτέλειοι εὐχαί, preces quæ ante nuptias cum sacrificiorum oblationibus fiebant. Aliter hæc vox accipitur P. Ouidio:

c l. in insulam. §. j. sol. matr.
d l. alteri. de adimen. leg.
e l. iiij de grad.

Fine cole modico forma virilis amat.

Cui consentanea tradit Phocylides in poemate:

ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.

Turpe viris coma, deliciæ non turpe puellis.

CAP. XVIII.

Tres leges vitio scriptorum deprauatæ restituuntur: & aduersus Lanceloti Politi disputationem, Iurisconsulti earum auctores defenduntur.

ME ADHVC in studijs legalibus tyrone, vel potiùs Iustiniano nouo, memini celeberrimi nominis doctorem disputandas quasdam theses proposuisse, quib. videri poterat errasse Iurisconsultum. Et in primis quòd rationem recti sermonis non seruarit in l. generaliter. §. quoties. de fideicom. lib. ibi: Si hoc maluerit is, qui rogatus est manumitti. nec enim rectè dicimus, eum seruum cui fideicommissaria libertas non relicta est, rogatum esse manumitti: atqui non ipse, sed hæres de eo manumittendo rogatus est. Sed hoc ex antiquis codicibus facilè habet dissolutionem, in quibus verbum manumitti scriptum non est: vt meritò ceu superfluum sit de vulgatis abradendum, quod & ex Norica editione cognosci potest. Idem proposuit, bis Iurisconsultum in dictione Nametsi errasse, quòd ea propriè vsus non esset, vt ideo sensus rectè colligi vi verborum non posit. Sed & hoc nullo negotio diluitur: siquidem probabilius est Ceruidium Scæuolam *Tametsi* scripsisse, non autem *Nametsi*. Tametsi ita verba sunt, qui testamentum facietis, &c.[f] quomodo & scripsisse Africanum existimo, *Tametsi arbiter ex compromisso pecuniam certo die dari*, &c.[g] Est enim dictũ per parenthesim, quæ vsque ad verbum Videri, in eo responso extenditur. Idemque Pauli responso[h] subesse non mediocre erratum disputauit: quod tamen erratum non est, si castigatè legatur, nempe hoc modo: *Sin autem negligat infirmum, an teneri debeat promissor querentibus, considerandum est, vtrum quemadmodum in vendicatione* hominis si neglectus à possessore, &c. sic enim legendum ex antiquis codicibus, non autem *in venditione*.

f l. Gallus. §. nunc de. de lib. & posth.
g l. traiectitiæ. in fi. de act. & oblig.
h l. si seruum. de ver oblig.

CAP. XIX.

Quo tempore maria clauduntur, declaratæ aliquot leges, maximè l. qui Romæ. §. Callimachus.

ZELIA Mauritanię oppidum est Straboni, & Antonino, Zelis dictum, vnde profecti piratæ oram maritimam infestam habebant. Igitur Hispana classis sub

sub finem mensis Octobris anno M.D.XLI. vt illos coerceret eò profecta, sæuissima tempestate dispersa est: at Mauri pro ingenti miraculo id habuerunt, supplicationibusque decretis gratias Maumethi suo egerunt, qui Christianam classem dissipasset. Dixi Neptuno potius id honoris præstandum fuisse, nimios eorum animos vlciscenti, qui ausi fuissent eo tempore, quo maria clauduntur, nauigare. In iure nostro proditum A est[a], eum qui tali tempore nauem trans mare miserit, si periclitetur, in culpa censeri. Fl. Vegetius ex die III. Iduum Nouembris, vsque ad diem VI. Iduum Martij maria claudi attestatur, propter geminatam eo tempore maris sæuitiam. Gratiani Imp. constitutione à Caleñ. Octob. in Cal. Apriles, omnis nauigandi necessitas suspenditur. Apud Scæuolam Stichus mutuat Callimacho pręstatque periculum nauis, dum tamen intra Idus Septembres Brentesio solueret[b]: nimirum id agens, B vt antequam maria clauderentur, posset nauis tutò reuerti: quod cùm minimè præstitisset Callimachus: responsum est, pœnam esse cõmissam. Et ideo apud Scæuolam dum dicitur[c], sed cùm ante Idus suprà scriptas: legendum est, sed cùm non ante Idus, &c. adiecta negationis particula, quæ si non adsit, omnem sensum peruertit. Appellauit autem Scæuola Brentesium ex Græca consuetudine, quod nos Latini Brundusium, quod in ora Adriatici maris est: hocque C nomen habet, quod prospicientibus formam capitis cerui ostentat: Messapijs enim illis veteribus, seu Apulis, Brentium cerui caput significabat, vt Seleucus lib. linguarum II. attestatur. tametsi alij vt Stephanus ait, à Brento Herculis filio dictum malint. Vnde & Italiam quandoque Bretiam dictam, antequam Oenotriæ nomen acciperet. auctor est Antiochus. hinc & lingua Brettia Aristophani, μέλαινα δεινὴ γλῶττα βρεττία παρῶν. hodieque populi Brutij.

a l. qui petitorio. in fine. de rei vend.
b l. iij. C. de naufrag. lib. xj.
c l. qui Romæ. §. Callimachus.

D

CAP. XX.

Gemina pietas quæ sit Vlpiano, quid Germana: itemq; de prouincia Germania quædam non vulgaria.

VLPIANVS[d], *Si eum quis retineat filium, quem non habet in potestate, plerunque sine dolo facere videbitur: pietas enim gemina efficit sine dolo malo retineri, nisi euidens dolus intercedat.* Existimaui quã E doque corruptum hunc locum, & non *Geminam*, sed *Genuinam* pietatem intelligendum, quasi naturaliter ingenitam dicas: apud Ciceronem tamen duobus locis etiam Geminum hoc sensu legitur, vt in oratione in L. Pison. Illud verò geminum consilijs Catilinæ & Lentuli quod me domo mea expulisti. Idem in Partitionibus: Memoria literaturæ gemina quodammodo, & in dissimili genere similis. Budæus tamen vtroque in loco *Germanum* legit. F sed veterum codicum auctoritas stat contrà: non quòd Germanus, & hanc quoque significationem non habeat, id enim certius est, quàm vt exemplis sit probandum, cùm etiam ἀδελφὸς Græcè eodem modo accipiatur Isocrati in panegyrico, Platoni, & alijs. Strabo Germanos populos hoc nomine à Ro. appellatos scribit, quòd corpore, moribus, vitæ conuersatione Gallis essent simillimi. Cor. Tacitus ita dictos Tongros, qui primi in Galliam transierunt, est auctor, & eodem nomine victos victoresque appellatos. Sunt & qui sic dictos arbitrentur, quod se in bellis mutuò fratres vocarent. Plutarchus in Marij vita petiisse Cymbros τοῖς ἀδελφοῖς χώραν auctor est, cùm fratres appellarent Teutonas. Stephanus ex Aristotelis de admirandis libro, Germanam Celticam gentem esse scribit, in tenebris Septentrionis sitam. Mihi placet beati Rhenani opinio, qui patrio sermone ita vocatos autumat, quasi omnino viriles, garman, ὁλοάνδρες & verisimile est, quod posterius fuit Gar, prius dictum Ger. mutantur enim quotidie vocabula, quod maximè in ea prouincia factum, in qua videmus, tot gentium duas tantum nomen antiquum seruasse, Sueuos & Phrisios. licet sedes non potuerint: tantùm abest, vt pronuntiationem eandem seruasse sit verisimile. Fuit certè tempus cùm Gothia diceretur, & nos hodie vulgari lingua Gothiscos, seu quod idem est Theodiscos vocamus: nam & ipsi linguam suam Theodiscam appellant, sicut Gotzonem, Thiedonem: quod & in Theobaldo, Theuberto, Theuscalco, similibusque alijs dictionibus faciunt. Sunt tamen qui sic dictos, quasi Teutoniscos putent. sunt qui à Tauriscis Celtis, qui nunc Vri sunt. sunt qui à Tuiscone deo Manni patre, cuius meminit Tacitus. Significat Mannus sermone germanico, quod Adam Hebræo, nempe hominem. Sed priorem sententiam ego probo, nec valde eorum curam laudo, qui vetera Germanorum nomina secundum nostræ ætatis prolationem corrigant: cùm constet: libros eorum sermone suprà D. annos scriptos nunc non posse intelligi. Ego illud amplius arbitror, si hodie orantem Ciceronem audiremus, fore vt vix à quoquam intelligeretur: tanta pronuntiationis ipsius, atque accentuum mutatio facta est.

d l. iij. de lib. ho. exhib.

CAP. XXI.

Quomodo intelligendum vulgare illud, Quanto iuniores, tanto perspicaciores.

PROVERBIALE est apud nos carmen, *Esto aduocatus iuuenis, & medicus senex.* Quòd enim experientia maximè, & rerum vsu pollere medicum oporteat, senectam ætatem plurimum in hac arte pollere est creditum, cùm alioquin imprudentis sit viri, salutem suam tyroni credere, qui in tanti momenti periculum artis suæ faciat. At in aduocato aliud est: cùm enim iudicium ad eum non pertineat, sed duntaxat patrocinium, facilius studiorum laborem totque peruoluendorum voluminum curam iuuenis sustinebit: accendet illum & gloria, quam hæc ætas maximè affectat. Addit Accursius[e], ex Prisciano, vt opinor, Quanto iuniores, tanto perspicaciores: quod, vt aliquid sentiunt, iuuenilis ætas capessendæ doctrinæ sit aptior, & memoria magis fida: quod Arist. in Problem. sentit. At alij, vt Imo. Atque Alex. ideo perspicaciores esse iuuenes interpretantur, quia cùm aliorum opera videant, facillimè inuentis addunt. Audiui non semel conquerentem, & tantum nõ lachrymantem pro suggestu Carolum Ruinum, quòd moderni (sic enim dicebat) dictata sua compilarent, paucisque additis pro suis inuulgarent. Sed vetus est id vitiũ, vt Plinius in pœmio naturalis suę historię tradit: & oportet adeò excellere professores,

f glo. l. Gallus. in prin.

fessores, vt habeant etiam quod alijs donare possit, id est, vt Tibullus ait.

Et domino satis, & nimium furiq;, lupoq;.

Gulielmus Durandus in Speculo quamuis maximus Iurisconsultus, tamen alienorum operum suppilator maximus fuit, quorum tamen auctores nec nominat quidem: latuissentque eius furta, nisi Io. Andreæ retexisset, quamuis & ipse hac non careat nota. Scribit Albericus edidisse pro sua summulam de matrimonio, quę tamen cuiusdam Io. Anguisolæ fuit[a]. Dies me deficeret, si huius rei omnia exẽpla referre velim. Ego non video quæ perspicacitas in ijs esse possit, qui aliena paucis mutatis pro suis edunt: ideoque Imo. & Alexandri interpretationem simpliciter intellectam non probo: probabilius est, id ad Aristotelis sententiam referendum esse, quam sub finem secundi libri τῶν ἐλέγχων scripsit: Omnium artium principia tenuia fuisse, nec statim ad consummationem eas esse perductas: sed alijs atque alijs subinde addentibus diligentiusque perscrutantibus, tum demum id factum, οἷον ἐκ διαδοχῆς τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων. Ego tamen arbitror, tot posteriorum interpretum commentationes plus detrimenti iuri nostro attulisse, quàm auxilij: vt de Doctoribus dici possit, quod veteri prouerbialique carmine de medicis traditur: id extat in Iambis diuersorum auctorum:

πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

Me multitudo perdidit medentium.

Ad quod carmen allusisse videtur Plinius libro XXIX. cap. I. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, Turba se medicorum perijsse. Dion Cassius auctor est, morientem Hadrianum dixisse illud in populo vulgatum, Turba medicorum principem neci dedit: quod ad parœmiographos addendum.

a Alberic. diction. verbo, matrimonium. j. causa. Old.

CAP. XXII.

De relationibus: & quodnam sit ius quintæ relationis apud Iul. Capitolinum.

I. EST apud nos non incelebris rubrica de Relationibus, cuius talis est ratio, vt quoties iudex principi vel maiori magistratui causam aliquã refert, vt instruatur, quemadmodũ ius dicere debeat[b], vel rem ipsi maiori iudici finiendam relinquat, quod quibusdã casibus permittitur[c], consultationis exemplum apud acta partibus edat, vt refutatorias preces dare possint. Fit & relatio, quam in Senatu Consules fa-
II. ciebant: quod ius ad Senatum referendi, consulum tantum, & eorum quibus Senatum cogere licebat, fuit, cùm rem decernendam deliberandamque proponebant. Cæsar: Aegrè Consulib. impetratum est, vt literæ in Senatu recitarentur: vt verò ex literis ad Senatum referretur impetrari nõ potuit. Referunt COSS. de repub. dixit Marcellus, Nõ oportere antè de ea re ad Senatum referri, quàm delectus tota Italia habiti essent, &c. Cic. Episto. I. Lupus Trib. pl. quod ipse de Pompeio retulisset contendere cœpit, Dicimus autem, Referre ad Senatum, Ferre ad populum: cuius locutionis plena sunt Sallustij, Liuij, cæterorum antiquorum volumina. In formula dignitatis Imperatoriæ Vespasiano concessę, quę etiamnum marmorea in mensa Romæ ad Lateranum extat, id caput legitur. Vti ei Senatum habere, relationem facere, remittere, S.C. per discessionẽ facere liceat, vti licuit diuo Augusto, &c. Est & III.
ius quintæ relationis, quod à Senatu Imperatoribus tribuebatur. Iulian. Capitolinus in diui Marci vita: Tribunitia potestate donatus est, atque imperio extra vrbem proconsulari, addito iure quintæ relationis. Idem in pertinace: Patris patriæ nomẽ recepit, necnon simul etiã imperiũ proconsulare, necnõ ius quartę relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci. Egnatius eo loco id A ius interpretatur, vti quinquies de re iudicata & perfecta referre ad Senatum possent, æquè ac si nihil iudicatum adhuc foret. Quam sententiam non satis probo. Atqui maximum ius Cæsarum in eo est, quod rescindere rem iudicatam semel valeant[d], quid opus est quinquies variare? Probabilior fortè est interpretatio, si id ius esse existimemus, vt ab eorum sententia nulla sit prouocatio: cùm enim nemini liceat tertiò prouocare, si aduersarius meus bis obtinuerit, & ego tantun B dem, consequens est vt vltima sententia, quæ in hac causa quinta erit, executionem habeat. Erit ergo ius quintæ relationis, perinde ac res Iudicata: Ius verò quartæ relationis, de quo adhuc semel cognosci potest, & alius superior magistratus adiri. Vnde cùm per errorem Pertinaci non quintæ, sed quartæ relationis ius concessum fuisset, habitum est id ominis loco, tanquam non ipse supremus iudex, sed alium maiorem esset habiturus, nempe Sept. Seuerũ, qui eum vicit: qua C tamen in re amplius deliberandum videtur.

b l. eum quem. §. iudicibus. de iudic. in auth. de iudicib. §. vlti.
c in aut. vt iudi. non expe. vbi non.
d l. fi. C. vt lite pendẽ l. causas. C. de transact.

CAP. XXIII.

Quomodo obæratorum bona in solutum dari debeant: & declaratum, quid sit in vacuum pendere apud ærarium Tranquilli locus.

IVRE nostro, si quis debitor pecuniam in numerato non habeat, vnde satisfacere possit, ne carceris tędio afficiatur, in solutum bona da D re potest[e]. sic & quoties rei iudicatæ sit executio, vbi mouentia non adsint, ad immobilium venditionem porriguntur manus[f]. Apud veteres, qui fisci debitores erant, interim dum eorũ bona venirent, cognoscereturq; quãtum ex eorum bonis redigi posset, apud ærariũ pendere dicebantur. Suet. in Domit. Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, &c. Idem in Claud. Postremò etiam sestertium octogies pro introitu noui sa E cerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, vt cùm obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum. Risi grammaticum ibi interpretantem, se in iure nostro annotasse, eos qui non essent soluendo, sublimi loco altero tantũ pede subnixos pendere solitos, vnde argueretur, nihil prædiorum atque fortunarum superesse illis, adeò vt nec vtrunque pedem figere in suo solo possent: F idque esse, quod Tranquillus in vacuum pendere dixerit. Atqui huiusmodi somnia haudquaquam in iure nostro leguntur: & Tranquillus In vacuum dixit moræ Græco εἰς κενόν, pro frustrà: sicut & dicimus εἰς καλόν pro commodè, εἰς δέον, pro opportunè: εἰς μέγα, pro valde: εἰς καιρὸν ἀντὶ τοῦ ἐγκαίρως, & si qua similia à grammaticis annotata. Cùm ergo octogies sestertium, quæ summa est nostratium aureorum CC. millium, promisisset Claudius (Dion. lib. LVIII. fuisse ait myriadas CCL.) diu fuit à præfectis ærarij vexatus,

e auth. hoc nisi. C. de solut.
f l. à diuo. §. ij. de re iud.

tus, cùm tamen lege prædiatoria, id est, lege qua prædia in solutum dentur, frustra id fieret: quia ex eius prædijs non potuit ea pecunia redigi. Si in interpretatione alicuius legis ita erraſſet Accurſius, dij boni quid non in eum dixiſſent hi literatores? at ſibi parcunt, cùm tamen in voce grammatica explicanda, id eſt, in arte ſua peccauerint.

CAP. XXIIII.

An pupillaris ſubſtitutio vulgarem contineat aduerſus matrem indiſtinctè.

EVIT olim magna controuerſia inter L. Craſſum & Q. Mutium, an pupillaris ſubſtitutio vulgarem cõtineret. M. Cicero oratione pro A. Cæcinna: Ornatè & copioſè L. Craſſus homo longè eloquentiſſimus iudicio centumuirali hanc ſententiam defendit, & facilè cùm contra eum prudentiſsimus homo Q. Mutius diceret, probauit omnibus M. Curiũ, qui hæres inſtitutus eſſet ita, mortuo filio poſthumo, cùm filius non modò non mortuus, ſed ne natus quidem eſſet, hæredem eſſe oportere. Quid? verbis hoc cautum erat? Minimè: Quæ res igitur valuit? voluntas, &c. Verùm hodie lis hæc eſt apertè dirempta ex diui Marci & Veri conſtitutione, qua cautum eſt, qui in vnum caſum ſubſtituit, in alium quoque videri ſubſtituiſſe[a]: ſicque omnis illa altercatio veterum eſt ſopita. Sed quid hoc refert, ſi alia exorta eſt, quæ adhuc veterem excitat, augetq; Dixerunt noſtrates interpretes, non eſſe conſtitutioni locum, cùm mater pupilli ſuperſtes eſt, nec enim tacita ſubſtitutione ab hæreditate filij eam excludi: hincque longa diſputatio eſt, quámne tacitam ſubſtitutionem, quam expreſſam cenſeamus. Extenderunt alij hunc matris fauorem etiam cùm de patris hæreditate tractatur, id eſt, cùm ex vulgari tacita ſuccedendum eſt, quamuis hæreditas mariti ad vxorem non niſi poſt agnatos cognatoſque pertineat[b]. At alij rurſus protulerunt, ad fideicommiſſariam, vt ſubſtitutio quę alioqui directò facta filio erat[c], fauore matris in precariam flectatur. quæ omnia tot tenebris ſubſtitutionum materiam ex ſe alioquin claram & facilem, inuoluerunt, vt ad hanc diem centum millia verſuum hac de re ſcripta habeamus, vbi alioqui ſola pagella ſufficeret. Non diſputabo hoc loco, nec eorum rationes diluam, q; à me maioribus voluminibus factum eſt.

a l. iiij. de vulgar.

b l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit.

c l. precibus. C. de impube.

CAPVT XXV.

Rationem notarum numeralium non rectè à Priſciano Grammatico traditam: & aliquot Ciceronis, & Plinij loca explicata.

EDIXERAT Iuſtinianus de veteri iure enucleando, ne quis leges noſtras per captiones ſignorum, & compendioſa ænigmata ſcriberet, etiam ſi numerus librorum aut quid aliud ſignificaretur, ſed ſola literarum conſequentia. Quod ideo edictum ego arbitror, quia habebant antiqui certas notas quibus potiſsimum in legibus vtebantur, vnde potuiſſet in earum interpretatione varia oriri altercatio. Vulgatus eſt huius argumenti liber Valerij Probi, non incurioſe factus. Scribit Dion libro LV, inueniſſe primum Mecœnatem quaſdam literarum notas, quibus celeberrimè ſcribi poſſet, eáſque per Acilium libertum publicaſſe. Extat Priſciani Grammatici libellus de numeralibus notis, quibus etiam earum rationem reddit: nempe V. quinque ſignificare, quia quinta vocalis eſt. X, decem, quia decima eſt conſonans apud Græcos, vel quia poſt V. apud nos ſequitur X. at L. quinquaginta, quia Græci veteres pro hoc numero N. ſcribebãt: ſuccedit autem apud nos eius loco L, vnde pro Nympha Lympham dicimus. Centum autem per literam C, à qua incipit. Quinginta per D, quæ poſt C. proximo loco ſequitur. Mille ſecundum Atticos per X, Græcum, ſed circunſcriptis lateribus (X) vt à denario numero differat. Sed grammatici huius hac in re ſententiam ego nunquam probaui, vt quæ nec veriſimilis ſit, nec probabili ratione nitatur, meminiq́ue me adhuc adoleſcente ſcripſiſſe Benedictum Iouium V. CL. elegantẽ paraphraſim, qua haſce Priſciani traditiones non ſine riſu confutaret, atque proſterneret. Credendum itaque non à Græcis, ſed ab agricolarũ teſſeris numerarias haſce notas vſu acceptas: hancque vetuſtiſsimam, etiam ante repertas literas, rerum demonſtrandarum rationem fuiſſe: nam agricolæ vnica crena ſurculo impreſſa vnitatem notauerunt: deinde ne tot vnitatibus oculi inſpicientium fallerentur, duas lineas hac ſpecie V, ab inferiore parte coniunxerunt, vt quinque ſignificarent, rurſuſque totidem tranſuerſas X, quibus denarius numerus repræſentaretur, ijdem vnam deinde tranſuerſam cum dimidia inciderunt hoc modo Ⅹ, quę quinquaginta ſignificaret: fuitque diu hæc nota longæ literę, quam L. vocamus: vnde in antiquis marmoribus non vno in loco reperitur ea figura eſſe deſcripta: vt meritò Plauto in Aulul. Longam literam facere, ſit ſe ſuſpendere: hæc enim nota qua antiqui vtebantur, ſimillima eſt ligno prono, cui quis affixus ſit Ⅹ. cùm verò ad centenarium numerum peruenirent, eum denaria nota inciſa, cõnexaque illi priore ex parte vnitate affixerunt, hoc modo IX. vnde tertium quoque quod in alphabeto eſt elementum ſic IX. antiqui effigiauerũt: viſunturque etiam hodie antiquiſsimi libri vel ante tempora Longobardorum ſcripti, ſimilib. notis. Sed & quingenta deſignare volentes, quin quagenariam notam Ⅹ ab inferiore parte linea ducta iungebant. mille Ⅹ verò eadem ratione: qua centũ raleæ imprimebant, niſi q; ambæ träſuerſæ lineolæ vtrinque vnitatibus claudebãtur, hac forma IXI. quá recẽtiores expoliuere, & qui buſdã amotis, vt ita dicã, fibulis. M fecere. alij verò celeritatis cauſa ſic depingebãt CIↃ, cui notæ q̃tquot apoſtrophos vtrinq; adſcripſeris, tot decẽnaria addes: qua ꝓpter hoc ſigno CCIↃↃ. decẽ millia: hoc CCCIↃↃↃ. centũ millia: hoc CCCCIↃↃↃↃ decies centena millia ſignificãtur. qua ſcribendi ratione omnes veteres vtebantur, occurrítque frequentiſsimè in vetuſtiſsimis monimentis: & Cicero vbique ſic ſcripſit, maximè actione in Verrem v. licet librarij pro IXI IXI, id eſt, bis mille, vbique coco ſcriberent: quod & in Epiſtolis ad Atticum fecerunt: quo modo Liuius quoque ſcripſit, licet plerunque incuria librariorum corruptus circunferatur. Sic & Plinius, exempli cauſa, libro III. cap. v. Vniuerſæ Italię ambitus à Varro ad Arſiam IXIIXIIXI. M. paſſ. 108. effici. at Impreſſores pro tribus millibus millibus XXX. millium fecerunt.

ILLVSTRISSI. AMPLISSIMO-QVE OTHONI A TRVCHSEN,

S. R. I. HAEREDIT. DAPIFERO, BARONI

VVALTPVRG. AVGVSTAE VINDEL. Epiſcopo, & S. R. E. Cardinali, Franciſcus Alciatus

S. P. D.

QVO feliciſsimo tempore perilluſtris amplitudo tua, noſtri huius Ticinenſis Gymnaſij clauum tenebat, & Reipubl. noſtræ literariæ gubernacula tractabat, tanta auctoritate, magnificentia, liberalitate rexit, tantuſq; nominis tui ſplendor eluxit, tanta ſublimium virtutum tuarum claritas refulſit; vt omnium Gymnaſiarcharum; qui poſt homines natos vnquam fuerint, futuriue ſint, luminibus obſtruxerit; famamq; longo ſuperaris interuallo: ob idque meritò inſignis ille inclyti Magiſtratus tui annus inter magnos ſit relatus, maneátque etiamnum, & omni venturo ſeculo manſura ſit ſempiterna illius memoria. Quæ res adeò in tui admirationem & obſeruantiam traxit clariſsimum illum Iureconſultum Andream Alciatum; vt quod ex ſcriptis ſuis pulchrius, atque luculentius tunc apud ſe habuit, celeberrimo nomini tuo eleganti præfixo elogio dicarit: nempe tres illos Parergon libros, multiplici rerum abſtruſarum varietate & omnifariæ doctrinæ copia refertos. Quibus ſeptem alios deinde ſub eiuſdem nomini tui auſpicijs addidit, quo tempore auguſtior dignitas tua affecta eſt, Auguſtanæ eccleſiæ Pontificatus meritis tuis delati acceſſione. Et quia illud ſcribendi argumentum tam fusè latéque patebat, vt indies creſceret, & noua ſuperfœtura iam editos partus augeret: factum eſt, vt dum vixit, duos alios adiunxerit libros, plures etiam ſcripturus, ſi vitæ longioris commodo frui potuiſſet. Sed ſic, quantum video, erat in fatis, vt hoc eximium atque fœcundum opus ſe contineret intra duodenarium librorum numerum, quem diuinæ gratiæ ac perfectionis eſſe, rebúſque excreſcentibus propriè conuenire proditum eſt. Hos autem poſteriores libros cùm ego, cuius hæ erant partes, in præſentia foras edere ſtatuiſſem, tuæ potiſsimum amplitudini dedicare volui, vt finis ad eundem referatur, cui initium mediúmque tributum eſt: æquum enim id fuit, & ſedulò à me præſtandum: ne quod ſolidi iuris tui erat, perinique cum alijs communicaſſe viderer. Quod & eò lubentius feci, vt hoc oblato munuſculo, quod ex Alciati hæreditate mihi obuenit, teipſum demererer, gratiámque tuam mihi conciliarem. Quam cùm ſummam apud te Alciatum ipſum iniſſe ſciam, quandam in ſpem vocor, fore, vt eiuſdem quoque partem aliquam mihi libenti animo impartire non dedigneris. Ego verò magnum quoddam conſecutus videbor, ſi in gradum quátumuis poſtremum deditiorum tuorum coniectum me intellexero. Ea enim eſt celſitudo tua atque ſublimitas, vt quilibet meæ conditionis vir, magni honoris loco deputare debeat, & inter deorum munera recenſere, ſi tuorum clientum deuotorum numero fuerit adſcriptus. Tu certè magnam Chriſtiano in orbe exiſtimationem auctoritatémque indeptus es, cùm totis contendiſti viribus, vt peſtiferæ illius ſectæ contagio, quæ à paucis initio profecta, latiùs in Germania manauerat, cohiberetur, & funditus comprimeretur, omneſq; tam principes, quàm Reſpublic. & priuati homines illa infecti labe in orthodoxam redirent viam, idque exactè in tui epiſcopatus Auguſtani diœceſi effeciſti, cùm omnibus hiſce impijs profaniſque hominibus eiectis; propulſatis, & ab eorum manibus præſulatus tui adminiſtratione feliciter recuperata, adnitente maximè CAROLO V. Auguſto in priſtinum Chriſtianæ religionis cultum omnia reſtituiſti, & S. S. R. Eccleſiæ ritus antea fœdè conculcatos reuocaſti: pios ſacerdotes ſuis eccleſiis, eccleſias ſuis reddidiſti ſacerdotibus: vt meritò ob tam egregiam pro fidei noſtræ tutela nauatam operam PAVL. III. Pontifex Max. in Senatum Galeritorum patrum te cooptarit, ad alios quoque excelſos honorum gradus & Cæſar ipſe Auguſtus euexerit. Quas ob res aucta eſt mirum in modum gloriæ tuæ fama, ſic vt dubium facturus ſis, pluſne Diuus Simpertus, & Hartmannus prædeceſſores tui Auguſtanæ eccleſiæ contulerint: quorum alter comitatu Dillingen. eam adauxit; alter eius fines longè latéque propagauit: an tu magis extuleris, cùm ſuum illi antiquæ probatæq; religionis decus recuperaueris, ſummos honores, ſummas dignitates addideris, & primus (ſi Petrum Scauuembergen. excipiamus) purpureum latum clauum intuleris. Macte igitur eſto, vir auguſtiſsime, & ſub tantæ amplitudinis tuæ clypeo me quoq; cõſiſtere ne renuas. Sic Deus Max. votis tuis benignè annuat. Ticini octauo Idus Maij.

M. D. LI.

FRANCISCVS ALCIATVS
LECTORI SALVTEM.

NON possum non summopere detestari quorundam Typographorum temeritatem atque audaciam, qui commentaria ad aliquot iuris nostri partes, olim ab Alciato publicè pomeridiana hora profitente, rectè quidem dictata, sed ab auditoribus perperam excepta, inuulgare non sint veriti. Cumque ea ab indoctis scriptoribus vili ære redemerint, & non solùm auctoris iniussu, sed ipso prorsus inscio atque inuito ediderint, nihilominus impudenter etiam mentiti sint, sibi ab Alciato partim vltrò oblata missaque fuisse, partim prece ac pretio extorta: cùm tamen nulli vnquam, licet enixè rogatus, & magnis inuitatus præmiis concedere voluerit. Quinetiam iidem insynceri homines studiosis omnibus impostu-
ram fecerint, dum falsò asseuerarunt integrè omnia & emendatè, ac ab ipso profecta archetypo publicasse: cùm tamen pleraque mutila, deprauata, imperfecta præcipitarint: sic vt infinitis penè in locis nullus aptus sensus elici possit: & quæ in iure nostro citantur loca, magno studiosorum labore perquisita nusquam inueniantur: desintque non sola verba, aut aliquot versus integræue clausulæ, sed decem, viginti, & eo amplius quandoque folia. Plura etiam ac locupletoria in eisdem argumentis elucubrata commentaria edenda supersint. Quæ quia à me concinnantur, & dilucido ordine digeruntur, hactenus publicum accipere non potuerunt, breui tamen acceptura. Qua de re te opt. Lector admonendum esse putaui, ne post hac impostoribus illis chalcotypis facilè credas: vtque accuratè in posterum caueas, ne falsa pro veris, adulterina pro legitimis tibi obtrudat: & eos duntaxat genuinos Alciati fœtus, ac veris eductos exemplaribus esse putes, quibus meum in præfationibus præfixum nomen legeris.

Vale.

AND.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOL. PARERGΩN IVRIS, SEV OBITER DICTORVM, LIBER VNDECIMVS.

CAPVT I.

Cur possessio κατοχὴ dicatur: & quid sit διακατοχία: quid item Hyperocha. Et an appellatione Lapillorum comprehendantur margaritæ: & quid de vitreis.

a l. j. de acquir. possess.

VM Pauli capitulum libr. iiij. ad edictum interpretaretur, quo de acquirenda possessione agitur, dixi me admirari: cur tractatum illum ab etymologia sit auspicatus, omissa definitione, cùm tamen M. Cicero semper à definitione incipiendum esse censuerit. Dixi tamen videri eam definitionem ab eo appositam, quę κατ' ἐτυμολογίαν Victorino Boethioque dicitur, cuius nos suprà meminimus: vt possessio sit sedium positio, in re quæ naturaliter ab eo tenetur, qui ei insistit: ideoque & Græcè κατοχὴ dicitur, id est, detentio. Licet enim & ἕδρωμά, & ἵδρυσις, & aliis quoque modis Græcè appelletur: tamen Iurisconsulto placuit κατοχὴν dicere, quæ propriè ad detentionem spectat, cùm aliæ voces ad possessionem quoque proprietati iunctam pertineant. Est autem huius dictionis mentio in constitutione quoque Arcadij Imp. [b] Nemo excusetur, quo minus ad διακατοχίας vicem defectas possessiones suscipiat, tributa & canonem soluturus. Vbi Accursius diacatochian hospitale interpretatur. Ego muneris nomen esse arbitror, quo cogebantur vicini agros Reipublicę desertos suscipere colendos, sub certæ pensionis canone. Apud Tryphoninum in Pandectis Florentinis non hypotheca legitur [c], sed hyperocha: videturque hac voce significari ius pignoris retinendi prò eo quod reliquum est, dimisso primò creditore. ὑπερoχὴ vulgò supra plus dicitur. Subiicit ibidem Paulus, dominium rerum à naturali possessione cœpisse: vnde etiamnum gemmæ, lapilli, margaritæ, in litoribus inuentę, efficiuntur occupantis. Annotantq; iis verbis interpretes, Lapillorum appellatione non contineri margaritas, idque maximè in municipalibus constitutionibus [d]. Sed quid si adulterinæ sint aut vitreæ? Et non videtur absurdum, de iis actum quoque censeri, si tamen ratio legis suadeat [e]: nam & vitrum ex lapide fit: & apud Aristophanem in Nubibus appellatur lapis λίθον τοῦτον ὑάλου λέγεις. Extat non illepidus ad Trebellium Pollionem locus in vita Gallieni Imp. Vendiderat negotiator eius vxori gemmas vitreas pro veris: qua de re indignata mulier, rapi ad pœnam hominem procurabat. Mandauit itaque Imperator eum tanquam leoni obiiciendum duci: deinde è cauea caponem emisit: mirantibusque cunctis iussit per precònem pronuntiari, impostum fecit, & impostum passus est. Quo exemplo iudicis cuiusdam factum laudaui, qui cùm edixisset sub pœna equulei, ne quis ficam deferret: quendam cum fica lignea argentata ad illudendos apparitores inuentum, iussit adusque equuleum duci, tanquam re vera eum torturus, deinde nil vlterius passum dimisit. Etenim certum est, gladij appellatione, ferreum, non autem ligneum, plumbeumue & innocuum comprehendi, qua de re & libr. de Verborum signific. ij. disputaui.

b l. quicunque. C. de omni agro deser.

c l. quærebatur. qui potior. in pigno.

d l. fi. §. species. de publican. vbi Barto.

e l. iij. C. de vesti holob. lib. xj.

CAP. II.

Fera vulnerata an insequentis vulneratoris an apprædentis sit. Et quid in fera canibus fugata, aut occisa. Quid item sit Birsare. Quid in piscibus captis in alicuius retibus. Et quid in cerno domestico in nemore occiso. Et defensus Vergilius à Grammaticorum morsibus.

VDIT eodem loco Paulus dominia à possessione cœpisse, eo quoque exemplo probari, quòd quæ terra, mari, cœloque capiuntur, protinus eorum fiunt, qui primi possessionem apprænderint. Vnde consequens est, vt si feram à venatore vulneratam, quamuis eo insequente, ego interprænderim, mea sit. Quod aduersus Trebatij sententiam receptum est [f]. quia multa accidere potuerunt, vt eam venator non caperet. Scribit tamen Accursius consuetudine Trebatij opinionem probari.

f l. vlt. §. illud. de acqui. rer. dom.

Ego & Federici Aenobarbi constitutione id inductum scio: qui, vt est apud Radeuicum lib. iij. cap. xxvj. cùm in Italiam venisset, inter cætera & hoc sanxit, vt si quis canibus leporariis duntaxat feram fugauerit, non fugantis, sed occupantis sit. Sed si lancea, vel gladio ferà percusserit: quamuis alter occupet, non tamen eius sit, sed sauciantis. etenim videtur quodammodo apprædisse, qui, vt in carmine Vergil. est,

Iam iamq; manu tenet, & premit hasta.

Subiicitur in ea constitutione, si quis birsando feram scorpione, ballista, arcu occiderit, eius erit. Verbum illud Birsare, Latinum non est: significat autē collimare ad scopum: & hic enim casus summa æquitate nititur. Si enim occidit, nihil contingere potest, quin accipiat. Secus ergò si duntaxat vulnerauerit, & fugientem alius apprænderit. Sed finge, Aliquis piscator nassas labyrinthosque suos in flumine vespere tetederat, deinde summo mane reuersus æmulū artis suæ deprendit, qui casses euacuauerat, piscesque extraxerat [g], cuius erunt pisces? Et puto dominium occupatoris esse: dandam tamen piscatori iniuriarum actionem [h] aduersus eum, qui retia sua contrectauit atque aperuit: nec enim videtur id licuisse. In flumine verò priuato non putarim denegandum domino, quin huiusmodi retia arbitrio suo abiiciat [i]. Sed pone, Classiarij de naui ad prędam exiuerunt, ceruumq; in nemore

I.

II.

III.

IIII.

g l. in laqueum. de acq. rer. dom. h l. iniuriarū. §. si quis de iniur.

i l. diuus. in gl. de ser. rust.

inuentum occiderunt: is ceruus domesticus erat, quamuis ipsi ignorarent, ad quem pertinebit? Et putarem domini esse, cùm consuetudinẽ reuertendi domum retineret[a]. Nec tamẽ ei actionem iniuriarum aliquam competere, cùm probabiliter classiarij credere potuerint ferum esse, & ideo iure gentium occupantis fieri.

a §. ceruos insti. de rerum diui.

P. Vergilius libro vij. belli Latini initium huiusmodi casu contigisse tradidit: nec caruit hæc res grammaticorũ repræhensione, vt est apud Macrobium libro v. Qui vt rudem puerilemq; hãc causam irriderent, & absque exemplo à poeta confictam: atqui primi causa fuit, vt exteros agro suo arcerent, occasionem verò sic insultandi præstitit quidẽ ceruus, verùm animis iam à tartareo monstro concitatis. Laudandusque est poeta, qui ex iure gentium hypothesim sumpsit, vnde in vtranque partem probabilis esset ambiguitas, & par hostium causa. Nec verum est carere exemplo eam rem, cùm Vlyssei omnis laboris non absimilis fuerit origo: nempe vt Homerus ait, quia boues Solis socij nauales confixissent, comedissentque: Νήπιοι οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον. Sic Aristoteles ciuilis conuersationis libro v. auctor est, oriri certamina non pro paruis rebus, sed ex paruis ad magna peruenire. Ælianus auctor est, Magnesiis & Ephesiis, vt armis concurrerent, causam dedisse locustam. Sic Carnos cum Illyricis ob columbam belligerasse. Thebanos verò Ægyptios, cum Romanis pugnasse, cùm belli prætextus esset, occisus canis.

CAP. III.

Irenarchæ qui dicantur: quæ Notoria: quæ Irenicæ literæ, quæ formatæ. Quis item Eranarches sit, & declaratus Homeri locus.

A Pace, quæ Græcè εἰρήνη dicitur, in iure nostro appellati videntur Irenarchæ: quos ex epistola diui Pij constat præpositos fuisse[b] latronibus capiendis, atque etiam interrogandis: non vt ipsi sumerent de eis suppliciũ, sed vt denuntiarent præsidi, atque ad eum noxios mitterent cum notoriis[c], id est interrogationum scriptura de consciis & receptatoribus. Apud Eusebium Pamphili historiæ libro quarto traditur, Polycarpon ab Herode præfecto pacis, id est, Irenarcha, in vehiculum susceptum fuisse, & ad supplicium ductum, cùm eius persuasionibus cedere noluisset, vt idolis sacrificaret. Sunt & inter magistratus municipales ij. Irenarchę, qui, vt Arcadius scribit, disciplinę publicę & corrigendis moribus pręficiũtur, & munera personalia subeunt. Scribit Antoninus Imperator[d], quietis & pacis tutelã per singula territoria hos procurare, & à decurionibus iudicio præsidis idoneos nominari. Nomen habent, vt dixi, à pace, quæ εἰρήνη dicitur: quamuis & quandoque nomen proprium sit, vt in carmine ἀδήλῳ lib. Epigram. ij. in episcopum, cui concubina erat, hoc nomine:

b l. diuus. de cu. sto. reo.

c l. ea quidem. C. de accu.

d l. j. C. de Iren. lib. x.

Εἰρήνη πάντεσσιν ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών·
Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει;
Adueniens pacem populo dat episcopus: ecqui
Dat populo clausam, quam tenet ipse domi.

In concilio Antiocheno cap. lxxj.[e] legitur, Nullum ἄνευ εἰρηνικῶν peregrinorũ clericorum suscipi oportere: vbi Irenicas literas, pro commendatitiis epistolis episcopi sui accipi oportet, quæ alibi συστατικαὶ appellantur[f]: & veteres alio nomine formatas vocabant, quòd eiusdem formæ omnes essent: vnde & Suetonius Tranquillus Formalem epistolam Domitiani vocat, cuius exemplo cæteræ scriberentur. Sanè Eranarches ἀπὸ τοῦ ἐράνου, id est, à contributione dicebatur, qui vulgò Collector appellatur: id est, qui exigit tributa à ciuibus. Vnde iocus Diogenis Cynici, vt est apud Laertium, qui dixisse eum πρὸς ἐρανάρχον ait, cùm tributum posceretur:

e lxxj. distinct. cap. fin.

f c. extraneo. eo. tit.

Τοὺς δὲ ἄλλους ἐράνιζε, ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.
Exigito ex aliis, sed contine ab Hectore dextram.

Homeri est carmen Iliados, supposito verbo ἐράνιζε, pro ἐνάριζε, id est armis spoliat: quem locum non videtur interpres intellexisse, qui Eranarchen ægrotantem transtulit: nisi corruptum sit exemplar impressorum vitio.

CAP. IIII.

Sycophanta quis dicatur: & restitutus Planti locus, quis item sit Kalophanta, Hydrophanta, Hierophanta,: & de mulieribus Hierophantriis.

CVM iudex interlocutione sua, nec causa cognita, dixisset, Sycophãta es: rescripsit Gordianus Imp.[g] nõ videri infamia hominem notatum: interpretaturque Accursius Sycophantem esse improbum litigatorem. Ego potius calumniatorẽ, qui de re pusilla magnas nectit trichas: sic enim Athieniensibus dicti sunt, qui de ficis subreptis aut exportatis quandoque accusabant, vt Plutarchus tradit, παρὰ τὸ σῦκα φαίνειν, quòd in apertum referrent, detegerentque ficos. Plautus Curcul.

g l. verbum. C. ex qui. caus. infam.

Aedepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactu'st
Phædromus:
Kalophantam an sycophantam magis hunc dicam
nescio.

Sunt autem ij versus trochaici septenarij hypercatalectici, sic legendi, vt in antiquo meo est codice: tametsi Festus & Nonius Halopantam legerint: quorum sententia non iniuria displicuit Paremiographo[h]. Videtur hoc nomine appellari qui in speciem appareat bonus, cùm sit malus: quales Græci χρηστολόγους vocant. Sunt & non absimili voce Græcis Hydrophantæ dicti, qui aquarum scaturigines perquirunt, siue irrigandis agris, siue potus causa. In collectaneis rei rusticæ, quę studiosus aliquis ad Constantinum Cæsarem misit, libro j. cap. v. extat Democriti locus, vbi aquæ inquisitionem appellat hydrophanticam, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι τὸ ὕδωρ. Eadem ratione & Hierophantæ dicti, qui de sacris concionarẽtur, & ea in apertum deducerent: vnde & mulieres hierophantrię in antiquo tumulo Romę: Fabiæ Aconiæ Paulinæ. F. Aconij Catulini v. c. ex præf. consul. ordin. vxori Vecti Prætextati v. c. præfec. & consulis designati sacratæ apud Eleusinam Deo Iaccho, Cereri, & Coræ: sacratæ apud Lernam Deo Libero, & Cereri, & Coræ: saeratæ apud Aegynam deabus Taurobolię & Isicæ.

h Eras. Rot. Chilia. v. Centuria j. Adag. lix.

Hierophantriæ deæ Cereris.

CAP. V.

Veráne sit eorum sententia, qui testes in accessoriis tantùm contrarios fidem nihilominus facere crediderunt. Et an Susannæ historia pro vera sit recipienda.

QVI forensibus negotiis operam dant, vulgare quoddam Antonij Butrij dictum[a] memoriter tenent, & in ore plurimum habent, quo traditur, Testes qui vel in modica aliqua re, vel in appendicibus seu accessoriis rei mutuò aduersantur, fidem nihilominus facere: nec ideo falsi suspectos esse. Sed aduersus hanc sententiam ego sic argumentari soleo: Si id verum esset, non rectè Daniel seniores illos in Susannam testes iudicio condemnasset: quorum alter sub pruno, id est, ilice, alter sub schino, id est, lentisco stupratam asserebat. Etenim sub qua arbore id factum esset, non multum ad rem pertinebat. Hieronymus potuisse defendi sentit: quia apud Græcos vtraq; arbor eandem habet etymologiam, vt à σχίνῳ scisio, à πρίνῳ sectio siue serratio dicatur. Sed secundum suprascripta tutior fuisset Butrij defensio. Ipse tamen cum Hebræis codicibus sentio, illam omnem Susannæ commemorationem commentitiã esse, quod & ferè credidit Hieronymus. Nec me mouet Claudiani poetæ carmen,

a Butr. c. ij. de regula. Alex. cõs. xxxij. ij.

Sic tibi det vires sancta Susanna suas.

Quia non ideo sequitur historiam ab eo probari: & vt ita sit, haudquaquam magnæ fidei hac in re est is autor, quẽ P. Orosius & P. Diaconus nõ Christi militẽ, sed paganũ fuisse in rebus Theodos. tradiderunt. Ego, quia in eius carminibus pleraque sunt ad Christi cultum pertinentia, malim existimare vtrunque (quod prouerbialiter dicitur) & neutrum fuisse.

CAP. VI.

Emendatus Iustiniani locus in l. ij. C. de vet. iur. enucl. Et quid apud eum significet κατὰ πόδα, id est iuxta pedem.

CAVIT discretè Iustinianus noster[b], ne quisquam commentaria in leges scriberet, nisi tantum si velint eas in Grecam vocem transformare sub eodem ordine, eademque consequentia, sub qua voces Romanæ positæ sunt: hoc quod Græci κατὰ πόδα, dicunt, id est ad pedes, seu iisdem vestigiis: vt id significetur, quod M. Cicero in oratione pro P. Sextio, In vestigiis stare, dixit. Diogenianus prouerbium refert, Nemesis παρὰ πόδας βαίνει, id est vestigiis inhæret. Ego tamẽ in antiquis codicibus obseruaui scripsisse Iustinianum singulari numero κατὰ πόδα, id est, iuxta pedem: placetq; mihi magis hæc lectio, vt alluserit ad carmẽ Platonis Comici, cuius meminit Suidas.

b l. ij. C. de vet. iur. enucl. §. penultimo.

ὡς δεῖ μοὶ τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδα.
Res ista nostrum maximè ad pedem facit.

Vt metaphora sit à calceo ducta, qui accommodatissimè singulos articulos pedis exprimat: qua de re extat scitissimum Pauli Aemylij dictũ, cuius Plutarchus ἐν τοῖς γαμικοῖς παραγγέλμασι meminit. Is cùm vxorem locupletem, formaq; cõspicuam, atque pudicitia insignem repudiasset, hocq; nomine ab amicis castigaretur: protenso calceo, Et hic, inquit, nouus est, & pulcher: nemo tamen vestrum nouit, vbi me premat.

CAP. VII.

Variæ significationes Manus: & de matrimonio quo vxor in manum viri conueniebat. Itémque de nuntiatione quæ per manum fit: & quæ dicantur manus Verris apud Ciceronem: quæ Sinistræ Catullo: & plures loci eiusdem Catulli emendati, qui antea corrupti circunferebantur.

NONNVLLÆ sunt in iure nostro Manus significationes metaphoricῶs acceptæ, quæ etiam aliis autorib. sunt communes: vt cùm Papin. Quod per manus, inquit, traditum est, codicillis hæreditatem dari non posse, &c.[c] Et alibi, Mulier ab eo, in cuius manum conueniebat stipulata fuerat CC. &c.[d] Intelligit autem de ea specie matrimonij, qua vxor in manum viri conueniebat, vt est apud Ciceronem in Topicis. Quę species cùm hodie exoleuerit, meritò nostrates pro dictione Manum, Matrimonium substituerunt. Caius quoque I. C. Plerunque plus in manus pretio, quàm in re est[e]. Quo loco manus pro artificio accipit: sicut apud Iulium Solinum, Ea ędes manus Dędali ostẽdebat. Modestinus: Quęrebatur an propter emissam manum ab eis agere possent[f]. Quo loco manum intelligit cautionem eorum chirographo scriptam. Est & Nuntiatio Vlpiano quæ per manum fit, id est iactu lapidis[g]: quę videtur inducta esse, ne quis vim armatam adhibeat: estque ex quadam veteris iuris imagine orta, quo iure manu consertum res repetebantur, vt est apud Gellium. Huc pertinet etiam Manuum iniectio, quæ quandoque ex pacto competebat[h], nihilque aliud significat, quàm facultas propria autoritate vtendi. Hinc & Mittere manu, vnde Manumissio[i]: & Agere in manum, id est potestatem: vnde Mangones sunt dicti[k]. Est & celebris ille loquendi modus, cùm quid dicimus Manu breui acceptum à muliere & marito datum[l]: id est per compendium, & vitato circuitu. Est & Adoptio tribus manibus, de qua suprà lib. iiij. satis scripsi. Et in iure pontificio, Affirmatio septima manu propinquorum[m]: id est, cùm vij. domestici iuramentum credulitatis præstant. Cicero in Verrẽ, Manus Verris, appellat eius emissarios, qui pro eo prouinciam deprædabantur. Sic Catullus,

c l. quòd per manus. deiur Cod.

d l. ex eo. §. j. de verb. oblig.

e l. mulieris. de verb. signi. l. qui insulam. §. qui ædem. loca.

f l. quidam. de prob.

g l. de pup. §. meminisse. de ope. noui nunt.

h l. pen. de ser. expor.

i l. manumissiones. de iustitia & iure.

k l. mercis. de verb. signi.

l l. licet. de iure dot.

m xxxiij. q. l. c. ij.

Porti & Socration duæ sinistræ Pisonis.

Sinistram appellans, quòd hac manu potissimum furta fiebant, dum dextra simulat aliquid aliud agere. Plaut. Persa.

Vbi illa altera est furtifica læua?

Ouidius Metamorph. xiij.

Conueniet timidæ nataeq; ad furta sinistræ.

Idem Catullus, in Asinium:

Inter cœnam Asini manu sinistra
Non bellè vteris in ioco atque vino.
Tollis lintea negligentiorum.

Inde apud eundem Sinistra liberalitas, in Epigram. in Cæsarem, quæ ex furtis & concussionibus facta est:

Quid est aliud sinistra liberalitas?

Sic enim legendum, non aliud: cùm epigramma illud totum ex integris iambis constet. Veteres autem Alid, dicebant pro Aliud, vt est vbique apud Lucretium; sicut Alis, pro Alius. Catulus ad Hortalum;

An'ne noium oblita es facinus quo regium adepta es
Coniugium, quod non fortius ausit alis?

Nec enim auis est legendum vt vulgò isti emēdârunt. Sanè & in eodem epigrammate in Cæsarem sunt plurima librariorum vitio corrupta, quæ tamen ratione syllabarum deprændi & agnosci possunt: vt illud, Habebat cuncta: imò Habebat ora & vltima Britanniæ. Et illud, Vt ista vestra: imò, Verpa: nec enim in Cæsarem adeò inuehitur sicut in Mamurram. Item illud, Paterna primum: imò, prima. Et illud, Hunc Galliæ timent: imò, Teruntur, hincque Galliæ & Britanniȩ: pro expilantur & diripiuntur post consūmptas prædas. Et rursus, Nisi cuncta: pro, Vncta, siue Vsta. Difficilius illud vltimum, Eóne nomine vrbis opulentissimæ: vbi tribrachus est in quarta sede, & spondeus in quinta: fortè legendum est, Vrbis opplitissimæ: sicut veteres à deleo formabant supinum délitum, penultima correpta, vt autor est Diomedes ex Varrone: ita videtur ab oppleo opplitum penultima breui: vt enim Seruius in libro iiij. Æneidos ait, Verba secundæ coniugationis habentia e, ante o, poterant tertiæ quoq; apud antiquos esse. Vnde etiamnū Féruere, apud Verg. legitur media correpta Respóndere, apud Manil. Fúlgere apud Rhēniū Palęmonē: ólere apud Plautum: qua ratione Caue, & Vale quandoque vltimam corripiunt, qua tamen in re amplius deliberandum est. Cæterùm Sinistra etiam alio significatu accipi potest: vt cùm in iure nostro dicimus, Oriri sinistram suspicionem [a]: & apud Athenæum libro xiij. ὅτ' ἐδίδαξαν ἀριστερὰ γράμματα μοῦσαι. Quos musæ sinistras literas docuerunt. Et ex Ephippo, In leuam partem linguam in ore gestas Celebre est & illius professoris dictum, quo se philosophiæ præcepta tradere dextra dicebat: verùm auditores sinistra accipere: quod & nobis non semel contigit.

a l. etiam. C. de dona. inter vir. & vxor.

CAP. VIII.

Nepotes vnde dicti, & quomodo iura suorum hæredum habeant: & quando posthumi alieni dicantur: & defensus Liuius à morsibus Vallæ, itemq; Pomponius in l. ij. de orig. iur.

NEPOTES dictos Grammatici existimāt, quasi natos post filium auo. Ego verò potius, quia non erant potes, id est, non poterant auo succedere, sicut pater poterat. Etenim lege xij. tab. licet ab intestato iura suorum hæredum haberent, quod non vno in loco Iustin. tradidit [b]: tamen condito testamento satis erat auo si filium instituisset, qui primum locum tenebat: nec nepoti deinde vllum erat remediū vt aduersus eas tabulas audiretur. Quod cùm iniquum deinde visum esset, lata est lex Velleia iis verbis: Si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit, liberi eius, & cæteri in eius locum sui hæredes succedunto [c]. Ante enim eā legem successorio edicto locus non erat [d]. Remanentque eius rei etiamnum aliquæ reliquię: vnde iure nostro filius sub cōditione casuali instituí non poterat: & tamen nepos, etiam mortuo patre, poterat [e], quod & Castr. fatetur [f]: cùm non possint commodè eæ leges ad eum casum restringi, quo pater eorum adhuc esset in humanis. Nam & alibi Iustin. disertè tradit, nepotem loco patris ad rumpendum aui testamentū succedere ex lege Velleia [g]: quod indicat non ex xij. tab. esse: vt meritò huiusmodi nepos, etiam si mortuo patre nasceretur, ipsi auo posthumus alienus dictus sit [h]: quod scilicet iura suitatis nō haberet, vt ego interpretor: tametsi alij ideo alienum dici credant, quia tempore testamenti primum locum non teneret. Hinc apud T. Liuium libro j. mortuo Demarato successit ex asse eius filius Lucumo, qui & Tarquinius Priscus fuit, excluso Egerio nepote posthumo ex Arunte præmortuo. Eademq; ratione factum, vt ipsi Prisco successerit filia, quam ex Tanaquile suscepérat, & eius gener Seruius Tullius in regnum excluso Superbo, qui nepos fuerat, vt Dionysius Alicarnasseus scribit, & Laur. Valla longa declamatione disputat. Quòd si cum Liuio magis censeamus fuisse filium, oportet non ex Tanaquile fuisse natum, sed ex Latinæ conditionis muliere [i], paucis antequam pater occideretur annis: ideoque ei vxorem Seruij prælatam, quę iure ciuitatis erat potior. Regnauit autem Seruius annos quatuor & triginta, vt est apud Eusebium & Cassiodorum, Eutropiumque, item & Bedam: licet mendosè in Liuij Codicibus additum sit decennium, & Superbo ablatum: diluunturque hoc modo omnes Vallæ ratiōes, quas ipse aduersus T. Liuium ea declamatione, seu epistola ad Alphonsum inducit. Vtinam tam facilè defendi Pomponius noster posset [k], qui, Papyrius, inquit, illis temporibus fuit, quibus Superbus Demarati Corinthi filius ex principalibus viris: atqui non filius Superbus Demarati, sed nepos aut pronepos fuit. Budæus aut hallucinatum Pomponium ait, aut librarium. Norica editio nomen superbi aboleuit. Zasius & Catullinus filij appellatione hoc loco nepotem contineri censuerunt: nec video quid responderi aptius possit.

b §. j. inst. de hæred. quæ ab intest. & deleg. agn. succes. in princ.
c l. Gallus. §. videndum. de liber. & posthu.
d l. j. versic. quāuis succ. de suis & legiti.
e l. suus. l. seq. §. nepotes. de hæred. instit.
f Castr. §. nunc de lege.
g l. si quis filiū. versi. & superuixit. C. de inof. testam.
h l. pen. de leg. j.
i suprà lib. v. cap. v.
k l. ij. de origi. iur.

CAP. IX.

Liberi qui dicantur, & declaratus Catulli locus: & de Patrepatrato, itemq; Prætorib. prouinciarum: & quid apud eundem Catullum significet, sine sacris domus.

IVRE nostro præcipua multa matrimoniis indulgentur: quia Reipub. interest dotatas esse mulieres ad replendam liberis ciuitatem [l]. Dicuntur autem Liberi illi duntaxat, qui ex legitimis nuptiis sunt procreati, cùm Nothi, naturales, Spurij, Latinæ conditionis essent. ideoque non planè liberi. Fabi. Quintilia. libro iij. & hîc finitionem mouet, an liberi sint etiā non legitimi. Catullus in Epithalamio:

Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier, at potest
Te volente. quis huic Deo
Compararier ausit: Subiicit deinde:
Quæ tuis careat sacris
Non queat dare præsides
Terra finibus, &c.

Quibus verbis apparet, Præsides finium non fieri, nisi qui legitimo matrimonio nati sunt. Quod si de patrepatrato, qui fecialibus præerat, interpretemur, clarum habet sensum. Creari enim non poterat paterpatratus, nisi qui & patrē haberet, itemque & filios, vt Plutarchus in Problematis tradit. Ego tamen potius de Prætoribus prouinciarum atque Proconsulibus intellexerim, quos ad sortitionem honorum non admitti constat, nisi patres essent. Extat apud Corne. Tacitum libro xv. S. Consultum, P. Mario, L. Asinio Coss. quo cautum, ne orbi fictis adoptionibus, ceu veri patres prouincias sortirentur, neu tales adoptiones vlla parte munerum publicorum iuuarent. Huc pertinet lex Iulia de maritandis ordinibus, à diuo Augusto lata: & lex Papia Popæa, de præmiis patrum, quarum Tacitus Tranquillus, Dion, meminêre. Dicuntur autem filijfamil. esse in sacris patris, quod alibi declaraui [a]: vt meritò dixerit Catullus, sine sacris esse domum, in qua paterfamiliâs sit orbus.

l l. j. solu. matrimonio.
a l. filiæ. §. j. C. de collat.

CAP. X.

Quæ esset Dictio dotis: & quid Dictis obligari: & declaratus emendatusq; Plauti locus: itémque Persij, & Cornelij Taciti.

VERBIS hodie contrahitur obligatio per stipulationem: olim verò etiam alia erat species, quę Dictio dotis dicebatur, qua citra vllam solennitatem tres personæ obligari poterant: ipsa mulier, ~~eius pater~~, itémque mulieris debitor. quod Caius lib. ij. Institutionum tradidit: vnde Dictis obligari, puto veteribus fuisse, ex dictione dotis reum se constituere. Apud Plautum in Curcul. carmen est:

Dictis damnosos maritos sub basilica quærito.

Indicauit arbitror poeta, sub basilica solitos ambulare eos, qui vxorem ducturi erant minima dote, qui scilicet damnum dictis essent facturi: siue decepti à proxenetis, siue nimia facilitate sua fidem habentes mulieri, aut iis personis, quę pro ea dotem dicere possunt. Nam quæ interpretes ibi comminiscuntur, non satis probabilia sunt. Sed & arbitror repetitum ibi carmen, Dictis damnosos maritos, apud Leucadiam Oppiam Plautinum non esse: non enim constat omninò legitimis numeris: verisimile est immutatū ab aliquo comœdo in odium proxenetriæ, cui nomen esset Oppia Leucadia. Dictum, inquit Vlp. [b] accipimus quod verbotenus pronuntiatum est, nudóque sermone finitum. Promissum autem potest referri & ad nudam promissionem, siue pollicitationem, vel ad sponsionē. Ea autem sola dicta siue promissa admittenda sunt. quæcunq; sic dicuntur, vt præstentur, non vt iactentur. Persius:

——Fuge quærere quid mihi quondam
Legarit Tadius, neu dicta repone paterna.

Sic enim legendum, non Stadius. Est autē Tadius antiquum nomen Romanum: extat etiamnum Cliuij oppido agri Mediolanensis vetus monumentum iis verbis T. Tadius T. F. OVF. Catianus. VI. vir. vrb. Q. Collegij centonariorum anni quo curia dedicata est, sibi & Tadiis Cassiano, & secundo Fil. VI. vir. vrb. & Terentię Valerianæ vxori. L. D. D. C. & in tutel. ded. H-S. ∞.

Corn. Tacitus libro j. Qui Tadij & Vedij Pollionis luxus. Quamuis eo in loco fortè melius legendum sit, Atedij: sic enim appellat Seneca lib. de Ira. iij. cap. xl. vbi eius immanitatem describit, qui seruulum fracto crystallino murænis obiecerat: quamuis idem Seneca libro de Clementia id Vedio tribuat, quod & Dion Coccęus libro liiij. facit.

b l. sciēdum. de ædil. edic.

CAP. XI.

Cur Iustin. Digesta in septem partes diuiserit: & de potestate septenarij numeri: & quoto mense partus maturus edatur: & de ætatum distinctione ex Solonis sententia.

QVÆSITVM fuit, cur Iustin. quique illi in consilio erant, quinquaginta Digestorum libros in septem potissimum partes diuiserint [c]: cùm enim appareat tractatus diuersissimos in sextum Tomum ab eis collatos: cur potius eum non separarunt, & octo articulis rem omnem finiuerunt? Et certè non satis habeo hac in re quid dicam, nisi ita illis placuisse, vt septem potius partes essent: idque propter eius numeri potestatem atque etiam perfectionem, de qua non Philosophi solùm, & Theologi plurima disseruerunt, sed & Poetę, vt cùm Home. dixit, Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις: Vergilius, O terque quaterque beati: Ouidius, Terquater Idmoniæ frontem percussit Arachnes. Sic Macrobius libro j. Hominem, siue ad corporis intima, siue extrinsecus spectes, septenarij numeri ratione constare disputat. Sic Cor. Tacitus libro vltimo pleraque cœlestium vi sua & cursu per septimos numeros commeáre duce Saturno tradidit. Sic Pau. noster sententiarum libro iiij. Septimo inquit mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, vt aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur. Idemque Alexander Problem. libro ij. cap. xliiij. tradit & ipse, adducto Pythagoræ testimonio: tametsi alibi Paulus maluerit autoritate Hippocrat. vti [d], qui hoc ipsum censuit λόγῳ xlv. & lxiij. prope finem. sic quamuis lege xij. tabularum agnati vsque ad decimum gradum ad intestati successionem vocarentur, tamen prætores nomine proximitatis cognatos nō nisi intra septimum admiserunt [e]: id est, sobrinis natos: satis existimantes ad hunc vsque numerum progredi. Quo exemplo & bonorum possessiones intra septimum modum sunt hodie redactæ [f], ex Iustiniani constitutione, cùm alioquin lege xij. tabularum ad decimum vsque progrederentur. Prosequitur septenarij numeri laudes Philo Iudæus libro de Opificio mundi secundo, etiam adducto Solonis Atheniensis legislatoris elegidio non ineleganti, quo ætatem hominis per eum numerum distinguit: cuius imitatione & nostrates infantiam ad septennium produxerunt [g], pupillarem ætatem ad bis septimum annum. Addit ille tertio septennio dici adolescentes, quarto iuuenes, quinto maritos, sexto viros, septimo verò virilitas erit consistēs, octauo affecta & vergens, nono senectus sapiēs, decimo senex declinans, & moribundus. Quam elogiam ego Latinè eram redditurus,

c l. ij. C. de vete. iur. enucl.
d l. septimo. de statu hom.
e §. fi. inst. de succes. cogna.
f §. septima inst. de bon. possess.
g l. si infanti. C. de iure deliber.

nisi hoc ipsum fecisset Gregorius Lilius Giraldus, vir eruditissimus & nostri temporis Varro in eo dialogo, quo de Poetis disputat.

CAP. XII.

Articulus, quid significet in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. cuius legis sensus explicatur, & aliæ significationes Articuli afferuntur, & locus Plauti declaratus.

VALENTINIANI constitutione prohibita est appellatio ab exequente iudice [a]: subiicitúrque in ea, Sciant autem procuratores, se vel ab executione appellantes, vel ab articulo, quinquaginta librarum argenti animaduersione mulctandos. Dubitat Accurs. quid in ea constitutione significet Articulus: & nunc sententiam definitiuam interpretatur, nunc certum aliquod capitulum, super quo fuerit ante sententiam definitiuam pronuntiatum. Qua in re plurimum miror, adeo defecisse tanti viri acumen: res enim videtur mihi clarior, quàm vt in ea sit vllus controuersiæ locus. Quoties enim iudex modũ in exequendo excedit, permittitur appellatio. Quòd si prouocator dicat excessisse modum, aduersarius idipsum neget, tunc super articulo lis est, vt iudex appellationis cognoscat, an ea causa sit appellabilis, an id minus. Sicut ergo in principali quæstione prouocatio nõ permittitur, ita nec in articulo: hicque est huius legis sensus: tametsi non negauerim, articulum quandoque pro incidenti aut emergenti quæstione accipi. Sed tali casu receptissima est sententia, non censeri vetitam in articulo appellationem, quamuis in principali sublata sit [b]: quod à me loco suo disputatum est [c]. Alio quoque sensu articulus accipitur Plauto Epid.

a l. ab executione. C. quor. appell. non recip.

b l. si ex. §. nunc videndum. de minorib. c l. fi. C. de pact. gl. pen.

Nam seruum misi, qui solet gnatum meum
Sectari: ipse hanc meo articulo emit fidicinam.

Meo articulo, id est, perinde ac meis digitis: etenim licitationes fieri micantibus digitis solebant: vnde & Mancipes dicti. Aliqui tamen codices simpliciter ad Plautum scriptum habent, ipse hanc mercatus est mihi fidicinam.

CAP. XIII.

Dictio, Olim, quandoque ad præteritum, quandoque ad futurum refertur: & qua pœna teneatur, qui se filiumfamil. sit ementitus, Plautiq; locus declaratus.

ACCEPERAT Titius filiusfam. mutuam pecuniam, scripseratque in documento tabularius Titius filius olim Sempronij, deinde agenti creditori obiecerat exceptionem s. C. Macedoniani. Quærebatur, quid iuris esset. Respondi, Non ideo instrumentum censeri falsum, quòd in eo scriptum esset, Olim Sempronij: licet enim id aduerbij præteritum tempus significet, quandoque tamen λαρ' ὑπόστασιν pro aliquando accipitur, & ad futurum refertur: quod Bar. tradidit [d], & receptissimum est, quamuis etiam si hæc significatio non acciperetur, nihil tamen tabellioni ipsi imputandũ esset, qui potuit assertionem partium sequi [e]: sed suæ potius facilitati tribuere id creditor debet, qui conditionem eius cum quo contraxit diligenter non sit perscrutatus [f]. Putarim tamen crimine stellionatus teneri Titium, qui se filium fam. affirmauerit, cùm non esset, sicque creditorem deceperit: quod non absimili casu Baldus respondit [g]. Quid si neget se falsum affirmasse, sed mutatione puncti se tueatur? fuit enim olim filius, nempe habita relatione ad tẽpus quo eum pater Sempronius suscepit: sic Plautus in Epidico:

d Bartol. l. j. §. j. de oper. no. nũtiat.

e Bal. rub. C. de fide instr.

f l. qui cum alio. de regu. iuris.

g Bal. cons. xiiij. j.

Quam negat nouisse mater? non ergo matris ea filia est?
In meum nummum, in tuum talentum pignus, ni est.
P. *captio est.*

Sic enim legendum, non vt vulgò habetur, Pignus Daniſtæ captio. Sed certè Iurisconsulti nostri ad huiusmodi captiones non attendunt, sinuntque eas comicis: ideoq; non esset impunitus iste dimittendus.

AND.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. MEDIOL. PARERGΩN IVRIS, SEV OBITER DICTORVM, LIBER DVODECIMVS, & vltimus.

CAPVT I.

Dictio, Omnis, in quo differat à dictione Quilibet, & quàm variè à Iurisconsultis accipiatur: explicatúsque Vergilij locus.

HÆC dictio, Omnis, à dictione, Quilibet, differre creditur, quod quilibet actum insolidum singulis distribuit, Omnis verò non singulis, sed simul & collectiuè: quod intelligendum, si numero multitudinis proferatur, veluti, Omnes homines ferunt lapidẽ: quòd si singulariter dicatur, secus est: vt cùm dicimus, Omnis homo fert lapidem: tunc enim non collectim, sed distributiuè accipitur: quod Bartol. noster tradidit [a], & receptissimum nostratibus Iurisconsultis est: nec negari potest, quin ita plerunque sit. Videtur tamen aliud quãdoque obseruari: vt cùm lex Verior, inquit, sententia est, vnius facto omnes teneri: [b] quoniam licet ab vno prohibear, non tamen in partẽ prohibeor: sed cæteris famil. ercisc. iudicio sarciet damnum. Adparet ergo vnum insolidum conueniri, qui ab aliis deinde repetit: sicque non collectiuè, sed singulariter ea vox accipitur: quod & aliis locis propter subiectum argumentum demonstrari posset [c]. E contrario numero singulari particulariter accipi adparet ex vij. synodo: *Si quis omnem traditionem ecclesiasticam, scriptã vel non scriptam, violat, anathema sit* [d]. Omnem intelligit, id est aliquam ex omnibus: cuius rei plura quoque exempla afferri possent [e]. audacius id Furius lib. x. ad pluralem numerum transtulit, quem imitatus est Lucretius lib. v.

a Bar. l. hocarticulo. de hæredi. instit.

b l. in executione. §. insolidũ. de verb. oblig.

c l. si rem quę. §. j. de euict. Bart. l. si pluribus. in fi. de legatis secundo. d j. q. vij. si quis omnem. e xv. q j. mulier.

Maior erat natu, non omnia possumus omnes.

Et Vergilius:

Dicite Pierides non omnia possumus omnes.

Id est, singuli ex omnibus: sic enim videtur carmen illud interpretandum esse.

CAP. II.

Stupharum mentio in iure, earumq; varij vsus & modi: & quid, & vnde dicta sit cucuma: & de caminis.

DVBITATVM à plerisque doctis viris fuit, an ea vaporaria, quæ vulgò Stuphæ dicuntur, in veterũ vsu fuerint, cùm hodie adeò frequentia in prouincia præsertim Germania sint, vt absque illis in hyeme non cõsteret eius incolis vita. Dixi, in iure nostro eius rei mentionem esse, & quidem non vno in loco. etenim Zetæ, seu (quod idem) Dietæ pars, fuit cõcameratus aliquis locus, totus soli expositus, atq; hyberno tempore calorem ab eo recipiens, quem ideo veteres omnes Heliocaminum vocabant [f]. Vlpia. *Si arborem ponat in heliocamino vel solario, quia vmbram facit in loco vbi Sol fuit necessarius, dicendum est seruitutem impositam fieri.* Huius tamen heliocamini rarus est hodie vsus, sed frequentissimus eius vaporarij quòd æstum ab igne mutuatur: id apud veteres tribus modis contingebat: quandoque iniecto in ipsum cubiculum igne, quod solenne in thermis erat. & Hypocaustum Græca voce appellatur. Papinius: & renuem volunt hypocausta vaporem. Vlp. [g] *Mandauit*, inquit, *medico vt in hortis, quos Rauennæ habebat, sphæristerium & hypocausta, & quædam ipsius valetudini aptã, sua impensa faceret.* Idem [h] *Lignis legatis quod comburendi causa paratum est continetur, siue ad balnei calefactionem, siue diætarum, siue hypocaustorum.* Alius erat modus, cùm in parietibus ipsis fiebant tubi seu canaliculi [i], quibus ignis immitteretur. Seneca epist. xcj. Quędam nostra demum prodiisse memoria scimus, vt suspensuras balneorum, & impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foueret æqualiter. Proculus [k]: *Non licet*, inquit, *tubulos habere admotos ad parietem communem, quòd per eos inflammaretur paries.* Ab iis tubis puto dictam vulgarem vocem Tubeam seu Strutam, quum veteres simpliciter Zetam dicerent, ἀπὸ τοῦ ζέω, quod est fetuere: seu per mutationem literæ Dietam, quod suprà libro v. cap. xiij. tradidimus. Tertius erat modus, cùm vice tubulorum vas æreum, quod Cucumam vocabant, parieti applicarent. Martialis x.

f l. si arborem. de seruit. urban. pręd.

g l. si quis vl. man.

h l. ligni. de legatis iij.

i l. j. decloa.

k l. quidã hybe. rus. de seruit. vrba. prædi.

Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Otacilius.

Alphenus [l]: Seius in eo loco se lauatum isset, in quo labra & crateras, & cucumellas positas haberet. Dicta est autem cucuma ad similitudinem vasis caldarij, cui hoc nomen est, & cuius mentio Petronio, Arbitro, Arrhiano, Ambrosio, Isidoro, & Iurisc. nostris [m]: seruatque adhuc nomen, à strepitu feruoris sic dictum, sicut & Cacabus. Iulianus Imp. in oratione quæ inscribitur μισοπώγων simpliciter appellat Caminum: refert enim quemadmodum Lutetiæ Parisiorum soleant cœnacula iisce caminis seu thermis calefieri. ὅνπερ τρόπον ἐπὶ τοῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐνταῦθα θερμαίνεσθαι, quem vaporem ipse ferre nõ posset, quamuis Gallorum ipsorum ἀγωγίαν facilimè toleraret. Videntur sanè veteres in domibus habuisse caminos, sed non eius formæ cuius nunc conficiuntur, nempe adhærescentes parietibus, & fumum supra tecta effundentes: sed foramine aliquo in contiguum locum exhalantes.

l l. si quando. si ser. vend.

m l. j. de sicar.

CAP.

CAP. III.

Quid Palea significet in Gratiani Decreto: & quæ dicantur κρόνια, seu Saturnalia.

IN Pontificij iuris decretis, quæ Gratianum monachum collegisse suprà diximus, non pauca sunt capitula, quibus inscriptum est Palea, ideoque frequenter est hæsitatum, quænam eius tituli esset ratio. Constat autem consensu omnium ea quibus talis est inscriptio, certæ fidei non esse, neque ceu authentica allegari posse: & plerique tradiderunt, fuisse Gratiani ipsius discipulum, cui paleæ esset nomen, qui magistri sui libro & rubricas ipsas, & ea capita adiecerit, sicque à nomine suo appellarit, quod apud Io. And. relatum extat[a]. Ego compertum habeo, veteres vulgari ioco paleam appellasse res tenues, & modicæ vtilitatis, vel nullius momenti: vnde in Chronicis relatum extat, Alexandriam, ad Tanarum in Statyelis, vrbem cùm condita fuit: Paleæ cognomen in contemptum à vicinis accepisse: sic cùm Corradus Imperator coronam regni Italici non Mediolani secundum veterum morem suscepisset, sed alibi: vulgò tum ferebatur, corona paleæ fuisse redimitum: quæ loquendi consuetudo etiam Græcis fuit. Aristophanes:

Τὸς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω.
Paleam inquilinos esse dico ciuium.

Sed quid si interpretemur palea ex Græco sermone? etenim hæc vox Græcè non solum antiqua significat παλαιά, sed etiam fabulosa, fatua, leuia, qualia sunt quæ nimia vetustate obsoleta sunt: quo sensu apud Aristophanem vox hęc sępe accipitur: sic & Lucianus in epigrammate quo in libellos suos est præfatus:

Λουκιανὸς τάδ᾽ ἔγραψε παλαιά τε μωρά τε εἰδώς,
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακεκριμένον ἐστὶ νόημα,
ἀλλ᾽ ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ᾽ ἑτέροισι γέλως.

Stulta quidem in speciem lusi, sapientia quando
Nil humani aliud quàm mera stultitia est.
Haudquaquam est homini certæ perfectio mentis,
Approbet hæc aliquis, rideat hæc alius.

Græci huiusmodi obsoleta & desita etiam κρόνια vocant, à Saturno qui temporis & vetustatis est Deus: vnde & Saturnalia festa Cronia dicuntur L. Attio poetæ apud Macrobium,

Maxima pars Graium Saturno, & maximè Athenæ
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

Scribit Dion Coccæus lib. lviij. Cùm Britannicus exercitus A. Plautio proconsuli minus parêret, misisse Claudium Imperatorem ad eos libertum suum Narcissum: qui cùm pro tribunali concionem habere inciperet, indignatos omnes exclamasse, ἰὸ κρόνια, ecce Saturnalia: quòd iis diebus serui pro liberis se gererent, & dominorum vestibus sumptis imperarent. Vnde & Seneca in libello de morte Claudij, Non semper, inquit, erunt Saturnalia. Idem Dion libro xxxvij. scribit Albanos à Pompeio stratagemate quodam superatos: cùm cęderentur exclamasse, ὦ κρόνια ὦ κρόνια: siue quòd stultitiam suam deprecarentur, siue quòd Romanis seruitutē exprobrarent.

a in Spec. §. fi. de dispu.

CAP. IIII.

Emendatus Vlpiani locus in l. relegatorum. de interd. & releg. Et quid Ouasis significet: & declaratus Vergilij locus, vbi de Oasi agit.

VLPIANVS lib. x. de offi. procōs. *Est*, inquit, *quoddam genus quasi in insulam relegationis in prouincia Aegypti, in nouas insulas relegare*[b]. Sicque vulgò locus ille legitur, sed corruptè. In antiquis codicibus, & maximè Hetrusco, lectio est, emendatior, in Ouasiam relegare. Socrates in histo. tripartita libro quinto: παρθένον ἐξώρισαν εἰς τὴν μεγάλην ὄασιν. Virginem relegauit in magnam Oasin. Sunt enim duæ Oases in Marmarica ad Ægyptum, maior & minor: sic dictæ Straboni, quòd sint loca culta in mediis arenis, tanquam insulæ in mari. Plinius lib. v. cap. ix. Memphitæ, inquit, Nomo contermini sunt ex Africa duo Oeasitæ populi. In eadem parte ad Ægyptum est & regio Scythica Ptolemęo, vnde celebres habemus monachos per Scythiam in vitis patrum, & Sozomeno, Palladio, cæterisque piis auctoribus. Qua ratione factum est vt quandoque existimauerim Vergilij carmen, de iis locis accipiendum, & legendum:

Pars Scythiam, & rapidam Cretæ veniemus Oasim.

Conqueritur enim poeta, non solùm quòd Barbari milites agros Italiæ occupent: sed quòd Itali in longinquas & steriles regiones, perinde ac in exilium prætextu militiæ mittantur: meminitque nominatim Britannorum: quòd Valerios milites vicesimarios Augustus in fidem acceperit, qui in Britānia superiore collocati fuerint, vbi etiam legio ij. Augustalis sedes habuit, vt est apud Dionem lib. lv. & item Afrorum & horum locorum: quia idem Augustus legionem tergeminam instituerit, ex qua Cyrenaicen in Arabia Augustali in Numidia sedes dederit: verisimileque est Vergilium paulò obscurius hoc scripsisse, ne Augustum ipsum offenderet. Vnde data occasio Grammaticis cōtrauertendi super Oasse, an de Oxo Mesopotamiæ fluuio loqueretur, quem limi rapidum lutulentumq; fluere Q. Curtius scripsit: an de Oasse Cretæ insula accipiendum, cuius Vibius Sequester, non sat celebris autor meminerit: etenim Oaxon ciuitatem in Creta constat fuisse Stephano & Apollonio: fluuium verò non constat: nec verisimile est de suburbana, vt ita dicam, insula loqui poetam. Quòd si de hac Memphitica, seu Cyrenaica intelligamus, non malè, Rapida cretæ, id est arenę dicetur, cùm in mediis arenis sita sit, quæ flatib. ventis viatores obruunt. Qua tamen in re amplius deliberandum est, etenim dura est metaphora, vt cretam pro arenis dixerit.

b l. relegatorū. §. est quoddā. de interd. & relegi.

CAP. V.

Correctus Scæuolæ locus in l. Thais. de fideicom. li. vbi de Splendophoro agit: itemq; emendatum ac declaratum Martialis carmen. Et quid sit Side, quique Fenestellæ dicerentur.

SCÆVOLÆ responso traditum est, cui libertas relicta est, si rationes reddiderit, liberum fieri quamuis nullas reddat, si tamen nihil administrauerit

rit[a]. quod in persona Splendophori responsum ab eo est. Dixi nomen huius serui esse corruptū, & legendum Spondophori, quę vox paciferum significat. Erat autem frequens veteribus id seruorum nomen. Apud Martialem lib. x. Spondophorus & Telesphorus nomina puerorū meritoriorum sunt, qui iidem & comati erant: siquidem vt prouerbio dicitur, πᾶς κομήτης ὁ κίναιδος, apud Synasium: irridetque poeta caluum quendam, cuius tempora erāt crinita, adeò vt tria capita viderentur: medium caluicie deforme, simillimum sidæ almyrodæ, id est, pomo, seu meloni salis: alia verò in temporibus simillima comatis cinædis: quod carmen quia ab interpretibus non sat videtur intellectum, & etiam circūfertur corruptum, hîc adscripturus sum:

Inter Spondophorum Telesphorumq;
Siden stare putabis almyroden:
Quin tu simplicius senem fateris?
Tonsor iam reliquos metat capillos
Vt tandem videaris vnus esse.

Verisimile est Romam deferri solitos panes salis, qui à similitudine sides nomen sumpserint. Est Side apud Græcos non solùm malus Punica, sed etiam alia arbor non omnino ei dissimilis, apud Aegyptios vasculo ampliore & candidis membranis obducto, quę in lacu Orchomenio quoque est frequens, autor Theophrastus & cæteri. Latini veteres huiusmodi caluos, fenestellas vocabant, quòd ea caluicies sicut vasculo sides, ita etiam fenestræ similitudinem prę se ferret: hincque historici Fenestellę nomen apud Plinium, quòd ea corporis parte glaber autor eius familiæ fuisset. Nicias poeta lib. epigr. ij. huiusmodi homines videtur ouo comparare:

Τὴν κεφαλὴν βάπτων τις, ἀπώλεσε τὰς τρίχας
αὐτάς, καὶ δασὺς ὢν λίαν ᾠὸν ἅπας γέγονεν.
Τοῦτο βαφεὺς εἴληφε, τὸ μηκέτι κουρέα τέμνειν
Μήτε κόμην λευκήν, μήτε μελαινομένην.

Cæsariem tingens quis crines perdidit omnes,
Nunc glaber atque ouum est, hispidus antè fuit.
Exclamat tinctor, nil iam quod cædere possit
Tonsor habet: nulla est nigra vel alba coma.

a l. Thais. §. Splēdoforus. de libert. fideic.

CAP. VI.

Contractus libelli an sit licitus: & quibus casibus vtiliter, & absque vsurarum labe celebretur.

CVM pecunia indigerem, vendidi fundum Titio mille aureis, adiecto intra decennium redimendi pacto, eumque fundum in emphyteusim accepi, & quinquaginta annuos pro canone promisi. Quæsitum est, an hic contractus licitus sit, nec fœneratitiæ notæ suspicionem patiatur: & certè adeò vbiq; frequēs est, vt non debeat amplius de eo dubitari[b]: cùm ab antiquissimis temporibus sit inductus, semperque eodem tenore per manus hominum traditus atque obseruatus. Plin. Cæcil. epist. lib. v. ad Caninium pro D. inquit millibus nummûm agrum actori publico mancipaui: eundem vectigali imposito recepi, xxx. millia annua daturus. Nos vulgò cōtractum libelli appellamus, quia cùm scriptura non ad substātiam rei, sed ad probationem duntaxat pertinere soleat, in hoc casu receptum est omnino esse necessarium libellum, id est scripturam[c]. Nuperrime in quadragesimalibus ieiuniis Prædicatoriæ familię concionator semel atque iterum in hoc genus contractus cùm fuisset inuectus, magnaque asseueratione dixisset, ceu fœnebrem, & bonis moribus non conuenientem esse respuendum, vt qui tartareis pœnis animas emptorum post obitum alligaret: quàm plurimos bonos probæque cōscientiæ homines terruit: qui cùm me adiissent, vt sententiæ meæ certiores efficerentur, simpliciter eis respondi, Veram esse concionatoris dictionem, cùm fatuus aliquis & imperitus ad emptionem accedit: quòd si emptor prudens, callidus, cautus sit, optimo iure contractum consistere: non solùm enim veteri prouerbio cū Minerua admouendam manum rebus esse, sed etiā pontificios canones fatuis aduersari. vnde episcopum eligi debere traditum est, qui non solùm de salute animarum, verumetiam de exteriore vtilitate cautus sit atque sollicitus[d]. Et alibi dicitur, Legem vigilantibus, non autē somniculosis[e] scriptam esse: nec enim in euangelio simplicitas nuda approbatur, sed quæ prudentiæ sit coniuncta[f]. Cùm expectati responsi nouitate moti ciues mei essent, rogauerunt vt tanquam Oedipus ęnigma eis hoc dissoluerem. Dixi, in emptionis contractu id esse omni iure concessum, vt emptor quanto viliori pretio possit emat: venditor quanto carius distrahat[g]: nec in eo subesse vllam vsurarum suspicionem, nedum vllam legis prohibitionem, dum tamen prope dimidium iusti pretij erratum non sit[h]. In contractu verò mutui facilè legem suspicari vsuras præstitas, cùm quidquam vltra sortem ipsam solutum reperitur. Si ergo emptor hoc agebat, nō vt emeret, sed vt mutuaret, proculdubio veram esse concionatoris sententiam[i]. Sed quomodo id cognoscemus, & si fundus vili pretio distractus est, & emptor in eo prudens fuerit, vt rem pluris pretij minoris emerit: apparet non eo animo eum fuisse, vt mutuaret: atqui plurimum delectaretur, ne venditor vnquam redimeret, & diem luendi præterlabi sineret: Is ergo non potest censeri fœnerasse. Quòd si emptor fatuus fuerit, & pluris rem emerit quàm valeret, verisimile est eo animo fuisse vt cuperet damnosam sibi emptionem finiri, & pacto luendi locum esse: sicque non emptionem, sed mutuum celebrasse, ideoque ceu fœnoris exercitorem notari: nec quicquam refert pensio quæ interim pręstatur, quincuncialis vel semissalis sit, vt in nostro & Plinij casu fuerat, an etiam maior: quandoquidem si vel xiiij. & plus in eo singula centum præstentur constitutum sit, non ideo contractū esse fœneratitium: quod Martius v. & Callistus iij. Pontifices Roman. in venditione annuorum redituum constituerunt[k]: idque vt ipsi attestantur peritorum consilium & doctorum definitionem sequuti: qua tamen de re nos alibi disputauimus[l].

b l. si quis sit fugitiuus. §. apud. de ędil. edict. vbi Bar.
c glos. l. j. C. de iur. emphy.
d can. Petrus. xxxix. distin.
e d. l. pupillus. in fi. quę in fraud. cred.
f cap. qui ea. xxxviij. distin.
g l. ij. l. si volun tate. C. de resc. vend.
h ca. ad nostrā. de emp. & vēd.
i capit. illo vos. de pig.
k ca. regimini. extrauag. de emptio. & vēd.
l l. cum stipulati. de verb. obli. Afflictus. c. fi. de pact.

CAP. VII.

Matrimonium inter duos impuberes contractum quo iure valeat: & verus sensus l. quæsitum. de spōsalibus. explanatus.

CVm impuberes duo verbis præsentibus nuptias contraxissent, quæsitum est, an nihil omnino actum esset? vt enim matrimonium cōtrahatur, opor-

tet

tet puberem virum, viripotentem esse fœminã: & crediderunt nostri doctores iure quidem ciuili nihil actum censeri, idque ex Vlpiani respõso [a]: iure verò pontificum aliud esse, valereque eum contractum, saltem in vim spõsalium [b]. Indeque annotatur cùm vitium in causa efficiente sit, actum, qui vt agitur valere non potest, aliquo tamen modo sustineri. Quam sententiã ego non solùm iure Pontificio, sed etiam Quiritum verã esse arbitror: nec me mouet Vlpiani responsum, quia non videtur rectè ab iis intellectum. Quæsitum est, inquit, an sponsalia sint ante xij. annũ, si fuerint nuptiæ collatæ. Interpretantur ipsi collatas, id est celebratas nuptias: at ergo collatas intelligo in tempus pręmaturum reiectas: vt distinguamus, si re ipsa celebratæ sint, valere in vim sponsalium: si non in præsens celebratæ, sed reiectæ in tempus pręmaturum: tunc nec in vim quidem sponsalium valeat, sed prorsus sint nullius effectus: sicque nulla inter pontificium & ciuile ius erit differentia.

a l. quæsitum. de sponsal.
b ca. j. de despõ. impub. lib. vj.

CAP. VIII.

Declarata l. non figura. de act. & obliga. & quædam de literarum obligationibus, & quas vulgò Literas cambij vocant.

NON figura [c], inquit Vlpianus, literarum, sed oratione quam exprimunt literæ obligamur: quatenus placuit, non minus valere quod scriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis significaretur. Hæsitatum est à doctoribus quomodo id responsum intelligẽdum sit. etenim comparatio illa scripturæ & vocis nõ videtur vera, cùm stipulatio voce concipi possit, scriptura non possit: rursus literarum obligatio scriptura conficitur, vt ait Iustinianus Imperator, verbis tantùm non conficitur. Et Accursius de literarum obligatione intelligendum putat, & taxatiuam subaudit, non scriptura solùm. Quam sententiam Bart. non probat: quoniam tempore Vlpiani I. C. adhuc literarũ obligatio inuenta non erat: ipse igitur de pacto nudo responsum hoc accipit, quod æquè verbis atque literis concipiebatur. Ego literarum obligationem non dubito etiam Vlpiani tempore fuisse [d]. etenim restrictio ad mutuum, & coarctatio exceptionis non numeratæ pecuniæ à posterioribus Impp. facta [e], non arguit quin antè tamen ea species obligationis esset, quæ nominibus fieri dicebatur. Vnde sic auctore Theophilo definiebatur, παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μετασχηματιζόμενον ῥήματι καὶ γράμματι τυπικῷ. Vetusti nominis in nouum creditum verbis literisque solẽnibus transformatio. Cuius formæ exemplum ipse latius prosequitur M. Cicero oratione aduersus Chrispum Sallustium: Tantum ex Africa exhausit, quãtum potuit aut fide nominum traiici, aut in naues contrudi. Videntur quæ Literæ cambij hodie vulgò vocãtur, ad hanc nominum obligationem pertinere. Cæterùm aduertendum est, non simpliciter ab Vlpiano comparari obligationem quæ literis fit, ei, quæ verbis inducitur: sed solum id decidi, quod quatenus, id est, in quantum traditum est, non minus valere scripturam quàm verba: hoc non scripturæ aut verbis simpliciter est tribuendum, sed orationi, id

c l. nõ figura. de actio. & obliga.
d l. ij. §. creditum: si cert. pet. Ant. l. j. in prin. de verb. oblig.
e Instit. de literarum oblig.

est, menti & consensui: videturque allusisse Iurisconsultus ad Epicharmi Siculi poetę carmen trochaicum:

Νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει· τ' ἄλλα δὲ πέφυκε τυφλά.
Mens videt, mens audit, alia sed sunt cæca.

Cuius carminis, ceu vulgò iactati, absque auctoris nomine meminit Aristoteles problematũ lectione xj. cap. xxxiij. sed auctorem ipsum nominatim citat Plutarchus libro de fortuna Alexandri ij. A Enimuero, inquit Epicharmus, mens videt, mens audit, cætera autem surda cæcaq; sunt, & ratione carent. Habent quidem sensus propriam quandam potentiam; quos tamen mens adiuuat, ornat, & denique superat: adeò vt sola imperare videatur, reliqua verò surda, cęca, inanima, deforment potius & morentur eos quibus mens & virtus non adest.

CAP. IX.

B *Declarata l. Charidemus. de pollicit. & quid sit Munus edere: & de prohibito gladiatorio ludo, emendatúsque Iuuenalis locus: & quid sit Premere, vel Conuertere pollicem.*

CHARIDEMVS respondit ex epistola, quam muneris edendi gratia absens quis emisit, compelli eũ ad editionem non posse [f]. Verba hæc Vlpiani Iurisc̃osulti non mediocrem scrupulum nostratibus doctoribus iniecerunt: cùm enim ex pollicitatione Reipublicæ facta, quisquis quamuis absens obligetur, videbatur & hoc casu quo quis editionem muneris per epistolam offert, obligari debere. Bartolus ideo non obligari ait, quia iusta causa non suberat: quæ sententia defendi potest, si rectè declaretur. Licet enim pollicitatio Reipublicæ D facta regulariter valeat, non tamen hoc procedit, cùm de pollicitatione muneris edendi agitur. Edere autem munus, significat gladiatoriũ ludum in arenam producere: & idem est quod Munus dare: qua de re suprà lib. primo, item li. ij. cap. xxij. disserui. Erat autem propter sæuitiam id munus odiosum: vnde & postea lege Constantini sublatum fuit [g]. Quæ cùm deinde minus obseruaretur, Theodericus Gothorum rex epistolam ad Maximum consulem scripsit, E qua plurimis verbis in hanc spectaculorum cõsuetudinem est inuectus, & ceu nimis barbaram est execratus. Extat eius epistola apud Cassiodorum variarum lib. v. Macrobius lib. ij. auctor est, cùm P. Vatinius ludum gladiatorium edidisset, fuisse à populo propter sæuitiam lapidatum: ideoque ab ædilibus edictum impetrasse, ne quis in arenam nisi pomum mitteret. Iuuenalis Satyra ij.

Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,
F *Lustrauitq; fuga mediam gladiator arenam,*
Et Capitolinis generosior, & Marcellis,
Et Catulis, Paulisq; minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad podium spectantibus, iis licet ipsum
Admoueas cuius tunc munere retia misit.

Legendũ enim non est Admoneas, cùm nihil de monitore ibi tractetur: sed Admoueas, id est, adiungas, adiicias, adnumeres. Idem Satyra iiij.

—Cornices. (inquit.)
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter.

f l. Charidemus, de pollic.
g l. j. C. de gladiat. lib. xj

Non

Non enim solos gladiatores ex lanistarum familiis producebant, sed quemlibet populariter, id est, quemcunque ex populo, quod mala gratia spectantium fiebat, vnde conuertebant pollicẽ, Plin. lib. xxviij. cap. ij. Pollices cũ fauemus, premere & prouerbio iubemur. Qua ratione è contrario Conuertere pollicem, erat repulsæ signum. Sed quid si apud Pliniũ non premere sed promere, id est, extendere legamus? Haud tamẽ facilè est à vulgata lectione recedendum, tametsi suprascripta Iuuenalis carmina, tot eius poetę Grammatici interpretes non videantur mihi satis explicasse.

CAP. X.

Veræ lectioni restituta l. sed & si quid. §. proinde. de vsufruct. Et quæ sint Aulæa, Vela, & Siparia: quid Sciadion Polluci, & vnde Vmbelligeri serui, & declaratum Martialis carmen.

SI instrumẽtum domus legetur, vela non deberi, Pegasus ait [a], quæ frigoris vel vmbræ causa in domo sunt: ea ẽm potius ornamẽta quàm instrumenta domus esse. Vela tamẽ cilicia instrumẽti esse Cassius ait, quia ideo parentur, ne ædificia vento vel pluuia laborẽt. De velis verò quæ in hypætris extenduntur, itẽ de his quæ citra columnas, Cælius scribit magis suppellectili adnumeranda. Papinianus scribit prothyrũ domus si velamen est, instrumento domus contineri. Vlpianus [b], Si scenicę vestis vsusfructus legetur, vel aulæi, vel alterius apparat⁹, alibi quàm in scena nõ vtet. Circunferuntur autem corruptè vulgari codices, qui pro aulæi, habent annuli aurei. Sunt & Aulæa vela & siparia quibus porticus & aulæ nobilium tegebant ornatus causa, ab Attalo primum Romanis legata, quorum mentio vbique apud auctores est frequens. Habebant & mulieres vela sua, inter quę Iulius Pollux lib. vij. cap. xxxiij. sciadion, id est, vmbellam nominat, quã mulieres vtebantur ad arcendum solem, vel aeris intemperiẽ: vnde verbum σκιαδιοφορεῖν, & σκιαδιοφόροι. Vmbelligeri serui: Martialis lib. xj. Lygdo puero mendaci & lento:

Quid precer (inquit) ô fallax meritis & moribus istis?
Vmbellam luscæ Lygde feras dominæ.

Cùm enim mulieres naturaliter lentè incedant, sintque (vt Plautus in Pœnulo inquit) spissigradissimæ, quæ luscæ sunt, etiam cæteris sunt lentiores, vtpote non perspicientes vbi pedem ponant: vnde munus eis vmbellam deferendi conuenit lentissimo: sicque ego carmen illud interpretor, cuius sensum non videntur vulgares interpretes assequuti. Ouidius non vmbellas, sed vmbracula Omphales puellæ dixit Fastorum libro ij.

Aurea pellebant tepidos vmbracula soles,
Quæ tamen Herculeæ sustinere manus.

a l. quæsitum. de fund. instr. leg.
b l. sed & si qd. de usufru.

CAP. XI.

Lex Papia de successione libertorum, in quo à Iustiniano imminuta, auctaq;. Et Vespasiani elegans iocus in libertum. & Tranquillus duobus in locis illustratus.

LEGE Papia, de successione libertorum, cautum erat, vt ex bonis eius, qui C. millium H-S. patrimoniũ reliquerat, & pauciores quã tres liberos habebat, virilis pars patrono deberetur: si nullos liberos habebat, dimidia. Verùm Iustinianus [c] hanc legem aliquibus modis immutauit, patronorũ A que iura imminuit: in eo tamen auxit, quòd legem Papiam de liberto centenario, seu centum millia possidente (quæ summa est nostratium aureorum bis mille quingẽtorum) loquentem, de cẽtum solidis intellexit, id est, centũ & xxx. aureis nostri temporis [d]: qua de re alibi iocus est apud Tranquillum in Vespasiano satis lepidus. Erat aliquis Cærulus nomine, libertus fisci, qui vt ius patronatus illuderet, ingenuum se iactabat, & Lachetem appellabat: hunc ergo Vespasianus vt ostenderet fore vt post mortem nihil ei B pdesset cõditionis dissimulatio, sed omino i⁹ patroni saluũ in ei⁹ bonis maneret, sic cõpellauit:

ὦ Λάχης Λάχης ἐπ' ἂν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ.

Quoniam enim Laches ex comœdia Menandri nomen est, eum carmine quoque Menandri irrisit.

Postquam interieris, rursus id eris quod prius.

Citatur id carmen cum plurimis aliis titulo Menandri in collectaneis Græcis quæ Stobęo tribuuntur: ibi Menander ait, si sibi electio detur, C vt possit à principio fieri quodcunq; animal esse velit, quodlibet potius se optaturũ quàm hominem: quandoquidem nihil inutilius homine quamuis generoso, cùm soli felicissimè agant adulatores, deinde sycophantæ, postremò improbis moribus, viri, &c. Prolixius est carmẽ, quàm vt hîc videatur referendum: satis sit interim Trãquilli locnm explicasse. Idem in Tiberio nurum Agrippinam liberius quiddam quæstam Græco versu, Si non dominaris (inquit) filia, iniuriam te D accipere existimas, &c. Corn. Tacitus libro iiij. Correptam Græco versu admonuit, ideo lædi, quia non regnaret. Existimo ad carmẽ id ex Homero Iliados j. allusum esse:

πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν,
Τοὔνεκα σοὶ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι.

Quare regnare velis cunctisq; potentior esse,
An tibi permissum esse opprobria dicere verbis?

c §. sed nostra Instit. de suc. libert.
d l. quoties. C de susc. lib. x.

CAP. XII.

E *An publicæ vtilitati conducant Iurisconsultorum responsa, quæ vulgò consilia vocant: & Pauli pici hac in re sentẽtia, multorũq; suggillati mores: & duo prima Alexandri consilia confutata.*

ROGAVERVNT me non semel operæ impressoriæ, vt consiliorum meorum, quæ vulgò cõsultoribus reddere soleo, copiam eis F facerem, hacque in re Decij exemplum imitarer, qui constituto in folia certo pretio coacta in vnum singulis lustris publicãda typographis tradebat. Respondi, gratis me id facturum, si ex re studiorum existimarem esse vt ea diuulgarentur. Verùm non satis adhuc mihi constare, quid conducibile atque ex vsu esset. Non potest certè negari aliquos professionis nostræ hac via non vulgarem sibi ad famam atq; dignitatem viam aperuisse nam & veteres Iurisc̃osulti hoc scribendi genus haudquaquã neglexêre,

ex quibus non pauci Responsorum libros edi-
derunt,honestissimumque id lucri genus est, q̃d
ad communem vtilitatem tẽdit, & quo ingenia
excitantur: cùm alioquin sublatis præmiis stu-
dia ipsa atque artes cessarẽt † minuiturq; & hoc
modo labor etiam ipsis iudicibus, qui horum lu
cubrationibus facilimè quicquid in vtranq; par
tem disputari posit,cognoscũt, & commodiùs
quid sit censendum discernunt. Sed & iis qui nu
per ad lauream doctoralem sunt euecti non mi-
nus horum lectio vtilis est:qui si solis pręcepto-
ribus operam dederint, & in interpretationib⁹
legum duntaxat sint versati, cùm domum reuer
tuntur, & ad forenses actiones transeunt,in om-
nibus hæsitant, ad propositas factorum species
respondere nesciunt, & plerunque vel à causidi-
cis ipsis ceu minùs instructi irridentur [a]: cùm si
in horum consiliorum lectione plurimùm tem-
poris consumpserint, ad omnes tabularum ca-
ptiones habeant promptissima remedia. Memi
ni tamen Paulum Picum præceptorem meum,
cuius extant aliquot in iure nostro libri, contrà
disserẽtem audisse. Is magno natu & mediocrib.
facultatibus, obdurauerat tamen ad eam diem,
ne cuiquam consilium petenti morem gereret,
in eosque inuehebatur, qui cùm publicè hono-
raria ob profitendi munus acciperent, neglecta
auditorum vtilitate scribendis responsis vaca-
rent:nec enim posse eos vtrunque munus rectè
subire. Domitium Vlpianum qui tot opera in iu
re nostro composuerit, duos duntaxat Respon-
sorum libros edidisse: Veteres Actium, Accursiũ,
Dynum, Bartolum, paucissima consilia compo-
suisse, idemque eius temporis spectatissimos Iu
risconsultos fecisse. Ignoscendum quidem fuis-
se Baldo si cùm modicum in patria stipendium
docendi causa cõsequeretur (etenim Perusij te-
nuia præstantur honoraria) plurimum consultã-
do otij impẽdisse, ne minus opulẽtè ageret, quã
virtus sua mereretur: quamuis satis appareat, eũ
vtrique prouinciæ suffecisse, qui tot interpreta-
tionum volumina cõdiderit, vt nullam iuris no
stri partem intactam reliquerit. At, inquiebat i-
pse, quid dicemus Socino, Corneo, Ruyno, Pa-
risio, qui magna responsorum volumina, modi-
ca interpretationum reliquerunt? nempe quod
ἄδικος λόγος apud Aristophanem in Nubibus:

Στῆθος λεπτόν, γλῶτταν μεγάλην
Ψήφισμα μακρὸν καί σ' ἀναπείσει.
Τὸ μὲν αἰσχρὸν ἅπαν, καλὸν ἡγεῖσθαι,
Τὸ καλὸν δ' αἰσχρόν.

Videntur ij contraria Philopæmeni fortuna vẽ
trem quidem habere, manus & caput non habe
re, vt meritò Ruynus [b] quandoque exclamarit,
Multum perdidi, nõ dico de pecunia, sed de sen
su. Arguit enim non sanam hominis mentẽ, am-
bitionemque immoderatam tot consiliorum e-
ditio. Oportet quidem egregio & magni no-
minis patrono varias incidere species, in quib⁹
quandoque cliens bonam causam habeat, quan
doque malam: aliquando non satis liqueat quid
iuris sit contingit, & quandoque, vt dum res sub
cultro est, liberalis sit litigator, & honorarij ma-
gnitudine diligentiam aduocati prouocet: ple-
runque alij sint auari, & ceu chiragrici, qui nihil
aut minimum porrigant, adeò vt eos nõ dignos
patronus existimet, quos magno suo labore tu-
eatur: quomodo in tã variis casibus, omnia ceu
pari diligentia composita quis edat? necessariũ
certè est tali libro inesse omnis generis farragi-

† Vtilitas consiliorum.
a l. ij. vbi Cin. de acquir. poss.
b Ruyn. l. j. solu. matrin.

nem, & de eo vulgatum illud dici:
Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura:
Qui legis, hic aliter non fit Amice liber.
Excusat se in præfatione operis Parisius, q eadẽ
sæpius repetierit inculcaueritque. Quis coegit
eum peccare, vt se excusaret? quanto meliùs fue
rat ea summouere, ne vsquam apparere atq; in
lucem edi possent: exeunt enim quãdoq; etiam
præter autoris ipsius sententiam. Dederat in pu
A blicum Alexander quinque responsorum volu-
mina, dederat Socinus duo, vterq; plurima sup-
presserat, quòd in iis multa essent aduersus veri-
tatem scripta, quibus tenebræ oculis iudicũ of-
funderentur, siue id Gratiis, siue Pluto datum es
set: at eis defunctis inuenti sunt qui hęc quoque
damnata publicarent, atque magnum se decus
nomini ipsorum adiicere existimarent, vnde ꝓ-
brum & ignominiã potius adspergerẽt: sic sex-
tum septimumque Alexandri, tertium quartũ-
B que Socini tomum habemus, quanto honestior
esset Castrensis & Bartholomæi Socini fama, si
eorum responsa non extarent? Etenim qui malã
causam habent, cùm iudicij examen formident,
ad celeberrimi quenque nominis professorem
accurrunt, & precibus pretioque exorant vt su-
scipere causam suam velit: at ille omni ingenij a-
cumine, summis viribus contendit, vt eum adiu
uet: exemplumq; insynceri illius rhetoris, nem-
pe Protagorę imitatur: qui, vt est apud A. Gelliũ,
C profitebatur se docere qua verborum industria
causa infirmior vinceret, & superior efficeretur,
τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Hac certè in re quo quis est
ingenio acutior, eo periculosius peccat: prætu-
lerim ego Barbatiæ, Iasonis. Parisij consilia, iis
quæ Socinus aut Decius edidit, q illi crassiore
Minerua viri, quoties malè consulunt, tam aper
tè & palam, tam rudibus rationibus id faciãt, vt
statim deprændi fucus posit: oporteatq; egre-
giè Bardum illum esse iudicem, qui non videat.
D Contrà Decius, aut Bartholomęus Socinus sub-
tili viri ingenio, tã dissimulãter, tã cautè in hoc
delinquũt, vt etiam perito sposint fallere. De-
cius [c] sola subscriptione se crimen istud diluere
arbitratur, cùm in ea non affirmat ita iuris esse,
sed simpliciter ea scripsisse attestatur, vt melius
cogitandi materia præstaretur. Sannazarius ne
clientem absque respõso dimitteret, aliquid ex
facti specie mutabat, satisq; habebat, si consiliũ
suum rectè secundum ius procederet: nec multũ
E curabat quod propter facti mutationẽ nihil cli-
enti prodesset. Castrensis & Lapus non consilia,
sed allegationes se scripsisse causabãtur, & ideb
id eis verum ad amussim exigendum non esse.
Equidem videntur mihi isti vetus exemplũ de-
clamatorum in vsum reuocasse, qui assidẽtes cũ
pueris controuersiarum argumenta tractabant,
& quicquid in mentem eis uenerat adducebãt,
rationes veras falsis commiscebant, nec quibus
quodque argumentũ casibus procederet distin-
F guebant: at contrà veteres Iurisconsulti statim
iugulum causæ appetebant. Cùm enim in omni
controuersia vna duntaxat sit ratio quę eã finiat,
satis illi habebant si eam adducerent: cætera ceu
minus necessarias sophistis & declamatoribus
iisce relinquebant: at isti iam omnia confude-
runt, labyrinthisque implicarũt. O miserum im-
peritumque illum iudicem, qui ex iisce consiliis
magis pendeat, quàm ex dogmatibus ordinario
loco à doctoribus traditis. Non cõgrediar cum
minutis istis, & vt Plautus ait, patellariis deis:
sed

c Dec. cõs. dxxj. in fin.

sed tanquam Cyclops Homeric⁹ istorum Iouẽ,
nempe Alexandrum, Tartaricum prouocabo, di.
camque quid mihi vsu venerit: cùm primum ei⁹
responsa publicum accepêre emptis de biblio-
pola his libris. Primum consilium maxima aui-
ditate perlegi: cœpit displicere, quòd videbã id
eum agere, vt iudicem circumueniret, & cõmu-
niter approbatæ sententiæ, quæ cõtra ipsum sta
bat, non aduerteret. Progressus tñ sum ad secun-
dum, in quo deprændi, eum vulgaribus quibus-
dam dictis inniti: at punctum causæ qui aduer-
sus se erat, ne attingere quidem. Itaq; reiecto dẽ
manibus libro, Valeant, inquam, Alexander con
silia hæc tua: ego longè pluris, quas vocant Le-
cturas tuas facio. Et hæc quidem Picus dissere-
bat, videbaturque plura dicturus, nisi ex audito-
rum vultu deprændisset ingrata eorum auribus
esse, quæ de Alexandro narrabat: quòd eius au-
ctoritas quodammodo sacrosancta nullis subii-
ci deberet accusationibus. Ego tamen paulò cu-
riosior non promisi excidere, quod de primis il
lis responsis dixerat: & cùm domum me contu-
lissem, eaque legissem, haudquaquam negligen
da esse deprędi, quę in eis Picus notauerat. Te-
stator Raymundo & posthumo filiis institutis,
posthumo ipsũ Raymundũ substituerat: Raymũ
do verò legem testamenti seruanti si decederet
quandocunq; sine liberis, Antonium substituit:
Antonio si decederet absque liberis, Bernardũ,
vel eo mortuo eius filios: quibus non existenti-
bus Tomasium, & eo non extante tandem sub-
stituit Baresium nepotẽ suum & ei⁹ filios: post-
humus non est natus, Raymundus viuo testato-
re absque filiis decessit, Antonius, Bernardus,
Tomasius & ipsi ante diem fideicommissi obie
runt, superstitibus nepotibus ex Baresio. Respõ
dit Alexander, casum substitutionis nõ euenis
se: quia cõditiones defecerunt cùm Raymũdus
non fuerit hæres, neq; legem testamenti serua-
uerit, aliique substituti prædecesserint, ideoque
testatorem intestatum decessisse videri: quod &
Corneus cẽsuit [a]. Ego contrariũ verius arbitror:
quia Antonius Raymundo est cõpendiosè sub-
stitutus, in qua compendiosa receptissimum est
vulgarem contineri [b], ex qua vulgari filij seu ne-
potes Baresij sunt admittendi: quia cessantibus
mediis substitutionibus, qui vltimo gradu voca
tur, est potior [c]: quod procedit etiamsi conditio
non euenisset [d], quia tales conditiones ad causã
fideicommissi respiciunt, non quando ex vulga
ri succeditur [e]: & conditio si legem testamẽti ser
uauerit, non debet impedimento esse istis nepo
tibus, ne sit in Raymundi grauati facultate elu-
dere fideicõmissarium [f]. Nam quod deinde sub-
iicit, suprascripto casu appellatione filiorum nõ
cõtineri nepotes, falsum est, & alibi à me repro-
batum [g]. Transeo ad secundum responsum: Te-

a cons. cxcix. in ij.
b Bar. l. cẽturio.
c l. quandiu ulti. ff. de acquir. hæred. ubi Are.
d Alex. cxciij. in 6. Dec. 427. Cur. Iun. lxxxix.
e l. cohære. ubi dixi. de uul.
f l. fideicommissum. de cond. & demonstra.
g in l. filiusfam. §. diui.

stator substituerat hæredibus, vt si sine filiis le-
gitimis & naturalibus decessissent, restituerent
hæreditatem Nicolao. Decesserat hęres relicto
filio: quẽ cùm ipse in sacris esset, susceperat, eũq;
rescripto Pontificis amplissimo ad legitima iu-
ra reduxerat. Respondit Alexander defecisse cõ
ditionem: quia non dicitur hic hæres absque fi-
lio legitimo & naturali decessisse: disputatq; dif
A fusè de Pontificis potestate, vt & legitimati iidẽ
etiam legitimi sint. Sed omisit Alexãder scrupu-
losum illud, q hic filius non sacerdotis, sed vul-
gi filius à lege præsumitur, & incerto patre nat⁹
censetur [h]: & quamuis eum sacerdos pro filio tra
ctauerit, sic tamẽ tractatus ad alterius bona per-
cipienda non sufficit [i]. Posset fortè prodesse, vt le
gitimatus iste succederet patri, non vt testatori,
qui fideicommissum reliquit. Vnde verius est su
prascripto casu locum esse fideicommisso [k], cùm
B iste probare non posit se esse filium, nec talem
legis præsumptionem pontificium diploma su-
stulit: cùm crediderit Pontifex hæredi affirman
ti suũ esse filium, qui non erat: nec in iis quę facti
sunt, quicquam mutasse videri posit: alioquin
quid absurdius quàm verbis meretriculę credẽ-
tem, aut de brephotrophio clàm accipientẽ ius
alterius perimere? Quæ à me hîc obiter dicta,
maioris quidem sunt ponderis, quàm vt tam suc
cinctè & leui manu tractarentur: sed satis sit dun
taxat attigisse, vt non temerè locutum esse Picũ
C ostenderẽ, studiososq; admonerem, ne vllis cõ-
siliis certam omnino fidem adhiberẽt, vt vineta
interim cedam mea, iuxta Flacci carmen. Audi-
ui sæpissime conquerentem Ruynum, quòd ad-
uersus sua consilia vulgò pronuntiaretur, iudi-
cesque imperitiæ damnantem: cùm illi vice mu
tua eum sani iudicij fuisse negarẽt. Et certè ego
semper pro iudice magis præsumerẽ: vt cùm id
munus ipsi specialiter incumbat, famęque & cõ
scientiæ suæ periculo agat, plura ipse viderit, di
D ligentius perpenderit, maiore acrimonia mu-
tioreq; studio sit vsus: cùm contrà aduocatus, dũ
ea quæ in rem clientis sui sunt adducat, cætera
securus nihil vltra teneatur inquirere: quod &
Græcus poeta Palladas videtur mihi sensisse:

Μή ποτε δουλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο,
Ἔστι παροιμιακόν. τῷ δ' ἴσον ὅμοιον ὁρῶ.
Μήτε δίκην δικάσειεν ἀνὴρ γεγονὼς δικολέκτης,
Μηδ' ἂν Ἰσοκράτους ῥητορικώτερος ᾖ.
E Πᾶς γὰρ ὁ μισθαρνῶν εἰθισμένος, οὐδ' ἐν ἑταίροις,
Σεμνότερον δικάσαι, μὴ ῥυπαρῶς δύναται.

Imperium serua quæ fuit, ne sumat herile.
Hoc vetus est. aliud nunc tibi dico nouum.
Quisquis Causidicus fuit, is ne iudicet vnquam,
Rhetore sit quamuis doctior Isocrate.
Venali vir lingua & opes acquirere suetus,
Iudicium haud vnquam sordibus absq; feret.

h l. v. de in ius uocan. l. iij. C. de solut. matri.
i d. l. fideicommissum. de con di. & demonst. Abb. cap. innotuit. de elect.
k Ias. cons. cij. uers. iiij. in iiij.

CLARISS. IVRISC. IOANNI PELORDAE SENATORI CONSERVATORIQVE BITVRIGVM, ANDREAS ALCIATVS S. D.

VM primum in hanc vrbem veni, optime Conseruator, propiusq; te cœpi cognoscere, nihil antiquius habui, quàm ad amicitiam me tuam insinuare. Videbam enim ea te esse doctrina hominem, iis moribus, vt mihi merito exoptandum esset quàm proximè tecum iungi. Nec tu hac in re vllam moram fecisti, quin aduenientẽ vltrò exciperes, summaque beneuolentia complectereris: indiesque aliis super alia beneficiis sic exornasti, vt paria tecum facere posse desperem. Quod vnum supererat, vt amoris erga te mei monumentum aliquod statuerem, nuper mihi præstita est occasio. Latebat inter scrinia mea hic libellus, perpetuis ob frequentes næuos à me damnatus blattis: quem cùm in manus accepissem, existimaui operæpretium me facturum, si à situ tenebrisq; redemptum perpurgarem, & tui nomini dicatum ederem. Dubitaui (vt verum fatear) sæpius, & parum abfuit quin supprimerem, quoniam non sat dignus videbatur qui Doctorum oculos, aureſve morari posset. Scripserunt ante me huius argumenti libros cũ plerique veteres, tum & recentiores non pauci, qui procul dubio luminibus nostris possunt obstruere. Verùm cùm rursus perpenderem veteris eos Reipublicæ magistratus solùm explicare, nihil momenti ad legalem nostram professionem conferre: ad hæc, aliud in præsentia mihi non esse quo animum erga te meum testarer: mutaui sententiam, & quos præiudicio quodam ferè damnaueram absolui. Erunt qui debuisse hæc me omnia diffusius tractare existimabunt, & quid de his apud omnes autores annotaueram, hoc libello congerere. Sed aliud mihi consilium fuit. Attigeram pleraque cùm tres Iustiniani Codicis libros adolescens adhuc castigaui (erantque qui iure amicitiæ, qua τὰ τῶν κοινὰ φίλων in alios suos eiusdem argumenti libros redegerant) attigeram in Disputationibus in libello de Singulari certamine, aliisque in locis, quæ suo loco moueri non nisi incommodè poterant. Verùm nec eorum sententiam vnquam probaui, qui omnia quæ ab aliis vbivbi dicta sunt, eodem loco collecta parataque habere volunt, verbosoque hac ratione commentarios fieri nihil curant: cui sententiæ nostræ si & tu calculum adieceris, non erit quod mei huius consilij me pœniteat.

Vale.

ANDR.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. DE MAGISTRATIBVS, CIVILIBVSQ. ET MILITARIBVS OFFICIIS LIBER.

SVMMÆ.

1 Magistratuum cum multa in li. j. ff. series.
2 Imperij ortus. translatio. 11.
3 Pop. Rom. potestas.
4 Plebis potestas.
5 Imperatorum officium & ius. 7. 10, priuilegia. 8.
6 Censorum officium.
12 Senatoria iudicia.
13 Prouinciarum partitio. & earumq; præsides.
15 Proconsularis dignitatis causa.
16 Fisci, ærariiq; discrimen.
17 Procuratorum Cæsaris officium, & iurisdictio. 19.
18 Scribarum genera.
20 Magistratuum mutatio, & genera.

à à titulo de Sena. ad tit. usque de offi. eius.

VM MVLTA sint in iure nostro nõ satis hactenus intellecta, tum is maximè tractatus expositione indiget, qui ad eos magistratus pertinet, quorum in primo Digestorum libro * mentio habetur. Quamuis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum potestatem, & Proconsulum, Præsidũ, Procuratorum Cæsaris, Iuridici Alexandriæ officiũ spectãtia, nõ tñ rẽ omnẽ ita explicãt, vt studiosis satisfacere possint. Nam cùm ea munera antiqs Iurisconsultis cognitissima essent, non existimauerunt pretiumoperæ se facturos, si longo sermone in eorum explanatione commorarentur. At in præsentia propter Latinorum literarũ diutinã calamitatem, cùm ex Iurisconsl. plena cognitio haberi nequeat, vix quicq; supest, vnde in certiorem semitam deducamur, nisi recentiorũ cõiecturas, & vt ipsi vocant, diuinatiões, pro explo ratis rebus recipere velimus. Itaq; vt huic quoque parti pro virili opem feramus, quæ ad hunc tractatum pertinentia ex antiquis auctorib. collegi, in medium proferre, & cum studiosis communicare constitui. Sciendum igitur Romani Imperij † originem à Romulo [b] regibusque cœpisse: ab his latæ sunt leges, quas Regias vocant, Is Romulus [c] ex antiquioribus ciuitatis centũ Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus est: ad hunc decernendi ius pertinebat, quę ex toro regno ad eum deferentur. Sed & sacra facere, ius dicere, magistratum gerere, soli patritij poterãt: quoties † verò vel leges scisciendæ. vel magistratus creandi, vel bella decernẽda erant, tum populus Roma. ipse consulebatur, ad eumque huiusmodi negotiorum ius pertinebat: idq; Dionysius Halicarnasseus diffusè explicat. Exactis [d] deinde regibus, plebis potestas multùm aucta est, cùm secessione facta, à Senatoribus † extorsisset, vt ex corpore suo magistratus crearentur, q Tribuni plebis dicti sunt, Sacrosancti hi erant, summæque auctoritatis, vt qui Senatusconsulsis intercedere possent. Et quamuis à principio latæ ab his leges, quas plebiscita vocant, Patritios non obligarent, tamen lege Hortensia constitutum deinde est, vt eo iure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerẽtur. Sic acerrimum telum plebi aduersus nobilitatem datũ est. Fuit & de eo controuersum, quòd maiores magistratus ex plebe creari Patritij prohibebant, donec & hoc obtentum fuit, vt alter Consul plebeius esset. Cœpẽre deinde Caij Sempronij rogationibus iudicia cognoscere: is enim equestrem ordinem in eorum possessione locauit, vnde turbulentæ seditiones ortæ. Constatque C. Mariũ, & L. Syllam, qui ea Senatui demũ reddidit, vel hac de re præcipuè contendisse: vnde & bellorũ ciuilium maxima incendia orta sunt. Cùm dein pro Senatu Pompeius arma sumeret, Marianasque partes, quæ plebem tuebantur, Cæsar sequeretur: oppressaque per eum, & dein Triumviros Republica, cùm in C. Octauium Cæsarem omnia cessissent, nouum ipse regimen induxit: nec enim Regem se, aut Romulum, q, odiosus superbusq; is titulus esset, appellari est passus: sed Romano veterique nomine Imperator & Augustus dici voluit, sumpsitque Censuram, & Tribunitiæ potestatis ius, & Maximum Pontificem se inscripsit, Patrisque Patriæ titulum à Senatu populoque Romano accepit. SANE eius nominum rationem sic Dion † exequitur, vt qui Imperatores appellati sunt, delectum facere, milites conscribere, pecunias colligere, hostibus bellum indicere possint. Idem & pacem sanciendi, summũ supplicium etiam de Senatoribus sumendi, ius habeant. Solitos fuisse priscos duces sic appellari, Tacitus lib. iij. auctor est. Illi enim re bene gesta, gaudio & impetu victoris exercitus ea salutatione conclamabantur, erantq; plures simul Imperatores, nec super eæterorum æqualitatẽ concessum ad eam similitudinem id vocabulum est quibusdam, & ab Augusto & à Tiberio aliisque successoribus. Censores † autem vitam, moresque nostros examinant, & de eis inquirunt, census rationem ducunt, professionem curãt, & promeritis hos de albo eximũt, illos deliguut: qd & diffusius in Valeriani vita apud Trebelliũ traditur. Ad Pontifices verò Max. sacerdotiorum conferendorum ius pertinet, sacris enim omnibus auspitiisque illi præsunt. Tribunitiæ ius † potestatis eam ob causam sumpsit, quòd sacrosancta ea dignitas neminique uiolabilis esset. Nam & si in re leuissima solo sermone, nedũ facto, Tribuni maiestatẽ quisquã contempsisset, tanquam abominabilis & sacer indicta causa ad mortem adigebatur. Et has quidem dignitates Octauius accepit, in successoresque suos trãsmisit, quò potentuis illustriusque Imperatoriũ nomen faceret. Concessum præterea & † illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, vt legibus [e] solutus esset. Significat hoc, inquit Dion, ab omni legũ necessitate liberum, nullique iuri scripto obnoxium: vt qui absque vlia discussi-

b l. ñ. de orig. iu.
c Plutarch. in eo.
d d. l. ñ.
1 2 3 4 5 6 7 8
e l. princeps. ff. de legib.

tione omnem regum poteſtatem haberet, quã-
uis nomine abſtineret. Patris verò Patriæ co-
gnomentum apud antiquos, obſeruationis cu-
iuſdam paternæ ſignificatio erat, ꝙ hoc nomine
illuſtrati Principes, omnes quicunque ſibi ſub-
eſſent, ceu filios amarẽt, illique eos viciſsim tan-
quam patres vererentur. Quamuis imperatori-
bus alia quoq; nominis ratio reddi poſſet, nimi-
rum ꝙ hi in nos eam poteſtatẽ exerceant, quam
antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc eſt,
vitæ & necis. Cogitauit etiam plerunq; Augu-
ſtus de reddẽda Republica: cumq; in Senatu ſen
tentiam ſuam expoſuiſſet, rationarium Imperij
tanquam illud reſtiturus Conſulibus tradidit.
Sed Senatoribus ſiue ꝑ ſimulationẽ, ſiue metu,
vel etiam ex compoſito reclamantibus, variaſq;
rationes afferentib. cur Reipublicæ Monarchia
præſtaret, in principatu perſeuerauit, Deos ho-
mineſque teſtatus intra decenniũ ſe omnem ad-
miniſtrationẽ depoſiturũ. Sed cũ ea tempora la-
pſa eſſent, rurſusq; eiurare velle Imperiũ ſimula-
ret, Senatus alios decem annos, quibus in eodẽ
magiſtratu eſſet, decreuit: atq; iterũ aliis decem
annis, quib. ipſe dein extinctus eſt, prorogauit.
Quamobrem inde obſeruatum eſt, vt ei⁹ ſucceſ
9 ſores, quamuis† donec vixerint perpetuam ad-
miniſtrationẽ recipiãt, tñ ſingulis decẽ annis ce
leberrimos ludos faciãt, tanquã principatũ re-
nouent. Ea feſta decennalia, vicenalia, tricena-
liaq; appellata ſunt. Arelatæ Conſtantiũ tricena
lia celebraſſe, theatraleſq; & Circẽſes ludos am
bitioſo apparatu edidiſſe, auctor eſt Ammianus.
Vouebant aũt hi ludi in proximos decẽ annos.
quapropter in antiquis nomiſmatis plerũq; hu-
iuſmodi inſcriptio cernitur, VOT. X. VOT. XX.
hoc eſt, votis decennalibus, vicenalibuſq;. Tre-
bellius quoq; in vita Gallieni: Cõuocatis, inqt,
patribus decennalia celebrauit, nouo genere lu
dorum, noua ſpecie pomparũ, exquiſito genere
voluptatũ. Nazarius in Panegyrico: In deſtina-
tis, inquit, decenniis iam vota properantia, &
ſpes volucres conſtituerunt. Sed & Mamertin⁹:
Reſeruo orationem quam quinquẽnio exacto,
decennalibus tuis dicam. Extat Romæ in Late-
ranenſi Baſilica Senatuſconſultum æreis inſcri-
10 ptum notis, quo poteſtas Veſpaſiano† Impera-
tori data cognoſci poteſt: licere enim illi fœdus
quibus cum volet ſancire, Senatũ habere, remit-
tere Senatuſconſultum per relationem, diſceſ-
ſionemq; facere. Si eius iuſſu vel mandato, eoúe
præſente Senatus haberet, perinde ſeruari, ac ſi
ex lege Senatus conuocatus eſſet. Si quos magi-
ſtratus Senatui P.Q.R. cõmendaſſet, ſuffragatio-
neúe ſua adiuuiſſet, eorũ comitiis etiã extra or
dinem rationem habendam. Fines pomœrij cũ
è Repub. cẽſebitur, proferre ei licere. Quicquid
ex vſu Reipublicæ, diuinarum, humanarum pu-
blicarum priuatarumque rerũ eſſe exiſtimabit,
ei agere facere ius poteſtatemq; eſſe. Quibus le-
gibus, plebiſque ſcitis ſcriptum eſſet, ne Auguſt⁹
Cæſar teneretur, eiſdem & eum ſolutum eſſe: A-
cta, geſta, decreta ab eo, etiam ante illud Sena-
tuſconſultum, perinde rata haberi, ac ſi populi
plebiſque iuſſu acta eſſent. Si eius conceſsionis
cauſa aliquid aduerſus leges factum eſſet, frau-
di nemini eſſe, neque quicquam ob eam rem po
pulo dari debere, nec cui de ea re actionẽ iudica
tionemq; dandam. Quæ tam ampla auctoritas
Veſpaſiano præſtita, videtur mihi formula eſſe
eius poteſtatis quam ſibi Imperatores attribue-
bant. Scribunt Iuriſconſulti[b], lege Regia, quæ 11
de Imperio †Auguſti lata eſt, pop. Rom. omne
ſuum imperium, & poteſtatem cõceſsiſſe. Idcir-
co autem legem eã Regiam appellari arbitror,
quòd Romuli conſtitutione ad populum ius Re
gis creandi pertineret. Vnde à Tarquiniis Ser-
uio Tullo obiiciebat, vt T. Liuius inquit, quòd
iniuſſu populi regnum inuaſiſſet. Cùm ergo Au
A guſtus à populo Romano Imperator creatus eſt,
videtur Regiæ legis obſeruatio in vſum reuoca-
ta: quamuis Regiam planè poteſtatem ille nun-
quam vſurpauit, ſed ſua populo, ſua Senatui mu
nia obire permiſit. Comitia enim magiſtratuũ
tum quoq; celebrabãtur, conueniebantque tri
bus omnes, candidatoſq; populi arbitrio deligi
ille ſinebat, ſi modò eos approbaſſet: nec enim
quicquam ab his fieri permittebat, quod præter
animi ſui ſentẽtiam eſſet: curabatq; id maximè,
B ne indigni, aut quib. ius capeſſendi honoris nõ
erat, per ambitũ legibus eriperentur. Quod & à
Tiberio aliquoties obſeruatum, donec id iuris
penitus ſibi vendicauit, tradiditq; ſucceſſorib⁹,
vt neceſſariò in vrbe Roma lex Iulia de ambitu
ceſſauerit. Senatoribus quoque Auguſtus nõ pa
rum detulit: ex his enim xv. ſortiri iuſsit, qui ſibi
ſex menſibus in conſilio eſſent: plerunq; & ipſe
ſententiam in Senatu dicebat, vnà cum ampliſ-
ſimo ordine decernebat. Ad hæc † iudicia Sena- 12
tui permiſit, cuius iuris cauſa antea toties armis
C certatum fuerat: ſicq; publica negotia & priua-
torum maxima tractabantur. Omnium prętereà
prouinciarum † quæ ſub Imperio Rom. erant, 13
formulam ita dimiſit, vt aliæ Proconſulares, alię
Prætoriæ, aliæ Præſidales eſſent. Proconſulares
Senatui, Prętorias, Populo demãdãdas tradidit.
In Præſidales ipſe legatum ſuum, qui nunc Præ
ſes, nunc legatus Cæſaris eam ob cauſam dice-
batur, mittebat. Deinde factum eſt, vt etiam Prę
toriæ in Senatu per ſortes decernerentur, nimi-
D rum ſublatis ab imperatoribus comitiis, qui cõ-
uentum populi formidoloſum exiſtimabãt. Scri
bit Strabo libro vltimo, omnes prouincias, alias
Cęſari, alias populo attributas. Ex his quę ad po
pulum pertinebant Proconſulares & Prætorias
conſtitutas, quòd videlicet viri Conſulares vel
prætorij ad eas regendas mittebantur. Erant au
tem huiuſmodi prouinciæ imbelles, & quæ mi-
litari præſidio non indigebant, neq; proximos
barbaros habebant. Quę enim validiores & le-
E gionum ope indigentes, ſibi conſeruauit: eo vi-
delicet prætextu, quòd populo pacatoria quæ-
que & pulchriora concederet, ipſe difficiliora,
periculiſq; & laboribus expoſita retineret: ſed
reuera (ſi Dioni credimus) vt in manu ſua res o-
mnis militaris eſſet, Senatus autem populuſque
inermis Rempublicam repetere non auderet.
Proconſulares prouincias fuiſſe Lybiam & Aſiã
citra Taurum Strabo auctor eſt. Prætorias verò,
in Hiſpaniis Beticam, in Galliis Narbonenſem,
F tum Sardiniam cum Corſica, Siciliam, Illyricũ
quà in Macedoniam vergit, Cretam, Cyrenaicã,
Cyprum, Bithyniam cum Ponto. commutaban-
tur tamen plerunque arbitratu Principis. Hinc
Lampridius in Alexandri vita: Prouinciarum a-
lias Prętorias Præſidales plurimas fecit, Procõ
ſulares † ex Senatu voluntate ordinauit. Sueto- 14
nius in Claudio: Prouincias Achaiam & Mace-
doniam, quas Tiberius ad curam ſuam tranſtule
rat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo quem
edidit libello de Romani Imperij acceſsione, o-
mni

a l.j ff. de conſt. princ.

mini ex Africa ſex prouincias eſſe factas, quarum
Carthago, Numidia, Cyrenenſis, Conſulares e-
rant: Tripolis & Mauritaniæ duę, Sityphẽſis &
Cæſarienſis, Præſidales. Pari quoq; numero di-
uiſas Hiſpanias, in qbus Betica & Luſitania Cõ-
ſulares: Tarraconenſis, Carthaginienſis, Galli-
tia, Inſularis, quæ & trans fretum, Præſidales.
Sed & quandoque Imperator legatos ſuos ſeu
Præſides in aliquam Prouinciam miſſos Conſu-
lari poteſtate ornabat, vt videlicet eius eſſent au
ctoritatis cuius Proconſules. Sic C. Plinius Cæ-
cil. Præſes prouinciæ Ponti conſulari poteſtate
fuit, vt in antiquis marmorib. adnotaſſe me me-
15 mini. Maior autem Proconſulum dignitas † quã
legatorum ideo erat, quia nõ niſi Senatores Cõ-
ſulareſq; viri prouincias ſortiebantur, cùm ex e-
queſtri ordine etiam præſides eligi poſſent. Sa-
nè Proconſulũ magiſtratus annuus: Præſidũ cer
tus finis non erat, ſed in officio perſeuerabant,
donec ſucceſſor à Cæſare mittebatur: idq; in Au
guſti vita etiam Tranquillus atteſtatur. Ius autẽ
milites decimandi, ciuicaque corona donandi
Proconſulib. fuiſſe Tacitus lib. tertio oſtendit.
Idem xv. auctor eſt, qui Senatores filiis carerent,
prouincias præturaſq; inter Patres ſortiri nõ po
tuiſſe. Senatuſq; cõſulto cautũ, ne fictę adoptio-
nes vlla in parte publici muneris orbis prodeſ-
ſent. Grauiorem autem prouinciis Proconſula-
rem fuiſſe adminiſtrationẽ quã Pręſidum, idem
oſtendit, dum libr. primo tradit, Achaiam & Ma
cedoniam onera deprecantes, Proconſulari im-
perio ad Præſens leuatas, Cæſariq; traditas eſſe.
cuius rei eam rationem ſuſpicor, ꝙ Proconſula-
rium prouinciarum vectigalia & tributa publi-
ca populi Roma. erãt, & ad ærarium pertinebat,
neque ea diminuendi Proconſuli ius eſſet. quæ
verò Prædibus in prouinciis colligebantur, ad
Principem eiuſq; fiſcum ſpectabant, iuſq; illi re-
mittendi erat. Hoc enim differt ærarium à fiſco†
16 quòd illud publicum, hoc eſt, populi Romani,
fiſcus Principis eſt: quod apertiſsimè C.P. in Pa-
negyrico ad Traianum Cæſarem oſtẽdit: At for-
taſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium
cohibes? imò tanto maiore, quãto plus tibi lice-
re de tuo quã de publico credis. Hinc eſt ꝙ maxi
mè in Proconſularibus prouinciis Procuratores
† Cæſaris erãt, qui ea procurabant quæ ad Cæſa
17 rem ipſum ſeu fiſcum pertinerent. His varia po-
teſtas attributa à Principibus fuit. Tiberius ius
in ſeruitia familiareſque pecunias ſolùm dedit,
adeò vt Lucilliũ Capitonẽ procuratorẽ in Aſia
ſuum à Senatu damnari permiſerit, quòd pręſcri
pta mandata exceſsiſſet, vimq; Prætorum vſur-
paſſet. Ampliùs Claudius Cæſar conceſsit, effi-
citque vt Senatuſcõſulto caueretur, parem vim
rerum habendam à Procuratoribus[a] ſuis iudica
tarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Hinc maximã ſibi vim
Cumanus & Felix, eius in Iudæa Procuratores
vſurparũt, de qua meritò Ioſippus conqueritur.
Iſtud conſtat, ſub Traiano aduerſus inuitos iuriſ
dictionem nullam Procuratoribus fuiſſe, vt di-
ſceptantibus liberum eſſet eos non eligere, ad-
hiberi tamen in conſilium à Præſidibus debere.
cum de cauſa fiſcali agitur. Idem Imperator Cæ
cil. Plinio reſcripſit. At hodie dubiũ nõ eſt, quo-
ties & inter fiſcum & priuatum quæſtio vertit,
eos adeundos eſſe. Scribit Lampridius Alexan-
drum Impera. eos ſæpius mutare ſolitum fuiſſe,
ne annum excederet, etiam ſi boni eſſent, ſi
inuiſos affirmaſſe, tanquam neceſſarium malũ.

a l.j. de offic. procon. Cæſ.

Hoſce Procuratores Cæſaris, & Procuratores fi-
ſci eoſdem fuiſſe non ambigo, qui & alio nomi-
ne Rationales, & Procuratores patrimonij ap-
pellant: idq; in Cõmodo Lampridius, & in Ma-
ximini vita Capitolin⁹ oſtendũt. Sed & in Pio,
Procuratores, inquit, ſuos & modeſtè ſuſcipere
tributa iuſsit, & excedentes modum, rationem
factorum ſuorum reddere præcepit: nec vnquã
lætatus eſt lucro, quo prouincialis opprimeret.
A Procurator verò priuatæ rationis, cuius quadã
Alexandri conſtitutione mentio eſt, vt non mul
tùm à cæteris rationalibus differebat, ita præci-
puum Aegyptij magiſtratus nomen erat. De ui-
cto enim apud Actiũ Antonio, extinctaq; Cleo-
patra, in formam prouinciæ C. Octauius Cæſar
Aegyptum redegit. Et quoniam ſeditioſiſsimi
naturaliter erãt Aegyptij, opportunaq; tellus a-
lendo bello, noluit eam per Senatores admini-
ſtrari, ne popularibus ſtudiis ducti facilè ad im-
B perium aſpirarent: idq; & Dion tradidit. Corne
lius Tacitus lib. ſecundo. Auguſtus, inquit, inter
alia dominationis arcana vetitis, niſi permiſſu,
ingredi Senatoribus aut equitibus Romanis il-
luſtribus, ſepoſuit Aegyptum, ne fame vrgeret
Italiam, quiſquis eã prouinciam clauſtraq; ter-
ræ ac maris, quamuis leui pręſidio, aduerſum in-
gentes exercitus præſediſſet. Sed & in xij. diuus
Auguſtus apud equeſtres qui Aegypto præſide-
rent lege agi, decretaq; eorũ perinde haberi iuſ-
C ſerat, ac ſi magiſtratus Romani cõſtituiſſent. Vo
piſcus ſcribit, Aurelianum Imperatorẽ Saturni-
no mandaſſe, ne Aegyptũ videret. Quod præce-
ptũ cũ ille ſpreuiſſet, leuiſsima gens rerumq; no
uarum auida, eum Imperatorem ſalutauit, quæ
necis eius cauſa fuit. Strabo auctor eſt, deuicta
Cleopatrã[b] in certam adminiſtrationem Aegy-
ptum redactam, expurgatamq; à Romanis, & ad
eam mitti ſolitos moderatione & prudentia in-
ſignes viros ſub Præfecti titulo: is eſt Præfectus
D Auguſtalis, qui vicem regis obtinet. Eſt & δικαιο-
δότης, id eſt, iuridicus, in cuius poteſtate maxima
eſt iudiciorum pars. Eſt & qui ἴδιος λόγος, quẽ ego
Procuratorem priuatæ rationis interpretor: ad
quem indagatio bonorum vacantium pertinet,
earumque rerum quæ Cæſari debentur. Horum
Comites ſunt Cæſaris Liberti & Actores, quo-
rum fidei maiora minoraq; iudicia creduntur.
Ex patris autem magiſtratib⁹ apud eos eſt, ἐξηγη-
τής, quaſi quæſtorem dicas, qui purpuram geſtat,
E aliiſq; municipalibus honoribus eſt inſignis, o-
mniumq; curam habet, quæ ciuitati vtilia ſunt.
Eſt † & ὑπομνηματογράφος, id eſt, Commentarienſis, 18
ſeu Scriba. Tum ἀρχιδικαστὴς iudicialem Præfectũ
rectè appellaueris. νύκταρχος ἢ ὁ νυκτερινὸς στρατηγός, id eſt,
nocturnus Prætor. Sanè Hypomnematographi
quoque mentio eſt Theodoſij & Valentiniani
conſtitutione quadam[c]: ea enim ſancitum eſt,
*Quoties Hypomnematographus aliquos qui munera ſub-
eant nominat, ſi ſponte illi acciti ſunt, Præfecti Auguſtalis
F conſenſum non eſſe expectãdũ, ſed protinus functionem ex-
equendam.* Quam conſtitutionem ex Doctoribus
noſtris nemo hactenus mihi videtur percepiſſe.
Cæterũ erant etiã † Procuratores Cæſaris, nõ in 19
vniuerſum alicui prouinciæ dati, ſed particula-
riter alicui negotio: quod ex antiqua inſcriptio-
ne coniectari pronum eſt, quæ Corinthi in hæc
verba adhuc legitur: Theoprepon Aug. lib. Proc.
Domini N. Aur. Seueri Alexãdri Pij Fel. Aug. Pro
uinciæ Achaiæ & Epiri, & Theſſaliæ, Rationalẽ
purpurarũ, Proc. ab ephemeride, Proc. à mãdatis

b Strab. lib. 17.

c l. ſi quos. C. de decur.

Proc. à præd. Gallian. procur. saltus Domitiani, Triclinarcham, Præpositum à Fiblis, Præpositū à cryſtallinis, hominem incomparabilem. Tixāder Augu. lib. officialis. Et hi quidem ſunt magiſtratus, qui ab Auguſto conſtituti, diu perſeuerauerunt, & tempore quo Iuriſcóſulti noſtri florebant, maximè viguerunt. Nā poſteriores deinde Imperatores, quorum princeps Cōſtantinus, qui Romanorum †Coloniā Byzantium transtulit, aliam ipſi formam commenti ſunt, tumque cœperunt alij Patritij eſſe, quàm prius erāt, aliaque Præfectorum prætorio iuriſdictio. Hinc magiſtri militum, magiſtri officiorum, Comites ſacrarum largitionum, Comites rei priuatæ, Comites ſacri palarij, Comites ſacri patrimonij: quorū officia quamuis in Cōſtitutionibus explicata legantur, vt tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc differere ab re non erit. Conſtantinus igitur Romanorum ciuium coloniam cùm Byzantium tranſtuliſſet, ſedem quoque eam vrbem Orientalis Imperij eſſe voluit, prouinciaſque certis limitibus deſignauit, quibus ſuos magiſtratibus dedit, militiamque ordinauit: cuius rei formulam à ſucceſſoribus quoq; obſeruatā, ex antiquo eodemq; innomiuato referemus. Is in ſequentem ferè modum ſcriptum reliquit.

INDEX DIGNITATVM CIVILIVM MILITARIVMQ. IN ORIENTE.

PRAEFECTVS prætorio Orientis.
Præfect. prætorio Illyrici.
Præfectus vrbis Conſtantinopolitanæ.
Magiſtri equitum & peditū duo præſentiales.
Magiſtri militum III. per Orientem, Thracias & Illyricum.
Præpoſitus ſacri cubiculi.
Magiſter officiorum.
Quæſtor.
Comes ſacrarū largitionum.
Comes rerum priuatarum.
Comites domeſticorum duo equitum & peditum.
Primicerius.
Sacri cubiculi.
Notariorum.
Caſtrenſis.
Sacri palatij.
Magiſtri ſcriniorum.
Magiſtri memoriæ.
Magiſtri epiſtolarum.
Magiſtri libellorum Græcorum.
Proconſules duo,
Aſiæ. Achaiæ.
Comes Orientis.
Præfectus Auguſtalis.
Vicarij quatuor,
Aſianæ diœceſes.
Ponticæ, Thraciarum, Macedoniæ.
Comites rei militaris duo,
Aegypti. Iſauriæ.
Duces per Aegyptum duo,
Libyæ. Thebaidos.
Per Orientem VI.
Phœnicis.
Euphratenſis.
Syriæ Paleſtinæ.
Oſrheniæ.
Meſopotamiæ.
Arabiæ.
Per Ponticam vnus,
Armeniæ.
Per Thracias duo,
Mœſiæ ſecundæ,
Scythiæ.
Per Illyricum duo,
Daciæ Ripenſis.
Mœſiæ primæ.
Conſulares XV.
Per Orientem quinque,
Palæſtinæ. Phœnicis.
Syriæ, Ciliciæ,
Cypri.
Per Aſiam tres,
Pamphiliæ,
Helleſponti. Lydiæ.
Per Ponticam duo,
Galatiæ, Bithyniæ.
Per Thracias duo,
Europæ. Thraciæ.
Per Illyricum tres,
Cretæ.
Macedoniæ.
Daciæ mediterraneæ.
Aegyptus Conſularem non habet.
Præſides prouinciarum XL.
Per Aegyptum quinque,
Lybiæ ſuperioris,
Lybiæ inferioris,
Thebaidos,
Aegypti, Arabiæ.
Per Orientem octo,
Palæſtinæ ſalutaris.
Palæſtinæ ſecundæ.
Phœnicis Libani.
Euphratenſis.
Syriæ ſalutaris.
Oſrheniæ.
Meſopotamiæ.
Ciliciæ ſecundæ.
Per Aſiam ſeptem,
Piſidiæ, Laconiæ,
Phrygiæ Pacatianæ,
Phrygiæ ſalutaris.
Lyciæ, Cariæ.
Inſularum.
Per Ponticam octo,
Honoriados.
Cappadociæ primæ.
Cappadociæ ſecundæ.
Helleſponti.
Ponti Polemoniaci.
Armeniæ primæ.
Armeniæ ſecundæ.
Galatiæ ſalutaris.
Per Thracias quatuor,
Hæmi montis.
Rhodopes.
Mœſiæ ſecundæ,
Scythiæ.
Per Illyricum octo,
Theſſaliæ.
Epiri veteris, Epiri nouæ,
Daciæ Ripenſis.
Mœſiæ primæ,
Prævalitanæ.
Dardaniæ.
Macedoniæ ſalutaris.
Correctores duo,
Auguſtanicæ.
Paphlagoniæ.
Et hic quidem catalogus generalis eſt earum dignitatum, quæ in Orientali Imperio conſtituūtur. Superest vt ſpecialiter videam⁹, quænam vnicuique competat adminiſtratio.

Sub præfect. præt. Orientis ſunt infrà ſcriptæ diœceſes.

Oriens Aegyptus.
Aſiana Pontica.
Thracia.
Prouinciæ Orientis XV.
Palæſtina.
Phœnice. Syria.
Cilicia. Cyprus.
Arabia. Iſauria.
Palæſtina ſalutaris.
Paleſtina ſecunda.
Phœnice Libani,
Euphratenſis.
Syria ſalutaris.
Oſrhœnia.
Meſopotamia.
Cilicia ſecunda.

AEGY-

AEGYPTI VI.
Lybia ſuperior.
Lybia inferior.
Thebais, Aegyptus.
Arabia, Auguſtanica.

ASIANAE X.
Pamphilia.
Helleſpontus.
Lydia. Piſidia,
Lycaonia.
Phrygia Pacatiana.
Phrygia ſalutaris,
Lycia, Caria,
Inſulæ.

PONTICAE X.
Galatia, Bithynia,
Honorias.
Cappadocia prima,
Cappadocia ſecunda,
Pontus Polemoniacus.
Hellenopontus.
Armenia prima,
Armenia ſecunda,
Galatia ſalutaris.

THRACIAE VI.
Europa. Thracia.
Hæmimontis.
Rhodope.
Mœſia ſecunda.
Scythia.

Sub præf. prot. Illyrici ſunt diœceſes infrà ſcriptæ.

Macedonia. Dacia.
Prouinciæ Macedoniæ VI.
Achaia,
Macedonia, Creta,
Theſſalia,
Epirus vetus.
Epirus noua.
Prouinciæ Daciæ V.
Dacia mediteranea.
Dacia Ripenſis.
Mœſia prima,
Dardania. Prævalitana.
Eſt & Macedonia ſalutaris, quę partim Macedoniæ, partim Daciæ adſcribitur.
OFFICIVM virorum illuſtriū Præf. prætorio.
Princeps.
Cornicularius.
Adiutor.
Commentarienſis.
Ab actis.
Numerarij IIII. In his auri vnus, opere vel operarius.
alter ſubadiuua.
Cura epiſtolarum.
Regerendarius.
Exceptores.
Adiutores. Singularij.
Vterque Præfectus prætorio euectiones annuales non habet. ſed Præfectos ipſi emittunt.

Sub magiſtro militum præſentiali.

VEXILLATIONES PALATINAE V.
Equites promoti ſeniores.
Comites Clibanarij.
Comites ſagittarij iuniores.
Comites Tarſali.
Equites Arcades.

VEXILLATIONES COMITATENSES VII.
Equites cataphractarij Biturigenſes.
Equites armigeri ſeniores Gallicani.
Equites quinto Dalmatæ.
Equites nono Dalmatæ.
Equites primi ſcutarij.
Equites promoti iuniores.
Equites primi Clibanarij Parthi.

LEGIONES PALATINAE VI.
Lanciarij ſeniores.
Iouiani iuniores.
Herculiani ſeniores.
Fortenſes. Neruij.
Martiarij iuniores.

AVXILA PALATINA XVIII.
Bataui ſeniores.
Braccati iuniores.
Salij.
Conſtantiani.
Matoiaci ſeniores.
Sagittarij ſeniores Gallicani.
Sagittarij iuniores Gallicani.
Tertij ſagittarij Valentis.
Defenſores.
Metobarij.
Angleuarij.
Hiberi.
Vrſi.
Felices Honoriani iuniores.
Victores.
Tertij Theodoſiani.
Felices Theodoſiani Iſaurij.

Sub alio magiſtro militum.

VEXILLATIONES PALATINAE VI.
Comites ſeniores.
Equites Braccati iuniores.
Equites Bataui iuniores.
Comites Sagittarij Armeni.
Equites Theodoſiani ſeniores.
Equites Perſæ Clibanarij.

VEXILLATIONES COMIT. VI.
Equites Cataphractarij.
Equites Cataphractarij Ambienſes.
Equites ſexto Dalmatæ.
Equites ſecundi ſcutarij.
Equites ſcutarij.
Equites ſecundi Clibanarij Parthi.

LEGIONES PALATINAE VI.
Martiarij ſeniores.
Daci. Scythæ.
Primani.
Vndecimani.
Lancearij iuniores.

AVXILIA PALATINA XV.
Regij.
Cornuti.
Tubantes.
Martiarij iuniores.
Sagittarij ſeniores Orientales.
Sagittarij iuniores Orientales.
Sagittarij dominici.
Vindelici.
Buccinobantes.
Falconarij.
Thraces.
Turingi.
Felices Theodoſiani.
Felices Arcadiani iuniores.
Secundi Theodoſiani.

Sub magiſtro militum per Orientem.

VEXILLATIONES COMITATENSES X.
Comites Cataphractarij Buccellarij iuniores.
Equites armigeri ſeniores Orientales.
Equites tertio Dalmatæ.
Equites primi ſcutarij Orientales.
Equites ſecundi Stabelſiani.
Equites promoti Clibanarij.
Equites quarti Clibanarij Parthi.
Equites primi ſagittarij.
Cuneus equitum II. Clibanariorum, Palmyrenorum.
Felices Arcadiani ſeniores.

LEGIONES COMITATENSES VIII.
Quinta Macedonica.
Martenſes ſeniores.
Septima gemina.
Decima gemina.
Baliſtarij ſeniores.
Prima Flauia Conſtantia Thebæorum.
Secunda Felix Valentis Thebæorum.
Prima Flauia Theodoſiana.

PSEVDO COMITATENSES X.
Prima Armeniaca.

Secun-

Secunda Armeniaca.
Fortenſes auxiliarij.
Funditores.
Prima Italica.
Quarta Italica.
Sexta Parthica.
Prima Iſauria ſagittaria.
Baliſtarij Theodoſiaci.
Tranſtygritani.

Sub magiſtro militum per Thracias.

VEXILATIONES PALATINAE III.

Comites Arcadiaci.
Comites Honoriaci.
Equites Theodoſiani iunio-
res.

VEXILLATIONES COMIT. IIII.

Equites Cataphractarij Albigenſes.
Equites ſagittarij ſeniores.
Equites ſagittarij iuniores.
Equites primi Theodoſiani.

LEGIONES COMITA-
tenſes.

Solenſes ſeniores.
Menapij.
Prima Maximiana Thebęorum.
Tertia Diocletiana Thebęorum.
Tertio decimani.
Quarto decimani.
Prima Flauia gemina.
Conſtantini ſeniores.
Diuitenſes Gallicani.
Lancearij Scobenſes.
Conſtantini Daphnenſes.
Baliſtarij iuniores.
Pannoniciani iuniores.
Tranni.
Solenes Gallicani.
Iulia Alexandria.
Auguſtenſes.
Valentinianenſes.

Sub magiſtro militum per Illyricum.

VEXILLATIONES COMITATENSES II.

Equites ſagittarij ſeniores.
Equites Germaniciani ſeniores.

LEGIO PALATINA I.

Britones ſeniores.

AVXILIA PALATINA VI.

Haſtarij ſeniores.
Haſtarij iuniores.
Petulantes iuniores.
Sagittarij lecti.
Inuicti iuniores.
Atecotti.

LEGIONES COMITATENSES VIII.

Martiarij conſtantes.
Martij.
Dianenſes.
Germaniciani ſeniores.
Secundarij.
Lancearij Auguſtenſes.
Mineruij.
Lancearij iuniores.

PSEVDO COMITATENSES.

Tunacenſes auxiliarij.
Felices Theodoſiani iuniores.
Burgaracenſes.
Senipenſes.
Vlpianenſes.
Mentenſes.
Secundi Theodoſiani.
Baliſtarij Theodoſiani iuniores.
Scapenſes.
Exiſtimantur autẽ ſupràſcripti magiſtri militum eſſe.
Cardinales, habentq; ſub ſe literatam hanc militiam:
Principem.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Primicerios, qui numerarij fiunt.
Seriniarios.
Exceptores, & cæteros apparitores.

Sub magiſtro officiorum.

Schola ſcutariorum prima.
Schola ſcutariorum ſecunda.
Schola armaturarum iuniorum.
Schola Gentilium ſeniorũ.
Schola ſcutariorum ſagittariorum.
Schola ſcutariorum clibanariorum.
Schola Gentilium iuniorum.
Schola agentium in rebus.
Menſores & Lampadarij.
Scrinium memoriæ.
Scrinium epiſtolarum.
Scrinium libellorum.
Scrinium diſpoſitionum.
Officium commiſſionum.

FABRICAE Orientis IIII.

Scutaria & armorum Damaſci.
Scutaria & armorum Antiochiæ.
Scutaria & armamẽta Edeſſę.
Haſtaria Hirnopolitana.
Ciliciæ.

PONTICAE III.

Clibanaria Cæſareæ Cappadociæ.
Scutaria & armorum Nicomediæ.
Scutaria & armorum Sardis Lidyæ.

ASIANAE II.

Scutaria & armorum Hadrianopolis, itemque Hæmi montis.

THRACIARVM I.

Scutaria & armorum Martianopoli.

ILLYRICI IIII.

Theſſalonicenſis.
Naiſſatenſis.
Retiacenſis.
Scutaria Hercomagenſis.

OFFICIVM magiſtri officiorum.

Adiutor.
Subadiuuæ.
Auditores II.
Fabricarum III.
Barbariorum III.
Orientis I.
Aſianæ I.
Ponticæ I.
Thraciarum & Illyrici I.
Curioſus curſus publici I.
Curioſi per omnes prouincias.
Interpretes diuerſarum gentium magiſter officiorum ipſe emittit.

Sub Comite ſacrarum largitionum.

Comites largitionum per omnes diœceſes.
Comites commerciorum
per Orientem.
per Aegyptum.
per Mœſiam.
per Scythiam.
per Pontum.
per Illyricum.
Præpoſitus theſaurorum.
Comes metallorum per Illyricum.
Comes rationalis ſummarũ Aegypti.
Magiſtri lineæ veſtis.
Magiſtri priuatæ.
Procuratores Gynæciorum.
Procuratores Baphiarum.
Procuratores monetarum.
Præpoſiti Baſtagarum.
Procuratores linificiorum.
OFFICIVM ſuprà ſcripti illuſtris Comitis habet.
Primicerium totius officij.
Primicerium ſcrinij Canonum.
Primicerium ſcrinij Tabulariorum.
Primicerium ſcrinij numerariorum.
aureæ maſſæ.

auri

auri ad reſponſum.
veſtiarij ſacri.
argenti.
anularis.
à pecuniis.
Scrinarios ſuprà ſcriptorũ ſcriniorum.
Secundocerium officij qui primicerius eſt exceptorum.
Tertiocerium officij qui tractat Baſtagas, quarto loco libellos tractat, & cæteros palatinos ipſius officij.

Sub Comite rei priuatæ.

Domus diuinæ.
Rationales rerum priuatarũ.
Baſtaga priuata.
Præpoſiti gregum & ſtabulorum.
Procuratores ſaltuum.
OFFICIVM eiuſdem illuſt.
Primicerius totius officij.
Primiſcriniũ beneficiorum.
Primiſcrinium canonum.
Primiſcrinium ſecuritatum.
Primiſcrinium ſcrinij largitionum.
Scrinarios.
Secundocerii officij qui tractat chartas & cæteras palatinos officij.

Sub Comite domeſticorum. Domeſtici equites.

Domeſtici pedites.
Deputati eorum.

Sub ſpect. V. Caſtrenſi.

Pædagogia.
Miniſtrales dominici.
Curæ palatiorum.
OFFICIVM.
Tabularius dominicus.
Tab. Dñ. Auguſtarum.
Adiutor.
Chartularius.
Scrinium ipſius.
Cæteri palatini officij.

Sub diſpoſitione viri illuſt.

Primicerij Notariorum, omnis dignitatum & adminiſtrationum notitia, tã militarium quàm ciuiliũ: ſcholas etiam & numeros tractat: officium autẽ nõ habet, ſed adiutorem de ſchola notariorum.
MAGISTER memoriæ adnotationes omnes dictat & emittit, & precibus reſponder.
MAGISTER epiſtolarum legationes ciuitatum, conſultationes & preces tractat.
MAGISTER epiſtolarũ græcarũ, eas epiſtolas quæ græcè ſolent emitti, aut ipſe dictat, aut latinè dictatas transfert in græcum officiũ ex ipſis nemo habet, ſed adiutores electos de ſcriniis.

Sub V. S. P. Proconſ. Aſiæ.

Aſia. Inſulæ.
Helleſpontus.

Sub V. S. P. Proconſ. Achaiæ.

Achaia.
OFFICIVM vtriuſq; Proconſ.
Princeps de ſchola agẽtium in rebus ducenariis, qui adorata clementia principali cum inſignibus exit tranſactio biennio.
Cornicularius.
Commentarienſis.
Quæſtor. Adiutor.
Ab actis.
Numerarij.
A libellis.
Exceptores.
Cæteri apparitores.

Sub ſp. V. Comite Orientis.

Prouinciæ Orientis xv. quarum nomina ſuprà retulimus.
OFFICIVM idem ferè cum officio Proconſulum.

Sub præf. Auguſtali.

Prouinciæ Aegypti ſex:

Sub Vicariis.

Suæ vnicuique prouinciæ ſuprà recitatæ.

Sub V. perfectiſſ. Præſide Dalmatiæ.

Prouincia Dalmatia.
OFFICIVM.
Principem.
Cornicularium.
Tabellarios duos.
Commentarienſem.
Adiutorem. Ab actis.
Subadiuuam.
Exceptores.
Reliquos Cohortalinos, quibus non licet ad aliã trãſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis.
Cæteri Præſides ad ſimilitudinem Præſidis Dalmatiæ officia habent.
Idem & de viro Cl. Conſulari. Campaniæ, itemque V. Cl. Correctore Apuliæ & Calabriæ conſtitutum eſt.

INDEX DIGNITATVM TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM IN PARTIBVS OCCIDENTIS.

PRAEFECTVS prætorio Italiæ.
Præfectus prætorio Galliarum.
Præfectus vrbis Romæ.
Magiſter peditum in præſenti.
Magiſter equitum in præſenti.
Magiſter equitũ per Gallias.
Præpoſitus ſacri cubiculi.
Magiſter officiorum.
Quæſtor.
Comes ſacrarum largit.
Comes rerum priuatarum.
Comes domeſticorũ equitũ.
Comes domeſticorum pedi-
tum.
Primicerius ſacri cubiculi.
Primicerius notariorum.
Caſtrenſis ſacri palatij.
Magiſter ſcriniorum, memoriæ, epiſtolarum, libellorum.
Proconſul Africæ.

VICARII VI.

Vrbis Romæ. Italiæ.
Aphricæ. Hiſpaniarum.
Septem prouinciarum.
Britanniarum.

COMITES REI MILITARIS VI.

Italiæ. Africæ.
Tingitaniæ.
Tractus Argentoratenſis.
Britanniarum.
Littoris Saxonici per Britannias.

DVCES XII.

Limitis Mauritaniæ Cæſarienſis.
Limitis Tripolitani.
Pannoniæ primæ & Norici Ripenſis.
Pannoniæ ſecũdę Valeriæ Ripenſis.
Rhetiæ primæ & ſecundæ.
Sequanicæ.
Tractus Armoricarij.

Ner-

Neruianię.
Belgicæ ſecundæ.
Germaniæ primæ.
Britaniæ.
Magantiacenſis.

CONSVLARES XXII.

Pannoniæ.
Per Italiam octo,
Venetiæ & Hiſtriæ.
Aemiliæ. Liguriæ.
Flamminiæ & Picini annonarij.
Thuſciæ & Vmbriæ.
Picini ſuburbicarij.
Campaniæ. Siciliæ.
Per Africam duo,
Byzacij. Numidiæ.
Per Hiſpanias tres,
Beticæ. Luſitaniæ.
Galleciæ.
Per Gallias ſex,
Viennenſis.
Lugdunenſis.
Germaniæ primæ.
Germaniæ ſecundæ.
Belgicæ primæ.
Belgicæ ſecundæ.
Per Britannias duo,
Maximæ Cæſarienſis.
Valentiæ.

CORRECTORES.

Per Italiam duo,
Apuliæ & Calabriæ.
Lucaniæ & Brutiorum.
Per Pannoniam vnum.
Sauiæ.

PRAESIDES XXXI.

Per Illyricum quatuor,
Dalmatiarum.
Pannonię primæ & ſecũdæ.
Norici Ripenſis.
Per Italiam ſeptem,
Alpium Cotiarum.
Rhetiæ primæ.
Rhetiæ ſecundæ.
Samnij. Valeriæ.
Sardinę. Corſicæ.
Per Africam duo,
Mauritaniæ Sityphenſis.
Tripolitanæ.
Per Hiſpanias quatuor,
Tarraconenſis.
Carthaginenſis.
Tingitaniæ.
Inſularum Balearium.
Per Gallias vndecim,
Alpium maritimarum.
Alpium.
Maximæ Sequanorum.
Aquitaniæ primæ.
Aquitaniæ ſecundæ.
Nouem populanæ.
Narbonenſis primæ.
Narbonenſis ſecundæ.
Lugdunenſis ſecundæ.
Lugdunenſis tertiæ.
Lugdunenſis Honoricæ.

Per Britannias tres,
Britanniæ primæ.
Britanniæ ſecundæ.
Flauiæ Cæſarienſis.

INSIGNIA VIRI ILLVS.

PRAEFECTI PRAETORIO per Italiam.

Sub diſpoſitione virorum illuſtriũ Præfectorum prætorio diœceſes infrà ſcriptæ.

Italia. Illyricum.
Africa.
Prouinciæ. Italiæ XVII.
Venetiæ.
Aemiliæ. Liguriæ.
Flamminiæ & Piceni annonarij.
Thuſciæ & Vmbriæ.
Piceni ſuburbicarij.
Campaniæ. Siciliæ.
Apuliæ & Calabriæ.
Lucaniæ & Brutiorum.
Alpium Cotiarum.
Rhetiæ primæ.
Rhetiæ ſecundæ.
Samnij. Valeriæ.
Sardiniæ. Corſicæ.
Illyrici ſex,
Pannoniæ ſecundæ.
Sauiæ.
Dalmatiarum.
Pannoniæ primæ.
Norici mediterranei.
Norici Ripenſis.
Africæ ſeptem,
Byzacium. Numidia.
Mauritania Sityphenſis.
Mauritania Cęſarienſis.
Tripolis.
Præfectus annonæ Africæ.
Præfectus fundorum patrimonialium.
OFFICIVM viri illuſt. Præfecti prætorio Italiæ.
Princeps.
Cornicularius.
Adiutor.
Commentarienſis.
Ab actis.
Numerarij.
Subadiuuæ.
Cura epiſtolarum.
Regerendarius.
Exceptores. Adiutores.
Singularij.

Sub diſpoſitione viri illuſtriſſimi Præfecti prætorio Galliarum diœceſes infrà ſcriptæ.

Hiſpaniæ.
Prouinciæ ſeptem.
Britanniæ quinque.
Prouinciæ Hiſpaniarum,
Betica. Luſitania.
Gallecia. Tarraconenſis.
Cartaginenſis.
Tingitania.
Balearis.

Prouinciæ Galliæ XVII.
Viennenſis.
Lugdunenſis prima.
Germania prima.
Germania ſecunda.
Belgica prima.
Belgica ſecunda.
Alpes maritimæ.
Alpes Pœninæ & Graiæ.
Maxima Sequanorum.
Aquitania prima.
Aquitania ſecunda.
Nouem populi.
Narbonenſis prima.
Narbonenſis ſecunda.
Lugdunenſis ſecunda.
Lugdunenſis tertia.
Lugdunenſis Senonaria.
Britanniarum v.
Maxima Cæſarienſis.
Valentia.
Britannia prima.
Britannia ſecunda.
Flauia Cæſarienſis.
OFFICIVM viri illuſt. Præfecti prætorio Galliarum.
Princeps.
Cornicularius.
Adiutor.
Commentarienſis.
Ab actis.
Numerarij.
Subadiuuæ.
Cura epiſtolarum.
Regerendarius.
Exceptores.
Adiutores.
Singularij.

INSIGNIA VIRI ILLVS.

PRAEFECTI VRBIS ROMAE.

Sub diſpoſitione viri illuſt. præfecti Vrbis, habentur adminiſtrationes infrà ſcriptæ.

Præfectus annonæ.
Præfectus vigilum.
Comes formarum.
Comes riparum & cloacarum.
Comes portus.
Magiſter cenſus.
Rationalis vinorum.
Tribunus fori varij.
Conſularis aquarum.
Curator operũ Maximorum.
Curator operum publicorũ.
Curator ſtatuarum.
Curator horreorum Galbanorum.
Centenarius pontus.
Tribunus rerum nitentium.
OFFICIVM viri illuſtr. præfecti vrbis.
Princeps.
Cornicularius.
Adiutor.
Comentarienſis.
Ab actis.
Primiſcrinius ſiue munerarię.

Sub-

Subadiuuæ.
Cura epiſtolarum.
Regerendarius.
Exceptores.
Adiutores. Cenſuales.
Nomenclatores.
Singularij.

INSIGNIA VIRI ILLVS.

MAGISTRI PEDITVM.

Sub diſpoſitione viri illuſt. Magiſtri peditum præſentialis, Comites limitum infrà ſcripti.

Italiæ. Africæ.
Tingitaniæ.
Tractus Argentoratenſis.
Britanniarum.
Littoris Saxonici per Britannias.

DVCES LIMITVM INFRA SCRIPTORVM X.

Mauritaniæ.
Cæſarienſis.
Tripolitani.
Pannoniæ ſecundæ.
Valeriæ Ripenſis.
Pánoniæ primæ & Norici Ripenſis.
Rhetiæ primæ & ſecundæ.
Belgicæ ſecundæ.
Germaniæ primę Britániarũ.
Maguntiacenſis.

LEGIONES PALATINAE XII.

Iouiani ſeniores.
Herculiani ſeniores.
Diuitenſes ſeniores.
Tungrecani ſeniores.
Pannonitiani ſeniores.
Mœſiaci ſeniores.
Armigeri propugnatores ſeniores.
Lancearij Sabarienſes.
Octauani. Thebæi.
Cymbriani.
Armigeri propugnatores iuniores.

AVXILIA PALATINA XLV.

Cornuti ſeniores.
Braccati ſeniores.
Petulantes ſeniores.
Celtæ ſeniores.
Herculi ſeniores.
Bataui Mattiaci ſeniores.
Mattiaci iuniores.
Aſcarij ſeniores.
Aſcanij iuniores.
Iouij ſeniores.
Cornuti iuniores.
Sagittarij Neruij.
Leones ſeniores.
Leones iuniores.
Exculcatores ſeniores.
Sagittarij Tungri.
Exculcatores iuniores.
Tubantes.
Salij. Grati.
Felices ſeniores.
Felices iuniores.
Gratianenſes ſeniores.

Inuicti ſeniores.
Auguſtei Ionij iuniores.
Victores iuniores.
Bataui iuniores.
Bructeri.
Ampſiuarij.
Gratianenſes iuniores.
Valentinianenſes iuniores.
Rheti. Sequarij.
Sagittarij venatores.
Latini. Sabini.
Braccati.
Honoriani Atecotti ſeniores.
Honoriani Marcomani ſeniores.
Honoriani Marcomani iuniores.
Honoriani Atecotti iuniores
Briſigaui ſeniores.
Briſigaui iuniores.
Honoriani Mauri ſeniores.
Honoriani Mauri iuniores.
Celtæ iuniores.
Inuicti iuniores.
Britaniciani.
Exculcatores iuniores Britaniciani.
Felices Valentinianenſes.
Martiaci iuniores.
Gallearij.
Salij Gallicani.
Sagittarij Neruij.
Iouij iuniores.
Seguſienſes.
Galli victores.
Honoriani victores iuniores.
Honoriani arcarij ſeniores.
Felices iuniores.
Gallicani. Tungri.
Honoriani Gallicani.
Mauritonantes iuniores.
Mauritonantes ſeniores.

LEGIONES COMITATENSES XXXII.

Menapij ſeniores.
Fortenſes.
Propugnatores ſeniores.
Armigeri deféſores ſeniores.
Septimani ſeniores.
Regij Pacatianenſes.
Veſontes.
Mattiarij iuniores.
Mauriſeruati.
Vndecimani.
Secundani Italiciani.
Germaniciani iuniores.
Tertiani, ſiue tertia Italica.
Tertia Herculea.
Lancearij Gallicani.
Honoriani.
Propugnatores iuniores.
Legio ſecundę Britanniçę, ſiue ſecundani.
Septimani iuniores.
Præſidienſes.
Vrſarienſes.
Cortariacenſes.
Geminiacenſes.
Honoriani felices Gallicani.
Tertia Iulia Alpina.
Prima Flauia pacis.
Secunda Flauia virtutis.
Tertia Flauia ſalutis.
Flauiæ victrices Conſtãtinæ, id eſt, Conſtantici.
Secũdæ Flauiæ Cõſtantianę.
Tertio Auguſtani.
Fortenſes.

PSEVDOCOMITATENSES XVIII.

Legio prima Alpina.
Legio ſecunda Iulia Alpina.
Lancearij Lauriacenſes.
Lancearij Maginenſes.
Taurunenſes.
Antianenſes.
Pontinenſes.
Prima Flauia Gallicana.
Conſtantia.
Martenſes.
Abrincateni.
Defenſores ſeniores.
Mariofiſiniaci.
Prima Flauia Metis.
Supeuentores iuniores.
Conſtantiaci Corniacenſes.
Septimani.
Romanenſes.

OFFICIVM ſuprà ſcripti magiſtri peditũ præſentialis.
Princeps. Numerarius.
Commentarienſes.
Adiutor.
Regerendarius.
Exceptores, & reliqui apparitores.

INSIGNIA VIRI ILLVS.

MAGISTRI EQVITVM.

Sub diſpoſitione viri illuſt. Magiſtri equitum præſentialis.

VEXILLATIONES PALATINAE X.

Comites ſeniores.
Equites promoti ſeniores.
Equites Bracciati ſeniores.
Equites Bataui ſeniores.
Equites Cornuti ſeniores.
Equites Cornuti iuniores.
Comites Alani.
Equites Bataui iuniores.
Equites Conſtantes Valentinianenſes.
Valentinianenſes ſeniores.

VEXILLATIONES COMITATENSES.

Equites armigeri.
Equites primani Gallici.
Equites octauo Dalmatiæ.
Equites Dalmatiæ Paſſerentiaci.
Equites Mauri alites.
Equites Honoriani.
Taifali iuniores.
Equites Honoriani ſeniores.
Equites Mauri feroces.
Equites conſtantiaci feroces.
Equites ſcutarij.
Equites Stablesiani Africani.

Equites Marcomani.
Equites armigeri seniores.
Equites sagittarij clibanarij.
Equites sagittarij Parthi seniores.
Equites primo sagittarij.
Equites secundo sagittarij.
Equites tertio sagittarij.
Equites quarto sagittarij.
Equites sagittarij Parthi iuniores.
Comites iuniores.
Equites promoti iuniores.
Sagittarij iuniores.
Equites cetrati iuniores.
Honoriani iuniores.
Armigeri iuniores.
Equites secũdi scutarij iuniores.
Eqtes Stablesiani Italiciani.
Equites sagittarij Cordueni.
Equites sagittarij seniores.
Cuneus equitũ promotorũ.

OFFICIVM suprà scriptæ magisteriæ potestatis.

Princeps. Numerarius.
Primiscrinius.
Commentariensis.
Adiutor. Regerendarius.
Exceptores, & reliqui apparitores.
Qui numeri habentur ex prædictis per infrà scriptas pro uincias. Intra Italiam.
Iouiani seniores.
Herculiani seniores.
Diuitenses seniores.
Tungræcani seniores.
Pannoniciani seniores.
Mœsiaci seniores.
Cornuti seniores.
Braccati seniores.
Petulantes seniores.
Celtæ seniores.
Heruli seniores.
Bataui seniores.
Mattiaci seniores,
Iouij seniores.
Victores seniores.
Cornuti iuniores.
Leones iuniores.
Atecotti Honoriani iuniores.
Brisigaui iuniores.
Mauri Honoriani iuniores.
Galli victores.
Octauiani Thebæi.
Mattiarij iuniores.
Septimani iuniores:
Regij. Germaniciani.
Prima Iulia.
Tertia Iulia.
Placidi Valentiniaci felices.
Gratianenses iuniores.
Marcomani. Fortenses.
Intra Illyricum cum viro spectabili Comite Illyrici.
Sagittarij Tungri.
Iouij iuniores. Sequani.
Rhetij, Sagittarij.
Venatores. Latini.
Valentinianenses felices.
Honoriani victores.
Segusienses Tungri.
Mauri Honoriani seniores.
Mattiarij Honoriani Gallicani. Tertiani.
Tertia Herculea.
Pacatianenses.
Mauri cetrati.
Propugnatores iuniores.
Lancearij Lauriacenses.
Lancearij Comagenenses.
Secunda Iulia.
Valentinianenses.
Catarienses.
Intra Gallias cum uiro illust. magistro equitũ Galliarũ.
Mattiaci iuniores.
Leones seniores.
Bracciati iuniores.
Salij seniores.
Gratianenses. Bructeri.
Ampsiuarij.
Valentinianenses.
Bataui.
Bataui iuniores.
Britones.
Atecotti Honoriani seniores.
Sagittarij Neruij Gallicani.
Iouij iuniores Gallicani.
Mattiaci iuniores Gallicani.
Atecotti iuniores.
Gallicani.
Hastarij Honoriani seniores.
Armigeri defẽsores seniores.
Lancearij Honoriani Gallicani.
Lancearij Sabarienses.
Menapij seniores.
Secundani Britones.
Vrsarienses.
Præsidienses.
Geminiacenses.
Correriacenses.
Honoriani felices Gallicani.
Marienses. Abrientani.
Defensores seniores.
Mariosiniaci.
Prima Flauia.
Superuentores iuniores.
Balistarij.
Defensores iuniores.
Garronenses.
Andereniciani.
Acincenses.
Cornacenses.
Septimani iuniores.
Cursarienses iuniores.
Musmagenses.
Romanenses.
Insidiatores.
Tricesimani.
Abulci. Exploratores.

OFFICIVM viri illust. magistri equitum per Gallias.

Princeps ex officijs magistrorũ militum præsentialium, vno anno à parte peditum, alio à parte equitum.
Commentariensis.
Numerarij ex viris & officij singularis. Adiutor.
Regerendarius.
Exceptores.
Reliqui apparitores.

Intra Hispanias cum spectabili Comite.

Hastarij seniores.
Hastarij iuniores.
Sagittarij Neruij.
Excultatores iuniores.
Tubantes.
Felici seniores.
Inuicti seniores.
Victores iuniores.
Inuicti Britones iuniores.
Brisigaui seniores.
Salij iuniores Gallicani.
Fortenses.
Propugnatores seniores.
Septimani seniores.
Vesontes. Vndecimani.

Intra Tingitaniam cum viro spectabili Comite.

Mauritonantes seniores.
Mauritonantes iuniores.
Constantiniani.
Septimani iuniores.

Intra Africam cum viro spectabili Comite Africæ.

Certæ iuniores.
Armigeri propugnatores seniores.
Armigeri propugnatores iuniores.
Secundani Staliciani.
Cymbriani.
Primani. Secundani.
Tertiani.
Constantiniani.
Constantiaci.
Tertio augustani.
Fortenses.

Cum viro spectabili Comite Britanniarum.

Victores iuniores Britannicia ni. Primani iuniores.
Secundani iuniores.

Item Vexillationes intra Italiã.

Comites seniores.
Equites promoti seniores.
Equites Brachiati seniores.
Equites Cornuti seniores.
Comites Alani.
Equites Mauri feroces.
Equites constantes Valentinianenses iuniores.

Intra Gallias cum viro illustri Comite & magistro equitum Galliarum.

Equites Bataui seniores.
Equites Cornuti seniores.
Equites Bataui iuniores.
Equites Brachiati iuniores.
Equites Honoriani seniores.
Equites Honoriani iuniores.
Equites armigeri seniores.
Equites octauo Dalmaræ.
Equites Dalmaræ Passerentiacenses.

Equites

Equites primi Gallicani.
Equites Mauri alites.
Equites Cõstantiaci feroces.

Intra Africam cum viro spectabili Comite Africæ.

Equites Stablesiani Italiciani.
Equites scutarij seniores.
Equites Stablesiani seniores.
Equites Marcomani.
Equites armigeri seniores.
Equites clibanarij.
Equites Parthi sagittarij seniores.
Equites Cornuti seniores.
Equites primo sagittarij.
Equites secundo sagittarij.
Equites tertio sagittarij.
Equites quarto sagittarij.
Equites Parthi sagittarij iuniores.
Equites Cornuti iuniores.
Equites promoti iuniores.
Equites scutarij iuniores.
Comitatenses.
Equites Honoriani iuniores.
Equites scutarij iuniores scholæ secundæ.
Equites armigeri iuniores.

Intra Britãnias cum viro spectabili Comite Britanniarum.

Equites cataphractarij iuniores.
Eqtes scutarij Aureliaci. (res.
Eqtes Honorianici seniores.
Equites Stablesiani.
Equites Syri.
Equites Taifali.

Intra Tingitaniam cum viro spectabili Comite Tingitanię.

Equites scutarij seniores.
Comitatenses.
Equites sagittarij seniores.
Comitatenses.
Eqtes Cardueni Comitatẽses.

INSIGNIA VIRI ILL. MAGISTRI OFFICIORVM.

Sub dispositione viri illustr. magistri officiorum.

Schola scutariorum prima.
Schola scutariorum secunda.
Schola armaturarũ seniorũ.
Schola gentilium seniorum.
Schola scutariorum tertia.
Schola agentum in rebus, & deputati eiusdem scholæ.
Scrinium memoriæ.
Scrinium dispositionum.
Scrinium epistolarum.
Scrinium libellorum.
Aminisionales.
Cancellarij.

FABRICAE infrà scriptæ in Illyrico.

Sirmiensis scutariæ.
Scordiscorum, & armorum.
Acincensis scutariæ.
Cornutensis scutaria.
Lauricensis scutaria.
Salonitana armorum.

Italiæ.

Corcordiensis sagittarij.
Veronẽsis scutarij & armorũ.
Mantuana loricaria.
Cremonensis scutaria.
Ticinensis fabrica arcuaria.
Lucensis spatharia.

In Gallis.

Argentomagensis armorum omnium.
Matisconensis sagittarij.
Augustodunensis loricaria.
Augustodunensis scutaria.
Suessionensis balistaria & clibani. Remensis spatharia.
Triberorum scutaria & balistaria.
Ambianensis spatharia & scutaria.

OFFICIVM autem infrascripti viri illust. magistri officiorum.

De schola agentum in rebus habetur hoc modo.

Adiutor.
Subadiuuæ adiutoris.
Subadiuuæ fabricarum diuersarum.
Curiosus cursus publici in præsenti.
Curiosi omniũ prouinciarũ.
Interpretes omnium gentiũ.

INSIGNIA ILLVSTR. QVAESTORIS.

Sub dispositione viri illustr. Quæstoris.

Leges dictandæ, preces.
Habet subadiuuantes.
Adiutores memoriales.
De scrinijs diuersis.

INSIGNIA VIRI ILLVSTR. COMITIS SACRArum Largitionum.

Sub dispositione viri illustr. Comitis sacrarum largitionum.

Comes largitionum per Illyricum. Comes uestiarij.
Comes auri.
Comes largitionum Italicianarum.
Comes titulorum largitionalium per Africam.

Rationales.

Rationalis summarũ Pannoniæ secundæ. Dalmatiæ, & Sauiæ.
Rationalis summę Pannoniæ primæ, Valeriæ, Norici, mediterranei, & Ripensis.
Rationalis summarum Italię.
Rationalis summarum vrbis Romæ.
Rationalis summarum trium prouinciarũ, id est, Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ.
Rationalis summarũ Africæ.
Ratiõalis summarũ Numidię.
Rationalis summarum Hispaniæ.
Rationalis summarum quinque prouinciarum.
Rationalis summarũ Galliarũ
Rationalis summarũ Britanniarum.
Præpositus thesaurorum Salonitarum Dalmatiæ.
Præpositus thesaurorũ Siscianorum Sauiæ.
Præpositus thesaurorũ Sabarienſium Pannoniæ primę.
Præpositus thesaurorum per Italiam Aquileiæ.
Præpositus thesaurorum Mediolanensium Liguriæ.
Præpositus thesaurorũ vrbis Romæ.
Præpositus thesaurorũ Augustæ Vindelicienſis Rhetiæ secundæ.
Præpositus thesaurorum per Gallias Lugdunensis.
Præpositus thesaurorum Arelatensium.
Præpositus thesaurorum Nemorum.
Præpositus thesaurorum Triberorum.
Præpositus thesaurorum Augustensiũ in Britannis.
Procuratores monetæ.
Procurator monetæ Siscianę.
Procurator monetæ Aquileiensis.
Procurator monetæ vrbis Romæ.
Procurator monetæ Lugdunensis.
Procurator monetę Arelatẽsis.
Procurator monetę Triberorum.

Procuratores Gynæciorum.

Procurater Gynæcienſis Basianensis Pannoniæ secundæ translati Salonis.
Procurator Gynæcienſis Sirmiensis Pannoniæ secũdæ.
Procurator Gynæciẽsis Iouensis Dalmatiæ Aspalati.
Procurator Gynęcienſis Aquileiensis inferioris Venetiæ.
Procurator Gynæcienſis Mediolanensis Liguriæ.
Procurator Gynæcienſis vrbis Romæ.
Procurator Gynæcienſis Canusini & Berus Apuliæ.
Procurator Cynæcienſis Carthaginensis Africæ.
Procurator Gynæcienſis Arelatẽsis prouinciæ Viẽnẽsis.
Procurator Gynæcienſis Remensis Belgicæ secundæ.

Procurator Gynæcieñ. Tornacenſis Belgicæ secundæ.
Procurator Gynæcieñ. Triberorum Belgicæ primæ.
Procurator Gynæcieñ. Augustduno translati Metis.
Procuratores Gynæcieñ. in Britannis.
Procurator linificij Viennensis Galliarum.

Procurator linificij Rauennatium Italiæ.
Procuratores Baſiorum.
Procurator Baturanenſium. Calabriæ.
Procurator Baſij Salonitani Dalmatiæ.
Procurator Baſij Ciſenſis Venetijs & Hiſtriæ.
Procurator Baſij Syracuſani Siciliæ.
Procurator Baſiorum omniũ per Africam.
Procurator Baſij Girbitani ꝓuinciæ Tripolitanæ.
Procurator Baſij inſularũ Balearium in Hiſpania.
Procurator Baſij Tolonenſis Galliarum.
Procuratores Baſij Narbonen
Prępoſiti Barbaricariorum (ſis. ſiue argentariorum.
Præpoſiti barbaricariorũ ſiue argentariorũ Arelatenſiũ.
Præpoſiti barbaric. ſiue argẽt. Remenſium.
Præpoſiti barbaricariorũ Triberorum.
Præpoſiti baſtagarũ primę Oriẽtis, orientalium & quartæ.
Præpoſitus baſtagæ ſecundæ orientalis & tertiæ.
Præpoſitus baſtagę tertię oriẽtalis.
Præpoſitus baſtagæ quartæ orientalis.
Prępoſitus baſtagę primę Gallicanorum & quartæ.
Comes commerciorũ per Illyricum.
OFFICIVM autẽ viri illuſt. ſuprà ſcripti Comitis ſacrarum largitionum.
Primicerium totius officij.
Primiceriũ ſcriniorũ canonũ.
Primicerium ſcriniorũ tabulariorum.
Primicerium ſcriniorum numerorum.
Primicerium ſcriniorum auri maſſæ.
Primicerium ſcriniorum auri ad reſponſum.
Primiceriũ ſcriniorum veſtiarij ſacri.
Primiceriũ ſcriniorum ab argento.
Primicerium ſcriniorum à Miliarenſibus.
Primicerium ſcriniorum à pecunijs, & cæteros ſcriniarios.
Secundicerium officij qui primicerius eſt exceptorum.
Tertioceriũ officij qui tractat baſtagas.
INSIGNIA VIRI ILLVS. COMITIS PRIVATORVM.
Sub diſpoſitione viri illuſt. Comitis rerum priuatarum.
Comes largitionũ priuatarũ.
Comes Geldoniaci patrimonij.
Rationalis rerum priuatarum per Illyricum.
Rationalis rerum priuatarum per Italiam.
Rationalis rei priuatę p Italiã.
Rationalis rei priuatæ per vrbẽ Romã & ſuburbicarias regiones cũ parte Fauſtinę.
Rationalis rei priuatæ per Siciliam.
Rationalis rei priuatæ p Africam.
Rationalis rei priuatæ per Hiſpanias.
Rationalis rei priuatæ p Gallias.
Rationalis rei priuatæ p quinque prouincias.
Rationalis rei priuatæ per Britannias.
Rationalis rei priuatę fundorũ domus diuinæ p Africã.
Rationalis rei priuatæ per Siciliam.
Procurator rei priuatæ p Apuliam & Calabriam, ſiue ſaltus Carminianenſis.
Præpoſitus rei priuatæ per Sequanicum & Germaniam primam.
Procurator rei priuatæ p Dalmatiam.
Procurator rei priuatæ p Suauiam.
Procurator rei priuatę per Italiam.
Procurator rei priuatę per vrbem Romam.
Procurator rei priuatę per vrbicarias regiones. Rerum Iuliani.
Procurator rei priuatæ Gynæciorum Triberorum.
Procurator Gynæcei Iuuarenſis rei priuatæ Merti, tranſlata Anhelar.
Præpoſitus baſtagæ rei priuatæ orientalis inferiorum.
Præpoſitus baſtagæ priuatarum Galliarum.
OFFICIVM autem ſuprà ſcripti viri illuſt. Comitis rerũ priuatarum habet.
Primicerium totius officij.
Primiſcrinium beneficiorũ.
Primiſcrinium nonum.
Primiſcrinium ſecuritatum.
Primiſcrinium largitionũ priuatarum.
Scriniarios etiam reliquos ſuprà ſcriptorum ſcriniorũ.
Secundicerium totius officij, qui tractat chartas officij, cæteros etiam palatinos.
COMES DOMESTICORVM EQVITVM, COMES domeſticorum peditum.
Sub diſpoſitione virorum illuſtr. Comitum domeſticorum equitum ſiue peditum.
Domeſtici equites.
Domeſtici pedites.
Deputati eorum.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Caſtrenſis.
Pædagogia.
Miniſterialis domini, aliàs curæ palatiorum.
OFFICIVM autem viri ſpectabilis Caſtrenſis habet,
Tabularium domini.
Adiutorem.
Chartulariũ & ſcrinium ipſius, & cæteros palatinos officiorum.
Sub cura viri ſpectabilis primicerij Notariorum.
Notitia omnium dignitatum & miniſtrationũ tam ciuilium quàm militarium.
Officium autem non habet, ſed adiutores.
MAGISTER ſcriniorum.
Magiſter memoriæ adnotationes omnes dictat & emittit, reſpõdet etiã precib.
Magiſter epiſtolarũ legationes ciuitatũ & conſultationes & preces tractat.
Magiſter libellorum cognitiones & preces tractat.
PROCONSVL AFRICÆ.
Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Proconſ. Africæ.
Prouincia & Conſularis & legati eius duo.
Officium autem habet ita.
Principẽ de ſchola agentum in rebus duodenarium.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Primiſcrinium.
Commentarienſem.
Adiutorem.
Ab actis.
Subadiuuas.
Exceptores ſingulares, & reliquum officium.
Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarij vrbis Romæ prouinciæ infrà ſcriptæ.
Conſulares.
Campaniæ.
Thuſciæ & Vmbriæ.
Piceni ſuburbicij.
Sicilia.
Correctores,
Apuliæ & Calabriæ.
Brutiorum & Lucaniæ.
Præſides,
Samnij.
Sardiniæ.
Corſicæ.
Valeriæ.
OFFICIVM autẽ ſuprà dictus vir ſpectabilis Vicarius habet ita.

Principem

Principem de ſchola agentũ in rebus ducenarium.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Adiutorem.
Ab actis.
Cura epiſtolarum.
Subadiuuas.
Exceptores ſingulares, & reliquos officiales.
VICARIVS AFRICÆ.
Sub diſpoſitione viri ſpectab. Vicarij Africæ.
Conſulares,
Byzaci. Numidiæ.
Præſides,
Tripolitani.
Mauritaniæ Sitiphenſis.
Mauritaniæ Cæſarienſis.
OFFICIVM autem habet idem vir ſpectabilis vicarius hoc modo.
Principem de ſchola agẽtum in rebus ducenarium.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Commentarien ſem.
Ab actis.
Cura epiſtolarum.
Adiutorem.
Subadiuuas.
Exceptores ſingulares, & reliquos officiales.
VICARIVS HISPANIÆ.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Vicarij Hiſpaniarum.
Conſulares,
Beticæ,
Luſitaniæ.
Galleciæ.
Præſides,
Tarraconenſis.
Carthaginenſis.
Tingitaniæ.
Inſularum Balearium.
OFFICIVM autem habet idem vir ſpectabilis hoc modo.
Principem de ſchola agentũ in rebus ex ducenarijs.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Ab actis.
Adiutorem.
Subadiuuas.
Exceptores ſingulares, & reliquum officium.
VICARII SEPTEM PROVINCIARVM.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Vicarij ſeptem Prouinciarum.
Conſulares,
Viennenſes.
Lugdunenſes.
Germaniæ primæ.
Germaniæ ſecundæ.
Belgicæ ſecundæ.
Præſides,
Alpium maritimarum.
Alpiũ Pœninarũ & Graiarũ.
Maximæ Sequanorum.
Aquitaniæ primæ.
Aquitaniæ ſecundæ.
Nouem popularis.
Narbonenſis primæ.
Narbonenſis ſecundæ.
Lugdunenſis ſecundæ.
Lugdunenſis tertiæ.
Lugdunenſis Senoniæ.
OFFICIVM autem habet idem vir ſpectabilis Vicarius hoc modo.
Principem de ſchola agentũ in rebus ex ducenarijs.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Ab actis.
Cura epiſtolarum.
Adiutorem.
Subadiuuas.
Exceptores ſingulares, & reliquos officiales.
VICARII BRITANNIARVM.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Vicarij Britanniarum.
Conſulares,
Maximæ Cæſarienſis.
Valentiæ.
Præſides.
Britanniæ primæ.
Britanniæ ſecundæ.
Flauiæ Cæſarienſis.
OFFICIVM autem habet idem vir ſpectab. Vicarius hoc modo.
Principẽ de ſchola agentum in rebus ex ducenarijs.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Ab actis.
Cura epiſtolarum.
Adiutorem.
Subadiuuas.
Exceptores ſingulares, & reliquos officiales.
COMES AFRICÆ.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Comitis Africæ.
Limitanei,
Præpoſitus limitis Thamallenſis.
Præpoſitus limitis Montenſis in caſtris Leptitanis.
Præpoſitus limitis Bazenſis.
Præpoſitus limitis Gemellẽſis.
Præpoſitus limitis Tubunienſis.
Præpoſitus limitis Zabenſis.
Præpoſitus limitis Tubuſubditani.
Præpoſitus limitis Thamallomenſis.
Prępoſitus limitis Balaretani.
Præpoſitus limitis Columnatenſis.
Præpoſitus limitis Tablatenſis.
Præpoſitus limitis Capurcellenſis.
Prępoſitus limitis ſecundum forum in caſtris Tillibanẽſibus.
Prępoſitus limitis Taugenſis.
Præpoſitus limitis Bidenſis.
Prępoſitus limitis Badenſis.
OFFICIVM autem habet idem vir ſpectab. Comes hoc modo.
Principẽ ex officijs magiſtrũ militum pręſentialiũ vno anno à patre peditum, alio à parte equitum.
Cornicularium.
Adiutorem.
Commentarienſem.
Numerarios duos ex vtriſque officijs.
Magiſtros militum ptęſentialium ſingulos.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores ſingulares, & reliquos officiales.
COMITES TINGITANIAE.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Comitis Tingitaniæ.
Limitanei.
Prefectus alę Herculeę Tannico.
Tribunus cohortis ſecundę Hiſpanorum Duga.
Tribunꝰ cohortis primę, Herculeę Adlucos.
Tribunus cohortis primę, & Tityreorum Caſtrobarieſi.
Tribunus cohortis Pacatianenſis, Pacatiana.
Tribunus cohortis tertię, Haſtorum tabernas.
Tribunus cohortis Friglẽſis, Friglas.
OFFICIVM autem habet idem vir ſpectab. Comes hoc modo.
Principẽ ex officio magiſtrũ militũ pręſentialium vno anno à parte peditũ alio anno à parte equitum.
Cõmentarienſem vt ſuprà.
Numerarios duos.
Singulos ex officio ſupradicto. Cornicularium.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores ſingulares, & reliquos officiales.
COMES LITTORIS SAXON. PER BRITANNIAM.
Sub diſpoſitione viri ſpect. Comitis littoris Saxon. per Britanniam.
Prępoſitus numeri Fortenſiũ Othone.
Prępoſitus militũ Tungręcaſtris.

norum Dubris.
Præpositus numeri Tornacésium Lemannis.
Præpositus equitũ Dalmatarũ Branodun. Branoduno.
Præpositus equitum Stablesiañ. Gariannoneñ. Gariannor.
Tribunus cohortis primæ Vetasiorum Regulbio.
Præfectus legionis secundæ Aug.
Præpositi numeri Abulcorũ.
Præpositi numeri exploratorum Portum adurni.
OFFICIVM autem habet idem vir spectab. Comes hoc modo.
Principem ex officio magistri præsentialiũ à parte peditũ.
Numerarios duos, vt suprà ex officio suprà dicto.
Commentariensem ex officio suprà dicto.
Cornicularium.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

COMES BRITANNIÆ.

Sub dispositione viri spectabilis Comitis Britanniarum.

Prouinciæ Britanniæ.
OFFICIVM autem habet idem vir spectab. Comes hoc modo.
Principem ex officio magistri militum præsentialium alternis annis.
Commentariensem vt suprà Numerarios duos.
Singulos ex vtrisq; officijs suprà.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Exceptores singulares, & reliques officiales.

COMES ITALIÆ.

Sub dispositione viri spect. Comitis Italiæ.

Tractus Italiæ circa Alpes.

COMES ARGENTORATENSIS.

Sub dispositione viri spect. Comitis Argentoratensis.

Tractus Argentoratensis.

DVCIS ET PRÆSIDIS PROVINCIAE MAVRITAN.

Sub dispositione viri spectab. Ducis & præsidis prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.

Præpositus limitis Columnatensis.
Præpositus limitis Iudensis.
Præpositus limitis inferiorũ.
Præpositus limitis Fortensis.
Præpositꝰ limitis Muticitani.
Præpositus limitis Audiensis.
Præpositus limitis Caputcelensis.
Præpositꝰ limitis Augustẽsis.
OFFICIVM autem habet idem vir spect. Dux & Præses hoc modo.
Principem ex officio magistri militum præsentialium alternis annis.
Numerarios duos.
Singulos ex officijs.
Commentariẽsem ex officijs alternis annis.
Cornicularium.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX PROVINCIÆ TRIPOLITANAE.

Sub dispositione viri spect. Ducis prouinciæ Tripolitanæ.

Præpositus limitis Talatẽsis.
Prꝰpositꝰ limitis Tẽchettani.
Præpositus limitis Bizerentanæ.
Præpositus limitis Tillibarensis.
Præpositus limitis Madensis.
Præpositus limitis Maccomadensis.
Præpositus limitis Timptiberitani.
Præpositus limitis Budensis.
Præpositus limitis Mamucensis.
Præpositus limitis Balensis.
Præpositus limitis Varensis.
Milites Fortẽses in castris Leptitanis.
Milites munifices in castris Madensibus.
Præpositus limitis Sarcitani.
OFFICIVM autem habet idem vir spect. Dux hoc modo.
Principẽ ex officijs Magistrorum militum præsentialiũ alternis annis.
Numerarios vtrosq;.
Commentariensem vtruñq;.
Cornicularium.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores.
Singulares & reliquos officiales.

DVX PANNONIÆ.

Sub dispositione viri spect. Ducis prouinciæ Pannoniæ secundæ Pariensis siue Sauiæ.

Cuneus equitum scutariorũ Cornacum.
Cuneus equitum Dalmatarũ Teutiburgio.
Cuneus equitum Constantianorum Burgenas.
Cuneus equitum promotorũ Cuccis.
Cuneus equitum Constantiũ Aciminci.
Cuneus equitum Italicianorum secundarum.
Equites Dalmatæ Nouas.
Equites Dalmatæ Albano.
Eqtes promoti Teutiburgio.
Equites Dalmatæ Cornaco.
Equites sagittarij Cuccis.
Equites Dalmatæ Bononiæ.
Equites Dalmatæ Cusi.
Equites sagittarij Aciminci.
Equites Dalmatæ Ricti.
Equites Dalmatæ Burgenas.
Equites promoti Tauruno.
Auxilia Herculea ad Herculẽ.
Auxilia Nouensia Arsaciana siue Nouas.
Auxilia Augustẽtia citra Bononiam in barbarico in castello Onachrino.
Auxilia præsidentia in castris Herculeis.
Auxilia Astarij Tauruno siue Marsonia.
Præfectus legionis quintæ.
Iouiæ cohortis quintæ partis superioris Bononiæ.
Præfectus sextæ Herculeæ cohortis quintæ partis superiorum Aureomontæ.
Præfectus legionis quintacviæ Burgenas.
Præfectus legionis sextæ Herculeæ Teutiburgio.
Præfectus legionis quintæ Iouiæ sextæ Herculeæ in castello Onagrino.
Præfectus militum Calcariensium Sirmij.
Præfectus classis primæ Flauiæ Augustæ Sirmi.
Præfectus classis secundæ Flauiæ Graio.
Prefectus classis Histricę Murſæ.
Tribunus cohortis tertiæ Alpinorum Dardanorum.
Ala Sirmiensis.
Sirmi.
Præfect. classis primæ Pannoniæ Scruitij classis agentium, siue secundæ Pannoniæ Minescythiæ.
Tribunus cohortis tertiæ.
Tribunus cohortis primæ Iouiæ Leonatæ.
Tribunus cohortis primæ Thracum ciuium Romanorum caput Basensis.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spectabilis hoc modo.
Principem de eodem officio.
Numerarium.
Adiutorem.
Commentariensem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX

DVX PROVINCIÆ VALERIAE.

Sub dispositione viri spect. Ducis prouinciæ Valeriæ Ripensis.

Cuneus equitum scutariorum Soluæ.
Cuneus equitum Dalmatarum Intercisa.
Cuneus equitũ Constantianorũ Lusionio, nunc Intercisa.
Cuneus equitum Stablesianorum Ripa alta, nunc Conradensia.
Cuneus equitum Fortensium Altino.
Equites Dalmatæ Odiabo.
Equites promoti Erumero.
Equites Mauri salua.
Equites Dalmatæ ad Herculẽ.
Equites Dalmatæ Cirpi.
Equites Dalmatæ Constantiæ.
Equites Dalmatæ Caupona.
Equites promoti Matricæ.
Equites Dalmatæ Vetusalinæ.
Equites sagittarij Intercisa.
Equites Dalmatæ ad Namantia.
Equites Dalmatæ Lussonio.
Equites Dalmatæ ripa alta.
Equites Dalmatæ ad statuas.
Equites Dalmatæ Florentiæ.
Equites sagittarij Altino nunc In burgo contra Florentiam.
Equites Flauinenses ad miliare.
Auxilia Herculensia ad Herculem.
Auxilia Vrsarienſia ponè Nauata, nunc ad statuas.
Auxilia vigilum contra Acinco. trans in barbarico.
Auxilia Fortensia Cirpe.
Auxilia insidiatorum Cardabianca.
Præfectus legionis primæ adiutricis cohortis quintæ partis superiorum Bregecione.
Præfectus legionis secundæ adiutricis cohortis partis superiorum.
Præfectus legionis secundæ adiutricis partis inferiorum Florentiæ.
Præfectus legionis secundæ adiutricis tertiæ partis superiorum Acinco.
Præfectus legionis secundæ adiutricis in castello cõtra Tautantum.
Præfectus milit. legionis secundæ adiutricis Cirpi.
Præfectus legionis secundæ adiutricis Lussanio.
Præfectus classis Histricæ Florentiæ.
Tribunus cohortis Vincentię.
Tribunus cohortis Quadriburgio.
Tribunus cohortis Iouia.
Tribunus cohortis ad Burgũ centenarium.
Tribunus cohortis Alescæ.
Tribunus cohortis Marinanæ.
Præfectus legionis trans Acinco.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spect. hoc modo.
Principem de eodẽ corpore.
Numerarium.
Commentariensem.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX PANNONIÆ PRIMAE.

Sub dispositione viri spect. Ducis Pannoniæ, primæ & Norici Ripensis.

Cuneus equitum Dalmatarum Flexo.
Cuneus equitum Stablesianorum Arrabonæ.
Equites promoti Arrabonæ.
Equites sagittarij Quadriburgio.
Equites Dalmatæ alta noua.
Equites Dalmatę equinoctię.
Equites Dalmatæ ad Herculem.
Equites sagittarij Gerolatæ.
Equites promoti Flexo.
Equites Mauri quadrato.
Tribunus gentium Marcomanorum.
Præfectus legionis decimæ Vindomaræ.
Præfectus legionis quartę decimæ geminæ militum.
Liburnariorum cohortis partis superiorum Carnuto.
Præfectus legionis decimæ & quartæ decimæ geminatæ militum Liburnarum Arrabonæ.
Præfectus classis Histricæ Arunto siue Vindomanæ à Carnuto translata.
Tribunus cohortis Arrianis.
Tribunus cohortis Caratensis.
Equites promoti ad Mauros.
Equites sagittarij Lentiæ.
Eqtes sagittarij Lacufelicis.
Equites Dalmatæ Arlapæ.
Equites Dalmatæ Augustianis.
Equites promoti Comagenis.
Præfectus secundæ Italicæ militum Liburnariorum Iouiaco.
Præfectus legionis Italicæ partis inferiorum Lentiæ.
Præfectus legionis secundæ Lauriaco.
Præfectus legionis primę Noricorum militum Libur. cohortis quartę partis superiorum Adiuuense.
Præfectus legionis Liburnariorum primorum Noricorum Fasianæ.
Prefectus classis Arlapensis & Maginensis.
Præfectus classis Lauriacensis.
Tribunus cohortis Boiodoro.
Tribunus cohortis Austurum.
Tribunus cohortis Cantabiaca.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spect. Dux hoc modo.
Principem ex eodem corpore.
Numerarium.
Commentariensem.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX RHETIÆ.

Sub dispositione viri spectabilis Ducis prouinciæ Rhetiæ primæ & secundæ.

Equites Stablesiani seniores Augustanis.
Equites Stablesiani iuniores Ponteęni, nunc Febians.
Equites Stablesiani iuniores Submontorio.
Præfectus legionis tertiæ Italicæ partis superiorum castra Regina, nunc Vallato.
Præfectus legionis tertiæ Italicæ partis superiorum deputata ripę primę Submontorio.
Præfect. legionis tertiæ Italicę pro parte media prętẽdente à Cumania Casilia cum vsque Cãpiduno.
Prefectus militum Vrsariensium Guntiæ.
Præfectus legionis tertię Italicę tranſuectioni ſpecierum deputatę Fœtibus.
Præfectus legionis tertię Italicę tranſuectioni ſpecierum deputatę Teriolis.
Præfectus alę primę Flauiæ Rhetorum quintanis.
Tribunus cohortis nouę Batauorum Batauis.
Tribunus cohortis tertię Britonum Abusina.
Prefectus alę ſecundę Valerię ſingularium Vallato.
Trib. cohortis ſextę Valerię Rhetorũ Venaxamodorũ.

Tribunus cohortis primæ Herculeæ Rhetorum Parroduno.
Tribunus cohortis quintę Valeriæ Frigum Pinianis.
Tribunus cohortis tertiæ Herculeæ Pannoniorum Cælio.
Tribunus gentis per Rhetias deputatæ Teriolis.
Præfectus numeri barbaricariorum Confluentibus siue Brigantia.
Præfectus alæ secundæ Valeriæ Sequanorũ Iuuania.
Tribunus cohortis Herculeæ Pannoniorum arbore.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spect. Dux hoc modo.
Principem ex officijs magistrorum militum præsentialium alternis annis.
Numerarios duos, ex vtrisq; officijs præsentialibus singulos.
Commentariensem ex vtrisq; officijs alternis annis.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX PROVINCIÆ SEQVANICAE.

Sub dispositione viri spect. Ducis prouinciæ Sequanici limitis.

Latauiensis Olinonæ.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spect. Dux hoc modo.
Principẽ ex officijs magistrorum militum præsentialiũ à parte peditum.
Numerarium.
Commentariensem vt suprà.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX TRACTVS ARMORICANI.

Sub dispositione viri spect. Ducis tractus Armoricani & Neruicani.

Tribunus cohortis primæ nouæ Armoricæ Grannona in littore Saxonico.
Præfectus militum Carronensium Blabia.
Præfectus militum Maurorũ, Venetorum Veneris.
Præfectus militum Maurorum Osismia Corumosiſmis.
Præfectus militum Superventorum Mannatias.
Præfectus militum Martensium Aleto.
Præfectus militum primæ Flauiæ Constantiæ.
Præfectus militum Vrsariensium Rotomago.
Præfectus militum Dalmatarum Abrincatis.
Præfectus militum Grannonensium Grannono.
Extenditur tamen tractus Armoricani & Neruicani limitis per prouincias quinque: Per Aquitaniam primam & secundam.
Senoniam secundam.
Lugdunensem & tertiam.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spect. Dux hoc modo.
Principem ex officijs magistrorum militum præsentialium alternis annis.
Numerarium à parte peditũ vno anno.
Commentariensem de officijs alternis annis.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX BELGICÆ SECVNDAE.

Sub dispositione viri spect. Ducis Belgicæ secundæ.

Equites Dalmatæ Marcis in littore Saxonico Sambiacæ in loco Quartensi siue Hornensi.
Tribunus militum Neruiorũ Protuæpaciaci.
OFFICIVM autẽ habet idẽ vir spectabilis hoc modo.
Principem ex eodem corpore.
Cornicularium.
Commentariensem.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX BRITANNIARVM.

Sub dispositione viri spect. Ducis Britanniarum.

Præfectus legionis sextę.
Præfectus equitum Dalmat. Præsidio.
Prefectus equitum Crispiano rum Pano.
Præfectus equitum Cataphractariorum Morbio.
Præfectus numeri Barcariorium Trigisienſium Arbeia.
Præfectus numeri Neruiorũ Dictensium Dicti.
Præfectus numeri vigilium Concagios.
Præfectus numeri exploratorũ Lauatres.
Præfectus numeri directorũ vererum.
Præfectus numeri defensorũ Braboniaco.
Præfectus numeri Solensium Magloue.
Præfectus numeri Pacentium magis.
Præfectus numeri Longo vicariorum Longouicio.
Præfectus numeri Petuariense de Ruentione.
ITEM per lineam Valli.
Tribunus cohortis quartæ Lergorum Segeduno.
Tribunus cohortis primæ Cornouiorum Pŏte Aeli.
Præfectus alæ primę astorum Conderco.
Tribunus cohortis primæ Frixagorum Vindobala.
Præfectus alæ Sauinianæ Hunno.
Præfectus alæ secundæ hastorum Cilurno.
Tribunus cohortis primæ Batauorum Procolitia.
Tribunus cohortis primæ Tungrorum Brocouicio.
Tribunus cohortis quartæ Gallorum Vindolana.
Tribunus cohortis primæ astorum Aesica.
Tribunus cohortis secundæ Dalmatarum magnis.
Tribunus cohortis primæ Aeliæ Dacorum ambo Glanna.
Præfectus alæ Petrianæ Petrianis.
Præfectus numeri Maurorum Aurelianorum Aballaba.
Tribunus cohortis secũdæ Lergorum Congauata.
Tribunus cohortis primæ Hispanorum Axeloduno.
Tribunus cohortis secundæ Thracum Gabrosenti.
Tribunus cohortis primæ Aeliæ classicæ & Vnocello.
Tribunus cohortis primæ Marinorum Glannibãta.
Tribunus cohortis tertię Neruiorum Alioue.
Cuneus armatorum Bremeteuraco.
Præfectus alæ primæ Herculeę Olenaco.
Tribunus cohortis sextæ Neruiorum Virosido.
OFFIICIVM autem habet idem vir spectab. Dux hoc modo.
Principem ex officijs magistrorum militum præsentialium alternis annis.

Com-

Commentariensem vtrusque.
Numerarios ex vtrisque officijs omni anno.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DVX MOGVNTIACENSIS.

Sub dispositione viri spectabilis Ducis Moguntiacensis.

Præfect. militum Pacensium Saletoniæ.
Præfect. militum Menapiorum tabernis.
Præfect. militum Andericianorum vico Iulio.
Præfect. militum Vindicum Nemetis.
Præfect. militum Martensium alta ripa.
Præfect. militum secundæ Flauiæ Vangione.
Præfect. militum armigerorum Maguntiaco.
Prætect. militum Brigensium Brigio.
Præfect. militum balistariorum Bodobrica.
Præfect. militum defensorum Confluentibus.
Præfect. militum Acincensium Antonaco.
OFFICIVM autem habet idem vir spect. Dux hoc modo.
Principem ex officijs magistrorum militum præsentiarum alternis annis.
Numerarium à parte peditum semper.
Commentariensem à parte peditum semper.
Adiutorem.
Subadiuuam.
Regerendarium.
Exceptores.
Singulares, & reliquos officiales.

ITEM PRAEPOSITVRAE

Magistri milit. præsentialium à *parte peditum in Italia.*

In prouincia Venetia inferiore
Præfectus classis Venetum Aquileiæ.
In prouincia Flaminia.
Præfectus militum iuniorum Italicorum Rauennæ.
Præfectus classis Rauennatiũ cum curis eiusdem ciuitatis.
In prouincia Liguria.
Præfectus classis Comensis cum curis eiusdem ciuitatis Comi.
In prouincia Campania.
Præfectus classis Misenantium Miseno.
In prouincia Gallia Riparensi.
Præfectus classis fluminis Rhodani Viennæ siue Arelati.
Præfectus classis Barcariorum Ebroduni Sabaudię.
Præfectus militum Musculariorum Massiliæ Græcorum.
Tribunus cohortis primæ Flauiæ Sabaudiæ Calarone.
In prouincia Populana.
Tribunus cohortis Nouempopulanæ Lapurdo.
In prouincia Lugdunensi prima.
Præfectus classis Araricæ Caballoduno.
In prouincia Lugdunensi Senonia.
Præfectus classis Anderecianorum Parisius.
In prouincia Hispaniæ Gallecia.
Prefect. legionis septimæ geminæ Legionę.
Tribunus cohortis secundæ Flauiæ Pacatianæ Paetaonio.
Tribunus cohortis secundæ Gallicæ ad cohortẽ Gallicam.
Tribunus cohortis Lugensis Luco.
Tribunus cohortis Celtiberię Brigantię, nunc Iulio briga.
In prouincia Tarraconensi.
Tribunus cohortis primæ Gallicæ Veleia.
Præfectus lętorum Teutonicianorum Carnuta Senonię Lugdunensis.
Prefectus lętorum Batauorum & gentilium Sueuorum Baiocas & Constantiæ Lugdunensis secundę.
Præfectus lætorum gentilium Sueuorum & Cenomannis Lugdunensis tertiæ.
Præfectus lætorum Francorum Rhedonas Lugdunensis tertię.
Prefectus lętorum Lingonẽsium per diuersa dispersorum Belgicæ primæ.
Præfect. lætorum actorum Epuso Belgicæ primæ.
Præfectus lætorum Neruium Fanomãtis Belgicę secũdę.
Præfectus lętorum Batauorum Nemetacensium Atrebatis Belgicæ secundæ.
Præfectus lætorum gentiliũ, Remo & Siluanectas Belgicæ secundæ.
Præfectus lętorum agentium per Petungros Germaniæ secundæ.
Præfectus lętorum gentilium Sueuorum Arumbernos Aquitanicę primæ.
Item in prouincia Italia.
Prefectus Sarmatarum gentilium Apulię & Calabriæ.
Præfectus Sarmatarum gentilium per Brutios & Lucaniam.
Item in prouincia Italia mediterranea.
Prefect. Sarmatarum gentiliũ Apuliæ & Calabriæ.
Præfectus Sarmatarum gentilium per Brutios & Lucaniam.
Præfectus Sarmatarum gentilium Forofuliensi.
Præfectus Sarmatarum gentilium Parauio.
Præfectus Sarmatarum gentilium Cremonæ.
Præfectus Sarmatarum gentilium Taurinis.
Præfectus Sarmat. gentilium Aquis siue Detorna.
Præfectus Sarmat. gentilium Nouariæ.
Præfectus Sarmat. gentilium Vercellis.
Præfectus Sarmat. gentil. regionis Samnitis.
Præfectus Sarmat. gentil. Bononiæ in Aemilia.
Præfectus Sarmat. gentilium Quadrates & Eporidio.
Præfectus Sarmat. gentiliũ in Liguria Pollentia.
Prætectus Sarmat. & Taifalorum gentilium Pictauis in Gallia.
Prefectus Sarmat. gentiliũ Auchora Parisios vsque.
Præfectus Salmat. gentilium in terrenos & Ambianos prouinciæ Belgicæ secũdę.
Præfectus Sarmat. gentilium per tractum Sem & Alaunorum.
Præfectus Sarmat. gentilium Lingonas.

CONSVLARIS CAMPANIAE.

Sub dispositione viri clariss. Consularis Campaniæ.

Prouinciæ Campaniæ officium autem habentia.
Principem de officio præfecti prætorio Italiæ.
Cornicularium.
Tabularios duos.
Pronumerarios.
Adiutorem.
Commentariensem.

Ab

Ab actis.
Subadiuuam.
Exceptores & reliquos cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annotatione clementiæ principalis.
Cæteri omnes Consulares ad similitudinem Consularium Campaniæ officium habent.

CORRECTOR APVLIAE ET CALABRIAE.

Sub dispositione viri clarissimi Correctoris Apuliæ & Calabriæ.

Prouincia Apulia & Calabria.
OFFICIVM habet ita.
Principem ex eodem officio.
Cornicularium.
Tabularios duos.
Commentariensem.
Adiutorem.
Ab actis.
Subaudiuuam.
Exceptores & cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annotatione clementiæ principalis.
Cæteri Correctores ad similitudinem Correctoris Apuliæ & Calabriæ officium habent.

PRAESES DALMATIAE.

Sub iurisdictone viri perfectissimi Præsidis Dalmatiæ.

Prouincia Dalmatiæ.
OFFICIVM autem habet hoc modo.
Principem ex eodem officio.
Cornicularium.
Tabularios duos.
Commentariensem.
Adiutorem.
Ab actis.
Subaudiuuam.
Exceptores & reliquos cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annotatione clementiæ principalis.
Cæteri Præsides ad similitudinem Præsidis Dalmatiæ officium habent.

Francisco Francorum Regi Christianiss.

Andreas Alciatus S. D.

VT magnorum regum est, præclara domi foriscq; facinora gerere: ita ad rerum scriptores pertinet, huiusmodi gesta ne vllo tempore pereant, magno studio literis commendare. Iampridem Agamemnonis cæterorúmque in Iliaco bello ducum fama fuisset extincta, nisi Homeri carminibus æternitatem adepti essent. Unde & Alexander Magnus cùm ad Achillis visendum tumulum venisset, dixisse traditur: O felicem iuuenem, cui contigit laudum suarum talem habere præconem. Vix & illius nomen extaret, nisi Arriani, Q. Curtij, & aliorum illustrium virorum monumentis de oblivionis situ vendicatum fuisset. Habuit Gallia, vt credere par est, armorum, prudentiæq; gloria præstantissimos reges, quorum tamen res gestæ (quod nullius scriptis commendatæ sint) cum ipsis interiere. At tu, quæ tua est magnanimitas, veteribus illis heroibus comparandas non herbarum inuentione, vt Lysimachus: non Alexipharmacis, vt Mithridates: non historia, vt Claudius: non aulæis, vt Attalus: sed maioribus artibus famam quæris, dum orbi Christiano pacem afferre desideras: dum orthodoxam Rempub. tot calamitatibus concussam, in pristinam dignitatem restituere contendis. Mirum igitur non est, si qui tam egregijs gestis cæterorum luminibus (vt ita dicam) obstruis, quamplurimos quoque habeas tantarum laudum prædicatores, qui te ab omni mortalitatis iniuria vendicare studijs suis desiderant. Ex quibus & ipse, tametsi minimè egregius artifex, hunc libellum de singulari certamine tuo nomini dicare instituí. Fuere qui hoc argumentum ante me tractarunt, sed illi partim nimis verbosi incomptiq;, partim incuriosi, & triuialia tantummodo inculcantes, omnes à bonis literis alieni, vix digni sunt qui per hominum ora diutius versentur. Ego vt breuitatem affectaui, quòd satis sciebam grauioribus curis ocium à Maiestate tua impendi, ita dilucidius & meliore ordine res omnes explicasse visus sum, Deus opt. max. amplitudini tuæ semper adsit.

Auinione, Calendis Martijs, anno M. D. XXIX.

AND.

ANDR. ALCIATI IVRISCON. CLARISS. MEDIOLANENS. LIBER DE SINGVLARI CERTAMINE.

CAP. I.

Duellum vnde dictum.

SVMMÆ.

1 *Certaminis singularis nomina.*
2 *Perduellis: eiusq; nomen.*
3 *Vsus vis.*

SINGVLARE certamen † veteres Græci monomachiam dixére, nostrates Iurisconsulti post glossam [a] duellum: ita dictum existimantes, quasi duorum bellũ sit: cùm apud antiquos duellum transmutatione literarum simpliciter diceretur, quod nunc bellũ est. Vnde † & perduellionis crimen in lege xij. tab. appellatur, cùm quicquam hostile aduersus rempub. eiúsve securitatem gestum sit. Verba legis hæc sunt: PERDVELLIONIS CRIMEN CAPITE PVNITO. Nos tamẽ recentiorum cõsuetudinem quandoq; approbabimus, haud indignum rati, auctoritatem † vsus eo vsque pollere, vt vocabuli significationem & mutare, & auferre possit.

a l.j.C.de glad.

CAP. II.

Qui primus duellum inuenerit.

SVMMÆ.

1 *Duelli origo: verior.2.*
3 *Duellum à varijs initum in bello Troiano.*
4 *Gladiatorum genera.*
5 *Gladiatores instituendi causa.*

DVELLI vsum † à Mãtineis in Græcia repertum, eruditorum quorundam consensu ferè receptum est, eo potissimũ argumẽto, quòd bellicum sagum, veteresq; armaturas mantineas appellant: quo nomine & ephestridem, quàm vulgò suprauestem vocamus, & conos, & pẽnas, & emblemata, huiusmodiq; pugnantium ornamenta dici in præsentia possunt. Ego Stygij † tyranni bella mundo inuehere meditantis rudimentũ, & idcirco venustissimũ huiusce digladiationis vsum fuisse, satis & super scio: cùm & Homerus non vno in loco eius meminerit, nuncq; † Menelaũ cũ Paride pro Helena singulari certamine corã vtroq; exercitu certantem inducat, nunc Æneam cũ Diomede, Hectorem cũ Aiace: Vergiliusq; maximus poetarũ Æneida suã Turni nece concluserit, qui pro vxore Lauinia cũ Ænea Phrygio manũ conseruerat. Habuêre & Romani gladiatores suos, qui venali sanguine in arena decertarent: hos magistri & institutores, quibus Lanistarum nomen, ex seruorũ delectu, ac libertorũ cõparabãt. Eorum † genera quatuor, retiarij, secutores mirmillones, hoplomachi. Ludis funebribus committi solebãt, quòd defuncti hominis anima placari Manes deos persuasum habuêre. Verum ea potissimùm causa inducti sunt † vt hoc spectaculo assuefacti tyrones, cruentũ hostes non expauescerent: accidebatq; plerunq; vt in hoc munere etiam liberę cõditionis viri nomen darẽt, alij vt specimẽ virtutis animo insitum ostentarent, alij vt quas discertando controuersias finire non poterant, Martis vltoris arbitrio permitterent. Omnes Quiritium iure ex edicto prætoris infamia notati, dein Constantini Imp. constitutione [b], penitus de repub. eiecti sunt.

b l.vrica. de gladia.C

CAP. III.

An duellum concessum sit, & quibus casibus.

SVMMAE.

1 *Duellum vetitum ex causa iniri.*
2 *Duellum permissu iniri.*
3 *Duellum pro regno suscipi.*

PONTIFICVM Romanorum † legibus monomachiam [c] omnem prohiberi constat: videtur enim iudicium diuinum tentari: & quã plurimi quorum causa iure & æquitate optima erat, stolidissimi deorum omnium Martis arbitrio pugnantes occubuêre. Quapropter & iure [d] ciuili reprobam huiusmodi certamina in confesso est. Non tamẽ ambigo, si quisquam armis strenuus, vt ferro decertet, prouocetur, honoris sui tuendi causa impunè eum in sequestrem agrum fide publica prodire, armisq; rem gerere posse: is enim iure gentium quodammodo se defendit. Intra verò principis sui territorium iure non liceret, cùm alia de cus suum tueri ratione possit, & in agro populi Rom. inconsulto principe, ferro decerni lex vetet. Inter † eos quoq; quibus cũ ius est belli, singularis congressus permittitur, dum tamen miles non nisi ex indulgentia Imperatoris sui pugnet. Sic Val. Coruinũ, sic M. Torquatũ, cõplures que alios certasse apud rerũ gestarũ autores legi. Principes quoq; ipsos de regno ambigẽtes, contentiones suas hoc modo finire ius fasq; est. Cũ eũ bellũ nõ nisi maxima humani generis calamitate inuehatur, qd iustius excogitari potest, quã vt tanta noxa de medio sublata, hi potissimũ soli armis decernãt, ad quos ea res pertinet, victoréq; res sequatur? Extãt apud † veteres & huiusce rei exẽpla quorũ Caroli And. & Petri Tarraconẽsis illud potissimũ est, qui cũ de insula Sicilia bellũ diu gessissent, Martini pontif. Rom. collegij q; Cardinalis autoritate, Burdegalæ in Aquitanis, armis cõcurrere pacti sunt: iureq; iurãdo sanxerũt vter victus esset insula decedere, nec amplius de ea re cõtrouersiã facere. Memorabile et duorũ fratrũ Hungarię, quę inferior Pannonia est, regũ. Cũ enim instructo exercitu iamiam cõgressuri forẽt, periculũq; esset ne in gẽris internecionẽ certaretur, alter solus intra fratris præsidia ingressus ad eũ se rectà deduci clariore voce petijt, progressusq;: Quid, inquit, frater opus est tot fortissimo hominũ sanguine alterutri victoriã quęri? quin nos potiùs cõmittimus manus? atq; hęc identidẽ exclamãs, hostẽ trucidauit, omnib. eius audacia perterritis, & quia regis frater erat, tela inhibẽtibus: sicq; vniuersa gens in victoris ius atq; ditionẽ peruenit. Rarissima tũ sunt huiusmodi exẽpla, & quę vix singulis ętatib. pueniãt. Nã qui in principũ cõsilio sunt, alij socordiã timorẽq; domini obtegentes, alij publicis malis locupletati, con-

c c.monomachiã.ij.q.iij.

d gl.d.l.j.

consulere solent,ne in apertum discrimen præceps eat,aut causam,quā optimā mētiuntur, fallaci armorum iudicio subijciat.nec difficilis hac in re est persuasio. Sarmatæ tamen & Germani, apud quos plurimùm plebs potest,plerūq; principes suos in id adigunt,vt mutuò decernāt, ipsi horum malorum securi,& aliud agentes. Prohibitionis enim ratio hoc casu cessat,cùm non magis monomachia iudicium diuinum tentetur, quàm iusto exercituum conflictu:cùm & in bello quoq; plurimum fortuna possit,& plerunque consilio vincat,qui armorum virtute inferior habitus erat.Pontificis itaque Martini factum laudo,atque cæteris imitandum censeo. Probatur & iure Quiritium colluctatio seu pancratium, quoniam is congressus non ob iniuriam,sed virtutis causa fieret:vixque accidebat vt eo in ludo occīdi quisquam posset. Non enim armis aut fustibus,sed pugnis,calcibus,cubitis,nudi, & in cæno vel arenā se volutantes, & inuicem supplā tantes certabant. Vetustissimum Græcorum inuentum , & quo ab Hercule Antæus superatus fuerit:qua de re extat elegans Diothymi epigrāma sic à nobis latinè redditum:

Conseruere manus validæ in certamina luctæ
Neptuni soboles,sturpsq; superba Iouis.
Præmia non illis lucenti ex ære lebetes;
Dicta sed alterutri vitáve mórsve fuit.
Occidit Antæus, decuit victoria Graium:
Græcia enim luctæ non Libia auctor erat.

Deci.cōsil.ix. Nam sæpenumero à prudentibus respōsum C scio , quoties moribus ciuium ludus aliquis in vrbe admissus esset, vt pugnorum Senis , lapidū Bononiæ,perticarum Laude Pompea:si quis occisus fuerit,nullum pœnæ locum esse , dum non dolo malo,sed consuetō lusui operam dantibus id actum proponatur. Putarem tamen ad bonū principem pertinere quoad eius fieri posse , vt corruptelam hanc potiùs quàm consuetudinem

De pac. tex. nen.§.j. aboleat , cùm in lege Cornelia teli appellatione non minùs lapides & pertice, quàm enses & gladij contineantur. Constituit & Federicus Aenobarbus Imperator,vt si quis homicidium perpetrasset, accusatusque se defensionis causa id fecisse allegaret, & duello ostenderet, absolueretur.Idemque in eo qui non homicidij, sed illati vulneris reus esset . Sed hæc lex moribus nostris penitus abrogata est. Vt enim omittam aduersus pontificias iussiones ita sancitum fuisse,
4 quis putaret hanc † legem obseruandam, quæ à E ratione naturali , publicaque vtilitate penitus aliena est? Cùm enim de delicto non ambigatur, constetq; vel occisum vel percussum hominem, debet reus ipse exceptionē suam probare, si non defensionis causa fecerit,cùm aduersus eum legis sit præsumptio.Finge neminem velle cum eo congredi,an ius vindictę quod ad Rempub.pertinet,extinguetur? Quàm absurdum,vt qui iniuriam sibi vel alicui suorum factam iudici indicauit,prosecutus est, probauit,rei arbitratu armis decernere compellatur,& malum malo addere?

CAP. IIII.
Consuetudine duellum approbari.

SVMMÆ.

1 *Duelli ineundi comites,causæq;.2.*
3 *Duelli permittendi apud Gallos & Italos discrimen.*

QVAMVIS igitur iure ciuili,& pontificio duellum prohibeatur, quibusdam tamen gentium moribus receptum fuit.Ex quibus vetustissimi Longobardi , quoties coram iudice integra probatione defectus quisquam esset,aliquidq; ad plenam intentionis fidem prętori faciendam deesset † duellum multis casibus 1
A concedebant,dum tamen qui rem pugna decidi petebat,iureiurādo sanxisset non dolo malo nec calūnię causa eò confugere,sed quia aliter quàm diuino iudicio rei gestæ veritas erui non posset. 2
Sunt autem hi ferè casus †:Si læsæ maiestatis reus quisquam delatus est.Si homicidium quis intra inducias tempus fecisse, vel parricidium causa hæreditatis adipiscendæ arguatur.Si incēdiarium te,vel periurum,vel depositi, quod non minùs xx. aureis censeatur,abnegatorem , vel falsi documenti confectorem,violentúmve compulsorem,vel rei à seruo tuo surreptę receptatorem dixero.Si parentis,cuius hæres extitisti, æs B alienum dissoluere nolueris.Si cucullum me,aut adulterum,aut vxoris tuæ attrectatorem prædicaueris.In mulieres quoque huiusmodi prouocationi eo iure locus est,certamenq; pro eis propinquiores suscipiunt,aut quos ipsæ in hac re sibi aduocatos,honorisq; propugnatores constituunt.Si enim maritus adulteram vxorem dixerit,pugnandum est.quod & ad quemlibet extraneum porrigitur.Idem,si necem mariti eam procurasse adiudicaretur. Contra seruum quoque qui
C in libertatem prouocauerit, adsertionis iudiciū arbitratu domini per duellum definitur. Sed & si malæ fidei possessorem te dixero, licebit tibi si quinquennio possederis , vel sacramento tuam causam tueri,vel duello . Quòd si de dominio possessionisque acquisitione ambigatur,& vterque priora iura prætendat,tum quoque singulari certamini locus est.Idem cùm vtrinque testes in iudicio producti,contraria confusaque asseuerant.Nec omnino barbarę,irrationabilesque huiusmodi constitutiones sunt.Cùm enim Longo-
D bardorum duello scutis solùm & fustibus res gereretur,raroque accideret quenquam occīdi, nō multùm à pancratio vel colluctatione certamen id abfuisse existimandum est. Fuerunt veteribus Græcis instituti pugiles,qui plumbo onustis cestibus inuicem longè periculosiore conatu decertarent:nec tamen Lædæos fratres, aut Herculem, Ericem, Entellum, qui his præcelluere, idcirco barbaros quisquam dixit.Cæterum neq; à Longobardorum legibus Gallorum consuetudo multum dissidet.Apud eos enim hæc Philippi Pulchri [a] constitutio etiamnum † extat: Si quis 5
E occulti criminis capitalisque reus sit, atque ita de eo constet,vt quæstioni subijci possit,condēnari non possit , is arbitratu accusatoris duello experiatur.quæ lex summa ratione nititur.Nam cùm iure ciuili existentibus solùm indicijs torqueri,equuleoque alligari reus debeat,si accusator cui alioquin talionis pœna subeunda esset,
F malit etiam perduellij quæstione rei veritatem patefieri,audiendus est.Non solet autem in Gallia aliter ius monomachiæ à rege vel his qui illi à consilio sunt permitti,quàm ex Philippi constitutione.Quòd si quis temerè alium prouocauerit,eum malè mulctant. Qua in re amplissimi ordinis seueritatem laudo,regulosque quosdam Italiæ detestor,qui passim & sine delectu campū securitatemque territorij omnibus petentibus

a Guid.Pap.q. dcxvij.

dunt.In Italia verò cùm de controuersia aliqua verbo inter homines litigatur,qui alterum mentiri dixerit, prouocari ad duellum potest. Cēsetur enim atrox iniuria, quam si aliter quàm ferro hi Thrasones aboleant, de honore suo actū arbitrantur: hincq; frequens est prouocationis exordium.

CAP. V.
Quis procurator.

SVMMÆ.

1 *Duelli prouocatorem dignosci varie.*
2 *Duelli prouocatorem ob aruillas ex verbis deprehendi.*
4 *Prouocat qui adserit quid.*

1 VIDENDVM igitur,quis prouocator sit.Et non est dubium ex vi sermonis eum intelligi, qui † primò B cœperit, & vnde prior exorta est iniuria.Sed sicuti in iure quandoque dubitatur quis actoris,& quis rei partes sustineat: ita & in monomachia plerunque ambigitur. Nam & reus, in cuius bonorum possessionem ob contumaciam itum est, si reuocari decretum prætoris postulet,actor dicitur.Idem in eo qui pignoris capionem,vel aliam executionem principaliter cancellari intendat. Is quoq;,qui instrumentum rescindi petit,si non possideat, actor dicitur. Quibus exemplis ego arbitror,non eum à quo prior iniuria exorta est, prouocatorem esse; sed eum qui priùs certamen indixit. Ille ergo iniuriæ prouocator rectè dicitur,hic duelli . Quam sententiam scio plerosque laniistas minimè probaturos. Sed ego quæ à Iure consultis tradita sunt , quæq; à præstantissimis huiusce artis accepi , ea magis insequenda arbitror,quàm horum innixas nulla ratione opiniones. Quapropter ob homicidium damnatus, si D Federici lege,se ob defensionem sui feciste dixerit, duellumque obtulerit , prouocator dicetur.
a §.si quis homicidium. de pac.tenen.vbi Iler. Qui verò te proditorem [a] vel capitalis criminis reūm dixerit, quamuis tu mentiri responderis, nō tamen duelli prouocator idcirco dicetur,nisi recepta responsione ad pugnam te inuitauerit. Quòd si tu respondendo mentiri eum, teq; singulari certamine id approbaturum professus fueris, tu ille ipse verus prouocator es. Potuit enim existimare, qui te ,ditionis insimulauit , alia te E ratione honoris tui causam suscepturum , quàm duello. Cumq; tu ad specialem duelli probationem suscipiendam eum appellaueris , meritò actoris partes sustinebis . Sed & si te sic compellauero: Quoniam illud à te in dedecus meum dictum factum est , vt honorem meum defendam, volo tecum armis concurrere,sicq; me defendere,arbitror me prouocatorem esse: nec enim verborum integumentum formulam actionis va-
2 riat [b]. Et sicut in iudiciarijs libellis conclusio † F ipsa spectanda est,nec verborum sonus adtendi-
b Bart.l.inter stipulantē.in pri. ff.de verb.obl. tur,sic & hoc casu id obseruandum est, quòd me in bellum prouocas,tametsi tu defensionem appelles,quæ respectu cōgressus offensio est. Idem respondendum censeo,si hac formula verba concepta proponantur: Quoniam in honorem meū iniustè debacchatus es , si te adfirmes rectè fecisse,paratus sum, iudice gladio , ostendere falsa te opinione niti,& mentiri,hìc enim si sibi respondeatur,rectè atq; verè factum, nihilominus actor

est, ipse enim ad pugnam vltrò prouocat. Alter igitur rectè prouocator iniuriæ dicetur , alter duelli . Sed hoc in tractatu parum refert, quis in iniuria occuparit, solumque inquirimus quis in duello actor sit. Non putarim tamen principem errare,qui in dubio eum quem iniuriæ prouocatorem constat,partes quoq; actoris in duello sustinere iubeat : at in claris nullus erit coniecturæ locus. Verum perquam ambiguus est articulus,
A quid in his censeamus,qui emblemata vel armillas gerunt per orbem terrarum vagantes, lege hac proposita,Vt † quisquis ea tetigerit, sibi certaminis causa addictus censeatur.Homines stultissimi, & viribus suis aburentes, non multum absimili pœna afficiendi , quàm qui scopelissimum [c] in Arabia faciunt. Igitur hi qui armillas attrectant viderentur prouocatores esse : ipsi enim irritant,rem contra domini prohibitionem tangentes.Nec multum ab his differunt, qui aduersus præfecti voluntatem in arcem vel præsidium audent irrumpere:neq; dubium est rei suæ hanc legem posse imponi, ne eam quisquam attrectet. E'contrario armillatum [d] procuratorem d l.prætor.§. quod autem.de iniur. censeri ex eo videtur, quòd comminatio conditionalis est : Si tetigeris,pugnabo. At,eueniente conditione,etiam si à volūtate rei pendeat,actor qui libellum generalē vel conditionalem proposuit, non ideo minus actor est . Censeo igitur in animaduersione verborum controuersiam esse. Aut enim lex sic concepta est: Quisquis armil- C lam tetigerit, is duelli causa mihi addictus esto. & armillatus prouocator est, qui eum sibi addictum obligatumq; affirmat.aut lex, Quisquis inquit,attigerit, is me sibi perduellem experiatur. & attrectator,qui attingendo hoc egit vt experiretur, videtur ipse prouocare . Ex facto quoq; illud quæstionis † fuit hac in specie: Accepi te,duces exercitus Veneri imbelles dixisse, quod iudicio meo improbè à te dictum est , cumque id
4 mea non parum referat , velim certior ex te fieri D an verum id sit.Responsio Galli. Ducibus Venetis non maledixi,nec mei moris est:verùm quod tu me improbè dixisse adfirmas, mentiris, idque tibi in campo probaturus sum,si eius designationem literis ad me tuis declaraueris. Dubitatum fuit vter duelli prouocator esset,& Gallum non esse vero propius est: quoniam qui sibi designari campum petit, is consuetudine Cisalpinæ Galliæ reus est, quod infrà differam. Responsio igi-
5 tur cui annexa † est conditio non vlteriùs intel- E ligenda fuit, quàm vis verborum necessariò inferret. Illud sciendum, eum qui conditionaliter intendit, absque vllo dedecore tanquam ineptè agentem negligi posse: vt in eo responsum est, qui ita denuntiauerat, Si me improbum hominem dixisti, aio iniustè te feciſſe, eoque nomine diem ad decernendū armis tibi dico. Qui enim in id certamen † descendere vult, non nisi ex cer-
6 ta causa moueri debet : à quo fit vt etiam in iudi- F cialibus litibus disiunctim vel sub conditione intendens non audiatur. Solent autem gloriosuli quidam eo modo verba concipere , nō quòd ex animo certare velint , sed vt magnanimos se ostendant , & in vltionem (nisi ille detrectauisset) paratos. Quapropter eis rescribendum est, non id dictum diffitendo , ne timore sui perculsum aduersarium sic respondisse glorientur , sed simpliciter, non rectè nec more militari eos intendisse : cùm rectè intenderint, tum. responsurum se esse. Nec multum refert conditio expres-

ſim adiecta quærelæ fuerit, an probabiliter propter ambiguitatem verborum dubitari de eo
7 poſsit: in re enim dubia contra † ſcribentem interpretatio fit.[a]

a l. veteribus. ff. de pactis.

CAP. VI.

Prouocatoris conditio quibus caſibus deterior.

SVMMÆ.

3 *Longobardæ & Federici legum conciliatio.*
4 *Litigantium quenq; eligere.*
5 *Duelli locum eligit reus.*
6 *Arma eligendi tempus.*

SED quorſum adtinet tam ſcrupuloſè inquirere vter prouocator ſit? Et multùm referre arbitror: quoniam licet ęqualitas † inter hoſce
1 pugnatores ſeruanda ſit [b], quibuſdam tamen caſibus prouocatoris conditio deterior eſt. Et in primis in re dubia aduerſus eum pronuntiandum erit, tum quia non dicetur probaſſe niſi vicerit, aduerſario verò ſatis eſt ſe tueri: tum etiam quia is verè delinquit, & Deum tentat, aduerſarius quodam detentionis colore obtegitur. Sed & Federici Imp. quadam conſtitutione ei, qui prouocatus fuerit, electio loci, temporis, armorum, iudicisq; permittitur: quoniam (vt ille inquit) fauorabilior eſt rei cauſa, qui præter ſpem ad pugnam compellitur: alioquin facilè actori eſſet præparatis dolis illum in inſidias trahere. Contrà videtur Longobarda lege cautum. Nam cùm duellum iudicialis probationis
2 † eo iure ſpecies ſit, factum eſt vt iudex ipſe locum & tempus decernat. Arma verò ea lege generaliter conſtituta ſunt, vt, excepto cùm de læſa maieſtate agitur, clypeo & fuſte certetur. Pu-
3 tauerim † igitur ſuo quanque caſu conſtitutionem ſeruandam, vt ſi probationis iudicialis ergò dimicetur, Longobardorum iuri adhæreamus. Si verò de eo qui ad pugnam inuitus compellitur ſit aliqua quęſtio, Ænobarbi legem imitemur. Alioquin generalem conſuetudinem obſeruemus, vt prouocator diem, campum, ſtadijq; limites bona fide eligat, & conſequenter territorij iudicem: qui verò prouocatus eſt, in ipſo ſtadio quo genere armorum certandum ſit, arbitratu ſuo decernat. Quæ res vt hactenus apud nos ſemper obſeruata eſt, ita etiam iure Roma-
4 no ſanequàm improbabilis eſt. Nam & † actor ipſe locum iudicemq;, cum aliqua actione experiri vult, eligit: reus verò arbitratu ſuo præſcribit, quaſque exceptiones maluerit, in cognitionem deducit. Meritò igitur prouocator armis à perduelle ſuo electis pugnare compellitur, ne
5 alioqui inter eos vlla ſit imparitas. Rurſus † ne prouocatus ſuſpecti iudicis aut ſibi periculoſi agri prætextu diutiùs tergiuerſetur, actor triplicem, tutumque nominatim campum illi deſcribet, liberumque reo erit è tribus optare, vbi potiſsimum concurrere cum hoſte velit: tenebaturq; actor ei copiam auctoritatis, miſſo diplomate, facere, ne fruſtrà in agrum alienæ iuriſdi-
6 ctionis venire neceſſum habeat. Sed an † aliquibus antequam decernant diebus, prouocanti denuntiandum cenſebimus, qua armorum ſpecie congredi prouocatus velit, debeatque is illum ſuæ electionis certiorem facere? Et moribus receptum eſt ſatis eſſe, ſi ipſo in ſtadio certior

b l. prætor. de iniurijs.

ſiat prouocator: cui tamen nõ erit denegandum ſi ſuis ſe armis, quorum plura genera in id præparauerit, vſurum contendat, dum eiuſdem ſint paritatis, tametſi perſonæ ſuæ cõuenientius adhæreant. Fuere tamen qui exiſtimarent ei, qui hac fiducia alium manifeſta iniuria affecerit, quòd ſi eo nomine prouocatus fuiſſet, armorum electionem ad ſe pertinere præuidebat, non eſſe hoc indulgendum: ſed ante congreſſum in id
A adigendũ, vt tanto tempore prouocatorẽ pręmoneat, quantùm ſatis illi eſſe poſsit in eo armorum ludo vſum aliquem comparandi. quæ ſententia ratione non caret. Sicut enim decretum [c] eſt eum qui ſpe ad ædem ſacram confugiendi deliquerit, iure aſyli † non adiuuari, quia patratum facinus pręuiſo commodo indignum reum reddit: ita hoc caſu dicendum videtur, vt qui ma 7
niſeſtam iniuriam intulit, liberæ huiuſmodi optionis fauore priuetur. Intereſtque publicè id
B obſeruari, cùm ad inferendam contumeliam quoſdam eo prętextu facilimos videamus, quòd ſi prouocati ſint, electionem armorum ad ſe pertinere ſciant. Sed tamen vix eſt † vt à conſuetu- 8
dine diſcedendum ego arbitrer, q; qui iniuriam ſibi factam prouocatione vlciſci maluerit omnibus prouocationis legibus ſubijci debeat. Cur enim iure potius, vel talione in eũ non intendit?

c c.j & fi. de immun. eccleſ.

CAP. VII.

C

Cauſa iuſta in duello.

SVMMÆ.

1 *Duellibus obſeruanda.*
2 *Cauſæ dubiæ interpres.*
4 *Duellum permittenti obſeruanda.*

SOLENT autem † ſolertes viri pri- 1
D uſquam quenquam in certamen prouocent, diligentiſsimè animaduertere, num iuſtam certamq; cauſam foueant. Etenim opinione humana paſsim receptum eſt, eum qui iniuſtè in ſtadium deſcendit, ferè ſemper ſuccumbere. Nam, vt inquit Propertius:

Frangit & attollit vires in milite cauſa,
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Quoties verò dubia cauſa eſt, † tum quoq; pro- 2
E uocatori conſultiùs eſt deſiſtere: quandoquidẽ dubiam rem in ſui detrimentum vel hoc trahere poteſt, quòd aduerſus diuinam, pontificiamque legem in id certamen prodierit. Cauſæ † autem 3
iuſtitia non à iure ciuili, pontificióue, ſed diuino petenda eſt. Cùm enim Dei iudicio hoc in pugnæ genere res ſubijciatur, vanum & irritum eſſet ex Quiritium iure arbitrari ſummum illum rerum humanarum moderatorem iudicaturum: vſuque quandoque videmus eos, qui humano
F iure ſecuri ſunt, hoc prælio ſuccumbere. In confeſſo eſt primogeniti (vt vocant) filium aduerſus [d] patruum natu maiorem in auiti regni ſucceſsione iure pontificum potiorem non eſſe, & tamen bis in Germania, rebus Romanis, Othone [e] quarto imperitante, hac in controuerſia duello patruus ſuccubuit. Memini (niſi fallor) apud Plinium legiſſe, bello ciuili Pompeiano inter occiſorum aceruos Gabienum militem Romanum, cùm totum diem iacuiſſet emerſiſſe, & nuntijs à Sex. Pompeio ad ſe miſsis dixiſſe: Se

cùm

d Clem. paſtoralis. de re iud.
e Iaſ. l. is poteſt. de acquir. hær.

cùm mortuus iaceret, interim inferos petijſſe, & à dijs rurſus in vitam reuocatum vt illi renuntiaret, ne clade aliqua terreretur: victoriam enim apud partes futuram, quoniam eius cauſa dijs iuſtior videretur. Quibus verbis perſuaſi partium duces, vſque ad internecionem pro repub. certarunt, cùm tamen Auguſtus pro tyrannide tandem diuino iudicio obtinuerit. Sed & Annæus poëta:

Victrix cauſa deis placuit, ſed victa Catoni.

4 Et hæc maximè † principibus obſeruanda ſunt, qui ſe iuſtiſsima cauſa belligerare arbitrantur, ſi uel ſucceſsionis iure, vel Romani pontificis Cæſarisúe conceſsione in imperium adſciti ſint: cùm diuino iure is tãtùm iuſtus ſit princeps, qui volentibus imperat, cæteri tyrannidis infamia notentur: quod Ariſtoteles ſcripſit. Vnde maximus poëtarum,

——Victorq; volentes.
Per populos dat iura, viaq; affectat Olympo.

Quandoque etiam ſolent dij immortales improbis principibus aliquandiu impunitatem largiri, vt interim ſubditorum delicta puniant, eos verò grauiore ſupplicio afficiant. Cauendum igitur ne temerè quiſq; prouocatoris partes ſubeat, iure humano ſe tutum arbitratus, cùm diuinis legibus deſtituatur. Sed & non niſi maxima ex cauſa, & ſeueris grauibuſq; viris approbata, id periculi quiſquam ſubire debet. Nã ſi pontificio iure, ex modica re, tametſi contumax, aliquis execrari, ſacrisúe propulſari nõ poteſt: quanto magis ab homicidio (vt demus eum victoriæ certum) abſtinere quilibet mortalis debet? Nam & ſolent principes huiuſmodi litigatoribus ius in ſuo agro decertandi non concedere: vel ſi conceſſerint, aſtu aliquo illuſos à ſe dimittere. Cuius rei exemplum in Anglorum rege extat. Is cùm duo proceres inuicem de gentilitijs inſignibus certaturi eſſent (vtrique enim caput Tauri in familiæ imaginibus erat) priuſquã manũ conſererent ad ſe ſeorſum euocatis, Quantum video, inquit, hæc vos cauſa in bellum accendit, quòd neuter pati poſsit gentis ſuæ ſigna ab altero deferri. Si igitur ex concertatoris tui ſententia diuerſum à tuo ſtemma illi gerendum conceſſero, à duello ceſſabis? Cùm ſeparatim vterque annuiſſet, iuſsit per præconem enuntiari opera regis concordes eos diſceſſiſſe, diuerſaque illis inſignia conſtituta, vt alteri caput Tauri, alteri Vaccæ gentilicium eſſet. Laudanda profectò regis ſententia, iocis ſalibuſque mixta, qui de re nullius momenti in arenam prodire eos vetuit. Quid enim mea intereſſet, ſi & tu à maioribus tuis per manus tibi traditum ſignum quamuis meo conforme, in armarijs habeas, dum id citra alicuius fraudem ſit? Artificibus mercatoribuſq; huius rei aliqua fortè vtilitas in animaduerſione eſſet deberet, quòd ex ſigno & operarij manu pretia rerum intendantur, merceſq; vendibiliores plerunq; fiant: quare officio iudicis inter eos hæc æmulatio inhibenda erit. Inter nobiles rarum eſt vt hac de re probabilis controuerſia eſſe poſsit.

CAP. VIII.

Reijcitur is, cuius non intereſt.

SVMMÆ.

1 *Intereſſe ceſſante, prouocatio, & accuſatio ceſſant.*

2 *Duellum pro agnatis rectè iniri.*
3 *Duellum pro alijs non, niſi ex cauſis, ſuſcipi.*

HIS conſequenter † & illud ſubijci 1
poteſt: etſi iuſtam cauſam quis ſibi fouere videatur, ſi tamen ſua non interſit, à prouocatione repellendum. Videmus enim paſsim iure ciuili, pecuniariæ cauſæ actorem,
A & capitalis criminis accuſatorem, à limine iudiciario repelli, ſi ſua non intereſſe reus præſcripſerit[a]. Quapropter in ſingulari † certamine hoc 2
à maioribus obſeruatum fuit, vt pro ſui defenſione, cæterorumque agnatorum, familiarumque ſuarum certare liceret: pro eo qui penitus extraneus eſſet, non liceret [b]. Pro † amicis tamen, & 3
comitibus viæ, clientibus, dedititiſque, non eſt dubium certare non poſſe, cùm niſi eos in tutelam noſtram receperimus [c], ex Romanorum in-
B ſtituto, vehemens ignauiæ ſuſpicio in nos oritur, & exiſtimatio noſtra apud graues viros minuatur. Pro extraneo quoque arma capeſſere tum demum fas erit, cùm is propter imbecillitatem Longobarda lege optionem, quem campionem vulgò dicunt, ſubſtituere poteſt: vt ſi furioſus infansúe ſit, vel ſacris initiatus, vel mulier adulterij rea [d], aut quam aduerſarius ſtrigem ſeu lamiam maleficamúe dixerit. Extat in Annalibus cùm in Francia à duobus matrona quædam
C accuſatoribus correpta eſſet, veniſſe militem Brachianonenſem vnà cum comite, & pro eius honore vtrunque delatorem prouocaſſe. Cumq; in ipſo ſtadio ſe in fugam comes dediſſet, nihilominus animi conſtantia & virtute ſolum illum duobus congreſſum victoriam extorſiſſe, incognitumque, & diſsimulato vti venerat habitu, in patriam reuerſum. Quoties igitur aliquo prouocato, alius ſe pro eo pugnaturum profitetur, niſi prouocatus in ea cauſa ſit, vt per prouocato-
D rem certare poſsit liberum † prouocatori erit 4
eum reijcere, & illud à Iureconſultis [c] acceptum prouerbium referre, Quantum ad te pertinet, liberas ædes habeo.

a l. nõ ignorat. C. qui accuſ.
b l. ſed tunc. ff de lib. cauſ.
c l. item. §. comitem. de iniur.
d l. benignius. de liberali cauſ.
e l. loci. ff. ſi ſer. vend.

CAP. IX.

Quid ſi accuſatio ſit vera.

SVMMÆ.

E 1 *Accuſationis veritatem ex reſponſione dinoſci.*
2 *Delinquentem corripiendi forma.*
3 *Iniuriam non facit, qui publico nocuum iniuriatus eſt.*

CAETERVM conſueuit hac quoq; in re inter militares viros eſſe non mediocris altercatio, ſi te furem, † 1
maleficum, imbellem, ſpuriumúe per contumeliam appellauero, idque verum ſit: an ſi à te in certamen
F prouocer, iuſtam ego cauſam fouere cenſendus ſim? cùm enim publicè interſit nocentium delicta palàm fieri, legitimè me feciſſe pleriſque videretur [f]. Sed hanc ego quæſtionem ſic definire ſoleo, vt eius qui conuicio prouocatus eſt, reſponſionem in primis perſpiciamus. Si enim mentiri prouocantem dixerit, malè excepit, melioremq; actoris cauſam reſponſione ſua fecit. Si verò ſimpliciter dixerit, malè eum & iniuſtè facere qui ſibi contumeliam dixerit, idque ſe enſe probaturum, in duello meliorem cauſam obtinet. Nec

f l. eum qui. ff. de iniur.

enim iure diuino aliquem probri etiam veri cõ-
2 pellari fas est, † nisi prius Euangelicæ denuntia-
a c.nouit.de iudi. tionis [a] obseruata sit formula. Ea est: Si peccaue-
rit in te frater tuus, eum secretò officij admone.
Si minus audiens dicto fuerit, adhibitis duobus,
vel tribus testibus iterũ argue: si perstiterit, con-
tumacem concioni symmystarum indica. Qui-
bus verbis apertè ostenditur, charitatem, quam
homo homini, Christianus Christiano præstare
debet, non id exposcere, vt palàm cuiusquam de
licta in corona hominum diuulgentur: quũ nec
ex vsu publico sit, vt omnia vera, eadem & mani-
b in d.l.cũ qui. festa sint. Iuris tamen ciuilis interpretes [b] aliter
distinguunt, vt si delictum alicui obijciam quod
palàm agnosci publicè non intersit, actione iniu-
riarum tenear: vt si claudum aliquem, cæcumúe
3 dixero. Quòd † si te spurium, vel sceleratum verè
appellauero, non tenear. Publicè enim refert spu
rios agnosci, vt ab honoribus arceri possint: sicut
& facinorosos homines, quos lex pœnali gladio
insequitur, caueriq; ab eis iubet. Vt enim delicta
palàm innotescerent, videmus olim constitutũ
4 vt aliquo præmio accusatores † afficerentur. So-
lebantq; veteres oratores ex illustris alicuius vi-
ri accusatione rudimenta artis suæ in senatu au-
spicari. Sic Cicero C. Verrem, sic Marium Priscũ
C. Plinius damnauit. Nec indignum bono viro
existimabant, scelestis hominibus peculatori-
busq; diem dicere, pulcherrimamq; sibi famam
ex vtilitate publica comparare.

CAP. X.

Quemadmodum concipienda denuntiationis verba.

SVMMÆ.

1 *Prouocationis ineptæ formæ. 2.*
2 *Duellibus obseruanda. 5.*

PLVRIMVM igitur refert, queãd-
modum prouocator verba conci-
piat, & quibus se modis reus tuea
tur: quod varijs exemplis demon-
1 strari potest. Finge: Prouocator †
dixit te furem equi Semproniani,
vel lenonem propriæ vxoris vel falsæ monetæ
distractorem: si tu equum Sempronij nescias, sed
bona fide possideas, si uxorem castam arbitreris,
si monetam adulterinam esse ignores, proculdu-
bio iniustè prouocatus es, cùm horum criminũ
nemo nisi sciens reus sit. Cùm aliquem iactan-
tem audissem, se noctu arcem clanculum in-
troiuisse, si eum prouoco, quia ingressus fue-
rit, malè prouoco: quid enim si falsa effutie-
2 rit? Prouocandus † igitur est non quia ingressus,
sed quia se ingressum professus fuerat. non enim
adeò efficax est hæc confessio, vt veritas præua-
lere ex iudicio, præsertim diuino, non debeat.
Dixi te illegitimum, cùm principis indulgen-
tia natalibus restitutus esses: iniustè ago: non e-
c c. Innotuit de elect. nim illegitimus [c] nunc est, quem princeps resti-
tuit. Debui itaq; illegitimè natum dicere: tunc
enim verba ad tempus natiuitatis referuntur. Di
xi proditorem, qui abolitionem criminis restitu
tionemq; iam impetrarat. Sunt qui malè conce-
ptam formulam arbitrentur: non enim ampliùs
3 est proditor, qui notæ exemptus est. Ipse subsi-
d l.si.C.de abol. sto, quoniam indulgentia † (vt in lege [d] dicitur)
quos liberat, notat, & vt inquit P. Naso: 4
Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Sed † tamen in re dubia consultius erit prouo
catori, si fuisse proditorem dicat: fuit enim quan
doque, tametsi in præsentia non sit. Cùm tecum
de contractu aliquo verba fecissem, conuenis-
setque inter nos de pretio & lege contractus, so-
lumque superesset vt sequenti die rem docu-
mento publico perficeremus, interimque pœ-
A nituisset: tu me his prouocas, quòd tali die vti
conueneramus non venisti, testationemq; con-
tractus non perfecisti, iniustè improbeq; à te fa-
ctum est. Dixi non sat prudenter conceptam for
mulam: si enim respondero me iustè & licitè id
fecisse, vera dixero, quoniam iure ciuili quo vti-
mur ante instrumenti confectionem, permissa
est pœnitentia [e]. Satiùs itaque fuisset, si prouoca- e Paul. l. contractus. C. de fid. instru.
tor me inhonestè, nec more boni viri fecisse scri-
psisset: non enim omne quod licet, honestum
B est [f]. Illud quoque in animaduersione esse debet, f l. non omne. de reg. iur.
ne qui prouocationis aleam generaliter subiuit,
deinde se coarctet, specialemque iniuriam ad-
ducat, cùm possit quis in generali malam cau-
sam, in speciali bonam habere. Ecce te prouoca-
ui tanquam principis tui proditorem: tu simpli-
citer negas: ipse replico te proditorem, quoniã
ad eius hostes clàm literas miseris: ergo (vt rur-
sus excipis) de hoc certemus: quamuis enim ma-
iestatem læseris, si verum sit nullas te literas ho-
C stibus dedisse, mihi causa excidendum erit. Et
(vt tandem finiam) hoc semper † duelles fixum 5
immotumque habere decet, ut si in literis ali-
qua sint vera, quædam falsa, constitutionem
controuersiæ in ea solùm parte collocent, quæ
falsa non sit.

CAP. XI.

D *An ex noua causa, missa veteri, pugnari possit.*

SVMMÆ.

1 *Duelli immutabilis causa. in casibus contrà.*
2 *Prouocati responsionis forma. 3.*

SED num qui certamen † ex alia cau- 1
sa tibi indixit, ab ea recedere, & no-
uam capessere valeat? Pone, dixi te
adulterum: tu negas, aliudque cri-
E mẽ mihi impingis, poteróne omissa
quæstione adulterij, super crimine mihi obiecto
te prouocare? Et frequentiùs receptum est me
non posse, nisi in priore querela victum me fa-
tear, herbamque dem. Ipse id adeò verum esse
arbitror, vt nec super obiecto crimine amplius
decertari posse inuito reo existimẽ [g]. Cùm enim g l. edita. C. de eden.
prouocator conuicij suomet iudicio iniustæ
contumeliæ conuictus sit, licuit prouocato illi
F crimen etiam falsum obijcere. Nec enim iure
nostro permissum est, vt Clodius (quod ille in- h l. vito. ff. sol. matr.
quit [h]) accuset mœchos, Catilina Cethegum.
Sunt tamen qui arbitrentur ita demum id pro-
cedere, si par pari iniuria retaliata est [i], alioquin i Arg. l. vt vim. de iust. & iur.
propter excessum defensionis modum pugnari
posse. Exempli causa: † Dixi te adulterum: tu re- 2
spondisti, Non sum adulter, sed tu ille ipse adul-
ter es, itemque fur, sicarius, & peculator. Ego
replico: Quin igitur armis experimur? ostendam
enim me nec furem, nec sicarium, neque pecu-
latorem

latorem esse. Sed hæc mihi sententia nimium
scrupulosa videtur, nisi cùm de prima iniuria
adhuc durat quæstio. Possum enim dicere, Ego
& te adulterum, & me eorum criminum inno-
centem armis probabo. Fieri tamen hac in re du
rior actoris conditio fortè censeretur, qui cùm
coniunctim intendat, videlicet aduersarium ad-
ulterum, se verò eorum criminum innocentem,
si alterum falsum sit, iniquam causam suscipiat.
Ego tractatum hunc tanquam ambiguum arbi-
tror. Cùm enim prouocator in altera causa ius
habeat, in altera prouocatus, verisimiliter non
minùs ambiget numen istorum Mauors, quàm
olim fecisse Iupiter dicitur, cùm cuidam lepori
concessisset, vt omnium canum morsus curren-
do euitaret: deinde eius promissionis imme-
mor, post aliquot annos cani, quem Cephalus
ductabat, indulsisset, vt omnes quos cerneret le-
pores apprehenderet, incidissetq; fortè in lepo-
rem is canis (tradunt enim Theon, Hyginus, &
Germanicus, Iouem nescium quid faceret) ne
manifesto mendacio teneretur, vtrunque inter
astra collocasse. Quo exemplo ego censerem
3 vtrunque ad inferos detrudendum. Satius † ita-
que fuerit si disiunctiuè actor respondeat, quòd
tum sufficiat alterum verum esse.

CAP. XII.

Modus denuntiationis in certamen, & an procurator admittatur.

SVMMÆ.

1 *Duelli nuntiandi forma multiplex.*
2 *Duelli testando nuntiandi modus.*
3 *Duellicæ epistolæ comites.*
4 *Duellum ne prouocet, nisi ex causa, procurator.*

1 CONSVEVERVNT autem † pro-
uocatores literas ad perduellem
suum mittere, cum iniuriæ sibi fa-
ctæ commemoratione, vel expres-
sione causæ, de qua certandum sit:
additurque his testatio, vt scilicet præfecto duel-
li exhiberi vltro citroq; missæ epistolæ possint:
cui cùm disceptatio huiusce rei omnis permitta
tur, testatione vti consultius est, vt si quicquam
negetur, in promptu fides esse possit. Quapro-
2 pter ad subscribendum † non quilibet admitten
dus est, sed solis rei militaris peritis, & qui ades-
se certamini possint, id munus credendum. Suf-
ficere autem viderentur duo testes: nisi quòd si
ex amicitia vel alia causa aliquis refelli posset, sa
tius erit trium obsignatione vti, vt numerus, si
vsu veniat, supplere possit, quod ex alicuius su-
spicione eleuaretur. Mittuntur sanè ipsæ literæ
3 † plerunque cum aliquo belli signo, quale est chi
rotheca vel pugio, per probatę fidei nuntios, vel
præcones exercituum: quorum relationi etiam
fides adhiberi solet, non solum in his quæ ad re-
a c.cum parati. de appel. lationem epistolæ pertinent [a], sed etiam si qua
huic mandato adhærent: vt si dicat, eum se non
reperisse, vel repertum dixisse se certamen detre
ctare: & hæc enim mandato connexa sunt. Idem
si non potuisse officio suo fungi affirmet, quia
aliqua ex causa impeditus fuerit. Putauerim ta-
men quotiescunque de immodico damno age-
b l.iij.§.j.de test. retur, vix esse vt vni in causa capitali credatur [b]:

hacque in re potissimùm iudicis arbitrium ver-
sabitur. Sed an receptis literis debebit prouoca-
tus aliqua testatione vti, ne videatur scribenti
consentire? Et iure nostro [c] existimarem parum c l.si filiusfam. ad Maced.
id referre, cùm ex natura actus soleant hæ episto
læ ideo transmitti, vt eis tempore idoneo ex-
pressim respondeatur, non vt mox postquam in
manus delatæ sunt tacita voluntate approben-
tur [d]. Sed † an per procuratorem prouocari quis- 4
A quam in duellum possit, vel prouocatus respon- d An procurator admittatur.
dere? Et cùm in causa publici iudicij procurator
nulla ex parte admittatur, tum propter rei graui
tatem [e], tum quòd huiusmodi maiore diligentia e §.ad crimẽ.de pub.iud.
indigeant, quam maximam vnusquisque in suis
rebus, leuem in alienis adhibere solet, existima-
uerim procuratorem non admitti, præterquam
si de aliquo articulo agatur ab ipso certamine se
parato. Qua ratione procuratorem iure consti-
tuam, qui cùm perduelle agat quo potissimum
B loco certandum sit. Idipsum verò, pugnandum
nec ne sit, quoniam in eo summa quæstio est, in
ipsorum principalium disceptatione versabitur.
Sed & quoties per optionem (quem campio-
nem vulgò vocant) nobis pugnare permittitur,
totius & procuratorem constitui posse vero pro
pius est.

CAP. XIII.

C *Quid si quis neget se seruaturum formam.*

SVMMÆ.

1 *Prouocanti minanti indicenda forma.*
2 *Duellis, cui minatum est, remedia.*

CAETERVM interfui † quandoq; 1
aliquorum rixis, qui cùm ob reue-
rentiam principis nõ auderent in
eius agro certare, id egerunt, vt
D vbicunque extra eius principis di
tionem hostem reperirent, com-
minarentur in eum se impetum facturos, & duel
lo experturos. Quid hoc casu prouocato agen-
dum censemus? Et crediderim posse eum literis
aduersarium suum admonere, minas illas furiosi
potiùs hominis, quàm strenui equitis more di-
ctas esse: & ideo si secum duello experiri velit,
obseruata à maioribus formula illum vti debe-
ret. Nec enim æquum esse vt ipse prouocatus
E continuò in armis ex tam generali, incertaque
prouocatione vitam ducat. Nam sicut iure Qui-
ritium potest reus actorem, † qui generaliter in 2
iudicio quicquam intenderat, vt ab actione ces-
set, aut specialiter quid sibi velit declaret, com-
pellere: ita arbitror & hoc casu prouocato licere
in id actorem adigere, vt certa forma experiatur.
Quòd si prouocator in sententia permanserit,
ineptamque petitionem mutare noluerit, quo-
niam hìc non ex iure manu consertum, sed ma-
F gis ferro (vt Ennianum carmen interim usurpẽ)
& violenter agit, poterit † vi maiore cogi, & ca- 3
pta occasione quandocunque prouocato visum
fuerit, appeti. Quis enim iustè eum non credat
superatum, qui maxima temeritate legem duel-
li spreuit, qui summa stultitia in continua armo-
rum terrore perduellem detinere credidit, cùm
ipse interim securus oscitansque ageret? Poterit
& † prouocato aliter officio iudicis consuli. Si 4
enim communi principi exposuerit se ea forma
prouocatum, vt incertus sit quo tempore, &

quo loco pugnandum sit: ad hæc absque eius autoritate id factum, veteriq; ne etiam si se defendendo prouocatorem strauerit, in legem committat, & ideo suis rebus prouideri postulet: partes principis erunt, vt si in casu legis duellicæ prouocator sit, eum compellat seruata legis forma negotium prosequi: si non sit, iubeat abstinere: & si probabilem metus causam subesse viderit, prouocato familiam gladiatoriam[a] concedat, quæ pro eius defensione expensis prouocatoris excubet. Qua de re & infrà dissertaturus sum.

[a glossa l. fi. C. de eroga. mil. ann. lib. xij.]

CAP. XIIII.

Interim non licet se offendere.

SVMMÆ.

1. *Duellaris nuntiationis vis.*
3. *Duellis fœdifragi pœna.*

1 POSTQVAM † inimicitias miles perduelli suo denuntiauerit, chartulamque ad illum miserit, in confesso est interim alteri nō licere, alterum quoquo modo insequi, donec in stadio constituto tempore concurrerint. Denuntiatio enim duelli, more militari securitatis publica fide concessæ vim habet: quæ consuetudo duplici ratione videtur approbari. Nam iure gentium
2 absque † indictione denuntiationeq;, nullum licitum est bellum[b]. At qui aliquo se loco certaturum professus est, extra illum locum absq; noua denuntiatione pugnare non potest[c]. Sed & qui duellum denuntiat, in id ex natura actus fidem suam obligare videtur, vt eo in loco decernat, in quo conuenerit. Nam & iure ciuili pendente lite nil innouandum est, sed legitimus finis expectandus. Soletq; vulgò dici, Via quam elegisti, ea tibi pateat. Si quis igitur in perduellem suum in-
3 terim † impetum fecerit, is & proditionis & violatæ fidei reus meritò habebitur, & quanti omnino intererit iudicis officio damnabitur.

[b l. ex hoc iure. de iust. & iur.]
[c c. pro humani. de hom. li. vj.]

CAP. XV.

Quid si prouocatus latitet, vel nolit respondere.

SVMMÆ.

1. *Prouocatum latitantem variè coerceri.*
2. *Decreti primi effectus.*
3. *Prouocati respondere abnuentis pœna multiplex.*

SED quomodo actori cōsuletur, quoties quis latitat ne prouocetur, † vel prouocatus respondere abnuat? Et si de his casibus agatur quibus duella prohibita sunt, nulla est dubitatio ei non consuli qui iniustè huiusmodi telam ordiri audet. Tunc ergo probabiliter dubitabitur, cùm lex duellum concedit. Et in latitantem hec remedia inuenta sunt, vt in eius domicilium prouocatoriæ literæ per nuntium deferantur[d]: dein in comitatu in quo versari solet loco publico chartulæ ipsæ proscribantur, vel per præconem edictumq; aduocetur: postremò eius tribuno vel iudici denuntietur, vt latitantem admoneat. Quibus sic peractis si in tenebris versari perseuerauerit, tunc tanquam contumax existimabitur, eritque eius opinio apud strenuos milites leuior. Quæ infamia, si ille intra annum sui copiam fecerit, certamenq; suscipere non abnuerit, abolebitur. Idque exemplo primi † decreti dicendum 2
arbitror, quo in reum contumacem interloqui prætor solet in possessionem bonorum actorem mittendum[e], & nihilominus eo copiam sui intra annum legitimúmue aliud tempus arbitrio iudicis faciente, iusque suum prosequente, restituitur. In prouocatorijs autem controuersijs idcirco expectandus annus non est, quoniam post
A denunciationis acceptationem non nisi semestris instantia eis more militari constituta sit. Si verò prouocatus literas quidem recepit, sed respondere abnuit, existimauerim & eum varijs modis cogi posse[f]. Et in primis post congruam moram decernet iudex, ni responderit, eum infamia facti notatum censeri: quam abolere non poterit, nisi deinde prouocatoris partes ipse sustineat. Poterit & sub pœna confessi criminis illi mandare vt se defendat, vel culpam suam agno-
B scat. Poterit & comminari, se militaria insignia ceu ignauo militi ademptturum. Quòd si prouocatus semper litem defenderit, sed statuta die sine legitima causa in stadium non venerit, pro confesso conuictoq; habetur, causamq; sine spe restitutionis omnem amittit: nimis enim magna hæc est contumacia: qua de re infrà quoque aliquid attingam. Sunt qui hosce contumaces in tabellam pingi curent, iconicasq; eorum imagines secum deferant cum aliqua exprobratione.
C Sunt qui eorum gentilitia insignia inuersa deferant, vel sub equi caudam annectant. Sunt qui vexilla versa hasta per puluerem trahant. Sed hæc non nisi eo casu concedenda sunt, cùm prouocator in stadio comparuit, & reo cōtumace per iudicem obtinuit eum pro confesso & victo esse: non enim ex leui contumacia tantum infamiæ quenquam subire æquum est.

[d l. hoc autē. ff. ex quibus caus. in poss.]
[e l. si finita. § Iul. de dam. infect.]
[f l. si prius. de op. no. nun.]

CAP. XVI.

D *Quando prouocatus detractare possit. Hoc caput est velut parasceue ad cap. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34.*

SVMMÆ.

1. *Duellum, ob ius, recusabile.*

E VIDENDVM nunc est, quibus se exceptionibus tueri prouocatus possit quibusque casibus in duellum prodire nō teneatur. Et generaliter potest quilibet † se excusare, & se in certamen proditu- 1
rum negare, profiteriq; se iure ciuili, nō vi bellica cum aduersario acturum. Cùm enim lege Euangelica, atq; Pontificum, cùm item iure ciuili prohibita sit monomachia, non est quisquam cogendus aduersus legem in apertum se periculum immittere: nec ex nostratibus Iureconsultis[g] quis-
F quam hactenus fuit, qui in hanc sententiam pedibus non iret. Lege quoq; Longobarda, qua ali qui casus excipiuntur, hi solùm sunt obnoxij, qui ea lege se viuere profitetur: qui verò ius Quiritum eligunt, tutò se excusare possunt. Vetus adagium est, Omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet. Cum ergo tot magistratus, tot leges, tot pragmatici constituti publicè sint, vt ius suum vnicuique reddatur, quid opus fuit barbaro hoc more, armis id petere, quod iure & cōsilio peti potest? In eo se plurimùm exercuerunt veteres, vt publicæ vilitatis causa liberis hominibus ciuitas repleretur: at hoc more ob ciuilem discordiam facilè vacuaretur, cum ex duobus strenuis alter necessariò amittendus sit. Adde quòd cùm olim more pecudum viueretur, & imbecilliores fortioribus succumberent, deorum munere constitute sunt vrbes, & hominum conuentus, & iura inter eos promulgata, ne quisquam alteri obnoxius esset, atque ex æquo omnes agerent: qua concordia quæuis pusillæ res in immensum creuêre. Quapropter huiusmodi prouocatores ceu seditiosos[a] viros, & discordiarum in ciuitate sua auctores, putarim è repub. eijciendos esse. Quid enim minus honestum est, minusque bono viro conuenit, quàm id certamen suscipere, in quo qui fortè succubuerit ceu sacer & abominabilis Eucharistia priuetur[b], communemque canibus tumulum sortiatur? Neque enim religioso loco sepeliri aut mystico pane ali hosce pugnatores leges sinunt. Qui verò bona fortuna vsus vicerit, & ciuem manu occiderit, si non annuente communi principe prælium indictum proponatur, publico iudicio homicidij reus est. Neque e-
2 nim pacta † priuatorum iuri publico derogare
3 possunt: & membrorum † suorum nemo dominus est[c]. Et sicut sibijpsi mortem consciscere saluis legibus nemo potest, ita nec alteri id iuris concedere potest. Sed verum est quod Satyricus poeta inquit:

Dixeris hæc inter varicosos centuriones,
Continuò crassum ridet Vulpennius ingens,
Et centum doctores curto centusse licetur.

Cùm igitur huiusmodi dæmonum mancipia iādiu animam Christiana lege perdiderint, finamus eos etiam vitam quamprimum amittere, & interim disputemus quibúsnam alij exceptionibus tueri se prouocatus, etiam salua eorum barbara consuetudine, valeat.

[g In d. l. ex hoc iure.]
[a l. j. C. de sedit.]
[b d. c. monomachiam.]
[c l. liber. homo. ad leg. Aq.]

CAP. XVII.

Ex tempore, ex loco, ex Iudice propter suspicionem excipi posse.

SVMMÆ.

1. *Exceptionum genera, & origo.*
2. *Exceptiones duelli arbitrariæ.*
4. *Duellum ob locum recusari.*

1 ET sicut in iudicis † exceptionum aliæ dilatoriæ sunt, quas antiqui translationes vocabant: aliæ peremptoriæ, quæ præscriptiones dicebantur: ita in hoc tractatu aliquas defensiones reperire est dilatorias, quæ ex loco, tempore, vel iudice oriuntur: alias peremptorias, quæ vel ex persona prouocatoris, vel ex persona prouocati vires accipiunt. De singulis igitur quibusque breuiter agendum. Et ex tempore raro controuersia oritur[d], cùm constet diebus festis licitè duellum † recusari: tum enim
2 sacris rebus ex lege Christiana indulgendum est. Ex loco & iudice frequens disputatio intercedere solet, cum prouocator iudicem sibi suspectum, vel locum non tutum esse asserit, reumque culpæ vel doli notat, quòd bona fide non elegerit: contrà reus iustè se elegisse ait, cùm possit prouocator illuc fide publica accedere. Solentque † militares viri huiusmodi exceptionem vix
3 admittere, quòd pugnandi audaciam retundere videatur: commemorantque plura exempla, quibus etiam in hostium castra à strenuis & ingentis spiritus viris itum sit. Ego rem hanc ab arbitrio iudicis plurimam vim trahere arbitror: nec enim fragilitati cautionis, etiam si fide publica facta sit, passim fidendum est. Promisit Annibal impunitatem militi Romano, qui cum elephante se committeret, & tamen victorem cum manubijs domum redeuntem per equites inter-
A cepit. Promisit Otho Moguntiaci antistes, si Francorum Comes Albertus Ludouici Cesaris hostis secum veniret, aut principi irato eum conciliare, aut sospitem in præsidium sistere: & egressum cùm per causam prandij rursus in arcem duxisset, quasi tum iureiurando defunctus, hosti amicum, fidemque suam prodidit. adeò periculosum est fidem alterius sequi. Cùm ex regni proceribus quendam Alphonsus Terraconensis odio prosequeretur, & ad se per nuntium accersitum
B arbitraretur non venturum, aucupij prætextu, cum magno falconum & accipitrum numero proximus arci, in qua is sedes habebat, accessit, & vt ad se veniret impunitatem illi fide publica sub iurisiurandi religione spopondit. Mox credulum, & ne quicquam deos inuocantem cruci affixit, hoc cauillo: Cùm tu sæpissimè fidem mihi fefelleris, iniquo animo pati non debes, si semel & nunc tantùm quod tecum pactus sum, nec ipse obseruem. Arbitrandum itaque ampliùs
C est, & ex verisimilitudine suspicionis admittenda vel reijcienda exceptio: nec enim hac in re quicquam constitui in vniuersum potest. A loco quoque ea controuersiæ species † deducitur, 4
cùm prouocator neminem ex principibus repetit, qui ius in agro suo pugnandi fide sua exhiberevelit, & is hoc prætextu perduellem ad Turcas, vel Saracenos perducere conatur. Iusta enim est prouocati recusatio, qui ad communes hostes iturum se negat, nec eorum fidei credere
D tutum arbitratur. Cùm enim duelli is iudex sit, qui securitatem agri promisit, iustè quilibet Christianus negat arbitro[e] alienæ sectæ disceptatore vti: huiusmodi enim viri nō solùm apud nos infames sunt, sed etiam Pontificum[f] edictis abominabiles, vt cum eis nullum nobis possit esse commercium, nulla familiaritas vel coniunctio: quippe lex iubet eos esse extra ecclesiam, id est, congregationem nostram[g]. Salomon quoque in Parabolis: Homini, inquit, alterius legis ne cō-
E fidas. Vt igitur ad profanos impiosque accedere nemo cogitur, ita nec ad deserta incultaque loca, qualia sunt, Hercinio Arduenóue saltu: in his enim syluis non iusti milites, sed insessores viarum, latronesque solent decertare: meritoque prouocatus locum ad quem accedere turpissimum est, euitabit. Nam si arbitro ad inhonestum locum aliquem citanti impunè non paretur, quantò magis hoc in casu idem dicendum est?
F Quid enim si arbiter me in lupanari[h] vel popina adesse iussit? Cùm Antigonus rex Macedonum Antagoram poetam in popina deprendisset, gulamque ei exprobrasset. Homerumque haud vnquam tali loco ab Agamemnone repertum diceret: respondit Antagoras: Haud [illegible], ô rex, tam sordida leuisq; cura Agamemnonem tangebat, vt istuc descenderet, visurus quid coqui, & eorum asseclæ cantores in olla haberent. Debet igitur quisquis vel egregijs maioribus ortus, vel suapte virtute nobilis, id potissimùm cauere, ne inhonestum locum adeat: quod

[d c. j. de treug.]
[e l. si qua. C. de Iudæis.]
[f c. ad probandum. de Iudæis.]
[g c. ad mensam xj. q. iij.]
[h l. si cum dies. de arbit.]

maximè in duello obseruandum est, cùm more militari receptum sit, vt frequẽtibus in oppidis, assistentibus principibus viris, sub fide publica manus conferant, quòd scilicet pro fama, & honore, & vt magni eorum spiritus innotescãt, magis decernere videri velint, quàm pro odio & vltione, quæ infirmorum animorum affectus esse solent.

CAP. XVIII.

Quæ exceptiones refellant prouocatorem.

SVMMÆ.

Duello indigni.
2 *Duello indignus etiam non damnatus.*
3 *Duello indignum ex causa admitti.*

1 EX persona sua refellitur † prouocator, quando perduellis eũ allegat scelestum esse, vel infamem. Qui enim huiusmodi criminibus notatus est, aduersus eum qui integræ famæ sit, admitti non debet, tum quia impar, tũ quia tales ab armata militia repelluntur. Adde quòd etiam iure nostro sicarij, peculatores, fures, idque genus improbi viri ius quenquam accusandi non habent [a]. Quis enim admittat quẽquam de iniuria sibi facta conquerentẽ, qui ipse alios soleat hisdem malis inquietare? Nec enim lex iustior vlla est, quàm necis artifices (vt inquit Ouid.) arte perire sua. Si quis item crimina militaria commiserit, iustè (vt arbitror) confutabitur. Quid enim si transfuga [b] quis fuerit, vel seditiosus, vel ꝓditor, vel ignominia missus, vel desertor, vel periurus, sacramentique militaris contemptor? Item qui dominium in prælio deseruerit, qui cum commanipularibus in aliquod delictum conspirauerit, qui in exploratione collusit, qui lenocinium exercuerit, vel negotiationem militibus iure prohibitam, & si qua similia: is enim tanquam non integræ famæ sit, non est admittendus vt alium prouocet. Sed an
2 † sufficiat eum ita vulgò haberi, an verò requiratur sententia iudicis esse condemnatum? Et videretur pro scelesto quenquam non haberi, nisi post rem iudicatam. Et iure ciuili [c] id ita esse dubium non est. Sed cùm etiam is, cuius opinio apud graues viros onerata est, repellatur, putarẽ si quis talium criminum reus habeatur, vulgoq; malè audiat [d], in eadem causa esse, ac si damnatus esset, idque iudicis arbitrio discernendum. Nam & miles qui [e] sui controuersiam patitur, tametsi re non iudicata, interim pro pagano habetur. Et qui ignominia missus [f] vel exautoratus est, licet è suo iudice deinde absoluatur, amplius in album recipiendus non est. Existimauerunt
3 tamen aliqui, si de crimine læsæ † maiestatis agatur, huiusmodi exceptioni locum non esse: quoniam specialiter eo in iudicio id proditum sit, vt ad prosecutionem qualescunque admittantur, cùm L. Sergij Catilinæ coniurationem in rempubl. factam, Fuluia impudica mulier detexerit, & consulem M. Tullium [g] in eius indicium instruxerit. Sed tamen hac in re nos aliter sentimus, cùm lege Longobarda si hoc de crimine contendatur, qui impar [h] est per optionem (quem vulgò campionem dicunt) pugnare debeat. Vnde apparet & hoc quoque in casu imparem repelli, nisi cum æquè digno optione armis decernat: nam & quo grauiora delicta sunt, eò lex huiusmodi congressus magis abhorret. Quoniam graue & impium (inquit Longobardæ legis [i] auctor Rotharis) videtur, vt magna causa sub scuto per pugnam dirimatur. Et quamuis iure Romano ab accusatione perduellionis etiam indigni non arceantur, haud tamen ideo cẽsendum est huiusmodi viros in monomachia admittendos, in qua non de accusatione, sed etiam de criminis ipsius probatione & quidem absurda,
A agitur.

- a c. j. de accus.
- b l. ij. de re mil.
- c l. j. §. integer. ff. nil. no.
- d l. athletas. in fi. ff. de infa.
- e l. qui status. de re mil.
- f l. iiij. §. qui ignominia. ff. eod.
- g l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maiest.
- h l. fin. de malefic.
- i l. j. qual. quisque se def.

CAP. XIX.

Quid si sit spurius.

SVMMAE.

1 *Spurius indignus: moribus contrà.*

SED nunquid spurius † ceu infamis recusari in duello possit? 1
B Et videretur iustè repelli, cùm hoc hominũ genus de facto notetur, lexque Põtificum [k] eos fidei fluxæ, & militiæ non idoneos existimet: vulgoque videamus gentilitia insignia nulla illis, nisi cum transuersæ lineæ nota concedi. Nam & filij appellatione non comprehenduntur: quoniam lex non certo parente natos, sed sine patre, & ambiguis natalibus interpretatur, ab honoribusque tanquam viles & dedecore operti repelluntur. Sed tamen hac quoque in re deferendum consuetudini est, quæ cùm spurij non proprio delicto, sed aliena laborent culpa, nimirum parentum fœditate, in
C militiam nomen dare eis permisit: vnde nec pugna singulari æquum est eos reijci, si tamen cætera probi viri, bene educati, ingenio manuque prompti sint, iniuriamque suam prosecutum eant. Nam & nostra ætate vidimus, Doctoresque nostræ professionis habuimus, Iureconsf. primi nominis, pudendis tamen ortos natalibus. Legimusque in historijs Arnulfum, qui primus & ante Othonem ex Gallia in Germaniam Imperij titulum transtulit, ex Caroli Magni prone-
D potibus spurium fuisse. Fuerunt & in Cypro reges, fuerunt vbique etiam approbatissimi duces non absimilibus orti natalibus: vt verissimum sit illud Platonis oraculum, Seruos à regibus, reges à seruis oriri. Et quæ de spurijs dicta sunt, vt à duello non prohibeantur, multò magis locum in his sibi vendicabunt, qui natalibus à principe restituti sunt: his enim nulla nota impingi potest.

- k c. si gens. lvj. dist.

E

CAP. XX.

Quid si prouocator semel victus fuerit.

SVMMÆ.

1 *Duello indignus, victus, nisi ex causis.*

SED quid de his † censendum qui in duello semel decertarũt, & victi sunt, 1
F num iterum poterunt admitti? Et sicut calumniæ causa condemnatus iterum in noua querela auditur [l], ita & hoc casu dicendum aliquibus videtur, si modò suam fucrúmue iniuriam vltum eant. Contrà sentiunt omnes: quoniam quisquis calumniæ reus est, ex edicto prætoris infamia [m] notatur. Superius autem à nobis definitum fuit quisquis ex culpa sua famosus sit, siue iuris, siue facti nota fœdetur, ab hoc certamine repelli. At qui semel hac

- l l. qui iudicio. de accus.
- m l. j. de infam.

pugna superatus est, ceu iudicio diuino dãnatus, ineluibilẽ calũniæ maculã sibi inurit. Posset tamen alia sententia quibusdam casibus obseruari, vt in armillatis qui virium ostentandarũ causa, vel amoris furore acti decertarunt: nec enĩ hi iudicio diuino calumniæ rei dici possunt, qui de ea re certarunt, de qua iudicium nullum esse poterat. Idem ferè arbitrarer in eo qui periculũ armorum non fecit, sed priori querelæ spontè renuntiauit: hunc enim alia in causa etiam aduersus eundem hostem audiendum arbitror, dum tamen prioris controuersiæ damna illi resarciat. Quippe multùm interest inter armis superatũ, & eum qui propria confessione [a] iniquæ causæ renuntiauit: cùm hoc enim mitius agendum.

- a l. eum qui. de iureiur.

CAP. XXI.

An vno prouocato, alius interim prouocari possit.

SVMMÆ.

1 *Prouocans alium, negotio infecto, ne prouocet.*
2 *Acquisitionis reus effectus.*

1 HINC quoque consequens est, vt † si aliquem ad certamen prouocauero, & interim, antè quàm dies venerit alium alia ex causa prouocẽ, pugnam detrectare illi licitum sit: quoniam donec priori cõtrouersię impositus sit finis, nouam incipere non decet. Si enim cum posteriore succubuissem, isq; iure belli me manu captum haberet, posset qui prius prouocatus est me vendicare, & quodam quasi euictionis iure mihi manum inijcere, & vt secum qui antiquius ius habet decertarem compellere, victumq; in leges suas cogere, quo casu alterius victoria cassa inutilisq; efficeretur. Constatq; præiudicij exceptionem [b], non solùm tunc obseruandam cùm de eo constet, sed etiam si quo casu constare possit. Et hæc quidem more militari magis introducta credere par est, quàm vt legibus vllis probari possint: cũ vt in pignoribus solùm id constitutũ sit, vt qui tempore prior est, idem & iure potior habeatur: in actionibus verò personalibus is † præferatur, qui manũ prius iniecit, dominumq;
2 acquisiuit [c], tametsi alius antè contraxerit.

- b l. fundum. de except.
- c l. quoties. C. de rei vend.

CAP. XXII.

Quid si noua execeptio superueniat.

SVMMÆ.

1 *Duelli promißionem ex causa noua solui.*

1 NEC enim nouum † est ex his quæ interim superueniunt, aliter quandoque, atque aliter constitui. Finge aliquem illustrem equitem in duellum hostem suum prouocasse, deinde interim infamiæ nota aspersum, an prouocatus sibi indictam pugnam seruare tenebitur? Et dubium non est non teneri, quoniam huiusmodi promissio hanc habet conditionem. Si in eodem vitæ tenore permanseris. Nam & miles tametsi in numeros accitus, ex nouo delicto manipulo expungitur: & qui vxorem aliquã se ducturum iureiurando [d] sanxit, si ea interim stuprum patiatur, promissione soluitur [e]. Possentque huiusce rei innumera exempla adduci, quæ otiosis recensenda omitto.

- d c. quemadmodum. de iureiur.
- e in l. num quis de solut.

CAP. XXIII.

Prouocati persona semper censetur approbata.

SVMMÆ.

2 *Duello indignum ex caussis admitti.*
A 3 *Bannitorum etymon.*
5 *Banniti vbique infames.*

ILLVD generaliter admittendum est, † omnem hanc indignitatis quæstionem respectu prouocantis locũ sibi vẽdicare: cũ verò de prouocato agitur, irritam & superuacaneam esse. Qui enim famosum † aliquem 2
vel scelestum inuitat, detrectare eius cõgressum
B non potest: habet enim quod sibi imputet, qui huiusmodi virum compellauerit. Nam & iure nostro cautum est, vt quisquis in iudicium intestabilem aliquem vocauerit, quales sunt, quos vulgò bannitos, quosq; excommunicatos vocamus, eorum personam ceu liti prosequendę legitimam approbare censeatur. Sunt abanniti [f] qui † in annuum exilium missi sunt cędis perpetratæ causa, quod Græcus sermo, vt Homeri interpres Eusthatius auctor est, ἀπενιαυτισμόν, quasi ab-
C annitionem dicas, conformi Latinis nomine appellat. Sunt † autem hi exules capite diminuti: & 4
ideo integræ famę miles tales in certamine auersari licitè poterit. Quamuis enim † sentẽtia eius 5
à quodam nati sunt, extra territorium, suæq; iurisdictionis fines impunè negligi possit, cùm tamen notam infamiæ ingerat, personamque ceu intestabilem adficiat [g], satis putarem vbique locorum pro scelesto & reprobo homine hunc haberi.

- f l. de pupillo. §. seruo. de o per. no. nunt.
- g Bart. l. cũctos pop. C. de sum. Trin.

D

CAP. XXIIII.

Qui prouocari non possint.

SVMMAE.

1 *Clerici doctorq; ad duellum non prouocandi. 2.*
3 *Doctorum arma.*

E EX persona † rei oritur exceptio, 1
quoties is se talem esse asserit, vt prouocari non debeat: quales sunt initiati, quos clericos vocamus. Cùm enim arma clericorum sint lacrymæ. cùm item summus pontifex eis specialiter prohibuerit [h] ne in duello certarent, aut certantibus spectatores adessent, ius fasque est eos hac ex causa non inquietari. Quapropter in his vrbibus, quæ summo pontifici aut sacris antisti-
F tibus subijciuntur, non debet vnquam monomachia concedi. Mirum tamen est quòd Otho Imp. lege Longobarda [i], si ecclesia aliquam controuersiam habet, cùm aduersario per duellum litem dirimi iussit: licereque sacerdotibus opitionẽ constituere, sanxit. Quam absurdissimam legem interpretatione plerique restringunt, vt solũ eo casu locum habeat, cùm de re prophana prophani hęres ecclesia litigat. Ego huiusmodi constitutionẽ de albo abolendam arbitror, qui sciã nõ licere Cęsari quicquã de rebus ad sacerdotes pertinentibus

- h c. j. de cler. in duel. cer.
- i l. fi. qual. se quisque def.

nentibus edicere. Igitur† vt iusta est clerici pugnam deprecantis excusatio, ita & sapientiæ, literariæq; cuiuslibet professionis doctoris eadē ratione admittenda est, siue militis prouocantis dedecus, siue professionis diuersitatem, siue personarum impariratem respiciamus. Nec enim vllus armato homini honor est, si inermem provocet: sole perustus, vmbraticum: corporeis laboribus assuetus, sedentarium: pinguis & bene curatus, tenuem atq; emaciatum. Poteritque Doctor hostili impetitioni sic respondere: Vt tu me tuis armis in certamen prouocas, ita ego† te iure manu confertum in arenam meam, id est, coram magistratibus voco, quo in loco armis meis, nimirū libris & doctrinarū auctoribus, ostendam quantum artes tuæ nostris sint inferiores, faxoq; vt, quod summus omnium oratorum dixit,

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Nam quantum ad arma bellica adtinet, cùm his nos nihil cōmune habemus, qui Palladis & Musarum studia, nō furiosissimi illius dei Martis profitemur. Qui hisce verbis perduelli Doctor præscripserit, rectè atque ordine dixisse censebitur: nec minus Martis tela retudisse iudicabitur, quā Veneris olim Plato hoc epigrammate:

Hæc Venus ad Musas: Me siccine temnitis? atqui
Tela acuens saxo filius vltor erit.
Cui Musæ: has stolido nugas dic Cypria Marti,
In nos namque tuus non habet arma puer.

Quid in Doctore.

CAP. XXV.

An inconsulto Principe certari possit.

SVMMÆ.

1 *Duellum iniussu principis non ineundum: ex causis diuersum. 3.*
2 *Duelli non concedendi causæ.*

1 VIDETVR & illa† probabilis excusatio, cùm prouocatus se ideo nolle certare adserit, quoniā Imperator hanc veniam concedere nolit. Iuris enim nāturalis est, vt patriæ, & parentibus magistratibusq; pareamus, quod ius nulla armorum contrariorum consuetudine aboleri potest. Sed & militaris disciplina hoc requirit, ne Imperatoris sui iniussu liceat militi ab hoste prouocato extra aciem in certamen prodire. Extant apud veteres Papirij, Torquatique quamplurima huiusmodi exempla, quorum seueritas & si lenioribus viris in expetenda vltione paulò acerbior videatur, non tamen dubium est, quin publicè expediat disciplinam illā
a l.iij. de re milit. seruari. Quapropter, & Modestinus [a], In bello inquit, qui mandata non seruauit, capite punitur,
2 etiam si res bene cesserit. Et hoc† maximè obseruandum est, cùm iusta ex causa princeps id indulgere abnuit, vt quia miles is rara aliqua virtute insignis sit, vel supra cæteros ingenti animo, & cuius opera sibi vsui esse possit, idcircoque in apertum discrimen eum prodire non patiatur. Si
3 tamen ipse† dum duellum sine dedecore detrectare desiderat, prohibitionem domini procurauerit, tunc arbitrarer haudquaquam sic excipientem audiri: nec enim eius qui prohibitum se allegat, audiri defensio solet, si ipse hoc adfectauerit, vel causam præstiterit. Eadem ratio eius habenda, qui prohibenti subiectus ampliùs non est [b], vel militis qui à præfecto suo exauctoratus est: nec enim postquam se ab eius domini potestate subtraxit, illius dicto audiens ampliùs esse compellitur, potestq; plures facere honorem suum, qui ex detrectatione non parum læditur, quàm extincta clientelæ obsoletaque nimium iura.

b l. ij. in fin. § quis caut.

CAP. XXVI.

Quid in filiofamil. si pater prohibeat: quid si consanguinei.

SVMMÆ.

1 *Duellum, inuito patre, non iniri: in consanguineis contrà. 3.*

1 SED quid in filiofam.† dicendū, quē pater congredi cum aduersario prohibet? Et solent hac in re Centuriones patriam potestatem pili facere: quoniam disciplina castrorum antiquior ciuib⁹ Romanis charitate liberorum fuit [c]. Hincque institutum, vt in castrensibus possint filijfamil. separatum à censu paterno peculium acquirere: nam & pater qui filium† debilitauit, pollicemque [d] præcidit (huiusmodi murcos Latini vocant) ne militiæ nomen daret, seueriter puniendus est. Sed hæc quæ de legitima militia ex disciplina veterum introducta sunt, ad reprobam hanc duelli consuetudinem protrahenda non videntur, cùm iure naturali patri filius obsequi debeat: quod & lege diuina constitutum est, cuius obseruatio maximè in his certaminibus religiosa est. Nec deficiunt veterum exempla, quibus apparet eos qui aduersus parentum iussa, vel eis inconsultis spontaneam pugnam iniuerunt, cæsos, vel malè perditos fuisse: quod in Hectore Homerus, in Parthenopæo Papinius ostenderunt. Sed & omnis doctrinæ parens idem Homerus Menelaum à Paride prouocatū sic respondentem in ducit:

c l. postūmin. § filius. de re milit.
d l. eum qui. eo. tit.

Fac pater ipse tui Priamus sit fœderis auctor,
Sacra Ioui temerè violet ne fœdera quisquam:
Nam genitis est fluxa fides, nec pactio curæ est.

Quid si consanguinei prohibeant.

Quid si consanguinei & maiores natu prohibeant? Et non† putarim id sufficere, cùm tanta non sit eorum auctoritas: nisi fortè duo inuicem consanguinei de pugna ambigant: ad communes enim eorum gentiles pertinet, vt partes suas interponant, in concordiamque redigant, cùm vtercunque eorum vincatur, iniuria, & dedecus ad eosdem semper perueniat: maioreque existimatione is erit, qui certamen suscipere noluerit, ne cognato sanguine manus polluat. Nam si lex Iulia Papia iniuito [e] denuntiari causa testimonij dicendi aduersus coniunctos prohibet, quātò magis causa duelli detestatio admittenda nō est? Scimus enim quàm horrenda apud antiquos fuere huiusmodi certamina, quod tragœdiarum apud Græcos præsertim, inde argumenta emanauerint: quamuis nec nostra tempestate Eteocles & Polynices desint, nec solùm res gerente in Hispania P. Scipione Corbis fuerint & Orsua, cùm in præsentia inter fratres & patrueles maximè vigeant huiusmodi odia, eò cæteris detestabiliora, quòd non de honore & fama, sed de auaritia & pecunia, ferro transigitur. Sic & Catull. Socer generq; perdidistis omnia.

e l. lege. de testib.

CAP.

CAP. XXVII.

Quid si ductor exercitus.

SVMMÆ.

1 *Exercitus dux non prouocandus: post functionem secus. 3.*

1 DVCTORIS† quoque exercituum aduersus prouocantem, non iniustam esse excusationem, nuper in A hac specie pronuntiatum est. Ferdinandus Daualus Piscariæ marchio Comum in Insubribus, exercitu à Caroio v. Impe. Franciscoque Sfortia accepto obsidebat, cùm Ioannes Cabaneus, quem Vandanesium vocabant, Francisci Francorum Regis præfectus ea lege vrbem tradidit, vti salua sibi suisque militibus, itemq; ciuibus sua omnia essent. Nec recusauit ille, suaque fide ita futurum promisit: at ingressus Hispanus miles frustrà obnitente Daualo vrbem diripuit. Eam rē iniquissimo animo tulit Vandanesius, protinusque has literas ad Daualum exarauit: Quòd vrbem Comum aduersus pacta mihi tecum conuenta diripueris, diripíue à militibus tuis permiseris, improbè, auarè, perfideque fecisti. Has literas nec responsione quidem dignatus est Daualus. Quæsitum est vtrùm saluo honore certamen recusare potuerit? Et omnium consensu potuisse responsum fuit: quoniam non debet quisquā magistratus sibi demandatam prouinciam in casum dare
a l.iij. ad l.Iul. maiest. [a], nec suæ fidei mādatum munus deserere. Quòd
2 si interim hi durante [b] magistratu† in ius vocari C non possunt, multò minus in duellum porerunt. Idque maximè in duce belli obseruandum est, qui consilio magis quàm armorum industria hostes superare debet. Nam, vt inquit Euripides in Phœnissis, Cautus imperator est audace laudādus magis, P. Scipio cùm tanquam parū pugnax incusaretur: Mater me imperatorem inquit, non militē genuit. C. Marius Cimbrico bello Theutoni prouocanti, si cupidus mortis esset, posse eū laqueo vitam finire, respondit. Sic & diuus Aug. M. Antonio à quo prouocabatur, satis multas illi ad interitum patēre vias. Complura sunt veterū hac de re exempla, quæ sciens prætereo. Illud
3 non† omittendum, cùm magistratu functus fuerit is qui prouocatur, tum defendere causam debet, interim dies iure diffissus est.
b l.pars fit. de iud.

CAP. XXVIII.

Quid si alia iusta causa impediat Anacephalæosis.

SVMMÆ.

1 *Duelli reijciendi impedimentum multiplex.*

1 EX his igitur in eam† sententiā adduci possumus, vt quoties iusta aliqua impedimenti causa subest, licere prouocato certamē detrectare arbitremur, nō solùm cùm princeps, dominus, pater, consanguinei prohibeant, sed etiam si inde graue aliquod damnum exoriri posset. Iustum quoque impedimentum extrinsecùs quādoq; accipitur, vt si mala valetudine, vel vi hostili vel simili causa retineatur. Sed & si à magistratu suo captus fuerit, & in carceribus ius dixerit, iusta causa est vt ei succurratur. Suntque fexcentę iure causę, quibus quis ne iudicio sistat excusatur, vel edicto prętoris, propter iustā causam restituitur: nā multò magis in duello huiusce modi excusatio recipienda videtur, nisi tñ impedimentū ipse procurauerit: quod suprà docuimus.

CAP. XXIX.

Quid si iuuenis senem prouocet, integer luscum vel claudum.

SVMMAE.

1 *Imparitatum genera.*
2 *Senes non prouocandus.*
3 *Corporis casus, prouocationis obex.*
4 *Cæcus prouocat, nisi ex causa.*

1 IMPARITAS quoque iustam reiectionis causam præstat: aliaq; est† 1 personę, alia dignitatis. Sed de persona in primis videndū est. Et si iuuenis senem† prouocauerit, iure 2
a l.j. C. de prima uil. vet. senex recusabit certamen, cùm huiusmodi ingrauescente ætate viri soleant militia mitti, veteranorumq; priuilegia adipiscantur [a], vt meritò arma resumere compellendi non sint. Qua in sententia Latinorum poetarum præcipuus fuit:

Si mihi quæ quondam fuerat: quaq; improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta.

Et rursus:

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram cùm primā acie Præneste sub ipsa Strau.

& quæ sequuntur. Quamuis & quandoq; senes plurimùm in victoria polluisse propter rei militaris scientiam legerimus: quod idem poeta iu Dare & Entello ostendit. Sed is honor videtur mihi ætati illi adhibendus, vt inuiti ad pugnam nō compellantur. Federicus enim Imp. quadam cō C stitutione sanxit ne maior LX. ann. aut minor XXV. in duellum prodire cogantur. Atque ita solent Siculi, quibus hoc lege cautum est obseruare. Mihi verior est militaris Seruij Tullij disciplina, qui à XVII. anno vsque ad quadragesimū sextum armis exerceri Romanos iusserit, mox ceu emeritos sacramento solui, In Gallia tamen tradit C. Cæsar Camulogenum Aulercum vlla excusatione quamuis confectę ætatis esset vti voluisse, & pro terræ Galliæ libertate aduersus Roma- D nos exercitum ductasse. Hircius quoq; commemorat Vertiscum Remorum principem perfectū equitum, qui cùm propter ætatem vix equo posset vti, tamen consuetudine Gallorum, neque ætatis excusatione in suscipienda præfectura vsus fuit, neque dimicari sine se patiebatur. Homerus vt à munere rei manu gerendæ vacationem senibus præstat, ita à castris non esse summouendos videtur arbitrari, quòd ceteros oratione incitare possint, & consilio iuuare, carminibus hunc in E sensum:

Vcalegon Sceas simul Antenorq; sedebant
Ad portas, consulti ambo, populisq; verendi,
Ob senium belli immunes: sed vterq; disertus
Eloquio, quales argutæ æstate cicadæ
Per nemus insessa dant dulcia carmina quercu.

Quod & idem poeta in Nestore ostendit. Et illa quoq; imparitas in animaduersione esse debet, Quid si claudus vel luscus. cùm† prouocatus claudus vel oculo captus est, 3 F vel alio mancus membro: debet enim prouocās & ipse pede claudicare, vel cocles fieri, instarque perduellis sui debilitari. Fueruntque qui se rei militaris peritos asserentes arbitrarentur, Cyclopis prouocatori non satis esse si laną ob alterum oculum gerat, sed eruendum sibi omnino oculum. non enim æquæ conditionis esset, cùm altero amisso, alter illi superesset, prouocato autem nullus. Quæ sententia videtur mihi sanè quā ridicula, & nō illi absimilis, quā quādoq; in

facto

facto vidimus reprobari. Crassus quidam & ventriosus vadimonio cum pumiceo & macro contendebat, seque illum cursu præuorsurum asseuerabat, dum æquali meta pariq; lâce omnia peragerentur. Deposito pignore petebat ventriosus, vt sicco tantùm ponderis annecteretur, quantò ipse propter abdomen illo grauior esset. Contrà siccus ventriosum inedia & fame ita macerâdum aiebat, vt subductiore aqualiculo leuior factus, æquali lance secum contendere posset. A Sunt enim hæc nimiæ subtilitatis, & in lege duodecim tabularum, qua talio permittebatur, consensu doctiorum tacito vsu abolita, vt eleganter apud Aul. Gellium Cæcius Iurisconsultus disputat. Expeditiùs itaque putauerim, vt si prouocator ipse † captus oculo sit, sibi imputet, qui integrum hominẽ compellauerit, præuidereque debuit posse ꝓuocatum cassidem eligere vtro maluerit oculo obtusam. Nec enim prouocantis vitium prouocato obesse debet, quin arbitratu suo B eligat. Quòd si prouocatus ipse tali vitio laboret, habebit vnde se propter imbecillitatem excuset, cùm id iuris sibi competat: alioquin & ipse sibi imputet, qui certamen detrectare noluerit. Cùm verò per alium aliquis pugnare potest, tunc æqualitas magis requiri solet. Et si prouocatus alium optionem quàm luscum non reperiat, prouocans non nisi habitu lusci pugnabit: idq; aliquibus visum, & legi Longobardæ consentaneum est.

CAP. XXX.

Quid in imparibus propter nobilitatem.

SVMMÆ.

1 *Nobilis prouocabilis.*
4 *Hominum genera.*

2 DE æqualitate † quoque dignitatis frequentissima altercatio est, cũ prouocatus idcirco in pugna tergiuersari se posse arbitratur, quia prouocator gradu dignitatis inferior sit. quam excusationem fuerunt pleriq; qui non admitterent. Cuius sententiæ vir militaris disciplinæ prudentissimus Ioannes Iacobus Triuultius fuit, qui cùm magister militum Francisci Regis esset, exceptionem hãc in quodam vexillifero cataphractorum reiecit, cui gregarius pedes, vt secum armis congrederetur, diem dixerat. Cùm enim & ille in albo militum nomen dedisset, nobilis existimandus erat: 2 quoniam ex militia oritur † nobilitas. Ponè in prælio manu captum aliquẽ ab eo regem, nónne iure belli eius militis tametsi mercenarij Rex dedititius erit? Qui igitur cum rege pugnare potest, & cum præfecto inferiore pugnabit. Adde, 3 quòd cùm duellum † probationis sit species, qua quis causam suam suorúmue nititur probare iustam esse, sicut à iudicio ciuili prætextu huius inæqualitatis non repelleretur, ita nec ab hoc certamine, cui Deus præsider, repellendus est: apud Deũ enim pari iure omnes agunt. Nam & si vulgò præscriptionem hanc admitteremus, rarò singulari certamini locus esset, cũ reperiantur pauci omnino æquales. Siquidem † hominum alij 4 sunt honesti, qui honoribus & dignitatib. à principibus collatis præcellunt: alij generosi, quos patris, aui, progenitorumq; suorũ stemmata, & imagines insigniores faciunt: alij sunt nobiles, quos fama virtutis illustres per ora hominum effecit; vnde quòd cognoscantur, nobiles dicti. Apud Plautum enim, cæterosque antiquiores, pro noto nobilis accipitur. Igitur vix erit aliquem reperire, qui omnino triplici hac nobilitate riuali suo respondeat. Quod cùm ita sit, satius est odiosam hanc & scrupulosam exceptionẽ reijcere, & in armorum iudicio eum nobilissimum ducere, qui maiores spiritus in perduellem sumpserit. Quid enim ad pugnatorem Plancus facier, tumens (vt ille inquit) alto Drusorum sanguine? nam & in iudicio clypei Achillei, Vlysses. Et gen⁹ (inquit) & proauos, & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco. Iuuenalis quoque, Nobilitas vera est, atque vnica virtus. Arbitror itaque veram Triuultij sententiam, quæ tamen in quibusdam casibus temperanda sit.

CAP. XXXI.

Quid, si is prouocetur, cui iure naturali vel ciuili honor debeatur.

SVMMÆ.

1 *Prouocandi non sunt honorandi.*
4 *Magistratus non prouocandi.*

ET in primis qui ex edicto prætoris in ius sine venia vocari non potest, multò minus prouocari in duellũ poterit. Quapropter hi, quibus naturali æquitate honorem præstare debemus, à nobis minimè in stadium sunt trahẽdi. Non solùm igitur † parentes & patronos non 1 prouocabimus, sed nec clienti beneficiario, † 2 quem vasallum vocant, nec subdito dominũ in pugnam arcessere fas erit. Eum quoq; à quo quis in armis eruditus fuerit, nefas est in id periculũ trahere, cùm magistro non minor reuerentia quàm patri debeatur [a]. Priuignus † quoque vi- 3 tricum hac in causa non lacesset, quoniam & is a l. medicos C. ab eo obseruari debet, nec ei fas est matris suæ D de prof. li. x. maritum in necis periculum trahere. Quapropter [b] nec auunculum in id discrimen adiget: nã b l. j. C. de ius voc. & hoc veteribus Græcis approbatum est, dum Meleagrum fabulati sunt materno titione extinctum, quod auunculos trucidasset. Vacationem certandi & hi habent qui propter magnos honores [c] in obseruatione subditorum esse debent †, 4 quales sunt consul, præfectus, prætor, proconsul, c l. j ff. eod. & cæteri magistratus qui imperium & coercitionẽ habent, & iubere in carcerem duci possunt. E Quorum exemplo nostra tempestate Potestates vrbium non prouocabuntur, nec duces exercituum, nec tribuni militũ, quos Columellas: nec cohortium præfecti, quos Capitaneos vulgò vocamus. Vexilliferi verò, & metatores, quo Forerios dicunt, id iuris non habent, cùm iuris dicendi auctoritas nulla eis concessa sit. Non ita est in præfecto castrorum, & is enim coercitionem habet, & à principe constituitur: nam & codicillares hasce dignitates principes quoties designãt, F honores illi consuetos, & prærogatiuæ ius concedunt. Quare non temerè aliqua illis nota ab his inurẽda est qui, eiusdem imperij sunt eidem que regi subijciuntur. Generaliter quoque illud sciendum est, cùm magna sit & manifesta imparitas, huic exceptioni locum esse. Nam cùm hostes à verbo antiquo hostire dicti sint, quod equare significat, unde & hostimentum æquatio est: non videtur ferendum, vt is qui apertissimè impar est, maiorẽ prouocet. Tranquillus auctor est, cùm

cùm scortorum impudicorumque testimonia aduersus equitem Romanum à Claudio Imper. reciperentur, adeò eum indignatum, vt in faciem illi pugillaria, calamariamq; thecam cum magno stultitiæ opprobrio obiiceret. Quapropter si quisquam tametsi in priuata fortuna generosus, Ducem vel Marchionem lacesseret, propter euidentem inæqualitatem arbitror ꝓu maiora conditione sua audentem esse repellẽdum.

CAP. XXXII.

Dignitates nostri temporis.

SVMMÆ.

1 *Dignitatum series. & prælatio. 7.*
2 *Francorum ortus.*
3 *Reges post vnctionem & coronationem gerant.*
4 *Ducum quidam coronati: quidam non item.*
6 *Baronum etymon & potestas.*

1 Imperator. Rex Franciæ. DIGNITATVM autem nostri † temporis varij sunt gradus, quarum maximus est Imperatoris, qui priusquam corona insignitus fuerit, Rex Romanorum simpliciter dicitur. Eodem gradu Francorum est Rex, qui nullo tempore Cæsari fasces suos summisit, nec nunc eius maiestatem obseruat. Cuius rei has 2 adducunt rationes. Nam si vetera repetamus, Franci. Franci † ipsi primum à Sarmatis in Germaniam descenderunt, qua manu capta, Romano quoque Imperio à Gothis oppresso, in Galliam fœdere cum Rõ. legionib. quæ prò Rheno adstabant percusso transiêre, sedesque sibi manu captas iure gentium constituêre. Demum post lõga temporum interualla Clothario, seu, vt quidam malunt, Theudiberto Regi cum Iustiniano conuentum fuit (ne Gothis quos Italia pellere Cæsar decreuerat) Francorum arma auxilio essent; vt æquo fœdere alter erga alterum ageret, nihilque prorsus Imperatori Rom. iuris in terra Gallia esset: cuius rei Procopius est auctor. Quod si recentiora respiciamus, cùm Gregorij v. Pontificis cõstitutione à Francis in Germanos translatus fuit Rom. Imperij titulus, nõ est verisimile id actum vt Francus, cui potius is honos ceu gentilitius debebatur, ipsi Germano subiiceretur. Satis enim est si Gregoriana illa E constitutione tantummodo ablatum Franco dignitatis titulum interpretemur, cùm riuali suo eum subiici iniquum fuisset: nec Pontificum leges alienum ius soleant imminuere, maximè cùm quicquid humanis constitutionibus sanctum sit, diuino iure Francus plurimum polleat. Iniungitur enim oleo diuinitus (si vera est fama) cœlo demisso. His proximi sunt cæteri Reges † 3 Reges. quorum aliqui à pontifice Romano inunguntur, vt Anglus, Siculus, Hierosolymitanus. Tũmque demum administrationem adepti creduntur, cùm aurea corona insigniti sunt: succesitque hæc loco diadematis, hoc est, fasciæ lineæ, F qua caput vereres reges cingebant. Post hos gradu † sequenti sunt Duces, quorum aliqui regali 4 Duces. potestate decorati sunt, vt Mediolanenses, & Pannoniæ superioris, quàm Austriam vocant, itémque Burgundus: atque ideo gentilitiis insignibus coronam ferre ius illis est. Aliqui non sunt, vt quos Rom. pontifices in Vmbria, Piceno, a- liisque Italiæ locis quandoque constituerunt. Hi cùm Pontifici deferre teneantur, nec soluti legibus sint, non coronam, sed birrum ostentant. Ponè hos procedunt Marchiones, nomen Germanicum, quod perinde valet, ac si magistrum † 5 Marchiones. equitum dicas: quoniam Marcam illi equũ dicunt. Vnde Marcomani, equitatu pollentes populi: & Maroboduus Rex, cui corpus instar equi A erat. Nam & triplicem equitum ordinem, trimarciſiam à Celtis, qui in Brenni exercitu erat, dictam, Pausanias est auctor. Marcare quoque vulgari idiomate Franci etiamnum, id est, equitare, vlurpant. Sequũtur Comites, sic dicti, quòd Comites. ex comitatu Cæsaris ad regendam aliquam prouinciam, vel eius partem mittebantur. Sed hæ dignitates, Ducum, Marchionum, Comitũ, quæ Carolo Magnõ eiusque liberis rerum potientibus, his conferebantur qui principis ipsius nomine administrabant, mox sub Germanis Cæ- B saribus in proprij iuris titulum transire cœperunt. His inferiores vulgò habentur † quos Ba- Barones. rones vocant, sic à grauitate, Græca deriuatione 6 dicti. In Latino sermone ea vox nulla est, nisi quòd in vetustis spectationibus pro cognomine plerunque accipitur. Nam qui apud M. Cic. in epistolis ad Atticum reperisse id nomen profitẽtur, docere non poterunt eo in loco hac de dignitate quicquam agi. Baldus [a] inter r Iureconsultos nostrates primi nominis, hac dignitate o- a Bald. c. inno- mnes illustrati censuit, quibus à principe castrũ C tuit. de elect. seu oppidum aliquod cum mero & mixto imperio concessum est. Sed nobis alia est sententia, qui sciamus & in Germania, & in Gallia solùm Barones dici, quibus super oppidorum iurisdictionem hæc dignitas specialiter concessa est. Sunt & Capitanei, sic Italo sermone dicti, quos Capitanei. Franci Vassos, Vasallos, Valuasores vocant: vt Vassali. inde appareat Sarmaticam vocem esse, à Saliis orram, qui Francorum progenitores fuêre. Vnde & lex Salica sumpsit appellationem. Sunt hi D quibus merum, & mixtum imperium in pago aliquo concessum est citra maioris alicuius dignitatis indulgentiam, beneficiarij scilicet principum clientes. Et cùm in iure nostro ex recentiorum traditione quatuor sint dignitatum gradus † superilllustres, illustres, spectabiles, clarissimi: in his ita distingui soler, vt Rom. pontifex, 7 itemque Augustus ipse Imperator superillustres habeantur: quo in numero & Francorum Regẽ collocandum censeo, cùm Imperatoris fastigiũ æquet, eique in regno suo obseruantiam nullam E præstet. Cæteri verò Reges illustres sint: quo in gradu & eos Duces constituendos arbitror, qui regali potestate præfulgent, & legibus soluti sunt, nec ex facto Cæsaris potentiam formidãt, vt Mediolanensis, Austriacus, Burgundus, Britannus qui & Brito est. Speciosi existimantur alij Duces, itemque Marchiones & Comites, & quos quidam Principes vocant, dum tamen ab F ipso Cæsare dignitatem suam acceperint: nam quos inferioris loci Principes constituerunt, in proximum gradum reiiciendi sunt. Clarissimi, Comites sunt à Ducibus facti, & Barones & Valuasores, idq; genus pagani reguli. Illud cõstat, qui sordidè, & illiberaliter, & absque armorum cultu æuum degunt, vel fortunis lapsi sunt, hisce dignitatum gradibus deiectos esse censeri. Quapropter cùm in Boiis & Liguribus plerique sint Marchionis vel Baronis titulum sibi arrogãtes, vitæ genere moribusq; ab agrestibus parum dif-

ferentes, hos pro ignobilibus habendos existi-
mauerim. Sed omnino hac in re multum con-
suetudini tribuendum, quæ plerunque non ea-
dem vbique est. Quapropter in Gallia Marchio-
nibus præferuntur Comites. Plurimùm verò
principalis ipsa concesio pollet: siquidem om-
nes dignitates ex supremi ipsius principis arbi-
trio pendent, qui si velit, ea dignitate Baronem
ornare potest, vt Comitibus anteponatur, ni-
hilique eam vulgarem sententiam facere, qua
tradiderunt aliqui Comitem esse qui decẽ Mar-
chionibus, Marchionem qui decem Baronibus,
Baronem qui decem Capitaneis præsit. Inspi-
ciendi itaque sunt dignitatum codicilli, & ex
his diiudicandum vter vtri præferendus sit.

CAP. XXXIII.

Quid, si maior ab inferiore prouocatur.

SVMMÆ.

1 *Illustris ex causa prouocabilis.*

HIC igitur videndum, si maior ali-
quis ab inferioris subsellij viro, vt
si Dux à Comite prouocatus fue-
rit, an iure pugnam detrectaturus
sit. qua in controuersia videntur
nobis quot capita, tot esse sententiæ. Qui vul-
gari Lemouicum sermone, rhythmisque de mo
nomachia conscripsit, non posse certamen de-
trectari asserit. quam in sententiam accessisse vi-
detur Triuultius. Contrà, qui Longobardorum
constitutiones interpretati sunt, existimauêre:
quoniam ea lege æqualitas requiritur, cautum-
que disertè in ea est, vt ab inferiore prouocatus
Comes, per optionem pugnare possit: quod
quid attinebat facere, nisi lex huiusmodi nobi-
1 liorum prouocatores arceret? † Paris Neapolita-
nus distinguit, vt si quis à quatuor progenito-
rum serie, hoc est, ab auo vsque sit nobilis, quẽ-
cunque etiam Ducem prouocare possit, dum si-
bi illatam iniuriam vltum eat: quoniam is pro-
pter contumeliam inferẽtis delictum ab eo pro
legitimo pugnatore approbatus, habilisque fa-
ctus censetur, alioquin cum eo congredi nõ pos-
sit. Verùm hæc sententia iure nostro probabilis
omnino non est, cùm offensor non magis argui
possit in duello prouocatum contumelia appro
basse, quàm in iudicio: præsertim cùm illustres
personæ iure nostro in criminali iniuriarum[a] iu-
dicio per procuratorẽ causam suscipere possint.
His accedit, quòd duellũ pro veritate eruenda
loco cuiusdã quæstionis & torturæ inuẽtum est.
At aduersus illustres[b] cæterosq; etiã clarissimos
nullus quæstioni est locus. Meritò igitur ego a-
liter pronuntiandum arbitror. Cùm enim inter
ipsos dignitatũ gradus etiam aliquis sit ordo, eũ,
qui in gradu eodẽ sit, licet inferioris ordinis, ar-
bitror repelli à duello nõ posse. Quapropter Co
mes à Marchione vel Duce nõ refutabitur. om-
nes enim spectabiles sunt. Si verò inferiore gra-
du sit, propter imparitatẽ putarẽ posse recusari.
Nec enim Valuasori vel Baroni negotiũ magnis
Marchionibus facere concedendũ videt̃. Ei verò
qui abusq; abauis sit nobilis, & in armis ętatẽ e-
gerit, satis putarẽ permittendũ, vt cũ clarissimis
cõgredi posset. Cũ enim illorũ vltimꝰ sit gradus,
cũ & modica sit inęqualitas, hęc exceptio nõ om
nino locũ sibi vẽdicat. hacq; in re Paridẽ sequor.

a l. fi. C. de iniur.
b l. seueram. C. de dign.

CAP. XXXIIII.

An Rex Imperatorem prouocare possit.

SVMMÆ.

1 *Imperatorem prouocat Rex.*
2 *Regem prouocat alter non coronatus.*
3 *Dux à Comite prouocabilis.*
A 4 *Aulicorum genera.*
5 *Miles rusticus nobilem prouocat: ex caussis contrà.*

ET ex his † quæ suprà attigimus, pos-
sunt aliquæ controuersiæ finiri, qua- 1
lis illa, An liceat Regi Imperatorem
in regni ambiguitate prouocare? Et si
huiusmodi sit Rex, qui imperio Romano nõ sub-
sit, Cęsareisq; legibus sit omnino solutus, licere
arbitror: atque ita pleriq; sentiunt. Sed an † Rex 2
B coronatus ab eo prouocari poterit, qui nulla co-
rona insignitus sit? Et in facto dubitatum hac in
quæstione fuit. Cùm Renatus Andegauensis Al-
phonso prouocationis causa sanguineam chiro-
thecam de regno Siciliæ belligerans misisset, du
plexq; adducebatur exceptio: altera, quòd Rena
tus corona illustratus erat, Alphonsus non erat:
altera, quòd Renatus possidebat, Alphonsus ti-
tulótenus regium decus habebat: sed tamen iu-
stam denuntiationem fuisse autoritate pruden-
C tium receptum fuit, cùm corona dignitatem nõ
augeat, & possessio per Renatum apprǽhensa,
ius dominij, quod ad se pertinere Alphõsus af-
firmabat, deterius non efficeret. Sed an Comes † 3
qui nemini prorsus obtemperat, & loco supre-
mi principis habetur, possit Ducem prouocare?
Et si in longa huiusce iuris possessione iam fue-
rit, arbitrarer id iuris illi cõpetere: alioquin qui
de facto se exemit, & sui ipsiꝰ quoddã quasi furtũ
prĩcipi suo fecit, nõ ideo melioris erit cõditiõis.
D Sed † quid in his censendum, qui in aula pala- 4
tina variis fungũtur muneribus? quales sunt pręfectus prætorio, quem Franci Magnum Conesta
bilem vocant: Magistri militum, quos Marescial
los: Primicerius cubiculi, quem Magnum Came
rarium: Protospatharius, quem Magnum scutife
rum ipsi nuncupant. Et cùm iure nostro defini-
tum sit quibus quisque dignitatum gradibus[c] e-
mineat, ex prędicta distinctione decidendum e-
rit. Quid si miles † origine rusticus, nobilem qui 5
E tamen nullo dignitatis gradu honestatus sit, pro
uocet? Et si adhuc sacramento solutus non sit,
nulla est nobilis certamen deprecantis excusa-
tio: quandoquidem quod ipse ex progenitorum
sanguine consecutus est, miles propria virtute
partum habet. Militia enim hominem nobili-
tat, & fortissimi ex rusticis milites oriuntur, vt
Fl. Vegetius scribit. Cuius rei apud veteres cla-
rissimum exemplum in C. Mario fuit. Ex recen
tioribus Catamelata, Nicolaus Picininus, & ple
F rique alij ab aratro ad arma feliciter transiêre. Si
verò miles sacramento solutus est, & honestam
missionem habuit, idem iuris arbitror: consequi
tur enim veteranorum priuilegia. Quòd si mis-
sus est quia amplius respublica eius opera pro-
pter confectam pacem vel alia de causa non in-
digeret, nõ certabit, nisi saltẽ per decenniũ[d] mi-
litasse probetur. Qui enim decennio cum laude
virtuti alicui operã dederit, nobilitatem acqui-
rit. Atque ita etiam Paridi visum est, cuius sen-
tentiam nos probabilem hac in re arbitramur.

Quid de Palatinis.
c Docto. in l. j. de offic. eius cui mand.
d Bar. l. quotiẽs de digni. libro duodecimo.

CAP.

CAP. XXXV.

Quando liceat dare campionem.

SVMMÆ.

1 *Optionem ex caussis suffici: ex caussis reiici. 4.*
2 *Feudum, deserta fide, amitti.*
3 *Optionis victi incommoda.*

1 CVM superiùs † plures à nobis casus
adnotati sint, quibus licitè prouoca-
tus certamen detrectat, dubitari veri-
similiter potest, nunquid per alium
saltem tutelam sui procurabit, & quod vulgò di-
cunt campionem dabit? Et in lege Longobarda
probatur, quoties ad duellum prouocatus im-
peditum se iusta ex causa allegat, vel imparem
sibi prouocatorem verè affirmat, teneri eum vi-
carij auxilio vti, ne alioqui pugna differatur, &
delicta impunè perpetrata videantur. Erit autẽ
optio is aduersario secum colluctanti æqualis,
nec vlla aspersus infamia, nec qui aliàs in stadio
victus fuerit: iurabitque se arbitrari eum mili-
tem cuius accensus est, iustam causam fouere.
Fuerunt & qui ita opinarentur, eum qui ob fa-
cinus aliquod criminis (quod mortale vocant)
erga Deum reus est, refelli posse. Cuius opinio-
nis illud fortissimum videtur argumentũ, quòd
2 beneficiarium clientem †, qui ob concessam fi-
dei causa iurisdictionem, patrono in bello sup-
petias ferre debet, licitè patronus si apostates,
id est, desertor fidei fuerit, iure concesso priuat:
quia meritò eum in bello socium auersari po-
test[a], qui tanti sceleris reus est, ne propter ma-
lum commilitonem quicquam mali & ipse pa-
tiatur. Sed ego non video quomodo id in ali-
quo vsu esse possit, cùm qui eum eligit spontè
id fecerit, & à nemine coactus sit optare crimi-
nosum. Is verò aduersus quem pugnaturus est,
hoc obiicere non potest quod sibi profuturum
est: etenim delectari debet eum potissimum ad-
uersus se in campum prodire, qui diis immorta-
libus odio sit, & quem ipse speret superorũ vl-
tionem non euitaturum. Satis ergo esse debuit,
si aliquã labe infamis apud graues viros is optio
non sit, mortalium peccatorũ cognitione Theo
3 logis relicta. Sanè si † in prælio victus optio fue-
rit, seque dederit, dedititium dominum faciet:
si non se dederit, sed intentionem perduellis ve
ram esse armis compulsus dixerit, pro victo &
confesso dominus habebitur. Et hęc quidem le-
ge Longobarda, & Federici apud Siculos con-
stitutione obseruantur. At qui his legibus soluti
sunt, aliter, vt arbitror, constituent. Neque enim
cui iure dilatoria exceptio competit, per procu-
ratorem litigare cogitur: & iustè timebit prouo
catus salutem honoremque suum alienis mani-
4 bus credere. Quòd si quoties † de crimine pu-
blico agitur, in causa procurator non admitti-
tur, quia dominus ipse diligentius rem suam tu-
taturus præsumitur: quanto magis hac in spe-
cie idem dicendum est, cùm longè grauius pe-
riculum alterutri in duellis immineat? Putarim
itaque iure nostro neminem inuitum compelli
vt per alium ferro decernat. Quo fit vt operæ-
pretium non arbitrer hîc omnes eos casus enu-
merare, quibus Longobardorum sanctionibus
per campionem (vt ipsi dicunt) pugnare fas est,
cùm eorum leges translato regno abrogatæ, &
contrario hominum vsu sint abolitę.

a Iser. c. qui clericus. si vasall. feud. pri.

CAP. XXXVI.

Quid si procurator vim paret inobseruatis exceptionibus.

SVMMÆ.

1 *Vim metuens iudicem adeat.*
A 2 *Cautionis ob metum forma.*
3 *Prouocator ex causa interim necandus.*

ET hæc quidem hactenus de his exce-
ptionibus dicta sunt, quæ prouocan-
tem à singulari certamine repellunt.
Verumenimuero aliqui quando-
que reperiuntur ita malis furiis acti, vt hasce ex-
ceptiones non audiant, sed his reiectis ferrum
B præparent, & vim illaturos comminentur. Quo
modo igitur hoc casu securitati consuletur? Et
suprà[b] docuimus † quemadmodũ militari mo- 1
re agendum sit. Iure autem ciuili arbitror pro-
uocatum rectè atque ordine facturum, si iudi-
cem adierit, & eius officio sibi prouideri postu-
lauerit. Quoties enim quisquam sibi vim fieri
metuit, iudicis officio conuenit, vt eum de cu-
ius impotentia sæuoque animo † querimoniam 2
audiuit, pignoribus vel fideiussione ad cautio-
C nem compellat, per se non fieri directè vel obi-
ter, quo minus actor agere vbique tutè possit, e-
úmque se nullo modo inquietaturum. Nec hoc
casu propter præiudicij grauitatem sufficere
promissionem tametsi iuratam existimarẽ. Nec
refert cuius culpa rixæ ortæ sint, aut vnde me-
tus causa emanauerit: semper enim cauendum
est, ne vis cuiquam fiat, dum tamen concussio
hæc & terror probabilem habeant dubitatio-
nem. Quòd si ille nullo modo cauere velit, ca-
D ptisque pignoribus in pertinacia persistat, fami-
liam iudex idoneam metuenti concedet, quæ
concussoris expensis alatur, aduersusque hosce
Thrasones dominum defendat. Idem arbitra-
rer constituendum[c], si propter immensam hu-
ius temeritatem, non esse cautionis fragilitati
credendum, iudici sederit. Sed finge concusso-
rem † hunc huiuscemodi esse vt iudiciaria actio 3
aduersus eum inanis sit: siue quia adeò pauper
sit vt nihil ab eo possit exigi, siue quia adeò fa-
E ctiosus, vt ipsis quoque magistratibus formida-
bilis esset, licebitne prouocato capta occasione
eum neci dedêre? Et dubium non est, nobis iure
gentium vim vi repellere concessum, & pro sui
tutela, seruato tamen defensionis moderamine,
perduellem occidere fas esse[d]. Idque non solum
obseruari, cùm de vita tuenda agitur, itemque
rebus, sed etiam si de fama aut existimatione, cu
ius causa apud seueros homines haudquaquam
vita ipsa leuior censetur. Quòd si modum ex-
F cessisse quisquam proponatur, non de homici-
dio, sed de modi excessu iudicis arbitratu solùm
puniendus erit. Quapropter si prouocatus iusto
timore affectus dum occidi timet, occupauerit,
huiusmodique seditiosum hominem legibus pa
rêre recusantem occiderit, detrectatoremq; ho-
noris sui sic vltus fuerit, lege Cornelia de sica-
riis minimè coercendum arbitrarer: solumque
propter excessum vltionis modum aliqua
leuiore pœna, vt temporario
exilio plecten-
dum[e].

b suprà c. xiij.
c Iason. l. si super C. de transact.
d l. vt vim. de iusti. & iure.
e Bal. l. j. C. quãdo lic. sin. iud.

CAP. XXXVII.

Diuinatio vter sit futurus victor.

SVMMÆ.

1 Victoria magica arte non quærenda.
2 Diuinationum genera.

1 SVPEREST nunc † vt ad ea edocenda progrediamur, quæ vsu venire solent, cùm quis in campum prodire deliberauerit, & manu rem gerere. Solent autem aliqui mathematicos, aliqui onirocriticos, alij physicos, idque genus fatidicos homines consulere, maximusque inde quæstus ab A
2 hisce ærušcatoribus concionibusque conficitur. Et in primis † genethliaci, à Iulio Firmico cæterisque huius professionis auctoribus edocti, B
horam obseruant qua quisque in lucem prodierit, atque inde colligunt vter victor futurus sit. Coniectores somniorum ex Artemidoro, Arnaldo, idque genus scriptoribus, si animal aliquod in somnis visum fuerit, ex modo insultus & defensione apotelesmata & ipsi sua conficiunt: nam (vt Homerus inquit)

καὶ γὰρ τὸ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Refert Cornelius Tacitus Cæcinnam aduersus Germanos certaturum dira quiete territum, in C
somnis Quintilium Varum sanguine oblitum, & palude emersum conspexisse, sed se vocātem manumque intendentem repulisse. Si enim obsecutus fuisset, imminentis calamitatis præsagio locum fecisset. Qui naturalia profitentur, si quis Alectorium lapidem, qui ex ventriculo galli gallinacei oritur, ore continuerit, eum aiunt in duello esse insuperabilem: idque & Marsilius Ficinus probat. Sunt qui putent, quisquis in casside emblema habuerit quod Arietis sigillū D
appellant, inuictum fore. Sunt & alij qui herbis hanc virtutem tribuant, ex quibus plurimùm Pæonia potest, itemque Artemisia. Herbarij potentissimum amuleti genus esse Hypericon existimant, quam herbam alij sancti Ioannis, alij Perforatam vocant, quidam & Fugam dæmonum, quòd ad carminum vim amoliendam plurimum conferat. Habuerunt & Romani carmina magica, quibus vterque Decius se deuouit, & victoriam de hostibus est consecutus. Habuerūt E
& Tartari Scythæ, cùm vexillum deferrent, cui X. græca litera inscripta erat cùm teterrima imagine, vnde fumus & nebulæ intolerabilisque fœtor exibat: sicque victores Sarmatas, eorumque ducem Henricum II. superarunt, P. S. anno MCCXLI. Habuerunt & Syri, quorum Rex Antiochus hac causa Soter est appellatus, quòd signo vexilli Gallos tum primum in Asiā irruentes fuderit, & suos seruauerit. Sunt qui hæc vt euitent, cùm stadium ingrediuntur, limen saltu F
transiliant quòd opinione multorum receptum sit, magicis artibus cantamina fieri, quibus is teneatur qui limen pede calcauerit, opinor ex P. Maronis Pharmaceutria acceptum:

——Quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnim.

Lege tamen Longobarda aduersus huiusmodi magicas artes adhibitus est modus: siquidem prohibetur pugnaturus suspensas membris herbas, aut alia venena in stadium deferre: debétque à iudicibus vel aduocatis excuti, & si quid huiusmodi repertum: abiici. In superque iureiurādo sancire, nihil se penitus procurasse quod ad maleficas artes pertineat.

CAP. XXXVIII.

Quid agendum vbi in stadium descenderint.

SVMMÆ.

1 Duellis futuri magistri varij.
2 Duelli obseruanda. 4.
3 Gentium Europæ diuersa natura.

QVI in stadium certaturus descendere velit, eum oportet sciomachiæ peritum esse, vt arte & industria imminētes ictus euitare sciat, & ipse hostem ferire. Erantque Tanquam Lanistæ, qui gladiatores suos hanc 1
artem docebant. Erant Chironomi, qui rationem gesticulationis manuum tenebant. Erāt Acrochiristæ, quorum cura fuit summis manibus pedibusque agilitatem corporis ostentare. Debet igitur hos in consilio habere pugnaturus, & armorum exercitio se dedere, fidorumque hominum opera vti, ne quibus armis oblectetur aduersario prodant, indeque ille instructior in campum descendat. Sicut enim † in re militari 2
plurimum ad victoriam confert, hostium consilia explorata habere, & in hoc singularis certaminis genere dicendum est. Sed & non parum prodest naturam, gentem, studia inimici sui agnoscere: quod enim inde iudicium coniecturaque accipitur, haud omnino fallax esse solet. Qui sanguine, bileque abundant etiam si atriore, constantiores in prælia sunt, quales † in vni- 3
uersum ferè sunt Europæ populi ad meridiem vel occasum vergentes: Hispani, Vascones, Salyes, Itali, Græci, quibus pituita dominatur, hi plerunque maiore statura, maioribusque viribus, sed inertes, nisi ira excitentur, vt magna Septentrionis pars: in quibus tamen egregiè strenui sunt, qui montes colunt. Sed omninò artis exercitatio hisque plurima est virtus, & ab ea plerunque naturæ vitia emendantur, vt in pituitosis tarditas & socordia: in his qui bile temperantur, præfestinus impetus: qui ex atra constant, hebetudo ingenij, rusticaque durities: in his quibus sanguis excellit, temeritas & æquo maiores spiritus. Illud quoque in animaduersione esse debet: vt arma induat apta corpori, quæ eum non coarctent. Vt enim nimium laxa quodammodo innatant, ita artus exprimentia statim fatigant, & animam continent: certantemque ferè strangulant. Cognoui strenuos equites dum nimium elegantiæ student, in armis conclusos victoriam è manibus emisisse. Ex quibus vel maximè insignis fuit Hyacinthus Simoneta Mediolanensis Baiardo Gallo congressus, quo tempore primùm Franci in Italiam proruppere, manifestum Sfortiacæ calamitatis, quæ mox subsequuta est, præsagium. Is quoque ad quem armorum † optio pertinet, & illud diligenter debet obseruare, vt arma eligat suis viribus conuenientia, aduersario non æquè idonea. 4
Si enim magnis viribus & procera sit statura, perduellis verò infirmior, sed agilior, optimum illi

illi erit grauiora arma eligere, vel eques cataphractus certare, vel loricatus sinistra ferrea vti, qua manum pusillo hosti inferre facilè possit, eumque manu captum viribus prosternere, ne ille longius progressus arte aliqua eludat. Contrà qui paruo est corpore, poterit armis suis ferruminatos habere pugiones vtrinque ancipites, in fronte scilicet cassidis, vel summa humeralium parte, ne sibi perduellis manum iniiciat, & si fortè apprænsus sit, vt pugionis acumine pectus hostile, caput vibrando perfodiat: nec enim A
consuetudine militari ad armorum genus reprobatum est. Sicut nec procero homini prohibitū est nudo capite decertare, deterioremque inimici pusilli conditionem hoc modo facere. Possem hac in re plura commemorare, quę quoniam ad armorum magistros potius quàm ad Iuris professores pertinent, consultò prætermittenda duxi.

CAP. XXXIX.

Quæ arma possint eligi.

SVMMÆ.

1 Duellium arma. 3.
2 Arcus duelli vetitus, & sagittæ.
4 Ense solo non pugnandum.

DE electione autem armorum frequentissima est altercatio: sed scuta & fustes ex lege Longobarda vt plurimum pręstari debere suprà à nobis dictū est. Verùm ea lex quæ probationis iudicialis causa duellum cōcessit, non adeò extendenda est, vt etiam cùm de honore & vita certatur, locum sibi vendicet. Rectior itaque † est communis [a] omnium consue- 1
tudo, vt ex omni armorum genere optio fieri possit, quę iustis militibus in acie vsui sunt: quo nomine sunt pugiones, gladij, enses, spathæ, clauæ ferreæ, rompheæ, piia, lancea, fuscinæ. Sed an arcus, & sagittæ? Et antiquissimus poetarum Homerus prouocatos ad singulare certamen ab Alexandro Paride Grecos autor est. Qui pardi humeris ferret pellemque arcusque recuruos, Et gladium. Sed cùm ipse prouocator esset, non fuisset iusta Græcorum excusatio, qui iam præuiderant quo teli genere certaturus erat. Tametsi in contrariam sententiam nos id vrgeat, quòd cùm ad manus cum Menelao ventum est, nullum illi sagittarum vsum, sed solius hastæ, idem autor adscribit. Vnde apud nos existimarem id teli genus eligi non posse. Cùm enim Pō- 2
tificum Romanorum [b] constitutionibus †, sagittariorum balistariorumque ars sub anathematis pœna exerceri prohibita sit, non videtur iusta huius teli esse electio. Quod multò magis in fulfurariis hisce sclopis dicendum est, fusilibusque machinis, quas mali dæmones in perniciem humani generis inuenêre. Nam & ita sensisse P. Vergilium credibile est, cùm hac (vt quidam existimant) de causa, pœnam apud inferos luere Salmoneum scripsit:

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.
Demens qui nimbos & non imitabile fulmen,
Aere & cornipedum cursus simularat equorum.

a gl. §. fi. de ali. feud. pat.

b c. j. de sagit.

Lapidibus verò † decertare permissum est. Nam 3
in exercitu antiquorum & funditores erant, & balearici: telique appellatione etiam lapides contineri Iureconsulti arbitrantur. Sed an Pittaci Mitylenæi, qui vnus ex septem sapientibus fuit (ne caligatos tantummodo in monomachiā prodire arbitremur) exemplū approbabimus? Is cum Phrynone Atheniēsium duce certaturus, cui in casside piscis imaguncula erat, rete in stadium detulit, & exclamans se piscem petere, eū reti inuoluit, sicque se extricare nescientem cōfecit. Et sanè putarem id concedendum: licet enim hosti quoquo modo, etiam arte & ingenio, hostem superare. Vocanturq; hæc stratagemata, de quibus apud Græcos diffusissimè Polyænus Macedo scripsit, apud nos Iulianus Frontinus: extantq; vtriusque opera. Si tamen de hoc dubitans aduersarius, aliud quoque sibi rete à principio præstari petierit, audiendum puto, vt ęqualitas armorum seruetur: nec enim dubium hoc B
casu armorū appellatione posse rete ipsum contineri. Quid si inermis, solo ense accinctus †, in 4
campum prouocatus descendat, velitq; hoc potissimum modo ferro decernere? Et iure nō putarim congressum hunc posse recusari. Sed principes, qui campi securitatem promiserunt, rectè facturos arbitror, si eos hoc modo decertare nō permittant, & securitatem aboleant. Extantq; prudentium exempla, qui hunc habitum ceu lenonibus magis quàm strenuis militibus conue- C
nientem reprobârunt. Si qui tamen sciamachiæ peritissimi, artis æmulatione hac forma in stadium descenderint, non censerem summouendos, quòd hi potissimum de corporis agilitate certent, peritiamque artis sic ostentent. Illud omnium opinione receptum est, nobili & generoso viro magis conuenire vt eques, & quidem loricatus congrediatur, quàm mercenariorum peditum more prodeat, cùm equestris militia nostris moribus dignior sit, & in nobilium D
vsu frequentior. Solent autem (si aliter conuentum non sit) in campum omnia geminata arma prouocati deferre, vt eorum quæ ipsi in procinctu elegerint, paria aduersariis per magistros seu aduocatos dari possint.

CAP. XL.

De magistris, aduocatísve duellium, quos Patrinos aduocant. E

SVMMÆ.

1 Duellium patrinorum officium.
2 Duellum ob dissensionem patrinorum respui.

SVNT magistri, seu aduocati perduellium, homines qui in re militari magnam habent opinionem, armorumque scientiam profitentur, F
vulgò, † Patrinos vocamus. Eorum opera ipsis 1
pugnatoribus admodum necessaria est, vt si qua controuersia vel ambiguitas incidat, absque perduellium rixa ipsi inter se definiant, armorum æqualitatem prospiciant, stadium rectè, ne cuiquam fraus sit, constituant, vltro citroque commeent, pugnatorem ante congressum con-

silio instruant, in ipso campo certaturos excu-
riant, ne secum quicquam habeant quod per le-
ges habere minùs liceat : breuiter id hoc in ar-
morum certamine agant, quod in iudiciis pra-
gmatici, aduocatique solent. Et ideo vidi quan-
doque dubitari, cùm inter se hi magistri ob per-
duellium defensionem verbis altercarentur, &
alter alterum in duellum prouocasset, num † li-
2 citè detrectari certamen posset. Et placuit pru-
dentibus viris licitè detrectati posse : imò nec A
quidem volentibus à bono principe campi se-
curitatem concedendam : tum quia publicè in-
terest ex lite lites non conseri, nec ex bellis bel-
la : tum quia hoc modo aduocati munus, quod
liberum & ab omni timore penitus segrega-
tum esse debet, suspensiore manu frigidiusque
exerceretur, dum alter ab altero in pugnam ac-
ciri metueret. His accedit, quòd & iure ciuili
aduersus aduocatum, procuratorem, tutorem,
ff.iij. de re iu- nunquam actio iudicati datur[a] : nec enim fas est
dicata. de suo eos periclitari. Cùm coram Sforcia Me-
diolani duce duo magni nominis Iurisconsulti
Iason, & Curtius in ardua causa patrocinarен-
tur, mirarique se dux dixisset, cur ea in contro-
uersia tanti viri in diuersas irent sententias, cùm
tamen necesse esset alterum iniustam causam
fouere : respondit Curtius, Atqui optimè Dux,
iustissimas ipse partes tueor, sumque vel mille
aureos, nisi ita sit, sponsione vel sacramento de-
positurus. Cui Iason : Cùm duorum aureorum C
honorario conductus operam præstes, audeasque vel mille in iudicij euentum perdere, scirè-
que debeas iure nostro in aduocatos executio-
nem nullam fieri, qui non de suo, sed alieno li-
tigant, satis indicas nullius te iudicij hominem
esse. Et sicut hac in re imprudentiam tuam prin-
cipi notam fecisti, ita ille hinc quoque argumè-
tum fortissimum accipere potest, te nec in prin-
cipali causa, quid iuris sit discernere. Risit dux
aduocatorum hanc altercationem, fassusque D
est nullam in ipsos executionem dari. Ve-
tustissimum autem horum in re militari vsum
Homerus Iliados iij. ostendit, qui cùm Pari-
di Hectorem, Menelao Vlyssem attribuisset,
eos facit

Metiri campum in primis, & dicere fines,
Atque ære insignem in galeam dimittere sortes,
Primus vter rigidam ferro contorqueat hastam.

Mox subdit:

Auertens oculos concussit strenuus Hector
Vt galeam, Paridis sors protinus exiit vrna.

Quo in carmine mirum est, extrahendæ sortis
munus Vlysi potiùs, qui prouocato aderat, à
poena tributum non fuisse, cùm fauorabilior so-
leat esse rei patronus : nisi generalem belli cau-
sam respexisse eum dicamus. Græci enim ho-
rum causa ipsi bellum Troianis indixerant, &
i deo prouocatores erant. Quod & his iungen-
dum arbitror, quæ suprà per quàm scrupu-
losè de prouocatore discernen-
do conscripsi-
mus.

CAP. XLI.

De die pugnæ, & quid si alter serò in campum prodierit.

SVMMÆ.

2 *Duelli diem ad occasum extendi.*
3 *Diei dicti detractum restituendum.*

1 SVM more nostro electio † temporis ad prouocatum pertineat, diem arbi-
tratu suo designabit, qua vterque in
campum descendat. Is est dies natu-
ralis, ab ortu scilicet ad solis occasum. Et licet
aliqui [b] vsque ad stellarum apparitionem † per- b Luc. de Penn.
manendum existiment, tamen receptior est sen- l. j. C. vt ar. vsu-
tentia vt simplicirer occasus expectetur. Et cùm 2 libro xj.
B prouocator tali die per reum eligendo compa-
riturum se promisisse censeatur, nisi aduersa-
rium [c] interim vicerit, quod spoponderat, non c Bal. ca. j. de pa
præstitisse dicitur, meritoque pro victo haben- ce tenenda.
dus, nec tentanda ampliùs erit fortuna. Quan-
tò ergo seriùs in campum prouocator descen-
det, tantò eius conditio deterior erit. Quòd si † 3
prouocatus ipse serò venerit, & ideo prouoca-
tor propter superuenientem noctem duel-
lum non perfecerit, putarem tantùm tem-
C poris illi restituendum, quantum ex facto rei
subtractum fuit [d]. Nec enim quia serò reus ve- d l. ij. ff. si quis
nerit, ideo contumax existimandus, cùm iure cautio.
cautum sit eum qui tardius venerit, iudice ta-
men adhuc è tribunali non digresso, aduersus
condemnationem in integrum restitui. Idém-
que si ante terminum iudex descenderit : nec e-
nim factum illius parti damnosum esse debet [e]. e l. diuus. de in
Et ex his decîdi illa antiqua controuersia po- teg. resti.
test, quæ tali specie contigit. Carolus Siciliæ
D rex Petrum Aragonensem in duellum prouoca-
uerat, conuenerantque vt Burdegalæ in Aqui-
tanis decertarent. Condicta die Carolus in cã-
pum descendit, & vndecima hora cùm sol non-
dum occidisset, desperans fortè perduellem ad-
uenturum, vnà cum campi iudice recessit, ho-
stemque tergiuersantem contumaciæ incusauit.
Eo absente rex Petrus superuenit, pariqué ipse
modo in Carolum inuectus est, victoremque se
asseruit. Dubitatum fuit vtrius causa esset iu-
E stior. Et si iudice adhuc sedente aduentasset,
dubium non erat Carolum ipsum contumaciæ
damnandum, qui occasum solis expectare de-
buit, vt si interim ille venisset, paratus pugnam
iniret, & dirempto successu noctis prælio, aliam
sibi diem restitui curaret. Verùm cùm iudex re-
cessisset, vix est vt culpa Carolo imputari pos-
sit, meritóque alia dies vtrique statuenda erat,
quia facto iudicis impediti fuerant. Sed in præ-
dicto casu cùm alia constituta die Petrus venire
F recusasset, seseque victorem proclamaret, for-
tunamque amplius non periclitaturum, meri-
tò à Martino Romano pontifice dam-
natus, regnoque de quo ambi-
gebatur priuatus
fuit.

CAPVT

CAP. XLII.

Quando stadium ingressi, quid agendum, & de fortuitis casibus.

SVMMÆ.

1 *Duelles ne sint iniurij.*
2 *Duellis ob ventum, solemne ne pugnet.*
3 *Armorum resumptio non expectanda.*
4 *Armis fractis alia non dari nisi ex pacto.*

1 VBI in campum † perduelles vene-
rint, seque *μακρὰν διέστησαν* (quod Ho-
merus inquit) saltu intra stadij li-
men dederint, hoc animaduerte-
re debent, ne alter alterum conui-
ciis incessere incipiat, ne omissa priore querela,
superhac se decertare velle actor asseueret : quod
quamuis, inuito hoste, facere non liceat, onera-
tur tamen aliquo modo fama detrectantis : quod
à nobis suprà diffusiùs relatum est. Illud quoque
2 periti † pugnatores cauere debent, ne ab ea se
parte constituant, qua vento aut soli obnoxij
sint : nam sol protinus oculos hebetat, & visum
eripit, vt hallucinantibus luminibus non pro-
spiciat miles quà mucronis aciem dirigat. Ven-
tus verò aduersus, vires minuit, animam stran-
gulat, hostium contra se missa tela adiuuat, sua
retinet, puluerem ob oculos spargit. Vnde in
militari disciplina hæc maximè prouidenda; hi
quibus curæ fuit, talia literis mandare, præce-
perunt. Si interpugnandum alteri arma † deci-
3 derint, non tenetur hostis eum expectare donec
ea resumat : imò resumentem si ferire potest, id
facere ei concessum est. Idem in eo qui eques
certat. Nam si desultare de equo velit, potest,
dum sciat idem aduersario quoque licere : & si
descendendo vulneratus fuerit, sibi imputan- D
dum. Ipsum verò equum ferire (nisi aliud con-
uenerit) licet : ipse enim potissimum hostis in-
strumentum est. Arma autem è manibus amit-
tere flagitium est, nisi statim virtute bellica tecta
perentur : quod à M. Catonis filio bello Mace-
donico ; summotis vmbone hostibus, cum lau-
de factum T. Liuius est auctor. Si cui verò non
manibus elapsa † sed inter bellandum confracta 4
sint arma, an integra illi alia restituenda sunt? Et
si quicquam in ea re conuentum est, id seruari E
debet. Solent enim equites pacisci vt tot lan-
ceas accipere confringereque possint : idque in
vmbraticis decursionibus (hastiludia vocant)
frequentissimè accidit. Si nihil conuentum est,
alia pugnatori porrigere non licet, sed diuino
iudicio tribuendum, qui hûc casum subire eum
voluit. Si tamen intra stadiũ ab eo alia arma de-
lata sunt, potest ad ea contẽdere, & nisi ab aduer
sario virtute bellica arceatur accipere. Sed inte-
rim vulneratus vel cæsus, legitimè cęsus erit. Hu
ius autẽ duelli is est finis, vt alter vel pereat, vel
dedititiũ se fateatur. Ante id factũ licet alter vi-
deatur superior, tamen propter bellorũ casus
quibus quandoque propiores victis
sunt victores, non dicitur
alter superatus.

Alciati tomus iiij.

CAP. XLIII.

Quatenus in victos sæviendum, & ad quam redemptionis mercedem iure compelli possint.

SVMMÆ.

1 *Victori spolia deberi.*
2 *Victorum varia conditio.*

1 VI deditium se fatebitur, iudicio † 1
diuino victus iniustè dimicasse cen-
sendus erit, intentioque victoris pro
vera habebitur : permissumque est vi-
ctori eius arma, vexilla, ephippia, equos, armil-
las sibi habere. Celebre est in Annalibus Orho-
nis Vicecomitis cum quodam Saraceno in Asia
certamen, quem ille manu captum, confossum- B
que, galeæ ornamento priuauit, idque gentili-
tiis insignibus suis addidit : hoc est vipera, vix na-
tum, & adhuc madentem sanguine infantem o-
re euomens, ab Alexandro nimirum Magno ac-
ceptum emblema. Siquidem in eius vetcribus
numismatis idem sigillum reperire est, quo Io-
ue se natum rex ille per ambages ostẽdebat. Et-
enim serpentis forma pluribus Græciæ locis Iu-
piter colebatur : suntque in Asia genera serpen- C
tum, quos ore párere hominum opinione rece-
ptum erat. Sic & rex Siciliæ Carolus cùm Vnga-
riæ regem strauisset, occidissetque, elephantis
caput & pectus ab eo acceptum, gẽtilitiis suis
insignibus adiecit. Hos autem dedititios ser-
uorum loco habere, nefas est : nam & si in custo-
dia retineantur, priuati carceris crimen non mi-
nus in his subitur, quàm in cæteris. Extat & † 2
communis omnibus piis viris obseruatio, ne
Christianum mancipium habeant, sed statim D
mittant manu. Nec pactio huic constitutioni
contraria alicuius est momenti, cùm aduersus
prohibitionem legis sit, bonisque moribus ad-
uersetur, nullusque membrorum suorum sit do-
minus. Quapropter ingentis animi milites pri-
misque nominis, huiusmodi captiuos liberali-
ter habent, & etiam muneribus donatos, sola
virtutis opinione & fama contenti, ab se dimit-
tunt. Quo nomine celeberrimus apud histori-
cos est Philippus Vicecomes Dux Mediolani, E
qui Alphonsum Neapolis regem duosque eius
fratres cum omni Hispana nobilitate maritimo
prælio apud Caietam captos, non vt hostes, sed
ceu hospites & amicos penes se habuit, memo-
rabilique omni quo exemplo honoratos, & mu-
neribus ditatos in regnum dimisit. Quo facto
magnam liberalitatis & clemẽtiæ famam apud
posteros adeptus est : fuitque eorum amicitia
ipsi deinde magno vsui, & lapsus rebus suis sæ-
uienteque fortuna, vnicum Philippus Alphon- F
sum amicum habuit, qui sibi suppetias impigrè
ferret. Alterum est eorum militum genus, quos
potius patresfamil. frugi appellaueris, quàm
magnanimos viros. Hi ab se captiuum dimit-
tere nolunt, nisi redẽptionis pretio, quod Græ-
ci *λύτρον* appellant, percepto. Id hoc colore reci-
piunt, quasi impensas, & perpessa certaminis
causa damna sibi resarciri velint. Et sicut in iudi-
ciariis strophis, omne quod actoris interest, resti
tuere victus compellitur : ita & ipsi laudem victo
riæ suæ ad æstimationem redigunt, pecuniamq;

pro fama paciscuntur. Non ita apud Ennium Pyrrhus Epirotarum rex, cuius de captiuis reddendis illa est præclara sententia:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Non cauponantes bellum, sed belligerantes
Ferro non auro vitam cernamus vterque,
Vósne velit an me regnare hera, quid've ferat fors,
Virtute experiamur: & hoc simul accipe dictum.
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem libertati me parcere certum est:
Dono ducite, dóque volentibus cum magnis diis.

Laudata tantopere à Marco Tullio Cicerone carmina, vt quæ regalem & Aeacidarum genere dignam sententiam contineant. Quamuis antiquissimis Græcorum non idem obseruatum auctor sit Homerus, cùm Chrysem sacerdotem inducit ἀπερείσια ἄποινα ad Agamemnonem deferre vt filiam liberet. Sed & apud eum Priamus vt exanime Hectoris corpus luat,

Bissenos mollesq; peplos, totidemq; tapetas,
Et tenues totidem contextu simplice chlænas,
Bissenas tunicas, bissenaq; pallia & auri
Magna decem statuit secum deferre talenta.

Et quæ sequuntur. Tertium famosissimumque eorum genus est, qui cùm hoc contenti nõ sint, captiuum castigationibus illiberalibus malè habent, vt quantam maximam pecuniam conflare posit, exigant, patrimonio facultatibusq; eius inhiant, plerunque & aliis hominem certo pretio vendunt, qui ipsi maiora deinde extorquet. Quę omnia aduersus leges & plebiscita fieri dubium non est: siquidem debet captiuus, qui iure nostro liber est, pro conditionis suæ modo indulgenter & munificè haberi & ad magistros militum pertinet eorum sæuitiam & duritiam coercere, qui contra ius gentium captum hominem indignis muneribus affligunt [a]. Nam & de hominibus negotia exercere, eosque venales habere, non militis, sed mangonis est. Qui verò huiusmodi emit, si auaritiæ [b] causa id faciat, non minus quàm plagiarius est puniendus, arbitraque legis Fabiæ pœnam vtiliter in hos exercẽdam. Nam si iure nostro cautum est, eum cui fidei commissariã libertas relicta est alienari non posse, ne duriori subiiciatur seruituti [c] quantò magis idem in hisce captiuis est fatendum, qui nec libertatem amittunt [d], nec vlli seruitutis speciei alligare se potuerunt?

a Salic. l. apud. C. de capt.
b l. j. C. de epis. audien.
c l. inuitus. C. de fid. libert.
d l. generaliter. eod. titi.

CAP. XLIIII.

Quibus casibus non obseruanda promissio.

SVMMÆ.

1 *Promissis in casibus non standum.*

SED finge, sub fide vel etiam obsidibus datis, dimissum captiuum, qui victoris arbitratu reuersurum se spopõderat, accersiri, an indistinctè reuerti teneatur? Et constat eum, qui obsides habere voluit, non ideo minus fidem promissoris sequi, cùm pro maiore cautione præstari soleant. Et erunt fortè qui M. Attilij Reguli exemplo adducti, reuerti eum debere adseuerent: & proculdubio in vniuersum ita obseruandum nemo dubitat: non tamen id perpetuum est, sed aliquot casus reperire est, quibus à promissione recedere licet. Primus est, cum † quis iniustè captus est
1 ab his, quibus cum ius belli non est: huiusmodi enim hominem qui contra ius, & fas belligerat, non secùs ac piratam & communem omniũ pestem decipere permissum est. Quapropter siquis ab his militibus capiatur, qui non publicis stipẽdiis, sed latrociniis & furtis & pauperum sanguine alantur [e], qualis olim erant militares Agarenorum turmæ, iustè illi, spreto iureiurando, non redire permissum est: non enim hi milites sunt, sed latrunculi: idque ex Iureconsultis, & Paris puteus probat. Quam sententiam & iij. de Officiis libro M. Tullius elegãter defendit. Neç ad rem facit quòd stipendia sibi à præfectis non præstari allegent, cùm infructuosam potiùs militiam deserere debeant, quàm rapto viuere milites vt in Euangelio dicitur NEMINEM CONCVTIATIS, SED CONTENTI ESTOTE STIPENDIIS VESTRIS. Secundus casus est, cùm captiuus malè à victore habitus est, illeque non simplici redemptionis pretio fuit contentus, sed vlterius victi facultatibus inhiauerit: quod suprà à nobis tractatum est. Quapropter & Homerus, quoniam iustum redemptionis præmium pro Chryseide Agamemnon spreuerat, indignatum Apollinem inducit, nec potuisse placari, nisi postquàm eam deinde patri gratis restituit ἀπριάτην ἀνάποινον, id est, sine pretio & munere aliquo. Cùm enim victor iniquè agit, & alieno patrimonio præter fas insidiatur, licitè fidem illi victus non seruabit. Nec enim obligatorium est, quod contra bonos mores pręstatur iusiurandũ. Quid autem bono viro magis alienum est, quàm hominem liberum dura in custodia habere? plagium committere? auaritiæ operam dare? & id velle extorquere, quod præstare captiuus non possit? Adde quòd ipso iure his casibus meticulosum iusiurandum [f] præsumitur, ideoq; tanquam legitimo consensu deficiat, nullus est momenti. Poterit igitur tum prouerbiali illi versui locus esse,

e Bal. c. in literis de resti. spoliat.
f c. nõ est. de reg. iu. in vj.

ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
Iurata lingua est, mente iuraui nihil.

cuius auctor in Hippolyto coronato Tragœdia grauissimus est Euripides: nec indignum Cicero duxit, quem in Officiis suis à se translatũ approbaret. Tertius casus est, cùm publicè interest ne captiuus fidem seruet. Nam & iusiurandũ aduersus publicam vtilitatem nullum est. Quid enim si tibi arcem promisi meæ tutelæ à patria creditam, quę si in tua potestate traderetur, quotidie ciuium meorũ ceruicibus immineres? Licebit arbitror impunè pacta negligere, & priuata fide contempta, publicæ securitatis curam gerere. Apud sapientes, inquit Cornelius Tacitus, cassa habentur, quæ neque dari, neque accipi salua republica possunt. Nam & in quæstione facti cùm Andegauensis Dux Burgundo iuratus promisisset, quoties ab eo requisitus foret, se bona fide in custodiam reuersurũ, factusque deinde Siculorum Rex esset, censuit Eugenius Pontifex, quique illi in Florentino concilio aderãt, cogi Andegauensem non posse vt fidem seruaret, cùm id aduersus totius Siculorum regni publicam vtilitatem fieret: quare satis esse si id Burgundo numeraretur quod sua interesset, litisque simpliciter ęstimationem persoluẽdam. Nec hac in re M. Attilij exemplum quicquam obest, qui & ipse patriæ vtilitatem etiam propriæ vitæ præposuit.

Quartus casus est, cùm is cui promissio facta est,

est, congregatione Christiana eiectus, à Pontificibusq; abominatus est [a]. Idem si exul, aut quod vulgò dicunt, bannitus sit: huiusmodi enim hominibus nec fides seruanda [b]; nec aliquod præstandum auxilium: atrocitas enim delicti omni eum beneficio exuit [c], publiceque interest huiusmodi viros offendi: & bonus dolus existimatur, his pacta non seruare [d]. Sunt & alij casus, vt cùm ex noua causa quis impeditur, vel iustam timoris excusationem [e] habet, & si qua similia, quæ à doctissimis Iureconsultorum locis suis tradita, hîc congerere consilij mei non est.

a c. domino guer. hic. si. lex Cor.
b l. j. C. vbi sena.
c l. opprimenda rum. C. quando lice. si iud.
d l. j. §. non tantum de dol.
e Gl. clem. pastoralis.

CAP. XLV.

Victor domum qua pompa deducatur, & Diogenis Philosophi, hac in re elegans admonitio.

SVMMÆ.

1 *Victoris in domum reducendi forma.*
2 *Vires comminuentia.*

1 QVI hostem suum † in stadio superauerit, is solet domum cum tibicinibus, & vario cantu, omnique gaudij genere deduci: adeoque apud Græcos is honor magni existimatus est, vt plerosque constet huiusmodi nuntio de filiorum victoria habito, præ lætitia fato functos esse. Non ita Diogenes Cynicus, qui cùm Cicermum è victoria pancratij redeũtem, corona caput ornatum, palmam manu gerentem, sequente gratulantium maxima multitudine conspexisset, Quænam te causa, inquit, supra cæteros offert? Cùm respõdisset se omnes in colluctatione superasse, Agè, inquit Dioge. fortioréśne, an pares, an imbecilliores vicisti? non enim te fortiores sunt, quos superasti: nec pares, cùm tu maior illis inuentus sis. Sequitur ergo, vt qui succubuerint inferiores sint. Atqui & ipse eos qui me debiliores sunt facilimè vincam: nullum enim hoc operęprętium est. Mitte igitur inhonoratum hoc certaminis genus, quo vires tuas † experiris, quæ 2 vel modica ægritudine, vel leui casu, vel saltem senectute quamprimùm comminuentur: & aduersus animi vitia pro virtute contende, atque libidini, gulæ, luxuriæ, ambitioni, superbiæ, castitatem, parsimoniam, exilium, tolerantiam, humanarum rerum contemptum oppone, in hisque fortitudinem animi, & industriam tuam exerceto: sic enim beatus eris, & miseram hanc vitam nihili facies. Quibus auditis Cicermus palmam & coronam abiecit, fautoresque & comites missos fecit, atq; philosophiã secutus est.

Diogenis exemplum.

CONSILIVM IN MATERIA DVELLI, EXCERPTVM EX LIBRIS RESPONSORVM DN. ANDREÆ ALCIATI IVRISCONSVLTI Mediolanensis.

Lib. 5. Resp. 6.

Quæ ratio sit, vt qui mentiri dictus est, non possit honorem suum nisi armis tueri.

Quo modo dignosci possit, quis prouocator, quis item prouocatus sit.

SVMMÆ.

1 *Duellum vetitum, moribus inualuisse.*
2 *Prouocatoris pœna.*
3 *Duellum non nisi ex causis ineundum.*
4 *Prouocans verbosus ne sit.*
5 *Prouocatoris dignoscendi forma.* 6.
7 *Procedi variè.*

DEI OPT. MAX. NOMINE implorato.

CVM contentio atque discordia inter illustres strenuosque militum præfectos Caninium & Fulgosium orta sit, imitabor legem Solonis, cuius Aul. Gellius libr. ij. cap. xij. meminit, & alteri parti adhærebo, quam iustiorem causam habere existimem. Is est illustrissimus princeps Caninius, qui ad singulare certamen per chartulam prouocatus fuit, & qui iudicio meo nõn prouocatoris, sed rei atque defensoris partes sustinet.

In primis itaque sciendum est † monomachiã
1 omnem, seu singulare certamen, omni iure vetitam prohibitamq; esse, idq; non solùm lege ciuili [f], sed etiam pontificia [g]: itemq; exemplo sanctorum virorum, ex quibus Dirimachus auctor fuit legis de gladiatoribus tollendis, ab Imperatoribus Arcadio & Honorio latæ, vt est apud Othonem Frinsingensem libro Historię suę iiij. cap. xix. Extat quoque apud Cassiodorũ Theodorici Gotthorum Italiæq; regis ad Romanos Epistola, qua maximè hũc abusum detestatur. Et vt omittamus periculum vitæ, ad quod non solent strenui viri adeò respicere, qui, vt in carmine est Vergiliano, cupiunt lethum pro laude pacisci, debent saltem animæ suæ rationem ducere, & iram Dei timere, nec se ei casui subiicere, quo morientes sacramentis ecclesiæ priuentur, & tumulum cum canibus communem habeãt [h]. Non potuit tamen id tam efficaciter à legumlatoribus prohiberi, quin inoleuerit consuetudo, vt quibusdam casibus saltem de facto duellũ id exerceatur: etenim de iure dubitandum non est, cõsuetudinem nõ valere [i]. Cùm ergo de facto id exerceri soleat, perinde de huiusmodi corruptela disputabimus, atque si valeret: quia ea quę facto fiunt, quandoque ad causam iuris trahũtur [k]: quod plurimis exemplis ostendere possem, si arbitrarer expedire [l]: Illum non omiserim, etiam si aliàs valeret consuetudo, tamen in casu nostro subesse specialem quoque rationem prohibitionis. Cùm enim vterque tribunus militum sit, atque Francorum regis stipendiis in bello essent, videtur aduersus militarem disciplinam eum agere, qui iniussu imperatoris sui commilitonẽ ad singulare certamẽ prouocat: & ideo † tãquã pa- 2
cis turbator, vel capite puniẽdus est [m], vel saltem & lege nouissima Federici, qui capitaneus sit, xx. auri libris puniendus [n]. Adeò autem exosum id crimen habuerunt veteres, vt nec quidẽ cum hoste congredi militi suo singulari certamine permiserint, nisi consulto prius duce atque

f l. j. C. de glad. li. x. vbi omnes.
g ñ. q. v. monomachiã. c. j. de purg. vulg.
h §. sed si non. de cõsecrat. dist. ij.
i c. ñ. de der. pu. in duel.
k l. mulier. §. j. de condi. instit.
l l. qui habebat. de manũ. test. l. Alex consil. cvij.
m l. si. §. fin. de re mil.
n c. j. de pa. test. in feud.

atque exercitus imperatore. Et ideo apud T. Liuium libro iij. & libro xxiij. nec T. Manilius Torquatus, nec Cl. Asellius aduersus hostem ad monomachiam prius progressi sunt, quàm Dictatorem aut consulem percunctati essent, licerétne extra ordinem in prouocantem hostem pugnare. Audiuiq; ego quandoque regios proceres hoc Italis militibus imputantes, quòd seditiosi inter se & ad iurgia proni, suis monomachiæ chartulis militarem disciplinam peruerterent.
3 Connumerantur† autem à Doctoribus plerique casus, quibus consuetudine admittitur duellum: generaliterque ait Baldus, ex maxima causa permittendum esse [a]: inualuitque consuetudo, vt pro conseruatione honoris sui conceditur hæc prouocatio [b], tanquam maxima sit hæc causa, quæ ad honorem dignitatemq; pertinet [c]: etenim honor ipse vtilitati quoque præponendus videtur [d]. Et licet alia sit in Gallia cōsuetudo, alia in aliis partibus, tamen in Italia id obseruatur, vt si tu mihi aliquod crimen obiicias, egóque responderim te mentiri, possis offerre te armis in stadio id, quod obiecisti probaturum, admittiturque tunc duellum, tanquam probationis cuiusdam species [e], vt sicut in causis criminalibus quando adsunt indicia, deuenitur ad torturam, ita & in istis causis militaribus deueniatur ad duellum, tanquam ad innocentiæ & veritatis experimentum. Et ideo in re clara non solet esse monomachiæ locus [f], quod Baldus non semel tradidit, & ab aliis relatum extat, & nouissimè Decius respondit [g]. Intelligo autem claram, quæ aliter quàm duello possit facilè probari: Et ideo principes, qui securitatem territorij concedunt, non debent eam concedere, si videant facilè rem posse iure legitimo probari: quia hæc probatio per duellum est irrationabilis & extraordinaria, & in subsidium duntaxat admittenda [h]. Putarim tamen hac in re ipsius prouocatoris iuramento standum esse, si affirmauerit aliter se quod intendit probare nō posse [i], ne aliàs semper pateat via prouocato, qua saluo honore suo congressum euitet: quamuis hac in re dissentire videatur Decius. Sed quænam est consuetudinis ratio, vt qui aduersarium mentiri dixerit, nihil vltrà quærat, sed exoneratus sit, honoremque suum saluum habeat, onusque aduersario incumbat ad arma eum prouocandi? Atqui videretur satis esse, si prouocator replicaret, imò tu mentiris [k], cùm omnis iniuria quæ verbis fit, verbis quoque dilui & purgari posse debeat [l]. Et sciendum est legislatorem semper pro innocentia præsumere [m], nec quēquam credi deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat [n]. Qui ergo mihi crimen aliquod obiicit, si verum est, nullam dicitur facere iniuriā [o]: si falsum, facit iniuriam mihi, & ipse delinquit, quia calumniator efficitur [p]. Si ergo ipsi me accusanti respondero, tu mentiris me exonero, & crimen in auctorem reflecto, quia calumniari eum affirmo [q]. Licet autem vnicuique iniustè accusato, accusatori dicere, Tu mentiris [r]: quia non animo iniuriam illi faciendi, sed me defendendi id dici credendum est [s]: & etiam si iniuria aliqua inde oriatur [t], cum ea compensanda est, quam tu mihi crimen obiiciendo feceras, vt verba cùm verbis mutua vice talionem recipiant [u]. Quòd si tua replicatio admitteretur qua diceres, Imò tu mentiris, &c. res ad infinitum verborum inanium modum deueniret [x], exitúm-

a Bal. d. l. ex hoc iure. q. viij. de iust. & iu.
b Bal. d. c. j. de pace ten.
c xxij. q. j. nolo. l. isti quidē. quod met. cau.
d l. Iulianus. si quis omis. cau.
e Host. in sum. de cle. pug.
f Bald. d. c. j. l. j. C. de dedit. lib. tol. l. cum filius. de lega. ij. consi. cccxlv. in iiij.
g Decius cc. clxxxvij. dclxxxvj.
h Bal. d. l. cū filius. §. fina. Bar. consi. lxij. libr. j. Calcan. consil. ij.
i c. pe. de testi. c. quoties. de pur. cau.
k l. qui cum maior. §. libertus de bo. lib. l. si quis. §. vtrū. ad Sillā.
l l. nihil tam. de reg. iuris.
m c. estote. de reg. iu.
n l. meritò. pro socio.
o l. lex Cornel. in fi. de iniuriis.
p l. j. ad Tertul.
q d. l. j. de his qui not.
r l. quæ omnia. de procur. vbi Doct.
s Abb. c. cùm te. de re iud.
t Doc. l. si quis extraneus. de acquir. hæred.
u l. viro atque vxore. sol. matrimo.
x l. in hoc iudicio. §. si cōueniat. cōmu. diuid.

que non haberet, quod maximè strenuo militi est indecorum, vt lingua promptior, quàm armis videatur. Satis ergo est, vt semel duntaxat permissa sit verbalis congressio, vlterius verò non permittatur [y]. Nam & videmus, quod quisque iuris iniqui in alium statuerit, eodem iure & ipsum vti necesse habere, nec vltra id extendi posse, neque talioni aliam talionem obiici [z]. Quo argumento & Bart. & cæteri tradidere, reconuentionem reconuentionis nullam esse, nec à iudice admitti [a]. Ad rem propiùs facit quod vulgò receptum est, aduersus doli exceptionem nullam esse doli replicationem [b]. 4
Qui† enim respondit Mentiris, dolum prouocantis excipiendo arguit, calumniamque allegat. At si replicaretur, Et tu mentiris, de dolo diceretur replicare, quod non solet cuiquam concedi [c]. Debet enim prouocator magis de probatione intentionis suæ solicitus esse, quàm de noua contumelia. Nam & si hoc admitteretur, nónne battologiam quandam & superfluitatem lex induceret [d]? Quid enim ampliùs haberet replicatio, quàm quòd semel in intentione deductum est? Etenim si vera est intentio, necessarium mentiri reum, qui idipsum actori imputauit. Ne ergo sæpiùs reuoluatur eôdem oratio, & pistilli more circunferatur [e], non amplius verbis vtendum esse existimatum est, sed ad probationis modum deueniendum, qui per singulare certamen fit. Hæcque videtur consuetudinis huius esse ratio. Habet ergo prima chartula, qua quis mihi crimen obiicit, iudiciarij libelli vim [f]. at responsio mea qua eum mentiri affirmaui, pro exceptione est: sicque lis quodammodo est contestata [g]. Vnde consequens est, vt ad probationes deueniat [h], quæ certaminis euentu inducuntur. Constat enim argumentari de iudiciis ad duellū solitos esse veteres, quod Ioan. Lignanus, aliique qui huius argumenti libros scripsêre, vbique faciunt, & Bart. probauit [i]. Erunt tamen fortè qui crassiore minerua hæc interpretentur, & aliam rationem pro ingenij captu excogitent: nempe, quia hæc verba, Tu mentiris, iniuriam atrocem inferunt. etiam si dictum sit, saluo honore [k], quæ nullis verbis dilui purgarique possit, sed solo facto, id est, armorum violentia: ne ergo grauatus is cui id opprobratum est, remaneat, necessarium habet ad arma per duellum prouocare: sicque vulgares aliqui existimant. Quæ ratio proculdubio vera non est: falsum enim est, adeò atrocem esse talem iniuriam, vt nullis contrariis verbis retundi possit. Atqui longè grauius est opprobrium, cùm quis accusatur proditionis, parricidij, sacrilegij, sicarij crimine [l], cùm mentientis flagitium sui natura ad priuata iudicia pertineat, quæ semper publicis delictis sunt sæuiora [m]. Atqui inter crimina militaria rarum est, vt istud mendacij connumeretur [n], cùm pleraque alia vti grauiora à legumlatoribus annotata sint [o]: imò & quādoque nec in speciem quidem delicti mendaciū cedit: vt cùm quis citra dolum & fraudem mentitur, [p] vel cùm quis ex officio id facit, dum suū aut alterius sanguinem redimit [q]. Vnde & scimus plerosque casus esse, quibus omni humano diuinoq; iure ius fasque est mentiri [r]. Sed & si concedamus grauissimum esse id mendacij probrum, cur eiusdem probri retaliatione nō diluitur, mentiris, imò tu longè fœdius mentiris? debet enim omne verbale crimen contrariis retun-

y l. boues. §. hoc sermone. de ver. signifi.
z l. fi. quod quisque iu. vbi Doct.
a l. iusiurādum. & ad §. prætor. de iureiur.
b l. apud. §. Marcellus. de doli except.
c l. transactione finita. C. de trās act. vbi dixi.
d l. si quando. de leg. j.
e l. Claudius. qui pe. in pi.
f l. j. C. de lit. contest.
g gl. turpia. in principi. de leg. j. vbi Docto.
h ca. quoniam. in princ. vt lit. non contest.
i Bart. l. j. C. de lit. contest.
k l. item. apud. §. ait pretor. ver. ideo puto. de iniur.
l l. j. de pub. iud.
m l. ij. l. fi. C. de crim. stel.
n Bar. l. assumptio. ad municip.
o l. iij. l. omne. de re milit.
p l. fundum. §. fi. de euict.
q l. j. de bo. eo. l. iiij. de testi.
r l. fi. ff. quod fal. tut. l. fin. ff. de interrog. act.

retundi posse, quod libro sexto de duello tradit Paris [a]. Necessariò igitur ad superiores rationes est recurrendum, alioquin semper in manu accusari esset iudicium hoc duelli subterfugere. Finge, obiecisti mihi scelus aliquod: ego respōdi humaniter, & nolui dicere te mentiri: sed simpliciter respondi, minus vera esse quæ obiicias, vel existimatione tua te falli, vel me haudquaquam tibi consentire. Tu replicas: Quin ergo armis experimur? Videretur non posse te id facere, quia à me iniuria non es prouocatus: sicque his verborum delinimentis euitarem pugnam, quod credendum non est. Neque enim orationis ciuilitas & modestia vim denūtiationis impedit [b], aut actoris probationes angustare potest [c]. Imò laudandi vtrique sunt, qui vrbanitate hac vtuntur, vt contumeliis parcant, alterique, nisi vltra obiiciant, quàm necessarium ei rei agendæ sit, non intendant. Sed hæc quod ad huius articuli dilucidationem attinet satis sint. Nunc ad quæstionis thema deueniendum est.

Verba chartulæ seu denuntiationis.

FVLGOSIVS CANINIO.

Quoties quid dixisti, scripsisti, aut dici, scribi fecisti quod aduersus honorem meum sit, toties mentitus es: & si negas, rursus mentiris: nec vltra tecum conuiciis agam, reseruans si per te nō steterit, vt armata manu te alloquar.

CANINIVS FVLGOSIO.

Duo sunt chartulæ tuę capita. Ad primum nihil arbitror necesse esse respondere. Ad secundū, quo te offers mecum armata manu collocuturum, respondeo me id acceptare, contentumq; esse vt intra congruum tempus omnes cognoscant per me non stare, & an animus tuus verbis, oblationique tuæ consentaneus sit.

Quæritur in proposito themate, vter† prouo-
1 catus sit. Et prima fronte videretur non Fulgosium, sed Caninium esse. Cùm enim ei bis Fulgosius mentientis culpam improbrarit, nisi ipse eā armis diluat, videtur remanere oneratus. Ad eum ergo pertinet hanc notam diluere. Igitur ipse prouocator censendus est. Nam & Fulgosius ex parte sua id fecit, quod voluit, quia contumeliam Caninio dixit: nec ipse quicquam curare habet, quòd vltra procedatur: Non ergo actoris partes sustinere dicetur. sicut & in iudiciis videmus, in quibus actor est, qui dici, dari, adiudicari quid petit [d]: qui verò nihil nouari velit, reus dicitur. Vnde reus in cuius possessionē propter contumaciam itum est, si reuocari decretum, & illatum onus petit, actoris personam sustinet [e]. Idemque cum quis reuocari executionem, vel aliud sibi illatum grauamen postulat, quamuis aliàs reus esset, efficitur tamen actor [f]: sicut & qui instrumentum rescindi petit, si non possideat actor dicitur [g], cùm aduersarius nihil nouari velit, sed delectetur rem in eo statu remanere in quo est. Quod & ex Federici constitutione certius probatur, in qua is qui homicidij causa damnatus est, si ob defensionem sui se fecisse affirmet, monomachiáq; offerat, prouocator dicitur [h], quia ipse est qui præsenti statu contentus non est: cùm aduersarius nihil vltrà quærat, sed inter damnatos eum relinquat. Idem ergo & in hoc casu videretur dicendum. Illa quoque ratio non parum mouet. Nam si Caninius ipse ad Fulgosium scripsisset quicquā

a Rubr. an facta hinc inde propulsatione.
b l. si quis mihi. §. si pater. de acquir. hæred.
c l. curent. ff. de testib.
d Inst. de act. in prin.
e l. si finita. §. Iulia. de dam. infecto. vbi Docto. & §. eleganter. vbi Alex.
f l. si prius. de oper. no. nunt. l. si pater. C. qui bo. ced. vbi Sali.
g Doc. c. cum inter. de exceptio. l. de die. §. tutor. vbi Pau. qui satisd. cog.
h ca. j. §. si quis hominem. de pace tenē. vbi Iser.

quod aduersus honorem illius esset, & Fulgosius respondisset eum mentiri, proculdubio prouocator Caninius esset. Idem ergo dicendum est, si non ad Fulgosium, sed ad alios, vt in chartula est, scripserit. Non enim melior esse debet mea conditio, cùm absenti tibi honoris quicquam detraho, quàm cùm scienti, & præsenti. Atqui aliquantò maius est crimen & delictum, in absentes & inscios inuehi, quàm præsenti & scienti obiicere [i]. Vnde apud Lucianum diffinitur calumnia esse criminatio, quæ ignorante reo calumniatori credita sit. Et in epigrammate Græco, quo calumnia & adulatio comparantur, hoc disticho:

Si clàm probra feras, bene dicis: si bene coram
Dicis, tunc de me tristia verba refers.

Cùm ergo plus peccet. & maiore sit odiò dignus, qui aduersus ignorantes inuehatur, quàm qui scientem, & tueri se valentem offendat, non debet esse melioris conditionis.

Suadetur hæc sententia etiam ex responsiōne. Cùm enim ad primum caput, quod duarum mētitionum est, non responderit Caninius, videtur eas approbasse [k], vt tanquam legitimæ mentiones effectum in pugna habeant. Effectus autem est talis, vt qui eas dixerit, prouocati dūtaxat partes sustineat: & quamuis aliàs legitimæ non essent: tamen taciturnitate aduersarij vim habere incipiunt. Sicut dicimus de libello inepto, aut generali, qui si pars non opponat, incipit aptus fieri, & pro legitimo habetur [l].

Nec obstat quòd in fine scriptum est, Reseruans vt te armata manu, si per te non steterit, alloquar: quia hæc clausula nihil innouat, sed secundùm præcedentes terminos intelligitur: hęc enim est natura dictionis, reseruans: sicut & cùm dicimus, saluo & reseruato, &c [m]. Et alloquitur manu armata etiam qui tanquam prouocatus congreditur [n]: & per Caninium stare dicitur, si ipse mentitiones illas nōn vlciscatur, & prouocatoris partes sustineat [o]. Nec potest videri Fulgosius ad iudicium armorum primus prouocasse, ideoque actor censeri [p], qui verbo reseruandi visus est. quod ius si quod est seruat, nihil autem noui inducit [q]. At ius Fulgosij erat, vt tanquam reus, qui aduersarium suum bis mētiri dixerat, certaret. Nec potest videri superfluò locutus, & qui reseruauerit sibi facultatem cum armis alloquendi, cùm declarauerit aduersario se paratum quacunque ratione defendere quod dixerat, non solùm, quòd in carmine Ennij est, iure manu consertum, sed mage ferro. Nec tanta est causa fugiēdę huius superfluitatis, vt ideo à natura reseruationis recedamus, quæ (vt dixi) est vt nihil noui inducat, sed quod inductum est conseruet [r].

Minus etiam obstat, si diceretur chartulā Fulgosij conditionalem esse, ideoque non arctare aduersarium ad pugnam, [s] tanquam illa verba, Quoties dixisti &c. ad conditionem pertineant [t]. Respondeo, satis ex mente scribentis apparet nullam conditionem subesse, sed ad numerum duntaxat respicere, quæ propria est illius dictionis significatio [u], à qua non facilè recedendum est, præsertim cùm subiectum sit, quòd si negas, rursus mentiris. Quibus verbis ostenditur Fulgosium pro certo posuisse quòd Caninius eius honori obtrectarit: & quod pro certo ponitur, ad conditionem pertinere non potest.

i arg. c. j. de cau. poss.
k l. si filiusfa. ad Maced.
l l. fi. C. de ann. excep.
m Gl. l. idem Labeo. fa. erc.
n l. vt vim. de iust. & iu.
o l. quod te. si cer. pe.
p Bald. l. non cogendum. §. procurator. qui satisda. cog. Paris in trac. quis sit prouo.
q l. iurisgentium. §. prætor. de pactis.
r d. §. pretor. dixi in rubr. ff. de pact.
s l. pretor edixit. ff. de iniur. Dec. cōs. cccclxxxvij.
t l. quotiens. qui satisd. co. l. vxorem. §. in testamēto. de leg. iij.
u l. sicut. ff. quib. mod. vsusfruct. amit.

potest [a]. Sensit id & ipse Caninius, qui nihil huic capiti respondit, conditionemque non aduenisse minimè allegauit.

6 Cæterùm, re diligentius perpensa, contraria† sententia proculdubio verior est, vt potius Caninius prouocati personam sustineat, Fulgosius verò prouocantis. Etenim is prouocator est, qui alteri crimen obiicit [b], ad eumque eius probandi onus pertinet [c]: quòd si facere non potest, calumniator fuisse detegitur, conuictusque ipse doli censetur. Nec refert quibus verborum captionibus concepta sit denuntiationis formula: ea enim substantiam rei non mutat, nisi quatenus partes ambę mutuum consensum pręstauerint. Sicut & videmus in iudiciariis strophis atque ambagibus non perpendi, quibus verborũ techinis partes vtantur, sed rerum ipsarum vim, libellique conclusionem attendi [d], aliàs cautela verborum rebus ipsis præualeret [e]. potiorq; simplici & sano sensu esset sophistica expositio, imò aduersus publicam vtilitatem induceretur, vt in cuiuslibet manu esset, etiam absque causa quemlibet prouocare, & nihilominus cogere eum ad actoris partes sustinendas, & præoccupatis mẽtitionibus electionem armorum prouocato auferre: quod quid aliud esset, quàm incentiuum delinquendi, ansamque ad res prohibitas securius perpetrandas inuenire [f]? Atqui publicè interest hosce procuratores arceri, & saltem eo periculo cohiberi, quòd videant plura commoda ad eum qui prouocatus erit, pertinere. Fit autẽ semper interpretatio, vt consuetudo publicam vtilitatẽ adiuuet, non vt tollat aut imminuat [g]. Fieret & hoc modo facilimè fraus legi, quæ actori probationis onus iniungit, sic captato aliquo verbo id in aduersarium tam facilè transferri potest. Verbi gratia, damnatus homicidij conqueritur quòd iniustè damnatus sit, cum ob tutelam suam fecerit: negat accusator, qui iam obtinuit. Lex iubet damnatum prouocatoris partes duello sustinere [h]: at ille accusatori, mẽtiris, inquiet, qui me negas ob tutelam fecisse: sicq; vno verbo dispositionem legis euitabit, & de actore se reũ efficiet: & tamen semper ea accipi debet interpretatio, ne fraus legi fiat [i], & ne cuiquam dolus suus patrocinetur [k]. Accedit his, quòd licet aliud sit esse prouocatorem iniuriæ, aliud prouocatorem certaminis, vt Paris Puteus attestatur, tamen in dubio accipienda est illa interpretatio, vt qui primus chartulam misit, iniuriámq; intulit [l], is & certaminis prouocator censeatur: siquidem de iniuria ab ipso dicta apparet, qui mentientis notam ei inurit: de iniuria verò de qua denuntians conqueritur, quòd scilicet honori suo detraxerit, non apparet. Melior ergo interim debet esse eius cui denuntiatum est cõditio, vt rei partes sustineat [m]: quod variis iuris nostri exemplis ostendi posset.

Non obstat ergo in primis, quòd Caninius remaneat oneratus, qui bis mentiẽtis opprobriũ sustineat. Respondeo, cùm iniuria incipiat à Fulgosio, potuit Caninis respondere, quòd imò ipse mentiebatur: quod non fecit. magna ratione, sed maluit factis respondere, quàm verbis (etenim talis responsio quæ fit facto, certior cõuenientiorque militaribus viris est) acceptauitque oblatam pugnandi conditionem. Remanet autem oneratus qui non respondet. At ipse efficacissimo responsionis modo vsus est, singulare certamen potius acceptando, quòd tan-

a l. j. C. de pactis
b l. j. ad Turpil.
c l. qui accusare. C. de eden.
d l. & eo modo. ff. de lega. j. Bar. l. inter stipu. in princ. de verb. oblig.
e l. iij. C. de lib. & posth.
f l. iurisgentiũ. §. si ob maleficium. ff. de pact. l. iiij. ff. de pact. dot.
g l. ita vulneratus. ad leg. Aqu.
h d. c. j. de pace tenen.
i l. cùm his. §. sed cùm lis. de trãsact.
k l. de rebus. de arb.
l l. qui prior. de iud.
m l. fi. C. de trãs. vbi dixi l. liberis §. fi. l. seq. l. ordinata. de lib. cau.

tò efficacius est, quantò facta pręualent verbis [n]: quia, vt inquit, Baldus, verba quandoque falsa sunt, facta nunquam. Hinc interpellatio quæ re ipsa fit, efficacior est ea quæ verbis [o]: quod & in oblatione, per quam mora dilui possit, receptũ est [p]. Sic & iniuria quæ facto inferatur acrior est, quam quæ verbo [q]. Nam & fortibus militibus conuenit re ipsa, non lingua esse pugnaces: imitarique Aiacis Telamonij exemplum debent, qui in contentione cum Vlysse,

Nam nec mihi, inquit, dicere promptum est,
Nec facere est isti: quantumq; ego Marte feroci
Inq; acie valeo, tantum valet iste loquendo.

Sic Homerus iij. Iliados Menelaum qui strenuus erat, pugnaxque, οὐ πολύμυθον, id est, pauciloquum vocat. Sic contrà Vergilius Dranci, quem ignauum facit, ventosam linguam, fugacesque pedes tribuit. Meritò ergo Caninius maluit ad caput prouocationis solùm respondere, & illud iniuriarum omittere, sequutus exemplum Hectoris apud Homerum Iliados libro v. dum inquit,

——Τὸν δ' οὔτι προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ,
ἀλλὰ παρήϊξεν λελιημένος.

Cui nihil omnino respondit belliger Hector,
Sed promptus contrà perrexit.

Potuit etiam non respondere Caninius, quia existimaret primum illud caput chartulæ obscurum esse & ineptum, dum dicit, Et si negas, rursus mentiris. Non enim explicatur quid negando aduersarius mentiatur: possunt enim illa verba intelligi, si negas dixisse aut scripsisse. Possunt etiam habere alium sensum, nempe, etsi negas quòd sis mentitus scribendo. Possunt & tertio modo intelligi, si negas suprascriptam conclusionem, quòd si scripsisti in præiudicium honoris mei, sis mentitus: quo casu propter conditionem nihil poneretur [r], sique Caninius negando se scripsisse non esset oneratus, quia cõditio denuntiationis mentitionisq; non euenisset. Cùm ergo verba non essent clara, non tenebatur ipse respondere: vbi enim intentio obscura est, vt quia duplicem sensum habeat, non tenetur reus libello tali respondere: sicut nec ambiguæ positioni respondere quis cogitur. Maluit itaque aliud caput eligere, quod certius ad congressus discrimen suscipiendum erat. Potuit etiam non respondere: quia cùm tribunus militum esset, existimaret non esse ex vtilitate regis sui vltra verbis progredi: nec enim in præiudicium honoris cuiusdam fieri dicitur, quod pro debito officij sui quis fecerit [s], & tamen non ideo voluerit honoris sui obliuisci quin certamen offerret, seu vt significantius loquar, oblatum non detrectaret. Sed certè quacunq; ratione noluerit respondere (sunt enim plures relatæ cùm à Paride Puteo, tum à me in bello quem inscripsi de singulari certamine) illud certum est nihil hoc referre, cùm acceptatio certaminis pro responsione sit, & omnem tergiuersationis maculam aboleat: nec enim potest videri non respondisse. Nec rursus obstat, quòd videatur Fulgosius non esse actor, cùm præsenti statu contentus sit. Respondeo, cùm acceptauerit Caninius oblationẽ decertandi, non potest aduersarius præsenti statu contentus esse, sed ea curare tenetur, quæ ad pugnæ executionem pertinent, videlicet vt stadium perquirat, locum, diem designet, cæteraque faciat quæ ad prouocatores pertinent, aliàs famæ & existimationis labem quam inferre alteri

n l. Paulus respondit. rem ratam hab.
o l. si mora. vbi Alex. so. ma.
p l. qui Romæ. in princ. de verb. oblig.
q l. ... facta. §. quantitate. de pœnis.
r l. si quis intentione. de iud.
s l. quod reipu. de iniur.

alteri voluit, ipse patiatur. In casibus igitur contrarius nihil aliud supererat agendũ actori: meritò reus ipse qui innouari procurat, actoris personam incipit sustinere. At in casu nostro cũ acceptum sit duellum, perinde est ac si responsum fuisset, quòd ipse denuntians mentiretur. Vnde non censetur ille implesse quod ad se pertinet. Meritò non subest ratio cur Caninius ipse prouocator efficiatur. Et si dixeris, hoc ipsum dubiũ est an Fulgosius fecerit quicquid ad se pertinebat. Respondeo, in ambiguo contra ipsum pronuntiandum est qui chartulam scripsit, qui legẽ clarius dicere potuit [a], qui ipse prouocauit [b], qui quiescentem excitauit. Humaniorq; hæc est interpretatio, vt in caput actoris reuoluatur periculum. Etenim vt in carmine est,

—Nec lex est iustior vlla:
Quàm necis artifices arte perire sua [c].

Non obstat etiam quod deinde adducitur: quod ad alios aduersus honorẽ denuntiantis scriptũ est, perinde habendum ac si ipsi scriptum esset. Respondeo haudquaquam verum id esse, subest enim apertissima differentiæ ratio: & in primis si ad te scribens alicuius criminis incusauerim, videor prouocare: at quę ad alium scribo, nõ possunt censeri tui prouocãdi causa scripta esse, sicut videmus in libello iudiciario, qui parti oblatus litis cum eo quædam prælusio est [d], at alteri oblatus nullius momenti esset [e]: nec enim quod cum altero agitur, quicquam ad alterum pertinet [f]. Sed & qui tibi chartulam criminatoriã mittit, negare non potest quin te accusauerit: vnde si tu mentiri eum responderis, ad probationem duellarem deuenit. At cùm tu asseueras, me alteri de te id dixisse, potest id falsum esse & à te cõmentum, vt pugnæ occasionem quæras: meritò tua conditio melior effici nõ debet, vt ideo pro prouocato habeare. Quæ enim in casu certo à lege constituta sunt, non facilè ad eum de quo adhuc non constat, producenda sunt [g]: quod pluribus exemplis à nostratibus Doctoribus proditũ est [h]. Adde, quòd qui ipse ad hostem chartulã mittit, subiicere se legibus duelli spontè videtur [i]: at quòd ad alterum missum dicitur, nõ potest videri animo eo factũ, vt certandi causam quærat: ideoq; non potest inde argui consensus prouocatoris partes sustinere volentis, cùm ad alterũ consensus non extendatur [k]. Potest & illud dici, quod tibi crimen obiicio, probabilius veriusq; præsumi, quàm quod de te alteri defero: delator enim qui clàm alterum insimulat, se magis quã hostem suum onerat [l]. Vnde suprascripto epigrãmate dicitur: Si clàm ꝓbra feras, benedicis, &c. At qui aliquem coràm incusat, is veritati magis inhærere creditur [m]: ideoq; grauius hostem premit, vt meritò ea nota non nisi certamine posset aboleri. Verũ nec illud me mouet, ꝙ videat Caninius approbasse primum caput, cùm illi nõ respõderit [n]: dico enim, ꝙ acceptatio literarum nisi confestim contradicamus, præsumptionem approbationis inducit. Cæterùm quomodocũque contradicamus, elidit huiusmodi præsumptio [o]. At in casu nostro oblatione pugnæ apparet manifesta contradictio, atque mens eam criminationem nõ agnoscẽtis: etenim vna pręsumptio per aliam tollitur, & minus fortis efficaciori cedit [p]. Nec credendum est ex taciturnitate illa oriri id præiudicium prouocato vt ex reo fiat actor, cùm id non facilè soleat permitti, & solũ ob contumaciam immodicam, postquam trans-

a l. ueteribus. de pact.
b l. stipu. ista. §. in stipul. de uer. obli. d. l. qui accusare.
c l. j. quod quisque iur.
d c. j. de lit. contest. l. si prælusorio. de appel.
e l. ij. quod fal. tu. aut. Bartol. §. morte. de oper. no. nunt.
f l. quæcunque. de actio. & obl.
g l. fi. de trãsact.
h d. l. fi. ubi dixi.
i l. si unus. §. ante omnia. de pactis.
k l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact.
l l. j. quod ui aut clam.
m l. iij. de testi.
n l. filius. ad Maced.
o Doct. clemẽt. j. de procu. Cõ. consi. clxxvij. dixi in d. §. morte.
p l. cum de indebito. de prob.

lata fuerit possessio, lex in seruitutibus id concedat, vt reus actoris partem sustinere cogatur [q]: ꝗ casus specialis est, & minimè ad nostrũ trahendus. Nec etiam videtur verum, quòd clausula reseruationis, armata manu alloquendi, non noceat Fulgosio: quia imò videtur illi esse præiudicialis: si enim restringatur quòd voluerit alloqui tanquam reus esset, non solùm superflua, sed etiam aliquatenus contra vim verborum in ea ꝓlatorum induceretur. Cùm enim adiecerit, se alloquuturum manu armata si per te non steterit: illa verba, si per te non steterit, videntur ipsũ Caninium reum reddere, non actorem: quia vt actoris est prouocare, ita rei est per eum stare, & se excusare [r]: meritò cùm partes excusantis ei tribuat, satis apparet se eum pro reo & defensore habere. Attendenda ergo maximè est hæc qualitas, secundum quam eum Fulgosius compellauit [s], maximè cùm (vt dixi) illa clausula esset superflua: at semper facimus interpretationem nẽ reseruationes istę sint superfluę [t], sed potius multum operentur [u], adeò vt capiatur potius illa interpretatio per quam actus incontinenti corrigeretur & illusorius efficeretur, quàm quòd talis clausula sit superflua [x]: qua de re plura exempla apud ꝓstros Doctores reperiuntur. Addo,
7 quòd cùm † duplex sit procedendi modus, aut iudicialiter, aut per probationem armorum, & ipse dixerit, reseruans mihi vtte armata manu alloquar, videtur elegisse hoc remedium armorũ, & consequenter voluisse ipse actoris partes sustinere. Cùm enim in remediis agendi electio†
8 non sit rei, sed actoris ipsius [y], & ipse talem electiõem faciat, satis indicat se actorem esse, alioquin reseruatio non ad eum pertinuisset, sed ad aduersarium. Nec me mouet quod vsus sit verbo reseruare, cuius natura sit ius ꝗ est seruare, nõ autem aliqd noui inducere: quia imò varia est huius verbi significatio. Et ex ductu sermonis qui in chartula conspicitur, satis apparet, quòd cùm Fulgosius prouocasset per scripturam, subiecit illam clausulam, vt ostenderet non fore se contentum tali scriptura, sed præterea vi armata etiam acturum. Et ad hunc finem vsus est tali verbo, ꝗ significat interim se differre arma dũ mittit chartulã, vsurã tamẽ armis [z]: Vnde expressè apparet prouocasse eũ ad arma, & ideo ꝓuocatoris partes sustinere. Et cùm huiusmodi armorum probationem elegerit, iam id nõ potest mutare, sed necessariò in ea persistere debet [a]: quia in electione remediorum non est licita mutatio aut variatio, vt vulgò receptum est, & ab omnibus traditur [b]. Qua ratione multò minus licita erit diuisio, vt scilicet pro parte velit probare iudicialiter, pro parte verò vi armorum. Nec enim talis diuisio tolerari potest, vbi lex variationem non permittit [c]. Et ideo inferri potest, ꝗ si Fulgosius velit probare per epistolas Caninij, quemadmodum aduersus honorem suum ab eo scriptum sit, vt deinde ad singulare certamen deueniat, non erit id tolerandum: imò via quam elegit sibi sola patẽre debet [d], vt scilicet armis vtrũque probet, ꝗ Caninius scripserit, & ꝗ sit mentitus [e]. sibi enim imputet Fulgosius, qui hac sua armorum electione cæteras probationum facultates amputauerit [f]: & videtur ab omni alia probatione recessisse, & eam in causam armorum transtulisse, & quodammodo nouasse. Quamuis ergo offerret se literas, Caninij exhibiturum, vt inde ex prouocatore efficeret se prouocatũ, nõ

q d. l. si prius. de ope. noui nunt.
r l. properandũ. §. & si quidem. C. de iud.
s l. si proponas. §. j. vbi Ang. de inoff. test. l. diui. de re iudic.
t Ias. l. si fundũ per fideicõmissum. de leg. j. Dec. consi. 283. Alex. 135. in prin.
u l. si quãdo. de leg. j.
x Glo. l. si debitor. §. j. q mod. pig.
y l. quod in hærede. §. eligere. de tribut.
z l. filiam. vbi Bar. de aur. & arg. lega.
a l. quod in hæredem. Imo. c. ij. de lib. oblig.
b l. cuius bonis. de curat. fur. l. si mihi. in prin. de leg. j.
c l. filium emancipatum. de acquir. hær. glo. c. cum in multis. de rescrip. in vj.
d l. si mulier. §. fi. ff. quod metus caus.
e Cie. causam. de elect.
f l. diuus. de re iudi. l. circa. de proba. vbi Bar.

putauerim id ei prodeſſe, cùm ſe ad probationē armorum reſtrinxerit, & probationē quæ per literas fieri poſſet, non reſeruauit. Quamuis etiā alia ratione non videretur admittendus. Sic ēm tales literæ ab ipſo fuerunt apertæ, cùm ei hoc non licuerit, non debet ſuper earum diſputatione audiri[a], imò aperiendo incidere in crimen ſtellionatus[b], ideo nō poteſt admitti ad probandum id quod per crimē conſecutus eſt, nec aliàs is qui propriam turpitudinem allegat, audiatur. Sola ergo armorū probatio ſibi relinquenda eſt.

Poſtremùm nec illud me mouet quod ſuprà dixi, non videri conditionalem eſſe Fulgoſij chartulam, cùm p certo poſitum in ea ſit, quod Caninius aduerſus eius honorem dixerit, &c.

Reſpondeo enim, quòd verba chartulæ incerta ſunt, & triplicē poſſunt habere ſenſum, vt ſuprà dixi. Meritò ergo illa incertitudo aduerſus ſcribentem eſt interpretanda. qui legem potuit clarius dicere[c]: quod maximè verum eſt, cùm incertitudo reſultet, quia multiplex ſubſit cauſa, quæ in intentione propoſita videri poſſit: tunc enim eius declaratio non ad ſcribentem, ſed ad reum pertinet[d]. Vnde poteſt Caninius declarare illa verba, Etſi negas rurſus mentiris: ſi negas ſupraſcriptam concluſionem, quòd ſi ſcripſiſti ſis mentitus: quo caſu ſine dubio chartula conditionalis eſt & incerta: hæcque interpretatio debet eſſe potior, qa aliàs reus ex generalitate illorum verborum dubius eſſet, & ex ambiguitate poſſet captari: meritò chartula eſt exiſtimāda ineptè concepta, quæ reum certum non facit[e]. Quoties enim incertitudo† talis eſt, vt reus clarus eſſe nequeat, libellus dicitur ineptus & reiiciendus[f]. Et debent iudices qui prudentia & iudicio naturali polleant, in hanc partem inclinare: quam & ego libentiùs eò ſequutus ſum, quòd viderem eius quoque ſententiæ fuiſſe cū Illuſtriſsimum ducem Vrbini virum omnis rei militaris ſcientiſsimum, imperatoremque celeberrimum, tum etiam tot præſtantiſsimos Iureconſultos, qui hac in cauſa ſcripſerunt, quorum veſtigiis ego inſiſtens, poſt optimorum meſſorum terga ſpicas haſce collegi.

ALCIATVS.

a ea. cū olim minor. de off. delegat.
b Secundū Bart. l. qui teſtamentum. de fal. l. Titio ad municip.
c l. ueteribus. ff. de pactis l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. de uerb. oblig. d Bart. l. duob. §. ergo. de iureiur. Aretin. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. de leg. j.
e l. j. ff. de eden. do.
f Glo. l. j. §. j. ſi men. fal. mod. Caſt. l. ſi quis intentiōe. de iud.

ANDR.

ANDR. ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLAN. TRACTATVS DE PRAESVMPTIONIBVS, CVM ANNOTATIONIBVS IOANNIS Nicolai Areletani, quæ his inſeruntur ſignis [ ].

SVMMÆ.

1 *Præſumptionum ſumma capita.*
2 *Fictionis definitio explicatæ.*
7 *Impoſsibile, niſi factum ſit, fingi.* 10.
9 *L. Ita vulneratus. explicari.*
11 *L. Sed & ſi quis. de vſufr. ſenſus.*

PRAESVMPTIONVM PARS PRIMA.

MATERIA quam aggreſſuri ſumus, valde vtilis eſt, & q̄tidiana in practica, ſed confuſa, inextricabilis ferè: communiſque eſt & Iuriſconſ. & rhetoribus in genere iudiciali. Et p̄ meliori † ordine diuidemus eam in tres partes: & primò videbim[9] de fictione, ſecundò de præſumptione iuris, & de iure. tertiò latiſsimè tractabimus de præſumptione iuris: vbi gratia cōpendioſioris doctrinæ dabimus tres regulas, ex quibus conſequentur variæ præſumptionum ſpecies, aut rectiùs varij caſus, qui ex præſumptione iuris reſultant, quos ſigillatim in ſua quaque regula enumerabimus.

Primò ergo † videndum eſt quid ſit fictio. Et Bartol. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. & poſt eū Moderni, referūr varias definitiones antiquorum, quæ tamen de facili impugnari poſſunt. Vnde tu ita definias: Fictio, eſt legis aduerſus veritatem in re poſsibili ex iuſta cauſa diſpoſitio. Quæ definitio conſtat ex genere & differentiis, vnde eſt bona, vt not. in l. j. §. dolum. ff. de dolo. Dicit enim diſpoſitio legis, quæ verba important genus: nam fictio † ab homine induci non poteſt. [Addit. Scilicet vt habeat iuris effectum ſine legis auctoritate. fa. text. in l. codicillis. §. j. de leg. ij. Cum enim effectus iuris ſit in poteſtate iuris, videtur quòd homo non poſsit per fictionem inducere in nō ſibi per miſsis à lege, prout inquit Imola in d. l. ſi is qui pro. & vide latiſsimè Docto. in l. ſi quis in fundi vocab. vbi Iaſ. poſt alios. de legā. j. & Alexan. notat conſil. clviij. in ij. volum. Doct. in l. j. §. in filij. in quæſtione illa, an pater poſsit filium quo ad vnum actum, puta teſtandi, tantùm manumittere. ff. ad Trebell.] vt eſt gl. in §. in hac. verſ. ſed hæc ſolennia. in verb. quibuſcunque. Inſtit. de verb. oblig. & probatur ſecundum Bartol. in l. ſi fortè. ff. de caſtrenſ. pecul. Proprium verò, & differentiæ cōprænduntur in iſtis verbis ſequentibus, Aduerſus veritatem in re poſsibili, &c.

Nam cùm fictio † ſit aduerſus veritatem, in hoc diſtat à præſumptione, quæ fundatur in veritate: quia lex ita præſumit. [Ideo ſuper falſo & certo fingitur, ſed ſuper incerto & vero præſumitur, ſecundum gloſſ. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. & vide Alexand. in d. conſi. clviij. Et propterea contra fictionem legis non admittitur aliqua probatio, quòd veritas aliter ſe habeat, ex quo propriè illa inducitur contra veritatem, vt eſt gloſſ. in c. ij. de arbit. in vj. per Felin. in c. quando. de præſumpt. [Adde Alexand. in præalleg. conſil. clviij. in fin.] Quod autem ſubditur in re poſsibili, dictum eſt, quia lex non fingit impoſsibilia † ſecundum naturam, vt eſt gl. in l. Gallus. §. ſi eius. de liber. & poſthum. vbi omnes hoc tenent, per text. in l. qui ad certum. ff. locat. [Et gloſſ. not. vbi Bald. in l. iij. ff. pro ſoc. Bart. Imol. & Aret. in l. eandem. ff. de duob. re. Ratio eſt, nam fictio imitatur naturam inquantùm poteſt. l. adoptio enim. ff. de adopt. & §. minorem. Inſtit. illo tit.] Item non fingit impoſsibilia de iure. gl. in l. talis ſcriptura. §. fin. ff. de leg. j. [Quam ſing. reputat Bald. in c. cùm conſuetudinis. de conſuet. §. & in c. innotuit. de elect. & in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. pro qua glo. eſt text. in l. lex Cornelia. & ibi ad hoc not. Bald. de vulg. & pupil. & text. not. in l. j. §. ſi quis quaſi tutor. ff. de eo qui pro tut.] Et propterea lex nunquam inducit fictionem † contra fictionem. l. iij. §. è contrario. vbi Aretin. Alex. & Iaſ. ff. de acquirend. poſſeſſ. Et ex hoc infertur, quòd in fictione tranſlatiua requiritur habilitas extremi, à quo incipit fictio, vt eſt gloſſ. in l. ij. C. de inoff. donat. & in l. donationes quas parentes. per illum text. C. de don. inter vir. & vxo. Et ratio eſt, quia aliter lex introduceret quid impoſsibile. Et ita reſident omnes in d. l. ſi is qui pro emptore. & in dic. §. ſi eius. [Vide Socin. conſil. xlj. in iiij. vol. Adeò quòd quamuis in extremo ad quod ſufficiat habilitas in potentia, licet nō in eſſentia: tamen in extremo à quo, requiritur habilitas tam in eſſentia, quàm in potentia. Bart. in d. l. ſi is qui p̄ emptore. verſ. expediti. de poſth. & in 3. q. pri. verſ. itē opp. ad prędicta. & ibi Doc. maximè Iaſ.] Sed tu circa hoc aduerte, quia videtur dicendum, quòd imò lex fingat etiam impoſsibilia: dummodo ſubſit æquitas. Et pro † iſta parte primò adducitur text. in l. qui in vtero. ff. de ſta. homi. & in l. vel viuo. ff. de ſuis & legi. vbi fingitur natus & viuere is, qui in vtero eſt: quod eſt impoſsibile, præſertim intra quadraginta dies, quo tempore nondum formatur infans, nec animam habet. Nec eſt bona reſponſio Imol. Alexand. Iaſonis in d. §. ſi eius. dum dicunt, quod iſtud non eſt per fictionem, ſed per diſpenſationem. Nam contrà hoc obſtat: quia quod non poteſt fieri per fictionem, † non poteſt fieri nec per diſpenſationem, ſecundum Bal. in l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ff. de inoff. teſt. per glo.

ibi Præterea ista dispensatio nihil aliud est, quã fictio, sicut videmus in dispensatione, quæ est similis legitimationi: nam vtraque per fictionem procedit. l. fin. ff. de natal. restit. But. in c. tanta. j. qui fil. sint legit. Paul. de Castr. in l. j. C. de iure aur. anul. & in l. pactũ dorali. C. de collatio. Ad idem facit, quia non potest assignari ratio diuersitatis, cur lex non fingat super impossibili, sed potiùs dispenset. Certè ista differentia videtur verbalis, contra l. ij. C. com. de leg. vnde ego nõ A teneo istam solut. quam aliis rationibus satis leuibus etiam reprobat Ias. in d. l. si is qui pro emptore. vbi etiam reprobat alias solutiones: & sic 9 stat firmum obiectum. Secundò † adducitur tex. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. vbi fingitur hominem occisum à duobus in diuersis temporibus. Nec est bona solutio. Imol. & Areti. in l. eandem. ff. de duobus reis. & Alex. in l. diem functo. ff. de offic. assess. dum dicunt, quòd ibi non est aliqua fictio, quòd quis sit pluries interfectus, sed B solùm lex punit quemliber de vulnere, tanquã si vterque occidisset, & sic solùm fingitur plures vnum occidisse. Nam confutatur hæc solutio: qa quando quis est vulneratus lethaliter, fingiẽ statim interfectus, vt ibi notant Bar. & Bald. & idẽ Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. Ang. Imol. & Alex. in l. in ratione. §. si seruus. ij. ff. ad leg. Falci. Cùm igitur ille primus censeatur interfecisse, certè si iste secundus vulneratus ex interuallo idem sensisse censeatur, non potest negari, quin fingatur quis pluries interfectus. Et sic C tollitur etiam quędam alia solutio Ias. in d. l. si is qui pro emptore. Tertiò contra istã opinio. pondero text. in l. si infanti. C. de iure lib. vbi pater adit hæreditatem delatam infanti ex iure transmissionis, quasi aditã ab infante adiuisse, qd̃ est impossibile. ex quo infans non potest habere animum adeundi. l. pupillus. ff. de acquir. hæred. Et sic apparet, quòd lex etiam fingit impossibilia de iure. Quartò facit l. ij. ff. de vsufr. ear. rer. D quę vsu cons. Nam lex ibi vsumfructum fingit, vbi esse non potest, seruatis regulis iuris ciuilis. Et istud tantò clarius est in eo casu, in quo inducitur per fictionem aliquid impossibile de iure, ex quo lex fingẽdo in his quę sunt iuris, dicit inducere veritatem, & propriè tollere iura aduersantia, vt per Bartolum in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad leg. Iul. de adult. & tangitur in d. l. si is qui pro emptore. Nec obstat l. qui ad certum. ff. E loc. quia loquitur in præsumptione, non autem in fictione. Et ad textum in d. §. ex contrario. potest dici, quòd illud procedit in possessione, in qua ius ciuile procedit ad instar primæui iuris naturalis l. j. in princip. eodem tit. vnde non fuit equum, quòd fingeretur aliquid in ea contra possibilitatem naturalem: & ideo, cessante æquitate, cessat fictio. l. denique. ex quibus causis maio. Quare sustinendo definitionem, vltra Doctor. 10 potes dicere, quòd † aut quærimus, nunquid lex fingat factum impossibile: & dicẽdum est quòd F non. aut quærimus, nunquid lex inducat aliquã dispositionem iuris, non fingendo directè super facto impossibili, sed illud præsupponendo: & tunc dicendum est quòd sic, dummodo subsit æquitas. & ita procedit d. l. qui in vtero. & l. eãdẽ. de duobus reis. & cessant multæ ambages Modern. in d. l. si is qui pro emptore. Secundò aduerte, quia videtur dicendum quòd non requiratur habilitas extremi ad quod: & ꝓ hoc vide- 11 tur textus in l. sed & † si quis stipuletur. §. fi. cum l. seq. ff. de vsufruc. vbi si seruus aliquid emat, viuente fructuario, deinde post eius mortem soluatur pretium de bonis fructuarij, fingitur res à principio fuisse fructuarij, & tamen extremũ ad quod, est inhabile, ex quo mortuus erat fructuarius. Nec dicatur secundum Baldum ibi, quòd imò est declaratio, non fictio, quia istud nõ est verum: quod apparet, quia declaratio nihil noui inducit. l. hæredes palàm. §. sed & si notam. ff. de testamen. & tamen dominium non erat adhuc translatum in fructuarium, sed per istam numerationem transfertur, & sic inducitur, quid nouum. Bene verum est, quod fictio † ista aliqualiter est similis declarationi, ex quo non solùm in- 12 ducit, sed etiam detegit quod prius non erat. Ad idem induco textum nouum in hac materia, in l. si filium. ff. de gradib. vbi si filio meo mortuo. Titium adoptauero, fingitur iste adoptatus fuisse frater defuncti, & tamen extremum erat inhabile, quia defunctus. Et ex hoc infero ad quæstionem, an nati † ex filio meo naturali legitimentẽ, 13 si concubinam ducam in vxorem, iuxta tex. in c. tanta. infrà qui filij sint legit. Et Guil. Albert. & Bal. in l. benignus. ff. de legib. tenẽt q, nõ, ꝓpter inhabilitatẽ extremi, ex quo filius est mortuus. sequit̃ Ale. in l. Gallus. §. si ei⁹. ff. de lib. & posth. vbi dicit, q, nõ reperit istam decisionẽ ab aliquo reprobatam. & idem tenet Ias. in d. l. si is qui. Tu tene contrarium, per casum manifestum. d. l. si filiũ. [Stringit vltra præceptorem meum cõtra communem: nam communis est sentẽtia Doct. in d. l. si is, qui pro empt. post Bart. ibi in v. q. principe. vers. sed contra istud oppo. de casu l. &c. & in iij. oppos. ad vers. quod si seruus. & Ias. ibi, & in d. §. si eius. quòd sufficit habilitatẽ extremorum esse circa ea quæ principaliter finguntur, licet in iis quæ veniunt in consequentiam, nõ reperiatur habilitas extremorum, per text. in l. penult. de suis & legit. ff. Modò sic, quando filij legitimantur per sequens matrimonium, fingitur à principio omis coitus licit⁹ & matrimonialis. d. c. tanta. Super ergo matrimonio, sup quo lex principaliter fingit, datur habilitas extremorũ: ideo licet respectu legitimitatis, filij nõ detur habilitas extremorum, non debet obesse, quia venit in consequentiam matrimonij].

SVMMÆ.

1 *Præsumere, verbi acceptio varia.*
2 *Præsumptuosus est agens pro alio nisi ex causis.*
4 *Probari ex causis contra præsumptionem iuris, & de iure. 9. 10. 14. 17. 18. 20.*
8 *Confessionum genera & vis.*
15 *Notorij genera & effectus.*

SECVNDA PARS PRÆSVMPTIONVM.

VIDENDVM est nunc de præsumptione iuris, & de iure. Sed prius necesse est, vt aliqua adtingamus circa significationem istiꝰ vocabuli, præsumere. Et ita dicitur, † quia lex antequam aliter cõ- 1 stet, & absq; aliis probationibus, habet aliquid pro vero, ex præpositione Præ, & verbo Sumere. Et ista est propria & elegans significatio istius verbi, secundum quam reperitur in Digestis, & aliis antiquis auctoribus. Sed in iuribus recentioribus accipitur etiam præsumere, vt significet aliqd sine auctoritate superioris præsumptuosè agere, & vt hîc dicit Felin. & in c. Iudæi. §. de testib. cum concord. [Et vide Alex. consi. cxxiij. et seq. in iiij. vol.] Et inde refert Abbas in c. decernimus. de iudi. ad statutum, ne quis pręsumat tale quid facere: nam non comprehendit eum, qui agit nomine alieno. & cum Abb. hîc transeunt Doct. Sed aduerte, quia contraria opinio videt A verior, & sic, quòd etiam comprehendatur ãgẽs alieno nomine, quando actus est de se illicitus. & probatur in authentic. item nulla communitas. & ibi glos. C. de epis. & cler. vbi text. prohibens ne aliqua communitas ecclesiastica bona inuadere præsumat, habet locum etiam in eo, qui nomine cõmunitatis inuadit, putà officiali, vel quoliber alio. Secundò probatur, quia nil aliud est præsumptiuè agere, nisi temerariè & superbè, vt est gl. in §. sic itaq;. in auth. de nuptiis. B Et simpliciter dicitur præsumere, qui agit de facto, secundum gl. in d. c. Iudæi. Quæ omnia conueniunt etiam agenti † nomine alieno: vnde et- 2 iam vulgò dicimus eum præsumptuosum, qui sit temerarius: & secundum communẽ vsum loquendi, statuta sunt intelligẽda, Bar. in l. Labeo. ff. de supell. leg. per Fel. suprà in procem. Grego. vnde credere talẽ esse in casu statuti. facit l. j. §. deiecisse. ff. de vi, & vi armat. Fallit si iste nõ per dolum, vel temeritatem ageret, sed per ignorantiam, secundum Cardin. & Clem. j. in prin. in iij. quæst. de priui. & per Felin. hîc. Sed intellige sanè istam fallentiam: quia si lex prohibeat aliqd fieri, non præsumitur ignorantia: nec aduuat lex iuris ignorantiam. C. de iuris & fact. ign. & ꝓpterea † indubio talis cõprehendet̃ in sta- 3 tutõ. Et facit pulchra decisio Alberic. de Ros. in auth. statuimus. in fi. C. de episcõ. & cler. & rex. in c. ij. j. ne cler. vel mona. Si verò prętenderet iuuare ignorantiam, esset secùs. l. generali. C. de tabul. lib. x. gl. in l. in rem. §. tignũ. ff. de rei vẽdi. A- D lexand. in l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de oper. noui nuntiat. & in consil. xxxvj. visis in j. volu. [Adde quòd præsumptio hoc modo sumpta, prout sonat in delictum, est multiplex: alia enim est vsurpatoria, alia diabolica, alia sacrilega, alia conspiratoria, alia pernicios a, alia nefanda, alia ambitiosa, alia fastuosa, alia præordinata, alia inobedientiæ, alia negligentiæ: de quibus omnibus vide Alber. in suo Dictio. vers. ꝓsumptio est multiplex.] His sic præmissis, videamus E 3 quæ sit præsumptio † iuris & de iure. Et dic eam posse ita definiri: Est dispositio legis aliquid prę sumentis, & super præsumpto tanquam sibi cõperto statuentis. Et colligitur ista definitio ex c. is, qui fidem. cum ibi not. j. de sponsalib. per glo. in l. siue possideris. C. de prob. ꝓ Abb. in c. quanto. j. eod. vbi Felin. allegat cõcord. & inde assumpsit nomen. Nam dicitur præsumptio iuris, quia à lege introducta. & de iure, quia super tali præsumptiõe lex inducit firmum ius, & habet eam pro veritate. Vnde formatur conclusio, quòd cõ- F tra talem præsumptionem non admittitur probatio in contrarium. l. antiquæ. C. ad Velleia. l. fin. C. ad Maced. l. fin. C. arbit. tutel. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. [Vide Alexand. in l. interstipul. §. j. de verbo. obligat. & in consilio. 47 & cons. xcj. in vj. vol. & cons. cxiiij. in 4. vol. & consil. lxxvij. in fin. in vj. volum. Roma. consil. ccc. l. arè Hippolyt. de Marsi. in l. j. §. ad quæstionem. in fin. de quæstion.] & aliquos casus ponit

Salic. in rub. ff. de proba. & Specul. in tit. de præsumpt. §. j. & ibi Ioan. And. in addit. allegat Mar. de Fan. enumerantem plures alios casus: in quibus tamen omnibus ego non puto quòd sit ista præsumptio, sed potiùs legis tantùm, de quibus infrà dicemus. Limitatur † primò supradicta cõ- 4 clusio, vt non procedat in confessione partis: qa probatio per talem confessionem admittitur in contrarium, vt est gl. in auth. de æqual. dot. §. aliud. & in l. in contractibus. in verbo, nullo modo. C. de non num. pecu. cum cõcor. per Feli. in c. quoniam contrà. vers. fallit ergo quintò. de ꝓbat. vbi ampliat idem esse in confessione ficta, secundum Bart. in l. absentem. in fi. ff. de pœnis. & quod not. Bal. in l. fi. C. de interdict. mat. [Vide Roma. in d. consil. cccl. Alex. in d. §. j. & in omnibus consiliis præallegatis.] Et ratio est, quia licet lex prohibeat probationem in cõtrarium, non tamen intelligitur prohibere eam quæ fit ꝓ confessionem partis, ex quo cõfessio non est ꝓpriè probatio, sed releuatio † ab onere probandi. 5 l. eum qui. ff. de iureiu. per Ioan. Andr. & Doct. communiter in rub. §. de probat. Sed pulchrum est videre in practica, quomodo debeat istud intelligi. Nam, attenta ista ratione, sequeretur, q, si constaret de confessione, putà quia facta in iudicio, tũc procederet limitatio: alioquin si pars diceret, volo probare per testes, qualiter tu confessus es extra iudiciũ, non deberet admitti. ex quo C cessaret ratio, quia hîc non agitur de releuatione probationis, imò omnino probandum est. & istud videtur fuisse de mente Iacobi de Put. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in prin. gl. magnæ. ff. de verb. oblig. vbi tenuit, quòd si victus per sententiam arbitri velit reclamare, & ꝓbare de confessione actoris, qui confessus erat sententiã iniquã, quòd non admittetur, imò incidet in pœnam compromissi: & tamen talis sententia non est efficax, nisi per præsumptionem iuris & de iure. Et propterea videretur sanè debere intelligi quod dicit Felin. cum multis concord. in d. c. quoniam contra. & Iason in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. vbi generaliter dicunt. quòd contra sententiam quæ † transiit in rem iudicatam, ad- 6 mittitur probatio per confessionem partis: nã deberet intelligi, si pars in iudicio hoc confessa est, & non aliter. Et pro ista declaratione facit, quia ideo admittitur probatio per confessionẽ, propter maiorem certitudinem, quam in se habet, secundum Aret. & Modern. in d. rubr. de ꝓbat. Quæ ratio non habet locum, quando ista cõfessio probaretur per testes: imò est minus certa cæteris probationibus, ex quo confessio potuit esse facta per errorem, cæteræ autem probationes non, ex quo testes deponunt de eo quod viderunt, & per sensum perceperunt in quo actu non ita faciliter cadit error, iuxta glo. & ibi Gemin. in c. si quis episcopum. iij. q. ix. Cõfirmatur ista opinio per id quod notat Anch. consil. eccl. in quæst. prędicta, vbi dicit, quòd quamuis statutum prohibens admitti probationes, non intelligatur de confessione, tamen istud non procedit quando confessio probaretur per testes, ex q̃ tunc militat ratio statuti, cui aliter possit fraus de facili fieri. Et ista opinio est æquior, alioquin lites essent immortales, & daretur occasio multa falsa fabricandi. Et istud est de mente Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. in pen. quæstio. vbi dicit, quòd isto casu non admitterentur partes ad faciendam positionem de con-

7 feſsione,ergo nec ad probandū: quia† q, non eſt puniblile, neque etiam eſt probabile.l.ſed & ſi reſtituatur.§.j.vbi Ang.ff.de iud.per glo.& Doc. in l.fi.§. quod obſeruari.C.de iura.prop. cal.& idem etiam eſt de mente Anto. But. in dicto c.is qui fidem.vbi dicit,quòd contra iſtam præſumptionem nō admittitur aliqua probatio extrinſeca,videlicet quæ non fiat verbo ipſarum partium ſequitur Card.Alexan.ibi. Et poteſt dici,q,
8 iſtud eſt de mente aliorum,†dum dicunt admit A ti probationem per confeſsionem: nam debent intelligi de confeſsione ſimplici probata immediatè ex facto confitentis,non autem per teſtes, quia tunc non eſſet ſimplex probatio per confeſsionem,ſed mixta, ſcilicet ex confeſsione, & ex teſtibus, vt per Bal.in l.j.per illum text.C. quib. ex cauſ.ſerui pro præmio liber.& Anch. in d.cō ſil.& per Moder.in l.certi condictio,§.quoniam. ff.ſi cert.pet.Bene credo quòd per denuntiationem euangelicam poſſet ſuccurri etiam per ex- B aminationem teſtium, prout dixi in c. nouit. ſ. de iudi.& ita intelligit Inno. in c. qa pleriq;. de immunit.eccle.Bald.& Imol.in l.ſi quis inſtituatur.in fin.ff.de heredibus inſtit.qui loquunt quo ad forum conſcientię,licet Modern.non aduertentes ita generaliter eos allegent: & iſtud eſt magni effectus,per ea quæ dixi in d.c.nouit. Intelligitur etiam ſupradicta limitatio procedere in his, quæ dependent à conſenſu patris: ſecùs ſi ſimus in materia, in qua lex non attēdat C eius conſenſum,prout in caſu matrimonij.c. ſuper eo.ī.de eo qui cog.conſang. vxo.per Abb.&
9 alios in d.c.is qui fidē.& Feli.in d.c. quanto.Secundò limitatur† prædicta concluſio, vt parte non opponente,admittatur probatio contra talem præſumptionem & propterea ſi ſententia tranſierit in iudicatum, & parte non opponente,victus probauerit de eius iniuſtitia, tūc prior ſententia retractabitur, ſecundum Innoc.in c. fraternitatis.ī.de frig.& malef.& Doct.in c.cùm D dilecta.ſ.de reſcript.cum concord. per Felinum in d.c.quantò.& ſimilibus multis per Iaſ.in l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. [Adde Alexand. conſil. lxx. redemptoris. in ij. volum.]Et eſt ratio ſecundum Card. Alex. in d. c.is qui fidem.quia cùm præſumptio iſta ſit introducta propter dubietatem, & in hoc diſter à fictione,quæ inducitur ſuper caſu claro. ſi facta ſit probatio,debet ceſſare talis præſumptio.quę ratio ſi vera eſt,eſt valde notabilis:quia ſequeretur,quòd ante perfectam probationem poſſet ille qui obtinuit,excipere, & prohibere, ne vlterius probationes aliquo modo fierent, ex quo adhuc non eſt caſus clarus, per quem debeat tolli talis præſumptio. Sed ego non puto iſtam ratiōem veram:vnde dic,quòd ratio eſt, quia pars quæ non oppoſuit videtur renūciari fauori ſuo, & tacitè cōſentire.c.ij.ī.de accuſation.in vj. per Bart.in l.j.in vltī.notab.C. de dilationibus quæ tacita confeſsio ſibi præiudicat,vt ſ.vidimus. & F ita tenet Alexand.in l.iudex poſt aquam. ff. de
10 re iud.Et ex hoc inferē, quòd cùm admiſsio† capitulorum ſeu articulorum,fiat per interlocutoriam iudicis,vt per Card.in Cle. ſæpe.§.& quia. in vij.notab.de verb. ſignif. ſi pars permittat labi tempus ad appellandum, videtur quod ad ſe conſentire,non quo ad iudicem:quia cùm ſit interlocutoria,iudex poteſt eam quandoque reuocare.l.q, iuſsit.vbi Bart. ff. de re iudi. & per Car. in d.clem.ſæpe.& debebit reuocare, quotieſcūque requiſit⁹ ſit, antequàm ſit plenè ꝓbatum. Et ita poteſt ſaluari,quod notant Card. & Alex. in d.c.is qui fidem.Et in hoc erit bonum habere iudicem fauorabilem. Contra ſupradictam limitationem,quam Docto.indiſtinctè approbāt, obſtant duo.Primum eſt, quia cùm regula ſit, q, probatio non admittatur contra talem præſumptionem,& iſte ſit articulus iuris,& conſequenter notorius.l. cùm quidam.§.ſuum. ff.de acqui. hęred.ꝑ Bal.in l.cùm proponas.C. de reb. cred. cum concor.ſequitur quod etiam parte non opponente, proceſſus ſit nullus : quia vbicunque cōſtat iudici notoriè defenſiōe partis, licet pars non opponat,proceſſus eſt nullus, ſecundū Bal. in l.non dubium in fin.C. de legib,& latius in diſputatiōe ſua, incipiente,Statuto cauetur quòd fœnerator.& per Anchara. in regula iuris, Ea q̄. & per Aretin.in c.fraternitatis. ſ. de teſt. Sed tu reſponde,quòd iſtud procederet vbi eſſemus in caſu qui non dependeret à volūtate partis:prout ſunt cauſæ criminales,de quibus per Bart. in l.j.§.j.ff.ad Trebell. Sed in noſtro caſu ſecùs eſt, ex quo pars non opponendo, videtur renuntiare fauori ſuo:qua renuntiatione ſtante, nō eſt aliquod notorium quod poſsit ſuppleri per iudicē.Et propterea ſicut in notorio facti iudex non ſupplet,niſi ſit à parte allegatum.vt per Alexan. in l.j.C.vt quæ deſunt aduoc. ita videtur dicendum in iſto notorio iuris, cui pars[per tacitum conſenſum poteſt renuntiare.[Contrariū, quòd in notorio facti, etiam ſi non allegetur à patre, iudex ſupplere poſsit,tenet Roma.conſil. ccxxvij.in fin.] Et iſtud procedit,etiamſi in hoc iudicio producerentur articuli directò contrarij prioribus : de quo per Modern. in c. fraternitatis. poſt Are.ſ.de teſt. & facit quod not.in l.ſi diuerſa.C. de tranſact. Secundò obſtat textus in d. l.ſi.C.arbit.tutel. Pone quod tutor in inuentario pupilli deſcribat etiam res proprias præſumptio eſt iuris,& de iure, quòd ſint pupilli. Pone D rurſus,quòd tutor velit probare eſſe ſuas, & pupillus non opponat, nunquid poſsit obtinere? Et videtur quòd ſic,ex ſupradicta limitatione:tamen contrarium eſt verius, quia ſecundum Salic.ibi,dato quòd eſſent ſuæ, ex quo eas deſcripſit in inuentario, videtur donaſſe pupillo. ſequitur Soc.conſ.lxj.in primo dubio.in j.volum. Et propterea cùm tutor in inuentario deſcripſiſſet rem ſibi à patre pupilli legatam, in contingen- E tia facti fuit dictum, videre eum renuntiaſſe legato.Sed tamen aduerte,quia illud dictum Saliceti,quòd cenſeatur tutor donaſſe, non videtur verum,nec probatur in d. l. fin. quæ cùm ſit exhorbitans,non eſt extendenda auth.quas actiones.vbi not.C.de ſacroſanct.eccleſ.Tertiò limitatur †ſupradicta regula,vt non procedat quan- 11
do probatio contra talem præſumptionem fieret per indirectum,vt eſt glo.in Clem.j. in verb. feciſſe narramus.de proba. & Alexand. in d. l. à diuo Pio.§.ſi pignora. & per Felin.in d. c. quantò.Et adde,quòd ratio eſt,quia cùm lex requirat certas qualitates in actu in quo inducit talē præſumptionem, ſemper admittuntur ꝓbationes, quòd quis non ſit in tali caſu, vel non concurrat aliqua ex requiſitis qualitatibus,vt per Bart. in l.j.§.& parui.ff.quod vi aut clàm.per l.4.§.cō demnatum.ff.de re iudi.vbi Doc.& per And.Sicul.conſilio xv.in j. volum. [Bene facit quòd diſpoſitio exceptionem excludens, vbi ſuper certa qualitate fundatur, exceptiones illi qualitati detra-

dentes non cenſetur excludere, vt per Bartol.in l.diuus.ff.de teſta.milita.Aretin. in §.planè.Inſtit.eod.titu.Alexan.in d. §. & patui. Facit etiam quod volunt Ioan.Andr.& Domi. in c. filij.de hæret.quòd iura omnia quæ diſponunt alicui probationi rationi certæ qualitatis ſtandū, ita quòd non admittatur probatio in contrariū, intelligi debent, dummodò non probetur talē probationem eſſe falſam, & ſic quòd non eſt ꝓbatio ita qualificata.] Et pro hoc facit quod not. A Card.Alexand.in c.ad id.ī.de ſponſalib.vbi poſt Imol.& Doct.dicit,quòd licet ſit præſumptio iuris de iure, quòd ſi mulier contracto matrimonio per metum diutiùs cum marito cohabitauerit,purgatus ſit metus : tamen admittetur ad ꝓbandum etiam cohabitationem fuiſſe violentā: & ſic hęc præſumptio tollē per indirectū. [Adde eundem Præpoſ.in c.veniens.de ſponſa.] Ad
12 idem etiam facit,quia ſi detur poſſeſsio† per tan- B tùm tēporis,cuius initii memoria non ſit in contrarium,præſumitur legitimus titulus,eſtque etiam præſumptio iuris,& de iure,ſecundum Felinum in c.cùm nobis.de præſcript. & tamen cōtra eam admittetur probatio indirecta, ſcilicet nō eſſe lapſum tantùm temporis, vt ibi dicitur.
13 Ex ex hoc infero,†quòd non admittetur aliquis iſto caſu ad probandam malam fidem,vt dicit Iacob.Buttrig.in tract.de homog.quem refert & ſequitur Salic.in l.ij.C.de ſeruit.& idem eſt de mē te Abb.conſ.lxxxj.clericus quidam. in ij.& Anchar.in c.j.de præſcript.in vj. niſi de ea conſter, vel per confeſsionem partis,vel eſſet notorium: & ſic eſſemus in caſu alicuius fallentiæ hîc poſitæ.Et ita fœdere diſtinctionis poteſt concordari quod dicit Philip.Franc.in d.c.j.& Ioann.Firmia.in repertorio ſuo,referens Ioan.And. & Canon.in c.ſi diligenti. de præſcript.in verb. præſcriptio.Ad ſupradicta etiam facit quod not.Bal dus poſt glo. in c. quoniam frequenter. in prin. ſ.vt lit.non conteſt.vbi ſi quis examinauerit te- D
14 ſtes† ad perpetuam rei memoriam. habet annū vtilem ad conueniendum aduerſarium:aliàs lapſo illo tempore, præſumitur examinatio facta in fraudem, & eſt præſumptio iuris, & de iure, vt ibi dicitur, quæ tamen recipit probationem in contrarium, idque per indirectum; putà ſi ꝓbetur non eſſe lapſum annum ab eo tempore, quo potuit experiri.Et ex iſta limitatione decidit quæſtio quę fuit inter Argentinum de Forliuio,& Salic.de qua per Bald.in d.l.fin. C.arbi. E tutel. Quartò limitatur,niſi contra talem præ-
15 ſumptionem eſſe notorium,vt per Rom. conſil. ccl.cum concord.per Felin.in d.c.quantò.Et facit,quia ſublata aliqua probatione in contrariū, nunquam tamen cenſetur illa prohibita,quæ fit per euidentiam rei, vt dicit Bald.in l.contra negantem.in fi.C.l.Aquil.& in rubr. C. de probat. cum ſimilib.[Et idem Bald.in l.j.C.ſi aduerſ.lib. Alexand.conſ.xxxix.in vj.volum.& conſ. xxxv. in iiij.volu.cum variis concord.& ſimilib. egre- F giè adductis per Hippol.Marſil.in l. j. §. ſi ſerui. quaſi de quęſtio.ad quem ſufficiat remiſsio:multa.n.egregia tradit pro huius limitationis corroboratione.] Intellige tamen ſupradictam limitationem quādo notorium ipſum allegaretur in actis:aliàs nihil iuuaret.vt per Alexand.in l.vnica.C.quæ vt def.aduo. & in conſil. cxviij. in iiij. facit.l.ſi adulterium. §. idem Pollioni. ff. ad leg. Iul.de adult. Item intellige procedere in notorio facti permanentis,vt loquitur Rom,in d.con-

ſil.cccl.aliàs ex quo notorium non eſt facti remanentis deberet probari,iuxtà not.in c.veſtra. de cohab.cler.vnde tunc limitatio non procederet ex quo lex reiicit probationem à tali præſumptione.& facit ratio:nam ſententia† facit notorium.c.fi.infrà de cohab. cleric. notat in c.cū o- 16
lim.de verb.ſig.q, notoriū eſt præſumptionis,vt dicit.Feli.in d.c.quoniá contra.in iiij.fallē. poſt alios:vnde ſi detur notorium veritatis,illud præualet.Sed iſtud notorium veritatis non pōt procedere in notorio facti tranſeūtis: quia in eo requirit̄ probatio per teſtes,quæ fundat̄ in præſumptionibus:meritò ergo prior præſumptio tanq̄ efficacior debet prævalere. l. diuus. ff. de integ. reſti. Aduerte etiā, q, in omnibus caſib. in quibus ſuccurritur aduerſus ſententiā,quæ trāſiit in iudicatum,in iiſdem videtur q, limitet̄ prę dicta regula,ex quo pro tali ſententia eſt præſumptio iuris & de iure. Et propterea ſupradictis limitationib.cōprehendunt̄ quinq; caſus poſiti ꝑ Fel.in d.c.quoniá cōtra. Quintò limitat† Fel.in 17
d.c.quantò.vt non procedat antequam feratur ſententia prætextu talis præſumptionis: nā admittetur probatio in contrariū, vt eſt gl.quā ibi not.Domin.in c.ordinarij. in prin.in verb. liberè.ī.de of.ord.in vj.Sed iſta limitatio non eſt vera,& cōtra tex.in d.l. fi. & d.l. antiquæ. cū ſimil. & cōtra mentē omniū.Nec text. in d. c. ordinārij:facit pro iſta limitatione:quia ibi etiā, q, non C oſtendat diſpenſatio in tēpore conſtituto, licet lex præſumat nullam adeſſe, nō tamen probat̄ q, ſit per præſumptionē iuris & de iure.Præterea ibi nō admittit̄ oſtēſio diſpēſationis in vim probationis,ſed potiùs per pugnationē morę,q, retrōtrahit̄ ad tēpus, quo nondū erat aliqd præſumptū,vt per Bal. in c. quoniā frequenter. ſ.vt lit.nō cōteſt. Sextò vltra Mod.tu limita, † vt licet nō admittat̄ ꝓbatio cōtra talē præſumptio- 18
nē,admittit̄ tñ reſtitutio in integrū,ſi iuſta cauſa ſubſit.Ita probat̄ ex not. per Bar.Ale.& alios cōmuniter in l.inter ſtipulantē.§.j.ff.de ver.obl.vbi in iudiciis, quādo lis cōteſtat̄ ꝓſumptio eſt iuris,& de iure,q, de eadē re intellexerūt actor & reus:& tñ ſi reus oſtēdat aliquā cauſam per quā ꝓbabiliter erranerit,debebit ſibi ſuccurri preſtitutionē in integrū,ex clauſula generali. Si qua mihi iuſta cauſa, &c.l.j.ex qb.cauſis ma. ff.vt ibi per eos.Facit,quia videmus,q, ſi ſubſit iuſta cauſa,ſuccurreret eodē remedio cōtra ſententiā, q, tranſit in iudicatū.l.diuus.ff.de iudi.per Iaſ.poſt alios in l.admonendi.ſſ.de iureiur.Circa prædictā tñ limitationē aduerte, quia contrariū videtur præſupponere Abb. in c. conſtitutus.ſ.de in integr.reſtit.dū dicit,q, decretū iudicis interueniens in actu,facit præſumi eū ſoléniter geſtū.l. j.C.de præt.decur.lib.x.Sed iſta non eſt præſumptio iuris & de iure, vnde ſecundū eū admittit̄ reſtitutio in integrum, & poterit probari læſio. Sed reſponde, q, dictum Abb. procedit vbi eſſet F ſpecialis præſumptio † iuris, & de iure quem 19
non eſſe læſum:nam tunc non concederetur reſtitutio:ſecùs vbi lex ſimpliciter præſumit veritatem. Septimò limitatur, vt poſsit† admitti 20
probatio per proteſtationem, quæ actū præceſſerit,vel interuenerit in ipſo actu,vt eſt glo.in c. vidua.ī.de regul.per But.& Card.Alexā. in d. c. is,qui fidem, vbi præſumptio eſt, quòd Nouitia quæ adſumit habitum profeſſarum, vel ſe ingerit in actibus in eas pertinentibus,ſit profeſſa,niſi proteſtatio præceſſerit. [Contra hanc limita-

tionem videtur facere q, voluit gl. mag. in med. in c.per tuas.de cōd.appoſ.& ibi not.Io.And.& Præpoſ.& idem Præpoſ. poſt But. in c.veniens. ij.de ſponſ.& Aretin. in l. Titia.§. idem reſpondit de verb.oblig.quòd ſi duo contrahant ſponſalia de futuro, ſecuta copula carnali, ſponſalia tranſeunt in matrimonium præſumptum præſumptione iuris & de iure, adeò vt non admittatur probatio in contrarium.d.c.is qui.& d.c.veniens. Licet ergo ſponſi de futuro proteſtentur, quòd quamuis ſequatur copula, non intendunt quòd ſponſalia tranſeūt in matrimoniū, nec cōtrahere matrimoniū, tamen talis proteſtatio nō releuat, nec derogat præſumptioni iuris & de iure, quæ reſultat ex copula. Vides ergo, q, contra præſumptionem iuris & de iure non admittitur proteſtatio in contrariū. Saluando limitatio nē præceptoris mei, quæ videtur de mente Bar. &Dd. in l. nō ſolū. §. morte. de noui oper. in q. illa, an proteſtatio declaratoria tollatur per actū contrarium. vbi poſt alios, Iaſ. ver. tertia concluſio. Bar. & Alex. & ſeq. dicas, quòd ideo in caſu illius gl. proteſtatio reiicitur, quia eſt turpis & inducens peccatum fornicationis, mirum videri non debet ſi non releuet contrà præſumptionē iuris & de iure, fauore matrimonij & cauſa peccati euitandi introductam: & illam eſſe rationē illius gl. tradit Panor. ibi & Præpoſ. & Ant. latiſſimè in d.c.veniens. & Iaſ. & Ioan. Ru. Alex. in d. §. morte. Ex qua gl. & Doct. potes colligere vnā ſublimitationem, ſeu reſtrictionem huius limitationis præceptoris mei, vt non procedat vbi p præſumptionem iuris & de iure tollitur peccatum: tunc enim proteſtatio procedens vel ſubſequens non valet ad tollendā talem præſumptionem. & ita expreſsè reſtringit Præpoſ. in d.c. veniens. [Et iſtud procedit etiam in fictione: vnde ſi maritus proteſtetur vxori: quòd non intendit teneri actione ex ſtipulatu tacita, tunc non procedit diſpoſitio, de qua in l. vnica. in princip. C. de rei vxo. act. vt etiam tenet Bal. nouel. in tract. de dotē, in vj. par. in ij. priuilegio. Et eſt ratio. qā lex introducit illud remedium, partibus ignorātibus, vt ibi dicitur, non autem inuitis. Et iſta limitatio effectualiter cōprehenditur in tertia, quam ſ. retuli. In contrarium tamen facit quod not. Bart. in l. j. §. item ſolent. in fi. ff. de off. præf. vrb. vbi proteſtatio †ruroris facta in inuentario, quòd ſi qua poſuerit nō ponenda, velit ea haberi pro non appoſitis, eum non releuāt à præſumptione, de qua in d.l. fi. C. arbit. tut. Sed reſpōde quòd iſtud procedit in proteſtatione generali, quam lex reprobat, cùm velit omnia minoris bona in inuentario ſpecialiter deſcribi: ſi ſubſit tamen iſta aliqua cauſa erroris, illi ſuccurretur per reſtitutionem in integrum, iuxta ſupradicta. & ita intelligo quod not. Bald. in d.l. fin. in j. queſt. Et dum gl. in d.c. vidua. ponit octauā limitationem, vt admittatur probatio in contrarium per vnum teſtem & iuramentum in ſupplementum probationis, ab omnibus reprobatur, & bene, vt per Card. Alex. in d.c. is qui fidem.

SVMMÆ.

1 *Præſumptionis iuris variè definitæ vis, & nomina. 2. 7. 8.*
4 *L. Lucius. de cond. & dem. explicari.*

TERTIA PARS PRÆSVMPTIONVM.

VENIAMVS ad præſumptionem iuris tantū. Præſumptio iuris poteſtimeo iudicio ſic definiri: Eſt ꝓbabilis †coniectura ex certo ſigno 1 prouēniens, quæ, alio nō adducto, pro veritate habetur. Eſt verum q, Bal. in l. ea q- dem. in prin. C. de acc. & in rub. C. de prob. aliter definiuit, vel (vt ego arbitror) potiùs deſcripſit: vnde tene meam definitionem. Primò dixi probabilem cōiecturam: quia omnis præſumptio legis eſt fundata ſuper veriſimili. c. quia veriſimile. de præſum. in antiq. & facit quod not. Bal. in l. fi. per illum tex. in vlt. not. & in xx. opp. C. de hære. inſtit. vbi præſumptiones legum nō aptantur, niſi ſuper veriſimilibus: & illa præſumptio eſt efficacior, quæ eſt veriſimilior. l. ij. C. de ſicar. vt ibi per Bal. Sed dicit idem Bal. in rubr. ſ. de proba. q, præſumptio †, eſt ratiocinatio de re veriſimili. facit, quia quod non eſt veriſimile, habet quandam falſitatis imaginem. l. milites. §. oportet. C. de quæſt. Bal. in l. j. C. de ſer. fugit. vnde experimentum veri ſermonis eſt, vt concordet cum rebus ſenſatis. l. ſi ita quis. verſ. quod nemo ianus dixerit. ff. de euic. Et exceptionem nō veriſimilem iudex nō debet admittere, vt dicit Ant. But. in c. ſuper hoc. de renūt. facit lex, ſatis. C. de falſis. [Vide vltra deducta hic, plura egregia dicta in hac materia per Iaſonē in l. ſi extraneus de condict. cauſ. dat. vbi multa congerit ad dotem huius materiæ: ad quē ſufficiat remiſſio. Et vltra eum multò latiùs Hippol. de Marſil. in l. j. in princip. verſ. quo autem ad tertiam ſpeciem confeſsionis. ff. de quæſtio. & in d.l. j. §. ad queſtionem. verſic. nota etiam vlterius. Et latiſſimè in repet. rubr. de probat. verſ. Item & vltra prędicta dico q, ad hoc quod confeſsio inducat, &c. ex quibus locis poteris optimè materiā veriſimilitudinis colligere.] Secundò dixi, coniectura ad differentiam probationis: quia præſumptio †, non eſt propriè ꝓbatio l. Lucius. vbi Din. & Bar. ff. de cōd. & demō. Bal. in addit. Spec. in tit. de poſit. in verſ. ꝓſumptio. Et facit ratio, qā ꝓſumptio releuat ab onere ꝓbādi, ergo nō eſt ꝓbatio, vt no. in rub. ſ. de prob. & facit q, nō. Bartol. in l. iij. aliàs l. j. C. de fi. inſtr. lib. x. [Quandō enim iuris præſumptio eſt pro aliquo, releuatur ipſe ab onere probandi, & transfertur in aduerſarium, vt per Bartol. in l. in illa. in fin. ff. de verb. obliga. facit l. ab ea. ff. de probationib. & c. bona fide depoſ. cum vulg. vt per Cepol. conſilio xxxiij. multa poſſent & per Hippol. de Marſil. ſingu. cccxxj. decreui. Ità vt quando præſumptio eſt ꝓ aliquo, aduerſa pars, quæ vult probare contrarium, grauatur duriore probatione, ſic quòd efficaciores probationes requirūtur, per textum, vbi ponderāt Alber. Raph. Fulgoſ. & Iaſon. in vj. notab. in l. ſi extraneus. ff. de cōdit. cauſ. da. text. Vbi expreſsè not. Panorm. in c. quia veriſimile. de præſumptio. extra facit textus cum gloſſ. in l. fin. & ibi Baldus ff. de eo quod met. cau. cum aliis pluribus concord. traditis per Marſilium in d. ſing. ccccl j. decreui. Adeò quòd tunc nō eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis, ſi ſemiplenè probaſſet per vnum teſtē, vel alio modo gloſſ. eſt not. in d.l. fin. quod met. cauſ. & ibi expreſsè not. Bald. & Hippol. in d. ſing. ccccl j. & Iaſ. in lect. l. admonēdi. de iureiur. & multa egregia dicta ad hoc cumulat idem Iaſ. in repet. d.l. admonendi. verſ. ex hoc correlariè inferuntur, &c.] Et iſtud tantò fortiùs videtur procedere, vbi requireretur probatio euidens, per

per text. in l. ij. in fin. C. qui accuſ. non poſſ. Sed aduerte, quia licet verum ſit, quòd præſumptio iuris non dicatur probatio, imò ſit diuerſa, vt etiam dicit Alexand. in l. j. C. de teſt. mil. lex tñ parificat iſtos caſus, vel q, qs habeat ꝓſumptionē iuris pro ſe: quia talis præſumptio dicitur liquidiſsima probatio. l. licet Imperator. vbi Alex. & Iaſ. ff. de leg. j. gl. in l. ſi tutor petitus. C. de peric. tut. cum infinitis concord. [Vide Hipp. de Marſi. in rub. de prob. verſ. reſtat videre de alia ſpecie A probationis. qui allegat plures gl. cōcor. & in l. j. §. ſi quis dicatur. ff. de quæſt. qui dicit, quòd iuris præſumptio adfert ſecum probationem. Et eundem in pract. crim. §. principium. Adde Alexand. in l. manifeſtæ. & ibi Iaſ. latius not, ij. per illum tex. ff. de iureiu. Paul. conſil. cxvj. viſo compromiſſo. lib. j. in nouiſs. Et Steph. Bertran. in cōſil. xxxix. in ij. vol. vbi allegat Socin. & alios. Adde quod dicit Bal. in d.l. ſi tutor. quem refert. & ſeqtur Felin. in rub. de probatio. quod vbi ad reportandam victoriam requiruntur probationes B liquidiſsimæ, ſufficit probare per præſumptiones à iure inductas, & ibi vide concord. per Felinum.] Imò præſumptio legis ſufficit, vbi lex requirit probationem per inſtrumentum. l. quæcunque. iuncta l. j. C. de apoch. pub. lib. x. quem ad hoc notauit Bal. in l. j. C. de fideicomm. in l. j. §. j. C. de rei vxor. Mod. in l. pactum quod dotali. C. de pact. [Et illud dictum Bal. ſequitur Alexan. cōſ. cxxvj. repetitis. in vj. lib. & And. Barb. in re- C pet. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſ. Hippo. in rub. de probat.] Idem eſt ſi ſtatutum requireret lucidiſsimas probationes. l. j. vbi Fulg. & cæteri. C. de teſta. milit. Dum ergo lex æquiparat iſtos caſus, certè talis æquiparatio procedet etiam in materia pœnali & correctoria, vt per Bartol. & Alex. in l. j. ff. de lega. j. Et iſtud mihi magis placet, quia actus præſumptus à iure, eo ipſo ꝓbatus dicitur, quod non probatur contrariū. gl. in l. ij. C. de erro. calc. in l. ſi creditor. C. de pig. D act. in l. in teſtamento. C. de teſt. mil. cum ſimil. per And. Sicul. in rub. ſ. de prob. Nec obſtat d.l. 4 Lucius † per quā dicit Alex. q, vbi probatio cōditionaliter requiritur, non ſufficit præſumptio: quia tale dictum debet intelligi ſecundum legē, quàm allegat, videlicet vt ꝓcedat vbi ſumus in caſu, in quo cōſtat ſubeſſe præſumptionem, & nihilominus requiratur probatio: nam tunc ne iſta requiſitio ſit penitus inutilis, adhuc requiritur probatio, iuxta not. in l. ſi quando. de leg. j. E Nam intelligo text. in d.l. Lucius. quando filius erat in quaſi poſſeſsione filiationis, propter quā habebat præſumptionem legis pro ſe, q, eſſet filius: nec requirebatur alia probatio, vt per gl. & Doct. in l. Titia. ff. ſol. matr. per Iaſ. in l. neque ꝓfeſsio. C. de teſta. & Alex. in conſ. lj. in j. vol. Vnde cùm teſtator inſtituerit eum, ſi probaret ſe filium, ſatis oſtendit ſe non fuiſſe cōtentum de illa præſumptione. Et q, ille text. loquatur, quādo filius erat in quaſi poſſeſsione filiationis, proba F tur ex tex. in fin. qui præſupponit abſque aliqua probatiōe teſtamentum eſſe nullius momenti: certè niſi fuiſſet in quaſi poſſeſsione, requirebatur probatio, ex quo erat fundamentum intentionis ſuæ. l. verius. ff. de prob. Item cōfirmatur, quia dato quod non eſſet in quaſi poſſeſsione, non videtur q, teſtamentum eſſet nullū. Nā præteritus non potuiſſet habere hæreditatem, niſi probaſſet: ergo vt teſtamentum ſuſtineatur, illa conditio debet haberi pro non adiecta, tanquā tacitè ineſſet. l. in conditionibus. §. j. ff. de cond. & demō. l. iij. ff. de legat. j. quæ interpretatio in dubio fuit capienda. l. iij. ff. de teſta. milit. Et iſto caſu filius nunquam reperiſſet ſe præteritū, & ſic teſtamētum valuiſſet, quicquid dicat Paul. de Caſt. in d.l. Lucius. Aliam ſolut. ad illum tex. etiam ponit ibi Iacob. de Are. & Imol. & referūt mod. in d. rub. & in l. j. C. de teſt. mil. Dic vt p eos. Nō obſtat d.l. ij. C. q accu. quia in illo caſu ceſſabat præſumptio: vnde ea ceſſante, bene requiritur euidens probatio: ſed nō ſequitur, quòd præſumptio ipſa non faciat euidētem probationē. Prætereà ex eo quod dixi, coniectura manifeſtè apparet, quod præſumptio procedit ſolū in his, quæ ſunt facti, quia in talib. habet locū coniectura: non autem in his, quæ ſunt iuris, quia de eis ſemper lex eſt certa. l. cùm quidā. §. ſuum. ff. de acq. hære. Et in certis non eſt opus coniecturis. l. continuus. in prin. ff. de verb. oblig. Sed contra hoc obſt. quod quotidie vulgò dicimus, tale q, B eſt facta, & facta nō præſumuntur. l. in libello. §. factæ. ff. de cap. per Iaſ. in l. ſerui electione. & in l. legato generaliter. ff. de leg. j. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. & alibi in variis locis. Sed tu aduerte, quia ille tex. nō loquitur in præſumptione, ſed in fictione. Nec ſimpliciter probat, quod lex non fingat in his, quę ſunt facti, ſed probat quòd in cauſa facti fictio non habet locum. Et idem apertiùs dicitur in l. deniq; ff. ex quib. cau. maio. circa quam rationem Bart. ibi laborat, & declarat, q, hoc fit propter inhabilitatem extremorum. Sed iſtud eſt aſsignare nouam rationem, non autem ſuſtinere rationē Iuriſc. prout etiam faciunt Modern. in d.l. ſi is qui pro emptore. Vnde dic, q, † vſucapio producitur 5 ex continuatione poſſeſsionis. l. iij. de vſucap. & ſine ea eſſe non poteſt. l. ſine poſſeſsione. eo. tit. & ſic producitur ex cauſa cōſiſtente in facto, in qua lex nihil fingit. Et ratio eſt, quia ſi lex fingeret vſucapionem proceſsiſſe, neceſſarium eſſet q, fingeret ſuper cauſa ipſius, & ſic ſup poſſeſsione q̄ poſſeſsio cū acquirat & amittat per actus naturales. l. j. de acqui. poſſ. non potuit per fictionem legis alterari. l. iij. §. ex contrario. ff. eod. tit. & facit §. ſimul. Inſt. de legit. agna. tutel. Nam cùm poſſeſsio ſit de ſubſtantia vſucapionis, ſex non poteſt ea, quę de ſubſtantia ſunt, tollere, vt not. in l. ij. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſ. Et ideo etiam ſi quis reuertatur poſtlimi- E nio, non tamen recuperat poſſeſsionem, niſi nouа appreheſione eam reacquirat. l. cùm hæredes. §. j. de acq. poſſeſ. Sequitur ergo, vt quamuis lex fingat † ſuper facto, nunquam tamen fingit ſuper cauſa facti, repugnante modo à lege naturali tradito. Et facit quod not. Bal. §. in rub. de cauſa poſſeſſ. & propr. vbi ſi ſtatutum velit ipſo iure continuari poſſeſsionem de defuncto in hæredem, talis poſſeſsio ante appreheſionem naturalē nō dicit vera poſſeſsio, quia eam non po- F teſt lex transferre ſine actu naturali & organis corporis: & propterea ex tali poſſeſsione non compereret poſſeſſorium recuperandæ, vt eſt communis opinio, de qua per Alexand. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. licet Decius inaduertenter contrarium dixerit, conſil. lxxxiiij. de quo etiā p Iaſ. in l. ſi ſorori. C. de iur. deli. [Et hoc ſtatutum ſeu potius conſuetudo viget in toto regno Franciæ, quia mortuus ſaiſit viuum: id eſt, mortuus videtur dare poſſeſsionem hæredi viuo, vt expreſsè dicit Cin. in l. ea lege. C. de cond. ob eau.

ob.cau.& Io. Fab. in §.fui. de hær.qual.Inſt.melius in §.j.Inſtit. de interd.& Barb.in repet.rub. de cauſ.poſ.& propr.Alex.in l.cùm hæredes.de acq.poſſ.& conſ. lxxxij. perſpectis his, & conſi. ſeq.viſa facti narratione.in ij.vol.& con.xxxvij. in cauſa mota per Ang. in j. vol. & melius quàm alibi per Barth.de Chaſſanea in comment.conſuet.Burg.in tit.de ſucceſ.§. le mort ſaiſit le vif. quaſi per totum.Ex quib. omnib. locis præallegatis videre poteris,an pro tali ficta poſſeſsione A derur interdictum adipiſcendæ,& recuperãdæ. Vnum tamen nolo te omittere in practica,quod dicit not.Ioã. Fab.in d.§.j.de interd.& etiam atteſtatur Chaſſa.vbi ſuprà, verſ.& de hac conſuetudine me moratur,&c. quod eſt de conſuetudine & ſtylo Curiæ in regno Franciæ, quòd ex tali poſſeſsione hæredes ſolent intentare remediũ retinendæ poſſeſsionis, dicentes ſe ſaiſitos,& turbari in poſſeſsione: & ſic concludunt in caſu nouitatis, quamuis realiter non fuerint adepti B poſſeſsionem: & hoc facere poſſunt ſecundum eos,& ita quotidie practicatur in Gallia.] Et ex his apparet,quòd d.§.factæ nihil obſtat. Puto tamen quòd regula Doc.ſit in ſe vera,ſanè eam intelligendo : quia verum eſt,quòd regulariter facta non præſumuntur,imò debent probari.l.verius.ff.de probat.Et iſtud præſertim procedit in factis accidentalibus: quia accidentia extrinſeca non præſumuntur,vt eſt gloſſ. not.in c.ſi fortè.in verb.ſciente.j.de elect.in vj.gloſſ.in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd.co.& per Raph.Com.in l.ij.§.j.ff.de excep.& facit text.in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.ff.de verb. obligãt.Iſta tamen regula fallit in infinitis caſibus, in quibus facta præſumuntur præexiſtente cau- 7 ſa,de quibus infrà dicemus. Tertiò†ſubſequitur,ex certo ſigno prouenicns. Dixi certo: quia niſi conſtito de ſigno,lex non præſumit: vnde ſi de eo aliter non conſter,deber probari.c. ſicut.j. infrà de ſimon.vbi lex præſumit aliquem ſimoniacum ex ſignis, ſed requiritur priùs quòd de ſignis conſter:ſicut præſumitur pater diligere filium,ſed opus eſt,quòd conſter eum patrem eſſe:& ſic in ſimilibus: quia ſemper ex præſuppoſito certo,ſequitur deinde præſumptio. Appellamus 8 autem iſta præſuppoſita ſigna:quia ſicut argumenta habent ſedes ſeu locos ſuos,vnde oriuntur,vt dicunt Ariſtoteles & Cicero in Topicis,ita etiam præſumptiones oriuntur ex certis ſedibus,quas ſedes Hermogenes in rhetoricis E ſigna appellat.Eorum alia ſunt neceſſaria: vt, eã quæ peperit,concubuiſſe.Sed hæc nec ad actum pertinent,nec ad præſentẽ materiam. Alia ſunt veriſimilia tantùm:vt,non eſſe pudicam,quæ cũ alienis viris clàm vagatur.c.certio loco.j.eod.& de his videbimus.Sunt autem innumerá, vt dicit Quintilianus.Et meritò Bartol.in l.fin.in fin. prin.ff.de his quæ met.cauſ. dicit quòd iſta materia non poteſt tractari, quia non poſſunt capi regulę,ſed magis ſecundum accidentiam factorum iudicatur. F Nos tamen quamplurima dicemus, quæ vt meliori ordine habeantur, congeremus ſub certis regulis.

REGVLA PRIMA
PRÆSVMPTIONVM.

SVMMÆ.

1 *Præſumptionis naturæ vis.*

PRIMA † Regula ſit, ꝙ qua- 1
litas, quæ†naturaliter ineſt ho 2
mini,ſemper adeſſe præſumit.

Hanc regulam probat gloſſ. in c. ſi fortè.de elect.in vj.gloſſ.& Doct.in c.is, qui fidem.de ſpõſal.vbi appellant talem præſumptionem eſſe præſumptionem naturæ.& idem firmat Ang. in repet.l.ſciendum.ff.de verb.oblig.

SVMMÆ.

2 *Exhæredari ſui gratiâ filium.*
3 *Alienari ex cauſis vetatur legitimè.*
4 *Pater ex cauſa pro filia teſtis.*
5 *Statutum vetans mulierem contrahere ad patrem non, niſi ex cauſa, trahi.*
6 *Dotatæ à patre legitimam non ſuppleri niſi ex cauſa.*
7 *Dotis conſtituendæ modus.*

PRÆSVMPTIO I.

EX HOC primò infertur, † ꝙ pa 1
tres præſumunt amare filios ſuos, & econtrà.l.iſti quidem. ff. quod met.cauſa.l.ſi pupillorum. §.ſi pater.ff.de reb.eorum.l.nec ei. ff.de adopt.§.fin.Inſtit.de noxal. & qđ not.Rom.in l.j.de.in ius voc.cum ſimil.per Feli. in c.afferte. de præſumpt.extra.Imò præſumuntur patres † plus terreri in filiis, quàm in ſeipſis, 2 vt ibi dicitur.Et propterea Labeo Iuriſconſultꝰ cùm apertè damnaret Auguſtum Imp. interrogatus ab eo,vnde tantum audacię aſſumeret: reſpondit,quòd naturæ beneficio eſſet ſenex, & ſi lios non haberet.Facit quod not.Abb.poſt alios in c.ſuper eo.de renunt.vbi dicit,quòd iuſtus eſt metus filij,qui in ſtudio renuntiat beneficio ꝓpter metum qui patria inferretur patri.[Et dicit. not.Innoc.in c.cum locum.de ſponſ. quẽ refert Hipp.de Marſil.in repet.l.vnicæ.de rap.vir.& in l.inauditum.ff.ad l.Cornel. de ſica. quòd ſi patri fit violentia corporalis, & filius aliquid facit vt liberet patrem, ille actus dicitur per metum factus,ac ſi ipſi filio fuiſſet illata violentia.

SVMMÆ.

2 *Exhæredari ſui gratiâ filium.*
3 *Alienari ex cauſis vetatur legitimè.*
4 *Pater ex cauſa pro filia teſtis.*
5 *Statutum vetans mulierem contrahere ad patrem non, niſi ex cauſa, trahi.*
6 *Dotatæ à patre legitimam non ſuppleri niſi ex cauſa.*
7 *Dotis conſtituendæ modus.*

PRÆSVMPTIO II.

SECVNDO infertur,quòd†pater 1
ſemper præſumit capere ſalubrius conſilium in fauorem filiorum. l. nec in ea. ff. de adulter. Et iſtud ꝓcedit etiam ſi pater faceret actũ qui prima fronte non videretur vtilis filio,vt ꝓbatur ex not.per Bar.in l.j.ff.de vulg.& pup. vbi dicit,quòd lex permiſit patri ſubſtituere pupillariter,etiam filio exhæredato mala mente. l.cũ quidam.C.de legat.quia tantùm conſidit de patre,quòd credit,quòd non ſit facturus aliquid,ni ſi pro bono filij.Ad idem facit quod not.Bart.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi,de oper.lib.vbi ſi pater† exhæredet filium ſimpliciter, non cenſetur exhæredatus mala mente,quo ad eã quę ad ipſum pertinent iure filiationis. l. ſi patronus.§. ſi quis non mala.cum §.ſeq.ff.de bon. lib. licet quo ad hæreditatem ſit ſecùs, ex quo talis actus eũ expreſsè excludit à bonis:quę excluſio ſimpliciter facta,nõ habet aliquẽ colorẽ ꝓ bono filij. Et ita põt ſaluari Bar.ab impugnatiõe Ale. in d.l.ff. de vulg.

vulg. [Et ibi vide præceptorẽ meum Franciſc.à Ripa,verſic.ſextò dubitatur. vbi alio modo concordat opiniones.Dic vt per eum.]Ad idem fa- 3
cit,quia † ſi teſtator,inſtituto filio,prohibeat,ne alienet,antequam habuerit xxx.annos, talis ꝓhibitio tenebit etiam reſpectu legitimę:quia nõ cenſet appoſita in grauamen,ſed potius in ſui fauorem,dum pater conſulit ætati lubricæ adoleſcentis. Ita dicit in contingentia facti ſe dixiſſe Raph. Com.in l.filiusfamil. §.diui. ff.de legat. j. & ibi Ambroſius Opizonus latè comprobat iſtam opin. quam etiam ſequitur ibi Ioan. Crotus,& idem conſuluit Paulus de Caſtro conſilio lxxvij.viſis & conſideratis omnibus in j. volum. in nouiſsimis. Et probatur hæc opinio ex not. per Bartol.in l.cùm ex filio in princ. ff. de vulg. & pupil. cum concord. vbi exhæredatio facta ad certum tempus, tenet etiam reſpectu legitimæ:quia præſumitur facta à patre filio ſuo conſulente:de quo etiam per Iaſ. in l.multi.ff. de liber.& poſthum.quod eſt ſummè notandum, & vidi pluries in facto dubitari,quia Aretin. conſi. xvj.incipiente,præſupponitur,videtur velle teneri contrariũ:ſed prima opinio eſt verior, quã eriam tenet Picus in repet. l.in quartam. ff. ad l. falcid.[Hæc ratio huius præſumptionis parum apud me ſtringit: nam ex ea ſequeretur vnũ qđ eſt contra communem Doct.ſententiam in d. §. diui. videlicet quòd valeret prohibitio ꝓpetua alienationis,etiam reſpectu legitimę. qua enim C ratione creditur patrem voluiſſe filio conſulere ad tempus,quem ad tempus parum induſtriam fore ſuſpicabatur:eadem præſumeretur voluiſſe conſulere perpetuò,ſi perpetuò parum induſtrium futurum credebat: & ſic teneret prohibitio perpetua, cuius contrarium (vt dixi) eſt veritas,vt per Iaſ.poſt alios,& poſt Iaſ. omnes Moderni in d.§.diui. Cùm igitur ratio iſtius præſumptionis non vrgeat, ſequeretur concludendum ex generalitate l.quoniam in prioribus.C. D de inoff.teſta.non valere prohibitionem etiam temporalem quoad legitimam, cum omne grauamen etiam temporale ſubducatur de legitima. per d. l. quoniam. Ideo videretur poſſe attentari contra ſententiam Pauli, Com. & Ambroſij ac aliorum,& in effectu contra eos videtur ſentire Ferdinand.de Loazes in d.§. diui. ex innumeris fundamentis quæ adducit, retenta tamen ſententia prædictorum, quam etiam tenet Iaſ.in d.§.diui.in repet.& in leg.& Thomas E Ferra. cautela xxxv. & videtur magis communis. Nota tamen cautelas, per quas potes euadere talem temporalem prohibitionem quoad legitimam,quarum vnam tradit Iaſ.vbi ſuprà,& Bartol.Cepol. caut. lix.& Ang. in l. quoties. C. de fideicommiſ.Aliam tradit Aret.conſilio xxij. diligenter & maturè.] Et pro ſupradicta præſumptione etiam facit quod not. Bald. in c. ſuper eo.ij.§.de teſtib.vbi lex vult,quòd teſtimonium 4 parentis admittatur † probando matrimonium F filiæ,quando non eſt imparitas inter vtrunque: nam dicit Bald.eſſe rationem, quia non eſt veriſimile,quod mater atteſtaret, niſi pro veritate: ex quo aliàs ſequeretur quòd traderet filiam in concubinatum,& ſic malè conſuleret filiæ ſuæ, quòd eſt contra præſumptionem iuris. d. l. nec in ea.Et idem eſt de mente Anch. Et quod dicitur de parentibus,procedit etiam in cæteris cõſanguineis,vtibi per Doct.de quo etiam per Socin.conſil.vxij.in j.per And.Sicul.conſi.iiij. in j. [Vide notabiliter Alex.conſil.cliiij.viſo themate ſuprà ſcripto, &c.in v.lib.]Et ex hac ratione inferebam in practica, quòd quidam teſtes conſanguinei atteſtantes de matrimonio, quòd quędam ex certo marito pepererat filium,quòd non erat ſtandum dicto eorum:& tunc non procedebat diſpoſitio d.c.ſuper eo.Mouebat per dictam rationem:nam cùm in prædicto caſu virgo fuiſſet per eum deplorata, erat veriſimile quòd conſanguinei non curarent de concubinatu,ſed A facerent quicquid poſſent, vt ille eam haberet in vxorem: & ſic ceſſaret ratio legis,præſertim, quia tunc erat manifeſta ſuſpicio, ex quo talis iniuria reſpicit totam conſanguinitatem, vt per Bar.in l. lex Cornelia. ff. de iniur. per Alexand. conſil.xxiiij.Decium conſil.cxxxiij. Et iſtud erat ſatis de mente text.in d. c. ſuper eo. vbi mater & conſanguinei reiiciuntur, quando ſunt ſuſpecti ꝓpter diſparitatẽ ſanguinis: certè multò B magis debent eſſe ſuſpecti in iſto caſu, quando virgo eſt defforata.& ita obtinui,quod nota. Ex ſupradicta ratione etiam deciditur quæſtio, an ſtatutum† annullans contractum mulieris ſine 5
conſenſu propinquorum,habeat locum etiam ſi mulier contrahat cum patre. In quo põcto per ſupradictam rationem,Bald. in l. pactum dotali.in xx.q.C.de collat. decidit quòd non : cuius deciſio communiter tenetur. Et licet aliquí impugnent,tamẽ poteſt reſponderi vt ibi per Dei. Putarem dictum Baldi eſſe in ſe verum, quia illa forma fuit introducta in ſtatuto timore fraudis,cui ſubiacent mulieres : quæ ratio ceſſat in patre.Sed ſi probaretur fraus,vel metus reuerẽtialis,vel ſimilia,tunc retractareť,iuxta l.j.§.quę onerandis.ff.quarum rer.actio non detur. Et ita etiam poteſt ſaluari alia deciſio Bald.in l.j.ff. de rebus eorum.vbi allegando Azo.dicit,quòd pater qui habet legitimam adminiſtrationem in aduentitiis filiis, poteſt etiam immobilia alienare, etiam citra decretum iudicis, de quo per D Iaſ.in l.præſes.C.de tranſact. Contra ſupradicta tamen facit,quia etiamſi ſtatutum diceret,quòd mulier non poſsit obligari ſine conſenſu patris, ſi pater cum ea in ſuam contraheret vtilitatem, contractus non teneret, quia ille conſenſus videtur adhiberi ad integrandam perſonam ipſiꝰ mulieris,vt per Bald.in l.j.C. qui admit.Bur. & Gemin.in c.cum conſuetudinis. ẽ. de conſuet. & Alexand.conſil.xxix.in iij.ergo pater non poteſt conſentire in vtilitatem propriam. l.j . vbi E Bartol. ff. de aut. tut. cum concord. per Alexand. conſil. cvj. in j. & Soci.in conſil. xxiij. in iiij.vol.Vnde iſta deciſio eſſet reſtringenda, vbi contractus non pertineret ad vtilitatem patris: cogita tamen. Ex eadem ratione dicit Paul. de Caſt.in conſi.cclxxv.vel cclxxviij. ſuper primo quæſito dicendum in j.volũ. in vij.dubio, quòd ſtante † ſtatuto,quòd maſculi excludant fœminas 6
dotatas ſi à fratribus fuerint dotatæ, & minus habuerint quàm ſit legitima, licet poſsint F agere ad ſupplementum,tamen ſi fuerint dotatæ à patre,non poterunt agere, quia cenſebunť cõperẽtur dotatæ,ex quo lex ꝓſumit pro patre. d. l. nec in ea. Et ꝙ patri viſum fuit competens, non debet alteri videri incompetens.l.ſi furioſo puberi.in fin. ff. de cur. furioſ. nec redargui poteſt ab aliquo,cum nullus amor † vincat paternum.l.fin.in princ.C. de curat.fur.& hoc niſi ap 7
pareret de enormi læſione. & illud dictum refert.& ſequit Ale.cõſ.33.in 4.Curt.cõſ.27.& cõſ.

lxxx.Decius consil.xxvj.& consil.clxxx.[Ista dicta Pauli suprà relata refert & sequitur Laurent. de palatiis.in tract.de statut.exclu.fœ. qui tract. est inter tract.Alberti Bruni Asté.in fin.]Sed confidera,quia in contrarium videtur esse conclusio Doct. de qua per Socin.post alios in l. Gallus. §. & quid si tantùm.de liber. & posthu. vbi stante tali statuto, dicunt quòd si pater reliquerit filiæ pro dote minùs legitimæ,quòd poterit agere ad supplementum. Sed ista est alta quæstio,in qua A Alex.ibi tenet contrarium. [Altissima profectò est ista quæstio,quam vide satis copiosè tractatũ per Carol.Rui.in d.§. & quid si tantùm.vers. sed iuxta præmissa occurrit alia similis quæstio,&c. vbi distinguit quatuor casus. Et resolutionem huius altissimę & dubitabilis quęstionis,in qua variæ reperiuntur Doct. sententiæ, vide meliùs quàm alibi per Alber.Brunum Asten.in tract.de statuto fœm.& cog. lineam, &c. in nono artic. prin.vbi hanc quæstionem latissimè examinat, & pro parte affirmatiua & negatiua allegat infinitas Doct.autoritates, tàm in lecturis quàm in consiliis: ac tandem fœdere distinctionis tradit notabilem doctrinam, ex quà re solutus eris in hac notabili & difficili quęst. an stante prędicto statuto filia dotata censeatur exclusa à legitima, supplemento legitimæ, aut supplemento congruæ dotis.Vide omnino & eundem in elegãti quodam consilio posito in fi. d. sui tractatus.] Tamen potest prædicta conclusio saluari, quan C do pater iam tradidisset filiam nuptui: secùs si simpliciter in testamento reliquisset dictam dotem cùm nuberet.Nam in primo casu potest ca-
3 pi præsumptio† pro patre, quòd attenta qualitate mariti,& temporis, & facultatum suarum, talem dotem filiæ tradiderit: quæ ratio cessat, quando relinquit ista dos in testamento,ex quo antequam nubat possent prædicta immutari. Et ita teneas: licet Bald.nouel. in tract. dotis, in v. parte.in xvj.priuil.tenuerit contrarium, & etiã D Decius consil.cclxxvj. proponitur.sibiipsi contrarius variauerit.

SVMMÆ.

1 *Patris in corpus filij potestas.*
4 *Vxoris verbera impunita,nisi ex causis.*

PRÆSVMPTIO III.



1 2 ERTIO Infertur, quòd si pater †verberat filiũ,præsumitur † fecisse correctionis, dummodò atrocitas pœnæ aliud non suadeat. l.j. C.de emend.propin. facit text.in l.sed & si.§.fi.cum l.seq.ff. ad leg.aquil. [Adeò q, non licet filio se defendere,nec patrem eum verberantẽ repercutere, vt per Bart. in l. vt vim. ff. de iust.& iur. quia vbi permissa est offensio, ibi non est licita defensio, secundum Bart.& Doct. F ibi,ita limitantes illum text. Item adde,quòd si pater verberet filium clericum, non incidit in excommunicationem secundum Floria. post Tancredum in d.l.sed & si.§.si magister. ff. ad l. aqui.adde etiam,quòd si pater excedat modum in castigando filium,non venit puniendus de omnibus percussionibus, sed de excessu tantũ: nec punitur tanquam dolosus, sed tanquã culposus,secundum Bald.in d.§.si magister. latissimè Hippol.de Marsil.in pract.crim.§. quoniam. versi.item circa.] Ad idem facit text. in l.si filius tuus.C.de patria potest.vbi pater potest facere carcerari filiũ, & iudex debebit imponere pœnã q̃ pater iusserit: de quo ibi per Doct.Ad idẽ qd not.Bart.in l.ex facto,magna.in fin.ff.de hæred. instit.vbi si pater †relegat filium in certo loco, 3 vel eum claudit per aliquod tempus in certo cõclaui,non incidit in pœnam carceris priuati, vt etiam dicit Butr.in c.cùm contingat.vbi moder. s.de for.comp.[Vide Feli.in c.licet Heli.in prin. de simonia.Baldus in l.liberos. C. de obsequiis patron.præstan.]Sed vidi in facto dubitari,quid de marito,qui vxorem baculo percusserit?Videtur † quòd non licuerit, quia ista correctio nõ cõ 4 uenit ingenuis,vt est text.in l.consensu. §.j.C.de repud.& per gloss.in c. sicut alterius. vij. q. j. de qua etiam per But. & Felin. in d.c. cùm contingat.Puto per supradicta,quòd non possit criminaliter puniri:quia ex tanta coniunctione,præ- B sumitur illà percussio facta animo corrigendi, non autem dolosè, nisi atrocitas vulneris aliud induceret.§. atrox. Instit. de iniur. & ita tenet Guido Papæ.in tractatu de præsumpt. [An marito liceat vxorem mediocriter verberare ad castigandum,vide Alex.& Ias.in l.miles.§. qui iudicati.in fin.ff.de re iud.& est gloss.in l.sed & si. §.fin.ff.ad l.aquil.]

SVMMÆ.

1 *Filium à patre oblatum leuius puniri.*

PRÆSVMPTIO IIII.

1 VARTO † Infertur, quòd pater offerens filium suum nocentem iudici,non præsumit obtulisse vt eũ afficiat summo supplicio.l.milites. §.penult. ff. de re milit. per quem text.dicunt Salic.& Paul.de Cast.in l. propter insidias. C.qui accus.non poss.quòd si quis commisit delictum,per quod veniat decapitãdus si præsentetur iudici à patre, quòd erit afficiẽdus alia pœna,quàm mortis, & leuiori,putà exilio:& sequit Bart.Veronem.in cautela sua prima: quod est notandum.Et idem etiam est in filio offerente patrem,vt per Angelum in l.si adulterium cũ incest.§.liberto.in fin.ff.ad l.Iul.de adult. Videretur tamen istud non procedere quando pater E eum præsentasset ex verisimili timore quòd caperetur à iudice:sicut dicimus, quòd licet confessus mitiùs puniatur, tamen nõ procedit quãdo quis cõfiteret metu probationũ, vt per Abb. & moder.in c.at si clerici.in princ.§.de iudi. Tñ prior pars est tenenda:quia æquior:quam etiam tenet Felin.in c.accusasti.j. de accus. & Aug. de Arim. in tract. And.de maleficiis,in verb.nec nõ ad querelã.super vers.xxj.& moder.[Vult allegare Hippol.de Marsil.quem etiam vide in l.j.§.inauditum.ff.ad l.Cornel.de sicar.]in l.j.§.ad quęstionem.ff.de quæst.

PRÆSVMPTIO V.

QVINTO Ex supradicta regula infertur, quòd parentes † alienãtes 1 bona sua generaliter,præsumuntur reseruasse lucra matrimonij filiis suis,nisi etiam ea expresè alienent.auth.nunc autem.C.de secund.nupt.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Reliqua cum tutela ex causis remitti.*

PRÆSVMPTIO VI.

1 EXTO infertur, † quòd filius relinquens liberationem ab actione tutelæ patri, præsumitur eum liberasse etiam à solutione reliquorum propter naturalem affectionem:licet secùs sit in extraneis A A, vt est text. not. in l. Aurelius.§. Titius. ff.de lib.leg.quem pro singulari not. Rom. in sing.cx. incip.vltimo adultus. quod intellige,dum tamẽ ad ea reliqua non teneatur ratione doli committendi, quia talis dolus non potest remitti.l. conuenire.ff.de pact.dotal.& habetur per Barto.in l. Aurelio.§.Caio.eod. tit. Et propterea etiam si in
2 testamento legetur tutori, † quòd non teneatur reddere rationes,& quòd omne in quo fuisset cõdemnatus,volebat sibi restitui per hęredem,ad- B huc teneretur tutor,& legatum non operaretur, vt per Salic. & moder. in l.cùm necessitatem.C. de fideicommiss.Ias. in l.actione.in fin.C. de trãsact.per Alex.consi.clxiiij.in v. vol. quicquid dixerit Ange. consi. clxxxvij. Brunellus & Curt. consil. lxvj. quorum opinio non est communis, & abhorret ab æquitate, quia daret occasionem tutoribus spoliandi pupillos. Vide quæ latissimè scripsi in responsis meis, in materia binuborum positis post repetitionem. l. generaliter. C. C de secundis nupt.respons. vlt.ibi videto.

SVMMÆ.

1 *Studij impensas donare,libros non item.*
2 *Tractandi filios æqualitas pro re remittenda.*

PRÆSVMPTIO VII.

1 EPTIMO Pater † præsumitur expensas donasse filio in studijs agẽti,& non debent illi imputari à fratribus tempore diuisionis. l. quæ pater filio.ff.famil.ercis.Alex.consil.cij.in iij. Quid verò de liberis,videndum est, vt per Bart.in l.j.§. nec castrense. ff. de collat.bo. & per modern.in l.dotis.C.de collat. Vide latissimè Picum & D. meum à Ripa in l. in quartam. post alios ibi scrib.ff.ad l.falcid. Sed vidi in facto
2 dubitari,quid si statutum† est,quòd pater tractet filios suos æqualiter, aliàs reducantur ad æquali E tatem? Et posset idem dici. Nam æquitas iuris communis vult,vt filij tractentur æqualiter, l.vt liberis.C.de colla.l.cùm oportet. in princ. C. de bon.quæ lib. & tamen in isto casu ius commune ab eadem æquitate limitatur,vt dicit text.in d.l. quæ pater. Ergo eodem modo idem dicendum est de necessitate introducta à statuto : nec videtur fuisse de mente statuti auferre talem æquitatem, sed potiùs obuiare erroneis affectionibus parentum.Facit, quia si pater det plus dotis vni F filiæ,& minus alteri, dummodo eam æquè bene collocauerit marito, dicitur æqualiter tractasse, seu melius,filias maritatas secundum paragium, vt dicit Deci.consi.xxvj. & facit quod not. Bart. in l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.Aliàs sequeretur, quòd si pater haberet filium docilem, & alium crassi intellectus,non deberet curare vt docilis instrueretur, ne inter eos esset inæqualitas:quod est absurdum. Et si diceres, quòd filius deberet compensare tales expensas in pecunia, dico quòd hoc est iniquum. d.l.quæ pater. Nec statutum debet trahi ad casus iniquos.c. erit autem lex.iiij. distinct.& facit quod not. Baldus in l.Macedoniani. C. ad Maced. cum concord. per Decium in authen. quod locum. de collationib.

SVMMÆ.

2 *Filium & patrem iure diuerso censeri plerunq;.*

PRÆSVMPTIO VIII.

1 CTAVO Præsumitur, † quòd ascẽdens velit relinquere hęreditatem suam descendentibus.l.cùm ratio. ff. de bonis damnat. Et propterea licet lex aliquando † æquiparet le 2 gitimam quæ debetur filio in bonis paternis,illi quę debetur patri in bonis filij.l.nam etsi parentibus.ff.de inoffic. testa. tamen æquiparatio non est generalis:quia magis debetur filio hęreditas, quàm è conuerso.l.scripto.in fin.ff.vnde lib.Vnde videmus, quòd præteritio patris non reddebat testamentum nullum ipso iure:secùs in filio. l.filio.§.contra.ff.de inoffic.testa.Vnde dicimus, quòd legitima debetur filijs lege naturæ. sed è conuerso parentibus est debita tantummodo lege ciuili, vnde posset in totum tolli per statutũ, vt per Bal.in l.j.§.ius naturale.ff. de iusti. & iure. [Vide Ioan.de Ana.consi.iiij. cum concor.ibi traditis per Ludoui. Bolog.in addit.& per Alexan. consil.lxviij.circa præmissam.in iiij.libr.& Corneum consil.cl.circa prędictam consul.per totũ. ita quòd nullibi melius comprobatum habes in ij.volum. & consil.cvij. in j. volum. & Ludouic. Roman.consil. xxxij. & verific.tertio principaliter. Et sic videtur intrepidè concludere præceptor meus Alciatus,quòd licet legitima ascendẽtium possit tolli per statutum , quia iure ciuili debetur, legitima tamen liberorum non potest per statutum tolli,quia iure quodam naturali est debita, quæ iura naturalia nullo iure ciuili tolli possunt.§.sed naturalia. Instit.de iure nat. Sed aduerte quòd ista quæstio,an legitima liberorum possit tolli statuto,est vna de difficilioribus quæ sit in iure,ita quòd asseuerat Socinus consil.cl.in princip. circa veritatem huius quæstionis Doct. pugnasse à ducentis annis citra:& contraria opinio,scilicet quòd statutum possit in totum legitimam liberorum tollere, videtur de iure magis communis, quam tenet Dinus post longam di- E sputationem ab vtraque,in cap.indultum.regul. iur.in vj. & ibi respondet his quæ in contrarium adducuntur. & sequitur ibi Ioannes Andreas in Mercur.& Lapus alleg.cj. in ciuitate Florent. & Oldr.consil. cvij. circa municipale. vbi ab vtraq; disputat, & pluribus fundamentis hanc sententiam comprobat.Idem tenet Angel.& ante eum videtur sentire ibi Bart. in authent. de hæred. & fal.Idem Bart.in l.Titio centum.§.Titio genero. & ibi expresiùs Imol.ff. de cond. & demonst.& idem Imol. clarissimè in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad legem falcidiam. Ray. de Forli. in consil. lxviij. quædam mulier. quod est inter consilia Signoroli de Homod.qui dicit quòd ista est communis,& disputare de ea,est disputare de lana caprina.Et hanc etiã tenet Signorol.consil.xxxvij. factum sic proponitur. vbi melius quàm alibi ab vtraque parte hanc quæstionem disputat, & intrepidè tenet statuto posse tolli legitimam in totum, & respondet his quæ in contrarium addu-

cuntur. Et idem Signorol.consil. lxix.in quæst. Blandisię, &c.Paulus de Castro consilio cccxxij. viso puncto. in princ. in j.volum. Mart. Laud.in tract.de primogenit.versi.quæro an valuerit consuetudo.vbi post Bald.in l.j. versi. deinde quæro circa statuta permissiua.C.de sum.trinit.& alios in locis per eum relatis, tenet valere statutum,q, primogenitus in totum succedat secundo genito penitus etiam in legitima excluso. Hãc etiam opinionem,quòd tolli possit, dicit communem A Alexand.consil.lxxv. versic. restat ad allegata in contrarium,&c.in j.volum.& Salic. etiam communem esse asserit(licet ipse nolit illi adhærere) in authen. nouissima. quæst. xj.C. de inoffic.testat. Hanc etiam communem esse attestatur & firmat Deci. consil. xix. Diuino implorato præsidio, & pro tenui facultate. vbi autoritatibus & concord. pluribus comprobat. Et voluit Paulus post Bald. in l. j. C. de inoffic. donat. quos refert & sequitur Deci.d.consil.xix. quòd valet statutũ B quòd maritus lucretur integram dotem vxoris, etiam exclusis liberis prioris mariti dictæ vxoris,quo ad legitimam.Et hãc etiam esse communem,quòd statutum in totum tollere possit legitimã,tenet decisio Capell.Tolo.dec.ccccxxxvij. vbi Steph.Aufre.allegat infinitas autoritates. Et Corn.hanc partem sequitur & communem asserit consil.ccx.in hac consultatione.in j.volum.vbi pluribus egregijs fundamentis comprobat, & allegat autoritates. & consil. cxj. videtur in hac. C in ij.vol.& consil.cl.circa pręsentem.eodem vol. vbi dicit quòd ista est communis, & quòd ita est tenendum viua ratione, quicquid dicat Salic. in d. authent. nouissima. &idem Cornel. consilio cxv. vbi egregiè comprobat & attestatur de communi in iij.vol.& allegat concor.& consi.cxxiij. licet.in iij.volum.& consil.cl.hanc quæstionem. in fin.in j.volum.cum varijs concor.ibi per eum. Contrariam verò opinionem quòd non possit in totum tolli legitima per statutum, sed solùm D diminui, tenent Iacobus de Beluis. in authent. de hæred.& falcid.& Salic.in d.authent.nouissima. quæst. xj. sentit Baldus post Cin. in l. sancimus.C. de nuptijs.expresius Alberic. in l. quoniam in prioribus. C.de inoffic. testam. vbi examinat quæst.Bald.in l.fin. §. ipsum autem. C. de bonis quæ lib. & Alexand. consil. lv. viso titulo quæst.in ij.volum.& ibi allegat concord.& dicit hanc esse communem sententiam Canonist. Bartolas in c. Raynutius. versic. modò sunt viden- E da.vbi latè examinat hunc articulum.extra de testa.& consilio xxiiij. illud afferam in medium.in prima parte.& Curtius consil.xiij. in fin. Romanus consilio xvj.in fine cum concordantiis traditis per Cor.consil. cxxiij. licet in fin. in iij. libro & Alexander consil. lxxv. visis diligenter.in j.& Cor.consi.lxxxvj. Dominus Petrus. in j. volum. Et latissimè Stepha. Auffre. in decis. Cap. Thol. decis. ccccxxxvij.qui dicit hanc ęquiorem & magis communem apud Canonistas, dicẽs bonum F verbum, quòd ita sæpe vidit seruari in practica. Quid ergo tenendum in tam dubitabili quæstione? Omissis quibuscunque ambagibus,mihi placet media sententia, quæ etiam videtur magis communis, & ex mente Doct.ferè omnium, vt distinguamus: Aut talia statuta fiunt sine aliqua causa rationabili,& tunc non valent talia statuta tanquam irrationabilia.ca.erit autem lex.iiij.distinct.nec per talia tolleturius petendi legitimã. Ita loquatur hæc posterior opinio. Aut talia statuta fiunt ex rationabili causa,& valent talia statuta, & in totum possunt tollere legitimam. Ita procedant infinita Doctorum loca pro prima opinione allegata,volentia q, stante statuto,q, filia non succedat patri stantibus masculis, filia non poterit petere legitimam: nam tale statutum fit ex legitima & rationabili causa,scilicet ad cõseruandum ius agnationis,nomen & arma domus, & ne hęreditas eat ad extraneam familiam. Item etiam procedat q, voluit Baldus & Paulus in d.l. j.de inoffi.donationib.& consuluit Decius d.cõsi. xix. videlicet q, valeat statutum q, maritus lucretur dotem exclusis liberis prioris matrimonij:istud enim statutum fit ex iusta & rationabili causa, scilicet vt viduæ citiùs reperiant maritos, quas(vt fit communiter) propter onera liberorũ prioris matrimonij,nisi eum maxima difficultate,viri in vxores ducere nolunt.Et hanc etiam rationem tradit Decius vbi suprà. Et si bene inspicias ferè omnes Consulẽtes in locis allegatis suprà in prima sententia,videbis qualiter loquuntur quando subest aliqua rationabilis causa statuti condendi.Intellige tamen q, dixi,quando subest causa valere statutum, & in totum tollere legitimam, verum esse, modo non absorbeantur alimenta: nam talia statuta non tollunt petitionem alimentorũ aut doris,quæ in locum alimentorum succedit.l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul.maiest. Nam cùm alimenta iure naturali sint C debita à patre liberis.l.j.§.ius naturale.ff.de iust. & iure.nullo iure ciuili tolli poterunt.l.iura sanguinis.ff.de regu.iuris.§. sed naturalia. Instit. de iure natur.Item talia statuta,vtpote inuitãtia parentes ad necem liberorum, non deberent valere:necare enim videtur, qui alimenta denegat.l. necare.ff.de liber. agnos. & hanc concordiam & distinctionem tradit Baldus no. in d.l.cum lege. C.de sacrosanct.eccles.& clarius Ioan. de Imo.in d.l.Titio.§.genero.ff.de cond.& demonst.& Ioan.de Ana.consi.iiij.vbi notabiliter loquitur.vbi etiam Bolog.in addit. Et melio quàm alius quispiam istam concordiam & distinctionem tradit notabiliter Curtius iunior consi. x. & dicit hanc esse communem sententiam, & ex mente quasi omnium Doctorum,qui tenent primam partem. Et etiam Panormitanus in d.c. Raynutius. in vltimo notab.vbi egregiè loquitur, & dicit deberi alimenta.Et Iacob. de Beluis.in d. authen.de hæred.& falcid. qui dicit ideo tale statutum non valere,quia tolleret alimenta: vnde concludit saltem deberi alimenta. Et etiam Mart. Laud.in d. tract.primogenitur̃,qui dicit q, secundo genito debent dari alimenta,& omnia necessaria ad statum suum,stante statuto q, primogenitus succedat excluso secundo genito. Et ideo in casu omnium fermè consiliorum suprà in prima parte deductorum, quando viget statutum, q, stantibꝰ masculis filia non succedat, dicunt Doctores, q, filia quæ fuit dotata, non poterit succedere, nec petere legitimam,seu potius supplementum legitimæ:quia filiæ habent dotem quamuis nõ vsque ad legitimam. Item interea alimẽta eis præstanda erunt per hæredes, si nondum sint matrimonio collocaræ, secundum Bar.in d.§.Titio genero. & Consulentes in locis suprà allegatis, & maximè Corneum & Curtium iuniorem d.cons. x. Nota hæc, quia nullibi ita cumulatè reperies.] Et facit q, not.Bar.in l.ij. in fi. ff. si quis à parente fue.manumiss.& q, notat Bar.Imol.& alij in l. cũ quis,ff. de cond. & demon. vbi illa lex loquẽs in

filijs

filijs, non habet locum è conuerso in patre.

PRÆSVMPTIO IX.

1 NONO Pręsumitur,† plus à testatore dictum, & minùs scriptum,suadente æquitate, ne videatur pater alienas successiones suis prętulisse.d.l.cùm auus. & l.cùm acutissimi.C. de fideicommiss.& l.generaliter.§.cùm autem.C.de insti. & substi. Et ideo cùm decisio dictarum legum sit fundata super præsumptione, videretur,quòd per efficaciores præsumptiones tolleretur,vt dicunt Anchar.consi.xlvj. prima facie.& Soci.consi.cxcj.licet difficulter.Et istud in se est verum, licet præsumptiones quas Soci.refert in d.cons.non videantur mihi satis efficaces.

SVMMÆ.

1 *Filij sunt,quæ patris sunt.*

PRÆSVMPTIO X.

1 DECIMO† Præsumitur, quòd res quæ fuit patris,nunc sit filij hæredis eius.l. siue possideris.C.de proba.Et pro hoc facit,quia filius,† etiam viuente patre, dicitur quodammodo dominus.l.in suis.vbi Doctores. ff. de liber. & posthumis. vnde in eo non C habet locum vsucapio pro hærede. l. nihil. C.de vsucapio. pro hærede. l.ij.§. filium. ff.eod.tit.Et 3 hac facit fictio legis,per quam filius † cẽsetur eadem persona cum patre.l.fin.C. de impub.Et æ- 4 stimum patris,† censetur æstimum filij,nisi sit emancipatus,vt est gl.in l.ij. C. qui ætat. se excusant. lib.x.cum similib.per Iaf.in d.l.fin. [Vide multa similia & egregia dicta argumento illius gl.per Iaf.in l.sciẽdum. ff.qui satisf.cog.& D.meũ Alciatum in l.in suis. D

SVMMÆ.

1 *Filij à patre retenti causæ.*

PRÆSVMPTIO XI.

1 VNDECIMO Præsumitur† pater filiũ suum sine dolo retinere ob paternam pietatem l. iij. §. si eum. ff.de lib.hom. exhiben.vbi gl.exponit præsumi eum E retineri ob geminam pietatem,scilicet quia homo, & quia pater: quod non consonat auribus: vnde tu lege, genuinam, vt intelligatur text.de ingenita pietate parentum erga filios.

SVMMÆ.

2 *§.Si quis liberam.sensus.*

PRÆSVMPTIO XII.

1 DVODECIMO Non præsumitur† pater ancillam suam velle liberam facere, filios verò ex ea susceptos relinquere in seruitute. §. si quis† liberam. verfic.neque enim.in authen.vt liber. de cætero. & ibi est text. quòd filius naturalis potest vinculo seruitutis detineri versus patrem, si natus sit ex ancilla patris.Ad idem est text.in l.ij. C.si mancip.ita fuer.alien.

SVMMÆ.

2 *Legata ex causis reuocari.*

PRÆSVMPTIO XIII.

DECIMOTERTIO Non præsumitur,† q, pater velit diminuere hæ- 1 reditatem filij per legatum.l.pen. & ibi not.ff.de iure codicill.Et *p-* 2 *terea* † si pater nõ habens filios, fecerit magna legata,nato deinde posthumo, & testamento rupto, legata nõ sustineatur,vt est cõmunis conclusio in authen. ex causa.vbi Bart.& alij.C. de liber. præter. [Et per Alexand.consil. xlj.viso tenore.lib.j.vbi allegat concord.plures. & consi.xlvij.abundè.in ij.vol.& Socin.in l.cùm auus.versi.& pro hac opinione.ff.de cond.& demonst.] Secùs, si legata essent modica, quæ verisimile esset testatorem facturum etiam si filios B haberet,vt per Angelum in l.vxorem.ff. de manumiss.testam.Paulus de Castro & Iason in dicta authen.ex causa.& Socin. consi. xciij. in iiij. Et dicit Aretin. in l. Titius.ff. de liber.& posthu. & in consi.xciij.viso legato. quòd legata dicentur magna,& reuocabuntur,quando simul iuncta accedunt ad dimidiam patrimonij.argumen. l. ij. C. de rescind.vend. Ego puto quòd istud consistat valde in arbitrio iudicis, vt est de mente Angeli & Paul. & quòd legata non sustineantur,etiam si sint longè minoris valoris quàm dimidia: quòd probatur. Primo, argu.l.si vnquam.C.de reuoc. donationibus vbi textus loquitur de aliqua parte, & sic etiam modica, vt est gloss.in Clem.j.de foro competent. quam ad hoc allegat Bardus in l.j.C.de inoffi.donationib. Et idem tenet Barto. in l.Titia.§.Imperator.ff.de legat.ij.Nam sicut ibi reuocatur donatio alicuius partis, quia donãs non cogitabat se habiturum filios:eodem modo est in casu nostro, quia si testator cogitasset se habiturũ filios,non fecisset aliqua legata. [Dispositio l.si vnquã.an procedat in donatione cuiuslibet partis,etiam minoris quàm dimidiæ,est maxima contentio inter Scribentes:sunt enim plures tenentes q, nõ habeat locum nisi in donatione omnium bonorum,vel maioris partis,saltem dimidiæ,quos referre laboriosum esset, sed vide per præceptorem meum de Ripa, in repet. d.l.si vnquam.q.vij.interpret.lib.iij. & latius ac melio quàm alibi per And. Tiraquellum in repet. d.l.si E vnquam in verb.omnia vel partem aliquam. allegat ab vtraque infinitas Dd. autoritates & loca. Contraria tamen sententia,videlicet q, habeat locum etiam in minori parte quàm dimidia, est magis communis secundum præceptorem meum, quam tenent Bar.& Bal.in locis hîc alleg.per Alciatum. Idem Bal. in d.§. Imperator. Lud.Rom. in l.sicut certi.vbi & Pet. Philipp. Cor.in fi. C.de testa.milit.Paul.consi.ccccxxxv. super hoc pũcto plura.videntur facere,&c.vers.si secũdo facere videtur.in ij.vol.nouissimorũ.Et Alex. consi. clxij. visis his quæ copiosè.in vj.vol.& consi.lxxj.consideratis his lib. iiij. Corn.consil. xj.in præsenti. vers.nam ex quo.lib.iij. & consil. xxx.in hac.lib. iiij.sentit Curtius senior in consi. xiix. memoriæ recolendæ.vers.secundo, ponderatis. & Iaf. in l. j.C.de pactis.vbi etiam Decius. Quid autẽ in donatione certæ rei particularis,an disponat d.l.si vnquam.tunc procedat. Dubitabilis est quæstio plusquàm præcedens: & plures reperiuntur tenentes non procedere, cuius sententiæ fuerunt

omnes qui tenent disposition d.l.non habere locum, nisi in donatione omnium vel maioris partis bonorum. Contraria tamen sententia, quòd habeat locum præsumptio d. l.si vnquam. est magis communis, secundum D. meum à Ripa, in dict.l. si vnquam. quæstion. viij. quam tenent omnes in locis præallegatis. & Bartol. in d. §. Imperator. Albert. & Bald. & Doct.meus in dict. l. si vnquam. cum alijs concord. ibi per Dn. meum, & Tiraquellum in d. verbo, omnia vel A partem. Intellige tamen communem tam in hoc casu, quàm præcedenti, quòd d.l.si vnquam. procedat in donatione certæ rei particularis, vel quotæ etiam infra dimidiam, dummodò non sit tam modica res vel quota, quòd verisimiliter donans non destitisset à donatione propter cogitationem liberorum: tunc enim non procedat dict. l. si vnquam. Esset autem absurdum, quòd propter tam modicam rem vel quotam donatio reuocaretur. Et ita communiter restringunt ac limitant siue declarant communem sententiam Doctor. vt per Alexand. d. consil. lxxj. Cornel. d. consilio xxx. & consil. ccvj. viso suprascripto. verficul. concurrit etiam in iij. volumine, & notat Socinus in repetitione l. cùm auus. verficul. & pro hac opinion. ff. de condict. & demonstrat. Ioann. de Imol. in c. fin. extra de donatio. & Socin. consil. xxij. in iiij. libr. & consil.xx. in facto proponitur. in iij. volumin. vbi allegatis concord. & consil. xciij. testamentum ad C fin. in iiij. volumine. Dec. in leg. j. in ij. notab. C. de pactis. & ibi Curtius iunior & Dn. meus Alciatus in verb. sustulerat. & Dn. meus à Ripa in dict.l.si vnquam. Arbitrabitur autem iudex quæ dicatur magna res, aut modica res, considerata verisimili mente donatoris ex quantitate patrimonij, & qualitate personarum, ac numero liberorum: & sic colliget, an fuerit mens disponentis, quòd etiam si sciuisset se habiturum liberos, nihilominus donationem fecisset: vel non D. fecisset, si credidisset suscipere prolem. ita dicunt præfati Decius, Curtius, Alciatus, Ripa, Alexan. Socin. Corne. & alij in locis præallegatis, & vltra illos idem voluit Barbatia in l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. & Corne. consil. iiij. in iij. volumine vbi dicit considerandum, vtrùm donans vnum, an plures susceperit liberos masculos, an verò fœminas. & sequitur Dominus meus à Ripa, vbi suprà. Magis enim, secundum eos, dissuadent à donando plures filij, quàm vE nus filius: & magis filius quàm filia: nam filiæ sufficit dos congrua, ex qua possit nobiliter & honorabiliter viuere, secundum statum personæ suæ, vt etiam ducet experientia. c. quàm sit. de electio. in sexto. Ista quæso nota perpetuò, quia nullibi ita expedita habes.] Confirmatur secundo per text. in l. generaliter. §. cùm autem. in fin. C. de institut. & substitut. vbi ratio, quòd pater non sit prælaturus extraneos filiis suis, habet locum etiam in legatis particularibus, & sic F cuiuscunque valoris sint. Tertio comprobatur per rationem generalem positam in dicta l. penultima ibi, quoniam non fuerit illi filio ablaturus. Certè est verisimile, quòd pater nedum rem magnam, sed nec paruam quidem velit auferre filio. Vbi verò pater haberet iam filios institutos, & nihilominùs fecisset legata: nato deinde posthumo, tunc supradicta opinio Aretin. posset vtcunque procedere. Circa quod tamen dic vt habetur in d. l. penult. & per Bartol. & Doctor. in l. cùm pater. §. cùm æstimaret. ff. de lega. ij. Et considera rationem d. authen. ex causa. cur legatarij, qui sunt minùs dilecti à testatore, consequantur sua legata, hæres verò scriptus, qui erat magis dilectus, in totum excludatur, & nihil habet.

PRÆSVMPTIO XIIII.

DECIMO QVARTO non præsumitur in dubio mater, quæ non diligit filium. c. adferte. vbi ponitur exemplũ Salomonis. Et simile ponit Tranquill. in Claudio, quòd Claudius Imperator mulierem negantem, nec agnoscere volentem filium, compulit ad confessionem; mandando vt eum in maritum acciperet. Quæ tamen aliquem exhæredauit, præsumitur mater: quia exhæreda tio in extraneo inepta est. l. quidam cùm filium. B ff. de verbor. obligat.

PRÆSVMPTIO XV.

DECIMO QVINTO præsumitur † prodigus, quem pater in testamẽto prodigum appellauit. l. penul. in fin. ff. de curat. fur. quod intellige esse verum, quando pater sano consilio illa verba profert, & super illo prouidet, puta quia dat curatorem: alioqui ex simplici appellatione non oriretur efficax præsumptio iuris. l. his verbis. §. j. ff. de hæred. instit. & quod infrà dicam: sed tantummodo opinio filij grauaretur apud bonos viros. l. ea quæ. C. ex quibus causis infam. & sic esset infamis infamia facti. Adde tamen, quòd vt hæc infamia oriatur, requiritur quòd talis infamia emanauerit apud plures, vt per Abb. in c. ij. versi. ad vltimum. s. de ord. cogn.

SVMMÆ.

3 *Patris actus filio non obesse, nisi ex causis. §.*

PRÆSVMPTIO XVI.

DECIMOSEXTO præsumitur pater in iustè exhęredare † filium, ex quo naturaliter filij sunt grati parentibus vt gl. 1 in l. fin. in prin. ff. de his quæ mer. caus. Et propterea incumbit hæredi onus probãdi ingratitudinem. l. omnimodo. C. de inoff. testa. Est verum quòd de iure veteri aliud erat, quia stabatur dicto patris. l. liberi. C. eo. tit. Sed cùm Iustinianus introduxerit certas causas tãtùm, ex quibus filij possunt exhæredari. §. aliud quoq; capitulum. in auth. vt cùm de appell. meritò † hæres 2 debet probare causam, per regulam l. qui testamentum. in fi. ff. de probat. Vnde † cùm donatio 3 inter patrem & filium non teneat regulariter, nõ statur adfertioni patris attestantis de aliqua causã, per quam donatio sustineretur. l. si fortè. ff. de cast. pecul. per gl. & Doct. in l. si donationem. C. de colla. & quod not. Socin. consil. xxiij. in iiij. [Hoc indubitatè verum crederem, si in tali donatione non interuenerit iuramentum: & ita intelligantur notata per Doctor. in d. l. si donatione. Alioqui si in donatione iuramentum interuenerit, tunc dubitarem ne assertioni paternæ circa causam donandi staretur, vt puta circa benemerita, quæ pater asseuerat accepisse à filio, vt per elegantia & stringentia fundamenta comprobat

Dn.

Dn. meus à Ripa, in l. si vnquam. quæst. xv. vers. sed hîc dubito de vno. C. de reuoc. donat. vbi cõcludit, quòd si pater fecerit donationem filio propter benemerita, & iuramento firmauerit talem donationem, quòd stetur adsertioni patris circa merita, & sic circa causam ob quam donatio sustinetur, & erit donatio remuneratoria: & ibi ostendit Bartol. in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. iij. illud sentire, & respondet quibusdam fundamentis Alexand. in d.l.si donatio- A ne. contrarium sentientis: & ita dicit se consuluisse, & ita reperio responsorum suorum lib. iij. consil. ix. Pulchris rationibus consuluit etiam Cornel. consil. ciiij. circa princip. lib. ij. in fortioribus terminis, quòd licet donatio inter virum & vxorem non valeat, vt explorati iuris est, tamen si in tali donatione interueniat iuramenmentum, stetur assertioni donatoris circa benemerita, quæ accepisse à donatorio coniuge asserit. Et vide quæso illius rationes, quæ multum B facrunt ad intelligentiam huius materiæ, & præceptor meus ferè omnia eius motiua inde accepit. Videtur etiam sentire idem Aretin. consil. lxxiiij. & Iason. in d. l. si donatione. & Ange. in l. penultim. §. mulier. solut. matr. quem refert Alexand. consil. lxviij. consideratis in iij. lib.] Credo tamen, quòd sufficerent leuiores probationes, putà per coniecturas tantùm pro quo fam. quod not. Bald. in l. iubemus. ij. C. de sacrosanct. eccles. vbi si episcopus donat alicui in casu aliàs C prohibito, prætextu remunerationis, satis est illa merita probari per coniecturas. allegat. Guil. de monte Laudu. in Clem. j. de rebus eccles. non alien. Tu pro hoc pondera text. in l. etiam. §. j. ibi, æstimare debebit iudex. ff. de manumiss. vindic. Ad idem fa. quod not. But. & Abb. & sequun 4 tur alij, in c. quamuis. j. de re iud. vbi confessio † patris nocet filio, etiam quo ad legitimam, quando vltra talem confessionem concurrit verisimilis coniectura, quòd confessio sit vera, puta ex D qualitate personæ & verisimilitudine debiti: non tamen sufficeret simplex assertio patris, etiam, cum iuramento, vt dicit Alexand. in d. l. si donatione. reprobando Bald. ibi tenentem contrarium. [Vide ibi Cornel. & Deci. & Salic. in l. hac edictali. q. vij. de secund. nupt. egregiè Roman. consilio. xliiij. ex suprà narrato. & consil. ccxciij. Christi nomine repetito. & Aretin. consil. lxxiiij. Alexand. latissimè consil. xviij. consideratis his. in iij. lib. Felin. in c. si cautio. verficul. E sed est aduertendum. de fid. instrumen. Dec. consil. ccij. & Dn. Alciatus in l. pacta quæ contra. in quinta specie. C. de pact.] Confirmatur per notat. per Salicet. in l. si mater. C. de contrah. empt. Alexand. consil. xviij. considetatis his. in iij. volumin. Deci. consil. ccij. vt præsens. concludunt, quòd licet confessio facta inter personas prohibitas, præsumatur facta in fraudem, tamen ista fraus tollitur per contrarias coniecturas, vt ibi per eos. [Accedat prædictis: nam licet confes- F sio siue assertio benemeritorum inter personas prohibitas, non propterea inducat donationem remuneratoriam, nisi probentur benemerita, vt per gloss. & communiter Doctor. in d. l. si donatione. & in varijs locis, vt ibi per Cornel. & Dec. tamen hoc casu sufficient illi donatorio probare volenti benemerita, leuiores probationes, quàm si nulla prorsus assertio interuenisset: quin imò sufficient cum tali assertione verisimiles cõiecturæ. ita notabiliter Deci. in d.l.si donatione. verficul. addo duas. & consuluit in pulchro casu Angel. consil. cccxlj. pater emit, &c. Hippolyt. de Marsi. singul. dex. non statur assertioni. & Alexand. d. consil. xviij. & Bald. consil. lxvj. interrum. lib. j. Guido Papę in l. si voluntate. C. de dotis promiss.] Et propterea in contingentia facti, stante prædicto statuto, quòd pater teneatur descendentes suos æqualiter tractare, † vidi dubitari, cùm pater alteri filio minus reliquisset: quia in testamento asserebat, quòd ille habuerat tales & tales pecunias, quas luserat, seu commessauerat, vel soluerat pro condemnationibus fiscalibus: nunquid standum esset tali assertioni, concurrentibus aliquibus cõiecturis, putà, quia in rationibus testatoris ita apparebat, & ex moribus eius erant verisimiles, & etiam maior pars quantitatum verificabatur per testes? Et videtur quòd sic, per supradicta, & quod notat Paul. de Castr. in consil. cccl. ad bene examinandum. in j. Angel. de Aretin. in §. actionum. Instit. de actio. Cornel. consil. lxxxj. in iiij. vbi statur libro tutoris, † de expensis pro pupillo factis, quando sunt 6 verisimiles: & maior pars verificatur. Et ratio est, quia tali casu sufficit probatio præsumptiua, & per coniecturas: licet Iason in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. generaliter intelligat, & malè.

SVMMÆ.

1 *Dolis cuius gratia detur dimoscendi modus.*
2 *Dos neptis filio imputanda.*

PRÆSVMPTIO XVII.

DECIMOSEPTIMO † præsumitur 1 auus † dotare neptem contemplatione filij. l. dotem dedit. ff. de collat. bonor. Et propterea infertur, 2 quòd neptis debeat sibi computare istam dotem in legitimam, quam debet habere in bonis patris, vt dicunt Angel. Alexand. & Modern. in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. Angel. consil. lxxviij. Ioan. Philip. Alexan. d. consil. clxxix. in v. [Idem vult præceptor meus Dn. à Ripa, in dicta leg. in quartam. allegat idem velle Bartol. in dicto consil. cxxxj. primo arguitur.] Nisi pater dedisset dotem contemplatione ipsius neptis, non autem propter filium. l. auus. ff. de iure dotium. Istud autem cognoscitur, quando dos datur nomine ipsius neptis simpliciter, prout dicitur in dic. l. auus. Secùs est in dubio, vel si daretur nomine filij: quo casu procedit d. l. dotem dedit. & ita dicit gloss. in dicta leg. auus. & ibi Raph. Fulgos. dicit eam approbari à Doctor. licet ipse non teneat, per dictam l. dotem. ibi, propter me filiæ meæ nomine dedit. Sed respondè, quòd glossator fortè habuit in text. meo nomine, quod mihi magis placet. Item illa, propter me, satis declarant intentionem aui. Et supradicta præsumptio procedit in dote, quam auus tenetur propter filium dare nepti. l. & ideo. §. fin. ff. de in rem verso. l. profectitia. §. si filius familiâs. ff. de iure dor. Sed in his, ad quæ auus non teneretur, præsumitur potius datum contemplatione ipsius, quàm filij, vnde est aduentitium, vt est gloss. in l. quæsitum. in princip. vbi Bartol. & alij. ff. de leg. j. & in l. qui in aliena. §. interdum. vbi Iaso. late. ff. de acquirend. hæred. Alexand. consil. viij. iij. volum. Sed dubia quæstio est, nunquid † dos data nepti, computanda 3 sit in legitimam ipsi filio? Et Cin. in l. scimus. in

v.quæſt.C.de inoff.teſta. dicit quòd ſic:quia dos proceſsit de bonis aui,& proſecuta eſt filium,vt de imputatur.l.quoniam nouella.C.illo eod.tit. ſequitur Alexand. in d.l. in quartam. & Decius conſil.lxxx). declarando vt non procedat,quando conſtaret quòd dos eſſet data contemplatione ipſius neptis : quod mihi placet, per ſupradicta. Item quando filius non haberet de ſuo vnde dotaret:quia tunc videtur auus dediſſe, vt ſatisfaceret proprio debito, vt ibi per eum, de quo dubito, vt infrà dicam. [Et de hac quæſtione vide D.meum à Ripa,in d.l. in quartam. vbi etiam poſt Aretin. conſil. xvij. alio modo limitat opin. Ci. & ſequacium, vt non procedat, quando dos data nepti,nondum erat reuerſa ad patrem tempore mortis, vt quia adhuc durabat matrimonium neptis moriente patre : tunc enim non venit filio imputanda in legitimam, ſecundum gloſ.& Bartol.in d.l.dotem dedit. de collat.bon.& comprobat latè, vt per eum.] Contrarium tenuit Bald.in authentic.ex teſtamento. C. de collat.& in l. fin. C. de dot. promiſſ. Aretin. conſil. xvij. Picus in dict. l. in quartam. pro hac allegat. text. in l.pater filiæ. ff. de euict. vbi pater non tenetur ea conferre, ergo nec imputare in legitimam, quia aliàs iſtud eſſet modicæ vtilitatis. Conſidera pro eadem parte facere, quia aut filius nòn erat habilis ad dotandum, & tunc etiam Alexander concordat cum iſta opin. quòd non imputetur ei in legitima. Aut erat diues, & habilis ad dotandum, & tunc onus non incumbit auo, ſed ipſi, vt probatur in d. §. filiusfamiliâs. & in d. l. dotem dedit. Et firmat Bald. in authentic. res quæ.C.commun. de leg. Ergo cùm onus non incumbat auo, ſi det, non cenſebitur dediſſe propter filium,iuxta notat in dicta leg. quæſitum.& in dict.§.interdum. [Idem tenet præceptor meus Dominus à Ripa, in dicta leg.in quartam.vbi hoc limitat, niſi auus in conſtitutione dotis iuſſiſſet neptem eſſe tacitam & contentam, & nil vltrà petére poſſe : tunc cenſetur dediſſe dotem animo compenſandi cum legitima quæ peti poſſet in bonis ſuis, & ſic patris contemplatione. l. ſi adulta. & ibi Bald. & Salicet. notat. C. de hæred. act.] Quid tenendum? Puto opinionem Cini eſſe veriorem.Non ob. dict. leg. pater filiæ. quia text. loquitur de collatione tantùm, non de ſupplemento legitimæ. Et non eſt bona conſequentia, non confertur, ergo non computatur in legitimà,licet econtrà ſit. l. illud. & ibi Iaſon. in fine. C. de collation. per Bald. in dicta l. quoniam nouella.in j.oppo. C. de inoffic. teſtament. Præterea conſiderandum, quòd intellectus Aretini & Baldi eſt diuinatiuus ad illum text. quia ibi nihil dicitur quòd auus dederit dotem. Vnde tu aliter intelligas, quia text. procedit arguendo hoc modo. Nam videmus, quòd ſi filius emancipatus dotem dederit filiæ, & velit deinde ipſe filius ſuccedere patri, non tenetur illam conferre cum fratribus. l. prima. in fine. ff. de collatio. dot. l. filium. ff. de collatio. bonorum. Ratio eſt, quia non eſt in eius bonis, vt ibi dicitur. Probatur ergo, quòd dos data filiæ, non dicitur in bonis patris : ergo ſi ſit euicta, non debet pater poſſe agere de euictione : quia res euicta, non eſt ſua ampliùs, nec habet aliquod ius in bonis ſuis ad eam. & ita voluit arguere Iuriſconſultus ibi : & ſic non facit ad propoſitum nec Baldus nec Aretinus, quia dos illa in dicto caſu non prouenerat ab auo, ſed de bonis acquiſitis per ipſum filium, qui etiam alienauit dando dotem filiæ : & deinde reperi, quòd ita tenet etiam Bulgarius Senenſis in repetitione leg. primæ. ff. ſoluto matrimonio. Nec obſtat ratio quam ſuprà feci:quia dato quòd donata nepoti, cenſeantur aduentitia, tamen iſtud poteſt limitari, nedum quando ad ea tenebatur auus, ſed etiam quando tenebatur pater: quia videtur auus voluiſſe ſoluere pro filio. dicta lege dotem dedit. & dicto §. filiusfamiliâs. Præterea licet Doctores vbique teneant ſupradictam concluſionem, tamen fortè non eſt vera, & contra eam videtur textus in l. vt liberis. C. de collatio. capiendo eam generaliter, & ſic inducendo. Nam mater, vel auia materna non tenentur dotare filiam, ſed iſtud onus ſpectat ad patrem. l. neque mater. C. de iure dotium. Pone ergo quòd auia materna dotet neptem, an præſumatur feciſſe contemplatione filiæ, & ſic quod datum eſt, conferatur tanquam profectitium reſpectu filiæ, ſi neptis velit ſuccedere matri? Certè ſic,vt eſt ibi textus. & notat Richardus Malumbræ, Martinus Syllima. Albericus de Roſate. quos refert & ſequitur Iaſon. in l. vt nemini. C. de collatione. Et gloſſa in dicto §. interdum. & in dicta lege quæſitum. poteſt habere aliam rationem, ſi bene videatur. Et ex iſtis videtur etiam confundi declaratio Alexander dum dicit, quòd ſi filius eſt inhabilis ad dotandum, cenſetur auus ſoluiſſe dotem nepti, tanquam æs alienum, vnde non imputat. Nam reſpondeo, quòd iſtud æs alienum ſpectat ad filium, propter cuius inhabilitatem ipſe auus ſoluit: ergo videtur eſſe profectum ad filium, & de filio in neptem. Et militat ratio Cini in dicta lege ſcimus. Nec etiam videtur verum vt non debeat aliquid imputari in legitimam,quia ſolutum ſit ex debito : nam videmus quòd dos data filiæ à patre, imputatur in legitimam neporibus, vt eſt communis concluſio in dicta lege in quartam. & tamen pater dedit tanquam debitum : ſolùm ergo conſideratur, an cenſeatur profectum de bonis defuncti, ad bona ſuccedentis vel non. Et ita ſequor opinio. Cini indiſtinctè, quam etiam tenet Fabian.in repetitione authent.nouiſsima.in vij.quæſtione princip. C.de inofficio.teſtamen.

SVMMÆ.

2 *L.Sed ſi.§.in arrogato.de vulg.ſenſus.*

PRÆSVMPTIO XVIII.

DECIMOOCTAVO donata vxori † per conſanguineos mariti, † præſumuntur donata contemplatione ipſius mariti, & ideo illi acquiruntur. Ita Bartolus,Paulus de Caſtrenſi, Alexand. & modern. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. & pupillar.per illum † text. vbi arrogator, qui habet facultatem ſubſtituendi pupilliariter in bonis à ſe profectis, poteſt etiam ſubſtituere in his quæ donata ſunt per amicos, vel cognatos ſuos. Et ſi dicatur, iſtud eſt propter patriam poteſtatem, quia arrogatus ſtatim ea quæſiuit patri: reſpondet Rapha. Commen. ibi, & melius in conſilio lxxiij. quòd ille textus intelligitur etiam

etiam in donatis per amicos poſt mortem arrogatoris:quo caſu non poterunt ei acquiri. Quæ reſponſio ſatis eſt extra verba textus, quia ille text. ſimpliciter procedit, ampliando quod in principio dixerat de quarta (quæ propriè eſt de bonis ipſius teſtatoris) ad iſta donata ab amicis. [Hanc etiam ſententiam Bartol. ſequitur Iaſon. in l. vt liberis. C. de collatio. & Angel. Aretin. in §. fuerat. verſiculo, quid erit de donationibus factis. inſtitution. de actor. & Ioan. Lupus in ſolenni repetit. rubric. de donation. inter virum & vxor. §. quadrageſimoquinto. quaſi per totum, vbi dicit pro hoc facere bonum text. in l. ſi quid earum. §. in quibus. de legat. iij. inducendo vt per eum : quem omnino vide latiſsimè de hac materia tractantem, & hanc præſumptionem pluribus fundamentis roborantem & limitantem : vbi etiam reſpondet his quæ pro contraria opinion. adducuntur. Contrarium in effectu tenuit Bald.in l.cùm ante. C. de donation. ante nuptias. Angel. & Roman. in l. vt liberis. C.de collation.Rapha. Comen. & Aretin. in dicto §. in arrogato. & conſuluit Roman. conſil. clxxij. in propoſito themate.per l.ſi ſeruus.ff.de donation. inter virum & vxorem. ad quem reſpondent moderniores, quòd ex quo ibi maritus volebat donare vxori, eſt etiam veriſimile quòd fratres vellent illi donare, non autem quòd acquirerent ipſi marito. Quæ reſponſio non ſatisfaciat, quia non eſt veriſimile quòd illi fratres habuerint reſpectum ad donationem mariti, quam ſciebant iure improbari. l. leges. C. de legi. Vnde mihi placet iſta ſecunda opinio. Et moueor primò, quia videmus quòd donata per auum † nepoti, cenſentur aduentitia, nec acquiruntur patri, vt eſt communis concluſio in l.quæſitum. in princip. ff. de legation. j. & ſuprà dixi. Certè idem debemus dicere à fortiori in iſto caſu : quia faciliùs filius acquirit patri,quàm vxor marito. Secundò moueor, quia data † ambaſiatoribus, non præſumuntur data contemplatione principis, ſed ſua, & eis quæruntur,vt eſt communis opinio, in l. ſi verò. §. item quicquid. ff. ſolut. matrimon. vt per Alexand. in dicto §. in arrogato. [Et vide de his ambaſiatoribus, & de hoc dicto, Ioann.Lupum in repetit. rubric.de donatio.inter virum.§.quadrageſimoquinto.] Et licet dicant,quòd iſtud eſt propter conſuetudinem, quia ſolent dari munera legatis.l.diuus.ff. de bon. damnat. certè etiam videmus quòd conſanguinei ſolent dare munera ſpõſis.Tertiò, ego non video in iure quomodo probetur,quòd dando aliquid vxori, quæratur marito : non enim promiſsio fit illi, non traditio : quomodo ergo poteſt dici, quòd ſint mariti? l. traditionibus.C.de pact. Et caſus ſpecialis eſt, quòd mulier cenſeatur acquiſiuiſſe de bonis mariti.l.Quintus.ff.de donatio.inter virum & vxo. ad euitandam turpem ſuſpicionem : quæ ratio ceſſat in caſu noſtro. Vnde dato quòd ſit verum, quòd acquiſiuerit contemplatione eius, non ſequitur, ergo debet illi reſtituere. Et iſta quæſita tali contemplatione,ſolùm ſunt conſideratione in filijsfamiliâs:quia quicquid acquirunt,patri acquirunt.& ita loquitur d. l. cùm oportet. in princip.C.de bon.quæ liber.& d. §. in arrogato. In quo etiam eſt aduertendum, quòd ibi agebatur in aliquali fauore pupilli, quòd pater poſſet ſibi ſubſtituere pupillariter, nedum in bonis à patre prouenientibus, ſed etiam à cognatis vel amicis:nec propter hoc ipſe illis priuatur. quod non eſt in caſu noſtro, vbi mulier etiam viuens cogeretur reſtituere marito. [Et pro hac vltima ſententia,quòd non acquirantur marito,ſed vxori,quamuis à conſanguineis mariti donatio proceſſerit.facit text.in l.ſi mater. C.de don.ante nu. quem ſic allegat, & ad hoc inducit Bald. conſil. ccxv.facta ſuper quibus. in iiij. lib. Idem probat text.in l.ſi conſentiente. de don. ante nup. vbi ſi ſponſus donauit ſponſæ mancipia matris ipſius ſponſi,ea conſentiente, erunt propria ipſius ſponſæ,& illa tranſmittit ad ſuos hæredes.Ecce quomodo donatio in effectu fuit facta à matre ſponſi,cuius mancipia erant,ſed nihilominus efficitur ſponſæ,cui donata fuerunt.

SVMMÆ.

PRÆSVMPTIO XIX.

DECIMONONO non † præſumitur ſuppoſita eſſe, quam ambo parentes habent ſibi charam leg. primo §.ad quæſtionem. ff.de quæſtio. Et propterea in tali caſu requirerentur manifeſtiores probationes, ex quo accuſator haberet talem præſumptionem contra ſe, iuxta notat. leg. fin. ff. quod met. cauſ. Imò etiam ſi mater aſſeueret filiam ſuppoſitam †, non crederetur eius dicto lege penultima.ff. de probationib. Baldus conſilio lxxiiij. in j. volumine. Et quod notat in leg. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.de filio fatuo, qui ad ſimplicem aſſertionem matris atteſtantis quòd non erat filius regis, renuntiauit regno. [Idem notat. Cin. in leg. ſi vicinis. C. de nuptijs. & Florianus. de Sancto Petro in dicta lege finali. §. primo per illum text. de probat.Hippocr. in leg. primo §.ad quæſtionem.ad fin.ff.de quæſt.faciunt latè tradita per Felin.poſt alios,in c.per tuas.extrà, de proba.

SVMMÆ.

2 *Affectionis vis.*

PRÆSVMPTIO XX.

VIGESIMO præſumitur † affectio in coniunctis. l. cùm ſeruus extero. ff. mandat. vbi probatur, quòd † talis affectio habetur in conſideratione in iudicijs bonæfidei : de quo dicendum eſt, vt dixi in tractatu meo, quod intereſt. Et iſta affectio eſt ſufficiens etiam ad reſtitutionem in integrum. leg. ſi in emptione. ff. de minorib. per quem textum probatur, quòd ſi minor permiſerit labi annum, & diem ſibi datum ex forma ſtatuti ad luendum rem paternam, ſibi competit reſtitutio in integrum aduerſus lapſum illius temporis,quia præſumitur læſus ex veriſimili affectione, quòd res fuerit paterna. ita tenent moderniores repetit.in l.quatenus. de regul.iuris & in l. dudum. C. de contrahenda emptione.

SVMMÆ.

2 *Tutori obseruanda.*
3 *L.Transactionem.sensus.*

PRÆSVMPTIO XXI.

VIGESIMOPRIMO non præsumitur
1 † per metum contraxisse, qui contraxit interuenientibus affinibus,&con A
sanguineis suis.l. transactionem quæ dominij.C.de transact.vbi Docto. gloss. & Bald. in l.Polla.C.de his quibus vt indig. & doct. in c. causam matrimonij.š.de off.deleg. [Vide etiam Bar.in l.frater à fratre.versi.tertio quæro,quid in contractu emptionis.ff.de cond.inde.& in l.j.C. de præd.decur.lib. x. Alex. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff.solu.mat. Dec. notabiliter cons.ccxxxij.dura.& consi.ccxix.viso puncto.v-
bi etiam limitat & allegat Ange.consi. ccxv.the- B
ma tale.Addo etiam Soc. consi.cclxiij.capio primum.versi.sed adhuc videntur.in ij.lib.& Steph. Bertran.consi.iiij. visis hincinde. refert & sequitur Tiraquel. in repet.l.si vnquam.in verb.susceperit liberos.C. de reuoc. donat. etiam limitantes hanc presumptionem procedere,dummodo adsit præsentia plurium(saltem duorum)cõsanguineorum:alioqui non sufficeret vnius presentia.Adde etiam,quòd ex hac præsumptione col-
ligitur ratio illius statuti,quod in contractib.mu C
lierum vel minorum requiratur presentia duorũ propinquorum : ea enim est ratio, quia propinquorum præsentia arguit omnem dolum & metum abesse.hanc rationem tradunt Bart. Bald.& Ias.in d.l. transactionem. Adijce, quòd sicut qui præsentibus consanguineis contraxit,non præsumitur metu contraxisse,vt dixi: ita qui presentibus consanguineis testatus est,non presumitur dolo vel metu inductus ad testãdum, secundum
Bar.in l.fi.ff.si quis aliq.test.prohib. & Bal. in l.j. D
C.illo tit. Facit quod notat Bar. Veronen.in cau.
2 xxiiij. incip. ratione, † vbi consuluit tutoribus, quòd quando aliquid faciunt pro pupillis,ne postea ipsi teneantur,quòd faciant scribere & apparere in instrumento,quod est factum coram amicis, & consanguineis pupilli. alleg. Bald. in d. l. Polla.& sequitur Curt.in cons. xliij. [Præsentia enim cõsanguineorum facit præsumi dolum abesse in tutore,secundũ Pau.& Ias.post Bal. in d.l.
Polla.Bal.in c.j. qui feu.dare poss.Ias.in l.j.ad fin. E
C.de transact.] Quod dictum non potest esse verum,alio non probato:aliàs si essemus in casu,in quo lex præsumeret dolum tutoris, de quibus not.in l.etiam.C. si tutor interue. non crederem quòd simplex præsentia propinquorum excusaret,quia verisimiliter ipsi potuerunt sequi cõsilium tutoris, ad quem principaliter pertinebat.argu. l. fin.ff. vbi pup. educ.deb. & l.j.§.denuntiare.de vent.inspic.Nec text.in d.l.transactionem.
3 obstat:quia † loquitur in metu in quo est differẽ- F
tia à dolo,quia potest aliquis etiam apertè,& coram populo decipi. l. j. in princip. ff. de dolo. quod non est in metu. Prætereà, sicut ibi non obstante tali præsentia, admittuntur probationes apertissimæ, vt dicit gloss. Bald. & Doctor. ergo idem de præsumptionibus iuris, quæ illis equipollent.l.licet Imperator.cum concordant. ff.de legatis j. vt suprà dixi, [Quod dictum est præsentiam amicorum, seu consanguineorum facere præsumere dolum & metum abesse, extende vt idem operetur præsentia iudicis, secundum Bartolum in d.l. frater à fratre.versicul.tertio quæro, quid in contractu emptionis. & Bartol. in dicta l. j. C. de præd. decurion.& Imol.& Angel.in l.j.§.fuit quesitum.ff.ad Trebellianum.

SVMMÆ.

1 *Consanguinitatis affectus.*

PRÆSVMPTIO XXII.

VIGESIMOSECVNDO presumũ-
tur † consanguinei, & affines non 1
omissuri defensionem consanguinei sui.l.hæc autem.§.j.ff. quibus ex causis in possess. ea. Ex quo sequitur, quòd non præsumatur indefensus, ex quo verisimile est, quòd saltem affines,vel amici eum defendent,vt no.Bald.in l.iij.§.si reus.ff.iudicatum solui. & per Baldum in rubr. C. de successo.edict.Et propterea, vbi agitur de vlciscen-
do mortem eius, illi debent cæteris † in accusa- 2
tione præferri,etiamsi pauperes.l. si plures.ff.de accus.vbi gloss.Et ex hac ratione priùs etiam admittentur ad tutelam.§.ex his.in authent.de hæred.que ab intest.venien.Dicit tamen Huber.de Bobio, quem refert & sequitur Albert. de Ros.in l.fin.de contra.iud.tute. quòd si adultus petat vitricum in curatorem,& agnati cõtradicant,quia velint ipsi præferri,quòd tamen debet iudex cõstituere vitricum. & ita dicit se obtinuisse de facto. Et istud ego puto verum, nisi iudex cognosceret adultum istud petere per imprudentiam. & simplicitatem, quia tunc poterit ex iusta causa præferre consanguineum. l. j. in fine.ff.de minor.Et ad supradicta facit, quia non præsumun-
tur colludere†, qui suam, vel suorum iniuriam 3
accusando prosequuntur. l.j.C.de fal. l.j. in fine. ff.de Carbon.edict.Adde tamen quod not.Bald. in l.j.in fin.C.si qua.præd.potest.vbi dicit, quòd non est præsumptio contra aliquem accusatum, quamuis sui consanguinei impediant examinationem testium,vt per Abb. antiq. in l. constitutus.š.de testibus.

SVMMÆ.

2 *Frater ex causa non idoneus testis.*

PRÆSVMPTIO XXIII.

VIGESIMOTERTIO non presumitur
† odium inter fratres, imò est verisimi 1
le quòd alter alterum diligat.cap.literas.de presumpt.in antiqu.Ista tamen Præsumptio non impedit, quin frater sit idoneus testis in causa fratris,vt per Bartol.in l.qui testamento. ff. de testament.
nisi † in ea causa age- 2
retur etiam de interesse suo, putà, quia litigaretur super bonis communibus, aut tractaretur de iniuria illata fratri : quia censeretur etiam illata ipsi.l.lex Cornelia.ff.de iniur. vel essemus in causa valde graui, putà criminali, vel ciuili magnæ importantiæ,vt per modern.in dict. cap. literas. [Adde gloss. not.vbi Innoc.& Imo.in c.insinuante.de offi.dele.Bal.& Sal.in l.parẽtes.C.de prob. Fel. latè in cap.in literis. extra de test.latius in c. cùm oporteat. vbi etiam alij scribentes. de accusatio. & in dicto cap.literas.cum concordant.

ibi

ibi traditis.& Stepha.Bertran.consilio ccxij.suposita.in primo volumin. nouissimorum. & per Alexand.in additio. Bart.in dicta l.qui testamento.§.j.vbi etiam Andr.Pomate in nouissimis addit.Qui omnes limitant,dummodo non sint sub potestate eiusdem patris,vel nisi simul habitent. per glossam in dicta l. parentes. & gloss.in capit. consanguinei.iij.questio.v.Quòd autem dictum est fratrem in causa criminali nõ fore testem idoneum pro fratre,vt etiam consuluit Alexan.con-
silio lxx.viso processũ. in primo,limita non pro- A
cedere circa probandum defensionem : est enim tunc frater legitimus testis in causa defensionis fratris, in causa criminali, mota criminaliter, & per modum inquisitionis, vel ad instantiam fratris. Ideo frater impetitus de homicidio, potest probare per fratrem quòd fecit homicidium ad sui defensionem. Ista tradunt Bald.& apertius Sal.in d.l.parentes.Alexand.not. cons.ccxij. vi-
sis & discussis. lib. ij. & cons. cxix.viso processu B
inquisitionis.in vij.volu. & cons.iiij. ad fin.in vj. vol.Aret.in maleficijs.in verb.& dictus Titius se defendendo.vers. quæro sicut,&c.Felin. in dicto cap.cùm oporteat.in v.notab.versicul.quinto limita nisi frater.Florian. in l. testis idoneus. ff. de testi. Hippo. in l. vnius. §. cogniturum.versicul. videmus etiam quòd frater.de quæstion.& sing. cccccviij.tractant Doctor.] Sed aduerte,quia etiam in causa modica pecuniaria, videretur fra-
trem admitti non debere : nam, lapso tempore, C
non satisfaciens creditori, dicitur eum adficere iniuria:quia iniustè, & dolosè agit,qui retinet alienum.l.ij.§. circa. ff. de doli except.Et propterea dicit Specul. in titul. de instrumen. edit. §. nunc verò aliqua. versicul. lxxiij. de hoc autem quæritur, quòd executor cui testator mandauit quòd satisfaciat de omnibus iniurijs seu forfactis, debebit satisfacere creditoribus pro debitis,quorum dies venerat,viuente testatore.Ad i-
dem quod not. Guid. Papæ. in decisio. Delph. D
quæst. xviij. in fin. vbi dicit, quòd cùm in bullis conseruatorum dicatur, quòd cognoscant cõtra iniuriantes monasterijs,&c.quòd poterunt compellere ad solutionem debitores nolentes soluere,ex quo illi non satisfaciendo dicũtur iniuriari. Modò hoc stante, videretur fratrem debere reijci à testimonio, ex quo nõ est idoneus testis, vbi agitur de iniuria quæ fiat fratri, vt suprà dictum est. Sed responde, quod non est idoneus
quando capitur iniuria in specie, pro contume- E
lia vel conuicio.& ita procedit d.l.lex Cornelia. non quãdo capitur in genere, pro omni eo quòd non iure fit,secũdum l.j.in prin.ff.de iniur. Nam non credo istum debitorem non soluentem dici facere iniuriam in specie, sed in genere tantum. Et propterea decisio Guido. Papæ non est vera, & confunditur per textum in cap.j.š.de off.dele. in vj.& per rationem,quia in rescriptis verba capiuntur in specie.cap. Rodulphus.š.de rescript.
Aduerte tamen, quia licet frater testificetur pro F
fratre, non tamen est omni exceptione maior,vt per Bal.in l.fin.C.de prob.& erit arbitrarium iudici,quàm illi fidem adhibeat,iuxta illud,tu magis scire potes. l.iij.§.j.ff.de testib. & ita dicit dicit Spe.in tit. de teste. §.j. [Ita etiam declarat Alex.cons.xiij.ex his quæ in themate.in primo volu.Fel.in cap. cùm oporteat.in v. notab.de accu. Idem Felinus in cap.literas. versic.prædicta limita. de præsumpt.] Adde etiam ad supradicta, q, iniuria quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior, quã si fieret ab alijs.l.cùm oportet.vbi Ci.Bal.Pau.de Castr.C. de bon. quæ lib.& inter fratres de facili oritur discordia:vnde patres debent eos tractare equaliter,ne crescat inuidia.l.fin.§.sin autem.C. de bo.quæ lib.& l.cùm pater.§. euictis.ff. de leg. ij. [Vide Lucam de Penna in l.cùm allegas.de castren.pecu.mil.lib.xij.Corn.consi.cxxviij.in iiij. Dec.consi.ccl.casus de quo.in fine] Vnde in dubio fit interpretatio pro eorum æqualitate.l.vt liberis.l.illud.C.de collat. Sed nunquid idem est, vbi agitur de bonis ipsorum fratrum, putà quia aliquis instituit hæredes ambos fratres suos? Putarem quòd sic, quia eadem ferè ratio militat: & quia ex paritate gradus præsumitur paritas amoris.d.l.dedit.de collat.bonor.

SVMMÆ.

1 *Præsumptionem vnam non sufficere.*

PRÆSVMPTIO XXIIII.

VIGESIMOQVARTO præsumi-
tur † incontinens ille, cuius pater 1
fuit incontinens,vt per Io.Andr.in cap. semel malus. de reg.iur. in vj. & probatur in c.j. & in c.si gẽs Anglorum.lvj.distinc. Sed ista præsumptio inducit solùm suspicionẽ,preterquam in casibus,in quibus est à iure approbata: veluti in d.c.j. & vbi propter delicta patrum filij puniuntur, vt in §.q, autem.ead.dist.& tex.in l.quisquis.§.filij.C.ad leg. Iuliam maiest. vbi in filijs paterni criminis exempla metiuntur.Et istud notandũ est ad statuta di-
sponentia in certis † casib. filium teneri pro cri- 2
mine patris:nam non habent solam illã rationẽ, q, illud sit,quia pater faciliùs abstinebit à tali delicto si videat etiam filios suos puniri,vt per Bar. in l.iure prouisum.C. de fabricẽsib.lib.x.& Anch. in rep.cap.j.š.de const.in xj.prin.quæst.sed etiã, quia presumitur filium talia facturum,per supradicta.Et propterea licet cessaret prima ratio, putà quia probaretur patrem fuisse inimicum capitalem filio,de quo per Dec. cons.lxiiij.tamen militaret ista secunda.Et facit,quia statuentes præsumuntur moti pluribus rationibus, non autem vna tãtum,vt dicit Sali.in l.quamuis. C.de fideicomm.& vbi statutum habet duas rationes,quãuis vna deficiat, tamen militat adhuc dispositio, vt dicit Sali.in l.si serui. C. de noxa.quem sequit Alex.in l.si cõstante.ff.soluto matrim. [Quoties enim alicuius dispositionis sunt plures rationes finales,vna cessante,non cessat dispositio. §. affinitatis.inst.de nup.tex.cum gl.& ibi etiam præceptor meus à Ripa,in l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil.cred.gl.not.in l.si quis ad exhib.ff.de exe. rei iud. & Bart.per illum text.in l.liberorum §.j. ff.de his qui notantur infam. Limita tamẽ & declara vt per Panor. in cap. quoniam.§. porrò.vers. sin autem.per illum text.extra vt lite non contes. quem refert & sequitur Ias.in l.in testamento.C. de testam. mili. & vide de his Nicolaum Præsidẽ in centuria sua locorum legalium.] Sed tamen cùm sumus in materia pœnali, melius est capere mitiorem præsumptionem, & sic, quòd ista secunda non sufficiat, nisi adsit prima præsumptio, de qua in dicta l. iure prouisum. quæ est efficacior. facit l. si familia. ff. de iurisdictione omnium iudicum.& gloss.in l. fin. in verb. auctoritas. ff. de diuortijs. Et ita limitatur illud dictum Saliceti.

SVM-

SVMMÆ.

2 *Fratrum communicatio ex cauſis ſocietatem non eſſe.*
4 *L. Iubemus. C. de ſilent. ſenſus.*

PRÆSVMPTIO XXV.

VIGESIMO QVINTO quęſita per alterũ ex fratrib. † ſimul poſt mortem patris habitantibus, pſumuntur de communi arg. l. ſi fratres. ff. pro ſoc. & per Spec. in tit. de iudi. §. ſequitur videre de cõmunib. iudicijs. Sed aduerte, quia iſta eſt alta quæſtio, quam poſuit Bar. in l. Titium. §. altero. ff. de admin. tut. & Bald. in l. ſi patru⁹. C. comm. vtriuſq; iud. Iaſ. in l. j. C. qui teſt. fac. poſſ. Et communiter concluditur quòd ſi ſimul cum hęreditate indiuiſa poſt mortem patris vixerint, lucra communicauerint, de ſuperlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præſumi ſocietatem. [Vltra Alex. & Lud. Rom. Anchara. & alios plures in varijs conſilijs allegatis per Iaſon. in l. j. C. qui teſt. fac. poſſ. vide Pau. conſi. cccxlix. ex die quo. in j. volum. nouiſſimorum. Cor. conſi. xxiiij. viſis nonnullis. in primo volumin. & conſi. xxvij. in hac. in ij. & conſil. ccxcix. præmittendum. in iiij. lib. & conſ. cxxij. circa præſentem. ij. lib. Socin. conſ. iiij, in iiij. lib. Cepo. in conſilijs ciuilibus, conſi. xl. quidam A. Dec. conſil. lxvj. de duobus. & conſ. lxxxvj. pro reſolutione. vbi allegat plures concordan. & cõſil. xxj. viſo puncto. in prin. vbi ponit quæ requirantur, ad hoc vt dicatur contracta inter fratres illa tacita ſocietas. Et idem ponit conſ. dcxxviij. in caſu de quo. & conſ. cccccxlviij. viſa conſultatione. & Steph. Bertran. in conſ. xxxix. Chriſti in primis. latiſsimè & conſ. xxvij. ex caſu mihi. in ij. volu. Ioan. Rubeum Alexandrinum conſ. lxxxvij. &
2 Ioan. Fab. in §. j. inſt. ꝓ ſocio.] Fallit reſpectu † eius qui non haberet conſenſum: putà, ſi aliquis eſſet pupillus, vel furioſus: niſi pupillus haberet tutorem, cũ quo eſſent facti iſti actus ſociales nomine pupilli, vel factus adultus, quo tempore habet conſenſum, ratificauerit. arg. l. ſi pupillus. ff. de nouat. [Quòd cum pupillo non cenſeatur cõtracta tacita ſocietas ex communione & actibus ſocialibus. niſi pubes fãctus ratum habuerit, vltra Iaſ. & alios allegatos hic per Dn. meum, vide Alex. conſ. xxxvij. conſideratis. in iiij. lib. & conſi. xlix. maturè ponderatis. in j. Bolog. conſ. vij. Pau. conſ. cccxlix. ex die in j. vol. nouiſſ. Cepo. in d. conſ. xl. quidam A. Corn. conſ. ccxiij. Philip. in iij. lib. Dec. d. conſ. xxj. viſo puncto. Steph. Bertr. conſi. xxvij. ex caſu in fi. in ij. volum. nouiſsimorum. & conſi. lxij. quamuis. in j. vol.] Item fallit, quando omnes iſti fratres eſſent nobiles, & ex negotiis non lucrarentur, ſed viuerent de reditibus ſuis. Item quando alter tantum eſſet mercator, alij nihil agerent: ſecus ſi etiam ipſi lucrarentur, & lucra quamuis difformia communicarent vt habetur latiſsimè in locis ſuprà allegatis. [Vide Corn. conſ. ccxcix. præmittendum. in iiij. volum. vbi allegat concordant. & conſi. ix. præmittẽdum. in primo. Ioan. de Ana. vbi etiam Bolog. conſi. lxv. viſo puncto. & Alexa. conſi. xxiij. viſis dubiis. in iiij. & conſi. xlix. in primo.] Sed tamẽ conſidera primo circa regulam, quia iſto modo coniunctio ſanguinis nihil operatur, ex quo etiam in extraneis idem eſſet: cùm illi actus nõ poſſint fieri citra ius & nomen ſocietatis. argum. l. pro hærede. ff. de acquir. hęred. Vnde puto, quòd licet in extraneis non induceretur ſocietas, niſi eatenus quatenus conſtaret eos communicaſſe, in fratribus cenſeretur vniuerſorum bonorum, niſi conſtaret de actibus repugnantibus: puta quia tantummodo communicaſſent lucra vnius negotiationis, & non alia, & ita intelligo Barto. in d. §. altero. in fin. Secundo aduerte ad primam fallentiam, quia videtur dubitabilis, & ſatis iniqua. Nam dato quòd vnus ex iſtis cohabitantibus fuiſſet tutor, non deberet præſumi pupillus conſenſiſſe, ex quo non habet conſenſum abſque tutore, & tutor non potuit illi auctorari, quia in facto proprio. l. j. ff. de auct. tuto. Iniquitas verò reſultat, tenendo quòd pupillus poſsit ratificare ex poſt facto: nam cùm de natura ſocietatis ſit, vt par cauſa ſit ſociorum, aliàs ſocietas dicatur leonina. l. ſi non fuerint. §. Ariſto. ff. pro ſoc. imò non valet ſocietas quando vnus ex ſocijs poteſt lucrari, & nunquam perdere de capitali, vt eſt gloſſ. in cap. plerique. xiiij. quęſtion. iij. Bald. & Doctor. in l. j. C. pro ſoc. & per Socin. conſil. cclxv. in ſecundo dubio. ſequeretur quòd pupillus nunquam poſſet niſi lucrari: quia vbi eſſet adultus, ſi videret negotiationem habuiſſe lucrum, ratificaret, aliàs non: quod certè eſſet iniquum, præſertim cùm ipſe nihil exercuerit propter ætatem, fratres verò ſic. Tertio aduerte, quia Decius in conſil. xxj. limitat alio modo prædictam concluſionem, quando vnus ex fratribus in libris ſuis fecit domum creditricem, & ſe conſtituit debitorem de aliqua ſumma: nam iſte actus declarat intentionem ſuam non eſſe, quòd contracta ſit ſocietas: & dicit hoc eſſe indubitabile. Puto iſtud multum reſidere in arbitrio iudicis, qui ex tali coniectura ſimplici non recedet à regula: quia ſolent mercatores etiam tenere rationes ſeparatas domus, non vt diſſenſus à ſocietate arguatur, ſed vt ſciant quas pecunias accipiunt de pecuniis deputatis in vſum domus, & quid de alijs quæ deputatæ ſunt ad mercimonia. Sed quid dicemus de Doctoribus? nunquid ſi aliquis Doctor multa bona acquiſiuerit ex quaſi caſtrenſi peculio, ſint communia, an verò ſint ſua tantùm, dato quòd ſteterit in communione, & concurrant cæteræ præſumptiones inducentes ſocietatem? Videretur quòd non, ex quo talia bona non conferuntur, vt dicit Bartol. in l. iubemus. C. de ſilent. libr. xij. & in terminis firmat Roman. in conſil. cxlv. præſentis conſultationis. circa medium. & refert Iaſon. in authent. quod locum. C. de collat. Mouentur ſimpliciter, quia talia lucra ſint præcipua ipſis, nec acquiruntur patri, quamuis ſint in patria poteſtate. l. fori. C. de aduocat. diuer. iudic. l. velut. C. de aſſeſſor. l. final. C. de inoff. teſtamen. Sed puto quòd contraria pars ſit verior, quòd imò etiam illa ſunt communia, vt decidit Baldus. in l. prætor. §. ſed & filius. ff. de edendo. Et eſt de mente Bald. & Salic. in dict. l. ſi patruus. quos allegat & ſequitur Iaſ. in dicta l. j. & conſuluit Bened. Capra de Peru. in conſ. cxlij. incip. cùm viſo, & conſiderato. Nec obſtat ratio Rom. quia nõ eſt arguendum de collatione ad ſocietatem, ex quo collatio habet locum etiam aduerſus inuitos: meritò caſtrenſia fuerunt priuilegiata, ne conferantur, ſed ſocietas † inducitur ex tacito conſenſu cohabitãtium. Et ſicut fatuum eſſet dicere, quòd de eis non potuiſſet contrahi ſocietas expreſſe: ita dicendum eſt poſſe contrahi tacitè. l. cùm quid. ff. ſi certum peta. Nec quantum ad hoc reperiuntur priuilegiata caſtrenſia; ergo noſtrum

ſtrum non eſt ea extendere, vt not. in cap. olim. j. de verborum ſignific. præſertim ad caſum vbi eſt alia ratio. Nam cùm iure patriæ poteſtatis pater occuparet olim omnia quæſita per filium, etiam eo inuito. l. placet. ff. de acquirenda hæred. l. cùm oportet. in princ. C. de bon. quæ lib. fuerunt iſta caſtrenſia vel quaſi priuilegiata, ne acquirerentur ipſi patri. Et propterea non conferuntur, quia ratio collationis ceſſat in iſto caſu, ex quo conferuntur ea, quę à patre prouenerunt, vel potuiſſent ipſi acquiri, ſi filius permanſiſſet in poteſtate. l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bonor. & declarant moder. in rub. C. de collat. quæ ratio non facit ad propoſitum in iſta materia tacitæ ſocietatis. Et iſtud tantò magis procederet, ſi ſtatutum introduceret ſocietatem ex cohabitatione, & communione bonorum poſt mortem patris, prout erat in caſu Benedict. in dicto conſil. cxlij. Bene verum eſt, quòd etiam ſtante tali ſtatuto, filius in poteſtate haberet tale peculium pręcipuum ſibi, & de lucratis viuente patre, non teneretur quicquam conferre fratribus. & ita videtur intelligendus Rom. in dicto conſi. Secus de lucratis poſt mortem patris, quia ſibi imputet, qui ſimul cohabitando, & ſociales actus faciendo, videtur contraxiſſe ſocietatem. Nec obſtat dict. l.
4 iubemus. † C. de ſilentiarijs. lib. xij. per quam Lucas de Pen. ibi tenuit expreſsè talia lucra non cõmunicari fratribus: quia illa lex propriè loquitur de quæſitis viuente patre: & ratio quæ ſubditur, ne labores eorum alijs fructum afferant, reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam. l. ſi cum vno. ff. loca. Nec etiam poteſt procedere in caſu noſtro, quia non eſt abſurdum, quòd pro labore ſocij reſultet vtilitas alteri ſocio, imò iſtud eſt de natura ſocietatis. d. l. ſi non fuerint. cum ſimilib.

SVMMÆ.

1 *Dos ex bonis patris ſit.*

PRÆSVMPTIO XXVI.

VIGESIMO SEXTO † Præſumitur pater dotaſſe filiam de proprijs facultatibus, non de bonis ipſius filiæ. l. ſi. C. de dotis promiſ. vbi ampliatur, etiam ſi pater dixerit ſe dare dotem de bonis ſuis, & bonis ipſius filiæ: quia adhuc ſi habeat idoneas facultates, cenſebitur dediſſe de ſuo. Et propterea dicit Bal. nouel. in tract. de dote, in ſexto priuil. ſextæ partis princ. quod ſi in inſtrumento dotis dicatur, quam dotem, putà mille, promiſit dictus pater, computato in ea omni eo, quod ipſi filiæ debetur, tam de bonis maternis, quàm paternis: hoc non obſtante, cenſebitur dos data de bonis paternis, & poterit filia adhuc bona materna petere. Et refert quòd ita conſuluit vnà cum Ioanne de monte Sperello, vt per eum. Sed pro intelligentia videndum eſt primo, quæ ſit ratio dictæ præſumptionis. Et tex. videtur dicere quòd ſit i-
2 ſta, quia paternum officium † eſt dotare. vt eſt text. & ibi not. l. qui liberos. ff. de ritu nup. Ex quo inferunt Alexand. & Are. in l. j. ff. ſolu. matr. quòd pater tenetur dotare de proprijs bonis etiam filiam diuitem. Sed iſta opinio mihi nõ placet, & confunditur per d. l. ſi. quia ſi pater fuiſſet in illo caſu obligatus, non erat probabile dubiũ illud, quod ibi deciditur: nec illud datum poſſet dici eſſe de mera liberalitate, prout ibi dicitur: quia illa eſt vera liberalitas, ad quam nemo compellitur. l. j. ff. de donat. Et iſtam partem tenent Iacob. de Are. & Bart. in l. mulier. §. cùm propo-
neretur. ff. ad Treb. Ang. conſi. ccix. incip. pro deciſione dicti Iaſonis. & ibi latiſsimè per Bulg. Senen. in l. j. ff. ſol. mat. Poſſet tamen contraria opinio defenſari, quando dos non excederet legitimam: quia ſicut legitima debetur etiam filiæ diuiti, ita videtur de dote, quę ſuccedit † loco legi- 3
timæ, no. in l. vnica. §. quo à nobis. de rei vxo. act. C. & in legitima computatur. l. illam. C. de colla. l. quoniam nouella. C. de inoff. teſt. quod poteſt procedere vbi ſolutio dotis veniret faciẽda poſt mortem patris, quo tempore debetur legitima: aliàs non recederem ab iſta alia opi. quicquid dicant ibi mod. Et ſic apparet quòd ratio Alex. & Aret. non eſt vera. Vnde tu dicas, quòd ratio videtur eſſe propter coniunctionem ſanguinis, & affectionem patris in filiam, quòd præſumatur iſta donatio, † quæ de facili inter coniunctos prę- 4
ſumitur, vt habetur in l. quæ dotis. per Bar. & Ial. ff. ſo. mat. quæ affectio iuncto eo, quòd cura collocandi filias, & dandi dotem, ad patrem pertinet. l. qui liberos. ff. de ritu nup. eſt ſufficiens pręſumptio ad donandum: quia dãs, vel promittens dare, in dubio præſumitur de ſuo. l. cùm proponas. vbi Bartol. C. pro ſoc. Et facit, quia grauatus dare certam pecuniam, præſumitur grauatus dare de ſuo. l. ſi decem. l. non videbatur. l. ſi Stichum. §. ſi hæres. ff. de ſtatu lib. Et pater videtur potius ſoluiſſe tanquam pater, nõ tanquam adminiſtrator bonorum filiæ. l. tutor petitus. §. j. ff. de excu. tu. Videamus nunc quę ſit ratio ampliationis. Et Ia. & Soc. in d. l. j. dicunt, quòd quamuis pater dicat ſe dare de maternis & paternis, illa copula nõ copulat ęqualiter ſecundum naturam ſuam. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. ſed potiùs ſtat ordine ſucceſsiuo, propter ordinem charitatis, & affectionis. l. Gallus. §. j. ff. de li. & poſth. Quæ ratio, niſi iungatur cum his quę infrà dicam, non eſt vera: quia communis eſt in contrarium: quòd imò copula ſuam ſeruet naturam, niſi vltra affectionem concurrat inſtituendi neceſsitas, vt ibi habetur: & certè illa materia eſt ſatis differẽs ab iſta. Tu dic, quòd ratio colligitur ex fine text. nã pater nõ poteſt alienare bona filiorum, quorum legitimam habet adminiſtrationem, niſi ipſis cõſentientibus. l. j. C. de bon. ma. vnde voluit lex, q, faceret ſpecialem mentionem, q̃ bona filiorũ daret, ne conſenſus ipſorum filiorum ſit ſup ambiguo, ſed ſuper certo. Et ꝓpterea ꝓmittendo dotem illo modo, non cenſeẽ ꝓmiſiſſe de bonis filiorũ, niſi in ſubſidiũ, vt ibi habetur. Et ex iſta ratione confunditur prædicta deciſio Bal. nõ. quia pater ſatis exprimit, ex quo vult cõpenſare oſa bona materna: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. iij. Et ꝓpterea non teneo illam deciſionem, quæ eſt ſatis iniqua, cõtra quã tenet etiam Marianus Soc. in c. tuę. de ſpon. Bul. Soc. & Iaſ. in d. l. j. Cor. conſi. xvj. in iij. volu.

SVMMÆ.

1 *Sanguinis vis.*

PRÆSVMPTIO XXVII.

VIGESIMO SEPTIMO In † ſermone generali non pſumitur quis loqui in illorum damnũ, qui de ſuo ſunt ſanguine. l. obligatione. & l. ſeq. ff. de pig. l. humanitatis. C. de excu. tut. Et ꝑ hoc infert Gui. de Cun. & Bal. in l. j. ff. de ſta. hom. q, licet in legato rerũ mearũ † contineantur homines & vaſalli 2
mei. l. oſa. §. fi. ff. de leg. ij. nõ tñ comprehenderẽtur illi, quibus teſtator iunctus eſſet ſanguine.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Legatum adfini non ecclesia videri.*
2 *Legatum sibi probet rector.*

PRÆSVMPTIO XXVIII.

1 VIGESIMOOCTAVO. Si quis † legauerit rectori alicuius ecclesiæ affini suo, præsumitur legasse cõtemplatione ipsius, non autem contẽplatione ecclesiæ: & propterea poterit rector de legato disponere ad sui beneplacitum. auth. licentiam. C. de sac. sanct. eccle. c. requisisti. de testa. per Bart. & Doct. & vbi Soc. multa egregia tradit in l. ciuibus. ff. de reb. du. Et istud procedit, etiam si non sit expressum nisi nomen appellatiuum dignitatis, vt probatur in d. c. requisisti. quia adhuc videtur appositum ad demõstrationem personæ. Et quod dixi in consanguineo, habet etiam locum in amico, vt ibi per Doc. Et facit quod not. Bald. in l. j. C. qui accus. non poss. quòd appellatione suorum, venit etiam singularis amicus. Sequitur Alexand. in l. sæpe. ff. de re iud. vnde talis posset prosequi iniuriam, tãquam factam attinentibus suis, secundum Bald. in rep. c. si pater. j. de test. in vj. Bal. cons. lxxviij. in quarto. latè per And. Sic. in repe. l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. [Quinimo (teste Tullio Officiorum lib. j.) maxima amicitia est præferenda consanguinitati: inquit enim, Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum est enim, eadem habere monumenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia: sed omnium societatum nulla præstantior, nulla firmior, quàm cùm viri boni moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Et Valer. Max. caput septimum lib. quarti sic exorditur: Contemplemur nunc amicitiæ vinculum, potens & prœualidũ, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius: hoc etiam certius & exploratius, quod illud nascendi fortuitum opus, hoc vniuscuiusque iudicio inchoata voluntas contrahit. Accedat quod voluit Alber. de Ros. in l. sed & hæ. ff. de procurato. scilicet quòd magna amicitia est maioris ponderis quàm fraternitas. pro quo alleg. text. in l. cum allegas. C. de cast. pec. lib. xij. Comprobatur, nam cùm ex ordine literæ liceat arguere, ita quòd prius nominatus posteriori præferẽdus veniat, l. quoties. cum concord. pluribus in glo. tradit is. ff. de vsufruct. ego passim in iure reperio in ordine scripturæ amicos anteponi consanguineis, vt est in l. sed si plures. §. in arrogato. ibi, amicus vel cognatus. ff. de vulga. text. in l. Theopompus. ibi, amici mei & cognati. ff. de dote præleg. & in l. affectionis. ibi, amicos vel necessarios. ff. de dona. & in l. si seruus plurium. §. fi. ibi, legatarij charitas vel necessitudo. ff. de leg. j. cum si. facit quod not. gl. Bald. Ang. Alex. & Iaf. in l. si vnus. §. j. ff. de pact. Iaso. in l. j. de in li. iuran. Bene facit quod consuluit Soc. consil. xxxix. libr. iij. quòd donatio facta amico maxima amicitia copulato, non reuocatur beneficio. l. si vnquam. C. de reuo. don. De cuius dicti veritate nunc non discutio. Et quòd disposita in consanguineis, censeantur regulariter disposita in amico intimæ amicitiæ, & sic quòd amicitia magna tantùm operetur, quantum coniunctio sanguinis. tenet Ci. in l. inuitus. ver. ex his pendet. C. de procur. Alex. in l. cùm alienam. vbi Iaf. C. de leg. Idem Iason latissimè in l. Titia. in prin. ver. vltimo circa istam partem. ff. de ver. obl. & in l. exigendi. versi. vlt. in quantum. C. de procur. vbi multa egregia cumulat. Et Felin. in c. quoniam abbas. versic. capio illud quando Abbas. extra de off. deleg. Alciatus in l. Iatæ. §. amicos. vbi etiam plura similia adducit. ff. de ver. signifi. & Hippo. in rub. ff. de fideiuss. cum varijs concord. per illos allegatis, ad quos te remitto. Et inter cætera not. digna, quæ referunt in locis suprà allegat. & in inferius allegandis, illud nota perpetuò, quòd magna amicitia facit quod legata debeantur amico ex testamento minus solenni, ita quòd sicut in testamento inter liberos intelligitur clausula codicillaris, vt est not. gloss. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. ita in testamento vbi institutus est amicus, vel aliquid relictum est ei, subintelligitur clausula codicillaris. ita est singularis gl. in l. in testamento. ff. de fideicom. lib. & per illam gl. ita tenet Bald. in l. si iure. C. de testam. manu expressius Lud. Ro., consi. lxxix. amplissimè. Mathes. not. ab. xlj. & Barb. in repe. rub. de rescrip. in cle. Felin. in c. j. in fin. extra de testi. Iaso. in l. non dubium. in fin. C. de test. Idem Iaso. in l. exigendi. prælleg. & in l. cùm alienam. C. de lega. & in l. j. versic. & clarum est, quod magna dilectio, &c. C. de sum. trin. in secunda lectura. & in l. verbis ciuilibus. versic. tertius casus. de vulg. & pup. & D. Alciat. in d. §. amicos. & Pantaleon de Crema in l. ij. versi. secundo loco. C. de rescind. vend. & Hippo. de Marsi. in l. vnica. C. de rap. virg. Et generaliter in hac materia amicitiæ, vide multa cumulata per Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verb. testamentum iij.] Sed posset dubitari, cui incumberet onus probandi, an ei, se esse consanguineum vel amicum, an ecclesiæ quòd non? Et videtur quòd ipsi ecclesiæ, prout tenet gl. in d. auth. licentiam. quia quilibet præsumitur ditari propria contemplatione, non alterius. l. si defunctus. C. arb. tute. Et istud multò magis videretur procedere si ecclesia ageret: quia actor qꝫ asseuerat, probare debet. l. actor. C. de proba. put ibi dicit Iacob. de Are. & Iacob. Butrig. & Alber. de Rosa. & alij in d. auth. licentiam. Crederem † contrariam opinionem esse veriorem, quã tenet gl. in §. interdicimus. in auth. de eccl. ti. per illum tex. qui requirit, quòd rector ipse probet. Et dicere qꝫ probat eo ipso, qꝫ non probatur contrariũ, non est sine cauillatione. Et facit quod in simili tenet glo. in ca. ij. de succes. ab intest. & Inno. in c. cùm in officijs. de rest. Et pro ista opinione facit, quia regula est, quòd legata rectori, acquiruntur ecclesiæ. d. §. interdicimus. xij. q. iij. pontifices. Qui ergo vult dicere fallentiam, probet l. ab ea parte. ff. de proba. glo. in rub. de regu. iur. in vj. & in cle. fi. in glo. pe. de rescrip. [In dubio enim sufficit pro se habere regulam: vnde allegans specialem casum, suæ fallentiam, illam probare debet, hanc doctrinam tradit etiam Bart. in l. ij. ff. si quis in ius vocauerit. vbi etiam Iason allegat concor. auctoritates. versi. notandum istam doctrinã Bar. & facit bonus text. in l. suus quoq;. versi. puto generaliter. ff. de hær. inst. bonus rex in cap. ad decimas. de rest. spol. in vj. vbi statur regulæ, & iuris communis præsumptioni, donec allegans fallentiam, aut aliquid cõtra iuris communis regulam, illud legitimè probauerit. Vnde ait Bar. in l. quoties. ff. si quis caut. quod non dicitur esse dubiũ, de quo est regula iuris: quamuis sint aliqui casus excepti, nisi de illis casibus expressim doceat. Vide alia plura in materia huius doctrinæ p Nicolaũ Præsidẽ in cẽturia locorum legaliũ, in loco ab exceptiõe ad regulã.

Et

3 Et facit etiam in simili, quia volens † succedere tanquam consanguineus, debet probare consanguinitatem & gradum, vt per Ancha. in cõsi. lij. pro decisione. Alexan. in consi. lxxxij. in primo. Dec. consi. cccxxj in causa quæ Alexandriæ. De quo etiam per Fulg. consi. clxxxiiij. & ea quæ notant Doct. in l. is potest. in fi. ff. de acquiren. hęreditate.

SVMMÆ.

1 *Consanguinei præferendi fraude cessante.*
5 *Prælati frater procurator de suo quæsisse videtur.*

PRÆSVMPTIO XXIX.

1 VIGESIMONONO Alienatio facta † per prælatum in consanguineos, præsumitur non esse facta in vtilitatem ecclesiæ, sed in vtilitatem ipsorum consanguineorum. authent. quibuscunque modis. C. de sacrosanct. eccl. & ibi Bart. Bald. & Doct. & lxxxix. distin. c. decenter. facit glo. in c. peruenit. j. quæst. iij. quæ dicit, quòd episcopi sunt cæci circa nepotes & alios consanguineos. Et dicit Bald. in l. tutor petitus. §. j. ff. de excus. tuto. per illum text. ibi colligi argumentum, quòd Papa conferens, beneficium consanguineis, † præsumitur feciisse ex affectione carnis, non ex reuelatione spiritus: & dicit Archid. xij. quæst. ij. c. non licet. per illum tex. quòd Papa mortaliter peccat, si alienat res ecclesiæ in consanguineos, vt eos diuites faciat. Et dicit Guid. Papæ in tracta. suo de præsumpt. quòd infeudatio † de nouo facta consanguineo. præsumitur facta in fraudem ecclesiæ. cap. quisquis. xij. q. ij. Et eadem ratione idem esset in emphyteusi, quæ daretur pro modico censu. Supradicta tamen sunt sanè intelligẽda, quia sola præsumptio affinitatis non videtur sufficiens, vt præsumatur fraudata ecclesia: sicut in simili dicimus in l. fi. ff. de his quib. vt indig. & quod no. Bar. in l. post contractum. ff. de donat. Nec obstat quòd d. auth. quibuscunque modis. inducat istam præsumptionem, quia loquitur in œconomo, non in prælato: qui quidem œconomus non habet ita pingue ius, sicut prælatus, vt not. v. q. iij. cap. j. & ita respondet Abb. in consil. xlj. in j. volum. licet iudicio meo ille tex. non patiatur hanc interpretationem. Sed quicquid sit, in hac materia standum est dispositioni Canonum, qui non prohibent talem alienationem cum debitis solennitatibus, & ex legitima causa. Et ideo, cessãte fraude, si seruantur debitæ solennitates, tenet alienatio facta per prælatum, etiam in consanguineos, vt sentit Bar. in d. auth. quibuscunque. & consuluit Abb. in d. consil. xlj. & ante eum idem tenuit Federic. de Senis consil. lij. quidam prælati. Imò potest indistinctè prælatus dare de rebus ecclesiæ, consanguineis, dummodò det ecclesiæ tantundem de suo. Et satis est quòd ecclesia non deterioretur, vt ibi dicit Abb. allegat text. in c. si episcopus. xij. q. ij. Et potest dare prælatus consanguineis pro eleemosyna: dummodò sub hoc prætextu non fraudetur ecclesia. c. non satis. lxxxvj. distinct. & est laudandus qui in tali casu præferat suos extraneis, vt ibi not. & per Gemi. in d. c. quisquis. Et propterea executor testamenti, † ad distribuendũ bona pauperibus, 4 potest eligere consanguineos suos pauperes, vt per Ioan. And. in additio. ad Specul. in tit. de instru. edito. §. nunc verò aliqua. in addit. incip. cõtinuatur hîc alia quæstio. in fin. & per Ancha. cõsil. cccxxxvj. in his dubiis. licet Bald. in d. l. tutor petitus. innuat contrarium. Induco prædicta ad quæstionem. Aliquis † prælatus habebat fratrem 5 suum, quem constituerat procuratorẽ ad exigẽdos reditus beneficiorũ suorum: iste frater emit multa bona, an præsumatur emisse de bonis ecclesiæ? Videbatur quòd sic: quia si ipse prælatus emisset, præsumebatur emisse de dictis bonis, & acquirebatur ecclesiæ. c. j. de pecul. cler. c. inquirendum. eod. tit. Et facit quod not. Abb. in cap. cùm sit generale. §. de for. comp. vbi dicit, quòd isti prælati ementes de bonis ecclesię, faciunt vt instrumentum cantet in personam alicuius amici vel consanguinei sui: vnde tali casu cognitio spectat ad ecclesiam. Contrariũ in proposito casu est verius: quia sola consanguinitatis præsumptio, non inducit præsumptionem fraudis, vt suprà dixi. Et ratio d. c. primi. de pecul. cle. non militat in casu nostro: nam ideo præsumitur quòd prælatus emerit de bonis ecclesiæ, quia prælati licitè non possunt negotiari. c. j. infrà ne cleri. vel mona. & quia ipsi sustentantur de bonis ecclesię licitè, & ea possunt retinere: vnde si emunt, præsumuntur de illis emisse, secundum Bur. Abb. & Imol. in d. c. Quæ ratio cessat in procuratore, qui potest aliunde lucrari. l. si defunctus. C. arbit. tuto. & qui licitè nõ potest retinere bona ecclesiæ, & delictũ non prętumitur. l. merito. ff. pro socio.

SVMMÆ.

2 *Sanguis conuersatione potior.*
4 *Institutionem, adoptione nullæ, tenere.*

PRÆSVMPTIO XXX.

1 VIGESIMO Præsumitur assiduæ, † frequens conuersatio augere affectionem, etiam inter consanguineos. l. cùm allegas. C. de castrẽ. pecul. li. xij. Sed dubia quæstio est, nunquid † relictum factũ tali consanguineo, præsumatur factũ contemplatione sanguinis, an verò propter conuersationem. Et tex. in d. l. cùm allegas. probat censeri factum contemplatione conuersationis. ad idem facit text. in l. hereditate. in prin. ff. de castr. pecul. In contrarium facit quod not. Alex. in l. si donatione. C. de collatio. vbi si pater donet filio propter merita & affectionem sanguinis, præsumitur potius facta per affectionem sanguinis tantum, & donatio non tenebit. ita dicit cõsuluisse Paul. de Cast. vt per eum. Pro quo addit rationem, quia in dubio inspiciẽda est † cauia quæ nocet, non quę prodest, vt *not.* Bar. in l. si vir. ff. de vsucap. pro donat. in l. fi quis in graui. §. eleganter. ff. ad Syl. cum si. [Aduerte, quia hæc regula quòd in dubio inspiciatur causa, quæ nocet, est multum brocardica, secundum Cin. in l. venditioni. C. de vsucapio. pro empto. Sunt enim iura probatia, quòd imò in dubio debeat inspici causa quæ prodest. Ideo hanc regulam quòd inspiciatur quod nocet, pluribus iuribus confirmatam per Bar. in locis his citatis, & Lud. Rom. in d. §. elegãter. Iaf. in l. si Ruffinus. vbi Dec. C. de testa. milit. eundem Iaf. in l. si arrogator. ff. de adopt. limitant ipsi non procedere, quãdo illud, quod prodest, est tantæ potentię, quòd

absorbet, vincit, & consumit illud quod nocet: tunc enim illud quod prodest, tanquam potentius attenditur, ita procedat text. in l. non intelligitur. §. si quis palàm. vbi Bar. ff. de iure fis. inducendo vt per eos. & text. in d. l. si vir. iunctis traditis per Din. in regula, possessor. q. antepe. Pet. Cin. & Bal. in d. l. venditioni. inducendo vt per eos.] Ego reperio Paul. de Cast. in cons. cccxlv. circa bona quæ fuerunt. in j. vol. distinguentem, vt si expresio meritorum sit facta in genere, nó adtrédatur, sed solummodò causa sanguinis, quæ prœualet. arg. d. l. tutor petitus. §. j. & l. qui habẽt. ff. de tutelis. Secùs, si fit facta in specie. Pro ista opinione Alex. facit quod notat Bart. Ang. Paul. de Cast. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & Barto. in l. quod dicitur. vbi Alex. attestatur de communi. ff. de verbo. obl. dum dicunt, quòd si pater stipulatur filio propter benemerita collata in ipsũ patrem, non valet stipulatio, quia censetur stipulatus tanquam extraneo: & tamen si caperetur præsumptio, quòd esset stipulatus tãquam filio, stipulatio sustineretur. Sed considera, quòd prędicta decisio Alex. est satis iniqua, per quam capimus præsumptionem, ex qua actus corruit, cõ
4 tra l. quoties. ff. de reb. dubiis. & tamen talis† præsumptio per quam actus sustinetur, solet prævalere aliis præsumptionibus, vt per Bal. Imol. & alios in l. cùm in testamento. §. hæc verba. ff. de hęred. instit. Et in simili quod not. Paul. de Castr. in l. ex imperfecto. C. de test. & Alex. in l. quanquã. C. de testam. milit. [Et per Decium in c. quoniã Abb. de offic. deleg. & in l. postquam liti. C. de pact. Hippol. de Marsi. vbi allegat infinitas ferè auctoritates & concord. in sing. lxxxiiij. princips.] Vnde putarem illam decisionem non esse veram: quia quomodocunque sint expressa merita, etiam quòd facta sit mentio sanguinis, debet actus sustineri, dummodò merita probẽtur, iuxta notata in l. si donatione. Nec illa ratio de affectione sanguinis debet actum vitiare, quia
D potest recipere commodam interpretationem, vt propter talem affectionem auctum sit desiderium patris remunerandi beneficia sibi collata. arg. d. l. cùm allegas. Nec d. l. qui habent. obstat: quia quamuis dicat ibi Bar. quòd vbi resultant contrarij effectus, non attenditur causa accidentalis, sed naturalis: quod proœdit vbi causæ sunt separatæ: in casu nostro altera alteram adiuuat, vnde attenduntur merita quę sunt accidentalia, & faciunt donationem valere, quæ aliàs ex cau-
E sa naturali corruerent. Nec obstat ratio Alex. quia cùm possit vtraque causa simul cõcurrere, tunc vtraque est attendenda, non autem illa quę nocet tantùm, vt dicit Bar. in d. l. si quis in graui. §. eleganter. Istud autem est in casu nostro, vt suprà declaraui. Præterea vbi causa quę prodest, est benignior, illa attenditur, non quæ nocet. l. si pupillus. ff. ad leg. falcid. dixi in l. ij. in princ. ff. de verbo. oblig. Nec obstat doctrina Bar. in d. l. si tibi. & in d. l. quod dicitur. quia quicquid dicat
F Alex. contraria opinio est verior, quam tenent Baldus, Fulgos. & Iason in d. §. si pactus. Imol. Raph. Com. Iacob. de Put. Paul. de Cast. Petrus de Besut. Are. & Iason in d. l. quod dicitur. Et opinio Bar. potest saluari, si causa beneméritorũ tantum esset expressa, aliàs in dubio mihi placet
5 contraria opinio. Et prædicta† faciunt ad quæstionem. Titius arrogauit filium fratris sui, quẽ ipse aluerat, & instituit hæredem hoc modo: Seium quem ego alui, & ob sua benemerita adoptaui, hæredem instituo. Accidit quòd adoptio fuit reperta nulla, nunquid tenet institutio? Io. de Monteferrato in l. Gallus. §. & quid si tantùm. tenuit quòd non. Ego puto contrarium esse verius, per supradicta. & est egregia limitatio ad not. per Doct. in l. eam quam. per illum text. C. de fideicommiss.

SVMMÆ.

A 1 *Stipulatur pater filijs vt filijs ex causis.*

PRÆSVMPTIO XXXI.

TRIGESIMOPRIMO Pater stipulando, vel paciscendo filio, præsumitur stipulatus vt hæredi, non simpliciter vt filio, secũdum gloss. in d. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact.
B quæ assignat rationem: quia verisimile est, quòd cogitauerit filium sibi hæredem futurum. l. scripto. ff. vnde lib. sequitur Bart. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. vnde limitat†, vt non procedat in his quæ transeunt ad filios tãquam filios, non tanquam hæredes, vt est emphyteusis eccle siastica. Et ibi infert, quòd filij licet repudient hæreditatem paternam, poterunt consequi hãc emphyteusim. & idem tenet in l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & est communis con-
C clusio, vt per mod. in d. l. quod dicitur, & per Alex. consil. xliiij. in primo, & alibi sæpe. [Quòd in his quæ non transeunt ad hęredes extraneos, sed ad filios tantùm, pater censeatur stipulari filiis, vt filiis, & non vt hęredibus, tenet etiam Alexan. consi. viij. visis subtilissimis. vbi plures autoritates & concord. allegat in iij. volum. & cons. xxxvij. illo eodem libro, & consil. cxix. viso processu causæ vertentis inter dominam Bernardinam, &c. in quinto libro, & consi. cxxix.
D perspectis. vbi allegat innumeras ferè concord. eodem libro, & Ias. post Bart. in l. si non sortem. §. libertus. vbi etiam allegat concord. ff. de cõd. indeb. Adde Decium consil. ccccxj. visis his. & consil. cccxix. præclarissime doctor. vers. sed etiam ista ratio parum facit. & Lud. Bolog. consil. xlviij. quasi per totum, vbi egregia tradit, & multas auctoritates allegat, ex quibus firmatur ista conclusio. Adde etiam Petrum de Anchara. consil. cxxv. visis & diligenter. & in feudo consuluit Decius consil. lxxviij. licet in casu. per totum. & in emphyteusi Corn. consil. xiij. in præsenti consultatione. circa princip. versic. ex quibus. libro iij. & cons. cclxxxij. viso dicto puncto. vers. non enim videtur posse. eodem libro. Idem Corn. consil. 100. visa dicta copia. in iiij. libro. vbi consuluit, emphyteusi ecclesiastica acquisita pro se & liberis, liberos (etiam si repudiauerint hæreditatem paternam) cõsequi posse dictam emphyteusim, non obstante repudiatione: & ibi comprobat & allegat auctoritates.
F Et vltra illationem recitatam à D. meo Alciato, quòd filius potest hæreditatem paternam repudiare, & consequi emphyteusim ecclesiasticam, adde quod voluit Bartolus post Dinum in l. itẽ videndum. §. fina. ff. de petitione hæredita. vbi etiam Bald. & Angel. Quòd si frater fratri faciat generalem quietationem de omni eo quod petere potest in hæreditate patris, tamen hoc non obstante, poterit petere partem bonorum emphyteuticorum: quia non petuntur, nec ei debẽ-

tur

tur vt hæreditas. Et illud dictum refert & sequitur Ias. in l. Gallus. §. quidam rectè. versic. circa secundam materiam. vbi allegat concord. ff. de liberis & posthum. & in d. §. libertus. versicu. secundo habes ex gloss. vbi maiores allegat concord. Et adde vltra eum Socin. consil. lxxiij. super controuersia. versicu. quarta conclusio. lib. iij. & Decium consil. ccclxxxix. visa longa. & consil. lxxviij. licet in casu. Adde vltra prædicta in locis præallegatis, quòd talis res in emphyteusim pro se & liberis ab ecclesia recepta, in to-
A tum dicitur esse extra hæreditatem recipientis, & filiis vt filiis debita, quòd non posset ipse pater recipiens in præiudicium filiorum aliquid disponere super dicta re, puta vni filiorum prælegando vel donando, & aliis, non vel alio modo disponendo in filiorum præiudicium. ita Bartolus notat in d. §. si liberi. versicu. secũdum dubium. vbi vult quòd si parer instituerit vnum filiorum hæredem vniuersalem, alium verò in re
B certa, & iusserit esse tacitum & contentum, ita quòd in bonis vel hæreditate non possit vlterius petere: non obstante hac prohibitione, per quam filio non potest pater præiudicare, poterit partem suam rei emphyteuticæ petere. Et sequitur Petr. de Ancha. notabiliter consil. cccxix. themate præsuppositio. Adde etiam prædictis Cor. consi. xxiij. vers. tamen his non obstant. in primo volumine, & consil. xxxvij. versicu. quod persuadetur. & versic. sequen. libro iij. quicquid
C dicat ipse consil. cclxxxij. viso dicto puncto. eodem libro. Adde etiam egregiè Lud. Bolog. cõsil. xlviij. intellecto. vbi allegat plures Doc. in variis locis, concludens recipientem non posse suis liberis præiudicare in dicta emphyteusi ecclesiastica, nec vni liberorum legando, donando, vel alio modo disponendo, rem emphyteuticam assignare posse, aliis verò non: sed simul admittuntur, non obstante contraria dispositione paterna. Et vltra illum hanc dicit communẽ Stephan. Bertrand. consilio cxxxviij. ex themate. versi. non obstat. vbi etiam allegat concord.
D in secundo nouissimorum.] Secundo limitatur, quando pater non esset sibi stipulatus, sed tantummodò filiis: quia obligatio incipiet ab eis tanquam filiis, etiam si non sint hęredes. l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. l. filiusfamiliâs. §. cùm quis. ff. de legat. j. quę iura ita declarant Alexander & Iason. Tertio limitatur, quando acquireret aliquid indiuiduum cohærens personæ, sicut est vsus fundi: nam filius sta
E tim admitteretur etiam in vita patris, ex quo illi nihil præiudicatur, vt dicũt Bal. Imol. & mod. in d. §. quidam rectè. Et idem est in priuilegio immunitatis, vt per Anch. in c. Raynu. j. de testa. [Hoc exemplum de vsu videtur aliquibus mediis impugnare Io. Rubeus Alex. in d. §. quidam rectè.] Quarto limitatur, quando pater aliter esset stipulatus sibi, aliter filiis: nam tunc non præsumitur stipulatus illis tanquam hęredibus. l. Seia. cum gl. in prin. ff. de don. cau. mort. Alex. & moder. in d. l. quod dicitur. Et est ratio secundum Areti. ibi, quia non debet alterari obligatio de persona defuncti in hæredem. l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. Sed tu aduerte, quia ista ratio nõ videtur procedere in obligationibus factorum.
F l. continuus. §. fin. ff. de verb. oblig. [Hanc limitationem friuolis quibusdam fundamentis nititur impugnare Io. Rub. Alex. in d. §. quidã rectè. ac tandem sentiens debilitatem argumentorum suorum, dicit non esse recedendum ab hac limitatione.] Quinto limitatur in casu cõtrario, quia pater† grauatus restituere fideicommissum ff. 2
lio, intelligitur grauatus vt pater non vt hęres. l. cum filio. ff. de lega. j. Sed iste casus est satis differens à præsenti materia.

SVMMÆ.

1 *Donatio inter coniunctos præsumenda.*
A 3 *L. Procula. de probat. sensus. & 4.*

PRÆSVMPTIO XXXII.

TRIGESIMOSECVNDO donatio † quandoque præsumitur ratione 2
proximitatis: & propterea mater redimens filium ab hostibus, præsumitur feciſſe causa donationis, nec repeteret pretium à filio. l. liber captus. C. de capti. & postil. reuers. Et frater sciens partem
B quam ipse habebat in fundo communi, à fratre suo vxori donaram, si non contradixerit, præsumitur remisisse ius suum. l. si seruus communis. ff. de dona. inter vir. & vxo. Et mater expẽdens pro respicientibus personam filij, præsumitur feciſſe causa pietatis: & ideo donasse. l. j. C. de negot. gest. de quo per Bart. in l. Nesennius. ff. eod. Et maritus luens † ornamenta vxo- 2
ris pignorata, & ea restituens vxori, præsumitur donasse. l. vxori. §. fi. ff. de lega. tertio. facit l. vtrum. ff. de don. inter vir. & vxor. & quod not. Bar. in l. si maritus. C. e. Et ascendens stipulans aliquid descendenti dari, præsumitur dari animo donandi. l. donationes. §. species. l. fin. §. fina. ff. de don. de quo per Doct. in l. quæ dotis. ff. solu. matrimo. Et fa. quod dicit Bald. in authenti. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. quòd pater stipulans emphyteusim ecclesiasti-
D cam pro se & filiis, censetur feciſſe animo donãdi filiis. Quæ decisio videtur dubia, per not. per Alexand. in dicto §. quidam rectè. vnde eam intellige sano modo, videlicet quando accepit etiam possessionem nomine filiorum, prout loquitur Bald. vbi assignat rationem: quia quando pater contrahit nomine filij, & accipit etiam possessionem, præsumitur facere animo donandi. l. filiæ cuius. C. familiæ erc. l. omnino. §. fi. C. de inof. testam. vbi infert quòd quo ad filium
E in potestate, potest per talem donationem reuocare. l. ij. C. de inof. donat. Et supradicta procedunt in suis casibus, aliàs sola ratio consanguinitatis non est sufficiens ad præsumendam donationem, vt est glo. & ibi Barto. in l. liberis quos. §. j. ff. de alim. & cibar. legat. & not. in l. idemque. §. si cui mandauero. ff. mandati. nisi concurrentibus duobus aliis, videlicet diuturnitate temporis, & ratione sæpiùs calculata, secundum Bartol. Bald. & Salice. in l. Procula. per
F illum text. ff. de probat. & est communis conclusio, vt per Alexan. & Ias. in d. l. quæ dotis. & consuluit Alex. consil. xlvj. in j. & consil. liij. in iiij. Sed aduerte, † quia in d. l. Procula. non fit 3
mentio de diuturnitate tẽporis, sed solùm quòd rationes sint sæpiùs calculatæ, & quòd non sit aliquid petitum, quandiu frater vixit. Illa enim coniunctio, quandiu refertur ad vitam fratris, & interpretatur pro donec. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & sic text. verificatur, etiam si frater non fuisset grauatus restituere nisi à quatuor annis,

vel etiam minori tempore antequá moreretur. Prætereà tex. non considerat rationes simpliciter calculatas, sed q, ipsa creditrix soluisset pecunias fratri: cùm verisimile fuisset compensaturá, nisi remisisset. Et ideo ista calculatio debet sanè intelligi, prout etiam declarat Fulgosius ibi, & est de mente gl. in d. l. libertis quos. §. j. Prætereà vltra Doc. in casu illius tex. erat mortuus frater, quo viuente nunquam aliquid petierat: vnde est non modica suspicio quòd iniustè peteret, tanquam ab hæredibus malè informatis, iuxta not. in l. qui Romę. §. Augerius. ff. de verb. oblig. vnde ille tex. procedit in casu suo tantum. Et per hæc videretur confundi quædam decisio Pauli Cast. in consi. cxxvj. non sequędo ordiné. in ij. de qua inferiùs dicam. Ex supràdictis infertur ad quæst.
4 an maritus† qui cessauit per decénium petere alimenta, seu interesse dotis non solutæ, presumatur eam remisisse socero qui promiserat dotem, vel fratribꝰ vxoris. Et Bald. in consil. cccclxxiiij. B
post biennium. in iij. volu. cósuluit quòd sic, per text. in l. cùm quidam. §. diuus. ff. de vsuris. Et ita etiam consuluit Dionysius de Perusio prœceptor Lud. Rom. prout eum ipse refert in consil. dxvij. Idem etiam tenuit Alex. consil. lxxiiij. in v. volumi. & Corn. consil. ccvj. in secundo. Contrarium tenét Rom. Alex. & Ias. in d. l. quę dotis, & Alex. consil. lx. & Corn. in consil. ccl. in ij. vol. & consl. iij. in iiij. Mouentur per d. l. Procula. & dicit Ias. esse casum in d. l. libertis quos. §. j. Et cótrarium C
etiam consuluit Rom. in d. consl. dxvij. allegando glo. iuncto tex. in l. vir vsuras. ff. de donat. inter virum. quæ vult quòd ita demũ censeantur remissę vsuræ dotis, si vir per totum tempus durátis matrimonij tacuerit: arg. l. cùm oportet. §. fin autem res. C. de bo. quæ lib. & respondent omnes ad d. §. diuus. quòd loquitur in vsuris, quæ debentur ex causa lucratiua, & sunt odiosę: vnde non est trahendus ad interesse quod soluitur propter onera matrimonij. Et idem tenuit Ro. in l. insulá. D
§. vsuras. ff. soluto matr. Et aliter etiam respondet Alex. in d. consl. lx. & consil. liij. quòd ille text. debet intelligi, quádo constabat quòd creditor nõ exigeret, vt gratior esset debitori, puta quia expectabat ab eo aliquod beneficium. Quid tenendum? Puto in puncto iuris esse veriorem opinionem Baldi, cuius auctoritas est maxima in actu practico, præsertim cùm etiam solennes Docto. eũ sequuti sint: & optimè probatur in d. §. diuus. qui simpliciter loquitur de vsuris, & non distin- E
guit ex qua causa deberentur, & tamẽ iura istud interesse dotis non solutæ simpliciter appellant vsuras. d. l. vir vsuras. & l. insulá. §. vsuras. sol. mat. & est tex. in l. cùm post. §. vsuras. ff. de iur. dot. Et sic ibi tex. in generalitate sua probat concludenter opin. Baldi. Nec intellectus Alex. in d. consil. lx. est verus, quia text. ibi lapsu temporis præsumit id factum causa gratitudinis, etiam alio non cõstito: quod apparet ex dictione, videlicet, quæ stat declarationẽ. §. nos autem. inst. de Attil. tut. l. F
videlicet. ff. ex quib. caus. ma. & sic ex tali lapsu temporis declaratur non petitas vsuras causa gratitudinis. Est verum, quòd si creditor probaret se feciſse ex alia causa, tunc non procederet d. §. diuus. & isto casu, quoad hunc finem, dictio, Videlicet, stat restrictiuè. l. j. vbi Bar. ff. ad l. Aquil. Prærerea etiam tenendo intellectum Alex. dico in casu nostro satis præsumi hanc gratitudinem ex coniunctione sanguinis: & istud est quod fuit
5 de mente Bal. & sequacium. Nó obstat† d. l. Procula, quia ibi nõ interuenerat diuturnitas tot annorum, sed solùm fuerat facta sæpe calculatio, q, potuit fieri in minori tempore. Prætereà & meliùs in casu nostro agitur de remittendis vsuris, quæ licet petantur tanquam interesse secũdum ius canonicum, per tex. in c. salubriter. infrà de vsur. de facili tamen in eis præsumitur remissio, ex quo sunt etiam ipsæ odiosæ. Istud patet, quia respectu soluentis dicuntur continere quodammodo meram pœnam, ex quo ei nihil vel modicum adest, prout in simili dicitur in l. j. §. si plures. ff. de eo per quẽ fact. erit. Solùm enim est releuatus ab onere alimentandi ipsam nuptam, q, onus fortè non ascendet ad æstimationem dimidiæ vsurarum quas maritus potuisset consequi. Item non debentur iure obligationis, sed solum modo† officio iudicis, vt dicunt Petr. & Bald. in 6
l. fina. §. præterea. C. de iure dotium. Vnde, si maritus reciperet sortem sine illo interesse, nõ posset ampliùs illud petere: quia cùm sit odiosum, extinguitur soluto principali, sicut dicimus de aliis vsuris. l. iiij. C. depos. & ita firmat Bald. quẽ ibi sequitur Alexan. in l. si marito. §. si fundum. ff. soluto matrim. Vnde, cùm tale interesse sit odiosum, faciliùs præsumitur remitti. l. cùm post. in princip. ff. de iure dotium. quod non erat in casu d. l. Procula. Nõ obstat d. l. libertis. quia ibi ꝓriè debebantur alimenta iure obligationis fauorabilis: nec ibi erat aliqua cõiunctio sanguinis, per quam prẽsumeretur non fuisse petita ob causam C
gratitudinis: quod non est in nostro casu. Nõ obstat dicta lex vir vsuras, quia potius probat contrarium, ex quo inducit præsumptionem donationis, si non petantur vsuræ per tempus matrimonij, quod potuit esse breuius decennio: & sic ibi est quędam ampliatio ad dictum Baldi, quicquid ad illum tex. cauillãdo dixerit Alex. in prę-
alleg. consl. lx. vers. similiter nõ obstat. cuius tres solutiones confutaui in vna. Et ista opinio esset D
seruanda etiam in foro canonico, quia tex. in d. §. diuus. non inducit præscriptionem, iuxta not. in c. fin. de præscrip. sed ex lapsu temporis præsumit liberationem seu donationem. Nec hîc sumus in materia peccati: quia ille non soluens interesse, nõ peccabat, nisi fuisset interpellatus, ex quo tãtummodò erat obligatus officio iudicis, vt latiùs deducit Corn. in d. consil. ccvj. & facit q, notat Ias. in l. si certis annis. C. de pactis. post Salicet. vbi vult quòd dispositio. l. cùm de in rem verso. ff. de vsur. procedat etiá in foro canonico, quia ibi non agitur de prescriptiõe, sed agitur de presumptiõe legis ex lapsu decé annorũ. Et potest socer verisimiliter credere, quòd maritus sit contentus sorte, & quod non exigat interesse, vt deducit Corn. in d. consl. Secùs esset, quãdo istud interesse fuisset expressè promissum, quia tunc debitor non potest prærendere bonam fidem, & nũquam præscriberetur de iure canonico: quod etiam seruatur in foro ciuili, iuxta not. in d. c. fi-
F na. Et ita procedit quod not. Alex. in d. consl. lx.

SVMMÆ.

2 *Procuratoris admittendi causæ. 3. 4.*

PRÆSVMPTIO XXXIII.

IRIGESIMOTERTIO præsumitur maritus† cui vxor tradidit instrumenta, esse procurator vxoris suæ. l. fi-
1 na. vbi glos. C. de pact. conuen. Per quam

quam glos. infert Cin. & Cald. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cleric. quòd si aliquis de longinquis partibus veniat in istam ciuitatẽ, & petat centum tanquam procurator Titij, & exhibeat mandatum: quamuis aduersarius neget eum esse, de quo in mandato est mentio, tamen præsumitur esse ille, ex quo affert mandatum, & idem voluit Guil. de Cun. in l. postquam. C. de pactis. [Hoc dictum Cin. & Bal. sequitur Salic. in d. l. si qua per calumniam. & Abb. in c. coràm. A
de offi. deleg. Felin. in c. ij. vers. quarto & vltimo casu. de testib. Hippol. de Marsil. in l. si quis ne quæstio. vers. & pro hac conclusione faciũt. ff. de quæst. vbi allegat id sequi Cæpollam consil. xj. casus. & Angel. in l. comparationes. in fin. C. de fide instrumen. Et etiam hoc dictum refert Feli. in d. c. coram. vbi dicit, quòd illud sequitur Imol. in clem. j. vers. quid, si dicatur. de procurat. & confirmat per id, quod vult Specu. tit. de instrum. edito. §. restat. vers. sed quid si B
producatur. vbi vult quod creditur literis Officialis attestantibus quem esse notarium, vbicũque illæ literæ producantur. Verùm tandem Felin. ab hoc dicto recedit, nec illud admittit, nisi cum mandato etiam exhiberet instrumenta & iura partis: tunc enim hæc duo simul iuncta probarent mandatum, aliàs non. Non recederem tamen à sententia Cin. Bal. Salic. & sequacium, propter eorum autoritatem, maximè ad præsumptionem inducendam pro producente, vt C
transferatur onus probandi in aduersarium, dicentem producentem non esse illum de quo in mandato.] Sed tu considera tres casus. Primus est qui ponitur in d. l. fin. vbi concurrebant tria.
2 Primum† erat, quia mulier promiserat dare illi instrumenta paraphernalium, quæ deberent esse & etiam manere apud maritum. Secundum erat, quia instrumenta fuerant sibi tradita. Tertium erat, quia concurrebat coniunctio sanguinis. vnde istis concurrentibus præsumitur mandatum, nec tenetur maritus agens cauere de ra-
3 to. Secundus casus† est, quando non interueniſſent nisi duo, puta exhibitio instrumentorũ, & cõiunctio: & videtur quòd licet tali casu quis admittatur, tamen debet cauere. Istud probatur in capitul. coram. suprà de offi. delega. vbi clericus habens instrumẽta, admissus fuerat solùm cum cautione, & tamen magna est cõiunctio inter clericum & eius ecclesiam, vt ibi notatur, & per Innoc. in ca. cùm R. canonicus. ſ. de officio E
4 delegati. Tertius† casus est, quando non interuenit nisi vnum, videlicet quia reperiuntur instrumenta apud aliquem: & videtur talem admittendum cum cautione, prout tenuit Bartol. in l. iij. §. causæ. ff. de Carbon. edict. in l. vulgò. ff. de administr. tutor. Et ista est communis opinio, vt per Felin. in dicto ca. coram. [Et est vers. quando dicatur dubium. vbi alle. concor. & attestatur hanc esse communem opi. quam triplicF
iter limitat, vt per eum. Et hanc etiam communem attestatur, & sequitur Hip. de Marsi. in l. si quis ne quæstio. vers. & ad hoc dicendum moueor. ff. de quæst. vbi allegat plures concor. in variis locis.] Fortius dicit Roman. in singulis, dcxxxvij. incipien. nunquid per productionem, quòd si probatur traditio instrumenti facta per dominum, erit plena probatio mandati, nec erit necessaria cautio. Mouetur per d. l. fina. quæ nihil facit, quia ibi interuenerant tria, vt ostendi, & præsertim ibi ponderatur, quòd esset

coniuncta persona, vt dicit Albertus de Rosa. & idem tenent Pet. & Cin. in l. maritus. C. de procurato. Secundo mouetur, quia procurator† reddens instrumenta causæ domino, cen-
2 setur renuntiasse procurationi. l. negotiorum. §. fina. & l. tutor. ff. de appell. vbi Ange. l. ita autem. §. fina. ff. de administr. tuto. Ergo concedens instrumenta, debet præsumi constituere procuratorem, quia contrariorum eadem est disciplina, vt per eum. Sed respondè, quòd Angel. in d. l. negotiorum. loquitur respectu domini & procuratoris: quia si aufert sibi libros & rationes, præsumitur prohibuisse, ne sese intermittat in negotiatione: non autem loquitur respectu tertij, cui posset oriri præiudicium, imò contrarium probatur in d. §. fin. iuncta gl. Vnde in isto casu mihi non placet hæc opinio: vbi verò traditio esset facta coniunctæ personæ, tunc posset sustineri. Et ita soluatur quod notat Bald. & Imol. in dicto capitu. coram. & est de mente Petri & Cini in d. l. maritus. [Concludit ergo præceptor meus Alciatus, quòd probatio traditionis instrumentorum factæ alteri quàm coniunctæ personæ, non plenè probet mandatum, & sic contra Rom. in singul. prælegato. Aduerte quòd opinio Rom. videtur verior, & eam maximis & vrgentibus fundamentis comprobat Andr. Siculus, dictus Barb. in d. c. coram. vbi etiam respondet argumentis quæ pro contrario adducuntur, & ostendit à sufficienti partium enumeratione, necesse esse concludere quòd talis instrumentorum traditio à domino facta operatur mandatum: & sic probando illam traditionem, satis probat mandatum.] Limitatur supradicta conclusio, vt non procedat in cohabitante cum ipso domino, quia tunc non esset admittendus, ex quo potuit esse furatus talia instrumenta. argum. l. vnic. §. ille autem. C. de lati. liber. tollen. Ita Rom. in d. singul. & 66
D ccccxlvj. primus propositæ consultationis. [Facit quod notat Bar. in l. fúllo. §. qui tabulas. ff. de fur. glos. Bartol. & Doct. in l. ij. & iij. ff. de pact. quòd licet si reperiatur instrumentum debiti cancellatum penes creditorem, præsumatur debitor soluisse, & sic videatur liberationem probasse: hoc tamen non procedit vbi debitor esset persona domestica, & cohabitans cum creditore: potuit enim esse suffuratus illa instrumenta, argum. d. §. ille autem.] Sed de ista li-
E mitatione dubitat Felin. in d. c. coràm. & non est de mente Docto. vnde eam non teneo: quia talis suspicio purgatur per præstationem cautionis de rato: aliàs in extraneo idem esset, quia potuit accidere quòd habuisset in depositũ, prout in simili dicit Paul. de Castro in l. Mæuia. ff. soluto matrimonio, &c. Bene fateor, quòd in casibus, in quibus suprà dixi non requiri cautionem, si iudex suspicaretur quòd instrumentum fuisset furto sublatum, deberet eum requirere. Et ita potest saluari decisio Romani.

PRÆSVMPTIO XXXIIII.

IRIGESIMOQVARTO formicatio† inter consanguineos non
1 præsumitur ex cohabitatiõe. c. cùm in iuuentute. de præsumptione. &
cum qui. C. de episco. & cleric. nisi probaretur saltem ex violenta præsumptione, vt notat in cap. in literis. & per Abb. in capite

quantò. infrà eodem. Debent tamen sacerdotes abstinere à nimia familiaritate etiam consanguinearum, propter malitias satanæ, cap. sed si fortè. lxxxj. distinctione.

SVMMÆ.

1 *Citandorum coniugum locus.*

PRÆSVMPTIO XXXV.

PRIGESIMOQVINTO præsumitur maritus habitare cum vxore sua, sicut clericus in ecclesia sua residere. ca. j. j. qui matr. accusa. pos. & cap. tua. de cleric. non resid. Et propterea in-
1 fertur, quòd sufficit citare maritum † in domo in qua habitat vxor, quia præsumitur etiam ibi habitare. Ita tenet Guid. Papæ in tract. suo de præsumpt. & dicit ita tenere Doct. in cap. quoniam frequenter. §. si verò. suprà vt lite non contesta. B Adde quod notat Innocent. & sequuntur alij in c. fina. de eo qui mitt. in possess. vbi dicit, quòd mulier potest in causa matrimoniali citare maritum vagabundum ad domum suam, ex quo tenetur secum cohabitare: & si est absens, præsumitur dolo abesse: de quo etiam per Cardin. in clemen. causam. §. j. de electio. & facit quod notat Baldus in l. ab eo. C. quomodo & quando
2 iudex. vbi dicit, quòd vxor † debet citari ad domum mariti, quia ibi est suum domicilium, & C tenetur cum eo habitare. faciunt not. in l. exigere. de iudic. & in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdict. omn. iudic.

SVMMÆ.

1 *Filiationis effectus.*
2 *Priuilegium ob filium, eo mortuo, cessare.*

PRÆSVMPTIO XXXVI.

D

PRIGESIMOSEXTO habens filios † præsumitur magis diligere ciuitatem, & propterea debet præferri decurionibus non habentibus filios. l. in albo. C. de decu. libro x. [Ideo egregiè inquit Augustinus xix. de ciuitate Dei: Pertinet ad virtutis officium, & viuere patriæ, & propter patriam liberos procreare. & refert Lucas de Pen. in l. nepotes. in fi. C. qui num. liber. libro x.] Et dicit Iacob. Rebuff. in d. l. in albo. quòd istud est, quia habens filios præsumitur remansurus in patria. argum. l. ad subeunda. eod. titu. & l. sciendum. ff. qui satisda. cog. Tu dic, quòd ratio est, quia semper lex magis fauet habenti filios, quàm non habenti: quia interest reipublicæ plures homines nasci. l. j. ff. soluto matrim. & facit l. j. C. de infir. pœn. cœlib. Et quia ampliari imperium hominum adiectione cupimus, magis quàm pecuniarum. l. fin. §. penult. ff. de bonis damnato. & l. ij. in fin. C. de indic. vidui. toll. Et ista ratio facit ad quæstionem de pa-
2 tre habente immunitatem † propter duodecim filios: nonquid si semel habuerit, & consequutus fuerit immunitatem, si deinde aliquis moriatur, durat priuilegium? Et videretur quòd sic: quia istud priuilegium fuit semel quæsitum patri, quia fuit vtilis reipublicæ propter susceptionem tot filiorum: ergo priuilegium debet durare. c. decet indultum. vbi Io. And. in Mercur. de reg. iur. in vj. & Alb. in l. decet. ff. de reg. iur. Et idem tenuit Mart. Laud. in tract. de principi. cócluſ. clxix. [Imò est in trac. de fisco, cócluſ. cxcviij. habens priuilegium, &c.] Io. de Ana. cons. vlti. & latè per Iaſ. in l. sciendum. §. fi. ff. qui satisd. cog. vbi allegat multas rationes, de quibus per eum. Cótrarium tenet Alex. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimo. Mouetur, quia cessante causa excusatiõis habére tractũ succesiuũ, cessat A etiam effectus. l. si tutor reipublicæ. in prin. ff. de tutel. & rat. distr. l. cura. §. deficientiũ. ff. de mun. & hon. per Pet. Cin. & Bal. in l. generaliter. C. de epis. & cle. Tu potes respondere, quod imò causa non habet tractum succe ssiuum: quia nõ simpliciter videtur cõcessum istud priuilegium cõtemplatione filiorum vt eos alat, sed etiam in fauorem patris, qui fuit adeò vtilis reipu. Et ita defenditur communis opi. [Et hanc sententiam Ioan. And. tanquam veriorem, communem, & melioribus fundamentis ac vrgentioribus iuribus comprobatam, tenet Alber. in l. ij. §. j. ff. de excu sat. tut. qui dicit ita de facto obtinuisse. & Fulgo. consil. lij. quidam Antonius. & ex presse consuluit Imol. in consil. lxxvij. visis ac ponderatis. in tertio dubio sentit Paul. in d. §. si maritus. expres sè Decius in regul. in omnibus causis idobserua-tur. ff. de regulis iuris. & in auth. præterea. ad fin. C. vnde vir & vxor. & in l. fi. ad finem princip. ff. fi cert. petat. & consil. xxiiij. mulier cui pater inopem. vers. quinto accedat. & in c. cum cessante. de appellatio. Hippol. de Marsil. in l. etiam. ff. de quæst. Et sic vides istam esse communem, à qua propter fantasiam Alexandri non est recedendũ in iudicando & consulendo, secundum Bartho. Socin. in d. l. sciendum. §. fina. Et pro hac sententia faciunt not. per Cinum, Bald. Alberi. Come. Alex. Iaſ. Decium & alios in l. si quis hæredem. C. de institut. & substitut. vbi sufficit conditionem semel extitisse & verificatam esse, licet nõ durauerit. & ibi Doct. adducunt varia dicta, & plures quæstiones decidunt, ex quibus posset huiusmodi communis opinio roborari, ad quos tamen te remitto, maximè ad Iaſ. & Deciũ.] Tamen in puncto iuris mihi videtur veriori opi. Alex. pro qua parte moueor primò, quia videtur quod imò talis immunitas concedatur filiorum fauore tantum. Istud probatur per l. semper. §. j. ff. de iure immun. ibi, non est irrationabile, vt cõ cedamus filiorum educationi, &c. Item probatur per l. fina. C. qui numero libe. se excuſ. libro decimo. vbi in personalibus muneribus excusatur pater, ex quo filij ea tenentur subire. facit l. iij. §. quamuis. ff. de muneribus & honorib. & quod notat Ioannes de Platea in l. iij. C. de his qui nume. libe. se excusant. Secundò moueor, quia lex generaliter dicit filios defunctos non prodesse patri ad excusationem. l. fina. ff. de vacatio. mune. imò nec captos ab hostibus. l. filiũ. C. de his qui num. lib. se excusant. Et propterea F qui vult se excusare, debet probare se eo tempore habere debitum numerum filiorum. l. ij. §. qui ad munera. ff. de vaca. munerum. Nec suffi-ceret, si iã habuisset. Nec obstat si dicatur, quòd dicta iura loquuntur de eo qui se excusat de nouo è munere, nõ de eo qui iam est excusatus per sententiam: quia cùm istud sit priuilegium indultum à iure, acquiritur ipsi cure. l. certi condi-ctio. §. si nummos. ff. si certum petatur. Baldus in l. j. C. per quas personas nobis acquir. & senten-

3 tia † nihil noui inducit, sed quod inductum est, declarat l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquirenda possessio. l. sicuti. §. si quæratur. ff. si seruit. vendi. Et licet lex velit, quod vbi quis est nominatus, quòd se excuset. l. scire oportet. §. scire. ff. de excusatio. tutor. istud est, quia aliàs censeretur renuntiare priuilegio, sed per hoc non sequi tur quin habeat beneficium ipso iure à lege. Ter tio moueor, quia lex requirit, quòd antequam quis sit immunis, habeat tot filios: vnde vbi a-liquis mortuus est, cessant verba legis, quia amplius non dicitur habere, sed habuisse. l. si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. ff. de verb. oblig. Et paria sunt, non fuisse natum, vel esse mortuũ. §. dubitatum. in authen. de incestis nupt. ergo filio mortuo lex amplius non loquitur, & consequenter nec dispositio. l. si alij. ff. de vsufruc. lega. Nec obstat ratio Iaſ. in d. l. sciendum. §. fina. dum dicit, quòd quamuis filius sit mortuus, tamen remanent alij fratres: & consequenter succedit regula, quòd quamuis cesset causa finalis priuilegij, tamen si manent aliquæ reliquiæ, nõ ideo cessat priuilegium. l. fina. ff. de decurioni. l. iiij. ff. rerum amota. & quod notat Baldus in l. ij. C. si aduersus delictum. Sed ista ratio, quę fuit etiam Ange. in l. muneribus. C. de his quibus vt indign. & Ioannis de Anania in d. consilio vlti. est satis à remotis: quia iura præallegata loquũ-tur in materia diuersa, ex qua nihil infertur ad casum nostrum. l. Papinia. exuli. ff. de minoribus. & ibi non cessabat in totum ratio finalis, prout facit in casu nostro, quia lex requirit præcisè certum numerum, non paucioremi. Et decisio Baldi in d. l. ij. est satis dubia, & contrarium tenuerunt alij relati per Corn. in d. l. minoribus. & etiam satis colligitur ex responsione Alex. in d. §. si maritus. Et vltra eum potes dicere, quòd ibi mulier excusabatur quoad petitionem illius tutelæ tantum, non quoad similes casus qui superueniſſent de nouo, sicut etiam in l. ij. §. non D solum. ff. de excusatione tutorum.

SVMMÆ.

1 *Originarij potiores.*

PRÆSVMPTIO XXXVII.

E

PRIGESIMOSEPTIMO Qui libet præsumitur diligere patriam suam ex qua est oriundus. l. veluti. vbi not. ff. de iust. & iure. Imò quis naturaliter ad hoc tenetur, sicut etiam tenetur parére eius rectoribus. Vnde dicit Bart. in l. Iulianus verum debit. ff. de condit. indebiti. quòd licet ex sententia non oriatur obligatio naturalis prouenies ex consensu, oritur tamen naturalis prouenies ex æquitate. d l. veluti. quia tenetur quis parére patriæ, & eius magistratibus. Est verum, quòd licet regulariter rustico erranti in quasi iure naturali non succurratur. l. ij. C. de in ius voc. tamen succurritur erranti in isto iure. l. j. §. fina. ff. de eden. l. ij. ff. si quis in ius voc. non ierit. & facit quod no. Alex. in l. si quis id quod. ff. de iur. omn. iudi. Ex su-
1 pradicta † præsumptione inferrur, quòd in electione decurionum semper debent præferri originarij cæteris incolis, vt dicit Lucas de Pen. in l. quisquis. de omni agro deserto. libro xj. C. vbi ampliat, etiam si incola seu ciuis nouus es- F

set magis idoneus originario. allegat not. in ca. licet. viij. quæst. penul. Et ista est ratio statutorum disponentium, quod nemo nisi originarius admittatur ad tale officium. Et istud optimè procedit in his quæ spectant ad curam ciuitatis, quæ præsumuntur originarij valde procurare: aliàs essent impij. l. j. C. si curial. relict. ciuita. libro x. facit. l. qui habebat. de leg. iij. In aliis verò quę respiciunt iurisdictionem, & plurimum statuta A requirunt extraneos, propter suspicionem ne quid gratiosè agant. Et quia nemo acceptus in patria, vt est glos. in l. hi qui in prouincia. ff. ex quibus cauſ. & quod not. in l. in eadem. ff. de offic. assesso. per Alberi. de Rosa. in l. iij. per illum text. C. de offic. præto. Et ex hac præsumptione vidi in practica inferri, in habente domicilium in variis locis, quòd debeat attendi forũ patriæ, in qua habebat domicilium tanquam principalius: quod not. in l. exigere. ff. de iudi. B & quod not. And. Sicul. in cons. vlti. in iiij. vo-lum. consiliorum Alex. Et ad supradicta adde Bal. in auth. sed omnino. C. ne vxor pro marito. vbi dicit, quòd quilibet nascitur patriæ suæ in specie, sed prouinciæ nascitur in genere: vnde dummodo non vadat habitatum extra prouinciam, dicitur retinere domicilium patriæ. quod potest esse verum de iure Romanorum: sed de iure Christi, quilibet Christianus nascitur vniuersæ Christianitati, vt habetur in Actibus Apostolorum, quia omnes in Christo sunt fratres. xij. quæst. iij. cap. ad mensam.

SVMMÆ.

1 *Fauoris probandi modi.*

PRÆSVMPTIO XXXVIII.

D

PRIGESIMOOCTAVO Sensus & ratio naturalis præsumuntur in quolibet homine, nisi probetur contrarium. l. non codicillum. C. de testam. l. ij. C. qui testa. fac. poſſ. Probatur autem † quis furiosus per signa exte- 1
seca, putà quià loquitur verba more furiosorum. Et fatuus dicitur, qui fatua dicit. xcv. distinct. d. legimus. & est text. not. in l. quidam. ff. de condic. insti. [Adde bonum text. in l. iis qui. §. j. & ibi not. Bart. cum concord. & remiſſ. in addit. Alex. & Andr. de Poma. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.] Et plura signa refert Iason in l. furiosum. C. qui testament. face. poſſ. & glos. in cap. j. lxxxiij. distinctione in verbo, inferas. quæ dicit, quòd præsumitur furiosus, qui non vult obtemperare medico. Quod dictum si esset ita simpliciter verum, destruerentur multa testamenta: vnde ego crederem necesse satis si istud probaretur, nisi testes subderent, quòd istud faciebat propter furo rem, vel more furiosorũ, vt probatur ex not. per Alex. in l. si cùm dotē. §. si maritus. ff. soluto ma- F trimo. de quo etiam per moder. in d. l. furiosum.

SVMMÆ.

1 *Testes inhabiles non, nisi ex causis, admitti.*

PRÆSVMPTIO XXXIX.

PRIGESIMONONO præsumitur quilibet versus Deum esse religiosus. l. fin. C. ad leg. Iul. repetun. Ang. in l. sciendum. ff. de verb. obli. Licet † sit 1
ista præsumptio, in crimine tamen hæresis admittuntur testes qui etiam aliàs non admitterẽ-

tur. ca. in fidei. ƒ. de hæreti. in vj. Quod videtur esse contra glo. in d. l. ff. quod met. caus. quæ vult, quòd vbi aliquis habet præsumptionem contra se, requirantur potiores probationes. Potes dicere, quòd istud sit speciale in fauorem fidei, propter atrocitatem criminis: & quia talia crimina solēt fieri clàm, nec diuulgari, vnde meritò admittuntur etiam complices & excommunicati. Et ex hoc infertur ad practicam, quòd licet in his quæ solent clàm fieri, sufficiunt leuiores † 2 probationes, vt per Barto. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui ope. nun. & probatur in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. & in c. veniens. ij. c. licet ex quadam. c. præterea. ƒ. de testib. [Cum variis cócord. traditis per Alexand. consil. cxv. viso themate. lib. iiij. & consilio lxiiij. viso libro j. vbi traditur regula, quòd in actibus clandestinis, qui communiter clàm fieri solēt, & ob id sunt difficilis probationis, sufficit probatio per coniecturas. Idem tradit consil. xxiiij. animaduersis. vbi etiam varia loca & Doctorum auctoritates citat, libro ij. Et latius consil. lxix. visa facti. eodem libro, & consil. ccxij. visis & discussis. in fin. eodem volu. & consi. cxlvj. viso lib. vj. & consil. clxxxix. in causa. eodem volum. Cor. consi. cxiij. circa primum. vers. sic etiam patet. libro j. & notat Ioan. de Imol. consilio cxlvij. in causa. & decis. consi. dlxxvij. viso copioso. vbi allegat concor. Hippol. in l. fin. C. de sicariis. cum infinitis có cord. traditis per Hippol. in rubri. de probat. versi. rursus dico quòd prædictæ glo. &c.] si tamen sumus in casu in quo lex requirat testes maiores omni exceptione, tunc non erit satis si producantur testes inhabiles, eo prętextu quòd delictum sit clàm factum: nam in causa criminali lex requirit testes omni exceptione maiores. l. fina. C. de probation. Vnde in causa hæresis etiam clandestinę, non admitterentur inhabiles, puta participes vel excommunicati, nisi esset fauor fidei, vt ibi dicitur. Et sic ille tex. probat per locum à speciali. Comprobatur ista opinio per textum in ca. in literis. suprà de testibus. vbi licet stuprum soleat fieri clàm, & ideo difficulter probetur, capitu. literis. infrà eodem, & l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de adulteriis. non tamen admittuntur ibi domestici. In contrarium facit quod consuluit Alexander in consilio clvj. in quinto. & Decius consilio centesimo sexagesimo tertio. quòd licet in matrimonio requirantur testes omni exceptione maiores. capit. j. infrà de consanguini. & affinita. tamen non procedit in matrimonio clandestino. Pro qua opinione facit textus in capitu. fina. suprà de testibus cogendis. vbi in causa conspirationis admittuntur ad probationem etiam inhabiles, quia aliter probari non potest. Sed Sed ego puto priorem opinionem esse veram. Nec obstant contraria, quia possent procedere quoad faciendum iudicium, non quoad probationem, prout est glossa communiter approbata in l. finali. C. de accusationib. Abbas Imola & Doctores in capitu. j. de confessis. Corneus consilio lviij. in primo. Cogita tamen, quia frequenter contingit in practica dubitari.

S V M M Æ.

1 *Vndecimestris admittendus partus.*

PRÆSVMPTIO XL.

QVADRAGESIMO Præsumitur † 1 vidua vltra vndecim menses ex alio quàm ex marito peperisse. §. mulier. in authen. de restit. & ea quæ par. Aduertendum tamen est, quia Adrianus Imper. constituit, quòd imò fœmina posset etiam per vndecim menses gerere vterum, vt dicit Aul. Gell. libro iij. cap. xvj. Noct. atticarum. Et eandem opin. etiam sequutus fuit Aristotel. prout eum refert Censorinus in libro de die Natali: de quo etiam per Plutarch. libro v. de placitis philosop. Et tamen Iustinianus sequutus communem opin. in casu de facto pronuntiauit contrarium, vt habetur in d. §. mulier. Et ex hoc confunditur vna decisio Andre. Sicul. in consilio vj. incip. scriptum est. in primo volum. vbi dicit, quòd si sunt plures opiniones Doctorum qui teneant contra testamentum, & nisi vna alicuius Doctoris † 2 pro testamento teneat, illa debet attendi in iudicando, fauore testamentorū. l. si pars. ff. de inoffic. testa. Et idem in aliis casibus fauorabilibus, putà matrimonio, libertate, dote, prout habetur in c. fin. ƒ. de re iud. Nam in casu suprascripto militat fauor legitimationis & bonæ famę, & aderat auctoritas supremi philosophi, & etiam Adriani, & tamen Iustinianus secutus est etiam communem opinionem medicorum, & pronuntiauit contrarium. Illam decisionem etiam reprobat aliis mediis Decius in c. canonum statuta. ƒ. de constit.

PRÆSVMPTIO XLI.

QVADRAGESIMOPRIMO Prę sumitur † 1 quilibet habilis ad generandum, nisi probetur inhabilis. ca. quia. 30. distinct. Innocen. & alij in ca. j. ƒ. de frigi. & malef. & quod not. Bartol. in l. filiū. ff. de his qui sunt sui, &c. Ex quo infertur alia præsumptio, quòd præsumitur quis cognouisse vxorem suam cum qua diu cohabitauit. in d. c. j. & xxvj. quæst. j. c. nec aliqua. & facit quod not. Bald. in c. at si clerici. §. j. de iudi.

S V M M Æ.

2 *Minorem variè lædi.*

3 *Restitutioni requisita.*

PRÆSVMPTIO XLII.

QVADRAGESIMOSECVNDO In minore † 1 prę[s]umitur ignorantia. l. si quis patrem. versi. proinde. ff. ad Maced. Et propterea talis præsumitur de facili circunscribi. l. j. ff. de minoribus. Et idē etiam in muliere, quæ de facili præsumitur decipi. §. his consequens. in authen. de ęqual. dot. & pręsertim ppter viri seductiones. §. j. in auth. vt immob. antenuptialis donat. Et facit q. not. in c. j. & ij. ƒ. de adult. [Adde q. minor & mulier prę sumūtur ignorare ius suum, seu iura eis competentia. l. ij. in fin. ff. de iure fisci. l. j. ed. §. ff. de edē. l. cū de indebito. §. sin autem. ff. de probat. glo. in c.

in c. turbatur. §. notandum. j. q. iiij. fa. not. glo. in §. j. in verb. sciens. in auth. de incestis nupt. vbi etiam not. Ang. & Alex. consi. cxxvj. viso processu. in vij. volum. Ideo minor ac mulier cō trahentes & renuntiantes omnibus beneficiis eis competentibus, debent expresè certiorari quę sint illa beneficia, puta quid Velleianū, quid beneficium restitutionis in integrum, condictio īdebiti, vel sine causa, & similium: alioqui cùm ipsi præsumantur ignorare, vt dixi, quę sint illa iura, non valet renuntiatio, nisi certiorentur, secundum communiter Doct. in l. sciendum. maximè Roma. Alexan. & Ias. ff. de verb. obliga. glo. in l. fin. §. si. ff. ad Velleia. & in l. fi. C. illo tit. Din. Bart. Roma. Alexan. & Ias. in l. in repudianda. per illum tex. ff. de acquirenda hæreditate. Cin. Bald. & Salicet. in l. ij. C. de rescind. vendi. Socin. post Baldum in l. j. in fin. ff. si quis in ius vocand. non ierit. Bald. in c. cùm in iure de officio delegato. dicens quòd minores & mulieres debent de eorum iuribus certificari, alioqui prę sumuntur specialia iura ignorare: & pro hoc dicit solennem glo. in dicta l. sciēdum. Adde Panor. in c. si diligenti. de foro competenti. vbi etiam Felin. abundè nu. xiiij. vers. nunquam tamen. & Paulus de Castro, notabiliter consil. ccccxj. viso facto & dubiis mihi traditis. in j. volū. Deci. post Bald. in l. penultima, versiculo postremò nota. C. de pactis. & Signorol. de Homod. consilio ccl. super dubiis. præterea cùm tractatur. vbi fortius dicit non valere renuntiationem seu contractum, nisi de eorum beneficio certificati sint, etiam si iuramentum in contractu interuenerit. Et idem etiam consuluit Raphael Fulgo. consil. ccxxxvij. filius Guidonis. & Alex. consil. lxxxviij. viso puncto. versic. nec huic responsioni obstat iuramentum. libro secundo, & consilio xxvij. viso libello. libro primo, vbi dicit minorem, & mulierem certiorari debere de eorum beneficiis, quia ignorare ea præsumūtur. Dici tamen, quòd si interuenisset in renuntiatione iuramentum, tunc non requireretur certioratio (de cui⁹ dicti veritate Doct. amplè in dicta lege sciendum.) Et idem Alex. in consil. xlij. super præmisso. volu. vbi etiam dicit requiri certiorationem, nisi iuramentum interuenisset. Bolog. tamen consil. xlv. notabiliter voluit, etiam si iuramentum interuenerit, requiri certiorationē beneficiorum & iurium competentium, alioqui renuntiantibus non oberit renuntiatio: & sic amplectitur sententiam Signoroli & sequacium. Et sequitur etiam Hippol. de Marsil. in reper. rub. de fideiusso. num. xxxvij. xxxviij. latissimè. Aduerte tamen, nam licet in ignorantiæ præsumptione minorem & mulierem æquauerimus, tolerabilior tamen & verisimilior est ignorantia in minore quàm in muliere. l. regula. post princ. ff. de iur. & facti ignoran. quam ad hoc notat Ias. in l. sciendum. versicul. secundo pro ista parte, &c. Sed da meliorem in l. quāuis in lucro. C. de iur. & facti ignorantia. vbi inquit Imperator, quamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus subueniri soleat, attamen contra ætatem adhuc imperfectam, locum hoc non habere, retrò principum statuta declarant. Et ideo plus fauoris habet minor in restitutione in integrum ob ætatem, quàm mulier ob sexum in beneficio Velleiani. l. vltim. vbi expresè Salic. ff. ad Velleia. dum dicit text. nec enim loco minoris xxv. annis circunscripti, per omnia habenda est mulier. & text. in l. si apud minorem. ff. de minorib. Facit quod not. Bald. in c. cùm contingat. versic. quæro quando mulier, de iureiur. cum simil.] Et inde infertur, quòd † 2 minor contrahens mutuum cum fœneratore, prę[s]umitur læsus, nisi probetur factus locupletior. l. j. C. si aduersus credit. Et propterea etiam venditio quæ pupillum lædit, pręsumitur cómento mendacio facta. C. si aduersus vendit. l. fin. Et ideo minor qui non appellauit à sententia contra se lata, eo ipso præsumitur lęsus, & competit sibi restitutio in integrum, secundum Bartolum in l. fin. C. de in integ. restitu. minor. Quod puto verum, si ea quæ pro causa sunt, non dicta alleget, iuxta text. in l. minor autem magistratus. §. si autem. ff. de minoribus. aliàs esset secus, vt per Bartolum & Alexandrum in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiurand. Et ita possunt concordari opiniones, de quo tamen latè ibi per Alexandrum. [Adde quòd minor censetur ac præsumitur læsus ex eo quòd compromisit in arbitrum, etiam aliter non constito de læsione. l. si minor xxv. annis filiofamil. §. minores. ff. de minor. Ratio ibi assignatur per gloss. & Doct. quia per tale compromissum tollitur minori beneficium appellādi. l. j. de arbit. C. & vide Corn. Perus. cons. clxxviij. visa copia. in iij.] Et minores etiam præsumuntur de facili dicere mendacia. l. ex libero. §. j. ff. de quæstionib. Supradicta tamen sanè debent intelligi, quia procedunt ex rationibus particularibus. Nam regulariter, ex simplici contractu, minor non præsumitur læsus nisi probetur. [Vt notabiliter per Corn. consi. clxxxj. visis nonnullis. versicu. non enim eo ipso quòd est minor, &c. & consilio lvij. in causa. libro iij.] Et propterea, ad hoc vt sibi competat † 3 restitutio in integrum, requiruntur tria. Primo, quòd probet se minorem. Secūdo, quòd probet lęsionem. Tertio, quòd probet se dolo aduersarij, vel nimia sui facilitate læsum. l. verū. §. sciendum. ff. de minor. & d. l. fin. C. de integ. restit. minor. & ita not. Iason post alios in d. §. si minor. [Et vide Socin. consilio lvij. in causa restitutionis. libro iiij. & Corneum cōsilio cxxxv. de pluribus. libro secundo, vbi notabiliter tradit minorem non restituendum, nisi aut sui facilitate, aut dolo aduersarij se læsum ostendat: alioqui si iure communi vsus, & non dolo aduersarij se deceptum reperiat, non restituetur, vt latissimè per eum. Habes ergo tria requisita ad hoc vt minor restituatur. Quartum addebat Ant. de But. in c. cōstitutus. de in integ. restit. videlicet quòd minor probet se esse intra tempora in integrum restitutionis petendæ, scilicet intra quadriennium, de quo in l. fi. C. de temporibus in integ. restit. peten. Sed istud reprobatur communiter à docto. in dicta l. nam postea. §. si minor. vt ibi per Ias. nemo enim tenetur allegare illud quod timet ab aduersario opponi, secundum eos. Adde vltra eos Corn. in dicto consilio cxxv. qui dicit, quod onus probandi quòd petens restitutionem in integrum sit intra tempora petendi, incumbit reo, contra quem petitur restitutio, neganti petentem esse intra tempora petendi, ita quòd sit sibi præclusa via ad petendum: quia petens restitutionem, habet intentionem suam fundatam, ex quo probauit læsionem, & minorem ætatem tempore læsionis: vnde aduersarius qui excipit de lapsu temporis, debet illud probare, l. in exceptionibus. ff. de except.

Circa

Circa tamen istud tertium requisitum aduerte: quia si esset læsus ex verisimili ignorantia, licet non dolo aduersarij, vel sui facilitate, competeret adhuc restitutio in integrũ, saltẽ ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur, vt cõsuluit Corne. consil. clxxxiiij. super hac noua. in tertio vbi, allegat multos concordãtes. Pro quo facit quod not. Bart. in l. Æmilius. ff. de minor. vbi minori cum quo nihil est gestum, & tamen est læsus: licet non competat restitutio ex edicto de minoribus, tamen succurritur ex clausula generali, de quo per Alex. consi. clxiij. in ij. Aret. consil. clx. vbi latè. Et ad supradicta facit quod notant Innoc. & Doct. in c. ad nostram. j. de regul. vbi proximus pubertati non præsumitur illectus ad intrandum religionem, sed potiùs sponte venisse. Et an ex sola confessione præsumatur minor læsus, dic vt per Alexan. in d. §. si minor. vbi ponit etiam alias quæstiones. [Vide etiam latissimè Alex. in l. certum. §. in pupillo. in addit. ad Bartol. ff. de confessis. & abũdè per Hippolytum de Marsi. in l. j. in prin. nume. xj. & §. fin. in fi. ff. de quæst. & in l. de minore. vers. quęro vlterius, minor xxv. annis, &c. eodem tit. qui infinitas remissiones tradit. Ex quibus locis colligere poteris, an, & quando minor, vtpote læsus ex confessione, veniat restituendus vel non, maximè in criminalibus. Vnũ tamen nolo omittere, quod perpetua mente tenendum est, quòd minor quandoque aduersus confessionem restituitur, etiam aliter non probata læsione, quasi ex sola confessione satis probata sit læsio: videlicet, si minor confiteatur se fecisse delictum, de quo aliter non constabat nisi per confessionem suam, tunc tanquam lęsus restituetur in integrum, etiam non probata læsione, quia satis læsus præsumitur ex ipsa confessione. Istud est dictum Ang. in d. l. certum. §. in pupillo. ff. de confess. refert & pro singulari reputat & sequitur Hippolytus de Marsi. notab. cccxlv. minor. & illud dictum Angel. referunt & sequuntur Alexand. & Iason in d. §. si minor. licet de eis non faciat mentionem Hippol. in d. sing. cccxlv.]

SVMMÆ.

1 *Sene & iuuene legatariis, secundum hunc computandum.*

PRÆSVMPTIO XLIII.

QVADRAGESIMOTERTIO Præsumitur citiùs mori senex quàm iuuenis: vnde aliter dicitur turbari ordo naturæ. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testam. & l. is qui ex causa. in fin. ff. de fideicommiss. libert. & est text. in l. hæreditatũ. ff. ad legem falcidiam. Et per d. l. vidi dubitari: 1 legatus † erat vsusfructus duobus, quorum alter erat senex, alter verò erat iuuenis: fuit dictum, quòd deberet fieri computatio de toto, secundũ ætatem illius iuuenis, ex quo præsumebatur quòd senex citiùs moreretur, quo casu vsusfructus iure accrescendi pertinebat ad illum minorem. l. j. §. interdum. ff. de vsufruct. accres. quod nota. Et ad supradicta facit l. ij. ff. de term. mot. vbi in breuius tempus debet relegari senior delinquens, quàm iuuenis. Et facit etiam glos. vbi Anchar. & alij in c. j. ĩ. de paroch.

SVMMÆ.

1 *Vitæ probator pro re diiudicandus.*

PRÆSVMPTIO XLIIII.

QVADRAGESIMOQVARTO Præsumitur † quilibet viuere centum annos. 1 l. fin. C. de sacrosanct. eccles. l. an vsusfructus. ff. de vsufruct. gl. Bart. & A doct. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemad. testam. aper. In contrarium est text. in l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tut. per quem text. dicit Bar. in l. ij. ff. iudic. solui. quòd si quis olim probauit se habere filios, non præsumitur post aliquod tempus eos viuere, nisi probetur. & idẽ etiam tenuit in l. qui duos. §. cùm in bello. ff. de rebus dubiis. Item in contrarium facit, quia arguendo à communiter accidentibus. videmus totum contrarium, & rarissimè illud contingere: quod argumentum tenet. l. neque natales. vbi probatur. C. de proba. [Probabile enim est tale argumentum à communiter accidentibus. c. j. vbi Ioan. de Imol. Panor. & alij notant, extrà de cleri. non resid. tex. & ibi notat glo. in l. ideo. ff. de legibus. tex. in l. quidam. §. numularios. ff. de edend. glo. in l. cùm dotem. C. de iure dot. & in l. j. C. de arbit. in glo. mag. circa medium. Bald. in l. conuenticula. C. de episcopis & clericis. & in c. fin. de causa possess. & propriet. Alexand. & Ias. in l. non hoc. C. vnde cognati. vbi latissimè de hoc argumento, & plures limitationes tradunt in quibus non procedit tale argumentum. & latissimè per Hippol. Marsil. in sing. primo, incip. argumentum. Vnũ volo menti teneas, quòd tale argumentum à cõmuniter accidentibus in hoc est vtile, quia trãsfert onus probandi in aduersarium, secundum glos. in d. l. neque natales. quam ad hoc ponderat Ludo. Roma. sing. cccxxvij. incip. quis debet probare hanc, &c.] Et ideo Decius in l. si emancipati. C. de collat. dicit, quòd licet secundum naturam possibile sit aliquem viuere centum annos. non est tamẽ verisimile, prout in simili dicit Bald. in l. scripturæ. C. de fide instru. quia non omnia possibilia sunt verisimilia. Item in contrarium vrget text. in d. l. hæreditatum. ff. ad legem falcid. quem allegat ad hoc etiam Ias. in d. l. fin. Raph. Com. Rom. & Aret. in l. sed & si de sua. ff. de acquir. hæred. limitant prædictam regulam non procedere, quando mors vel vita alicuius deducerentur incidenter: quia tũc non habet locum dicta pręsumptio, per supradicta iura. Sed istud mihi non placet: quia si ista prę sumptio habet locum vbi principaliter dubitat, multò fortius vbi incidenter: quia efficacius probant acta deducta in aliquo casu principaliter, quàm ea quę deducuntur incidẽter. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudicata. per Bartolum in l. qui Romę. §. duo fratres. in viij. oppos. ff. de verb. oblig. Alexan. in d. l. sed & si de sua. aliter intelligit, videlicet quòd illa glos. in d. l. fin. procedat solùm quando quis fundatur super morte: quia, lapsis certum annis, præsumitur aliquis amplius nõ viuere. quod dictũ in se est verũ, sed generaliter nõ tollit difficultatẽ. Tu pores dicere, q. aut vita est fundamẽtũ intẽtionis agẽtis, & illi incũbit onus, pbãdi. in d. §. q absolut⁹. † Aut nõ est fundamẽtũ intẽtionis, & ꝓcedit gl. in d. l. fin. quę tamẽ non inducit præsumptionem verã iuris, sed potiùs quandam suspicionem, vnde tollitur per contrariam

contrariam suspitionem, puta orientem ex dicto vnius testis, vel ex fama publica, iuxta not. per Bart. in d. §. si dubitetur, & per Bal. in c. j. §. si. qui feud. dare poss. in vsib⁹ feud. Et puto quòd ista fuerit mẽs Raph. & Modern. in d. l. sed & si in sua. nec text. in d. l. hæreditatum. inducit prę sumptionem generalem secundum computationem ibi positam, sed habet locum solummodò in casu suo, vt dicit ibi Alex. post alios.

SVMMÆ.

1 *Senem nisi ex causis, præferri. 2.*

PRÆSVMPTIO XLV.

QVADRAGESIMOQVINTO Antiquior præsumitur melius scire veritatem. xx. distinct. c. de quibus. Vnde his † qui sunt canitie graues, est deferendum. §. si verò aliqui. in authent. de quæstor. & l. semper. ff. de iure immun. [Vnde Leuitici xix. cap. dicitur. Coram cano capite consurge, & honora personã senis. & Apostolus: Seniorem ne increpaueris. ij. q. vij. Paul. dicit. Adde, antiquitati deferendum in multis, videlicet in instrumentis custodiendis seu deponendis, vt scilicet apud seniorem hæredem reponantur. l. fin. ff. de fide instrumen. In dubiis determinandis: plus enim eis in hoc statur quàm iunioribꝰ, c. de quibus. xx. dist. vbi gloss. c. domino. ad fin. vbi etiam Archid. 50. distinct. In dignitatum collatione: eligendi quippe sunt seniores, & ætate graues. c. statuimus. lxj. distinct. In testimoniis ferendis: est siquidem veracior eodem sermo. c. notificamus. & c. consanguineos. xxxv. q. vj. In eleemosynis largiendis: senioribus enim priùs largienda est. c. considerandа. lxxxvj. distinct. & c. non satis. In suspicionis remotione. c. fraternitatis. xxxiiij. distinct. In excusationis admissione: est enim circa onera sufficiens excusatio, senectutis grauitas, & pondus. c. placuit. xviij. distinct. & tot. tit. qui ætate se excusant. In pœnæ relaxatione: mitiùs enim senex punitur, quàm iuuenis: quia in longius tempus relegatur iuuenis, quàm senex. l. ij. de term. mot. & text. in c. tanta. lxxxvj. distinct. & c. tempora. xxvj. quæst. vij. quę iura loquuntur etiam in aliis pœnis. In probitatis præsumptione: præsumitur enim in seniore maior probitas. lix. distin. cap. si officia. Item in præsumptione scientiæ, & morum grauitatis. lxxxiiij. distinct. c. porrò. & c. j. xij. quæst. j. In iustitię examinatione & discussione. c. si quid verò. lxxxvj. dist. In confessibus & sedium locatione: collocandi enim sunt seniores in eminẽtioribꝰ altioribusq; locis. tex. cũ gl. vbi etiam scriben. in §. aliam. Instit. de bon. poss. Adde quòd senibus eadem penè reuerentia quæ magistratibus debeẽ. d. l. semper. Et secũdo Macab. scribitur, ingenuæ nobilitatis caniciem. Et paulò pòst subiungitur: Non enim ætatẽ nostrã dignum est fingere. Possent & alia de laude senectutis hîc cõgeri, de quibꝰ aliqua infrà subiiciã.] Et idem est respectu nedum hominum, sed etiã respectu possessionis. Vnde dicit Guido Pap. q. lij. quòd prędicatores debent præcedere fratres minores, quia antiquior est eorum institutio, vt not. in c. quorundã. de elect. in sexto. de quo dic vt per Felin. in rub. de maior. & obed. Et hoc facit pro doctoribus antiquis, quorum iudicio videretur potius standum. xvj. quæst. j. c. sic viue. & ibi nota. & in c. ieiunium. lxvj. distinct. Et facit quod notat Bal. in l. fin. C. de edict. diui. Adria. toll. vbi dicit, quòd Doctores antiqui magna veneratione fuerunt præstantiores modernis, põdere, numero, vel mensura. In contrarium tamẽ adducitur glo. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & A posthum. quòd quantò iuniores, tantò perspicatiores. & licet Alexand. & Imola istud ibi dicant procedere, quia vident antiquorum scripta, tamen hoc non placet, quia in eo non consistit magna perspicacia, quia facile est inuentis addere: de quo notatur in l. j. C. de vet. iure enuc. & Aristoteles in Problem. expresè dicit, iuuenem esse perspicatioris ingenij senibus: & ibi assignat rationem. [Comprobatur etiam auctoritate eiusdem Aristot. libro ij. Polit. inquientis: Veruſta autem plerunque rudiora sunt nouis. Sed pro se- B nioribus facit quod scribitur Ecclesiasti. xxv. ca. Quàm speciosum caniciei iudicium: quàm speciosa veteranis sapientia, & intellectus & consilium. Corona senum multa sapientia, & gloria illorum timor Dei. Et illud Ciceronianum libro de senectute: Non viribus, inquit, nec velocitatibus res magnæ geruntur, sed consilio antiquorũ & scientia, quibus non orbari, sed augeri solet senectus. Accedat notabilis tex. in c. j. de renũt. C vbi inquit. text. quòd senescente corpore, spiritus ad altiora conscendit. & quod ibi per illum notat Baldus.] Et istud præsertim apparuit in Papiniano, qui decesserit agens annum xxxvij. & per Socinum in l. cùm auus. in princ. ff. de condict. & demonst. Vnde dicas pręsumi pro senioribus: quia verisimile est, quòd perspicaciter à se in iuuentute inuenta, melius concoxerint. [Accedat quod scribitur Ecclesiast. viij. cap. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis respõsum. Facit & illud: Plus valet vmbra senis, quàm eloquentia iuuenis. quod refert Bald. in d. c. j. de renunt. Facit etiam illa Ciceronis auctoritas suprà allegata.] Et ex supradictis inferrur, quòd antiquior Doctor debet præferri iuniori, prout firmant omnes in c. clerici. ĩ. de iudi. & in l. cùm quid. ff. si certum petatur. Quod † limita primo, * nisi iunior haberet meliora stipendia. l. ij. C. de E officio magistri officiorum. ibi, quem meliora stipẽdia, vel labor prolixior fecerit anteire. arguẽdo ab ordine literæ: quod argumentum in hac materia tenet. l. fi. ff. de albo scriben. notatur in l. ij. §. priùs. ff. de vulg. & pup. [Facit bonus textus, vbi Bald. & Paul. expresè notant, in l. nemo clericus. C. de sum. trinit. vbi ex ordine literę illius text. arguunt simplicem clericum præferẽdum militi. Secundo limita, quãdo iunior prius fuisset Licentiatus. arg. l. j. C. de consul. libro xij. per F quem text. ita tenet Angel. in §. quædam. Instit. de actio. Et idem tenent Socinus & Decius in l. cùm quid. si cert. pet. & latè consuluit Socin. in consil. lxx. in iiij. volum. vbi allegat alias rationes, sed non multùm stringentes. & dicit ita etiam tenuisse Dn. Maria. patrem suum. Idem etiam tenent Decius & Felin. in d. c. clerici. & Felin. in rub. ĩ. de maior. & obed. Et videtur voluisse Alexã. in l. j. ff. de obseq. liber. in addit. ad Bart. licet indicio meo nõ firmet. Adde quòd in contrariũ est decisio antiqui

Doctoris

Doctoris Simonis de Bersano Cardinalis Mediolanen. in proœm. Decretaliũ: quia secundũ eum considerandus est finis perfectionis, non principium. argu. l. si quis à multis. ff. de noxal. & quod notatur in l. si pluribus. ff. de lega. ij. Cõtrarium etiam in terminis decidit Iacob. Rebuff. in d. l. j. C. de consul. Mouetur per l. ex eo. ff. de testa. milit. Et quia debet præferri ille, qui primo consequitur id quod est nobilius. arg. l. quoties. C. de rei vendi. Et idẽ tenet Iaſ. in d. l. cùm quid. & videtur etiam tenere Felin. §. in proœm. Grego. vbi etiam allegat Roma. idem tenentem in consil. cccxxxiij. quo ad primum. & Pet. de Anchar. in c. j. de paroch. qui tamẽ iudicio meo hoc non dicit. Mihi placet ista secunda opinio, quia censeo adhærendum regulæ, nisi exceptio bene probetur, iuxta not. in rub. j. de regul. iur. in vj. Ista autem fallentia non bene probatur: quia in d. l. j. ideo prior Consul præfertur posteriori Consuli patritio, si ipse deinde patritiatum consequatur: quia verum est, quòd primus consequutus est dignitatem, vnde meritò præfertur.

Sed Licentiatus † nullam habet dignitatem, imò habetur pro scholari, vt dicit Bald. in authẽ. habita. C. ne filius pro patre. Anchara. in proœ. sexti Decretalium, latè per And. Sicul. in proœmio Clement. Felin. in c. eam te. de rescript. Iaſ. in l. ij. C. de inoffic. testamen. Nec Bald. in l. qui indignus. ff. de senat. firmat contrarium, sed procedit simpliciter arguendo. [Imola tamen in proœmio sexti inquit, Licentiaturam esse tertiam speciem mistam Doctoratu & scholaritate: & ideo in fauorabilib. appellatione scholaris vel Doctoris venit Licentiatus, in odiosis secus, arg. no. in l. ij. ff. de verb. obligat. & hanc opin. Imol. sequitur Domin. in d. proœm.] Nec obstant illa verba in text. qui prior meruit dignitatem: quia (vt ibi expresse apparet) loquitur de eo qui priùs erat realiter consequutus: tunc enim dicitur meruisse. Et ita etiam loquuntur iura allegata per And de Barulo ibi, & sic ille text. reflectitur in contrarium: quia cùm Doctor priùs meruerit, & sit consequutus dignitatem, debet præferri illi qui nondum est consequutus. Et ita etiam inducit Roma. in d. consil. cccxxxiij. Cogita tamẽ si in practica possent concordari opiniones: quia aut interim dũ Licentiatus esset in practica consequendi insignia, iste fuit interim Doctoratus, & non debet præferri. Aut iste Licentiatus stetit contentus licentia, & omiserat tractatum seu curam sumendi insignia, & tunc præfertur Doctor medij temporis. Et est ratio: quia isto secundo casu non videtur ipse sumpsisse Licentiam tanquã iter seu principium per quod ascenditur ad Doctoratum, sed tanquam terminum seu finem intentionis suæ: vnde cessat ratio Doctorũ, quòd initium debeat attendi iuxta l. iij. §. scio. ff. de minoribus. Et propterea infertur, quòd si aliquis Doctor petierit se admitti in collegium, & propter inuidiam aliorũ fuerit retardatus, quòd nihilominus debeat præferri illis, qui interim dum ipse pulsat ad ostium fuerunt admissi, prout dicit insignis doctor Paul. Picus in d. l. cùm quid. vbi dicit, quòd Doctoratus in Iure ciuili, & post aliquod tempus in Iure canonico, non debet præferri illi qui medio tempore vtrunque gradum consequutus est. quæ decisio non est vera, & contra d. l. j. C. de Consul. & contrarium est de mente Ludo. Roma. in d. cõsil. & Decij in d. l. cùm quid. Nec obstat sua responsio ad d. l. j. dum dicit, quòd Consulatus est medium necessarium ad Patritiatum, sed laurea iuris ciuilis non est medium necessarium ad lauream iuris canonici. Nam nego quòd Consulatus sit medium necessarium ad Patritiatum, quia istud est contra text. in l. nemini. C. eod. tit. vbi requiritur Patritiatus per alia media. Cætera dicenda sunt vt per moder. in d. l. cùm quid. & in d. c. clerici. [Vbi Decius melius quã alius quispiam de mundo ponit regulam quòd antiquior doctor præfertur iuniori, cum octo notabilib. fallentiis & limitationibus ad regulam. Vide omnino.] Et adde regulam, quod ædificia antiqua præsumuntur facilius corruere. §. si autem non sufficiat. in auth. vt nemo fabricet oratione. do.

PRÆSVMPTIO XLVI.

QVADRAGESIMOSEXTO Impubes † non præsumitur aptus ad aliquas operas, nisi sit histrio, vel nomẽclator. l. fin. ff. de liber. caus. l. fin. ff. de oper. ser. Et illud multò fortius in infante dicendum est. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Et dicitur Nomenclator ille, qui suggerit in memoriam domino nomina salutantium: à calando, id est appellando nominatim: licet gloss. in d. l. fin. non intellexerit: & de hoc etiam est mentio in l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de operis libert.

SVMMÆ.

1 *Mulier viro deterior.*

PRÆSVMPTIO. XLVII.

QVADRAGESIMOSEPTIMO Præsumitur † vir constantior muliere. §. mater. vbi gloss. not. in auth. de nup. Et facit quod dicit Gandi. in tract. malefi. sub rub. de quæst. vbi dicit, quòd data paritate indiciorum incipienda est tortura à fœmina potius † quàm à masculo: quia masculus tanquam maioris constantiæ, tardius confitebitur quàm fœmina, quæ habet cor momentaneum & instabile. alleg. l. filia in orbitate. C. de inoffic. testa. & sequuntur moder. in l. j. in fine prin. per illum text. ff. de quæst. [Vult allegare Hippol. de Marsi. ibi. & vide eundem Hippol. in sua practica criminali, in §. expedita. nume. lj. versi. quæri etiam potest.] Nec obstat quod maiora vulnera substineat fœmina quàm mas. secundum glo. in l. nihil interest. ff. ad l. Iul. de adult. quia propter hoc nõ sequitur quin maiori timore afficiatur, & consequenter facilius confiteatur. Præterea illa glo. fortè non est vera, & contrarium videtur probari in l. cùm pubere. ff. de reb. dub. de qua per Aret. consi. 50. Adde etiam glo. in l. qua ętate. ff. de test. quę dicit, quòd fœmina fit citius sagacior quàm vir; & ꝓpterea potest testari in duodecimo anno; & masculus ad decimumquartũ, vt ibi habetur. Et ex ista inconstantia muliebri colligitur ratio, cur in causis criminalibus in foro Canonico mulier non admittatur ad testimonium. c. fotus. de verbo. sig. & per Doct. in c. iij. §. de testib. Licet istud nõ seruetur de facto, quãdo veritas aliter haberi nõ potest. secũdũ Ioan. And. in addit. Specul. tit. de teste. §. j. in addit. incip. fertur. Iacob. de Are. quẽ refert & sequitur Alex. consil. xxiiij. in ij. volum.

[Quòd

[Quòd mulier non possit in causa criminali esse testis, maximè iure Canonico, etiam consuluit Alex. consil. xj. circa primum. in fi. lib. j. Oldrad. consilio cxlv. quęritur si testes. cum amplissimis concord. traditis per Hippol. de Marsil. consil. xxij. gratia, & consil. xviij. protector. nume. xxxiij. & consil. lix. diuino. & cons. cj. illumina. consil. cxxx. conditor. nume. xxxiiij. Hoc verum, nisi veritas aliter haberi non possit tunc enim in subsidium admittuntur mulieres, vt per docto. allegatos hic per Dn. Alciatum. Adde vltra eum, Iaſ. in l. j. cum fine penult. C. de summa trini. & in repetit. versi. confirmo, nam in criminalibus, &c. & Alexand. consilio lxiiij. in primo volumine, & & consi. cij. ante finem. in vij. vol. Decius consil. cccl xiij. in causa quæ agitatur. vbi allegat concord. & Hippol. Marsil. in consil. v. & consil. cij. pauci. & consil. cxxvij. spiritus sancti. & in pluribus alijs consilijs in locis infrà allegandis. Et generaliter traditur doctrina, quòd quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur testes etiã inhabiles & minus legitimi, vt voluit Salic. in l. ea quidem. versi. ad quintam quæstionem. C. de accus. Alex. dicto consilio lxiiij. vbi multa dicta accumulat ad comprobationem huius regulæ. & per Hippol. de Marsi. in l. diuus. ff. de quæstio. & in l. de minore. nume. xxiiij. eod. tit. & in l. fin. C. ad legem Corne. de fica. & vbique allegat cõcord. & plura cumulant & alij in locis suprà deductis. Vnum tamen mẽte teneas, ne decipiaris, quòd illud quòd diximus mulierem & alios testes aliàs inhabiles admitti in subsidium, quãdo per alios veritas haberi non potest, procedit & debet intelligi, quando ex natura facti, delicti, seu negotij, verisimiliter habitu & actu alij interuenire non potuerunt: aliàs secus, quia licet ex accidenti contingat quòd alij testes non adfuerunt, tamen in potentia verisimiliter plures haberi potuerunt: & sic non dicitur tunc per alios haberi non posse veritatem. imò ex natura negotij per alios potuit veritas in potentia haberi, licet aliter acciderit, ita notabiliter intelligit prædictam doctrinam & declarat Anto. But. in c. certio loco. de probat. & consil. xxiiij. quæstio hæc dubia, &c. refert & sequitur Alexand. in d. consil. lxiiij. pro quo allegat text. & ibi Abb. in c. fin. de testi. cogen. Et idem Alexand. latissimè in consil. clij. viso processu. versic. non obstat etiam si dicatur. nume. xj. lib. v. Iaſ. not. in d. l. j. de summa trinit. in lect. & in repet. versi. ex istis omnibus fac regulam. Et Deci. consil. cxxx. viso processu & sententia. & consil. cccx. visis. & vbique allegat concord. & etiam egregiè consil. cccxlij. in causa partus supposiui. notabiliter. Feli. in c. de cætero. de testibus. & Iaſ. in lib. fin. C. de his quibus vt indig. Ideo qui inhabiles testes producit, & dicit alios reperiri non posse, nec aliter veritatem haberi posse, illud probare tenetur, alioquin semper quis posset producere inhabiles, dicendo quòd alios habere non posset. Ita Alexand. præal. leg. consil. lxiiij. cum concord. per Hippol. consil. xlj. diuini. & consil. lxxx. qui cũcta. in finali. & consil. xxxj. bonorum versi. prærerea ad hoc vt testes. Ista nota perpetuò, quia nullibi ita copiosè comperies.]

SVMMÆ.

1 *Nobilitatis præsumptio & amittendæ modi.*

2 *Nobilitatem agricultura & exercitio alium non amitti. Alciati tomus iiij.*

PRAESVMPTIO XLVIII.

QVADRAGESIMOOCTAVO Præsumitur † quis descendens ex nobili genere, quòd sit vir nobilis, & virtutis studiosus. sicut & è cõuerso. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. Et qui habuit maiores suos alicuius artis peritos, si ipse in se exerceat, præsumitur quòd etiam sit ipse bene peritus. l. ij. versi. sed Anatolium. C. de vet. iur. enucl. quod nota pro filijs Doct. l. iubemus. §. filios. vbi glo. C. de aduoc. diuers. iud. Ex ista præsumptione infertur, quòd prętor qui nobilem virum captum in carceribus ciuiliter habuit, credens eum integræ fidei: si deinde fugiat, non tenetur in syndicatu, quia meritò potuit sequi præsumptionẽ iuris, vt per Ang. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei vend. Felin. in c. cum contingat. de rescript. Iaſ. in l. iubemus. C. de iudic. cum simil. Vnde etiam propter magnam nobiliatem, creditur Cardinali asserenti se habere specialem commissionem, puta ad Doctorandũ vel legitimandum, secundum Bald. in l. exẽplo. in vlti. quæst. C. de probat. And. Sicul. in tract. de præst. Cardina. in prima quæst. secundæ partis, in secundo membro. & Corn. consil. ccxlviij. incip. videtur prima facie. ad fin. in ij. vol. & facit glo. in c. illud. xl. distinct. quę dicit pro nobilibus præsumi. de quo per Roma. singul. dcxliij. nobilitas. Et quando nobilitas habeatur in consideratione, ponit multa Felin. in c. cùm adeo. de rescript. & in c. super eo. ij. de testibus. & per Anto. Corset. in repeti. c. grandi. de supplen. neglig. præla. lib. vj. Et ex suprascripta præsumptione infert Cinus in l. prouidendũ. C. de postul. quòd qui propria virtute consequutus est nobilitatẽ, est nobilior illi, qui de nobili genere descendit: quia ex genere non dicitur aliquis nobilis, nisi præsumptiuè. d. §. qui mancipia. Et plus commẽdandus est in eo q, à se habuit, quã quod à parentibus. gloss. in l. si quid in bello. ff. de captiuis. sequitur Decius in c. clerici. §. de iud. Sed tu melius dicas, quòd talis non est nobilior, sed est magis laudãdus: quia nobilitas propriè loquẽdo, est separata à virtute, vt per Barto. in l. j. C. de dignit. l. xij. Et dic, quòd omnes tam mercatores quàm artifices tenentes apothecam, etiam si cãplores & argẽtarij, de iure cõmuni nõ sunt nobiles, sed viles. l. antepenul. C. de cohortalib. lib. xij. l. j. C. de perfectiss. dignit. Idẽ in faciẽtibus cãbia ficta, quãuis non tenant apothecam, secudũ Bald. in c. transmissa. de elect. Et idẽ in pelliparijs, secundũ eundẽ Bald. authen. habita. C. ne filius pro patre. Et quę sint artes viles, habetur in l. j. C. de excusat. artif. lib. decimo. & in l. ne quis. C. de dignitatib. lib. duodecimo. & in l. maximarũ. C. de excus. mun. per Specul. in titulo de cleric. coniug. Sed nũquid † nobilis exercẽs agros suos ꝓprijs manibus, perdat nobilitatẽ? Dic quòd nõ, vt per Guido. Papæ quęst. cccxcij. incipien. sed quid de nobilib. & facit text. in c. nunquã. de consecrat. distin. v. & in §. j. §. cæterum. de verb. signi. in vj. Imò istud est laudabile & approbatum ab antiquis: iuxta illud Persij:

Quem trepida ante boues Dictaturam induit vxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

Item, nunquid nobilis exercens mercaturã, vel aliam artem vilem per alium, si ipse non assistat, perdat nobilitatẽ? Dic quòd nõ, vt decidit Alber. de Ros. in l. humilẽ. C. de incest. nupt. vbi quãuis taberna ria dicatur persona vilis, si tñ per aliquã

facit exerceri tabernam, & ipsa non assistat, non dicitur propter hoc vilis. l. quæ adulterij. C. de adulte. Facit quod not. Domin. de sancto Gemin. in c. j. de vita & honest. cleri. in vj. vbi dicit se defendisse vnũ clericum. qui in domibus ecclesiæ tenuerat tabernam vendendo vinum, qui ex quo non administrauerat in propria persona, sed per alium, non incidebat in prohibitionẽ. c. nulli. xliiij. distinct. Nec obstat quòd statutũ loquẽs in personam facientis, habet locum etiam in eo A qui per alium facit, vt per Barto. in l. iij. §. si procurator. ff. quod quisq; iuris. quia dato quòd illud dictum sit verum, non tamẽ procedit vbi lex cõsiderat actum ipsius personæ exercentis: qui videtur considerari vt dicatur quis vilis, secundũ supradicta. Hodie tamẽ dicitur ars vilis vel nobilis, secundum communem reputationem ciuitatis, vt not. Barto. in d. l. j. & probatur in l. j. ff. de de mun. & honor. & per Ioan. de Platea in d. l. maximarum. secundum quam reputationem debẽt B statuta intelligi. l. Labeo. vbi Bar. de suppell. leg. Et ad supradictam præsumptionem adde text. in c. j. j. de purgat. canon. vbi facilius purgatio admittitur pro nobili qui sit de aliquo crimine accusatus, quàm pro alio. & fa. text. in c. Aphros. xcviij. distinct. & quod not. in c. venerabilem. de elect.

SVMMÆ.

1 *Prædeceßisse censendus imbecillior.*
2 *Prædeceßionem ex cauſis non probat dicens.*
3 *Excipiens ex cauſa non probat.*

PRAESVMPTIO XLIX.

1 QVADRAGESIMONONO Præsumitur † duobus simul mortuis, eum qui debilior est, prius decessisse, secundum Dinum & Oldra. in l. si hi qui. ff. de donatio. causa D mor. Et propterea præsumitur infantem decessisse ante matrem. l. si mulier. ff. de rebus dubijs. l. inter socerũ. in princip. ff. de pact. dotal. Et vxor præsumitur decessisse ante maritũ. gloss. in l. si possessor. ff. de relig. & sumpt. fun. & l. qui duos. §. si maritus. ff. de reb. dubijs. & quod not. Francis. Crem. singul. lij. statuto cauetur. Et pater miles præsumitur decessisse ante filium miles item. d. l. qui duos. §. cùm in bello. Idem de matre, quæ præsumitur perire ante filium puberẽ. E l. cùm puber. ff. eodem tit. Et è conuerso, qui est robustior, præsumitur prius natus. l. si fuerit. §. fin. eod. tit. vbi masculus in eodẽ puerperio præsumitur prius nasci quàm fœmina. Aduerte tamẽ quia ista præsumptio non est ita indistinctè vera, & confunditur per text. in l. sed & in illo. ff. de rebus dubijs vbi pupillus non præsumitur decedere ante fratrem minorem sibi substitutum: & etiam confunditur per tex. in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. vbi filius etiam maior non præsumitur fuisse superstes patri, vt fideicommissarius admittatur. Ad idem l. si inter. ff. de rebus dubijs vbi vxor præsumitur fuisse superstes marito, & donatio ab eo facta conualescit. Et propter ista contraria, Barto. in l. quod de pariter. ff. de rebus dubijs, ponit quandam distinctionem, vbi etiam Socinus valde laborat. Sed tu melius dicas, adhærendo tamen rationi Bart. & faciat regulam, quòd vbi aliquem prædecessisse, est fundamẽtũ intentionis alicuius ad eũ spectat probare, nec lex aliquid præsumit. d. l. sed & in illo. cum simil. Fallit primo † vbi nisi lex præsu- 2
meret, res exitum suum non esset habitura: quia tunc cùm omnino alterũ sit præsumendũ, lex potius præsumit imbecillioré prædecessisse, per supradicta, et d. §. cũ in bello. limitãdo vt ibi in text. Et licet Bart. constituat differentiã inter dispositionẽ hominis, & dispositionem legis, tamẽ Bar. hoc facit propter supradictã rationẽ, quando res aliter nõ est exitũ habitura. Vnde in casu quo ista ratio militet etiã in dispositione hominis, tunc cessat differentia, iuxta regulam l. adigere. ff. de iure patrona. & ita intelligo d. l. cùm inter socerũ. Nã cùm pactũ esset cõceptũ in casu quo filius anniculus matri supereſſet, vt vir totã dotem lucraretur: si verò mater filio supereſſet, tunc nõ lucraretur nisi partẽ: meritò vt res aliquem habeat exitũ, fuit necessariũ in illo casu aliquid præsumere, an filius ipse mortuus esset ante vel post matrẽ: vnde lex maluit interpretari infantẽ prius de cessisse. Nec dicatur, quòd imò res poterat alium habere exitũ: quia potest dari casus, videlicet si eodẽ tẽpore momento vterq; perijsset: qui casus tanquam omissus, debuisset remanere in dispositione iuris. l. cõmodissimè. ff. de liberis, & posthu. & sic dos tota fuisset reuersa ad socerũ. l. cum auus. C. de iure dotiũ. Quia respõdeo, quòd talis casus est de rarissimè cõtingẽtibus, vnde lex noluit aliquã habere considerationẽ ad illũ. l. antiq. C in fin. ff. si pars hære. pet. Præterea fuisset contra expressam mentẽ contrahentiũ, si talis casus habitus fuisset pro omisso: qui ipsi egerãt, vt in omnẽ casum maritus aliquid lucraretur. Et ista est melior intelligẽtia ad d. l. inter socerũ. quàm intellectus Bart. in d. l. quod de pariter. quẽ etiam meritò approbat Soci. ibi, licet ipse nõ extricet. Secũdo fallit in casu d. §. si quis aũt. Et ratio fallẽtię est ista. Nã quãdo testator substituit Tit. si sine liberis decederet: satis ostẽdit, qualiter ipse Titi D um & eius liberos saltẽ ab intestato, iuxta gloss. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. prædiligat ipsi fideicõmissario: vnde si Tit. et eius filij simul mortiantur, text. vult fideicõmissariũ admitti, & præsumit filios prius decessisse, vt locus sit fideicõmissario, qui est dilectus à testatore: nec præsumit filios fuisse superstites, ex quo p talẽ præsumptionẽ fideicõmissarius excluderetur: nec ꝓpter hoc filij ipsi quos testator saltẽ tacitè prætulerat fidei cõmissario haberẽt aliquid secũdũ intentionẽ testatoris, ex quo incõtinẽti fuissent mortui. vnde ista præsumptio tanquã magis cõueniens volũtati testatoris, fuit capiẽda: meritò ergo nõ requiritur quòd fideicõmissarius ꝓbet quòd nõ fuerint superstites, quia lex præsumit nõ fuisse. Et ista est ratio, cur cõditio, si decesserit sine liberis, institutione fideicõmissaria intelligatur, scilicet superuenientib. q̃ ratio cessat in casu d. l. sed & in illo. quod nota, quia Doct. nõ declarant. Et ex hoc infertur, quòd licet vbi exceptio † est fundamentũ 3
intẽtionis excipientis, debeat probari, idẽq; sit in actione. l. matrẽ. C. de probat. c. auditis. de præscrip. per Bart. in l. nõ solum. §. sed vt probari. ff. de oper. noui nunt. etiã si cõsistat in negatiua, vt per Innoc. & alios in c. sup his. de accusat. Doct. in l. in illa. ff. de verb. oblig. tamẽ fideicõmissarius agẽs vel excipiens non tenebitur probare quòd filij nõ superuixerint, quia lex præsumit pro eo, per supradictã rationẽ. Et istud est melius, quã dicere q̃ sit speciale, ne fideicõmissaria substitutio pereat, prout dicit Angelus, quẽ refert & sequi-

tur

tur Alex. in consil. xxix. in secũdo, & malè, vt per Bart. in d. §. cùm in bello. licet Alex. in d. §. si quis aũt. teneat, quòd imò incũbat onus probandi fideicõmissario: sed prior opinio est verior, & cõmunior, per d. §. si quis aũt. [Hęc sententia Alex. videtur esse de mente gloss. in d. §. si quis autẽ. & eam tenent Iacob. de Aret. Alber. Rap. Comma. & Imol. ibi. et videtur etiã sequi Dn. meus à Ripa ibi. Mouentur maximè per regulam l. inillla. ff. de verb. obliga. quòd negatiua est probanda ab eo A qui se fundat in ea, vt per Panor. in c. bonæ. de post prælat. Prętерea cũ præsumptio sit quòd quilibet viuat centũ annis. in l. fin. C. de sacrosanct. eccle. nor. in l. ij. §. si dubitet. ff. quemadmo. testa, aper. itẽ quòd filij viuãt plus quã parentes. l. nam & si parẽtibus. ff. de inoffi. testa. videtur quòd onus probãdi filios nõ superuixisse incũbat fideicommissario. cùm prædictæ iuris præsumptiones sint pro hæredibus grauati cõtra eũ. arg. l. ab ea. ff. de probatio. cũ vulg. Mouẽtur & alijs satis B stringẽtibus. Ex quibus videtur reddi dubia sentẽtia Dn. Alciati, quòd lex præsumat pro fideicõmissario, quòd liberi prædecesserint, ratione de qua superius per eũ: & ita intelligit d. §. si quis autẽ. & sic indistinctè videtur cõcludere, semper ꝓ fideicõmissario legẽ præsumere liberos patri prędecessisse. Sed mihi videtur intellectus Imol. in d. §. quem sentit Raph. Com. & sequitur Alex. & præceptor meus à Ripa, magis amicus illi literę, videlicet quòd ibi constabat patrẽ & liberos simultaneo seu instantaneo naufragio aut simili excidio perijsse simul, ita quòd non erat dare tractũ temporis inter mortem amborũ: vnde nimirum si hoc constito fideicommissarius admittatur, aliter non probato quòd liberi prædecesserint, quia nõ dabatur tractus. Sin autem hoc non cõstaret, sed essemus in dubio quis prædecesserit, vt quia fuisset tractus temporis inter mortem amborũ, vel aliter non appareret quod ambo simul decessissent, certè cõcludunt prędicti ꝓ plu- D
ra fundamenta, quòd onus probandi liberos nõ superuixisse grauato, incumbit fideicõmissario, qui se fundat in illa negatiua, & qui habet præfatas iuris præsumptiones contra se: & vide ibi præceptorem meum à Ripa notabilem distinctionem tradentem magis de mente iurium, quã dicta Dn. Alciati.] Tertio fallit in casu l. si inter. ff. de rebus dubijs. vbi ad finem quòd sustineatur donatio facta à marito vxori, præsumitur maritũ prius decessisse: & istud ibi probatur, ponderando dictionem, maximè, prout facit Aret. consil. 50. vbi latè disputat. Sed tamen puto opinionem Aret. non esse veram, quæ est contra doctrinam Bart. in d. l. quod de pariter. vbi etiam Socinus respõdet eius rationibus: nam donatio illa ideo tenet, quia verba orationis eã annullant, si prior decesserit qui donatum accepit: quæ verba non verificantur, vtroque simul moriente. l. cùm hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter virum & vxo. Nec obstat d. l. si inter. quia vltra rationes Socin. F
ibi, quæ cauillant text. illa ratio quæ præsupponitur per dictionem, maximè, est diuersa à suprascripta. Nã lex nõ permittit hęredi reuocare talẽ donationem. l. cũ hic status. §. j. Cùm ergo mortuus sit qui poterat condicere res donatas, meritò donatio sustinetur, ex quo hęredi nõ datur talis reuocatio, qui nõ admittitur, nisi probet donatẽ fuisse superstitẽ: & sic illa dictio, maximè, stabit 4
ꝓpriè, & implicabit idẽ esse, etiã si ista ratio non esset. l. j. §. vel maximè. ff. de collat. bo. cũ similib.

SVMMÆ.

1 *Pecus paſcens non, niſi ex cauſa, retinendum.*

PRÆSVMPTIO L.

QVINQVAGESIMO Nemo præsumitur vixisse de vento. l. fina. C. de aliment. pupil. præst. vbi per hanc rationem præsumitur pupillus alimentatus à tutore, nisi probet se aliunde alimenta consequutum. Et istud facit ad quæstionem eius, qui bouem † va- 1
gabundum retinuit in stabulo suo, vt expẽsas quas asserit se fecisse, teneatur ei dominus resarcire, cùm præsumptio naturæ sit, quòd non vixerit de vento. Debet tamen iudex taxare. d. l. fin. Et ita tenet Guido Papæ in d. tracta. præsumptionum, in quarta charta. Sed tu aduerte, quia alienum pecus etiam si reperiatur in agro damnum dare, non tamen potest dominus agri retinere, nisi ad finem, vt cognoscat cuius est: & debet illi restituere, & contra eum agere de damno dato, vt est text. in l. Quintus. & l. seq. ff. ad legẽ aquil. Specu. in tit. de actore. vers. sed nunquid pecudẽ. Bald. in l. ij. C. de ser. fugi. Bar. & Doct. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infect. licet Iac. de Aren. ibi aliter teneat. Potes concordare opiniones: quia ille qui reperit bouem alienum in fundo suo, & eum tenuit per aliquod tempus, C
& alimentauit, aut vult retinere vt soluatur sibi damnum, & non poterit. d. l. Quintus. aut vult retinere vt restituatur sibi pretium alimẽtorum, & tunc secus secundum supradicta. Et facit, quia cùm alimenta verterim in vtilitatem ipsius rei, meritò debet posse res retineri donec satisfiat: l. in summa. & ibi per Sali. C. de pignor. & quod not. per Bart. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. [Infertur etiam ex hac præsumptione, quòd si creditor repetat expẽsas factas in D
alendo equo pignorato ei teneatur dominus restituere: præsumitur enim equum creditor suis expensis aluisse, ex quo rẽperitur nutritus: non enim creditur vixisse de vẽto. Idem dicas de bonæ fidei possessore. Ista tradunt Bart. Imol. Alexãd. Ias. & communiter Doct. in l. cum seruus. de verb. oblig. vbi arg. d. l. fin. de alim. pupil. præsta. multa solennia dicta accumulant.

SVMMAE.

2 *Opinioni communi ex cauſis non ſtari.*

PRÆSVMPTIO LI.

QVINQVAGESIMOPRIMO Vbi maior est numerus † eligentium, 1
ibi etiam præsumitur maior zelus. c. ecclesia vestra. s̃. de electio. c. si quando. eodem titul. in vj. Quod est verum, maximè in electione facta per viros F
prudentes, quia naturaliter in eis melior opinio prævalet. aliàs in electione in qua interueniunt vulgares, videretur secus, per id quod not. Abb. in c. ij. de elect. vbi dicit, quòd præsumitur minus pro toto populo, quàm pro aliquibus prudentibus de populo: quia in toto populo reperiuntur multi viles non habentes certum iudicium rationis, sed corruptibiles. Et propterea præsumitur in toto populo aliquis qui non habeat synceram fidem, vt ibi per eum. Et istud facit pro

communi opinio. quæ in dubio præsumitur verior, ex quo est à pluribus approbata: & propterea in iudicando iudices non debent ab ea discedere. c. nouimus. ī. de verb. signifi. l. j. vers. & sanè crebrior. de offic. quæst. [Adde notab. tex. in l. athletas. ibi, & generaliter omnes opinantur. ff. de his qui not. infam. & in l. pro hærede. §. Papinianus. ibi, vulgò putare quosdā. ff. de acq. hær. & in l. quæsitū. §. sed si fundus. ibi, quam sentētiam quotidie crescere & incalescere videmus. ff. de fund. instr. & instr. leg. & in l. ita vulneratus. ibi, dicitur vulgò, &c. ff. ad l. aquil. bonus text. vbi notat Bald. in l. j. de senat. ff. & text. in c. in canonicis. vbi not. tex. xix. distinct. & in c. de quibus. xx. distin. & iij. q. iij. c. de iudicijs. cū glo. & Bald. in c. j. §. iudices. de pace tenen. in vsib. feud. Bart. in q. incip. iudex qui per imprudentiam. cum concord. traditis per Doct. in c. j. de cōstit. vltra quos adde latè Iaſ. in auth. nouiſsima. verſi. ex iſtis omnibus defendo. de inoffic. testa. C. & in auth. ſi qua mulier. de ſacroſanct. eccle. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. & Corn. conſ. clxx xvj. quanquam. lib. iij. & inquit Ang. in l. ſi. de pœna iud. qui malè iud. quòd nimium eſt ignarus qui contra communem iudicat. & vide Barb. latiſsimè in clemen. ne Roma. de elect. Alex. conſ. xix. circa primum. lib. vij. & conſ. vij. in Chriſti nomine. in iiij. Rom. conſil. lxj. licet in fin. Præpoſitus in c. ſi vir. extra de cogna. ſpirit. Decius conſil. cccclxxx. in caſu. Bereg. Fernand. in l. filiusfamil. §. diui. de leg. j. Et dicit egregiè Bald. quòd communis opin. habet vim conſuetudinis. ita Bal. in c. ne innitaris de conſti. Et iudicans ſecundum communem, etiam falſam, excuſatur ſecundum Panormitanum in c. j. de poſtulat. prælat. & Felin. in c. j. de conſtitu.] Quod limita & †declara vt per Doct. præſertim moder. in c. j. ſ. de conſtitu. [Et inter cæteras limitationes iſtud limitant, vt communis non ſit tenēda, quando cōtraria fundatur melioribus rationib. tu vltra allegata per eos adde text. in Clemen. vnica. §. fin. de ſumma trinit. Barb. in Clem. ne Romani. præallegata. Deci. in conſil. dcxix. in cauſa. allegat Ang. conſ. cx. aliàs clxx. incip. ſanctiſsima & ſicut conſi. ij. lib. j. & conſil. xv. lib. iij. & conſil. lxiij. eod. lib. Eundē Dec. conſi. cccclxxxj. in.caſu in fi. vbi ſubijcit q, doctores noſtri ſæpenumero imitātur aues, q, quādo vna volat, oēs alię ſequūt. & conſ. cccccl x. notiſsima. in fin. & cōſil. cccclvj. conſului. & conſilio cccccl xxvj. pro reſolutione. Præpoſitus in d. c. ſi vir.] Et intelligo cōmunem opinionē illā eſſe, nō quę plures habeat auctoritates ſimpliciter, ſed quæ plures grauiores habeat auctōres. c. in canonicis. xix. diſtinct. l. diui. ff. de iure patron. l. penult. C. de condictio. indebi. [Et Alex. conſil. ccij. viſo themate. ante fi. li. vij.] Itē intellige iſtud procedere, vbi tales auctores firmāt illā opinionē, diſputādo & arguendo circa ipſius veritatē, & deinde ſe reſoluēdo, iuxta l. fin. §. mixta. ff. de mun. & hon. Nā quāuis dicant aliquid incidēter, fortè ad coloré alicuius ſui ꝓpoſiti, præſertim in cōſilijs, nō propter hoc dicū tur talē opinio. approbaſſe. ſicut in ſimili dicimꝰ de cōfeſsione incidēter facta, vel quæ fit ad aliū finē, quę nō ꝓiudicat. vt eſt glo. in c. ex pœnitētibus. 50. diſtinct. per Doct. in c. at ſi cler. in prin. ſ. de iud. dixi in l. j. §. ſi quis ita. in fi. ff. de verb. obligatio. Itē intellige, quādo illa opinio grauiores habet auctoritates, & etiā cōmuniter obſeruatur in practica, ita videt intelligere Bart. in l. fina. C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit. Sed illud poteſt procedere quo ad effectū, q, iudex faciat litē ſuā, quia tūc requirit dolus, dicta l. fi. qui præſumitur cōcurrentibus duobus, & q, iudicauerit contra opinionē cōmuniter approbatā & etiā cōmuniter obſeruatā in practica: aliàs nō putarē illam deciſionē eſſe verā: quia auctoritas tenentiū contra illā cōmunē, debet ſaltē excuſare à dolo præſumpto, iuxta glo. in l. j. ff. de abigeis. et in l. igitur de lib. cauſ. [Quòd opinio Doct. excuſet à dolo cōſuluit Alex. cōſi. xix. circa primū in vij.] Et quia ſolennis Doct. auctoritas excuſat ab expenſis, vt per Ang. in l. terminato. C. de fructibus & lit. expenſis. Felinus in c. j. de cōſtitutionib. Quod etiā aduerſus cōmunem intelligo, dūmodo cum tali Doct. cōcurrat etiā opinio aliorū & coloratę rationes. [Quòd opinio Doctorū licet nō ſit cōmunis, excuſet ab expenſis, adde vltra hīc allegata ꝑ Card. in clemēt. ij. de magiſtris. & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Aret. in §. hæc aūt. Inſtit. de pœna tempo. litig. Iaſ. ampliſsimè in l. ꝑperandū. §. fin aūt alterutra. verſi. tu in hac materia. C. de iud. Et dicitur habere iuſtā cauſam litigandi, qui habet opinionē Doctoris pro ſe: quæ iuſta cauſa excuſat ab expenſis, vt ibi latè cōprobat: & per Bald. in auth. generaliter. C. de epiſcopis, & clericis. & melius quā alibi de ueritate & intellectu tradit Barb. in d. Clem. ne Romani. de elect. & Alex. conſi. lxxvj. in cauſa & lite in vij. Corn. in conſ. clxxxj. viſa copia. in iij. & Hippol. de Marſil. in l. patre.] Et illi Doctor. grauiores dicuntur, quorum frequentiores ſunt lecturæ & approbatiores in ſcholis. arg. eorum quæ dicit Bartolus in l. j. ff. ſi certum petatur.

SVMMAE.

2 *Mihi potius cauiſſe præſumor.*

4 *Tutrix ſine conceſſu propinquorum non ſe obligat.*

PRÆSVMPTIO LII.

VINQVAGESIMOSECVNDO Quilibet præſumitur prius res curare, ꝑprias, quā alienas. de pœnit. diſtinct. iij. c. qui vult. l. q, ſeruanda rū. ff. de preſcrip. verb. Vnde à natura inītu eſt homini, vt quælibet †charitas inciꝑiat à ſeipſo. l. preſes. C. de ſeruit. Et ideo infert ibi Salice. q, ſi quis †promiſerit defendere aliquē cōtra quācunq; perſonā, nō intelligitur promiſiſſe cōtra ſeipſum. Et facit q, not. Speculator in tit. de aduocato. §. primò verſiculo, ſed nūquid cler. vbi licet clericus teneatur aduocare pro eccleſia ſua, tamen nō tenetur hoc cōtra ſeipſum facere. & facit glo. notab. in cap. fide alienatio. feud. pater. & in c. j. in princip. vbi Card. Alex. poſt alios, quib. modis feu. amitt. vbi licet vaſallus teneatur defendere dominū, nō tamen propriā ſalutem domini ſui ſaluti poſtponere vllo modo debet, nec tenetur: licet ſecus ſit in ſeruis. l. j. ff. ad Syll. Ad id idē facit, q, nec pater † tenetur alere filiū, quādo nō habet niſi quātū pro ſeipſo ſufficit: nā prius debet ſeipſum alere, ſecundū Salic. in d. l. præſes. Et fac. q, not. Nicol. & Iaſ. poſt alios in §. ſed & ſi quis Inſt. de actio. vbi dicit, q, iſta eſt ratio; cur filij à parentib. & ecōtrà parētes à filijs nō cōueniantur, niſi in quantum facere poſſunt: quia poſſunt prius pro ſe cauſa alimētorū retinere, & q, ſuperabūdat, hoc tūc dabūt filijs. Pro ſupradicta præſump. facit etiā text. in l. ſi. ff. de bon. cor. vbi præſumitur facilius aliū interfecturus, q, ſibijpſi manū intulit, & tex. in l. cū aūt. §. malus. ff. de

de ędil. edict. vbi præſumitur peius in aliū cōmittere, qui in ſeipſum malū audet. Et iſta nota cōtra eos, qui accipiunt factores ſeu inſtitores, qui cōſumpſerunt propria bona: quia facilius conſument aliena, vt dicitur in primo Græcorum epigramatōn lib. Et pro hoc etiam facit, quia qui ſuis in reb. conſilio indiget, multò magis præſumitur in alienis rebus indigere. l. fin. C. de legit. tut. l. ſic euenit. ff. ad leg. Iul. de adult. Et hoc infertur † ad quæſtionē, ſtante ſtatuto quòd mulier non poſsit cōtrahere, ſeu ſe obligare ſine conſenſu propinquorum. Pone, aliqua mulier eſt tutrix, ſecūdum text. in authen. matri & auiæ. C. quādo mulier tutelę, &c. nunquid quando cōtrahit pro pupillo, debet interuenire cōſenſus propinquorum? Et videbatur quòd non: quia non ipſa, ſed pupillus obligatur. l. iiij. in princ. ff. de re iudic. vnde ceſſat ratio ſtatuti. Contrarium eſt verius: quia cùm ex forma ſtatuti, ſine conſenſu propinquorum non ſit habilis ad facta ſua, ergo nec ad aliena. d. l. fin. & §. minores. Inſtit. de excuſ. tut. Et ita cōcludit Raph. Com. & Iacob. de Puteo in l. apud Iulianū. §. j. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. Facit q, not. Soc. & Iaſon in l. j. §. itē acq. ff. de acquirenda poſſeſſ. Conſidera tamen, quia cū regula ſit iuris antiqui, quòd qui alieno regitur conſilio, ipſe ad tutelam † non admittatur. d. l. ſi. & d. §. minores. videt quòd ſtatutū introducēs, mulierem regi conſilio propinquorū, priuet eā iure acceptandi tutelam: quia talis regula habet locum etiam in correctorijs, vt per Bart. & Doct. in l. ij. ff. de leg. j. & ſic corrigeretur dicta auth. matri & auiæ. & reduceremur ad ius antiquum. l. fœminæ. ff. de regul. iur. quæ reductio eſt fauorabilis. glo. in c. ſtatutum. in verb. numerandū. de præbend. in ſexto. Anto. But. in c. olim. per illum text. ī. de verb. ſign. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pactis. Poteſt dici quòd ſtatutum non ſubicit mulierem in totum alterius conſilio, ſed ſolummodo quo ad obligationes & contractus. Regula verò iuris antiqui loquitur de eo, qui in totum alterius indiget conſi. Cogita tamen.

SVMMAE.

1 *Senectuti diſconuenientes cōgruentéſve præſumptiones.*

6 *Iuuentuti congruentia.*

PRAESVMPTIO LIII.

VINQVAGESIMOTERTIO Præſumitur † libido † diminui in ſenectute, vt dicit Abbas in c. cùm in iuuētute. de præſumpt. in antiq. Et generaliter, ſecundū ætates præſumūtur ea quę naturaliter inſunt: vnde ſenex præſumitur de facili moriturus, vt ſuprà tetigi. Et propterea ſi ſit quinquagenarius † poterit examinari ad perpetuā rei memoriā, tanquā periculū ſit in mora, vt dicunt Innoc. & alij. in c. quoniā frequēter. §. j. ſ. vt lite nō conteſt. Itē ſenex præſumitur ægrotus, quia ſenectus ipſa morbus eſt. c. magnæ. ī. de voto. vbi Abbas infert ad ſtatutū diſponens aliquid in caſu infirmitatis, vt habeat locū in caſu ſenectutis. facit text. in l. ciuitatib. in prī. ff. de lega. j. vbi infirma ætas dicitur ſeniorū, vel puerorū. In contrarium tamen facit text. in l. j. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edict. vbi definitur infirmitas † eſſe habitus cuiuſcunq; corporis contra naturam. Quæ definitio non congruit ſenectuti, quia talis habitus nō eſt cōtra naturā eorū. Poſſes dicere, quòd ſenectus propriè loquendo non ſit morbus: ſed probata ſenectute, reſultat præſumptio iuris, quòd ſit ęger. quod intellige in his, qui prouectioris ſunt ætatis, puta, qui ſeptuageſimū annū attigerint, prout in ſimili dicit Abb. in d. c. quoniā frequenter. Et propterea text. in d. l. ciuitatibus. vtitur cōparatiuo, ſenioribus. Itē ſenex † nō ita de facili præſumitur fugiturus ſicut iuuenis, vt eſt gloſſ. in l. ſi vt certo. §. ſed an etiam hominis. ff. cōmo. Quid limitat And. Sicul. in c. nullus. infrà eod. niſi aliàs fugiſſet. ꝑ gl. in l. Cornelia. ff. ad Syllan. Item pro ſenectute præſumitur quòd ſit in ea maior probitas. lix. diſtinct. c. ſi officia. Itē ſcientia. lxxxiiij. diſt. c. porrò. Itē morū grauitas. xij. quæſt. j. c. j. & ſermo veracior. xxxv. quæſt. vj. conſanguineos. & per Archid. c. tanta. lxxxvj. diſtinct. E conuerſo † verò iuuenes præſumuntur robuſtiores. l. cùm mulier. ff. de reb. dub. Item præſumūtur calidiores, & de facili inclinati ad prodigalitatē. l. fin. §. filijs autē. C. de bonis quæ liberis, & dicit text. in §. optimum. in authē. de non eligen. ſecundo nub. quòd mulieres in iuuentute aliquando non poſſunt reſiſtere feruori naturali. Et circa mores iuuenū & ſenum, ponit Lucas de Penna in l. j. C. de conſil. lib. xij.

REGVLA SECVNDA
PRÆSVMPTIONVM.

ECVNDA Principalis regula eſt, quòd † mutatio nō præſumatur.

Et ratio regulę eſt, quia mutare, eſt quid accidēs, & accidētia † non præſumūtur, vt per gloſſ. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatisda. cogan. & ſuprà dixi.

SVMMÆ.

D 1 *Status durare præſumendus.*

4 *Poſſeſsio non niſi ex cauſis releuat à probando.*

PRAESVMPTIO PRIMA.

X hac regula † primo infert, quòd vbi aliquid in ſui origine habet certum ſtatū, præſumitur talis ſtatus ſemper adeſſe: imò quaſi poſſeſsio iuris alicuius cōtra talem ſtatū priE mitiuum nō tolleret hanc præſumptionem ſecūdum Barto. & doct. in l. ſi prius. in iij. oppol. tertiæ partis principalis. ff. de no. oper. nunt. Et propterea infertur, quòd cùm à natura quælibet res ſit à principio libera, non præſumitur ſeruitus, etiam per quaſi poſſeſsionem: imò quaſi poſsidēti incumbit onus probandi. & ita tenent Docto. Sed iſta ampliatio eſt ſatis dubia, & fortè non eſt vera, & videtur confundi per text. in d. l. ſi prius. in ſecunda par. vbi ſecundum intellectum Docto. agens negatoria † contra reum contumacem, facit quòd transferatur onus probandi in reum, qui eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis. Si ergo in pœnam contumaciæ compellitur reus probare, ſequitur quòd ſi contumacia non eſſet, erat tutus ex illa quaſi poſſeſsione ſeruitutis, ꝓut loquitur ille text. Nec etiam exemplum Bart. eſt bonum, quia ſeruitus † non repugnat actui primitiuo rei, ex quo ſeruitus futuro ædificio imponi poteſt. l. ſi ſeruitus. §. futuro. ff. de ſerui. vrb. præd. glo. in §. ad diſſoluendum. ī. de deſpon.

impub. Ergo potuit ab origine res debere serui-
tuté, & ista potentia est satis ad hoc, q ex quasi
possessione transferatur onus probandi.l. circa.
ff.de probat.prout eũ declarat Bart.in d.tertia &
quarta oppositione. Est verum quòd etiam eius
declaratio confunditur per c.si iudex. de senten.
excomunic.in sexto. Nam si doctrina Bart.esset
vera, malè argueret Papa, de eo qui est in quasi
possessione ingenuitatis, ad illũ qui est in quasi
possessione clericatus: quia in primo casu quasi
possessio non repugnat origini, in secundo sic:
quia nemo nascitur clericus. Vnde cùm Papa ibi
ita arguat,ostendit istam differentiã non esse ve-
ram.Cogita si posset dici, quòd ista ampliatio ita
generaliter posita per Bartol.& Doct.nõ sit vera:
sed quatenus verificatur in aliquib. casibus,istud
est per alias rationes particulares. Quantum au-
tem spectat ad seruitutes,potest distingui: quia
aut loquimur de quasi possessione, quæ acquiri-
tur ex interpellatione:puta,quia ego interpello
aliquẽ,ne tollat altius ędes suas,quia intendo q
illæ ædes debeant mihi seruitutem: nam à tem-
pore talis interpellationis incipio quasi posside
re & præscribere,vt declarat Bartol. in d.l. si pri-
us.versicul.restat. [Cum amplissimis concord.
traditis per Ias.in §.æquè.in gloss.super verbo,al
tius.versi.circa tamen hanc partẽ.Instit.de actio.
& Floria.in l.qui luminibus.ff.de seruit.vrb.prę-
dio.& in l.sicuti.§.sed si quęratur.et in l.& si for-
4 tè.§.j.si seruit.vend.] Et tunc satis † faterer,quòd
talis possessio non transferret onus probandi,
nisi esset longi temporis,quo casu plenũ ius quę-
sitũ esset per præscriptionẽ.Et ratio est,quia talis
quasi possessio est quæsita mihi ex interpellatio-
ne:quia prætendebam mihi deberi seruitutem,
& sic causam interpellationis,quæ est fundamẽ-
tum intentionis meæ. Aut verò loquimur de
quasi possessione ipsius rei & seruitutis, puta,
quia in muro tuo mihi contiguo,habeo fenestrã,
seruitutem luminis mihi præstantem: & credo
quòd ista quasi possessio releuet ab onere pro-
bandi,sicut regulariter est in cæteris possessioni
bus.l.vti frui.ver.quòd si fortè.ff.si vsusfruct.pet.
& probatur in l.sicuti. §. si quæratur.ff.si seruit.
vend.rectè eã intelligendo. facit l.j. in prin.ff.de
itin.actuq; priua. Quo verò ad alios casus,in se-
quentibus referentur suæ rationes particulares.

SVMMÆ.

1 *Filius ex causis sui iuris est. 7.*
6 *Sui iuris possessionem variè quæri.*

PRAESVMPTIO II.

1 SECVNDO Infertur ex supradicta re-
gula,quòd filius † ex legitimo matri-
monio natus, præsumitur in potesta-
te patris.l.si filius.ff.de probat. l. si e-
mãcipati.C.de collat. [Vide egregiè Corn.cõsil.
2 cciiij.quanquam.lib. iij.] Fallit primo,si sit in †
quasi possessione sui iuris,vt dicit glo.in l.Titia.
ff.solu.matrimo.& Bart.in l.is potest.versi.videa
mus qualiter.ff.de acquirend. hæred. & Alex.in
d.l.si emancipati. Pro qua opinione inducitur
text.in d.l.si filius.vbi text.quo ad modum pro-
bandi,æquiparat probationem filij & serui. Sed
clarum est,quòd si seruus sit in quasi possessione
libertatis,non tenetur probare.l. vis eius. C. de
probat.Ergo idẽ in filio. Nec obstat si diceretur,
quòd imò ista quasi possessio non debet hoc o-
perari, quia repugnat status primæuus naturæ,
prout dicit Alexand.in d.l. Titia.quia ad hoc re-
spondet Deci. in d.l.si emancipari.quòd imò nõ
repugnat:quia qu d aliquis sit in patria potesta
te,non est de iure naturali,sed de iure ciuili.Inst.
de patria potest.in prin.Sed ista solutio nihil va-
let:quia Doct.in d.l.si prius. non considerant ius
naturæ,prout credidit Decius:sed statum origi-
A nalem,quando quis nascitur. fa.l. fin.ff.de nata-
lib.restit.Tu salua dictã limitationẽ,quãdo filius
fuisset in illa quasi possessione per longum tem-
pus,puta decennium.l.j.C.de patr.potest.Barto.
& Bald. in l. ij. C.si aduers. rem iud. & in l.post
mortem.ff. de adopt.Andre.Sicul.consil.vlti. in
iiij.vol.cõsiliorũ Alexandri,Iason in d.l. si prius.
Sed hîc aduertendum est circa rationem.Nam si
istud est, prout præsupponunt Doct. quia tanti
temporis possessio est sufficiens ad præscriptio-
B nem cõtra patrẽ: certè isto casu filius esset tutus
non solũ quo ad possessionẽ, sed etiã quo ad ius
ipsum:quia hęc est † natura pręscriptionis.l. tra- 3
ditionibus.C.de pactis.Pręterea nõ est verũ indi
stinctè,quòd pręscribatur decennio,imò regula-
riter requirũtur viginti anni,vt habetur in d. l. j.
& ibi glo.& Salic.in l.ij.C.de præscript.longi tẽ
poris quę pro libert.nisi filius haberet aliquẽ ti-
tulũ saltẽ putatiuũ veluti emancipationẽ nõ so-
lenniter factã:nã in istorũ iurium præscriptione
C sufficit etiã † titulus erroneus, vt per Bart.in l.j. 4
§.j.ff.de itin.actuq; priu.& in l. Celsus. ff.de vsu-
capionib. Potes dicere, quòd alia sit ratio istius
decisionis.Nã ex quo pater permisit filiũ stare in
tali quasi possessione per decenniũ,licet filius ta
li tẽpore nõdũ pręscripserit liberationẽ à patria
potestate,tñ acquisiuit quasi possessionẽ existẽ-
tię sui iuris,ex quo per negligentiã decẽnij pater
amisit quasi possessionẽ patrię potestatis, prout
regulariter est in qualibet possess. ciuili.l.j. in gl.
D magna,in fin. C.de seruis fugitiuis vbi Iason &
Docto.Et licet glo. in seruitutibus realibus non
procedat,secundum Bald. in l.si quis diuturno.
ff.si seruit. vend. istud potest esse propter modi-
cum præiudicium inde proueniens, vt declarat
Ludo. Rom. in l.si aliena. §. j.ff. de vsucapion.
q non est in casu nostro.Sed vidi dubitari: Stãte
statuto quòd filiusfamil.nõ posit se obligare si-
ne cõsensu patris:aliquis† existẽs in quasi posses 5
sione sui iuris,promisit Titio cẽtũ ex causa one-
E rosa,deinde nolebat soluere,sub prætextu statu-
ti annullãtis obliga. Et videbatur talẽ in effectu
non adiuuari, quia aliàs creditor remaneret de-
ceptus.Nã licet actio in cõtractu tollatur per sta-
tutũ,tamen poterit creditor agere actione de do
lo vel stellionatus cõtra talẽ,ex quo alia actio de
ficit.l.j.ff.de pig.act.Bal.cõsi. xiiij. in primo vol.
Statutũ autẽ tollit tantũ actionem ex cõ ctu,
non autẽ eam quę oritur ex maleficio vel quasi.l.
F penult.C.de dolo.l.ij.C.si minor maior. se dixe-
rit. Nec obstat q debet sibi imputare creditor,q
nõ bene inuestigauit cõditionẽ ejus.arg.l.qui cũ
alio. ff.de regul.iur. & per Bald. in d. consi.xiiij.
quia satis videtur inuestigasse, qui sequutus est
pręsumptionẽ orientẽ ex quasi possessione sui
iuris.l.si quis patrẽ.ff.ad Macedo.Qđ tãto magis
procederet, si iste filius asseruisset se emãcipatũ:
quãuis ita cõtrahendo & se gerẽdo, satis videat
hoc asserere.d.l. si quis patrem. Subdunt tamen
moder.in d. l. si emãcipati† quòd imò filius videt 6
cõstitui in ista quasi possessione sui iuris, nedũ
per

per longum tempus, sed etiam per vnicum actũ
tantũ:sicut dicimus in quasi possessione electio-
nis.l.j.§.hoc interdicto.vbi Bart.ff. de itin. actuq;
priua.& Bartol. in l.j. ff. de seruit. Abb. & alij in
c.cùm ecclesia. de caus. posses. & proprieta. Sed
ista opin. est contra mentem Doct. & contra su-
pradicta,& termini non sunt pares. Nàm eligen-
do, fateor quòd quis acquirit quasi possessionẽ
eligendi in illo casu: sed filiusfamilias faciendo
vnum actum tanquam paterfamil. non acquirit
hanc quasi possessionem, neq; quo ad illum ca-
sum. Et ratio est, quia ille actus solus non potest
inducere quasi possessionem quo ad plenam li-
berationem,ex quo talis actus hoc necessariò nõ
infert.& in simili habetur per Bald.in d. l. si quis
diuturno.& not.in c. fin.de relig. dom. Nec etiã
quo ad eum actum tantum:quia non potest quis
pro parte esse mancipatus, vt est communis con
clusio,de qua per Bart.& Doct.in l.j. §. hoc autẽ.
ff.ad Trebell. quæ ratio cessat in electione & si-
milibus. Præterea, dato quòd per vnum actum
acquireretur aliqualis possessio, tamen non est
magni effectus, tum quia repugnat origini seu
actui primitiuo, tum quia pater retinet ciuilem
7 possessionem, vt suprà declaraui.Declaratur † se
cundo prædicta regula, vt non procedat qñ non
constaret filium esse natũ ex legitimo matrimo-
nio,quia tunc præsumetur sui iuris, & ita intelli
gitur d.l.Titia.ff.sol.mat.& l.si uxor.in verb. mõ
stretur.vbi Fulg.C.de cond.inser.gl.in l. pactum
quod dotali. C. de pact.Et est ratio: quia q quis
sit in potestate,pendet ex matrimonio. Institut.
8 de patria potest.in prin. Sed matrimonium † est
facti,vnde non præsumitur,vt infrà dicã:& ita dicit
Bartol.consil.xlij.visa inquisitione. Corn.consil.
lxviij.placet mihi in primo.Ias.in l. post dotẽ. ff.
sol.matrimo.& sequũtur moderni in d.l.si eman
cipati.vbi respondent ad quasdam rationes Bar-
thol.Veronen.cautel.cxx.incip.his quæ in iudi-
cio.de quo dic vt per eos. [Et melius quàm alibi
Cor.consi.ccviij.quanquam in lib. iij. & consil.
cciij.quanquam videatur.vers.nec obst.adducta
in contrariũ.eod.lib.] Limitaui istam opinionẽ
in contingentia facti,quando testator legasset fi-
liæ suæ Titiæ vnum florenum pro legitima iure
naturæ sibi debita:nã per ista verba videtur pro-
bari q esset legitima,& in potestate, ex quo non
possent verificari in filia simpliciter naturali, qa
illi non debetur aliqua legitima iure naturæ. §. si
quis autem.in auth.quib.mod.nat.effic.sui.not.
in auth.nouissima.C.de inoffic. testa.Et illa ver-
ba,iure naturę,posita ad executionem legati,de-
clarãt confessionẽ patris, qualiter asserebat eam
legitimã,prout in simili dicit Bald.in l.eã quam.
in pen.ehar.vers.sed pone quidã.C.de fideicõm.
vbi aliquis legitimans filiã,nõ obstante l.qui cõ-
tra.C.de incest.nuptijs.videtur fateri eã esse ince
stuosam. Et ex supradictis apparet, q quãuis pa-
ter asserat aliquẽ esse filiũ suum, non tñ propter
hoc præsumitur legitimus, nisi in casu authen. si
quis liberos.C.de natur.liber.Et hoc infertur ad
testes dicẽtes,qualiter Titius tractabatur pro filio,
& ita fuisse reputabatur, q non subaudiatur pro
filio legitimo:licet Decius consi.liiij.in causa do
mini Antonij consuluerit contrariũ, allegando
gl.in c.lator.in gl. pen. & ibi Iac. de Sopis. j.qui
filij sint legiti.& Bart.in l.filium.ff.de his quæ in
testa. vbi formando verba articuli tractatus filia-
tionis,nihil dicit de legitimitate. Sed ista sunt le
uia,& gl.in d.c.lator.probat contrarium, & Bar.
in dicto suo pręsupponit cætera habilia,vnde nõ
est recedendum à prædicta opinione.

SVMMÆ.

2 *Comitatum liberum præsumi.*
3 *Feudale esse ex causis videri.*

PRÆSVMPTIO III.

TERTIO præsumitur † quælibet res esse 1
A allodialis & libera, non autem feuda-
lis vel emphyteutica: quia ab origine
sui, omne prædium censetur liberum
à qualibet seruitute.l.altius.C. de seruit.Et eccle
sia præsumitur habere aliquem patronum, præ-
ter episcopum, quo ad ius episcopale, vt dicunt
Inno.& Bal.in c.venerabilis.j.de except.Et pro-
pterea infertur, quod si sit aliquis † Comes sub 2
dominio Regis,in dubio pręsumetur habere co-
mitatum iure proprio,non autem tanquam feu-
B dalem,vt dicunt Hostien.& Ioan. And.in c. fi. in
verb.respondeo.s.de iudic.& in c.nimis.vbi An-
to. de But. idem notat. j. de iureiur. de quo per
Alexand.in d.consil.xv.in v.vol.Cardi.Alexand.
in rub.feudo.versi.xv.Ias.in d.l.si prius.cum con
cord. [Quòd quælibet res præsumatur in dubio
allodialis,libera,& non feudalis, adde Alex.con
sil.cxxix. ponderatis his in primo volu. vbi alle-
gat concord.& consi.lv.prospectis his.vers.circa
aliud dubium quo queritur.in iiij.Decius consil.
C cccclxviij.superiori anno & in consil.ccccxcviij.
viso casu.vbi dicit feudum nõ præsumi,nisi pro-
betur:& allegat concord.& consi.cccclxxxviij.
viso puncto.& consi.ccccxxiiij. proponitur egre
giè Paulus de Cast. in consil. clxxix.in causa quã
magnificus.in primo vol. nouissimorum.] Et li-
cet talis Comes seruitia Regi præstiterit, præsu-
mitur ea simpliciter & tanquam suo superiori fe
cisse,non tanquam domino feudi.facit text.in l.
non dubito.vers.hoc enim adijcitur. ff.de capti.
D & text.in Clemen.pastoralis.versic.eo modo.de
reiudica. nisi fecisset aliquos actus, qui propriè
essent de natura feudi, prout est petitio inuesti-
turæ.c.j.§.si verò. quid sit inuest. in vsib. feud. Et
istud intellige † quando facti fuissent plures a- 3
ctus, iuxta not. in l. si certis annis. C. de pact. &
declarat Card.in dicta rub.Et hæc sit prima limi-
tatio. Fallit secundo, quando fama esset quòd
talia bona essent feudalia, & essemus in anti-
quis:quia tunc fama plenè probat, vt habetur in
E c.veniens.j.suprà de testi.& in c. quid sit nouale.
j.de verbo.signi.Et ita dicit Alexan. in dicto con
sil.xv. vbi dicit idem esse si probaretur per verba
narratiua principis,iuxta Clementi.j. de proba-
tio.vt ibi per eum. [Quòd fama plenè probet
in antiquis, vltra concordantes amplè traditas
per Felin.in d.c. veniens. vide Romanum consi-
lio ccccxiiij.circa propositum.in fi.& consil. cix.
in proposita consultatione. Alexand. consil.xvj.
in quinto volumine.& consil.xij.in nomine do-
F mini. in iiij. & consil.lxxv. visis. eodem libro. &
consilio iiij. videretur inspectis. & consil. ccviij.
viso summario. in ij. volumine. Curtium senio-
rem egregiè consilio lxix.Christi nomine.vbi al-
legat concord. & consilio lxxvj. super motiuis.
Deciũ consil.xlij.diuino implorato præsidio. &
pro facultate mea.& consi.ccccxxviij.viso consi.
vbi copiam amplissimam concordantiũ allegat.
& tandem attestatur communem Ias. in l. præ-
tor ait.§.prætor ait. ff.de eden.& in l. cũ ea quæ.
in fi.C.de transf. & plenius in l.cũ aliqs. vbi alle-

gar concord. C. de iure deliberand. & Decius in l. ex his. C. de testa. milit. Curtium iuniorem in consil. xvij. licet per celeberrimos. & per Hippol. de Marsil. in l. de minore. §. plurimũ. versic. item fama in antiquis. ff. de quæst. vbi multa egregiè tradit. & in rub. de probat. versi item pro prædictis etiam facit, & sing. cccccv. antiqua, &c. & Soci. fallentia clxxxvij. fama. Ex quibus locis etiam colliges, quantum temporis debeat ascendere illud antiquum, an quadraginta annis, an verò centum, aut tantum temporis quòd non sit memoria in contrarium.] Fallit tertio, quando constaret in genere quòd aliquis haberet bona feudalia talis domini, & requisitus à domino vt ostenderet pro quibus bonis præstaret homagium, hoc non faceret: nam tunc omnia præsumuntur feudalia, vt dicit Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versi. lxij. Iacobus de Beluisio Card. & Bald. in c. vasallus. j. si de feudo fuerit controuers. inter domi. & agna. Bal. in c. j. de vasall. qui contra constit. Lotharij. & in c. j. §. insuper. de prohib. feud. alien. per Fed. Alber. de Ros. in l. si certis annis. C. de pact. & in l. plures apochis. de fid. instru. Alberic. & Fulg. in l. Titius. ff. de actio. empti. Iason. in l. ij. in xiij. quæstion. C. de iur. emphyt. quod intellige & declara vt per Card. in d. c. vasallus. & per Bald. consi. ccxxv. in j. vol. Fallit quarto, quando probaretur quòd antecessor habuisset illa bona in feudum: quia præsumuntur eodem iure peruenisse ad hęredem, secundum Bald. in l. si cuius. ff. de vsufru. & And. Sicul. consi. xviij. in ij. vol. Fallit quinto in ecclesia,
4 quæ cõcedit iurisdictiones † vel pensiones: quia in dubio censetur concedere in feudum, vt est text. in c. ad audientiam. vbi Bald. infrà de præscrip. sequitur Iaf. in d. l. si prius. Et potest esse ratio, quia de natura rerũ ecclesiasticarũ est, vt non alienentẽ, si facilius infeudentur. c. j. qui feud. dare possunt. vnde potius præsumitur infeudatio: quod non est in rebus laicorum. Cogita tamen, quia ille text. in d. c. ad audientiam. non videtur ponere aliquid speciale in ecclesia: & procedit ista limitatio, quando constat q, concessio ipsius rei fuisset facta per Ecclesiam, & q, ecclesia præsens erat in possessione: alioquin, eo ipso q, soluitur aliquid ecclesiæ in signum subiectionis, non sequitur quòd sit feudum, vel emphyteusis: quia in dubio præsumetur potius simplex census, vt dicũt Alber. & Moder. in l. ij. C. de iur. emph. & potuit ille census fuisse impositus à domino rei in
E fauorem ecclesiæ, non quòd res à principio fuisset ecclesiæ: quod nota.

SVMMÆ.

2 *Clericatum præsumi satis non esse.*
3 *Clericatus probatio.*

PRÆSVMPTIO IIII.

1 QVARTO Præsumitur quis non esse † baptizatus, nisi probetur. c. paruulos. de consecrat. distinct. iiij. Eodem modo non præsumitur ecclesia consecrata. de consecrat. distinct. prima. c. solennitatem.
2 Nec præsumitur † quis ordinatus. lxviij. distinct. c. presbyteri. & ibi glos. ponit istos tres casus. Et hoc facit ad quæstionem de defuncto sine hærede, cuius bona tanquam vacantia petũtur à fisco principis: & episcopus dicit, quòd imò pertinẽt ad fiscum ecclesiasticum: & probat, quia talis erat clericus, quod præsumebatur ex quasi possessione clericatus, quod præsumebat ex habitu, qa erat indutus more clericorum. Domi. de Sanct. Gemin. in c. si iudex. §. fin. j. de senten. excommunica. in sexto, tenet quòd istud non sit satis, imò nisi episcopus † probet veram ordinis collatio-3
nem, non obtinebit. Et ratio potest esse, quia ista quasi possessio repugnat origini, vnde non releuat ab onere probãdi, per supradicta. Sed aduerte: quia videmus, quòd ista quasi possessio aliquã
A do releuat à tali onere, vt in dicto c. si iudex. vbi iudex depræhendens aliquem in tonsura, non debet compellere vt probet clericatum, sed debet remittere ad iudicem ecclesiasticum. Vnde dic, quòd alia ratio est, videlicet, quia vbi in aliquibus necessarius est titulus, nec possessio † eti 4
am longissima aliquod ius tribuit, prout est in casu nostro semper debet titulus probari. c. cùm adeò. de rescript. c. ex literis. de transactio. Nec possessio † transfert onus probandi. arg. c. ad decimas. de restit. spol. in vj. Fallit, vbi ageretur de
B modico præiudicio, vt quia essemus in præparatorijs iudiciorũ. ita procedit tex. in d. c. si iudex. & declarat Bal. in l. non ignoras. C. qui accus. nó poss. & est de mente Angeli in d. l. si priùs. & facit text. de consecra. distinct. iiij. c. si eos.

SVMMÆ.

2 *Ciuile ius Canonibus potius ex causa.*
4 *Spũrietatem præsumi. 6.*
5 *Concubinatui requisita.*

PRÆSVMPTIO V.

QVINTO Matrimonium † non præ- 1
sumitur ex cohabitatione, sed potiùs fornicatio. xxx. q. v. c. aliter. secùs, de iure ciuili, per l. in liberæ. ff. de ritu nuptiarum gloss. in l. in concubinatu. ff. de cõcubinis. Sed difficultas † est in 2
practica, nunquid quo ad successionem filiorũ,
D qui inde procreati sunt, saltẽ attendamus dispositionem iuris ciuilis? Et Baldus singulariter in c. ex transmissa. de restitu. spol. & in l. & si cõtra. C. de nupt. dicit quòd sic, licet Canonistæ non consentiant: quia quum ad ius Canonicũ pertineat principale, ergo & quicquid ex eo sequitur. c. lator. qui filij sint legitimi. c. tuã. de ord. cognitio. & facit text. in c. de prudentia. j. de dote post diuor. restit. Et isti rationi Bald. non respondet: & eandem opinionem videtur tenere Abbas in di-
E cto c. lator. Sed aduerte, quia in contrarium fortiter obstat supradicta ratio posita per Bal. quã cõfirmo per doctrinã Abb. cõuniter approbatam in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. vbi concludit, quòd quando lex ciuilis procedit, præsumendo circa actũ spiritualem, nó valet, etiã si lex canonica illi nõ aduersaretur, vt ibi per eum, & moder. Si ergo d. l. in liberæ. nihil valet, certè nõ debemus eam fouere quo ad successionẽ filiorum. Sed tamen puto primã opinionem, quæ est fauo-
F rabilior, esse veriorem: & considero, q, ratio cur lex Canonica non præsumat matrimonium, est, quia cùm simus in dubio peccati, capit præsumptio tutior pro anima, & sic, q, sit peccatũ. ita dicit gloss. in d. c. aliter. & not. in c. vnicã de scruti. ab ord. faci. Sed ista ratio nó militat, nisi respectu ipsorũ principaliũ: ergo lex Cano. corrigens ciuilem, ex aliqua ratione nó debet extendi, nisi quatenus infert dicta ratio. l. adigere. ff. de iure patr. per Ioan. And. in c. fi. de cõsuet. & per moder. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Et sic resultat

resultat manifesta differẽtiæ ratio inter principa-
3 le & accessorium, quo casu accessorium † nó imitat naturã principalis. l. & si is. C. de præ. minor. & d. l. in liberę. satis videtur approbata à iure Canonico, quo ad filios, ex quo ratio correctionis
4 nó infert nisi quo ad principale. Sed circa † hanc præsumptionẽ contingit pulchra dubitatio. Nã dato q, præsumatur fornicatio, an intelligemus de concubinatu, an de stupro? & sic, nunquid filij inde nati erunt naturales, an verò spurij? Et videA tur dicendũ, quòd deberent præsumi naturales simpliciter: quia vbi concubitus est inter solutũ & solutam, filij inde nati sunt naturales. c. innotuit. ẽ. de elect. notatur in c. tanta. j. qui filij sint legi. Sed istud posset procedere, attento communi vsu loquendi, vel etiam, (vt arbitror) attento iure Canonico simpliciter. [Vide Bald. post Ioan. Andre. in c. nisi cum pridẽ. de renunt. & cõsil. cxxix. factum proponitur. in secũdo vol. & Ioan. Bapt. in l. si qua illustris. ad Orfitia. C. & egregiè in pulB chro casu consuluit Stepha. Bertran. consil. xxvj. ex processu. in fecundo volumine, nouissimorũ.] Sed de iure ciuili, ad hoc quòd aliquis sit naturalis, & sic capax successionis paternæ, requiritur quòd sit natus ex concubina. Et ad hoc quòd di-
5 catur † concubina, multa requiruntur: videlicet, q, sit solutus cum soluta, ita q, inter eos posit esse matrimonium: & q, sit retenta diu in domo in habitu concubinę, quę parum distat ab vxore: & q, sit vnica concubina. & probatur in §. si quis au C tem defunctus. in auth. quib. modis natu. effi. sui. & in l. iij. ff. de concubinis. & ita dicit Specul. in titul. de succes. ab intest. §. j. versi. nũc de naturalium. Idẽ voluit Ioan. And. in rub. qui filij sint legit. in addit. Spec. in pri. & Signorol. de Homod. consil. ccxxj. factum sic se habet. Abbas in d. c. innotuit. & est de mente Bar. in l. fin. ff. de concubinis. & in l. fin. in prin. ff. de his quibus vt indig. & per Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia. Abb. in d. c. per venerabilẽ. & in d. c. tãta. D Ioan. Bapt. de Sanct. Seueri. in repeti. l. si qua illustris. C. ad Orfitia. [Vltra hic allegata idem tenet Bald. in l. fin. C. de natur. lib. & consil. ccvj. casus talis est, quidam A. lib. iij. Oldrad. consil. cxcvj. factum tale est. Nicol. de Vbaldis in tract. suc. ab intest. circa prin. versi. secunda species librorum. & Mathesil. in tract. success. ab intest. versi. secundũ membrum. Ange. Aret. in §. fin. Instit. de nuptijs. Mart. Laud. de Caza. in tract. legit. versi. in Christi nomine amen. priusquã, &c. vbi melius quàm E alibi. & Præpos. in c. lator. qui filij sint legitimi. Angel. consil. ccxxiij. pro decisione. & Alexand. consil. lx. visa legitimatione. & consi. clxxiij. super eo de quo quæritur. lib. v. & Corn. consil. ix. memini. lib. iiij. vbi alleg. concor. & Steph. Bertran. consi. xxvj. ex processu libro secũdo. Et propterea filij, quos aliqui habent ex seruitricibus suis licet non coniugatis, dicuntur spurij, nõ naturales, vt dicit Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & Alberic. de Ros. in rub. C. de natura. F lib. in prin. vbi dicit, q, de hoc fuit magna quæstio in prouincia: & dicit Baldus in consil. cclxij. recordor me cõsuluisse in primo libro, quòd pauci sunt verè naturales, propter multa quæ requiruntur ad concubinatum. [Ideo consuluit Oldr. consil. cxcvj. factum tale est. in nobili qui cognouit pauperculam mulierem, quæ solebat portare aquam de fonte in domum nobilis, & conducebat operas suas ad messes, & viuebat de laboribus manuum suarum: & illi mulieri nobilis nó prouidebat, nisi de duobus annis in tunica, & duas vel tres talmatas bladi omni anno ad ipsius mulieris sustentationem: quòd nati ex tali muliere paupercula, & illo nobili, non sunt dicendi naturales liberi, sed spurij, quia (vt suprà dictum est) oportet quòd sint ex muliere in schemate concubinæ sociata, & quòd concurrant illa quæ suprà recitauimus.] Facit quod not. Angel. in §. sed & aliud. in authen. quibus modis natura. effi.
A legit. vbi dicit, quòd ad hoc vt filij legitimentur per modum traditum ibi, & per textum, in auth. si quis liberos. C. de natur. lib. requiritur quòd sint nati ex concubina matrimonio digna, secundum supradicta: & sequitur Cardi. Alexand. in c. per venerabilem. j. qui filij sint legitimi. Et verum quòd ad hoc quòd legitimentur per subsequens matrimonium, istud non procedit de iure Canonico c. tanta. qui filij sint legit. latè Decius consilio clv. & ius Canon. isto casu attenB ditur, ex quo agitur de dependentijs matrimonij, quod est quid spirituale, vt ibi per eum. Ex supradictis ergo habes † quòd filij in dubio præsumuntur spurij, non autem naturales. Est verum 6
quòd cõtra supradicta obstat text. in l. si quis ingenuam. cum gloss. j. ff. de capti. & postlim. reuer. vbi filij quos quis habet ex serua, dicuntur naturales. facit l. ij. C. si mancip. ita fuer. alie. & gloss. in d. l. si quis ingenuã. intelligit illum text. quando nó fuerat retenta in concubinatum. Sed ego
C puto d. gl. nó esse veram: quia filij nó dicerentur naturales, nisi ista ancilla fuisset habita sub nomine concubinæ. arg. l. fi. C. commu. de manumiss. Et ita tenent Aret. consil. xlviij. in primo dubio. Ioan. Bapt. de Sanct. Seuer. in d. l. si qua illustris.

SVMMÆ.

1 *Excommunicatum olim, hodiè non præsumi ex causis.*

PRÆSVMPTIO VI.

SEXTO Qui fuit excommunicatus, 1
præsumitur etiam hodie excommunicatus. c. sicut nobis. vbi Abb. infrà de senten. excommuni. c. proposuit. vbi gloss. de cler. excommu. Rota in xj. decis. tit. de probat. in antiquis. [Vide Anch. consil. lxiiij. incip. in Christi nomine, &c. motiua iudicis. Fel.
E in c. scribam. de præsumpt. in antiq. Bochum Codega in c j. versi. etsi sit difficile. de iudi. & Nicol. Euerardum in centuria locorum legalium, loco de tempore ad tempus.] Limitat † hanc conclu- 2
sionem Abb. ibi, vt procedat in excommunicato simpliciter: secùs si excommunicatio fuerit conditionalis: puta, excommunico te, nisi decem Sempronio intra mensem dederis. Nam ex quo potuit illa decem dedisse, non præsumetur excommunicatus quo ad tertium agentem: secùs
F quo ad ipsum Sempronium. de quo in c. super his. per Innoc. de accusat. Adde pro hac limitatione quod not. Lapus allegat. cxxvj. incip. quidam incarceratum. vbi si accusatur clericus tanquam excommunicatus, quia celebrauit in parochia aliena, iuxta Clementi. j. de priuileg. & hoc probetur, non tamen poterit condemnari, quia potuit hoc cum licentia facere. Sequuntur Anto. de But. & Imol. in dicto cap. super his. Et licet Decius in l. non hoc. C. vnde legit. reprobet, ex eo, quia intentio actoris videtur fundata, iuxta

gloss.

gloſſ.in l.ij.ff.de appellatio.recip.quã not. Matheſ.not. xix. tamen puto deciſionem poſſe ſuſtineri: quia cùm ſimus in criminalibus, debet accuſator † concludenter probare crimen factum reſpectu tertij. Nec iſta ſimplex præſumptio, q̃ non habuerit licentiam, ſufficiet.l.fin.C. de probat. niſi eſſet præſumptio quam lex etiam in criminalibus approbaret, puta, quia valde efficax & violenta, vt per Abb. in c. inſinuatum. ĩ. de ſimo.in c.accedens.de accuſ.& not.per moder.in A c.afferte.de præſump.& per Bald.in l.ſiue poſſidetis.C. de probat. Et ſecundum iſtam ſaluationem reſtringo ſupradictam limitationem Abbatis. Secundò limitat ibi Abbas, quando iſte cõmuniter reputaretur pro abſoluto: nã tunc, quantùm ad alios ſecum contrahentes, nõ haberetur pro excommunicato, vt per eum. Tertiò limitat, quando allegaret abſolutionem, & diceret ſe perdidiſſe inſtrumentum, & lapſum eſſet longum tempus, & talis eſſet bonæ conditionis. argu.c.illud. Adde text.in l.ſicut.C.de fid.inſtru.in l.teſtium.C. de teſtibus. in c.j. quid ſit inueſt. in vſib.feud.vbi Bald. Quartò limitatur in caſu notabili, quẽ refert Cinus in l.edita.C. de eden. vbi dicit, quòd ſi aliquis excipiendo dicat electionẽ nullam, quia electores antè fuerant excommunicati, talis exceptio non releuabit, quia non fiet interpretatio, quòd quo tempore elegerunt, eſſent excõmunicati: de quo dic vt per eum: & de iſta doctrina infrà dicam verſ.xij.

SVMMÆ.

2 *Malum olim hodie in caſibus non videri.*
3 *Falſans vnum reliqua falſaſſe non præſumitur.*

PRÆSVMPTIO VII.

SEPTIMO Præſumitur qui olim fuit malus, etiam nũc malus. regula ſemel malus de reg.iur.in vj. de qua per Hip D pol.ſing.lxxiiij. Et ex hac regula infert Sal.in l.ſi.C. de quæſt. quòd vbi plures fuerũt in 1 rixa, & reperitur vnus vulneratus † poterit iudex deuenire ad torturam cõtra illum, qui aliàs ſimile delictum commiſerit, per dictam regulã, quam ſequuntur modern. in l.j. in princ. ff. de quæſt.[Vult allegare Hippol.de Marſ.quem etiã vide in ſingul.ccxvij.incip.ter vel quater. Ex hac regula etiam inferunt Goffred.Io.And.Imol.Panor.& alij, in c.ſcribam. per illum tex. ĩ. e. quòd E qui ſemel malè & negligenter ſtuduit in iure Canonico, præſumitur quòd malè ſtudebit in iure ciuili. & uide Nicol. Euerardum in centuria locorum legalium.in loco de tempore ad tempus. Accedat quod voluit gl.notab. in l. lege Cornelia.ff.ad Syl.vbi Bal.& Lud. Rom. & Bal.in l.iij. C.de epiſ.audient. Ang. Are.in tract.maleſ.in verbo, fama publica.verſ.quarto notandũ. & Hipp. Mar. in l.maritus. ff. de quæſt. q̃ licet quis aliàs veniret relaxandus fideiuſſoribus ex aliquo delicto, nec veniret incarcerandus, ſi tamen aliàs ſemel de carceribus aufugit, carcerandus eſt, & diligenter cuſtodiendus, & per hoc perdit beneficium l.j.ff.de cuſt.reor. bene faciunt quæ amplè cumulat Feli.in c.ad abolendam. extra de hæret. & latius in c.ſcribam.de præſum.vbi etiam ſubijcit, quòd ſemel hæreticus, præſumit ſemper hæreticus. Et de hac regula, ſemel malus. vide omnino Bar.& Doct.in l.ſi prius.in quinta oppoſ. tertiæ partis principalis.ff.de no.op. nun. ibi, locus ordinarius.& vide notabile cõſilium Lud.Ro.in conſ.liiij.uiſis circa id ante finẽ.] Limita † primo 2 hãc regulã, vt intelligatur in eodẽ genere mali, vel illi ſimili.l.ſi cui.§.j.de accuſ.l. non omnes. §. à barbaris.ff.de re mili.Iaco. de Beluiſ. in diſput. ſua, quam poſuit in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamen. & eam ad literam refert Alberic. de Roſ. ibi. & Anchar. in d.regula, ſemel. & Lucas de Pen. in l. quemadmodum. C. de agricolis & & cenſib.li.xj.& ita etiam limitat Bart. in l. Caſſius.ff.de ſenat.Bald.& Imol.in l.fin.ff.de hæredibus inſtit.Ioan.de Anania in c.P.diaconus.de homi.Felin.in c.cùm in iure.in prin.ſ.de officio delegati.Alexander conſil.v.in princip.& conſilio. lxxvij. verſicul. quintum. in princip. & conſilio cxliiij.poſt redditum. in ſecundo. [Quod videre poteris cum varijs concord. per Hippol. Marſ. conſil.xv.æterni numinis.& conſil.lxxvij.dominus labia.] Adde tamen, quòd qui eſt malus in B vno habet contra ſe non modicam ſuſpitionem quòd ſit malus in alijs, propter magnam connexitatem quam habent vitia inter ſe: & probatur à fortiori in c. ſi gens Anglorum. lvj. diſtinctio. vbi ex vna ſpecie delicti paterni, præſumuntur filij laboraturi pluribus & diuerſis delictis. Secũdo limitatur quando aliquis ſtetiſſet probus & abſtinens ab illo delicto per aliquod tempus, ſaltem per trienniũ. §. hinc autem nobis. in authenti. de monachis. & ibi Angelus Salicetus. in l. fina. §. ſi fundum. lo j. ff. qui ſatiſdare cogantur in C l.ſi minorem. de in integra reſtitutione mino. Ludouicus Romanus conſilio ccxxv. Iaſon in l. ſi prius.ff.de oper. noui nuntiatio. [Faciunt multa egregia dicta cumulata per Iaſ.in l. in arenam. C. de inoffic. teſtamen. vbi multa congerit de eo quem pœnituit, & effectus eſt vitæ melioris. vide omnino. Adde, quòd iſta limitatio eſt intelligenda, quando talis delinquẽs feciſſet magnam pœnitentiam, puta, quia ingreſſus religionem, prout loquitur ille textus vel quando probaretur pluries eueniſſe illi occaſionem ſimilis mali faciendi, & tamen eum abſtinuiſſe, ſecundum Iacobum de Beluiſio in dicta diſputatio. Tertiò limitatur, vt non procedat in delictis quæ per naturam ſeu ætatem alterantur: licet enim iuuenis fuerit libidinoſus, non præſumetur idem vitium in ſene. & ita eſt de mente Bartol. in dicta lege, Caſsius, & in dicta lege, ſi cui. §. ijſdem. argumento l.ſpadonem. §. qui abſolutus. ff. de excuſatione tuto. & per Feli. in d.c.cùm in iure. & not. in c.cũ E in iuuentute ſua. de præſumpt. Quartò intellige iſtam regulam reſpectu futurorum: quia qui fecit aliàs delictum, præſumitur ſimile in futurum facturus: ſed reſpectu præſentis, iſta præſumptio non facit plenam probationem, ſed ſuſpicionem tantùm, prout dixi per dictum Salic. in d.l.fina. C. de quæſtio. & ita voluit Iacob. de Beluiſ. in d. diſput. Et hoc facit ad quæſtionem de Notario qui fuit condemnatus, quia confecit † 3 F vnum inſtrumentum falſum: nunquid cætera etiam præſumuntur falſa? Et videtur dicendum q̃ non, per iſtam limitationem: licet in futurũ poſt condemnationem non poſſit alia facere. ita tenent Innoc. Abb. Imol. Ioan. de Ana. & ibi latè Feli. in c. fraternitatis. ĩ. de hæret. & fuit quæſtio aliàs diſputata, vt per Alberic. de Roſar. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſorib. [Vide Iaſ. in l. ſi ex falſis. ad fi. C. de tranſact. Adde fortius, quòd licet Notarius ſemel de falſo condemnatus, non poſſit alia inſtrumenta conficere, poterit tamen præterita,

rita, de quibus fuit rogatus, perficere, ſeu in publicam formam redigere, ſecundum Bart. in l. ad teſtamentum. §. j. ff. de teſtam. refert & ſequitur Iaſ. in l. Barbarius Philippus. verſi. iuxta præſentem materiam. de Notario. ff. de offi. prætoris. vbi alleg. concord. & in l. prætor. §. j. in fin. ff. de eden do. & Felin. in d.c. fraternitatis. in vj. fallentia. Et quòd Notarius committens falſum, & condemnatus de falſo in vno, non poſſit in futurum alia inſtrumenta conficere, vltra hic allegata vide am A pliſſimas concordantes per Hippolytum Marſ. ſingul. dxciij. ſcis quòd notarius. Illud tamẽ mentis commenda quod tradit Baldus in l. in fraudẽ. §. ſi quis. ff. de teſta. milit. refert & commendat Hippol. Marſil. ſing. dlxix. pia cauſa. in fin. quòd vſqueadeò Notarius ſemel de falſo damnatus prohibetur in futurum inſtrumenta conficere, vt etiam ſi pro pia cauſa inſtrumentum ſeu teſtamentum ſcripſerit, non valeat, nec ſibi credatur. quod nota.] Quinto, dicta regula non procedit B in crimine occulto: quia non præſumitur aliquis ſimile facturus, imò præſumitur facere pœnitentiam de eo. Et eſt ratio, quia in occultis ſemper capimus interpretationem in meliorem partẽ. vj. quæſt. j. c. ſi omnia. & c. ex tuarũ. ĩ. de ſortileg. & per Iacob. de Beluiſ. in prædicto loco.

SVMMÆ.

2 *Vitæ probandæ modus.*

PRÆSVMPTIO VIII.

3 OCTAVO Præſumitur † qui fuit bonus, etiam nunc eſſe bonus. c. mandata. de præſump. quia ex tranſacta vita † addiſcimus quid de ſequenti conuerſatione præſumamus. ſa.tex.in l.non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. [Adde Alex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. Hippol. in l. maritus. de D quæſt. & conſi.lxx.] Limita iſtam concluſionem quinque modis, vt per Feli. in c. cum in iure. in prin. de offic. deleg. & in c. final. de præſumpt. Dic vt ibi, & aliquid dicetur in regula ſequen.

SVMMÆ.

2 *Raptum ex cauſſa non puniri.*

PRÆSVMPTIO IX.

1 NONO Præſumitur vidua † fornicatrix, idem feciſſe marito viuente. §. fin. in authen. de reſtit. & ea quæ parit. facit l. ſi hi qui. C. de adult. vbi accuſati de adulterio, & liberati prætextu conſanguinitatis, ſi deinde contrahunt matrimonium, præſumuntur priùs adulterati. Ad idem quod not. Paul. de Caſt. conſil. ciij. viſo dicto ſtatuto. vbi ſtatutum puniens raptorem † mulieris, non habet locum in eo qui ra- 2 F puit mulierem quæ aliàs fuerit tacta, vel laſciuiter fuerit oſculata: quia talis non præſumitur rapta per vim: de quo per Albert. de Roſ. in tertia parte ſtatutorum, quæſt.xxxij. cum concord. per aliquos moder. in l. maritus. in fin. ff. de quæſtio. [Vult allegare Hippol. & vide eundẽ ſing.lxxiiij. tu habes. & in rub. de fideiuſſ.] Et ex his etiam inferrur ad id quod notabiliter conſuluit idem Paul. conſil. cxliij. reuocatur in dubium. in ij. vol. vbi diſpoſitionem legis volentem quòd uxor per adulterium perdat dotem, ampliat etiam in vidua ſtuprum committente. † refert & ſequitur 3 Iaſ. in l.ij.ff.ſol.matr. Et ratio eſt, quia vidua dicitur eſſe in matrimonio, ſaltem fictè, per interpretationem l. ſororem. C. de his quibus vt indig. & ibi Paul. de Caſt. idem tenet, & in l. fideicommiſſum. C. de fidecommiſſ. Sed vltra rationes Pauli de Caſtr. ibi poſitas dic, quòd facit ſupraſcripta præſumptio, quòd ex tali ſtupro commiſſo in vi duitate, præſumitur idem feciſſe in matrimonio. A d. §. penult. Nec obſtat fundamentum Alexand. in d.l. ſororem. contrarium tenentis, dum dicit, quòd iura pœnalia † non debent extendi de caſu 4 vero ad fictum. ca. odia. de regul. iuris, in ſexto. Nam reſpondeo, quòd non ſit aliqua extenſio, ex quo iura loquuntur de adulterio, de quo etiam nos loquimur: quia lex præſumit adulterium factum viuente viro, per ſupradicta. Nec obſtat quòd in materia criminali requiruntur aperti ſi mæ † probationes, nec ſufficiunt præſumptio- 5 nes. l. final. C. de probat. quia illud procedit, vbi ageretur de pœna corporali: ſecùs ſi de pœna pecuniaria, prout eſt in caſu noſtro, vbi ageretur de amiſsione dotis ſimpliciter. Et ita illam legem limitant Ludo. Bononien. in conſil. xlix. in addit. conſiliorum Ioan. de Ana. pro quo facit quod notat Bald. in l.iij. C. ad leg. Iul. maieſt. & videtur de mente gloſſ. prout eam declarat Imol. ibi, in c. veniens. j. ſ. de teſtib. circa quod dictum Imol. C vide moder. Peruſ. in c.j. ĩ. de appel. & facit tex. in c. teſtimonium. ſuprà de teſtibus. Et ſic poteſt defendi prædicta deciſio. Ego tamen non puto eſſe verum: & in contrarium vrget text. in d. §. fin. vbi text. præſupponit, quòd ſi mulier fornicetur vltra tempus luctus, quòd non incidat in pœnas impoſitas tranſeuntibus ad ſecundas nuptias, de quibus in l. j. C. de ſecundis nupt. & hoc tenent gloſſ. & Angel. ibi expreſsè in d. §. final. & not. in auth. eiſdem. C. de ſecund. nupt. Et inter cæteras pœnas, eſt etiam diminutio dotis vt habetur in d.l.j. Nec obſtat prædicta præſumptio, quia alia non conſtito, non eſt ſufficiens ad faciendum principaliter aliquem condemnari ſuper crimine præſumpto, vt in ſimili dixi ſuprà in ſeptima præſumptione, in quarta fallentia.

SVMMÆ.

2 *Periuris vetita.*

PRÆSVMPTIO X.

E DECIMO Præſumitur q̃ ſemel fuit 1 periurus, adhuc facturus † periurium. xxij. quæſt. v. c. paruuli. c. literas. in fin. ĩ. eod. Vnde qui ſemel fuit periurus † perdit beneficium 2 probandi per iuramentum, ſecundum Rom. & repet. in l. admonendi. de iureiur. facit quod notat Felinus. in c. ex parte. de teſtibus. c. ad reprimendum. de offic. ordina. in c. paſtoralis. verſic. ſecundo limita. de except. Et faciunt multa ſimilia, de quibus per Bald. in auth. cui relictum. verſic. attende. C. de indic. vidui. rell. Ang. in l. qui iudicio. ff. de accuſ. gloſſ. & ibi Rom. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. Paulus de Caſt. in l. i. C. de proba. Moder. in l. maritus. ff. de quæſtio. [Vult allegare Hippol. Marſ. qui ibi egregia ſimilia cumulat: & vide eundem latiſsimè ad dotem huius præſumptionis, in rubric. de fideiuſs. & in conſil. lxxviij. ſalus omnium. & ſing. lxxiiij. tu habes

habes regulam vbi multa cumulat: & aliqua per Felin.in c.per tuas.extra de simon. & per Nicol. Euerardum Præsidem, in centuria locorum legalium, in loco de tempore ad tempus.] Et ex hoc infertur,quod non creditur testi qui aliàs perhibuit falsum testimonium: de quo in c. testimonium.s. de testi. Et videtur quòd talis testis periurus non faciat indicium nedum ad torturam, sed nec ad informandam inquisitionem. c. sicut nobis.in fin. s. de testib. Et ita consuluit Raph. Fulg.consil.clxxiij.& consil.cvij. & Decius cõsi.
3 clxxxix.Et licet dictum socij † criminis faciat indicium ad capturam, & ad formandã inquisitionem, & in aliquibus casibus ad torturam, vt habetur per August.de Arim.post alios in tract.malefic.Ang.in verb. fama publica. tamen istud nõ est in periuris, in quibus deficit fundamentũ testium,videlicet fides ipsa.d.c.testimonium.& d. c.sicut.quod singulariter nota.

SVMMÆ.

1 *Inimico an standum,arbitrarium.*
2 *Inimicum olim,hodie non esse in casibus præsumi.*

PRÆSVMPTIO XI.

SECVNDECIMO Præsumitur etiam hodie inimicus, qui olim fuit inimicus.l.in ipsius.vbi Bald.not. C.fam. erc.Innoc.in c.cùm oporteat.de accus.Salic.& Alex. in l. iij. ff. de testi. Bald.in l.ex persona.C. de probat. Et propterea infert Aret. in c.j. de iudi. quod cùm aliquis litigat contra alium, ex quo præsumitur inimicus, non poterit contra eum dicere testimonium etiam lite finita, quia præsumitur inimicitia durare. De quo tamen dicendum est † vt ibi habetur:
1 quia communis opinio videt aliter esse,per text. in §. si verò odiosum.in authen. de testib. videlicet quòd illud resideat in arbitrio iudicis,qui ex D qualitate negotij & personarũ arbitrabitur, nũquid iste adhuc seruet inimicitiã, vt per Anton. de Butr.& modern. ibi.Et hoc resi de in iudicis arbitrio etiam asseuerat Deci. in d. cap.j. in prima lect. licet in secunda aliud concludat pro cõcordia opinionum.Et præceptor meus Francisc. à Ripa, vbi etiam dicit standum arbitrio iudicis, quanta fides sit adhibenda lite finita illi qui cõtra me litigauit. Aduerte tamen quòd opinionẽ Aretin.in d. cap.j.& clarius in c. repelluntur. de E accus. videlicet quòd indistinctè ille qui contra me litigauit, repellatur à testimonio contra me, etiam lite finita,tenet And.Barb.in d.c.j.& ibi latissimè melius quàm alius quispiã disputat Boschus Codega qui tandem tenet cum Aretino, Barbatia,& domino suo, & comprobat ineuitabilibus fundamentis,& respondet fundamentis contrarię partis notabiliter,& ampliat multimodè hanc sententiam Aretini & sequaciũ: ad quẽ
2 sufficiat remissio.] Et ex hoc † colligitur prima F limitatio,vt regula non procedat,quando iudex arbitraretur non subesse inimicitiam. Secundo non procedit, quando inimicus esset reconciliatus.d.l.in ipsius.nisi de modico tempore reconciliatio præcessisset. iij. q. v.c. accusatores. in c. per tuas. de simon. [Adde Rom.singul.cccxv.incip.Innocentius, &c.Alexand.consi.xcix.in causa inquisitionis. in primo vol. Deci. in c.j. de iudic. & ibi Boschus Codega allegat concord. & præceptor meus à Ripa, Hippol. de Marsi.singul. clxxxix.viget communiter. & in l.j. §. præterea. ff.de quæstionib.

SVMMÆ.

2 *Obligatum olim,hodie non esse præsumi in casibus.*

PRÆSVMPTIO XII.

A DVODECIMO Præsumitur qui olim fuit subditus † etiam hodie esse subditus,vt est tex.vbi Bald. & Abb. in c. præterea. ij.s. de transac.vbi si fratres confiteantur se olim fuisse subditos,condemnãtur,tanquam si de præsenti cõfessi essent. Et hoc facit pro opinione Specul. in tit. de actio. & petit.§.sequitur. versi. quid si dico. vbi tenet, quòd si in libello peto à te decẽ ad quæ fuisti mihi obligatus,valet petitio,quia etiam hodie præsumeris obligatus. Et idem tenẽt Butr. Ioan. de Imol. B & And.Sicul.in c.ij.de libel. oblat. Anchar. in c. cùm venerabilis.in vj.not.j.de except.Raph.Comen.& Iacob.de Puteo in l.certum.§.j. ff.de confessis.Raph.Fulg.in l.j.ff.de edendo.Rota in decis.cccxxv.quidam in libello.Feli.in c.scribã.de præsump. Et pro ista parte est glos. in d.l. certũ. §.j. vbi si quis confiteatur fundum fuisse actoris, præsumitur adhuc esse, nisi reus deinde probet amplius non esse actoris,& sic releuatur actor ab C onere probandi. Et illam gloss. ita declarãt Din. Alber.de Ros.& Raph. Comen. ibi, & Bald.in d. c.præterea. Contrarium tenuit. Cin. in l. ædita. C.de eden.& idem sequuntur Bal. & Angel. ibi. & idem tenet. Bart. in d.l.certum. §. j. per illam gloss. quæ, vt dixi, probat oppositum. & Angel. in l. si rem. ff. de rei vend. & Raph. Com. consil. lxxj. viso processu. Adducunt etiam rationem: quia qui fatetur de vno tempore,censetur negare de alio.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.fina.cũ gl.ff.de testib. Possent † cõcordari opinio- 2 nes, firmando opinionem Spec.& sequaciũ, pro regula quæ habet,q, olim obligatus,præsumatur hodie obligatus quam limita primo, secundum intentionem Bart.quãdo fuisset facta mentio de tempore præterito, vt excluderetur tempus præsens,iuxta c. nónne. de præsump. & quæ dixi in c.quod sedem.in primo notab.s.de offic. ordin. Nam isto casu reus ipse non censeretur confiteri de præsenti,nec posset condemnari tanquã confessus:licet,eo non probante mutationem,actor obtineret ex præsumptione legis, secundũ gloss. in d.l.certum. Et in actore in dubio nõ præsumetur facta mentio de tempore præterito ad exclusionem præsentis, ex quo per talem interpretationem petitio esset inepta.argumen.l. quoties. ff.de rebus dub.Secundo limitatur, quando ille qui fundat se ex tali præsumptione, eam non allegaret, ex quo præsumptio non allegata nõ releuat.l.si adulterium cum incestu.§. idem Pollio ni.ff.de adul.Bartol.in l.cùm quid.ff. si cert. pet. [Notabilis est regula, quòd quoties præsumptio iuris est pro aliquo, illa debet allegari ab illo, alioqui non iuuat nec releuat: pro qua vide Bartol.in l.rem alienam.ff. de pign.act. Bald. & Ange.in l.super longi.C. de præscript. lon. temp.& in l.si certis annis. C.de pact.Salic.in l.certi.C.locati.& Alex.consil. xciiij.in causa & lite vertẽte, &c.lib.ij.& consil. lxxvj.in causa & lite.eod.lib. & consil.lxix.in causa.versic.item posito. lib.iij. vbi allegat concord. & latissimè consil.xcij.viso

& opportunè.lib.v.cum simil.traditis amplè per Ias.in d.l. cùm quid. in secunda lect. & ibi latius accumulat ad huius regulę dotem Francis.Purp. num.cxxxix.vsq; ad num.clij. & egregiè per Deci. in l. non hoc. C. vnde legit. Adde vltra illos Corn.consil.xxix.lib. iiij. Hippol. in rubr. C. de probat. & vide quæ traduntur. j. præsumptione xxj.]Et est ratio,quia cùm præsumptio fundetur in dubio, debet ille in cuius fauorem introducitur,eam adiuuare quantum potest,& allegare,vt A ostendat se velle vti tali beneficio: de quo etiam dicemus infrà loco suo. Et istam limitationem sequitur Paul.de Castr. in l.si minorem. C. de in integr.restit. minor. & est de mente Alexand. in d.§.j.in apostillis ad Bart. licet Rota in dicta decis.velit contrarium: de quo etiam per Andr. Sicul.in d.ca.ij.& Felin. in d. cap. scribam. Tertiò limitatur, vt procedat illa opinio in libello, seùs in confessione partis: quia confessio est stricti iuris, nec debet vlterius extendi quàm verba B importent, secundum Rotam in prædicta decis. Butr.& Imol.in d.cap.ij.Sed ista differentia mihi
3 non placet: quia sicut libellus † interpretatur in dubio pro libellante. l. si quis intentione ambigua.ff.de iudi. ita etiam confessio in dubio interpretatur in fauorem confitentis, vt dicit Bart. in l. is qui reus. ff. de public. iud. Decius consil. clxxxix.Et ista limitatio est contra d.c.preterea. quod loquitur in confessione:& gloss.in d.l.cer- C tum. quæ secundum verum intellectum probat contra Bartolum,vt dixi.

SVMMÆ.

1 *Terminos hominis,& naturæ variè censeri.*
3 *Arbitria finium homologata probare.*

PRÆSVMPTIO XIII.

1 DECIMOTERTIO Non præsumitur † mutatio confiniũ: imò vbi olim fue D re termini,ibi etiam nunc esse præsumuntur.l.in finalibus.vbi Bal. & Floria.ff. fin. regund. & Felin. in c. cùm causam. de
2 probat.Et dicit ibi Bald. quòd termini † appositi ab homine,sunt mutabiles: termini verò à natura appositi,vt flumina,& montes, sunt æterni: & in eis quod olim fuit verum, idem etiam hodie est verum. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff.de dam.infect. [Vide supradicta cum concord. traditis per Nicolaum Præsidem in cent. locorũ E legalium, loco de tempore ad tempus, fol. lxxj. verso.Ideo inquit notab. Alexand.consil. lvij. in causa & lite.in fine lib.vij.quòd quales hodie reperiuntur confines, tales præsumũtur olim fuisse:quia mutatio confinium non præsumitur,nisi probetur. Et vide eundem Alexan. consil. xxv. consideratis.eod. lib. & per Curtium seniorem consil. lvj. & notabiliter Calcaneum consil. xc. quia ista quæstio.] Et quomodo probentur termini,habes ibi latè per Felin. & per moder. in l. F cùm aliquis.C. de iure deliber. [Vltra quos vide Socin.consil.lxxxix.in j. Alexand.consil.xij.viso processu. lib.iiij. & consil. lvij. lib. vij. & consil. lxxxviij. quoniam omne datum. & consil. seq. lib. v. Aret. notabiliter consil. xlij. viso consilio. Calcan.d.consil.xc.vbi egregiè per totum consilium.& Corn. consil. clxxj. videtur in hac lib.j. per totum consilium. & Lud. Bolog. consil. iiij. viso igitur. & melius quàm alibi Decium consil. xlij. quasi per totum consilium,maximè in quar-

to & quinto dubio. Aliquid per Hippol. in rub. de probat.& in l.de minore.§. plurimũ. de quæstio.cum concor.traditis per Corset.in suo repertorio, in verbo fines.] Et vidi dubitari, nunquid † arbitramenta homologata per aliquos tanquã 3 syndicos alicuius communis, in quibus statuebantur certi termini,seu lapides finales, probẽt, dato quòd non constet quòd tales essent syndici? Et videtur quòd non, quia mandatum non A præsumebatur, vt per Bald. in l.j. C. de rebus alien.non alien.& Alexand.in l.sciendum. ff. de verbo. oblig. cum concord. Contrarium fuit dictum: quia ex quo isti termini reperiebantur ita positi prout in illis arbitramentis fuerat ordinatum, & ita steterant per longum tempus, videbantur arbitramenta homologata etiam ab vniuersitate, quæ tandiu permiserat illos terminos & tacuerat, ex quo paria sunt ratificare vel facto vel verbis.l.Paulus respondet.ff.rem ratam hab. Bald.in l.non ignoras.C.qui accus.non pos. Nec B est verisimile quòd cõmunitas permisisset illos termino apponi, nisi illi qui ratificauerant, fuissent veri syndici.facit quod notatur in l.cùm seruus.ff.de verbo.oblig. Et sic habes vnam amplia tionem ad prædictam præsumptionem.

SVMMÆ.

1 *Qualitatem allegans probet.*
3 *Aetatis inhabilitatem probet dicẽs probet:nisi ex causis.*
4 *Testantem maiorem probet hæres.*
5 *Aetatem variè probari.*
6 *C.Cum inter.de elect.sensus.*

PRÆSVMPTIO XIIII.

DECIMOQVARTO Quę ex cursu † tẽ- 2 poris mutantur, non præsumuntur in eodem statu.l.spadonem.§.qui absolutus.ff. de excus. tut. & ibi gloss. & Do- D cto. Et hæc est vna limitatio ad prædictam regulam.[Vide amplissimè per Pet.de Anch.in regula,semel malus.de regul.iur. in vj. cuius dicta ferè de verbo ad verbum transportauit Nicol. Prę- ses in cent.loc.leg.in loco de tempore ad tẽpus. & idem Pet.de Anch. consil.v. pro parte. & Floria.in l.non est necesse.ff.de probat.cũ alijs concord.traditis per Feli.in c.in præsentia. in versic. sol.tamẽ,&c.& Francis.de Aretio ibid.Soci.con si. lxxxix. in causa. lib.j.] Ex qua infertur, quòd quamuis aliquis fuerit minoris ætatis, non tamen sequitur quòd etiam hodie sit minor: imò regula est, quòd vbi ætas est fundamentum intentionis alicuius,siue sit actor,siue reus, ille debet eam probare.l.cùm te.C.de probat.l.si minorem.C. de in integr.restit.minor.Bart. consil.xc. incip. dilecto domino. Et propterea, si quis dicat † matrem pupilli repelli à successione, quia 2 non petijt illi tutorem, debet probare quòd ille filius esset pupillus, secundum Bald. consil. F xix.factum tale.in v.Et si quis vult repellere procuratorem à iudicio tanquam minorem, debet probare eum esse minorem. Idemq; tam in actore,quàm in reo,secundum Pet.Iaco Cin.& Salic. in d.l. cùm te. Et vbi aliquis simpliciter † conse- 3 quutus est beneficiũ, qui vult eum dicere inhabilem per ętatem,debet probare,vt per Ioan.And. in regul.infamib.de reg.iur. in sexto, in Mercurial.Quod intellige,nisi in cõcessione cõditionaliter requireretur habilitas ætatis,quia tunc ipse deberet verificare ætatem: de quo infrà dicam.

Fallit primo ſupradicta regula, vbi aſpectus corporis manifeſtè oſtenderet aliter: quia tunc iudex transferret probationem in illum qui contradicit aſpectui. l. minor xxv. annis adito præſide. ff. de minor. & per Barto. in l. de ætate. in iij. q. & ibi ſcribentes, eod. titu. Fallit ſecundo, quando aliquis non admittitur, niſi in certa ætate conditionaliter: nam ipſe debet probare conditionem eueniſſe. Et propterea clericus, cui facta eſt conceſsio præbendæ, ſi eſt legitimæ ætatis, debet ipſe hoc probare, non autem eius aduerſarius contradicens. vt dicunt Ioan. And. in d. regula infamib. Bald. & Salic. in d. l. cùm te. Floria. in l. cùm de ætate. ff. de probat. Et hoc procedit etiã quando fundamentũ intentionis aduerſarij eſſet ætas, vt dixi. Et eſt ratio, qa cùm tali caſu fundamentũ vtriuſq; ſit in ætate, ſtamus regulæ, vt qui dicit conditionem eueniſſe, hoc probet. in l. in fideicommiſſi. §. cùm Pollidius. ff. de vſuris. l. ex his. C. quando dies lega. Et hoc modo intelligenda eſt gl. lxviij. diſtin. c. presbyter. [Hanc etiã limit. tradit And. Barb. in c. in præſentia. de probat.] Fallit tertio, vbi ætas requiritur ad habilitatem perſonæ, & validitatem actus, & non agitur de præiudicio alicuius, quia tunc præſumitur ætas habilis: & quilibet præſumitur idoneus ætate & moribus, ſecundum Petr. Cin. Bald. & Salic. in d. l. cùm te. [Hãc limit. tradit And. Barb. in d. c. in præſentia. de probat.] Vnde ſi quis ſit Officialis, præſumitur habere ætatem quę requiritur in tali Officiali: & contrarium dicens, debet probare. Et ſi quis fecit teſtamentum, præſumitur fuiſſe in ætate habili. Eodem modo qui fecit profeſsionem, præſumitur feciſſe in legitima ætate. c. in præſentia. vbi omnes notant. de probat. Et hoc procedit, quãdo huiuſmodi actus de directo non tendunt in præiudicium alicuius, licet incidenter tenderent, prout in d. c. in preſentia. aliàs ſi de directo præiudicarent, eſſet ſecùs, & ſtaremus regulę, vt eſt de mente Bald. & Salic. in d. l. cùm te. Et propterea † ſi pater grauauit filium fideicommiſſo, conceſſa tamen ſibi libera teſtandi facultate cùm ad vigeſimum annũ peruenisſet, & ipſe fuerit teſtatus, fideicommiſſarij non grauabuntur onere probandi q, eſſet infra illam ætatem, ſed hæredes inſtituti ab illo. Et eſt ratio, quia iſte actus teſtandi de directo tendit in preiudicium fideicommiſſariorum: vnde tali caſu ſtamus regulæ. & ita vidi obtineri in facto, per ſupradicta. Et facit quod ſingulariter voluit Bal. in quodam conſi. incip. ex parte cõtingente. quẽ refert & ſequitur Decius in c. in præſentia. verſicul. prædictis. vbi dicit, q, ſubſtitutus pupillariter, habet fundatam intentionem, quòd pupillus ſit mortuus in pupillari ætate: niſi hęres inſtitutus ab iſto pupillo probet maioritatem ętatis. argum. l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebell. Et poteſt eſſe ratio, quia tale teſtamentũ tendit de directo in præiudicium ſubſtituti, vnde non preſumitur p, habilitate actus. Et iſta deciſio mihi placet, licet in contingentia facti viderim eam valde refricari in dubium. [Hanc Baldi deciſionem ſequitur Soci. conſil. lxxxix. in cauſa agitata. lib. j. & Ioan. Bapt. de S. Seuer. in l. precibus. C. de im pub. & ibi etiam Franciſ. Curtius iunior qui omnes ſequuntur illam Bald. deciſionem, & dicunt mirabilem & notandam. Fallit quarto, quando alicui eſſet datus curator, tanquam minori: nam præſumeretur minor, nec incumberet ſibi onus aliter probandi ętatem, vt per Baldum & Angel. in d. l. cùm te. & Alex. conſi. lxxxv. ij. vol. Quod tamen dictum intellige & declara vt per eundẽ Alex. conſi. xxj. in primo volum. videlicet, vt procedat quo ad eum, cum quo contraxit vt minor, non autem generaliter quo ad omnes, per regulam, quòd res inter alios acta, &c. Sequitur Decius conſil. cxlix. Et mihi placet † niſi concurrerent aliæ coniecturæ minoritatis: quia in probatione ætatis ſufficit probatio per coniecturas, vt habetur in d. l. de minore. & in d. l. cùm te. cũ ſimil. Vnde liber patris, probaret ætatem filij, ſecundum Salic. in d. l. ſi minorem. allegat text. in l. etiam. ff. de probat. quę lex parum facit, quia legis profeſsio non ſignificat atteſtationem ſeu teſtimonium, ſed denuntiationem, quæ fit publicè in actis apud prætorem, vel iudicem. l. ij. ff. de cenſib. l. interdum. ff. de publica. l. j. C. ſi minor maior. ſe dixe. l. fin. ff. de probat. nam tenebatur pater profiteri nomina filiorum, quando naſcebantur: de quo apud Iuuenal.

Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes,
Argumenta viri.

& facit quod not. idem Salic. in d. l. etiam. Aduerte tamen, quia poſſet generaliter teneri, q, imò etiam quo ad alios probaretur minoritas ex datione curatoris, p illud quod notabiliter voluit Abb. in cap. cùm inter ſecundo, de elect. † vbi ſi quis ſit reiectus ab electione propter morbũ, talis electio operatur quo ad alias electiones, niſi probaretur ſanitas. Et eſt ratio, quia non poteſt negari qn illa reiectio faciat præſumptionẽ mortbi: quæ præſumptio ſufficit ad hoc q, aliquis repellat ab electione, ſecundũ Abb. ibi. Certè iſtud eſt in caſu noſtro, ex quo ad probationẽ ætatis, ſufficit probatio per præſumptiones & coniecturas, vt ſuprà dixi: ergo ſatis eſt ſi probetur per rẽ inter alios actã. [Vide notabiliter Corn. conſil. lxix. viſis. lib. j. vbi alleg. concor. pro hac quarta limitatione. & notabiliter Steph. Bertran. conſi. xlviij. ex proceſſu. in primo. Puto eſſe diſtinguendũ, vt ſi tutor vel curator ſit datus cũ cauſę cognitione, & in contradictorio iudicio, procedat opinio Baldi & Angeli in d. l. cùm te. aliter non. Et illud ſatis probatur per notata per Salic. in d. l. ſi minorẽ. dum & ipſe firmat, quod ex actis ſimul factis etiam contra alios probatur ætas. [Ex his quæ à principio huius xiiij. præſumptionis hucuſq; habuiſti, colligere potes à quo debeat probari ætas allegata vel negata: & quõ probetur, tu (vltra loca hic citata p diſcurſum totius præſumptionis) vide Archid. Anch. Philip. Franciſ. in c. ſi eo tẽpore. de reſcrip. in vj. Barb. Felin. & Deci. in d. c. in preſentia. Paul. Caſt. conſi. cxxiiij. in cauſa quæ vertitur corã domino. & cõſi. ccccxxxvij. in quæſt. quæ vertitur inter rectorẽ lib. j. in nouiſs. Lucã de pen. in l. j. C. de fid. inſtr. li. x. Anchin. in regul. ſemel malus. Calder. conſi. v. titu. de probat. Imol. cõſi. xxiij. in caſu premiſſo. Alex. cõſi. cxlix. viſo proceſſu. nu. xij. li. v. & cõſi. xxix. Clariſsimè. li. vij. & Calc. cõſi. lxxx. licet dubia. & ſi. ex quib. locis reſolutus eris, à quo & quomodo ætas allegata vel negata probari debeat.

SVMMÆ.

1 *Inſtrumentum ſine loco ex cauſſis valere.*

PRÆSVMPTIO XV.

DECIMOQVINTO Præſumitur † qs 1 eſſe de ea ciuitate, in qua repitur, niſi probetur alienigena: qa nõ præſumitẽ quis mutare loçũ, ſed habitare in patria

tria ſua, ſecundum Bart. in l. is poteſt. verſic. aliquando ille qui dixit. ff. de acquiren. hæred. Per quod infert notanter Guido Papæ in ſuo tract. præſumptionum, verſic. reperitur aliquid. quòd ſi reperiatur inſtrumentum Decani & Capituli 2 certæ eccleſiæ, licet in eo non ſit † ſpecificatus locus, iuxta not. in l. generaliter. C. de tabul. lib. x. in l. optimam. C. de contrahen. ſtipul. tamen valebit, quia præſumitur factum in illa eccleſia, ex quo Canonici ibi ſolent reſidere: nec talis locus præſumitur mutatus. facit in ſimili l. ſi locus. ff. de iudi. & quod not. Bart. in l. ſi vt proponas. ij. C. quomodo & quando iudex. Aduerte tamen, quia non videtur bene probari, quòd quis præſumatur eſſe de ea ciuitate, in qua reperitur: imò videmus quotidie plures alienigenas verſari in ciuitatibus. l. ij. §. poſt aliquot deinde annos. ff. de orig. iuris. Et Bar. in d. l. is poteſt. non videtur firmaſſe iſtam præſumptionem, ſed ſimpliciter 3 vult, quòd abſentia † ciuis de patria ſua, non præſumatur, niſi probetur: & ſic ei qui dicit abſentẽ, incumbit onus probandi. Et dato quòd præſumptio iſta procederet, limitari debet p illud quod notabiliter voluit Bald. in l. fin. C. ſi à non competenti iudice. vbi ſi aliquis contrahens faciat ſe inſcribi in inſtrumento Titium de Papia, deinde Papiæ reperrus velit declinare forum, quaſi non ſit Papienſis, cogitur iſtud probare, quia præſumptio eſt contra eum. ſequitur Felin. in c. cùm cauſam. de probat. Facit quod not. per Bart. & alios in rub. ff. fol. matr. &c.

SVMMÆ.

1 *Voluntatem non niſi ex cauſſis mutatam præſumi. 3.*
4 *Voluntas in cõtractibus immutabilis: ex cauſſis diuerſum.*

PRÆSVMPTIO XVI.

1 DECIMOSEXTO Præſumit † quis durare in ea voluntate in qua fuit. l. eum qui voluntatẽ. ff. de probat. l. cùm hic ſtatus. in ſui prin. ff. de donat. inter virum & vxo. c. maiores. de baptiſ. Quod amplia, etiã ſi lapſum ſit longum tempus, vt per Iaſ. in l. ſancimus. per illum text. in tertio notabili. C. de teſtam. de quo per gl. & Doct. in l. j. C. de ſeruis fug. Secũdo amplia, etiam ſi variarentur perſonæ, dummodo ſit eadẽ ratio voluntatis in vna, quæ in alia, vt probatur ex doctrina Bart. in l. Caio. in prin. ff. de alim. lega. Tertio amplia, vt iſtud procedat, etiam ſi ſtatutum requireret probationẽ voluntatis per certum tempus, putà per triennium: quia tunc ſufficeret probatio volũtatis à principio, ex quo lex deinde præſumit perſeuerantiam in futurum, vt dicit Aretin. conſil. lj. allegat Innoc. & Anton. de Butrio cap. propoſuit. per illum text. de cler. excommu. miniſt. ſequitur Iaſon. in l. non hoc. verſic. confirmo per aliam. C. vnde legit. Et ex hac 2 præſumptione infertur quod cùm poſſeſsio † ciuilis retineatur animo, ſi quis ſemel poſſedit, præſumitur etiam nunc poſsidere, ne cenſeatur animus mutatus, ſecundum Bart. & Doctor. in l. ſiue poſsideris. C. de probat. de quo infrà dicam. Limitatur iſta concluſio, ut † procedat rebus ſic 3 ſtantibus: aliter ex cauſa quandoq; cenſetur mutata opinio, ſecundum Deciũ in c. j. in ij. notab. 5. de iudi. Adde pro hac limitatione quod notat Bart. in l. in confirmando. ff. de confir. tut. vbi notat, q, propter mutationem morum, præſumitur mutatio voluntatis. Et hoc inducit ad quęſtionẽ an, ſi aliqua de nouo emergerent in perſona procuratoris, reuocetur mandatum: de quo eſt text. in l. cùm quis. in prin. & in l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolutionib. Facit quod not. Aretinus conſil. xxij. & quòd notatur in auth. ex cauſa. C. de liberis præt. Ad idem text. lxxxj. diſtinct. cap. valet. ibi, plerunq; dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Eſt verum quòd iſta limitatio eſt valde generalis, vnde eam declarãdo dic. Cùm quęritur an volũtas intelligatur, rebus ſic ſtantibus: aut ſumus in actu dependente ex voluntate vnius, & tunc ſi res incidat in caſum, in quem verisimile ſit diſponentem aliàs diſpoſiturum, cenſetur mutata voluntas. Ita procedunt notata in d. l. in confirmando. & in d. authen. ex cauſa. & facit l. Paulo. §. j. ff. de lega. iij. & l. Mæuia. §. fin. ff. de annis lega. & quod notat Bart. in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit. vbi quamuis teſtator voluerit, quòd inſtitutus in fundo, non poſsit petere plus: tamen iſtud intelligitur, rebus ſic ſtantibus: vnde non cenſetur ſuſtuliſſe ius accreſcẽdi. Ad idem quod not. in l. rem legatam. ff. de adimen. lega. vbi alienando rem legatam, præſumitur teſtator mutaſſe voluntatem, & reuocaſſe legatum. Et ita procedit etiam text. in cap. ſuggeſtum. de decimis. loquens in priuilegio: & quod not. Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligationib. Aut loquimur † in actu 4 deſcendente ex voluntate duorum, & non attenditur iſta clauſula, rebus ſic ſtantibus: nec licet alteri mutare voluntatem. l. ſicut. C. de actio. & oblig. l. ſicut. C. de actione empt. l. Lucius. ff. de euictio. Fallit, vbi prima voluntas proceſsiſſet ex errore. l. fin. §. item quęſitũ. prout declarat ibi Bart. ff. de condict. indeb. Fallit ſecũdo, quando diſpoſitio aliqua requireretur ex natura contractus: quia illa ſubintelligeretur per talem clauſulam. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Fallit tertiò, quando lex ex aliqua cauſa interpretaretur voluntatem contrahentis, & concederet reſciſsionem ſeu reuocationem: veluti eſt in donatione, quæ reuocatur per ſuperuenientiam liberorum. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. Socinus conſil. xxij. in quarto. Fallit quarto, quando ſuperueniret aliqua cauſa inconſiderata, de qua à partibus nihil veriſimiliter eſſet agitatum. gloſſ. xxij. quęſtio. ij. C. ne quis. l. ſi. vbi Bald. Salicet. & Doctor. C. de non numer. pecun. capit. cùm inter P. de renunt. & ibi Butrius & Imola dicunt, quòd iuramentum † ſcholaris de non ſe doctorando alibi quàm Bononiæ, intelligitur, rebus ſic ſtantibus. cap. quemadmodum. infrà de iureiur. Ad idẽ doctrina Bart. in l. aut facta. §. j. ff. de pœnis. & qđ notatur in l. cùm proponas. ij. per illum text. C. de pact. Et circa iſtam clauſulam vide etiam Iaſonem in d. l. quod Seruius. ff. de cond. cauſ. da. & per Ioan. Firm. in tract. gabellarum, in ſecunda parte, in quinta quæſt.

SVMMÆ.

2 *Relocationem ex cauſſis non præſumi. 4.*

PRÆSVMPTIO XVII.

DECIMOSEPTIMO Qui conduxit † 1 fundum per certum tempus, finito tempore ſi perſeueret, præſumitur reconduxiſſe. l. item quæritur. §. fin. & l. ſeq. ff. loca. Et ratio dependet ex præcedenti-

bus: quia non præsumitur mutata voluntas. Vnde si essemus in actibus qui fiunt in necessitate, non procederet dicta præsumptio, prout est in tutoribus, decurionibus, & similibus, vt ibi per Bart. Bald. & alios. Et ideo illa lex non habet locum † quando agitur vt cõtractus fiat in scriptis, secundum l. contractus. C. de fide instru. quoniã videtur fuisse mens contrahentium, vt non aliter contrahatur, quàm scriptura facta & perfecta sit: quæ mens mutata non creditur, per supradicta: & faciliùs adsumitur præsumptio semel placiti contractus, quàm eius, qui non placuit. argum. l. vel vniuersorum. ff. de pign. actio. Et ita declarat Fulg. in d. §. fin. & bene. Et ista præsumptio procedit nedum in locatione, sed etiam in precario. l. in rebus. §. fin. ff. de precar. Et etiam procedit in depositо, secundum Raph. Com. consi. viij. in fin. Et etiam in emphyteusi, dato q̃ de consuetudine requiratur scriptura, secundum Lud. Roma. consil. ciij. viso propositæ quæstionis. licet Alexand. consil. lxxvj. visis dubitationibus. in v. dicat contrarium: quia dicta l. loquens de simplici locatione, nõ debet trahi ad emphyteusim, in qua agitur de translatione vtilis dominij, & sic agitur de grauiori præiudicio, secundum Baldum in d. §. fin. in secunda lectu. quæ ratio si esset vera, semper tolleretur argumentum de locatione ad emphyteusim, quod tamen est validum. §. adeò. Instit. loca. vnde mihi placet opinio Roma. ex quo ratio. d. §. fin. æqualiter militat in vtroq; casu. Et procedit dicta præsumptio etiam in socio conducente partem domus communis ab altero socio, secundum Petrum de Vbaldis in tract. societatis, in prima part. quæst. x. licet Socin. in l. serui electione. §. j. ff. de leg. j. innuat contrarium: quia ideo censetur cõductor recõduxisse, propterea q̃ non posset aliter licitè retinere rem. l. meritò. ff. pro socio. Et ista videtur ratio. d. §. fin. vt ibi per Bart. & per Alex. consil. j. in ij. vol. Quę ratio cessat in isto socio qui potuit licitè habitare totam rem communem. l. duo fratres. ff. de acquir. hæred. Sed prior opinio mihi placet, per d. §. fin. qui indistinctè loquitur: & quia ratio verior & vniformis tam ad locatorem quàm ad conductorẽ est, quia præsumitur vterque approbare eandem voluntatem in hoc tacito contractu, quam priori tempore in expresso approbauerant, per suprà dicta. Et ratio quæ colligitur ex d. l. meritò. non respicit nisi conductorem tantùm. Et ex dicta ratione infertur, quòd † talis relocatio censeatur facta cum repetitione omnium qualitatum quæ erant in priori: de quo per Bart. & Doctor. in l. si mihi & Titio. in fin. ff. de verb. oblig. Bald. in l. legem. in prin. C. loca. Andr. Sicul. consil. xij. in ij. vol. Ioan. Firm. in tract. gabella. in ij. parte. in v. quæst. in fine. Item infertur, quòd talis reconductio censeatur facta etiam si locator decesserit relictis hęredibus: nam & ipsi videbuntur consensisse, si patiantur conductorem remanere in re conducta. argu. l. si id quod. §. fin. ff. pro soc. secundum Paul. de Castr. in d. §. fina. Et idem est etiam mortuo conductore, si eius hæredes perseuerẽt, secundum Angel. in l. cùm satis. §. caueant. C. de agric. & cens. lib. xj. quem refert & sequitur Ioan. de Ana. in c. ij. j. de Iudæis. quod dicit valde esse notandum: vnde dato quòd isti hæredes ignorarent locationem factam, non procederet dicta præsumptio, quia cessat ratio. Idem si locatore mortuo adita non sit hæreditas: & ita potest intelligi text. in d. l. qui ad certum, in fine. & quod not. Paul. de Castr. ibi: & aliquas limitationes ad d. §. fin. vide per Alex. in d. consi. lxxvj. Et vidi dubitari † stante statuto quòd teneatur dominus denuntiare inquilino ante tres menses, aliàs censeatur facta reconductio: dominus litigauerat cũ inquilino, quia non soluebat pensionem, vt eum eijceret per multos annos, tandem obtinuerat: dicebatur quòd pro illo anno censebatur facta reconductio: quia non denuntiauerat, & sic non seruauerat formam statuti. Dixi cõtrarium, quia ista reconductio: fit ex præsumpta voluntate partium. d. l. qui ad certum. quæ præsumptio satis tollitur per contrariam voluntatem, ex eo quòd dominus litigabat vt eum expelleret: vnde apparebat quod lapso termino, nõ intendebat relocare: vnde cessabat ratio & forma statuti, vt p Bald. in l. vnic. in iiij. oppos. C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. sup. Arer. consil. lj.

A B C D E F

SVMMÆ.

1 *Furiosum olim, hodie in casibus non præsumi.*

PRÆSVMPTIO XVIII.

DECIMOOCTAVO Præsumitur qui olim fuit furiosus, & hodie esse furiosus. c. final. & ibi gloss. & Abb. j. de success. ab intest. gloss. in cap. iudicas. iij. q. viij. per moder. in l. furiosum. C. qui testam. fa. poss. Alexan. consil. cxlj. in j. vol. consil. lxxxv. & seq. in ij. & xcij. in v. [Et dicto consil. Alexand. cxlj. repetitur. lib. vj. consil. x. & consil. lxxxv. hic allegatum repetitur. consil. cxlvij. in vij. volum. & vide pro hac præsumptione vltra hic allegata Nicol. Præsidem in locis legal. in loco de tempore ad tempus. & Petr. de Anchar. consil. v. pro parte. Corn. consil. lxix. visis nonnullis. lib. j. & consil. xxj. visa. lib. ij. vbi allegat concord. & egregiè Steph. Bertran. in consil. xlviij. ex processu. lib. ij. in nouissimis. & Francis. Curtium iuniorem consi. clj. sacratissimæ Trinitatis.] Quod † limita primo procedere, quãdo probaretur quod per aliquod tempus continuatum fuit furiosus: aliàs si probaretur de aliquibus actibus particularibus stultitiæ olim factis, non præsumeretur hodie furiosus, secundum Bart. in l. ij. in fine. ff. de bon. possess. furio. infan. Socin. consil. xlij. in primo. [Et Alexand. in d. consil. cxlj. & lxxxv. & pro hoc facit text. in l. penult. §. fin. de ædil. edict. vide Iason. in d. l. furiosum. versic. quid autem si non apparet.] Secundo limita, quando iste furiosus etiam aliquo tempore fuisset sapiens, vt quia haberet aliqua dilucida interualla: nam tunc in dubio iudicamus eum sapientem vel stultum, secundum naturam actus ab eo gesti, vt per Bald. in c. j. per quos fiat inuest. per Anchar. in Clemen. si furiosus. de homicid. Imolam & alios in l. qui testamento. §. nec furiosus. ff. de testamentis. And. Sicul. in consil. lix. in secundo. Socin. consil. xlij. & consil. lxj. [Ambæ istæ limitationes colliguntur etiam ex dictis Barb. in d. c. final. de success. ab intest. & Alexand. in d. consil. lviij. cum seq. consil. lxxxvj. & Iason. in d. l. furiosum. versic. quid autem si non apparet.] Et ad hanc præsumptionem faciunt quæ infrà proximè dicam.

SVMMÆ.

SVMMÆ.

1 *Morbum durare præsumi.*
2 *C. Cùm inter canonicos. explicari.*

PRÆSVMPTIO XIX.

DECIMONONO Præsumitur † q̃ qui olim aliqua ægritudine laborauit, etiam hodie sit morbosus. ita est gloss. quam ibi sequuntur Doctor. in c. cùm inter canonicos. §. de elect. Et propterea infertur, quòd si quis repulsus fuerit ab electione, quia esset inhabilis propter infirmitatẽ: si ex tractu temporis ad aliam ecclesiã eligatur, præsumitur adhuc eodem morbo laborare, nisi probet conuale scentiam. [Pro hac præsumptione adde Barb. in d. c. fin. de succes. ab intest. & Alexan. in d. consi. x. lib. vj. Steph. Bertran. consi. xlviij. ex processu.] Sed in hoc est difficultas, nunquid istud procedat in qualibet infirmitate. Et Innoc. & Compostel. Bald. & Card. ibi tenent, quòd non procedit, nisi in morbo naturaliter durabili: pro quibus facit l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tut. Et idem tenet Anchar. post antiquos. vij. quæst. ij. c. j. Contrarium † q̃, imò dicta præsumptio generaliter procedat, est de mente gl. ibi, quam sequuntur Ioan. And. Butr. Abb. & Imol. per illum text. in fi. versi. solummodo. vbi † videtur probari, quòd ille contra quem obijcitur de infirmitate, debet probare se immunem à tali morbo. Sed potest respõderi, quòd ille text. loquitur in morbo epileptico, id est, comitiali seu caduco, q̃ morbus naturaliter est durabilis, vt dicunt medici, & Celsus lib. iij. cap. xxij. & facit text. in d. c. j. vij. quæst. ij. Et ista opin. mihi satis placet, & est magis communis.

SVMMÆ.

1 *Dominium, nisi ex causa durare.*

PRÆSVMPTIO XX.

VIGESIMO Præsumitur qui † fuit dominus, etiã de præsenti esse dominus. l. siue possidetis. vbi notatur. C. de probat. c. præterea. ij. vbi Abb. §. de transa. & quod not. Soci. consi. clxxxvij. in iij. [Et Corn. consil. ix. videtur. lib. iij. & consil. xxiiij. licet lib. iiij. Alexand. Iason. Deci. & alij in locis infrà in tertia & quarta limit. per me allegandis.] Et est ratio, quia dominium † facto † nostro nõ amittitur. l. id quod. ff. de reg. iur. ergo qui vult dicere factum nostrũ interuẽisse, debet probare. facit quod not. Bal. in l. j. C. de confessis. vbi ampliat istud nedũ procedere in eadem persona, sed etiam in eius successores. Et probatur optimè in d. l. siue possidetis. & per not. per Bar. in l. Pomponius. §. fin. ff. de acq. poss. Butr. & Abb. in c. cùm ad sedem. de rest. spol. Intellige istam præsumptionem, vt de præterito præsumatur in præsens, non econtrà: quia qui hodie est dominus, non præsumitur retrò fuisse dominus, secundum eundem Bald. in l. si hi qui. C. de adult. quia tali casu non est aliqua causa sufficiens, vnde oriatur talis præsumptio. l. & quæ. §. cùm dicitur. ff. de pig. Declarant idem Bal. & Salic. in l. ex persona. C. de prob. & Alex. consil. xvj. in v. vol. [Et notabiliter consuluit idem Alexand. consil. lxxxj. in causa & lite vertente inter Gasparem. lib. vij.] Secùs, si sit aliqua causa sufficiens, vt ibi per Alexand. Est verum, quòd in casu Alexand. videbatur causa sufficiens, quia ibi ciuitas prætendebat de præsenti iurisdictionem in quadam villa: & ex tali iurisdictione de præsenti, videtur quòd etiam præsumatur de præterito, ex quo in isto casu ciuitas videtur habere iustam & sufficientem causam præsumptam, per regulam, quòd quælibet villa † existens intra terminos diœcesis ciuitatis, præsumitur subdita ciuitati. l. nulli. C. de epis. & cler. vbi Bald. c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj. & quod notat idem Bald. in c. cùm olim. de præscript. vbi dicit, quòd præsumitur in dubio subdita ciuitati cui magis adiacet. sequitur Alexand. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. actio. vnde cùm allegatio ciuitatis concordaret cum origine rei; videbatur attendenda, iuxta notata in d. l. si prius. & suprà dixi. Secundo intellige dictam præsumptionem non procedere, quando ipse dominus negaret se dominum & possessorem simul, quia censeretur habere rem pro derelicta: secùs, si negaret se dominum, sed retineret possessionẽ: quia solo animo nõ potest perdere dominiũ. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. & not. per Abb. in c. cũ ad sedem. suprà alleg. in vj. not. de quo dic vt ibi. & adde text. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pig. vel hypol. sol. vbi nõ creditur asserenti se alienasse ea, in quorum possessione reperitur: imò alienatio præsumitur simulata: de quo dic vt ibi. [Limita tertio hanc conclusionem seu præsumptionem vt procedat, quando plenè constaret & probatum esset de antiquo, & præterito dominio: tũc enim de præterito bene inferretur ad præsens, ita quod q̃ plenè probauit se olim fuisse dominum, nunc præsumitur dominus. Secus si non plenè probauit de antiquo dominio, sed minus plenè, puta per testimoniũ de auditu, per famam, vel per alias minus plenas probationes: quæ licet sufficiant ad probationem antiqui dominij, vt per Dd. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. & in c. cum causam. de probat. & Bald. in auth. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccle. Innoc. & alios in c. veniens. de verb. sig. cum simil. tamen ex tali dominio per tales inidoneas & mancas probationes probato, non infertur ad præsens dominium. Ideo qui se olim fuisse dominum illis probationis modis docuerit, non præsumitur hodie dominus. Istam egregiam limit. tradit Corn. Perus. consi. xxiiij. licet in themate. lib. iiij. & multis comprobat maximè. nam si illud diceremus, concurrerent duę specialitates ad finẽ vnius probationis habendæ, cõtra l. j. cum simil. C. de dot. promis. Prima specialitas esset, quòd propter antiquitatem ad probandum dominium admitterentur probationes aliàs inhabiles & insufficientes. Secunda specialitas esset, quod admitteretur probatio præsumptiua de præterito ad præsens, quæ non est regularis & propria probatio. l. Lucius. cum vulg. ff. de cond. & dem. Concluditergo Corn. vbi s. quod licet ad probandũ dominium antiquũ, propter se tolleretur defectus probationis, quia propter antiquitatem nõ potest probari directa & plena probatione, non tamen debet tolerari defectus dictæ probationis ad finem, vt resultet probatio sufficiens dominij hodierni. Quarto intellige hãc præsumptionem procedere, dummodo hoc à parte allegetur: aliquin qui olim dominium habuit, non præsumitur iure hodie habere, nisi dominium de præsenti alleget, secundum Doct. maximè Iason. in l. cum quid. in se-

A B C D E F

cunda lect.ff.si cer.pet.vbi Purpu.Iaſ. & Deci. in l.non hoc.C.vnde legit.Cor.d.conſil.ix.& faciũt quæ dixi ſuprà in xij.præſump.& dicetur in ſeq. præſumptione.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſſorem olim, hodie non præſumi ex cauſis. 3.5.7.8. 9.11.12.*
6 *Hæres iure principalis cenſendus.*
13 *L.ſi.C.de probat.ſenſus.*

PRÆSVMPTIO XXI.

VICESIMOPRIMO Præſumitur qui olim poſſedit,& hodie poſſidere, vt notant gl.Bart.& ſcribentes,in l.ſiue poſſidetis.C. de probat. & in l. nõ ignorauit.C.ad exhib.Anton.Abb.& alij.in c.cũ ad ſedem.de reſtit.ſpol.& Rota deciſ.cxx.in nouis.Roma.conſil.cccxxix.in fin. Alexand.conſil. cxxxiij.viſo proceſſu.in primo.& conſil.lxxx. & conſil. cij. in ij. volum. & conſil. cviij. in v.Aret. conſil.viij.& conſil.ciij.& conſil.cxx.And.Sicul. conſil.xij. in tertio. Socin. conſil. clxiij.Felin.in c.in præſentia.de probat. [Et Ioan. Fab.in §.j.Inſtit.de vſucap.& Lauren.Calcan. conſil.c.incip. quòd veniat.] Primo limita hoc † procedere, ſi ipſe hoc alleget: aliàs ſi poſſeſsio nõ ſit allegata, non habet locũ iſta præſumptio, vt tenent Bart. & Doctor.in d.l.ſiue poſſidetis.& Bart. in l.Celſus.de vſucap.Paul.de Caſtr.& Alexand.in l.certum.§.j.ff.de confeſsis in apoſtil. Aret.in l.Pomponius.§.fin.ff. de acquir. poſſeſſ. & eſt communis concluſio. Contrarium conſuluit Alexand. in d.conſil. cxxxiij. quia cùm poſſeſsio acquiſita non perdatur niſi mutata voluntate,iſta mutatio voluntatis non debet præſumi,quamuis non allegaretur perſeuerantia. Sed iſta ratio non videtur concludens,ex quo regula eſt,quòd præſumptiones † deſcendentes ex facto proprio, ad hoc vt iuuent debent allegari. Bart.in l. cùm quid.ff. ſi cert.pet.Alexan.in l.qui in aliena. ff.de acquir. hæred.Abb.& alij in c. adferte.j. eod.Felin. in c. cùm ordinem. de reſcript. & dixi ſuprà verſi. xij. & habetur latè per moder. in repet. l. Celſus. in tertia parte principali.ff.de vſucapio. Et licet nõ fiat talis allegatio in actis,tamen ſufficit ea in allegationibus iuris fieri, & poſtquàm ſit in cauſa cõcluſum,ſecundũ Butr.in c. peruenit. de empt. & vend.Alexand.in l.j. C. vt quæ deſ. aduoc. ſecundum moder. in d.l. Celſus. Eſt verum, quòd iſtud dictum indiget altiori indagine,quia videtur contra not.per Bart.in d.l.cùm quid. & eundem Alexand. conſil. xciiij. in ſecundo. de quo etiam per Iaſonẽ in l. ſi certis annis. C. de pactis. Dicemus aliquid expeditis iſtis regulis.Limitatur † ſecundò non procedere in ſucceſſore vniuerſali,vel particulari,ſecundũ Aretin.in l.Pomponius. §. fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. Et conſequenter, quamuis conſtet anteceſſorem tantùm poſſediſſe, non tamen credetur tibi alleganti q̃ tempore mortis poſſederit: quia ex quo continuatio poſſeſsionis conſiſtit in animo, qui olim poſſedit, ſi aſſerat ſe hodie poſsidere, ſibi creditur: quia in his quæ dependent ab animo, ſtatur dicto differentis,iuxta gloſſ.in §.aliæ.Inſtitut.de actio.Bart.in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. Et gloſſ.vbi Hippol.allegat concord.in l.j.C.ad egem Cornel.de ſicarijs.]Sed ſucceſſor non poteſt atteſtari de animo primi poſſeſſoris. l. idem Pomponius ſcribit,ſi mihi §.final.ff. de rei vend. per Bart.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verb.oblig. ergo ceſſante ratione, deber ceſſare diſpoſitio.l.adigere.cùm vulg.Ad idem pondera doctrinam Bart.in l.fin.C.de edicto diui Adria.toll.vbi Bart. dicit, quòd quando dubitatur an defectus poſſederit tempore mortis, non debet fieri miſſio in poſſeſsionem ex beneficio illius legis: quia hæres non probat id quod eſt cauſa intentionis ſuæ, ſcilicet defunctum poſſediſſe tempore mortis.Ecce ergo,quòd quamuis defunctus ſemel poſſederit,nõ præſumitur idem feciſſe tempore mortis. Tu aduerte,quia iſta limitatio non eſt vera,& contrarium tenet Bart.quem ſequuntur alij communiter, in d.l. Pomponius. §. final. de acquir. poſſeſſ. Anton. de Butr. & Abb. in d. cap. cùm ad ſedem. & domini de Rota deciſ. cxxiiij. Nec fundamentum Aretini eſt bonum: quia non præſumitur qui olim poſſedit,& hodie poſsidere, quia creditur ſuæ aſſertioni, vt dicit Aretin.ſed q̃ præſumptio iuris eſt,quòd mutatio non præſumatur: & illa aſſertio requiritur non in vim ateſtationis,vt dicit Aretin.ſed allegationis: quia factum † allegari debet, ad hoc vt præſumptio iuris inde reſultet per doctrinam Bart. in d.l.cùm quid. & quod notat Cinus in l. edita. C.de edendo. per l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred.Et etiam ratio Aretin. non procederet, niſi reſpectu ciuilis poſſeſsionis, non autem naturalis, quæ vltra animi apprehenſionem requirit & factum l.j.in princi. ff.de acquir. poſſeſ.Nec obſtat doctrina Bartol. quia Bart. debet intelligi , quando dubitatur an defunctus poſſederit tempore mortis,quia alius nunc ſit in poſſeſsione, uel aliter obfuſcata ſit præſumptio legis: aliàs hæres, probato quòd autor ſuus ſemel poſſediſſet,haberet intentionem fundatam: quia quamuis lex requirat probationem pro forma per certum tempus, tamen ſuſtineretur iſta probatio per præſumptionẽ, ſecundum Aretin. conſil.lj.Iaſ.in l.non hoc.C.vnde legit.& ſ. diximus.Limitatur tertio, vt regula † procedat in rebus immobilib. ſed in rebus mobilibus videtur ſecùs: qui rerum mobiliũ poſſeſsio de facili perditur.l.ſi rem mobilem.ff.de acquir.poſſeſſ.Ita videtur tenere gloſſ. in l. inciuile. C. de furt. & firmat Specul.poſt Huber.de Bobio,in tit.de actio. ſeu petit.§.j.verſicul.quid ſi ago. Idem tenet Paulus de Caſtr. in l. ſi minorem. C. de in integr. reſtit.minor. Aretin.conſil.cxx. procedendo breuiter.Moder.in l.Celſus.ff.de vſuca. [Vult allegare Balb. de Auilhana. Idem etiam tenet Claudius de Saicello.] Contrarium tenet Abbas in cap. cùm ad ſedem.de reſtit.ſpol.quia aliàs reſultaret magnum præiudicium actori, qui fortè non habet aliam actionem perſonalem, ſi negetur reſtare. Sed tu ſequendo ratiocinia, fac tres caſus. Primus eſt, quando quis olim poſſedit & adſerit etiam hodie ſe poſsidere: & iſto caſu procedit dicta præſumptio,prout firmat Butr.in d. cap. cùm ad ſedem.& Salic.in d.l. ſiue poſsidetis. & quod not.Bal.in l. ex perſona. verſic. ſequitur de prædicamẽto.C.de probat.Secũdus caſus eſt, quãdo negat ſe hodie poſsidere: & vera eſt opinio Specul.vt nõ præſumatur hodie poſsidere,quicquid dicat Abb.in d.c.cap. cũ ad ſedẽ.contra quem eſt communis opin.Fallit quãdo tẽpore litis conteſtatæ quis poſsideret.l.non ignorabit. C.ad exhiben.l.cùm quidã.C.de fide inſtrum.Fallit ſecundo, ſi negans habuerit cauſam ab actore. l. ſi creditor.C.de pig.act.nam tũc fingitur q̃ poſsideat.

ex quo dolo deſijt poſsidere,vt per Bartol.in d.l. ſiue poſsidetis. Et non attenditur præiudicium actoris,ex quo extra iſtos caſus reus nõ tenebat ad aliquã cuſtodiã rei mobilis verſus ipſum actorem:& ſic tollitur æquitas conſiderata per Abb. & facit quod not.Alex.conſi.cxcvij.circa primũ. ij.vol.& per Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs. §. fin. ff.de edend.[Potes & tertio hunc ſecundum caſum limitare,vt procedat, quando illud tempus anterius quo probatur poſſediſſe, non eſt de recenti nec de proximo:ſecus ſi probetur quòd de proximo & recenti poſsidebat,quia præſumeretur etiam nunc poſsidere.d.l.non ignorabit. ſecundum vnam lect.facit l.ſi rem.ff.de excepț. rei iud.niſi de alio poſſeſſore doceat:quo caſu ſi ipſe dolo deſijt poſsidere,pro poſſeſſore habetur.l. ſi is qui dolo.ff.de rei vẽdi.Et facit pro hac declaratione generalis regula,quam tradit Bar.& Doct. in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de edẽdo.quòd ſi probatũ ſit rem fuiſſe penes aliquẽ,tenetur ille probare amiſsionẽ.Et licet ſecundũ Iaſ.& cõmuniter alios, illud procedat in obligato actione pſonali, vel habente cauſam à me,tamẽ idem credo iſto caſu dici poſſe, propter vicinã & recentẽ poſſeſsionẽ.arg.not,per gloſſ.Bart. & Doct.in l. ſi vẽtri.in fi.ff.de priuil.cred. vbi etiã D. meus à Ripa,& Roma.conſil.lxviij. viſis.& Curt.conſil. liiij.ſuper duob.Dec.cõſil.clxxxij.in caſu occurrẽti.in fin.Et hanc etiã declarationẽ colligere potes ex diſtinctione tradita per Nicol.Præſid.in loco de tẽpore ad tẽpus.]Tertius caſus eſt,quando quis nec adfirmat ſe poſsidere:& tũc nõ præſumitur poſſeſsio perſeueraſſe, vt eſt de mente Doct. in d.l.ſiue poſsidetis. & q̃ not.Anchi.conſil.ccxcvij.efficacius & infrà dicã.Et ſic nõ eſt differẽtia quoad hoc, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis.Sed nũquid q̃ † dicitur de princip.habeat locũ in hęrede?Et videt quòd ſic, per ea quæ prædixi in præcedẽti limitatione.Et ad hoc eſt gloſſ. xvj.q.vj.c. ſi epiſcopũ. in gloſſ final.circa mediũ vbi vult quòd quęliber res quę erat penes defunctũ,præſumatur peruenisſe ad eius hęred. ex quo ſuccedit in vniuerſum.argumen.cap.tua. j. de vſur.facit text.in l.cũ ita.§.ſpecies.ff.de leg.ij.& q̃ not.Bald.in l.de his.C.de furt.Eſt verum,quòd ſi hęres negaret ſe reperiſſe talẽ rem in hæreditate, ſtaretur eius iuramẽto.argum.l.prętor.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de edẽd. per Bar. & Doct.in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.an verò hęredi. eo. titul.fa.l. fina.C. de fid. inſtru. & ita conſuluit Aretin.in d.conſil. cxx.ſic declarans text.in l.ſi cred.C.de pig.actio. quod nõ eſſet in principali, vt eſt glo.in d.§.ſpecies. & per Alexan.conſil.clviij.in ij.Limitatur † quarto, vt procedat regula in eo qui ſe fundat in poſſeſsione propria:ſecùs ſi ſe fundaret in poſſeſsione aliena,ſecundũ Anchar.in d.cõſil. ccxcvij. Nã cùm poſſeſsio tertij poſsit extingui pluribus modis,non debet hic præſumi quòd duret: quia probatio nõ eſſet cõcludens.c.in præſentia.ſ. de probat.Tu dic quòd melior ratio eſt,quia ita demũ iſta præſumptio habet locũ, ſi ipſe poſsidens adſerat ſe poſsidere:quia tunc præſumitur,quòd animus eius duret.Sed in tertio hoc nõ poteſt p̃cedere,quia ignorat voluntatẽ ipſius, vnde non admittitur tertius allegãs de tali volũtate,vt per Bartol.in l.final.ff.ſi ager vect.vel emphy.Iaſ.in l. poſthumo.C.de bon.poſſ.cõtra tab. Et iſta limitatio eſt de mẽte gloſſ.in d.l. ſiue poſsidetis. dũ dicit ita demũ admitti hãc præſumptionẽ, ſi agatur de commodo poſſeſſoris:& ſic nõ attenditur commodũ tertij.Et voluit Bar.in d.l.Celſus. Limitatur quinto† quãdo nõ conſtaret de poſſeſsione de prętęrito,niſi per confeſsionẽ partis: quia tũc non infertur ad præſens,ex quo cõfeſsio non debet recipere extenſionẽ,præſertim cõtra confitentẽ.argu.l.ſi quis intẽtione.ff.de iud.Sed iſta ratio nõ eſt bona,quia ipſa cõfeſsio nõ extẽditur ſed lex ex probatione reſultante per confeſsionẽ,inducit præſumptionẽ ad tẽpus præſens:& talis præſumptio dicitur actus legis,non ipſius cõfitentis.Vnde dic de iſta limitatione, vt ſuprà dixi in præſumptione duodecima huius regulę.Limitatur ſexto† quãdo allegans continuationem poſſeſsionis,nõ poſsideret de præſenti naturaliter:quia tũc licet olim poſſederit,nõ præſumitur hodie poſsidere,per doctrinã Bart.in l.fina.C.de edict.diui Adria.toll.& per id quod not.Math.in notab.cxvj.nota mirabilem doctrinam. [Et expreſsè Alex.in addit.ad Bar.in d.l.Celſus.in ver. extremitates.& ibi etiam Balb.] Sed tu aduerte: quia iſtud procederet,quando iſte allegans poſſeſsionẽ,iandiu eſſet quòd nõ poſsideret naturaliter,putà quia lapſum eſſet decenniũ: nã tali tẽpore amittitur ciuilis poſſeſsio, iuxta glo. in l.j. C.de ſeruis fugit.cũ ibi not. Bart.in d. l. Celſus. Curt.conſil.xxiiij.ſuper eo.Idem ſi de modico tẽpore non poſsideret,ſed ſuſpicatus eſſet ſe poſſe repelli: nã & tũc perditur ciuilis poſſeſsio. l. clã poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq. poſſ.& q̃ not.Fulg.conſil.cxciiij.proponitur.Alioquin extra iſtos caſus regula ſtat firma, quia ciuilis poſſeſsio quę fundatur in animo,ceſſetur durare: qa nõ præſumitur mutatio volũtatis,ſecundũ ſupra dicta: vnde in tali caſu poſſ. alterius quę eſt recẽtior ceſſetur clãdeſtina. Et propterea in interdicto retinẽdæ,iſte antiquior retinet,vt no.in c. licet cauſam.de probat.per Bart.l.ſi duo.ff.vbi poſſidetis.Et etiã ſi per cõductores nõ ſit ſoluta pẽſio,adhuc præſumitur poſſeſsio cõtinuata, vt per Bald.in l.Pomp.ff.quib.modis vſusfr.amitt.Soc. conſil.cvj.in iij.Et ex eadẽ ratione infertur,quòd agẽti interdicto recuperãdæ † ſufficit probare q̃ aliquãdo poſſedit,quia præſumetur etiã tũc poſſediſſe quãdo fuit deiectus,vt eſt tex.in ca. olim iij.ſ.de reſtit.ſpol.ibi,vel prius etiã habuiſſet. & eſt communis concluſio in d.ca. cum ad ſedem. Nec obſtat doctrina Bart.in d.l.fin. quia reſpondet vt ſuprà dixi.Limitatur † ſeptimo,vt nõ procedat regula è cõuerſo:quia qui hodie poſsidet, præſumitur olim poſſediſſe,vt dicit Bald. in l. ex perſona.C.de probat.& in conſil.xij.quidam dominus Matthæus..in primo vol. Anch. in regula, ſemel malus.de regul.iur.in vj.F. ort.in l. non eſt neceſſe.ff.de probat.Soc.conſil.lxxxix.in primo. vbi dicit iſtud nõ p̃cedere,quãdo ex poſſeſsione de præſenti p̃cederet aliqua legitima ratio, per quã poſſemus arguere, quòd etiã olim poſſederit,per doctrinã Salic.in d.l.ex perſona.per illum text. q̃ mihi placet: vnde p̃baro de dominio ab antiquo tẽpore,& de poſſeſsione de præſenti, videretur q̃ retrò debeat præſumi etiã poſſeſsio:quia videt legitima ratio & cauſa, q̃ qui fuit dñs, etiã poſſederit.arg.l.procuratorem.C.de acq.poſſeſſ. Et licet per ſe iſta nõ ſufficerent, tamen iuncta ſimul debẽt operari.l.ſi hi qui adult. & q̃ ibi not. Bald.C.ad leg Iul.de adul.& iſtud videt voluiſſe Bald.in l.vnica.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt.quod eſt valde notabile:cogita tũ. Et pro iſta limitatione facit,qa nec hodie dominꝰ præſumit retrò fuiſſe dominus,vt dixi in præcedenti præ-

sumptione [Quod ex præsenti possessione non præsumatur quis retrò possedisse, cõsuluit Alex. consi.lxxxj.in causa & lite vertente inter Gaspa-
22 rem,&c.vbi allegat concord.lib.vij.]Limitatur† octauo,vt non procedat ista regula, quando alia præsumptio efficacior esset, quòd imò talis hodie non possideret: puta præsumptio oriens ex sententia, quæ est efficacior ista præsumptione, secundum Imol.in c. inter monasterium. & ibi Felin.in xv.limit. ī. de re iudic. Et est ratio, quia vna præsumptio aliam tollit.l.diuus.ff.de in integ.restit. Sed nunquid præsumptio per quã delictum euitetur, de qua in l.meritò.ff.pro socio. sit efficacior ista,& eam tollat? Et dicendũ est quòd nõ vt probatur in d.c.olim. vbi præsumitur quis spoliatus, qui probat se aliquando possedisse: & est cõmunis opinio. Nec obstat, quòd spoliare sit delictum, & ad cõuincendũ aliquem de delicto, nõ sufficiat pręsumptiua probatio.l.fi. C.de pro-
23 bat.†quia illa lex loquitur, quãdo agitur principaliter ad pœnam,& criminaliter, vt suprà vidimus:& etiã non excludit præsumptiones à lege approbatas, vt ibi per Bald.& not.in c.afferte.infrà eod. Et tollitur istud argumentũ per c. super eod.s̄. de renunt.vbi pręsumitur renũtiatio facta per vim vel metũ,& sic pręsumitur delictũ. Et efficacior est pręsumptio, quòd aliquis res suas nõ iactet, de qua in l.cum de indebito.ff. de probat. quæ præsumptio coadiuuat eam, de qua nos hîc loquimur, vt per Abb.in d.c.cùm ad sedem.

SVMMÆ.

2 *Possessionis probandæ modus.*
3 *Præscriptionis probandæ modus non.*
5 *Medium non, nisi ex causis, præsumi.*

PRAESVMPTIO XXII.

1 VIGESIMOSECVNDO Probatis extremis† præsumũtur media. ca. inter dilectos. vbi Butri. Abb. & Feli.de fid.instr.c.accedens. vbi gl. de cõuers.cõiug.glo.in c.per tuas. ī. de condict.appos.& in cap.ex parte.in gl. pen. vbi Imol.s̄.de rescript. Bald. & moder. in l.talis scriptura.per illum tex.ff.de legat.j.Et† propte-
2 rea probato quòd hodie quis possideat, & ante decenniũ possederit, præsumitur medio tẽpore possedisse, & possessionẽ cõtinuasse. Bartol.in l. sicut.quib.mod.pig.vel hip.sol.& in l.Celsus.vbi moder.ff.de vsucap.cũ concord.per Sicul. cõsil. xij.in primo, & Socin. consil. clxxxvij. [Adde Anch.consi.v.pro parte. Alex.consil.lxxxix. excellentissimi.lib.v. & consil. xxxix. visis. lib. ij. Curt.senior consi.xxiiij.super eo. Calcan. consi. c.quod veniat.versic.quinimò nõ solũ. vbi allegat concord.Barb.consil.xxxv.sapienter.& cõsi. xxxvij.scribitur.lib.ij.Soci.cõsi.xvj.in causa quæ vertitur.lib.iij.] Quod intellige, quoad probandã præscriptionem decẽ annorũ: sed ad proban-
3 dã† præscriptionẽ viginti vel triginta annorum, debet probari initiũ & extremitas cuiuslibet decennij, vt dicit Mathes.in not.suo cx.incip.nota mirabilẽ.& moder.in d.l.Celsus.& Felin. in d. cap. inter dilectos. Et ita intelligitur glo. xvj. quæst. iiij.cap.volumus.[Ita etiam tenet Alex.in addit. Bart.in d.l.Celsus super verb.probẽtur extremitates.] Sed mihi videtur indistinctè verior alia opinio, quòd imò in qualibet præsumptione sufficiat simpliciter probare extremitates totius tẽ-
poris, prout fuit de mente omniũ antiquorũ, de quo per Salic.in l.super longi. C. de lon.temp. præscript.Bart.in d.l.Celsus.Gemin.in d. ca. sicut.liij.distin.& Abb.post alios in c.accedens.de priuileg.Anch.in cap.penult.de præscript.in vj. & confirmatur ex prędicta regula. [Et ita tenet Calca.in d.consil. c. qui loquitur de possessione lxx.lx.l.xxx.xx.x.v.& vnius annorũ]Non obstat ratio Mathesil.dũ dicit, quòd possessio ciuilis, ex
A qua causatur pręscriptio, nõ præsumitur cõtinuata per decẽ annos, siue vltra decẽ annos, nisi constet de possessione naturali. l.peregrè. ff. de acq. poss. quia dico, quod imò cõstat de possessione naturali saltẽ præsumptiuè, quod sufficit, vt per Aret.in d. consil. lj. ex quo qui semel possederit naturaliter, præsumitur eandẽ naturalẽ† conti- 4
nuasse, vt suprà vidimus: vnde possessio ciuilis præsumitur semper durauisse eodẽ modo, quia cùm dependeat ab animo, præsumitur durare a-
B nimus, etiã lapso termino.l.sancimus.C. de test. fa.text.in d.cap.accedens.in verb.processu temporis.generaliter accipiendo:& quod not. Soc. consil.cxcv.in ij.in fin. Sed circa hanc præsumptionẽ contingit dubitari, an habeat locũ in his tantũ, in quibus à tẽpore præterito præsumitur in præsens, puta in possessione,& in consensu.d. l.siue possidetis.& l.eum qui.de proba. Et videtur quod non sit ita restringenda, quia aliàs esset modici effectus, ex quo absq; eo quòd probetur
C vltimũ extremũ, idẽ esset dũmodo allegaretur & nõ probaretur contrariũ. In contrarium facit, quia† sequeretur absurdum, q, in his quæ sunt 5
accidentalia, nec natura sui durabilia, per ista extrema præsumatur mediũ.& istam partẽ videtur tenuisse Card.in d.c.sicut.lx.dist. vbi dicit, quòd ista præsumptio nõ habet locũ, nisi quando medium habet coniunctionẽ cũ extremis, quæ inferunt cõsequentiã necessariã vel verisimilẽ. Facit quod not.Imol.consil.ix. quòd quamuis proba-
D retur, quod aliquis forensis à decem annis vltra esset in ista ciuitate in qua est etiã hodie: non sequeretur, quòd debeat præsumi, quòd medio tẽpore semper in ea fuerit. Et istud videtur verius. Cętera vide per Felin.in d.c.inter dilectos.

SVMMÆ.

1 *Titulum in possidente præsumi.*
2 *Procurator non præscribit.*
3 *Possessionis causam non mutant amicus, aut vxor.*

E

PRÆSVMPTIO XXIII.

VIGESIMOTERTIO Præsumitur †1 quis possidere ex titulo præambulo. l.j.§.j.ff.de except.rei vend.l.ij. C. de acquir.possess.not.in l.quædã mulier. ff.de rei vend.[Vide egregiè de natura huius prę sumptionis Socin.consi.xv. insignis doctor. lib. iiij.] Et istud etiã procedit in iuribus.l.si à te.vbi
F Bald.ff.si seruit.vẽd. Et propterea, si legata fuerit res Titio, & reperiatur in eius possessione, præsumitur possidere titulo legati.l.penul.ff. pro leg. Et idẽ est in hæreditate: nam si alicui sit delata hęreditas,& reperiatur aliquam rem hæreditariam possidere, præsumitur istud facere titulo hæreditario.argum.l.iij.versic. & quod de subeunda. C.de natur.lib. quod tamẽ intelligẽdũ est vt not. in l.j.C.de repud.hæred.& per Bart.in l.gerit.de acq.hæred. Et facit, quia vbi quis semel possidet aliquo titulo, nõ potest sibi variare causam possessionis.l.

sessionis.l.non solùm.§. quod vulgò. de vsucap. Et dicit Ioan.And.in addit.Specul.in tit.de emp.
2 versicul.si pars.quòd si† procurator emit rẽ nomine domini, & est sibi tradita res, ita quòd quæsiuit possessionẽ domino, licet possederit triginta annis tanquã, nec restituat domino, nõ tamẽ prę scribit, quia non potuit sibi mutare causam possessionis. sequitur & declarat Aret.in l.iij.§.illud. ff.de acq.possess. Facit & ad aliam quæstionem,
3 quãdo† quis habet titulũ & possessionẽ, si eius consanguineus, vel amicus faciat aliquos actus possessorios, videtur hoc facere iure familiaritatis, & sic ex titulo præcedenti adiũcti sui.l.qui iure vbi Bar.& alij.ff.de acq.possess.Et q, not.Paul.de Castr.in cõsil.clxxix.in causa quã magnificus. in j.vol.vbi frater minor ponẽs officiales in castro, præsumitur posuisse iure familiaritatis fratris maioris, ad quẽ iurisdictio castri spectabat. Et propterea dicit Socin.cõsil.cxxx.in primo vol.quòd sicut vxor viuente marito præsumitur collegisse fructus rerũ mariti iure familiaritatis.l. ob maritorũ.vbi not.C.ne vxor pro marit.ita & in dubio debet præsumi post mortẽ mariti, ne videatur sibi mutasse titulũ possessionis.d.§.illud. Et ista procedũt etiã si titulus nõ esset verus, sed putatiuus, secundũ Socin.consil.xiij.in iiij.vol. Et est ratio,
4 quia titulus licet† erroneus, declarat intentionẽ possidentium.arg.l.fi.ff.de rebus eorum. [Adde l.in testamento.ff.de fideicommiss.lib.& Bart.in l.fideicommissa.§.quoties de leg.iij.Deci. consi. ccecvij.visis & diligenter. in fin.]

SVMMÆ.

1 *Actum sequentem secundum primum, nisi in casibus censeri.4.5.6.7.8.9.*

PRÆSVMPTIO XXIIII.

1 VIGESIMOQVARTO Præsumitur †actus sequens factus in exec. tract. præcedentis.l.iiij.§.vnde quæri poterit.ff.de manumiss.l. qui in aliena. §.si is, qui putabat.ff. de acq. hæred. & no.ibi per Doct. Et propterea si quis sit consti-
2 tutus procurator† ad certũ aliquid faciendũ, si illud faciat, licet non exprimat se facere procuratorio nomine, tamen præsumitur eo nomine fecisse.l.pignori.§.fin.ff.de vsucap. Imol.Com.Alexand.& Ias.in l.post dotem.in lectura Din.ff.sol. matr.& in l.j.§.nuntiatio. ff. de noui oper.nunt. Et facit quod not.Bald.in l.si patruus.C.commu. vtriusq; iud.vbi si erat actũ inter Titium & Seiũ, quòd Titius emeret fundum nomine cõmuni, si eum emat simpliciter, præsumitur emptio cõmuni nomine facta. Ad idem quod not.Bart.in l.triticum.ff.de verb.oblig.vbi stipulatio de restituẽdo decẽ, præsumitur facta propter mutuũ præcedens.[Hæc duo nouissima dicta refert Hippol. Marsil.in l.statuliber.nu. viij.ff. de quæstio. vbi multa cõgerit de materia huius pręsumptionis.] Et per Alexan. consil. xxv.in ij.vol.vbi fideiussor præsumitur fideiussisse in causa de qua tractatũ est in actu præcedenti, & præsumitur de ea præcisè actum, quando incontinenti contractus est inde sequutus, vt ibi per eum,& in cõsilio cxcvij. in ij.vol. Facit, quia idem etiam videmus in tuto-
3 re† qui in re spectante ad pupillum, præsumitur tutorio nomine agere, etiam quòd non expressẽrit.l.post mortem.§.j.ff.quando ex facto tut.[Et per Corn.consi.xxvij.in hac cõsultatione.lib.ij.]
Amplia istam præsumptionem procedere, etiam in delictis: vnde si quis mandauerit Seium interfici, præsumitur interfector id fecisse occasione præcedentis mandati, vt dicit Innoc. in c.ad audientiam.de homicid.sequitur Bar. in l.non solum:§.si mandato.ff.de iniurijs. [Etiam si post longum interuallum mandatarius Seium interfecerit, nisi expressè vel tacitè reuocatum fuerit mandatum, secundum prædictos. Adde Franc.
A Curt.in l.pacta.nouissima. C. de pacta.& Io. de Imol.in clem.j.de pœnis.cum concord. traditis per Hip.Mars.in reper.l.vnic.C. de rap. virg.nu. ccxlvj.& infrà dicam in fin.tertiæ limit.] Limitatur† istud primò, vt procedat quoad mandã- 4
tem & mandatarium, non autem quoad tertiũ: quia cùm ipse procurator simpliciter contraxerit, poterit tertius contra illum agere, tanquam sibi obligatum nomine proprio. arg.l. sed Iulianus.§.j.ff. ad Maced. & ita tenet Barto.in d. l. is
B qui putabat.Com. Alexand. & Iason in d.l. post dotem.& in d.§.nuntiatio. [Facit quod consuluit Socin.lxix. in causa.lib.iij.] Et ista limitatio est vera, & æqua, ex quo iste tertius est in prę sumpta ignorantia mandati præcedentis, meritò non debet compelli agere contra dominum, cum quo fortè non fuisset contracturus. [Et vide Corn.consil.vj.videtur in præsenti versi, & in dubio, &c.lib.ij.] Sed si sciret mandatum, tunc videtur secùs, ex quo nemo præsumitur ignora-
C re leges.l.leges.C.de legibus. Et facit d.l.post mortem.versic.nisi fortè creditor. Et non posset allegare hanc ignorantiam, quando in contractu fuisset apposita certa qualitas, quòd procurator vel tutor, vel similis: quia per tale nomen officij ostenditur, quòd contractus sit cum ea qualitate celebratus, l.fin.ff.de institut. Angel. de Aretin. in tractat. malef. in verb. nec non ad querelam. verb.tertio non admittitur. Facit quod not. An-
D gel.in l.si proponas.§.j.per illum text. ff. de inoffic.testa. vbi si quis instrumento asserit se hæredem, præsumitur cum eo contractum tanquã cum hærede pro quo vide Barto.in l.gerit. ff. de acquir.hæred. At idem quod dicit Imol. in l. sed & si.ff.de acquir.hæred.de eo qui litigauerat, & asseruerat se patrem famil.vt censeatur tanquam cum tali litigatum, vt deinde non possit asserere contrarium.arg.eorum quæ habentur in l. Pomponius.§.rati.ff.de procur. Et facit text.in l.si pater.§.qui duos.ff.de adopt.vbi Bald.notat, quòd
E consideranda est qualitas deducta in contractu, & quo nomine fiat, vt secundum eum cõtractus teneat.per l.in familiæ. C. fam.ercisc.& l.si ab vno.C.de neg.gest.& ibi Barto. vbi si quis vendat domum Titij, intelligitur vendere tãquam procurator Titij. de quo etiam per Alex. in dicto §. nuntiatio.[Idem not.Bart.in l.si fundum per fideicommissum. ff. de leg. j. vbi Imol.commendat. Et Feli. in c.cum M. Feria de constit.vbi alleg.concord.quod si procurator dicat, ego Titi-
F us nuntio tibi ne ædifices in fundo Sempronij, vel vẽdo tibi talem rẽ Sempronij, semper censetur nuntiare nomine procuratorio, non autem proprio: ex quo enim ex verbis apparet super re Sempronij actum geri,& non super re Titij procuratoris, non potest is cum quo actus geritur, ignorantiam mandati prætendere seu allegare.] Et adde q, not. Decius cõsil.cclxxxiij.vbi in contractu asserens se ciuem talis loci, videtur contrahere tanquam ciuis. facit quod not. Bald.in l. final.C.si à non compet.iud. Limitatur secundo †quando

5 † quando mandatum præcedens fuisset valde generale: quia tunc licet talis contractus potuerit cõpræhendi in eo mandato, tamen ex quo potest etiam esse quòd de eo non fuit actum, ex quo procurator simpliciter contraxit, præsumitur potius fecisse nomine proprio. l. iij. §. sed quod de tutore. versic. & si quidem. ff. iud. sol. quem ita intelligunt Alex. & Ias. in d. l. post dotẽ. Et mihi placet hæc limitatio, per illud quod notabiliter voluit Bar. in d. l. gerit. vbi quãdo idem actus potest fieri & nomine proprio & alieno, semper præsumimus quòd fiat nomine proprio. arg. l. & magis ff. de solut. [Et per Corn. consi. cccx. principaliter. lib. iij. & Soci. consi. cxiij. in causa Vbertini. lib. iiij.] Et quia in actu persona extrinsecus non intelligitur. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. sequitur Bald. in l. potuit. in x. q. C. de iur. delib. [Sublimita & declara istam limitationem secundum Ludo. Roma. in d. l. post dotẽ. vt non procedat, si procurator habẽs generalẽ mãdatũ cõtraheret sup re dñi vel sup re cõmuni, vel sub commemoratione officij: tunc enim videtur propter istas qualitates, nomine procuratorio domini contraxisse, quantumcunq; generaliter fuerit procurator constitutus. & istud cõprobat Rom. vt per eum, ibi videto.] Limitatur ter-
6 tio † quando magnum interuallũ interueniisset inter mandatum, & contractum celebratum, secundũ Ludo. Roma. in d. §. si is qui putabat. arg. glo. in §. ope. Instit. de oblig. quę ex edict. Ad quã glo. respõdet & bene Alex. in d. §. nuntiatio. Melius facit doct. Bart. in l. qui mihi donatũ. ff. de donat. vbi dicit, quòd si contractus fuit celebratus procuratorio nomine domini, & traditio fuit facta procuratori simpliciter incontinenti post cõtractum, censetur repetita qualitas procuratorio nomine, aliter non. l. multum. in fin. C. si quis alteri vel sibi. Sed respondet, quod doctrina Bartol. nõ est vera, quia imò siue incontinenti, siue post longũ tẽpus fiat traditio, venit in consequentiã cõtractus, & censetur repetita qualitas de qua in contractu. l. quædam mulier. ff. de rei vend. Et ita tenent Io. de Imol. Com. Rom. ibi, & Rom. in d. l. post dotem. & bene. Nec obstat d. l. multũ. quia ibi præcedens contractus non tenebat: meritò ergo traditio facta non refertur ad illum contractum: nec ibi distinguitur, an incontinenti an ex interuallo fiat. Est verum quod Alex. in d. consil. xxv. videtur sequi istã limitationẽ: sed potest responderi, quòd loquitur in casu fortiori: quia si cõtractus præsumitur fieri in executionẽ tractatus ex interuallo præcedentis, multò magis si in continenti. [Et contra istam limit. Rom. facit de directo quod voluit Inno. c. in d. c. ad audientiã. de homi. & sequitur Bar. in d. l. non solũ. §. si mãdato. Roma. & Ias. in d. l. post dotẽ. Alex. & Ias. in d. §. nuntio. videlicet quòd si ego mandaui tibi quòd tu occideres Caium, & etiã post longũ interuallũ occideris, certè præsumitur quod occideris occasione præcedentis mandati. Et sic vides quòd limitatio Roma. non videtur vera, & cõmunis videtur cõtra eũ, vt per Doct. in d. l. post dotẽ. & in d. §. nuntiatio. & in d. §. si is qui putabat.] Li-
7 mitatur quarto † vt supradicta procedant, quãdo sumus in re, quæ potest ad dominũ & ad procuratorem pertinere: secus si ad procuratorem tantũ, quia non attenditur tunc an sit facta mentio mãdari vel nõ, sed quæritur illi cui potest acq. l. proinde. §. fina. cum l. seq. ff. de stipul. ser. & ita loquitur glo. in d. l. post mortẽ. §. j. de quo per Ias. in d. l. post dotẽ. & in d. §. nuntiatio. post Bart. ibi. Limitatur quinto † quando si procurator censeretur contraxisse tanquam procurator, resultaret aliquod delictum: veluti si lex prohibeat forensem acquirere aliqua immobilia in territorio. Nam licet forensis mãdauerit Titio, non tamen si simpliciter Titius emit, videtur fecisse nomine forensis. Istud probatur ex notatis per Bal. in l. felicissima. C. de his qui à non dom. & Aret. in d. §. si is qui putabat. vbi ideo censetur procurator contrahens simpliciter, cõtrahere nomine domini, quia aliàs delinqueret, & teneretur crimine stellionatus. l. Titio. vbi not. ff. ad municip. Quæ ratio totũ contrarium inducit in isto casu. Sexto † limitatur, quando procurator nõ acce-
9 ptauisset mandatũ, vel repudiauisset, vt per Bald. in l. qui literas. C. mand. & Alex. in d. §. nũtiatio. Et si faceret actum qui non posset pertinere nisi ad dominum, ex ipso facto videretur acceptauisse, ex quo tale negotium ad eum aliàs nõ pertinuisset. Istud probatur in d. l. qui seruum. §. idẽ in eo. ff. de interrog. actio.

8

SVMMÆ.

1 *Identitatem durare præsumi: ex causis contrà. 2.*

PRÆSVMPTIO XXV.

IGESIMOQVINTO Præsumitur 2 † generaliter quod olim fuit idem & hodie esse. Vnde præsumitur rẽ quæ olim extitit, etiam hodie extare, nisi probetur amissa. l. testamentum. in fine. C. de testamen. l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edend. & ibi Bartol. & Doctor. ponunt doctrinam quomodo probetur amissio: de quo etiã per Alexand. in l. domos. ff. de legat. j. Felin. in c. fin. de probat. [Quòd alleganti rem non extare, incumbat onus probandi amissionẽ, vide Bald. Angel. & latè Alexand. in l. publicati. vbi etiam Corn. C. de testam. Felin. in cap. sicut. per totum, maximè versic. quinta declaratio. & vers. sequen. de re iudic. Socin. egregiè consil. xxiiij. incip. omnipotens Deus adsit. libro j. in quibus locis etiam traditur qualiter probetur amissio.] Et dicta præsumptio procedit in omnibus decẽ prædicamentis discurrendo, vt latè per Bald. in l. ex
E persona. C. de probat. Pet. de Anch. in regula, semel malus. in sexto. Felin. in c. scribam. j. eod. [Et per Nicol. Præsidem in cent. locorum leg. in loco de tempore ad tempus.] Fallit. vbi necessi-
2 tas † naturæ repugnaret: veluti in ætate: non enim qui olim fuit infans, præsumitur etiam hodie esse infans. l. cùm te. vbi not. C. de proba. & supra dixi. Idem si necessitas hoc non suaderet, sed verisimilitudo naturalis: non enim sequitur, iste in pueritia nesciuit literas, ergo etiã adultus ne-
F scit. l. Stichus. ff. de leg. iij. not. in c. si eo tẽpore. de rescript. in vj. Idẽ in qualitate agẽdi: nõ enim naturaliter potest quis semp & sine intermissione agere. l. seruit. in prin. ff. de seruit. l. foramen. ff. de seruit. vrba. præd. sicut nec pati. Vnde nõ sequitur olim fuit percussus, ergo etiã hodie percutitur. l. maritus. ff. locati. Idẽ in loco particulari: quia nõ sequitur, fui in tali cõclaui, vel sedi in tali scãno, ergo etiã hodie sum vel sedeo. Idẽ in naui vel seruo fugitiuo: ista. n. naturaliter sunt variabilia. l. Cęs. ff. de publ. l. qs sit fugitiuus. ff. de ædil. edict.

Et

Et hęc sunt breuiter, quæ sentit Bald. in d. l. ex persona. SVMMÆ.

1 *Præteritum præsenti, nisi in casibus, præsumi. 2.*

3 *L. Quicunque. de apoch. census.*

PRÆSVMPTIO XXVI.

B VIGESIMOSEXTO Præsumitur † de præsenti ad præteritum, vt q. est in præsenti, credamus etiã fuisse tẽpore præterito. l. ex persona C. de probat. l. j. §. si magistratus. ff. de magistratib. conuen. l. si hi qui adulterij. C. de adul. Sed ista præsumptio indiget altiori declaratione. Et Oldra. de Laude in d. §. si magistratus. dedit vnam doctrinam in ista materia, quam ibi sequũtur Rayn. de Forliuio, & Bald. & Anch. in regula, semel malus. de regul. iur. in vj. Aliam doctrinam dedit Cald. in d. l. ex persona. & in d. l. si hi qui. Aliam posuit Floria. in l. non est necesse. ff. de probat. Sed tu pro veriori declaratione fac conclusionem, quod regula sit, vt de
B præsenti non præsumamus in præteritũ: vnde si quis est de præsenti Doctor, non præsumitur quòd olim esset. c. si eo tempore. vbi not. de rescript. in vj. & in Clemẽ. literas. eod. tit. Et istud maximè procedit, quando præsens status est difformis à statu qui necessario aliquo tempore aliter fuit in præterito. Vnde si quis est hodie vsurarius vel hæreticus, non præsumitur etiã olim ita fuisse, quia saltem in pueritia aliter fuit. argum. l. iiij. ff. de probat. & tenet Ias. in d. l. si. prius. [Ista
C egregiè tradit Steph. Bertran. consi. vij. ex them.
2 lib. j. in nouissimis.] Fallit † primo, quando aliter actus qui de præsenti est licitus, redderetur illicitus, & nullius effectus, secundum Bald. in d. l. ex persona. Vnde si quis est in quasi possessione seruitutis alicuius, præsumitur ille etiã retrò fuisse seruus, quia aliàs possessio domini redderetur illicita, & actus præsentis tẽporis esset illusorius. ita procedit l. liberis. §. fi. ff. de libe. caus. l. circa. ff. de probat. Sed ego puto quòd verior ratio sit, quæ
D colligitur ex sequẽti limitatione: quãuis etiã nõ videat ibi agi de aliqua præsumptione de præterito, sed potius de præsenti tantũ. Secũdo fallit, quãdo vltra actũ de præsenti, concurreret aliqua præsumptio quæ inferret retrò, secundũ Salic. in d. l. ex persona. per illum textũ vbi qui est hodie pauper, præsumitẽ etiã retrò fuisse pauper. Ratio est, quia quilibet præsumitur ditari. l. si defunct. C. arb. tutel. de quo tamẽ dic vt infrà dicã. Vnde
E cũ iste nõ reperiatur dives, verisimile est q. etiam præterito tẽpore nõ fuerit. sequitur Alex. consil. xvj. in v. [Et Steph. Bertrandi d. cõsil. vij. lib. j. in nouissimis.] Et ꝓpterea qui hodie possidetur vt seruus, præsumitur etiã retrò possessus: ex quo nõ est verisimile, si esset liber, q. permisisset se vnquã possideri pro seruo. Et sicut nõ præsumitur quis perdidisse diuitias, multò minus debet præsumi
pdere libert. l. libertas. ff. de reg. iur. Et secũdũ istã limitationẽ intelligit d. l. si hi qui. Aduerte tamẽ quia ista intelligẽtia nõ cõuenit dictis ll. quicqd
F dixerit Salic. & Alex. quia nõ videtur in eis quòd aliquid ex præsenti præsumatur in præteritũ, sed potius nihil præsumatur, & relinquitur onus probãdi ei qui dicit, secundum regulã l. verius. ff. de prob. & ita intelligo d. §. si magistratus. Nã cũ lex velit, q. magistr. dent tutores idoneos facultatibus pupillorũ, meritò nõ præsumitur illa qualitas nisi probetur. l. nõ solũ. §. sed vt probari. vbi Bar. & Doct. ff. de oper. no. nunt. gl. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. Et si di-
cas, q. nõ debuisset probari, ex quo quilibet præsumitur idoneus. ca. fin. j. eo. respõdeo quòd hoc nõ ꝓcedit quo ad facultates, vt infrà videbimus. Et dato quod hoc esset verũ, tamen ex quo hodie nõ est idoneus, cessat prædicta præsumptio: & sic præsumptio resultãs ex tẽpore præsenti, tollit præsumptionẽ tẽporis præteriti, & relinquit rẽ in terminis iuris cõmunis, vt qui dicit, ꝓbet: nõ autẽ facit simpliciter, quòd præsumatur de tẽpo
A re præterito idẽ quod in præsenti. Et eodẽ modo procedit tex. in d. l. si hi qui adulterij. vbi status tẽporis præsentis tollit præsumptionẽ tẽporis præteriti, quæ erat orta ex allegata consanguinitate: vndę illa cessante, subintrat dispositio iuris cõmunis, per quã accusatio de adulterio cõcutrebat. Et ita procedit etiã d. l. ex persona. vbi paupertas præsenti nihil facit præsumi retrò: sed cũ fundamentũ intẽtionis rei cõuenti esset, q. collega aui tẽpore depositi officij esset soluẽdo, debet istud probare. & iste mihi videtur verus intellectus ab illa iura. Facit tertio, quãdo tẽpus præsẽs aliquid infert de necessitate in præteritũ: veluti si mulier hodie peperit, præsumitur intra tẽpus vndecim mensium concubuisse. §. fin. in auth. de restit. & ea quæ par. Oldr. & Bal. in d. §. si magistratus. Idẽ si hodie fructus industriales sint percepti, ꝓsumitẽ q. industria fuerit adhibita tẽporib.
debitis, secũdũ Flori. in d. l. non est necesse. Fallit quarto, quãdo ꝓsens tẽpus habet se ad præteritũ. sicut finis ad initiũ: nã tũc ꝓ modũ declar. de ꝓsenti ꝓsumitẽ in ꝓteritũ. l. sed Iul. §. proinde. ff. ad Maced. vbi si filius cõfertit in rẽ patris pecuniã sibi mutuatã præsumitur à principio hoc animo mutuũ cõtraxisse. Ad idẽ fa. l. litibus. C. de agric. & cens. lib. xj. vbi si colonus respõdet mihi de fructibus, præsumitur coluisse retrò illos fructus nomine meo. Facit etiã l. si filios. C. de hære. [Quòd
D ex actu de præsenti declaretur qualis fuerit animus præcedens, vltra hic allegata adde tex. in §. pauonum. Inst. de rerũ diuis. & Lud. Rom. consi. ccxcj. cũ isti fratres. Anch. consi. cclj. ex his. Dec. in l. quandiu. in ij. lec. C. qui admitti. & consi. cccxxxvj. in casu proposito. & consi. ccccxc. visis & circunspectis. & consi. cccclxxvj. conclusionẽ. in quibus locis allegat cõcord.] Fallit quinto in casu l. quicunq; † C. de apochis publi. lib. x. vbi per 3
solutionem trium vltimorũ annorum, præsumit lex semp retrò fuisse satisfactũ: sed ibi nõ est simplex præsumptio de tempore præsenti, sed de
E præstatione triennali, de qua etiam in l. j. vbi Doct. C. de fideicommiss. [Vide Lucam de Pen. conciuem meum in d. l. quicunque. vbi ponit clxxx. præsumptiones seu casus, in quibus lex aliqui præsumit.] Sexto declara, vt licet non inducat præsumptionem sufficientem ad transferendum onus probandi, inducit tamen aliqualem susçipicionem. l. ciuile. C. de furtis. quæ ex qualitate negotij, poterit etiam esse valde probabilis. d. §. final. in authen. de restit. & ea quæ
F par. vbi vidua adulterans, præsumitur etiam retrò viuente marito adulterata. de quo suprà dixi. Et secundum supradicta puto debere intelligi quod not. Io. And. in addit. Specul. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum restat. vers. primo. quem refert & sequitur Ang. in l. sciẽdum. in fi. ff. de verb. obli. vbi dicit, quod si equus est † ven- 4
ditus, & intra triduum mortuus, & ei reperiatur cor macilentum & putredine corrosum, præsumitur tẽpore venditionis infirmis: & sic locus erit ædilitio edicto. Nã si de modico tẽpore, pu-

ta

ta trium dierum, antè fuit emptus, præsumptio talis erit sufficiens, vt per Ias. in l. lecta. ff. si cert. pet. cũ concord. Si verò erat iam plures dies, tũc esse simplex prę̃sumptio: & hoc, nisi medici† aliter dicerent, quibus standum est tanquam peritis in arte. l. semel. C. de re milit. lib. xij. [Et Bart. & Dd. in proœm. Digest. & in l. j. de ventre inspi. cum similib.]

SVMMÆ.

1 *Diuitias durare præsumi: quandoque secùs.*
3 *Paupertas durare, nisi in casibus, præsumenda.*

PRAESVMPTIO XXVII.

1 2 VIGESIMOSEPTIMO Olim dies† præsumitur etiam hodie dies† quia non præsumitur amisisse dominium rerũ suarũ. l. siue possidetis. C. de proba. B Et ita tenent Hosti. Ioan. And. & But. & Imol. in c. j. in fin. ṽ. de scruti. Archid. & Gemi. in c. fin. vj. q. v. Alber. de Ros. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. Et sic, licet quilibet à principio nascatur nudus & pauper, si tamen fuit semel dies, præsumitur in futurũ dies, secundũ Docto. in dictis locis. Quod facit pro opinione quã suprà tenui in prin. istius regulæ. [Quòd qui libet nascatur nudus & pauper, habes moralem & elegantem tex. in c. sicut hi. xlvij. distin. Lucas de Pen. co. iciuis noster in l. ij. C. quan. & quibus quarta pars deb. Et Aret. consi. lxvj. viso puncto. vbi egregiè dicit, quod cùm qualitas diuitiarum sit regulariter repugnans naturæ (quia nemo nascitur dies) non potest argui de præsenti ad præteritum, & non valet arg. nunc est dies, ergo & olim erat. nota bene.] Intellige istam præsumptionem procedere, vbi simpliciter dubitatur, an quis sit dies: sed si agamus de vniuerso, putà an qui olim habuit tales facultates valentes vsque ad mille aureos, præsumatur easdem hodie habere, tunc dicendum est, quòd non: quia vbi agitur de probanda continuatione alicuius vniuersi, qui habuit in præteritum, non præsumitur hodie habere. l. in confirmando. vbi Bart. not. ff. de cõfir. ut & consuluit Alex. ita declarans Bart. in consi. cij. in ij. vol. Et potest esse ratio, quia cũ agatur de vniuersitate, ea ex natura sui recipit diminutionem & augmentum. arg. l. hæreditas. ff. de per. hære. vnde ex quo potuerunt diminui E ex natura vniuersitatis, cessat ista præsumptio. Sed tu aduerte, quia videtur, quòd ista declaratio in effectu tollat regulam: quia cùm diuitię cõsistant ex bonis, & sic ex aliquo vniuersali, sequitur quòd olim dies, non præsumatur hodie dies. nisi dicas esse differentiam in modo agendi, quia aut aliquis olim dies allegat se habere eadem bona quæ olim, & procedit regula: aut non allegat se habere eadem bona, quia fortè alienauit, sed dicit se habere pretium vel alia loco eorum, & procedit opinio Bart. & Alexand. Sed nunquid olim pauper† præsumatur hodie pau- 3 per? Et videtur quòd non, quia quilibet præsumitur ditari. l. si defunctus. C. arbit. tutel. l. cura. §. deficientium. ff. de mun. & hon. Barto. in l. ex diuerso. §. final. post antiquos. ff. solu. matr. Salic. in d. l. ex persona. & in d. l. non est necesse. de proba. Contrarium tenuerunt Raph. Com. & moder. in l. ij. ff. de except. quia ista accidentia extrinseca non præsumuntur. Et idem tenet Salic. in l. quod nomine. ff. de cond. indeb. vbi respondet ad d. l. si defunctus. & ad d. §. deficientium. quòd illa iura non probant, & bene: & refert etiam Alex. in d. l. ex diuerso. §. fin. Et facit, quia diuitiæ acquirũtur & amittuntur ex impetu fortunæ. l. si is qui. §. j. ff. de acqui. rer. dom. l. planè. ff. vt in poss. lega. &c. Facit text. in c. super eo. ṽ. de renunt. Vnde in istis fortuitis videretur quod lex nihil deberet† 4 præsumere propter nimiam incertitudinẽ. Possunt prędicta concordari, vt dicamus, quòd olim A pauper, præsumitur etiam hodie pauper, per supradictam principalem regulam, prout firmant Archid. in d. c. fin. & Alber. de Ros. in d. §. qui pro rei qualitate. Sed in futurum præsumitur debere ditari: quia vbi dubitamus quid futurum sit, debemus semper sperare in melius. l. inter stipulantẽ. §. sacrã. ff. de verb. obli. & ita intelligo Bar. in d. §. fi. Est verum quòd ista præsumptio de futuro non æquipollet probationi, & non liberat ab onere probandi, vbi casus euenit. d. §. deficiẽtiũ. B prout in simili suprà dixi declarando regulam, semel malus. in versi. vij. in quarta limit. Et ita procedit alia opinio Raph. Comen. Et supradicta habent locum, quando agitur de tempore præterito ad præsens: sed vbi nihil allegatur de præterito, & simpliciter agitur de præsenti, non præsumitur aliquis nec dies nec pauper, sed ei qui dicit, incumbit onus probandi, vt est gl. communiter approbata in d. §. qui pro rei qualitate. Vnde C qui se excusat tanquam pauperem† debet pro- 5 bare. d. §. deficientium. §. itẽ propter. Instit. de excus. tut. Et qui aliũ reijcit tanquã pauperẽ, eodẽ modo ꝓbat, l. si creditores. §. fin. ff. de priuil. cred. Idem in patrono sub prætextu paupertatis alimenta perente à liberto suo. l. fin. ff. de lib. agnos. Et è conuerso qui tenetur eligere diuitem, debet illam qualitatem probare. l. j. §. si magistratus. ff. de magistr. conuen. d. l. non est necesse. & ibi Raph. Fulg. Idem in eo qui dicit collegam fuisse D tępore finiti officij diuitem. d. l. ex persona. C. de probat. cũ simil. Quo modo aũt probẽtur diuitię vel paupertas, dic vt not. in d. §. qui pro rei qualitate, per Alex. & Ias. & in l. si constante, in prin. ff. sol. mat. [Quòd alleganti paupertatem, vel diuitias ad fundamentũ intentionis, incũbat onus probandi, & qualiter probentur diuitiæ, vel paupertas, vide Alex. consi. xxxvij. consultus. lib. vij. & consi. xcj. repetitus. eod. lib. Calca. consi. viij. in causa pendente. Rom. consil. ccxlv. ad primũ. E in vlt. dubio. Soc. consil. xxx. in causa dominæ Agnetis. per totum consil. lib. iiij. & consi. xxiiij. omnipotens Deus. lib. j. Bolog. in consi. lix. visis igitur. Purpuratum & alios moder. in l. j. ff. si cert. peta. Ang. in §. hinc nobis. de hæred. & falci. colla. prima. Petrum de Moncada in addit. ad tracta. de testibus Crotum sub. nu. xxiiij.]

SVMMÆ.

F 1 *Correctio non præsumenda in quouis actu. 3. 4.*
2 *Saluo iure, formulæ acceptios & vis.*

PRÆSVMPTIO XXVIII.

1 VIGESIMOOCTAVO Nemo†, præsumitur in continenti seipsum corrigere. l. non ad ea legata duntaxat. vbi glo. & Doct. ff. de cõd. et dem. Bar. in l. j. §. et parui. ff. quod

quod vi aut clàm. But. & Imol. in c. ex parte tua. & infrà, secundo. ṽ. de offic. & potest. iud. deleg. Alex. consi. xxviij. in iiij. vol. Rom. cõsi. xciiij. visis his quæ narrantur. Alexand. in l. si mihi. §. fin. ff. de legat. j. Pro hoc facit, quia si partes conueniunt facere vnum, & contrarium fecerint, præsumitur potiùs fecisse per errorem, quàm quòd voluerint se corrigere. l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. instit. [Et Alexã. egregiè consi. clvj. viso instrumento. lib. vj.] Et firmat Soc. consi. xxvij. in iiij. vol. vbi subdit, quòd quando primum instrumentum est planum, declaratur secundũ eo modo ne corrigat præcedens. per supradictã rationem, & quòd notant Ang. & Imol. in l. si qs cùm aliter. ff. de verbor. oblig. facit etiam quòd not. consil. xxxiiij. pater vxori. Vnde per istam rationem aliàs consului cum Decio, quod statutum Mediolani quo dicitur, quòd maritus non existentibus liberis communibus, præmortua vxore lucretur dotem, saluo iure liberorum prioris matrimonij, non intelligitur generaliter, vt filij prioris matrimonij succedant in tota dote, secundum senatusconsi. Orfitiã. de quo in l. j. C. ad Orfit. sed refertur solùm ad l. hac edictali. C. de secund. nupt. quia aliàs statutum incontinẽ- 2 ti se corrigeret, per supradicta: & qa† illa dictio, saluo, stat modificatiuè, non correctiuè, vt est gl. in l. item Labeo. ff. fam. ercis. cum concord. & in terminis consuluit Bald. consil. cclxxiij. supposito statuto. in ij. vt latiùs habetur per Decium cõ C sil. cclxxxiij. in nouissimis. Adde quod notabiliter voluerunt Iac. Put. & Ias. in l. si fundum. per fideicõmissum. ff. de leg. j. vbi si consentiam tertio alienanti rem meam, cum protestatione, saluo iure meo: ista protestatio intelligitur, nisi respectu pretij, non autem ipsius rei. arg. l. mater. C. de rei vend. quia aliter ista reseruatio corrigeret in totum consensum priùs præstitum: & est de mẽte Dini, Oldr. Raph. Com. ibi. Ad idem facit quod not. Alexand. consi. cxxxv. versi. prętereà ista. in j. volum. vbi concludit, quòd in statutis pẽr talem reseruationem semper debet fieri interpretatio, ne præcedentia corrigantur. Et istud procedit etiam' vbi caueretur quòd verba in statutis intelligerẽtur ad literam, prout iacet secundũ Anch. consil. ccccxxiij. viso puncto. Itẽ procedit, etiam si aliqua verba impropriarẽtur, secundum Lud. Rom. consil. ciij. incip. pater reuerende. vbi si statutum loquatur in principio de cessantibus, siue fugitiuis, & sic alternatiuè, deinde loquatur copulatiuè, illa† copula re- 3 soluetur in disiunctiuam, ne censeantur statuentes incontinenti se correxisse. arg. notatorũ per Cin. & Bal. in l. fi. C. per quas perso. nob. acquir. Et ad supradictam præsumptionem facit generaliter; quia quælibet correctio est euitanda. l. sancimus. C. de testa. Vnde in correctoriis nõ est licita extensio ex identitate rationis. l. præcipimus. vbi Bart. de appell. authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Et iura debent intelligi vt concordent, non vt se corrigant. c. cùm expediat. de elect. in vj. l. fi. C. de eden. Et facit glo. notabilis in c. fraternitatis. xxxiiij. distin. vbi si iurà imponunt varias pœnas alicui delicto, nõ censentur se inuicem corrigere, sed potiùs dare electionem iudici. de quo per Felin. in rap. inter cæteras. ṽ. de rescript. Et† idem procedit etiam in 4 testibus, qui debent, quantum possibile est, reduci ad concordiam. c. cum tu. vbi not. ṽ. de test. Dint. & Bald. in l. ij. ff. de cond. instit. cum cõcor.

[Et amplissimè Alex. post Imol. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. de verbor. oblig. & Feli. in c. cùm tu. de testib. Et Ioan. Crotus in tract. de testi. vbi abundè traditur quomodo & qua via testes contrarij ad concordiam reducantur, & an reducantur ad euitandam pœnam periurij vel falsi solùm, an verò etiam ad probandum.] Et generaliter idem est in quacunque materia, secundum Alexan. consil. cxlj. viso testamento. in se- A cundo volum. Et hæc inferuntur ad quæstionẽ, quãdo testator dixit, lego Titio talem fundum, & in eo illum instituo. Nam quamuis institutio differat à legato, non tamen videtur testatori sei psum correxisse, sed potius erit electio legatarij, an velit habere titulo legati, an titulo institutionis in re certa. d. l. non ad ea. Et effectus est† ma- 5 gnus, quia isto secundo casu non tenebitur accipere rem de manu hæredis, iuxta l. nõ dubium: cum ibi no. C. de legat. sed poterit accipere propria auctoritate, secundum Bart. & Doct. in l. ex facto. ff. de hæred. instit. Ias. post alios in l. quoties. C. eo. tit. Et in dubio præsumetur accepisse isto titulo tanquam pleniore. arg. l. si ita scriptũ. ij. & quòd ibi not. Bald. ff. de hæred. instit. quod nota. Et facit text. in l. si quis seruo. ff. de manumiss. testam. & in l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. Bart. in l. si Titio. j. ff. de vsufr. leg. & in l. cẽturio. in iiij. quæst. principali. ff. de vulg. & pupill.

SVMMÆ.

1 *Testem non, nisi ex causis, se corrigere. 2. 3. 6.*
4 *Testimonium contrarium respui: quandoque secus & primo stari.*
7 *Aßessorum in testibus interrogandis officium.*

PRÆSVMPTIO XXIX.

1 VIGESIMONONO Præsumitur† contra testem, qui postquã testimoniũ perhibuit, mutat seu corrigit dictum suum, nisi incontinenti hoc faciat. c. prætereà. ṽ. de testibus cog. redditur enim suspectus, tanquam subornatus à parte, vt ibi habetur, & in §. quia verò multi. vbi gl. in ver. nõ etiã. in auth. de test. Et dicitur incontinenti, antequam compleat dictum suum, vel sit dimissus à iudice seu examinatore, secundum Bald. in l. lecta. & ibi Ias. ff. si cert. pet. Idem† etiam si corrigat antè, quã publicatæ sint 2 adtestationes, quia adhuc dicitur incontinenti, dummodo probetur eum non fuisse colloquutum cum partibus, & sic tollat ista præsumptio subornationis; & si esset testis notæ fidei, & magnæ auctoritatis, propè esset, vt staretur iuramẽto suo, secundum Bal. in d. c. prętereà. arg. c. vltra tertiam. ṽ. de testibus. facit l. non omnes. §. fin. ff. de re milit. Intellige† tamen istud procedere, 3 quando testis allegaret aliquam causam colloratam erroris, seu correctionis, secundum Imol. F & Felin. in d. c. prætereà. Bart. in l. eos. ff. de fal. [Vide Crotum in tract. de testibus.] Et esset iusta causa, si allegaret obliuionem in tempore: quia illa est magis verisimilis. Si verò obliuio non esset verisimilis, tunc secus, vt dicit Bald. in l. presbyteri. C. de epis. & cler. vbi subdit, quòd si quis dicat se non recordari de eo, quod est valde verisimile quòd recordetur, debet puniri: & solet latrunculatores illud dictum practicare, vt subiiciant talem torturæ. Et putarẽ supradicta pro-

cedere etiam si testis ipse mutet aliqua sub præ-
textu declarationis verborum, quando talis de-
claratio non bene consonaret, quia nec tunc de-
bet hoc permitti: sicut in simili dicimus de iudi
ce. l. ab excecutore. in princ. vbi not. ff. de appel.
& ita intelligo not. in c. cũ clamor. ṡ. de testibus.
4 facit quod not. Card. in c. cùm ad sedem. de re-
stit. spol. Abb. in c. cum dilecti. de donat. Andr.
Sicul. consil. iij. in secundo. Sed dubitatur, † si
testis sit contrarius, nunquid standum sit primo
vel secundo dicto. Et si sit contrarius in eadem
depositione, clarum est quòd non statur alicui
dicto, imò reiicitur in totum tanquam falsus. c.
licet causam. ṡ. de probat. l. eos. ff. de falsis. l. qui
falsa. vbi Salic. Fulg. & Floria. ff. de testi. & est cõ
munis opinio. cum aliquibus declarationibus
positis per Felin. in c. cùm in tua. in prima con-
clus. de testibus. Si verò est contrarius in alia de-
positione eiusdem causę, tunc Bartol. in d. l. eos.
videtur præsupponere quòd sit idem: & etiam
Fulg. in d. l. qui Falsa. dum dicit, quòd prima de-
positio quæ fuit perfecta in se, annullat ex post
facto per reuocationem factam in alio examine:
quia ex quo in hoc secundo apparet quòd est te-
stis falsus & periurus, lex præsumit idem de pri
ma examinatione. arg. l. si hi qui. C. de adult. Et
idem videntur tenuisse But. & Imol. in d. c. cùm
in tua. [Et huius sententiæ, quòd nec primum
nec secundum dictum valeat, fuit Crotus in tra-
ctatu de testibus. vbi dicit opinionem contra-
riam non esse tenendam.] Sed Abb. in d. c. cum
in tua. tenet contrarium, quòd imò stetur primo
dicto. arg. d. c. præterea. vbi Innoc. Ioan. Andr. I-
mol. & moder. idem tenent, & est de mente Bal.
in l. iij. C. ad legem Iul. de adult. Et suadetur opti
ma ratione, quia talis testis præsumitur subor-
natus à parte, vt est gl. in d. ca. præterea. ergo se-
quitur quòd primũ dictum præsumatur verius,
aliàs esset in potestate testis annullare dictum su
um, & tollere ius quæsitum parti. Nec ratio Ful.
ꝑ d. l. si in adulterij. quicquã valet, quia ille text.
non procedit simpliciter, quòd ex præsenti præ
sumatur retrò: sed alia ratione, de qua latiùs su-
prà vidimus. Eandem opin. etiam tenet Aretin.
in d. c. cũ in tua. quãdo pars, pro qua testis semel
præsens deposuit, opposuisset ne repeteretur:
secùs, si nihil opposuisset. allegat Bald. in auth.
qui semel. C. de probat. Sed mihi placet gene
raliter opin. Abb. quòd stetur primo dicto. Et ad
quasdam rationes Aretini ibi respondendũ est,
quòd procederent vbi lex non præsumeret sub-
ornationem, ex quo ista subornatio non debet
prodesse subornatori, quia delictum suum nemi
ni debet esse vtile. l. itaque fullo. ff. de furt. l. Ser
uius. ff. quod vi aut clàm. Et ex hoc à fortiori in-
fertur, quòd si ista reuocatio sit facta in alio iudi-
cio siue ciuili siue criminali, quòd stabitur pri-
mo dicto. c. sicut. ṡ. de testib. vbi Aretin. & alij at-
tingunt, & est communis opinio, vt per Felin. in
d. c. cùm tua. per Tindarum in tract. de testibus
variantib. in secundo lib. Deci. cõs. clxxv. & cõs.
clxxxix. [Hoc sequitur Ioan. Crotus in d. tract.
de testib. versic. secundus casus, &c. dummodò
hæc reuocatio seu contrarietas fiat in alia cau-
sa, & in alia instantia. & diuersæ sint perso-
næ litigantes: secus quando est eadem causa, &
eædem sunt ꝑsonæ litigantes: licet diuersæ sint
instantiæ, quia tunc neutrum dictum valet.] De-
bilitatur tamen istud primum dictum, quia talis
testis non dicetur maior omni exceptione. Et
propterea dicit Card. in cap. veniens. ij. in fin. ṡ.
de testibus. quòd ad dictum talis testis non pos-
set deferri iuramentum in supplementum pro-
bationis. sequitur Felin. post alios in d. c. præ-
terea. & in d. c. cùm in tua. & Alexand. consilio
xix. in quarto. Sed quid si essent duo testes,
nunquid probaretur sufficienter adferendam
sententiam ex priori dicto, licet prius reuocas-
sent? Et videretur quòd non, quia ex numero o-
A ritur maior suspitio falsitatis contra primum di
ctum, arg. notatorum per Bartol. in l. j. §. idem
Cornelio. ff. de quæstio. per Bald. consilio cccc-
xxvij. in v. & in c. ad nostram. suprà de probat.
Et hoc videtur voluisse Alexand. consilio cxij. in
quarto. & de mente Aretin. in d. c. cùm in tua.
Videretur contrarium esse verius, quia in causis
ciuilibus duo testes sufficiunt, licet non sint o-
mni exceptione maiores, vt per Ioan. Andr. in c.
quod pro causa. suprà de procur. Paul. de Castr.
B in l. fin. C. de probat. Andr. Sicul. & alios in c. at
si clerici. in gloss. iij. ṡ. de iud. Et istud videtur de
mente Doct. qui loquuntur tantummodo de v-
no corrigente, non de duobus: & est ratio, quia
probatio † quæ fit per vnum testem & iuramen 5
tum, est probatio priuilegiata, meritò de facili
cessat. Secus quando sunt duo, quia talis proba-
tio fundatur ex iure communi. arg. l. eius mili-
tis. §. militia missus. ff. de testam. milit. Nec ob-
stat quòd ex numero reuocantium prius dicta,
C oritur maior suspitio: quia ex eodem numero
etiam efficatior est prima probatio, vbi lex vo-
luit stari propter pręsumptionem subornatio-
nis. d. c. sicut. & d. c. præterea. &c. per tuas. ṡ. de
probat. Faterer tamen quando iudex haberet
valde suspectum primum dictum, quòd non de-
bet iudicare, nisi præstito iuramento in supple-
mentum probationis parti, ex quo plus quàm
semiplenè ꝓbauit. c. fin. de iureiur. & not. in d.
l. admonendi. de iureiur. Declarantur † supra- 6
D dicta, dum dixi, quòd testis non potest corrigere
dictum suum nisi incontinenti, aliàs staretur pri
mo dicto, vt non procedant quando testis metu
tormentorum corrigeret dictum suum ante pu-
blicationem: nam tunc staretur tali correctioni
secundum Bartol. & Angel. in l. si postulauerit.
§. sed & si negauerimus. ff. ad legem Iul. de adul.
vbi subdunt, quòd boni † assessores faciũt quòd 7
non reperiatur nisi vnum dictum, videlicet post
tormenta. Facit pro ista opin. quod dicit idem
E Bartol. in l. j. §. quæstioni. ff. de quæstionibus. v-
bi dicit in teste variante, quòd quando quis de
alio tantùm interrogatur, validior est secunda
confessio facta in tormentis, quàm prima sine
tormentis. §. j. in authent. de testibus. not. l. cùm
probatio. ff. de probat. licet secus sit, quando de
se tantum torquetur, vel de se & de alio. d. l. j. §.
diuus. & §. quæstioni. & §. si quis vltro. Et sequi-
tur Aretin. consilio lxj. Socin. consil. ccliij. De-
cius consilio clxxv. versic. non obstat. Tindarus
F in d. tract. in j. parte, c. iij. Dicunt tamen moder.
in d. §. quæstioni. quòd non vident aliquam ra-
tionem differentiæ istius doctrinæ. Adde, quòd
etiam illud dictum Barto. quòd cauti assessores
faciunt, quòd reperiatur in actis nisi vnum di-
ctum, non videtur verum quin ex quo ista varia-
tio diminuit de fide testis, interest partis vt de
ea constet in actis, iuxta not. per Bald. in l. iij. C.
de testib. & traditur in c. quoniam contra. ṡ. de
probat. Sed aduerte, quòd doctrina Bartol. est
vera, si bene intelligatur: & propterea sciendum
est,

8 est, quòd nunquam persona libera † debet atte-
stari de re alterius in tormentis. l. ex libero. ff. de
quæstio. nisi sit testis valde vilis & infamis. §. j.
in authent. de testibus vel seruilis conditionis. l.
seruis. ff. de testibus. Idem in excommunicato,
secundum Bald. in c. ij. de testibus cog. & in c. j.
de summa trinit. & fide cathol. Tales ergo non
admittuntur ad testimonium, nisi cum tortura:
quia tunc eorum dictum suppletur per quæstio-
nem. Et propterea si accidat, quòd hi sint admis-
si sine tortura, non creditur eorum dicto, sed sta-
tur dicto in tormentis: imò solum dictum in a-
ctis debet poni. & ita intelligitur Bartol. in d. §.
quæstioni. & in d. §. sed & si negauerit. vbi text.
præcise loquitur in seruis. & etiam d. §. j. in au-
thent. de testibus qui loquitur in vilissimis & in
ignotis personis. quæ iura allegat Bartol. & se-
cundum ea debet intelligi, iuxta not. per eum
in l. non solùm. §. liberationis verba. ff. de lib.
leg. Dum ergo Bartol. dicit, quòd quando quis
de altero tantùm interrogatur in tormentis, nõ
potest intelligi in homine libero, quia talis non
torquetur in testimonium. d. l. ex libero. & per
Alex. consil. xj. in j. volum. torquetur enim tan-
tummodo ex delicto suo, licet in consequentiã
attestetur aliquando de alieno, iuxta not. in l. fi.
C. de accus. & doctrinam Barto. in l. repeti. ff. de
quæstio. Et propterea, quando aliquis reuocat
dictum suum, diminuitur de fide sua, & nocet
parti licet non citatæ: quia ista reuocatio fit q̃
ad ipsum principaliter, non autem quoad for-
mam testimonij, quoad partem, iuxta not. in c.
per tuas. ṡ. de probat. Et sic apparet manifesta ra
tio doctrinæ Bartoli. Alij tamen videntur intel-
lexisse istud generaliter, quòd imò stetur secun-
do dicto in tormentis, ex quo metu tormentorũ
præsumitur dixisse veritatem, secundum Abb.
in d. c. per tuas. & Barth. Veronens. consi. lxj. Sed
istud mihi non placet: quia d. §. sed & si negaue-
rit. procedit tantummodo in his qui non admit
tũtur in testimonium, nisi cum tortura, vt suprà
ostendi: & ratio Abb. in homine libero conclu-
dit oppositum, quia lex præsumit hominem li-
berum dicere veritatem ex se, & si adhibeantur
tormenta, eorum metu variare, vt per Bart. in d.
§. quæstioni. & in l. j. C. de confess. Sed in seruis
& infamibus, secus: quia præsumuntur menda-
ces, & non dicere veritatem, nisi metu pœnæ. Et
ex his infertur, quòd si detur casus, in quo liber
homo non admittitur, nisi cùm tormentis, tunc
idem esset quod in cæteris seruis & infamibus:
puta quando testis in ipsamet prima depositio-
ne est varius, vel agitur de aliquo suo delicto: nã
tunc staret illo dicto in quo perseuerauit in tor-
mentis. l. vnus. §. testes. ff. de quæstio. Et ita intel
ligitur quod not. Bart. in d. l. eos. Bald. in l. fi. C.
de quęstio. Ang. in l. de tormẽtis. eo. tit. Lud. Ro
ma. singul. DCCXCIX. in vlt. chart. Tindarus
in d. tract. suo, in prima part. c. iij. & ita saluatur
Abb. in d. c. per tuas. & declarat Aretin. ibi. & vi-
detur etiam ita intellexisse Felin. in d. c. cùm in
tua. in prima conclus. ṡ. de testi. Si verò semel be
ne deposuisset in ciuili iudicio, licet deinde re-
uocaret in tormentis, staretur primo dicto, per
doctrinam Bart. in d. §. quæstioni. declarando vt
suprà. Et ista est vera & communis opin. licet in
practica viderim dubitari, per not. per Barthol.
Veronen. consi. lxj. qui dum conatur reddere ius
nostrum cautelosum, ipse incautè loquutus est.
[Secundo potes limitare quod suprà cõclusum
fuit, standum primo dicto, quando testis ex in-
teruallo contraria deposuit: vt non procedat,
quando primum dictum testis fuisset in iudicio
nullo, & secundum dictum fuisset in iudicio va-
lido: quia tunc staretur secundo, nec noceret cõ
trarium dictum in iudicio nullo, secundum no-
tabilem gl. in c. cum causam. in gl. fi. quã sequun-
tur ibi omnes. de testi. & Ant. & Felin. in d. c. cũ
in tua. Abbas & Aretin. in c. per tuas. de prob. &
A Crot⁹ in dicto tract. de test. & versi. tertius casus.

SVMMÆ.

1 *Interpretatio, & opinio soluta non deferenda.*

PRÆSVMPTIO XXX.

TRIGESIMO Præsumitur con-
tra† eum, q̃ vellet innouare: quia 1
B nouitates† plerunq; pariũt discor 2
diam. xj. distin. c. quis nesciat. &c.
consuetudinis. ṡ. de cõsuet. quod
notant ibi Doct. contra eos, qui tenent nouas o-
piniones, & qui inducunt nouas sectas seu reli-
giones. Quod intellige, nisi ista nouitas esset vti
lis, secundum Barb. ibi, & c. capellanus. ṡ. de fe-
riis. Et facit quod not. Bald. in l. in rebus. per il-
lum tex. ff. de constit. princip. vbi pręsumitur cõ
tra innouantes regimina ciuitatis. Et dicunt ibi
C Angel. & moder. † quòd qui sunt deputati super 3
bono regimine, non possunt aliquid innouare,
nisi sit euidens causa vtilitatis. facit etiam text.
in l. minimè. ff. de legibus. & quod not. Alex. per
illum text. consil. cxxxv. in primo. Soc. consi. cc-
lxxj. vbi quãdo † statutum habet aliquam inter- 4
pretationem obseruari solitam, non debet ali-
quis Doctor in iudicando ab illa recedere. Facit
quod notat Mathes. in tractatu suo de elect. opi.
vbi dicit, quod quando aliena opinio est appro-
D bata in aliquo foro per consuetudinem, non de-
bet iudex in tali foro ab ea opinione recedere:
licet communis sit in contrarium. arg. d. l. mi-
nimè. & l. in interpretatione. eo. tit. & quod no-
tatur in d. l. à patre. C. de iure dotiũ. Et dicit Bal.
in l. illud. per illum tex. ff. de excus. tut. quòd ab
antiqua practica non est recedendum. sequitur
Anchar. consi. clxxvij. visis versi. v. de quo etiam
per Abb. & moder. in c. j. ṡ. de constit. [Accedat
quod notabiliter voluit Ang. in l. fi. C. de cano.
E largit. lib. x. & sequitur Feli. per illum tex. in c. ij.
in versi. stylus. & ibi etiam præceptor meus à Ri
pa. ṡ. de rescript. & Ias. in l. j. §. j. vers. adde for-
tius. si quis ius dicen. non obtemp. videlicet q̃
si citatio fuerit facta contra antiquam & consue
tam practicandi formam, & secundum nouam
& inconsuetam, non tenetur citatus compare-
re, quia præsumitur contra talem nouitatem: vt
puta si in præcepto citatorio in ciuilibus solitũ
erat dici, vt compareat sub pœna decem librarũ,
F & nunc diceretur sub pœna æris & personę. Ac-
cedat etiam quod voluit Angel. in l. j. ff. de offic.
assess. & ibi Doct. & Felin. in d. capit. ij. quòd iu-
dex potest reiicere libellum deuiantem ab anti
quã & consueta practica seu stylo. Benefacit qđ
volunt Abbas, Feli. & alij communiter in d. c. ij.
per illum tex. quòd rescriptum principis deuiãs
à consueto stylo suæ Cancellariæ, & continens
nouas & insolitas clausulas, præsumitur falsum
nec venit exequendum: & ibi Felin. illud infini-
tis similibus & concord. corroborat, ex quibus

optimè posset hæc præsumptio locupletari, ad quem sufficiat remissio, & ibi etiam vide Dn. meum à Ripa, & pro dote vide multa cumulata per Curtium seniorem cons. lxxiij. supermemorata vsque ad finem consilij, à quo habuerunt omnes moder. ea quæ adducunt in d. cap. secundo. de rescript.

SVMMÆ.

3 *Teste vario, dolum in casibus cessare.*
5 *Excipi varie posse.*
6 *Fraudare in casibus fas esse.*

PRÆSVMPTIO XXXI.

1 2 TRIGESIMOPRIMO Ex varietate † responsionis præsumitur fraus. c. j. vt benef. eccles. dim. Et propterea debet † clarè responderi B positionibus, ne ex tali ambiguitate fraus præsumatur, vt not. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & facit tex. in c. fin. cùm ibi not. ĩ. de iureiur. in vj. vbi respondens cõtraria & discrepantia positionibus, punitur in amissione causæ per prædictam rationem. Et eodem modo, testis varius præsumitur dolosè deposuisse, vnde tenetur pœna falsi. l. eos. ff. de falsis. Fit tñ in eorum dicto interpretatio, vt quantum possibile euitetur à cõtrarietate, vt non incidat in falsum, put in notabili casu dicit Com. consi. xcj. per totum Socin. consi. lvj. in iiij. post C
3 Bald consi. ccxlvij. in j. vol. vbi dicunt † non præsumi dolum in teste qui dicit vera esse ea, quæ ipse per ætatem scire non potuit. Et quod generaliter not. Alexand. consi. cxlj. viso testamento. in secundo. Item in teste rustico & idiota sibi contrario in attestationibus: in quo non præsumitur dolus, sed fatuitas, secundum Ang. in authent. de testi. §. & licet. Socin. in l. si is qui ducẽta. §. vtrum. ff. de reb. dub. de quo tñ vide Bald. in l. scripturę. C. de fid. inst. & moder. in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. [Vult allegare Decium, quem etiam vide in c. solicitudinem. viij. notab. de appell. extra.] Aliàs regulariter in teste variante potius præsumitur dolus, quàm simplicitas, & tenebitur falsi, secundũ Are. in c. in nostra. suprà, de testib. & dixi in l. j. §. penult. ff. de verb.
4 oblig. Ex eadem ratione † etiã reiicitur actor qui contraria allegat. l. j. C. de fur. Nec sustineretur li E bellus per clausulam, omni meliori modo, secũdum Bal. in l. iij. C. de probat. & in l. edita. C. de eden. quem refert & sequitur Alex. consi. cx. in v. & quod not. Aret. consi. cl. in fi. Et dicit Bal. in l. cùm precum. C. de lib. caus. quòd si quis alleget contraria, potest pars vnum acceptare. [Istud dictum Baldi refert & sequit̃ Deci. in d. c. solicitudinem. in viij. notab.] Nunquid autem reus pos-
5 sit † ponere exceptiones contrarias? Dicendum F est quòd sic. l. nemo prohibetur. vbi Doct. ff. de excep. & simul proponendo censetur subdisiũctiuè proponere, secundum Innoc. quem ibi sequuntur Doct. in c. auditis. de præscript. per Bartol. in l. j. C. de fal. caus. adiect. lega. de quo etiam
6 per moder. in l. etiam ex his. ff. de reg. iur. Et † potest reus, qui in veritate iustam habet causam, se defendere etiam per fraudes. Et idem in aduocato habente in se bonam causam, secundum glo. xxiij. quæst. ij. c. dominus. quam exornat And. Sicul. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. & facit quod not. Archid. & Gemi. in c. cupientes, de elect. in sexto.

SVMMÆ.

1 *Initium ex causa spectandum.*
2 *Finem plerunque spectari.*

A

PRÆSVMPTIO XXXII.

TRIGESIMOSECVNDO Non præsumuntur bono exitu perfici, quę malo sunt inchoata principio. j. quæst. j. principatus. & lxj. distin. cap. miramur. & text. in auth. quomodo oportet. in prin. Quod facit ad illud brocardicum, vtrùm principium vel finis debeat inspici: de quo per glos. in c. dudum. j. de elect. & dicit ibi Abb. quòd in hoc non potest dari certa doctrina, sed secundum veritatem casuum, & subiectam materiam, casus sint decidendi. De hoc etiam habetur per gloss. & ibi Doct. in c. scientes. ĩ. de censi. [Et vltra loca hic allegata, an inspiciendum sit principium an finis, vide Nicol. Euerar. Præsidem in locis legalibus in loco à virtute finis. quis est locus vltimus in ordine. Et in criminalibus an inspiciatur initium, an verò finis seu exitus, vide latissimè Hippol. Marsil. in practica crim. §. vlterius. in C princ. vbi alleg. innumeras concord. & accumulat plura similia egregia dicta ad dotem huius præsumptionis. Et eundem in sing. ccxxv. in delictis. & in d. practica. §. quoniam.] Tu dic, † q. 2
si finis habet necessariam dependentiam à principio, tunc attendimus principium. l. iij. §. Seio. vbi Bart. declarat. ff. de minoribus. Idem si non sit necessitas præcisa, sed causatiua, seu proueniens ex commoditate verisimili, secũdum Bar. in l. j. per illum text. ff. qui pot. in pign. hab. & D quod notat Socin. consil. xlj. in quarto. Et facit text. in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. vbi ad hoc quòd furtum manifestum dicatur, attendimus principium furti facti. Et est ratio, quia illud esse manifestum, est quædam qualitas, quæ debet regulari secundũ tempus subiecti, ex quo sine illo esse non potest. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. Ad idẽ facit l. j. ff. de regula Caton. Vbi † verò finis non habet necessariam conse- 2
quentiam ad principium, tunc finis ipse attendi tur. l. iij. §. si quis cum minore. de minoribus. l. si quis. ff. de ritu nupt. Idem si simus in aliquo actu, cuius principium ex se nihil operaretur, sed fieret propter finem: quia tunc finis attenderetur. l. receptum. ff. comm. præd. l. cùm furiosus. ff. de iudi. §. fusficit. Instit. de ingen. l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iur. fisc. Facit regula, quòd nihil dicitur † factum, cum aliquid su- 3
pereft agendum. l. penult. in fin. C. de his quibus F vindi. vnde Lucanus: Nil actum credens, cùm quid supereſſet agendum. Cætera dicenda sunt vt per Iaſ. in l. patre furioſo. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & aliquid per eundem in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. & moder. in l. quod ab initio. ff. de reg. iur.

SVMMÆ.

1 *Plura in vnum reducenda ob damnum.*

PRÆ-

PRÆSVMPTIO XXXIII.

1 2 TRIGESIMOTERTIO Præsumitur † ille damnificari, † qui ex vno contractu compelleretur agere cum pluribus. l. & ancillarum. §. vlti. ff. de pecul. facit text. in l. tantũ. §. pe. ff. iudicatum solui. vbi compelluntur plures fideiussores cõstituere procuratorem vnum, ne creditor damnificetur agendo cum pluribus. Ad idem quod no. in l. in commodato. §. in duo-
3 bus. ff. commo. vbi † creditor non potest petere partem debiti seu crediti, inuito debitore, sed debet agere ad totum, si ius dicentis iurisdictio hoc patiatur. Ad idem quod not. Mathe. notab. ex. nota quòd si quis, vbi si quis agat pluribus ac-
4 tionibus † reo instante, compellitur agere vno libello. l. nõ est nouum. ff. de actio. empt. de quo per Felin. in c. cùm inter. j. de re iudi. facit quod notat Bald. in l. cùm eiusdem. ff. de ædilit. edict. Ad idem quod notat Paul. de Castr. in l. si quis aliam. per illum text. ff. de solut. & quæ dixi in l. iiij. §. Cato. in ij. oppos. Bar. in fi. ff. de verb. obli.

SVMMÆ.

1 *Episcopatus mutatio vitiosa, nisi ex causa.*

PRÆSVMPTIO XXXIIII.

1 TRIGESIMOQVARTO Episcopus † mutans episcopatum, & de minori ad maiorem ecclesiam transiens; præsumitur id facere ex ambitione & improbitate. c. si qs episcopus. & c. seq. vij. quæst. j. Hoc tamen intellige, nisi mutatio sit facta cum licentia Papę, ex quo nõ est verisimile quòd Rom. Pontifex eam concedat, nisi ex legitima causa. vt dicunt Doct. in c. j. infrà, de cleric. non resid. de D quo dic, vt ibi habetur.

SVMMÆ.

1 *Legata repetita præsumi. 7. in casibus diuersum. 6.*
3 *L. j. §. id quod. ad l. Fal. explicari.*
4 *L. si plures. de leg. iij. sensus.*

PRÆSVMPTIO XXXV.

1 2 TRIGESIMOQVINTO Præsumitur † testatorem legata † ab instituto, voluisse repetere à substituto. l. licet Imperator. ff. de lega. j. Et est ratio, quia si grauauit primo loco institutum, & consequenter magis dilectum, multò magis censebitur voluisse grauare eos qui non sunt ita dilecti. l. Publius. §. fi. ff. de condit. Et hæc regula procedit per viam præsumptionis, consequenter potest etiam tolli per contrariam præsumptionem, iuxta l. diuus. ff. de in integ. restit. & aliqua exẽpla ponuntur in d. l. licet. Aliud etiam ponit ibi Bart. videlicet quando legatum est relictum nominatim ab hærede, eius nomine expresso: nam tunc non censebitur repetitum. l. si plures. de legat. iij. l. Celsus. §. fi. ff. de leg. ij. Et cum ista opinione transeunt cõmuniter Doct. vt ibi latè per Alex. respondentem rationibus Raph. Cõmen. & Pauli tenentium contrarium. Sed tũ aduerte, quia opinio ista contra communem conclude-

ret: probatur in l. j. §. id quod ex substitutione. ff. ad leg. falcid. vbi tex. dicit, † quòd repudiante co- 3
hærede à quo aliquid nominatim legatum est, si substitutus pater adeat, legata non augebuntur. Et sic vult tex. legata deberi à substituto, licet nõ ampliora quàm debuisset ipse hæres. Et intelligere ibi, quòd non augebũtur, quia nullo modo debebũt, est intellectus expresse cõtra literam, & fatua fuisset dubitatio iuri consulti. Nec obA stat quòd iste intellectus necessariò debeat teneri, secundum Alex. in d. l. licet. ex quo, si legata censerentur reperita, non esset aliqua ratio cur non deberent augeri, sicut quando nominatim non essent relicta. Nam respondeo, quòd imò ratio diuersitatis est in promptu: nam sciendũ est, quòd quando ipsa portio grauata accedit nõ grauatæ, legata non augẽtur: secus econtrà. l. quod ab alterutro. ff. ad legem falci. Ratio est qa cũ testator non grauauerit portionem vnius, sed alte- B rius, non est æquum quòd grauato repudiante diminuatur aliquid de portione non grauati, quem testator prædilexit, eum non grauando. Sed quando legatum est factum per illud verbũ, quisquis mihi erit hæres: signum est quòd prædilexit legatarios, non magis respectu vnius hæredis, quàm alterius: & propterea legata tunc augentur, vt ea solida absque detractione falcidiæ legatarij habeant. Non obstat d. l. si plures: quia vltra responsiones Pauli potest dici, quòd cùm C ille tex. † loquatur in pluribus gradibus hęrẽdũ, 4
si testator grauet aliquos ex eis, & sic saltẽ duos, puta primum & secundum, satis indicat mentẽ suam non grauare alios: quia sicut consideratur in secundo repudiationem primi, ita consideraf set etiã in aliis, si voluisset eos teneri. Quæ ratio cessat, vbi vnus hæres primi gradꝰ solũ est nominatim grauatus. Non obstat tex. in d. l. Celsus. §. fin. quia omissa solutione aliorum, respondeo quòd ille text. loquitur in cohærede qui venit per ius accrescendi, nos in substituto. & ita intellexit Bartol. in d. l. si Titio. ij. §. Iulianus. ff. de legat. ij. Inter quos casus est differentia, vt probatur in d. §. Iulianus. vbi in illo casu cohæres tenet ad legata, q̃ equiparat substituto, vnde extra illũ casum non teneretur, vt mox dicam. Pro plenio- 5
ri ergo † expeditione quæro, nunquid ista præsumptio quæ loquitur in substituto, habeat locũ etiam in cohęrede, ita quòd portio illi accrescat cum onere legati? Et est dicendum regulariter E quòd sic. l. ciuitatibus. §. j. l. si duobus. §. j. ff. de legat. primo. l. ij. ff. de his quæ in testa. delen. Fallit, quando † legatum est relictum nominatim 6
ab vno tantùm. l. Celsus. §. fin. ff. de legat. ij. Et ratio differentiæ de cohęrede ad substitutum, hoc casu est, quia plus succurritur cohæredi, cui etiam inuito accrescit portio. l. j. §. his ita. C. de cadu. toll. per regulam l. si fideiussor. §. j. ff. qui satisda. cog. quod non est in substituto, qui non cogitur adire ex substitutione. l. cùm proponas. F C. de hæred. instit. l. nec emere. C. de iure delib. Præterea substitutus præsumitur minus dilectꝰ quàm hæres. d. l. Publius. §. fin. vnde si hæres tenebatur, multo magis substitutus: sed cohæres ipse non præsumitur minus dilectus, imò plus, ex quo sibi non fuit iniunctum onus nominatim sicut alteri facit. l. quoties. ff. ad Trebell. cum l. seq. Sublimitatur tamen ista fallentia, † quando 7
isti hæredes non essent instituti, sed essent legitimi & grauati ab intestato: nam tunc licet nominatim legatum sit relictum, tamen debebitur

à cohærede.d.l.si Titio. §. Iulianus. Et est ratio, quia cùm non sint instituti, præsumetur testator prædilexisse legatarios, & solum fecisse codicillos vt illis consuleret, non vt ipsis hæredibus. §. j. Insti. de codicill. Et sic erit isto casu eadem ratio quæ in substitutis. Et ista est melior solutio, quàm Bart. in d. §. Iulianus. qui intelligit illum text. quando vterque hæres erat grauatus: quæ solutio diuinat, & confunditur ex primo respon so illius §. sicut etiam solutio Ioan. de Imol. ibi A intelligentis illum tex. quando legatum non est factum nominatim, sed sub nominibus appellatiuis: quod ex eodem text. confunditur: quia absque rescripto Seueri, tunc debuisser portio accrescere cum onere suo, & tamen text. dicit contrarium. Cogita tamen, quia ista non sunt tacta per alios: & cætera vide per Doct. in d.l. licet imperator. & Bartol. in l. quæ conditio. ff. de cond. & demonst. Et dum tenuit in intellectu d. §. id quod ex substitutione. quòd si legatum fa- B ctum sit nominatim ab aliquo, illo repudiante, accrescet portio alteri substituto, & legata non augebuntur: obstare videtur tex. in l. qui fundũ. §. qui filium. eod. titul. Sed omissis dictis aliorum, ad illum text. respondeo, quòd ibi legatum fuerat relictum à filio: vnde arguitur mens testatoris, quòd si voluit integrum legatum solui à filio, verisimiliter voluit quòd ad quemcunque peruenire portio filij, multo magis teneretur: nam si prætulit legatarios in portione filij, C & voluit quòd filius solueret legata, quo casu intelligitur de integris, quia lex falcidia inducitur aduersus voluntatem testatoris. l. Titia. ff. eod. meritò si ad extraneum deueniat portio, & ipse tenebitur. Et propterea quando vterque esset filius, magis dubium est, vt dicitur in fine §. ibi, penè eadem dicenda sunt, &c. licet etiam tunc sit idẽ iuris: quia si prætulit legatarios in portione propria filij, meritò censebitur prætulisse in eadem portione aduentitia alteri. Et quod ille D tex. procedat ex ista præsumptione, apparet: qa circa medium dum loquitur de extraneo, ponit solummodo casum, quando portio non grauata accedit grauatæ. d.l. quod ab alterutro. non autem casum contrarium: & dixi perinde agendũ, ac si cuilibet hæredi substitutus fuisset. Illa enim dictio, cuilibet, ostendit in isto casu non considerari quòd hæres sit filius, sicut in priore. Et nota quòd Dd. valde laborauerunt propter illũ text.

SVMMÆ.

1 *Concessio perpetua accipienda nisi in casibus.*

PRÆSVMPTIO XXXVI.

1 TRIGESIMOSEXTO Remit rens † iniuriam, præsumitur in p- etuum remittere, non ad temp⁹. §. fi. vbi gl. Instit. de iniur. Facit in 2 F simili, quòd cõcedens † in emphyteusim simpliciter, præsumitur in perpetuum cõcedere. Idemq; est in concessione feudali, quia istud est de natura talis actus, vt per Angel. & ibi Alexand. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. vbi tamen hoc limitat, vt non procedat in emphytheusi ecclesiastica: quia talis naturaliter non extenditur vltra tertiam generationẽ. §. emphyteusim. in authent. de non alien. per Alexand. & alios in l. etiam. ff. sol. matr. & moder. in c. in præsentia. de probat.

REGVLA TERTIA
PRÆSVMPTIONVM.

TERTIA Principalis regula est, q̃ semp fit præsumptio in meliorem partem. c. estote. de reg. iur. in antiq.

SVMMÆ.

1 *Delictum ex causa præsumi.*

PRÆSVMPTIO I.

EX HAC regula primò infertur, quòd nunquam capitur præsumptio delicti. l. meritò. ff. pro socio. vbi quis habens rem communem, & ea vtens, non præsumitur velle interuertere ius alterius, sed simpliciter vti iure suo: & propterea contra talem non posset agi furti actione, vbi dicitur, & consuluit Barth. Veron. consi. iiij. Sed si ageret in re communi vltrà, quàm liceret, si aburetur, tunc esset secùs. l. Sabinus. ff. comm. diuid. not. in l. duo fratres. ff. de acq. hæred. & per Alex. consil. ciij. in primo vol. [Et Alexãd. cons. xxx. ex allegatis. lib. vij. Roman. consilio cxiij. pro decisione. cum concord. traditis per Hippol. de Marsi. in l. j. C. ad legem Cornel. de sica. vbi multa similia & egregia dicta cumulat ad dotẽ huius præsumptionis. & in rubr. de fideiuss. Adde Curt. senior. consilio xx. dominus Iabia. quod licet actus indifferens soleat in delictum, tamen præsumendus est potiùs bonus, & in bonam partem. quàm in malam. Et pro hac regula vide eundem Curt. consilio 50. in nomine sanctæ. vbi allegat concordan. Adde etiam Hippol. Marsi. in dicta rubric. de fideiuss. & in dicta l. j. multa cumulantem, quòd quoties ex aliquo actu possunt capi duo intellectus, & secundum vnum incideret in delictum, secundum alium non, capiendus est intellectus per quem non præsumitur delinquere. vide etiã Alexand. consi. xv. viso processu. lib. iij.] Facit q̃ not. Bar. & Doct. per istam regulam, in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. noui nunt. vbi si certo loco vel tempore actus potuit esse licitus, alio verò illicitus, lex præsumit gestum in casu licito, de quo per Doct. in c. auditis. de præscri. Alexã. cons. liij. in iij. Feli. in c. in præsentia. §. de E de probat. cum concord. Facit etiam quod not. Bald. in l. j. C. de ser. fugit. & ibi Iason, vbi consilium † quod potest se habere ad bonũ & ad malum, debet interpretari in meliorem partem, & eius interpretatio pertinebit ad eum, qui dedit. arg. l. actorum. ff. de re iud. &, eo non interpretante, lex ipsa interpretatur. d.l. meritò. sequitur Alex. vbi infert ad notabilem casum in consi. cxxvj. in quarto. Et faciunt aliæ similes decisiones, de quibus per Ias. in d.l. j. Felin. in c. exhibita. & in c. super his. de accus. & in c. nonnulli. §. sunt & alij. in vers. demum. de rescript. & in c. cũ tu. ad fin. de testib. Limitat ista regula per Bar. 2 in d.l. meritò. vt non procedat quando ageretur de aliquo condemnando: quia talis præsumptio licet sit sufficiens ad absolutionem obtinendã, non tñ est sufficiens, vt ex ea aliquis condemnet. per gl. iũcto text. in l. q̃ iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. vbi idem tenent Doct. & Lud. Rom. in cõs. cccxl. plura sunt. in prin. Deci. in l. si emãcipati. C. de collat. [Ex illa gloss. colligunt Doctores in

variis locis notabilem regulam, quòd in dubio non præsumitur quis delinquere ex actu quem facit, nisi delictũ sit illi fauorabile: & sic per hanc doctrinam gl. limitatur hæc præsumptio, quòd delictum non præsumitur. Et vltra hîc alleg. vide Alex. in d. cons. cxxvij. saluatoris. libro. iiij. & Hipp. de Marsi. cons. lxxvij. dominus Iabia. & cõ cxxiiij. licet & cons. lxij. summi. vbique alleg. cõ cor. ibi vide.] Sed aduerte, quia gl. in d. §. si pater. non probatur aliquo iure, & credo quòd non sit vera: imò si agatur, tanquam aliquid hodie sit in peculio, si reperiatur ipsum peculium, non potuit reus se tueri exceptione iuramenti: quia talis exceptio debet esse excludens. c. in præsentia. de probat. quod non est in nostro casu, quia stat simul quòd tempore iuramenti nihil esset & hodie sit: imò cùm hodie habeat peculium, lex non præsumit quòd olim habuerit, vt not. in l. ex psona. C. de prob. & suprà vidimus. Et facit, quia non videtur inducenda differentia quoad pro- B bationem, & consequenter quoad præsumptionem inter actorem & reum: quia vterque concludenter debet probare fundamentum intentionis suæ. d.c. in præsentia. & not. in d.c. super his. de accus. & facit regula l. iij. ff. de re iud. Et ista opin. est æquior, ex quo communis sententia in d. §. si pater. præstat non mediocrem occasionem fraudibus. Secundo limitatur, quando actus prima fronte habet maiorem formam delicti, quàm boni: quia præsumitur potius delictum. d. c. estote. & c. cùm delicti. vbi Abb. & cæteri. j. de accus. & Abb. in d.c. exhibita. de iud. vbi licet cõ spiratio possit capi in bonam partem in dubio. tamen intelligitur in malam. sequitur Felin. in c. fin. per illum text. de test. cog. Sed tu aduerte, quia in contrarium vrgent aliquæ decisiones. Et primo obst. doctrina Innoc. in c. dudum. lo ij. de elect. vbi si probetur clericum venatorem, fiet interpretatio in meliorem partem, quòd iuerit tantummodo causa recreationis. sequitur Feli. in d.c. cùm dilecti. & Alexand. consi. clxxv. inspecto diligenter. in ij. alleg. Archid. lxxxvj. distinc. c. qui venationibus. Et eodem modo dicit But. & Abb. in d.c. dudum. quòd si probetur aliquem irascibilem, capietur præsumptio in meliorem partem, scilicet quòd istud faciat ex iusta causa.

Secundo obst. doctrina Innoc. communiter approbata per Doct. in c. super his. vbi latè Felin. versi. quarta conclusio. j. de accus. vbi concludunt, quòd exceptio, quia prima fronte sonat in E delictum, si necessariò illud non inferat, non tamen obstat electo. arg. c. in præsentia. §. de probat. Vnde accusans religiosum quòd celebrauit in parochia aliena, non obtinebit, nisi etiam probet eum non habuisse licentiam à presbytero. Cle. j. de priuileg. Lap. alleg. cxxvj. & dixi in præcedenti regula, versic. sexto. Tertio obstat quod notant idem Innoc. & But. in c. ij. de arbit. vbi volunt, quòd si testis † confitetur aliquid q̃ 3 prima facie est crimen, si in aliquo casu posit non esse crimen, non repellitur à testimonio in totum tanquam sit criminosus, licet diminuatur de fide, arbitrio iudicis. sequitur Aretin. in c. cũ à nobis. in versic. nota tamen. de testibus. & Feli. in d.c. cùm dilecti. vbi allegat etiam Saliçet. in l. de tutela. C. de in integ. restit. minor. Pro resolutione Felin. in d. c. cùm dilecti. distinguit, vt ista limitatio procedat confitente, ex quo confessio interpretatur aduersus confitentem, iuxta not. in c. fin. de confess. in l. j. C. de confess. sed cõ traria procedunt in probationibus simplicibus. Mihi non placet ista distinctio, quia imò ad partem pertinet interpretari propriam confessionem. l. si quis intentione. vbi Bald. ff. de iur. Bartol. in l. is qui reus. ff. de public. iudic. cum con. cord. per Andr. Sicul. consi. iij. in ij. volum. & aliquid suprà diximus. Vnde licet dicas: quia aut talis actus est reprobatus iure naturali vel diuino, licet aliquo casu non sit reprobatus, & tunc A procedit limitatio: & ita loquitur text. in dicto c. estote. & in d.c. cùm dilecti. & quod not. Bart. in l. Aurelius. §. quæsiit. ff. de libera. leg. & etiam quod dicit Angel. in l. plagij. C. ad leg. Flauiam. de plag. & Salic. in l. Senatus. C. de his qui in testam. sibi ascri. vbi in reprobatis à iure naturali, vel diuino, præsumitur in dubio dolus in delinquente: secùs in aliis. Aut est simpliciter reprobatus iure positiuo, & adhuc procedit limitatio: nisi agitur in causa graui seu ardua, puta criminali, ad pœnam vel priuationem à beneficio; qa tunc talis præsumptio non sufficeret. vt probatur ex doctrina Bart. in d. §. sed vt probari. Et ita procedunt ea quæ in contrarium allegantur.

Tertio limitatur prędicta regula, vt procedat, quando ille qui dicit actũ licitum, probat quòd interuenit causa quæ potuit facere actum licitum, prout in d. l. meritò. vbi probandum fuit, quòd ille haberet partem in re qua vtebatur: secus si causa talis non probaretur. ita declarat Felin. in d. c. nonnulli. §. sunt & alij. j. de rescript. C vbi propter hoc concludit, quòd si alius impetrauit literas, non tamen præsumitur quòd habuerit sufficiens mandatum, licet ex hoc sequatur delictum ipsius impetrantis. facit etiam textus in cap. cùm in iure peritus. & quod ibi Abb. ẽ. de offic. deleg. Et hoc facit, quòd filius in dubio non præsumatur legitimus, nec præsumatur matrimonium: quamuis ex hoc sequeretur, quòd pater deliquisset: quicquid dixerit Bar D thol. Veronens. in cautel. cx. incip. is qui in iudicio. Et ista est melior solutio, quàm Decij in d.l. si emancipati. C. de collat. de qua suprà dixi. Aduerte tamen, quia ista limitatio intelligenda est procedere, vbi agitur in specie circa inuestigationem alicuius negotij: aliàs in genere, quando quis non habet aliquid facere cum alio, debet in dubio præsumere eum non deliquisse, licet non allegetur aliqua causa, super qua fundetur talis præsumptio. ita intelligo glo. in c. si fortè. in verb. scientiæ. vbi Ioan. And. & Dom. infrà. de elect. in sexto. Quartò limitatur, quando ageretur de vtilitate animæ, quia in dubio potius præsumimus delictum, ex quo istud est tutius. cap. consilium. de obseruatione ieiun. gloss. in cap. j. de scrin. in cap. iuuenis. de sponsa. Innor. in cap. cùm ad audientiam. de homicid. Facit quod dicit Petrus de Anchar. consil. clxxix. prima facie. vbi si testator confessus est se fuisse vsurarium, fiet interpretatio quòd semper fuerit, F ad finem quòd hæres compellatur ad restitutionem: quia istud erit salubrius pro anima defuncti. sequitur Felin. in c. fina. infrà, eod. & in dicto c. in præsentia. & alibi sæpe. [Hanc limitationem, & etiam hoc dictum Ancha. refert & sequitur tanquam notabile Hippol. de Marsil. singul. clj. semper in obscuris.] Sed fortè contraria opinio in casu Anch. est verior: nam ex quo ab origine nemo est vsurarius, non præsumitur quia vnquam retrò vsurarius, vt dicit Bald. in l. j. §. si magistratus. ff. de magist. conuen. Et propterea vi-

detur,quòd talis confeſsio dubia & incerta debet reſtringi, niſi quaten⁹ ex neceſsitate infert, & ſic quòd tunc de præſenti vel modico tempore ante eſſet fœneratus: in vnico enim actu non verificarerur tale verbum, prout ſentit Paris de Pur.in tractatu ſyndica.in verſ.contraherent. & in verſi.an officiales. Nec obſtat ratio prædicta,quia licet preſumendum ſit in partem tutiorem prò anima, tamen in caſu noſtro ſunt plura ſuadentia contrarium,vnde vna preſumptio tollit aliam.l.diuus.de in integr. reſtitut. Et facit textus in c.ex parte. infrà, de cenſib. vbi votum incertum interpretat in minus grauamen, quãuis agatur de vtilitate animæ:ergo idem in confeſsione. Facit etiam quod not. Bald. in d. c. in præſentia.vbi ſi teſtator dixit ſe teneri ad reſtitutionem vſurarum à multis publicè extortarum, non fiet interpretatio quòd ipſe extorſerit, ſed quòd ab alio extortæ ad eum peruenerint: de quo dic.vt ibi per Felin.Aliæ limitationes poterunt colligi ex infrà dicendis.

SVMMÆ.

r *Bonitas ex cauſis non præſumenda.*

PRÆSVMPTIO II.

SECVNDO Præſumitur quilibet bonus.cap.dudum.infrà eod.gloſ. in c. j. de ſcrutin. & l.cùm pater.§. rogo.ff.de leg.ij.Et iſta eſt præſumptio naturæ, quia naturaliter quilibet eſt bonus,ſecundum gloſſ.in l.fina.ff.q, met. cauſ.Iacob.de Beluiſ.in l. omnino. p illum text. C.de inoffic.teſtam. Ang.in l.ſciẽdum.in fine. ff. de verbo.obligat. [Et Socinus conſilio xv. omnipotens Deus adſit viſis.libro j.& Hippol.Marſil.in l.j.C.de ſicar. vbi allegat concord.] Limitatur primo, quando † ageretur de præiudicio tertij,quia in alterius præiudicium non debet aliquis præſumi bonus.gl.eſt in c.ſtatutũ.§.cùm verò.verſ.ab aliquo.de reſcript.in ſexto.Facit glo. in cap.ſi quis præpoſtera,in gloſſ.finali. 50.diſtinctio.vbi dicit gloſſ. quòd non debet aliquis ſtatim credere bono viro. ſequitur Felinus in cap. cùm in iure. de offic. delega. & in d. c.fina.infrà eod. Et ſecundum hoc limitatur gloſſ.in l.Titio fundus. ff. de conditio. & demonſtration. quæ vult,quòd credendum ſit bono viro.nam † iſtud non procederet, vbi ageretur de præiudicio alterius. Et circa illam gloſſ. vide Andr. Sicul. & Felinum latè in cap. cùm contingat. de reſcriptis. Iaſ.in l.j. ff.de eo per quem fact. erit. & per quoſdam Modern.in l.j.§. ad quæſtionem.ff. de quæſtionib. Secundò limitatur per Felinum in dicto cap.fina.quando talis præſumptio induceret aliquod damnum illi, pro quo præſumitur. per gloſſ. in dicta l. qui iuraſſet. §. ſi pater. ff. de iureiuran. & quia inducta vt proſint, non debẽt nocere.l.legata inutiliter.ff de lega.j.& propter hoc reprobat quandam deciſionem Ioannis de Anania in cap.in ciuitate. de vſuris. Mihi non placet iſta limitatio:quia quilibet debet eſſe bonus,etiam ſi de bono opere lapidaretur. c. qualiter & quando.ij.infrà,de accuſ. & quod notatur in c. clericis. infrà, de vita & honeſt.cleric. vnde cùm debeat eſſe bonus, meritò etiam debet præſumi.Nec glo.in dicto §.ſi pater.eſt vera,vt ſuprà dixi.Nec regula d.l.legata inutiliter. aliquid faciat:quia talis præſumptio non eſt inducta in fauorem alicuius ſimpliciter, ſed procedit generaliter ex natura:quia naturaliter quilibet eſt bonus,vt ſuprà dixi. Tertiò limitatur, quando ageretur de vtilitate animæ.per glo.in c.j.de ſcrutin. & Anch. in d. conſi. clxxix.de quo dic vt ſuprà. Quartò limitatur quando agitur de aliquo promouendo: quia tunc integritas præſumitur,imò debet adhiberi aliqualis informatio, ſecundum Card.in Clement.j. in ſecundo notã. de conceſſ.præb.Felin.in d.c.cùm in iure.Sed tu dic,quòd iſta non eſt limitatio ad regulam:quia etiam in tali caſu quis præſumitur bonus, licet lex non ſit contenta ſola præſumptione, ſed vlterius requirat adhiberi aliquas informationes: de quo dic,vt in c.fin.j.eod. Quintò limitatur, vbi ex neceſsitate vitæ præcedentis, aliud induceretur. regula, ſemel malus. de reg. iur.in vj.§. ſancimus.in authent. de teſtam. l. de minore. §. pen. ff. de quæſt. & per Bald. in l.j. ante fin. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament. vbi dicit, quòd quando ex actibus præcedentibus oriretur coniectura doli,talis præponderaret:& ducentos vigintitres caſus in quibus capitur præſumptio doli vel fraudis, ponit Lucas de Pen.in l.quemadmodum.C.de agric.& cenſ.lib.xj.& dicemus aliquid loco ſuo. Sextò vltra Doct.declarat, vt licet quis præſumatur bonus, non tamen præſumitur optimus. Et propterea, ſi ſtatutum requirat ad probationem alicuius negotij teſtes optimos, ſeu optimæ opinionis, debebit illa qualitas articulari & probari, ſecundum Angel. in l.ij.§.diem.ff.quemad.teſta.aper. ponderatur doctrina Barto.in §.ſi quis neget. vbi Ioan. de Imol.idem tenet,ead.l. Et idem tenuit Angel. de Aretin.in §. item verborum. Inſtit. de inutil.ſtipul.& Alexand.conſil. lxxxij. in primo volum. & conſilio xlij.in iiij.Barthol.Veronenſ. conſil. lviij.Socin.conſil.cclxxiiij. Decius conſilio cccxxj.in nouiſsimis.& conſil.xxvij. Modern. in l. nec quæſtio.ff.de quæſtio. Contrarium tenuit & conſuluit Ioan. de Ligna. vt refert Imol. in d. §.ſi quis neget. per text. in authent. ſed cùm teſtator. & melius in corpore vbi ſumitur. C. ad leg.Falcid.vbi lex requirit præſentiam optimorum teſtiũ, & tñ nõ videtur quòd iſta qualitas ibi ſit probanda. Et ibi etiam idem tenet Franc. de Rampon.per illum text. Et eandem partem ſequutus eſt Andr. Sicul. per quaſdam rationes ſatis leues in c. tertio loco. de proba.vbi voluit, quòd imò quilibet præſumatur etiam optimus, ſed dictum ſuum nuſquam probatur. In eandem opinionem etiam videtur inclinaſſe Franciſ. de Curte, in tract. de teſtib. concluſ. xxxv. Non recedo à prima opinione, quia videtur verior & communior. Nec obſtat d. authent.ſed cùm teſtator, quia ille text. non loquitur circa probationem, ſed relinquit rem in terminis iuris: vnde ſi replicaretur in dubium veritas inuentarij, putarem illam qualitatem eſſe probandam. Præterea ille text. procedit ſecundum ius commune, ſed ſi ſtatutum hoc requireret,in dubio deberet fieri interpretatio, quòd vellet aliquid agere iure communi. argum. c. in his. j. de priuileg. vbi Bartol. in l. ij. ff. de vſucap.in l. iiij.§. prætor ait. ff. de dam. infect. cum ſimili.per Iaſ.in l.properandum. §. ſin autem alterutra.C.de iudicijs. Et idem puto,etiam ſi ſtatutum requireret teſtem omni exceptione maiorem? quia licet quis præſumatur bonus, nõ tamen in tali

in tali caſu præſumeretur maior omni exceptione.& ita loquitur Dec.in d. conſi.xxvij. [Omnia quę in hac limitatiõe hactẽn⁹ ſcripta ſunt,& omnes auctoritates Docto. hactenus recitatæ,& multò plura ad huius limitatiõis doctẽ tradit Petrus de Moncada in trac. de teſtib.quem fecit ad ſupplendum & perficiẽdum tractatum Ioannis Croti,qui morte præuentus, non potuit perficere ſuum tractatum de teſtib. ideo dictus tractatus Petri cõtinuatiuè ponitur cum tractatu Croti,& Hippol. Marſil.ſing. clxxxvij. qualitas apposita.vbi adducit dicta Angel. in d. l.ij.§.diem. & in l. vel negare.eod.tit. Ale.& Ang.de Aret.in locis præallegatis.] Sed quid ſi ſtatutum diceret,quòd eſſet bonæ exiſtimationis? Dubium facit,quia licet quis præſumatur bonus,tamen poteſt eſſe quòd ciues eum malum exiſtiment.Sed tamen in iſto caſu putarem non opus eſſe iſtam probare qualitatem. quia quilibet non ſolũ præſumitur bonus,ſed etiam præſumitur bonæ exiſtimatiõis & famę.l. pe.§.j.ff. de var.& extraor. cogni.l.quæcunque.§.fi.ff. de public. per Barto. in tract.ſuo.præſumpt.in princ. Sed pone quod pars nõ probauerit vel articulauerit de iſtis qualitatibus,an iudex ex officio poſsit ipſe recipere informationes? Circa hoc crederem quòd ſic, per gl.in l.iij.in verb.inimicitiæ & ibi Sali.ff.de teſtib.& glo.in §.j.in verbo,officij.in authen.de teſtib.& ibi Docto.Et iſtud poſſet fieri etiam publicatis atteſtationibus.arg.c.cùm clamor.5.de teſtib.& tales informationes debet iudex redigere in actis. nam aliàs teneret in ſyndicatu, per Doctrinam Barto. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam.Et ita intelligo quod not Fulg. in d. l. iij. §.tu magis ſcire potes. ff. de teſtib. Et hoc ſuadet æquitas.

SVMMÆ.

1 *Idoneitatem niſi ex cauſis præſumi.*

PRÆSVMPTIO III.

TERTIO Quilibet † præſumitur idoneus.c,dudum.j.eo.j. q.j.c.ſicut. & ꝓpterea in reſcripto in quo appoſita ſit clauſula,Si eſt idone⁹, non erit opus probare talem qualitatẽ,quauis poſitam in conditione: q, eſt mirũ. [Et iſta videtur communis opinio Doct. in d.c. dudum. vbi latiſsimè Felin. vbi latè an debeat probari idoneitas, & verificari ante prouiſionẽ ſeu collationem, & an debeat præcedere cauſæ cognitio,& qualis,an verò ſufficiat ſola præſumptio naturæ,quòd quilibet præſumatur idone⁹, niſi contrarium probetur. Et Bald. in l. neque natales.iuxta fin. C. de probat.Et Oldra conſil. xlj. breuiter videtur. vbi ponit de clauſula, ſi ſit vitæ laudabilis: & aliquid per Lapum alleg. lxj viſis Bartol.in l.muto.§.j.in fin. ff. de tutel.Bald. in Margarita.in verb. clauſula.& copioſè Petrus de Anchara.in Clement.j. de conceſſ. præbend. vbi etiam Imol. & idem latius Imo.in Clement. j.de offit.deleg.cum ſimilib.] Sed videtur facere contra opi. Bald. & Sal.in l.cùm te. C.de probat.de qua ſuprà dixi. verſ.xiiij.q, licet quis præſumatur idoneus ætate,tamen iſtud non procedit quando ætas eſſet poſita in conditione: quia qui dicit conditionem eueniſſe, debet probare. l.ex his.C.quand. dies leg.ced. Niſi reſpondeas, quòd iſtud procedit in ætate quæ ex tempore variatur, ſed nos loquimur quo ad mores, qui præſumũtur ſemper boni.Facit pro iſta præſumptione text. in l. ſi ſeruos. ff. de manu. teſta.vbi præſumitur quis dignus libertate, niſi probetur indignus. [Bene faciunt pro iſta præſumptione quæ tradit Egid. Bellamere in deciſ. lxxvj.incipiente,non expreſsè.] Vnde illa conditio,ſi meruerint,vel ſi dignos iudicaueris,non requirit aliam probatiõem.Et ſi diceres, ſequeretur ergo quòd in prædictis caſibus talis conditio nihil operaretur,quod tamen videtur inconueniens. l. ſi quando.ff.de lega.j. Reſpondeo,q, imò multũ operatur in ſenſu contrario:quia cẽſetur illud quod datur, ipſo iure adimi in caſu quo non ſit idoneus,per regulam, quod datum ſub vna conditione,cenſetur ſub contraria ademptum. l. aliquando. in fi.ff. de cond. & demonſt.l.ſi legatum purè.ff.de adim.leg. Et ſic nota,quòd nõ dicitur ſuperfluam illud quod in ſenſu directo nõ operatur,dummodo in cõtrario poſsit operari. Quid facit ad ea,quę notant Cin.& Bald.in l.cõuenticulam.C.de epiſc.& Cler. Imol.& Moder. in l.ſi cũ dotem.in prin.ff.ſol.matr.laſ.in l.j.ff.de off.eius cui mãd.& iuriſd.vbi ſi ſtatuta nihil inducant in ſenſu directo.ſubditur in eis argumẽtum è contrario ſenſu,vt operẽtur. Intellige iſtã regulam, vt quilibet præſumat idoneus quoad mores,non autem quoad alia extrinſeca. Et propterea nemo præſumitur idoneus quoad diuitias,niſi probetur,vt eſt glo.in l.ſi verò.§.qui prorei qualitate.ff.qui ſatiſ.cog.& 5. dixi. Item quo ad doctrinam,quia ſcientia acquiritur multo labore,& longis vigiliis,vnde nõ præſumitur quis eam habere,vt dicit gl.in d.c.ſi fortè.in verb.ſcientiæ.de elect.

SVMMÆ.

D 1 *Vitium ceſſare præſumi.*

PRÆSVMPTIO IIII.

QVARTO Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.l.fin. C.ad legẽ Iul.repet.& j.quæſt.vij.c.ſancimus.Et † quilibet præſumit̃ innocẽs àpeccato.l.abſentẽ.ff.de pœn. l.qui accuſare. C.de edendo.ſicut quilibet præſumitur eſſe alienus à dolo & culpa.l.dolum.C.de dolo.& l.ſi creditor. C. de pig.act.[Et l.quoties. §.q dolo.ff.de prob.vbi Floria.Et eodẽ modo ꝓſumit̃ qs ſine vitio.l.j.C.de ędil.act.l. cũ ꝓbatio. ff.de prob.Et ita maximè procedũt,ſuadẽte hoc aliqua alia cõiectura: vnde præſumit̃ innocens, quem nullus accuſauit. l. ſi adulterium. §.idem Pollioni.ibi,& ſi reum nemo poſtulauit.ff.ad legem Iul.de adult.facit tex.in c.cùm in iuuentute.j.eod. Idem ſi ſit diligens agricola, quia talis preſumit̃ innocens & getus.l.iij. C. de deſert. ciuit. Idem etiam in nobili & diuite,quia bene præſumitur de his quibus ſunt integræ facultates,& maiorm ſuorum hæreditates incolumes. l.ij.in prin.C.de debit.ciuit.lib.x.Idem ſi quis aliàs ſit bonus,quia preſumitur pro re quam ipſe geſſerit.ca.niſi eſſent.infrà,de prębend.c. omes. vij.quæſtione j.& xxxvij. diſtinct.c.qui de menſa cum ſimilibus. Et ex iſta præſumptione infertur, quod licet confeſsio facta † in teſtamento non valeat nec probet, tamen ſi iuraverit

verit testator, tunc valet: quia non præsumitur fuisse immemor salutis æternæ l. cùm quis accedens. §. codicillis. ff. de leg. ij. auth. qd' obtinet. vbi Bal. C. de proba. Bart. in l. ij. C. commu. de lega. [De veritate tamen huius dicti vide per Alexand. & alios in l. si donatione. C. de collat. & Doct. in c. quamuis. de re iud. maximè quod in prohibitis, vt in patre & filiis, marito & secunda vxore, patre & filio naturali vel spurio. Et vide quæ copiosè scripsimus Alciatus & ego in xvj. præsumptióe, in prima regula præsumpt. vbi ex decisis remissis eris resolutus. Nota tamé, quòd hæc præsumptio, quòd quis moriendo non præsumatur immemor salutis æternæ, non semper est efficax, aduersus quam facit quod inquit Baldus in tit. de pace Constantiæ. in verb. vasalli. ij. in fin. & refert Ias. in l. j. quod nó omnis qui moritur, præsumitur esse Ioannes Baptista, nec sibi de iis quæ asserit semp est credendũ. Et dicit Oldra. cons. cxcij. viso diligenter. & refert Hippol. Marsil. in practica. §. restat. quòd morientes non dicunt semper verum.] Ad idem facit quod no. Paul. de Castr. consil. cccj. ad bene examinandũ. in primo, vbi consuluit, quòd in expẽsis paruis, standum est rationibus tutoris defuncti: & licet in tali probatione videatur requiri iuramentũ, tamen ex quo amplius præstari non potest, stabitur simplici codici rationum: quia mors non minorem fidem videtur inducere, quàm iuramentum, ex quo nemo præsumitur moriendo fuisse immemor salutis æternæ, per d. l. fi. & per not. per Bartol. in l. admonendi. ff. de iure fisc. vbi dicit, quòd præsumitur pro natura defuncti, per dictam rationem & l. rationes. C. de proba. & quod not. Socin. consil. clxj. [Adde plura accumulata per Hippol. in rub. ff. de fideiussor. vbi plura ad probandum quòd præsumatur pro moriente quòd non sit immemor, &c.] Aduerte tamen, quia ista præsumptio non procederet in præiudicium tertij, vbi ius iam esset quæsitum. per doctrinam Bart. in l. si quis in graui. §. j. ff. ad Syll. vbi si iudex moriens dicat se tuliſſe talem sententiam falsam, vel testis falsum se deposuisse, non tamen illis creditur. Et ita communiter tenetur secundum Alexand. in l. sciendum. ff. de eo per quem fact. erit. [De veritate illius dicti Bartol. in dicta l. si quis in graui. §. j. vide latissimè melius quàm alibi Hippol. Marsi. in d. rubr. de fideiuss.] Dicit tamen Bald. in l. fin. C. commu. de legat. quòd si testator mortiferè † vulneratus aliquem exculpauerit, talis non poterit etiam ex iudiciis torqueri: & sequitur ibi Ias. Sed ego non arbitror istud ita generaliter verũ: quia possent indicia esse tam vrgentia, quòd tollerét contrariam præsumptionem orientem ex attestatione ipsius vulnerati: quia vna præsumptio aliam tollit. l. diuus. de in integ. restit. Et cessat ratio præsumptionis in isto casu: quia potius verisimile est, quòd iste vulneratus sit mentitus, ex quo tale mendacium non videtur tendere in præiudicium salutis æternę. xxij. quęst. ij. c. primum est. & c. ne quis arbitretur.

SVMMÆ.

1 *Bona fid. in possess. ex causis non præsumi.*
2 *l. si. C. unde vi. explicari.*

PRÆSVMPTIO V.

QVINTO Bona fides præsumitur in possidente, nisi probetur contrarium. l. per C. de cuicta. l. in. c. si diligenti. & ib. Doct. infrà de præscript. cum concord. per Alexand. consil. cc. viso & discusso. in secundo. & consil. lxxv. in quarto. Francis. de Curte. consil. lxxxij. A Deus Pius. Et istud intelligitur, ũ habeat titulũ verum vel putatiuum, etiam errore iniusto. l. igitur. §. potest. ff. de liber. caus. & not. in l. sicut. §. j. ff. de vsucap. & ita tenet Bartol. in l. Celsus. ff. de vsucapio. & est communis conclusio, vt ibi per Moder. & in d. c. si diligẽti. Fortius dicit ibi Bartol. istud procedere etiam in possidente sine titulo: quia stat simul, quòd quis nó habeat titulũ, & tamen sit in bona fide, secundum gl. in l. si qs emptionis. in verb. tenuerit. iuncto tex. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. ergo ita debemus præsumere, ex quo talis præsumptio est humanior. Et † hoc intelligitur, nisi alius possessor antiquior appareret. per l. fi. C. vnde vi. Item nisi ius cómune contradiceret tali possessioni. c. j. de præscri. lib. vj. Sed Innoc. & Bal. in c. per tuas. de testib. tenuerunt, quòd imò non præsumatur bona fides, nisi adsit titulus. Et idem tenet Imol. in repet. c. fina. de præscript. & dicit Felin. in d. c. si diligenti. q, hæc opinio est sustentabilis de iure per tex. in d. l. fi. quia quod suum non est, debuit scire ad alios pertinere. Sed tamen non puto recedendum à cómuni opinione, quæ bene probatur in d. l. si qs emptionis. iuncta gl. & in c. j. de præscript. in vj. inducendo vt suprà. Nec obstat dicta ratio, quia text. in d. l. fi. loquitur † in eo qui scit rem occupatam suam non esse: quia tunc debet scire, q, ad alios pertineat. Sed nos nó loquimur in eo qui nesciat rem suam nó esse, imò credit esse suam, & est in bona fide, licet non habeat aliquẽ titulũ, puta quia aliquis ei dixit quòd erat maiorum suorum, seu antecessoris sui, vel alio modo ad eum spectabat. Nam licet talis non dicatur verè possidere aliquo titulo, tamé est in bona fide. Prærerea dum Bart. dicit sufficere titulum † putatiuum, etiam errore iniusto, d. §. potest. adde, quòd idem sequuntur Alexan. & Modern. in d. l. Celsus. & Bald. in l. j. per gloss. ibi. C. vbi caus. stat. qui dicit, quòd bona fides potest causari ex iniustis & temerariis causis. sequitur Alex. consil. cxxv. in quarto. And. Sicul. consil. xvij. in secundo. Felin. c. cùm cõtingat. de rescri. in d. c. si diligenti. Ias. in l. si id quod. in viij. nota. ff. de iurisd. om. iudic. Sed Imo. in repet. in d. l. fi. videtur hoc intelligere quoad acquisitionẽ fructuum, non autem quo ad vsucapionem: & ista opinio videtur verior, pro quo adduco textum in l. finali. C. pro suo. qui requirit, quòd error in titulo sit probabilis, aliàs vsucapio non procedat: & istud est de mente glosæ in dicta l. j. quæ si bene videatur, probat cõtra Baldum, dum requirit quasi possessionem xxx. annorum, quando seruus ex iniustis causis crederet se liberum, & tamen si præsumeretur bona fides, satis esset quasi possessio xx. annorum. l. ij. C. de long. tẽp. præscript. quæ pro liber. Nec obstat d. §. potest. quia ibi non probatur, quòd possessio inducta ex tali errore iniusto, sit sufficiens ad vsucapionem, sed simpliciter talis vtitur commodo successoris, quantum sit ad instruendum iuditium, vt ibi habetur. Et est ratio, quia quo ad illud commodum satis est quòd non sit in mala fide, licet non habeat bonam: inter hæc enim est dare medium, vt dicit Bar. in l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. hęred. Paul. de Cast. cõs. cclxxxix. Posset distingui, vt opinio Bart. & Doct. procedat in præscriptiõe longissimi temporis, in qua præscribitur etiam sine bona fide. Ista autem alia opinio procedit in præscriptione xx. annorum, vel minori, prout propriè loquitur text. in d. l. fin. ff. pro suo. Cætera dic vt per Moder. in dictis locis, & Abb. in c. consultationibus. j. de iure patron. & per Felin. in c. de quarta. de præscriptionib. vbi limitat istam regulam non procedere in errore iuris: de quo ibi latè per eum, & etiam per Aretin. consilio xxx. in secundo dub. v. 4 bi dicit semper præsumi malam fidem in † præscribente seruitutem. Et est ratio, quia habet cõtra se præsumptionem iuris communis: de quo in d. c. j. de præscript. in vj. Dic vt ibi per eum.

SVMMÆ.

1 *Delictum leuius præsumi.*

PRÆSVMPTIO VI.

SEXTO Vbi actus † potest importare delictum graue & paruũ, præsumitur pro minori delicto, secundum Bal. in l. fi. C. de ædil. act. arg. l. si præses. ff. de pœn. Et ibi infert Bal. ad notabilem quæst. Ad idem facit glo. in l. pen. C. de fideiuss. vbi potius præsumitur matrimonium clandestinum, & sic leuius delictum, quàm adulterium, quod est grauius: de quo per Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iura. firm. in l. quæcunq;. C. de ser. fugit. Abbas in c. ij. de spõs. clãd. Felin. in c. j. j. eod. Ad idem facit text. in c. significasti. circa princ. infrà de homicid. inducendo vt per Aret. cons. viij. vbi per istam rationem decidit, quòd si quis percutiat aliquem paruo cul- 2 tello, capiemus potius † præsumptionem quòd fecerit animo non occidendi, licet talis deinde sit mortuus. Et in simili idem concludit Areti. consi. xxxj. vbi capitur potius præsumptio, quòd 3 mulier subtraxerit furtiuè res à marito, quàm q, sit lucrata ab adulteris, ex q̃ illud est minus delictum. Facit quod not. voluit Barth. Veronens. cõsil. lxxvij. circa medium. vbi consuluit, quòd si quis pluries repetierit in eodem calore iracundiæ aliqua verba blasphemiæ, præsumitur potius vna tantùm blasphemia, non autem plures. Et circa istam præsumptionem vide etiam aliquid per Felin. in c. ad audientiam. in prin. vbi limitat infrà de homici. Et accedat vulgata regula, quòd in duobus malis minus est eligendum. c. duo mala. xxiij. distin. & xxij. quæst. c. q, Dauid. & c. si aliquid.

SVMMÆ.

1 *Metum cessare ex causa non præsumi.*

PRÆSVMPTIO VII.

SEPTIMO Si aliquid reperiatur gestum, præsumitur sponte gestũ, non metu. l. ij. C. de his quæ vi vel metus causa. Et est ratio, quia aliter præsumeretur delictum, ex quo inferens metum delinqueret. Et ita cõcludit Innoc. quem sequuntur alij, in c. causam matrimonij. ũ. de offic. deleg. † Non procedit tamen ista 1 præsumptio in casu no. c. super hoc. secundum vnum intellectum. de renunt. vbi in iudicio possessorio agenti interdicto recuperandæ, non obstat exceptio renuntiationis beneficij, imò præsumitur talis renuntiatio facta metu, vt declarat ibi Abb. Adde etiam, q, licet regulariter duriot probatio incumbat illi qui contra præsumptiõ- A né iuris aliquid deducit. c. quia verisimile. j. eod. gl. in l. fi. in prin. ff. qd' met. caus. per Spec. in tit. de probat. §. fin. vers. fi. [Et scripsit latissimè ũ. in prin. tractatus, in tertia parte.] tamen non ita est in afferente metum: quia metus † etiam ex con- 2 iecturis potest probari, vt per Cin. in l. carcerem. C. quod met. caus. Bar. in l. si ob turpẽ. ff. de cõd. ob caus. Bald. consil. xxvj. in tertio. Anchara. consil. ccxcix. visa supradicta facti. Rapha. Com. cõsilio lxviij. per totum, & per Moder. in l. interpositas. C. de transactio. Et est ratio, quia metus cõmuniter solet clàm inferri, vnde sufficit leuior probatio. argumen. cap. final. ũ. de testi. cog. & ita tenet Alexan. cons. clvj. viso processu. in quinto. & cons. xlviij. Cornel. consil. xlj. Fortius dicit Innoc. in d. cap. super hoc. vbi alij sequuntur, quòd magis † creditur duobus de metu attestan- 3 tibus, quàm centum asserentibus voluntatẽ spõtaneam. sequitur Bald. in cons. schismatis, quod C posuit in rubrica. C. si quis aliquem testã. phib. Idẽ Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in xij. quæst. ff. de offic. proconsi. Angelus in l. si quis ad se fundum. C. vnde vi. Alber. Ros. in rubr. ff. quod met. caus. cum concord. per Andr. Sicul. consil. vlt. & Decium consil. c. Et dicit singulariter Barthol. Veronens. cautel. cxliiij. incip. rempore meo. q, crederetur vna testi asserenti matrimonium fe- 4 se contractum per metum. allegat Innoc. & Bal. vbi suprà. Sed decisio mihi nunquã placuit, quia D est contra regulam c. licet vniuersis. ũ. de testib. & contra meum omnium scribentium, præsertim Alex. & Corn. in consiliis suprà allegatis. & Inno. non loquit in vno veste tantũ, sed in duobus: & ita etiam Bal. & cæteri. Prætereà illud dictum Innoc. intelligitur quando constat manifestè de vi & facto vnde oritur metus: & ideo etiã si mille attestarentur, quòd tamé erat illi animo actum spontaneè faciẽdi, non staretur illis, quia attestarentur de mente, quę est nota soli Deo, vt E declarat Imol. in dicto c. super hoc. & etiã loquit Innoc. quando præsumptio erat pro asserente metum, puta in eo qui asserit se renũciasse beneficio propter metum, in casu d. c. super hoc, secvbi præsumptio non esset pro asserente, quia tũc seruaretur regula cómunis posita in c. in nostra. ũ. de testib. & Istud est de mente Abb. in dicto c. per hoc. & declarat Angel. in d. l. fi. in princip. ff. quod met. caus. Cętera dic, vt per Moder. in l. interpositas. C. de transact. F

SVMMÆ.

1 *Causam in casibus in principe non præsumi. §. 6. 7. 8.*

PRÆSVMPTIO VIII.

OCTAVO Præsumitur principem ex 1 iusta causa moueri. gloss. in l. relegatis. in fi. ff. de pœnis. facit text. in Clement. vnic. de probationib. & in c. cùm a nobis. in

bis.in fin. vbi Docto. de testib. [Vide Deciũ cõsil. dlxxvj. pro resolutione. & Rom. con. ccccxxxvj. quod consultum.] Et ista conclusio est verissima in his quæ sunt iuris positiui, † quo iure ipse nõ ligatur. l. digna vox. C. de legibus. & quæ sunt arbitraria ipsi principi, prout loquitur glossa in d. l. relegati. Nam restitutio relegati potest fieri p principem etiam sine causa, de potestate ordinaria. l. j. C. de sentent. pass. & habetur in tit. C. de abolitionib. Item dicta Cle. j. loquitur in beneficiis, in quibus Papa habet plenam & liberam facultatem. c. ij. in prin. de præbend. in sexto. Clẽ. j. in fin. vt lite penden. ix. quæst. iij. c. per principalem. vbi gloss. cum concord. per Iaſ. in l. Barbarius de offic. prætor. Socin. consi. xiij. per totum. And. Sicul. consil. j. in primo. Et dicit Bald. in l. rescripta. C. de precib. Impera. offeren. quòd omnia beneficia mundi † sunt manualia, & obedientialia quo ad Papam. sequitur Andr. Sicul. in tractatu de præstan. Card. in j. parte. [Antequã ad vlteriora procedatur, volo notes ppetuò notabilẽ limitationem ad hanc præsumptionem, quam tradit Rom. consil. ccccxxxvj. quòd indultum Petri. & Philip. Decius consil. dlxxvj. quòd in principe non presumitur iusta causa, quando facit actum ad instantiam & postulationem partis: quia tunc videtur magis motus propter importunitatem partis, quàm ex iusta causa, per l. j. C. de petit. bonor. subla. lib. x.] Sed nunquid præsumitur causa in principe dispẽsante aduersus ius gentium, vel diuinum, in his in quib. posset cum causa dispensare? Et videtur quòd sic, prout tenuit Cinus in l. rescripta. in iij. & iiij. quæstio. & ibi Baldꝰ. C. de precib. Impera. offer. Anto. de Butr. & Abb. in c. quanto. de iureiuran. & in aliis locis relatis per Felinum in c. quæ in eccle. versic. quinta conclusio. suprà de cõstitutionib. vbi limitat istam conclusionem sex modis, vt ibi per eum. [Et vltra hic allegatos & in locis hic recitatis, hanc sententiam tenet & multis egregiis fundamentis comprobat melius quàm alibi Franc. Curt. senior consil. xlix. memorię recolendæ. versi. præsumitur enim in principe. vbi dicit, quòd in principe aliquid disponente, præsumitur iusta causa, etiamsi auferat ius alteri quæsitum. & ibi allegat auctoritates & cõcord. in pluribus locis, ex quibus potest roborari ista sententia, quæ non reperies alibi ita bene cumulata.] Sed tu aduerte, quia ista opinio iure non probatur: nam ea quæ pro hac parte allegantur, procedũt in his quę sunt iuris positiui. & q. in tali casu non præsumatur causa iusta, est de mente Baldi. in d. c. quæ in ecclesiarum. & firmat Fulgos. in l. fina. C. si contra ius vel vtilita. public. & in consil. lxj. domina Catharina. Roma. cõsi. cccxlij. quæritur primo. in fin. Et ita tandem residẽt Felin. & Modern. in d. c. quæ in ecclesiarum. & Iaſ. in l. si testamentum. C. de testam. per illũ rex tum. & in repet. l. quo minus. ff. de flumin. & est de mente Doctor. tenentium, quòd d. Clem. j. de probatio. non habeat locum: quando ageretur de præiudicio tertij, quo ad ius quæsitum, prout tenuit Anchar. in consilio cccviij. præmitto. circa finem. Paul. de Castr. cõs. clvj. viso & examinato. Butr. per Calder. in c. post cessionem. de probation. Aretinus in d. c. cùm à nobis. Nam si præsumeretur iusta causa, deberet habere locũ etiam in præiudiciũ tertij: quia princeps ex causa legitima potest tollere ius quæsitum tertio. l. Lucius. ff. de euict. & habet latè in d. c. quæ in ecclesiarum. Et probatur ista opinio, quæ videtur communior, in c. j. suprà de probatio. vbi † non præsumitur causa in principe volente rescindere proprium contractum: imò istud non potest, etiam de plenitudine potestatis, secundũ Paul. de Castr. in l. digna vox. C. de legib. & Baldus. in cap. j. §. ad hæc. de pace iura. firm. [Et Lud. Rom. egregiè in d. cons. ccccxxxvj. & cons. ccclij. quæritur primo. dicens, quòd princeps nõ potest reuocare contractum à se factum, etiam si cõtineat liberalitatem. & quòd ita ligatur de suo contractu sicut quilibet priuatus. & idem Rom. consil. cclij. pro decisione. & Soci. consil. iiij. super quæstione lib. iij. & quod de plenitudine potestatis non possit contrauenire contractui; etiam consuluit Ant. Rub. Alex. consil. cxxxviij. viso & diligenter. & consil. cxlvj. circa primum. vbi allegat Alex. in consi. j. in ij. vol. & consi. liiij. in quarto. & Cuma. consil. c. incip. ducissa Mediolani. cum aliis concord. Et etiam dicit idem Alex. consil. cliiij. decreueram. quòd princeps non minus ligatur ex suis contractibus, quàm quilibet priuatus. Et quod non possit etiã de plenitudine potestatis contrauenire cõtractui, etiam asseuerat Deci. consil. dclxxxix. viso puncto. & cõsi. ccccx. in causa mota.] Idem † est in feudo, quia non licet ei priuare vasallum, nisi ex iusta causa decẽdente ex culpa ipsius vasalli, cap. j. vbi not. de natura feudo. Idem in † sententia principis sine citatione lata: quia non valet, nec præsumit causa. Clement. pastoralis. de re iudicata. cap. j. vbi Doct. suprà de caus. possessio. & propria. Andr. Sicul. consi. xxiiij. in ij. Et ratio istorum casuum militat gñaliter, & ppterea debet gñaliẽ esse idẽ ius. l. adigere de iure patronat. Et facit ratio, qa cùm talis actus regulariter sit prohibitus principi, nisi in certa causa, debet illa probari. l. si donatione. C. de collat. [Istud idem fundamentum facit Dec. in d. consil. dlxxvj. pro resolutione Cur. consil. xx. sæpenumero. dicens, quòd tunc non standum assertioni principis de dicta iusta causa, sed debet probari & constare apertè, ex quo actus siue illa causa est regulariter principi prohibitus. pro quo facit quod vult Bart. per illum text. in l. si fortè. ff. de castrẽ. pecul. simil.] Et istud procedit etiam in Principe, vt notat Innocen. in c. penult. de dilat. Rom. consi. cccIxxxiij. saluatoris. & facit textus in c. nouit. vbi Abb. & Areti. notant. suprà de iudic. vbi non præsumitur etiã pro rege, quòd seruauerit debitam solennitatẽ denuntiationis euangelicæ, nisi probetur. Et Cinus in d. l. rescripta. potest saluari, si bene videatur: nam præsupponit, quod imo in veritate causa non præsumatur, & quod Princeps peccat, licet iudex debeat obseruare: quia quo ad eum, in de oritur præsumptio iuris & de iure, ex quo ipse non potest inquirere de facto superioris & domini sui, prout etiam dicit Alexander consil. j. in ij. volum. Vnde dato quòd posset inquiri, puta quia princeps permitteret refricari in dubiũ de meritis rescripti, vel aliter concederetur esse secus. Et propterea dicunt Doctor. istud procedere in quolibet principe non recognoscente superiorem de facto, vt per Bartolum in d. l. relegati. & per Alexand. consilio xv. in v. vol. Ratio est, quia tali non potest dici, cui ita facit illa opinio est verior de iure, & etiam de æquitate. Cõsidera tamen, si possent ista opiniones concordari: quia aut princeps in tali ecclesiastione nõ expressit aliquam causam, & non præsumatur, imò

mò concessio sit nulla, quascunq; clausulas ipse addiderit, ex quo deficit potestas eius, quia non est supra ius diuinum, naturale, seu gentium, & facit quod not. Alexand. consilio cj. visis. in primo. Idem si expressit aliquam causam quæ non est idonea, eadem ratione. Aut expressit causam idoneam, & tunc an præsumatur vera, ita quòd dispositio teneat. Et dicendum est quòd sic. dicta Clemen. j. Et in isto casu potest procedere opinio Abba. Butrij & aliorum in dicto cap. quæ in ecclesiarum. & quod notat Socinus consilio cclxxiij. limitando tamen vt ibi per Felinum & Iaſ. in dicta l. si testium. [Decius tamen notabiliter in præallegato consil. dlxxvj. ad fin. tenet, quòd assertioni principis non sit credẽdum, nisi de causa aliter conster, & probetur: & se remittit ad ea quæ ipse scripsit in d. cap. quæ in ecclesiarum. Vide Socin. inter consilia Curtij senioris idem tenentem per multas auctoritates, consil. xx. sæpenumero. declarando. Ex illo consilio colligere poteris pulchras limitationes ad hanc regulam, quòd princeps præsumatur motus iusta causa: & an stetur assertioni principis super causa iusta expressa in concessione siue rescripto.] Et inquantum limitant, vt non præsumatur causa, respectu non subditorum ipsi principi, per dictum Innocent. in cap. inquisitioni. infrà de sentent. excommun. & text. in dicta Clemẽ. pastoralis. intellige istud in subditis plenariè principi: secùs si simpliciter venissent in deditionem mediante fœdere, puta quia reseruassent leges & priuilegia sua: nam tunc quoad plenitudinem potestatis ipsius principis non essent subditi. l. non dubito. ff. de capti. Et tali modo ciuitates Italiæ, & quædam aliæ venerunt in deditionem Rom. vt probatur in l. j. ff. de cens. & in l. fi. eo. tit. Vnde quamuis P. R. transtulerit omne ius suũ in principem. l. j. ff. de cõstit. prin. non tamen Imperator, nec habentes causam ab eo, habent amplius ius quàm P. R. habuerat: & consequenter, de iure non possunt vti in illis ciuitatibus ista plenitudine potestatis, prout videmus etiam hodie seruari in Germania, in ciuitatibus Imperialibus. Facit quod notat Cardin. in consil. vlt. & quod dicit Baldus in tit. de pace Constan. in verb. libellariè. vbi dicit quòd P. R. nunquam est vsus ista clausula, de plenitudine potestatis. [Quòd princeps non possit vti plenitudine potestatis circa non subditum, & quòd in principe tunc nõ præsumatur iusta causa, & si causam iustam exprimat, quòd tunc non stetur assertioni principis, vide latissimè Barth. Soci. inter consilia Curtij senioris, consil. xx. versic. tertio respõde. & latius & idem Barth. Soci. consi. xxvij. in præsenti. li. iij. Facit quod voluit Ludo. Roma. consi. ccccxxxvj. quod cõsultum, &c. quòd licet princeps regulariter possit reuocare priuilegium à se concessum, & præsumatur in eo causa. non tamen hoc procedit in priuilegio à se concesso non subditis, illud enim est irreuocabile, nisi ex iustissima causa, quę apparere debet.

SVMMÆ.

4 *Iudicem bonum ex causis non præsumi. 6. 8. 9. 11. 12.*
5 *Præsumptionis iudicis effectus varij.*
7 *Processum rectum non nisi in casibus præsumi.*

PRÆSVMPTIO IX.

NONO Præsumitur pro iudice, quòd sit bonus, & rectè faciat ea quæ officio suo incumbunt. l. ij. C. de offic. ciuil. iud. ibi, quod non arbitramur, &c. quem text. ad hoc notat Bald. & per eum decidit notabilem quæstionẽ, in l. vnic. in fin. C. ne quis in sua causa. Et Paul. de Castr. consilio cclxx. in secundo. vbi per illũ textum vult, quòd † verba iudicis debeant referri ad ius, etiam impropriando verba: quia verisimile est talem fuisse mentem iudicis. Et facit, quia ad illud officium vt plurimùm eliguntur literati & honesti viri, vndè meritò pro eis præsumitur. c. in vestra. de procur. c. nisi essent. de præbend. & ibi Abb. Et propterea non præsumitur iudex aliquid facere fraudulentum, licet eius sententia retractetur. c. cùm olim. ij. & ibi gl. antepen. j. de priuil. & habetur in c. cùm Ioannes. de fid. instr. Item nõ præsumitur † iudex aliquid sine causæ cognitione facere. c. Abbaꝛ. de verb. signifi. Nec præsumitur velle contra factum suũ iudicare. l. ne in arbitris. C. de arbitr. Innoc. in c. præsenti. de rescript. & in c. ij. de arbit. Et præsumuntur qui causas cognoscunt, nõ facilè ad culpam venire cùm veritatẽ examinant, vt est text. in authent. vt defuncti seu funera. in princip. facit. l. certi. C. de iudic. & textus in authent. de iudicib. in princip. Hinc est, quòd si aliquis succubuit per sententiam iudicis, præsumitur habuisse malam causam. l. Herennius. §. fina. vbi glo. ff. de euictio. de quo dic vt ibi. Facit etiam generaliter, quia præsumitur iusta causa in † eo, qui publico iure vtens aliquid exequitur. l. iniuriarum. in princip. ff. de iniur. Et ista præsumptio fortius procedit in iudice, quàm in arbitris vel similibus, ex quo iudex ita iurauit. l. fin. C. ad leg. Iul. repet. & in auth. iusiurand. quod præst. ab his. per tot. Limitatur † ista præsumptio aliquibus modis. Et primo non procedit quoad sententiã, nec quoad processum pendente appellatione, secundum Abbat. & alios in c. quoniam contra. per illum text. §. dè probat. & in c. cùm inter. in fin. de re iud. Et est ratio, quia virtus sententiæ suspẽditur per appellationẽ. l. j. in fi. ff. ad Turpil. Et propterea idem debet probare in causa appellationis, qui debebat in causa principali, vt est gl. vbi Moder. Perut. in c. dilectis. de appel. & ponunt omnes in c. quoniam contra. Sed tu considera, quòd imò etiam isto casu præsumitur pro iudice, licet talis præsumptio non transferat onus probandi, prout Imol. in c. in præsentia. per illum tex. §. de renun. facit textus in d. c. in nostra. de procuratorib. & in c. bonæ. j. de elect. & quod not. Bald. in c. cùm super. de re iud. Abb. in c. causam quę. in ij. not. ab. eod. tit. de quo per Modern. in d. c. quoniam contra. Et talis præsumptio † operatur aliquos effectus etiam pendẽte appellatione, veluti in casu l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoff. testam. vbi præsumptio oriens ex prima sententia pendente appellatione, operatur quod aduersarius interim compellatur illi subministrare expensas litis, si aliter nõ habeat vnde litiget. Et istud est generaliter verum, vbicunque aliquis litigat super bonis quæ prætendit communia, vel ad se pertinere, & habet aliquam præsumptionem pro se, vt declarat Aret. in l. si qui testium. de testib. & etiam probatur in l. fi. vbi bonus tex. C. de ord. cog. & quod not. Guido Pap. in decis. Delpi. q. dlxj. Et idem est in filio litigante cum patre, eum non agnoscente in filium, secundum Bar. in l. si neget. ff. de libe. agnos. [Adde Salic. in l. fin. C. de alendis liberis.] Et in vxore litigãte cum marito, secundũ

Hoſtien. Abb. & Moder. in c. ex parte. j. de accuſ. Et ſufficeret nedum iſta præſumptio oriens ex ſententia à qua fuit appellatum, ſed etiam quælibet alia ſimilis, de qua conſtaret iudici ſummariè. l. j §. ſi ea quę in poſſeſsióe. ff. de vent. in poſſeſ. mit. & eſt de mente Bart. in d. l. ſi neget. Et propterea vidi quòd iudices decernebant iſtas expenſas litis, ſi ex lectura atteſtationum, licet nondum publicatum, deprehendiſſent ſummariè eſſe probatum, quòd eſſet filius vel vxor: nã A tales atteſtationes faciunt præſumptionem non mediocrem, vt habetur in c. ſignificauerunt. ẽ. de teſti. Alius effectus ponitur in cle. j. de ſequeſt. poſſ. vbi prima ſententia operatur effectum ſequeſtrationis fructuum, quamuis ab ea ſit appellatum à poſſeſſore minus triennali. Idem eſſet generaliter, vbi poſſeſſor dilapidaret ſeu depopularetur agrum. l. Imperatores. in fi. ff. de app. Alius effectus ponitur Innoc. in c. ad petitionẽ. j. de accuſ. & Abb. in c. quod ad conſultationem. B j. de re iudi. vbi etiam poſt appellationem præſumitur pro ſententia iudicis, in his quæ fuerãt illi arbitraria, ſicut in dilationibus, & cęteris pœnis arbitrariis. facit gl. in c. ſuper his. in verb. ar-
6 bitrium. j. de accuſ. Secundò limitatur, † q, non procedit iſta præſumptio in iudice indiſcreto & improbo, quia pro tali non præſumitur vt not. Inno. & Hoſt. in c. accedens j. ẽ. vt lit. non conteſt. Facit, quia licet qui eſt in carcere reſpectu iudicis, non dicatur pati metũ, vt eſt gl. vbi Doct. C in l. qui accuſationis. C. de his quæ met. cauſa. & per Bal. in l. ſi quis hoc genus. C. de epiſ. & cler. tamen hoc non videtur procedere in iſtis poteſtatibus terrarum qui habent vultũ terribilem, & qui ſolent metum incutere, vt per Io. And. in c. quia propter. de elect. Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iuram. firm. & quod not. Abb. in c. cùm dilectus. quod met. cauſ. qui loquitur in principe. & eſt gl. xxiij. quæſt. viij. c. conuenior. Ad idem facit tex. in l. neminem. C. de ſuſcep. & arca. lib. D x. vbi præſumitur voracitas & fraus in iſtis officialibus. Et dicit gl. in l. defenſionis. in verbo, ad vſurpationem. C. de iure fiſci. libro x. quòd iſti officiales plura mala ſciunt & committũt quàm alij. In contrarium facit quod dicit Bald. in c. ſicut. per illum textum infrà de re iud. vbi dicit, quòd etiam ſi iudex eſſet vir peſsimus, tamẽ pro eo præſumitur, propter auctoritatem iudiciariã. & ſequuntur Modern. in dicto c. quoniam contra. [Et Purp. in l. j. ff. de iuriſ. om. iu. & ante eũ E refert & ſequitur Iaſ. in l. pacta nouiſsima. in iij. no. C. de pact.] Iſta opinio videtur verior quando aliud non concurrat, præterquam quod aliàs iudex ſit indiſcretus. Si verò aliud concurreret, puta quia probaretur ex actis vel aliter de eius iniuſtitia, quoad illam cauſam tunc non præſumeretur. Et ita debent intelligi ſupradicta. Tertiò limitatur vt procedat præſumptio quoad iuſtitiã, quia lex præſumit pro iuſtitia iudicis: ſed non procedit quoad rectitudinem proceſſus. di- F cto c. quoniam contra. Et eſt ratio, quia pro proceſſu requiritur ſcriptura, vt ibi dicitur: & cùm ſit facti, non præſumitur interueniſſe, niſi probetur, vt per Innoc. in c. innotuit. de eo qui fur. ordin. ſuſcept. Et ideo nunquam præſumetur citatio, niſi probetur, vel niſi de ea conſtet ex actis, vt habetur etiam in cap. tenor. vbi Modern. de re iudica. & alibi dicemus. Et † ex iſta limita-
7 tione infertur, quòd ſi eſſemus in caſu in quo nõ requireretur ſcriptura, tunc præſumeretur etiam pro proceſſu: prout eſt in cauſis leuibus, vbi agitur de modico præiudicio partis, vt per Bartolũ in authent. niſi breuiores. C. de ſentent. ex peric. recit. & Alexander in l. ſciẽdum. poſt Roma. ibi, ff. de verbo. obliga. Felin. in dicto c. quoniam cõtra. & in c. cùm dilecti. de accuſationibus. de quo dic vt per eos. Eodem modo præſumeretur pro proceſſu, quando ſententia tranſiiſſet in iudicatum, etiam contra abſentem & contumacem ex contumacia vera vel ficta ſecundum Abbatem Imol. & Modern. in dicto c. quoniam contra. Et eſt ratio, quia res iudicata pro veritate accipitur. l. j. ff. de re iudica. & facit ius quoad partes. l. ingenuum. ff. de ſtatu hom. Præſumeretur etiam, quãdo Notarius in ſententia atteſtaretur de proceſſu, qui eſſet factus coram ſe, puta quia in ſententia Notarius non ſimpliciter ſcripſiſſet, acta referẽdo, ſed etiam quælibet ex ipſis ſeparatim enuntiaſſet, dicendo vbi & à quibus facta, & q, in ſui præſentia, vt dicunt Hoſtienſis Butr. Abb. & Imola. in dicto c. quoniam contra. De quo dicendum eſt vt ibi per Felin. in quinta concluſione, & per Modern. in l. j. §. ſi quis dicatur. ff. de quæſtionib. Quartò limitatur, vt non præſumatur † pro iudice, quando contra eum vigeret alia 8
ſuſpicio ſeu præſumptio efficaciter, iuxta l. diuus. ff. de in integ. reſtit. quando ex temporis breuitate comprehenderetur, quòd non adhibuit cauſæ cognitionem, vt dicit Bartol. in l. prolatam. in fin. C. de ſentent. cum multis concordãtib. per Felin. in d. c. quoniam contra. verſ. ſecũdo declara. & Alexander conſilio xxxiij. & Iaſ. in l. mandata. ff. de offic. eius cui. & in l. ij. §. prætor ait. ff. de in ius vocand. [Et per Alex. notabiliter conſil. xlv. viſis. lib. vj. & multa per Iaſ. in l. iudices. C. de iudic. vbi pro hac limitatione multa egregia congerit. Et faciunt ampliſsimè deducta per Hippol. Marſil. in l. ſtatuliber. ff. de quæſtio. & in practica criminali. §. nunc videndum. ex cuius allegationibus & ſimilibus dotari poterit optimè hęc limitatio. Adde etiam Alex. cõſ. ccxiij. viſis in fi. libr. vij. Socin. conſil. lxxxvij. pẽſatis. vbi multa adducit. lib. iiij. & conſil. cxxj. in cauſa reclamationis. verſ. ſecundo clarè videtur. lib. iij.] Et idem eſt † quando ex abrupto, parte 9
non audita, proceſsit ſecundum Bald. in c. j. de inueſt. in marit. in fin. in vſib. feud. Cardin. conſilio cxxxix. Abb. in cap. quintauallis. de iureiur. Paul. de Caſt. conſil. xiiij. in antiquis. vbi idem intelligũt eſſe in arbitratore. [Et Socinus in prę-allegaro conſ. lxxxvij. lib. iiij. vbi allegat concord. & dicit hanc eſſe communem, quòd idem ſit in laudo arbitratoris ex abrupto vel incontinenti lato, ſine cauſæ cognitione, ſicut in ſententia. ibi vide autoritates.] Idem ſi ſit error ex- 10
preſſus † in ſententia, quia tunc impeditur etiã tranſitus in rem iudicatam, vt habetur in c. cùm inter. infrà de re iud. & in l. ſi expreſsim. de appellat. Eodem modo ſi appareret notorię de iniuſtitia. c. ſolicitudinem. §. ſi verò. de appell. c. inter cæteras. de re iudic. Et alios caſus etiam ponunt Feli. & mod. in d. c. quoniam contra. Et adde dominos de Rota in deciſ. j. in nouis. de probat. vbi dicunt, non præſumi pro iudice, quando præſumptio fraudis eſt contra eum: puta in ordinario iudice, qui ſcribit contra apoſtolicum, & dicit ſe prius contuliſſe beneficium, quàm Papa vel executor eius: nam ſibi tunc non creditur, vt dicunt etiam Abb. & mod. in c. poſt ceſsionem. 11
ẽ. de probat. Quintò † limitatur in caſibus, in quibus

bus regulariter iudex non habet aliquam poteſtatem, niſi in certo caſu, aut ex certa cauſa. Nam non præſumitur iſta cauſa in iudice, niſi probetur. arg. l. ſi donatione. C. de collat. & quod no. Bar. in l. item ſi ſuſpectus. ff. de procu. Socin. in conſi. xcj. Modern. in l. nemo poteſt. in primo no tab. ff. de legat. j. De quo dicendum eſt vt dixi in c. quòd ſedem. in ij. nota. ẽ. de offic. ordi. [Et vide etiam per Iaſ. in l. j. in v. not. ff. de offi. eius. vbi e-
12 tiam Purp.] Sexto limitatur, vt † non præſumatur pro iudice, in his quæ gerit, & ad eius officiũ non pertinet. c. ſignificauit. j. de appél. Bal. Aret. & moder. in d. c. poſt ceſsionem. Bald. in rub. C. de fide inſtr. verſ. ſecundum ſupplemẽtum. Et idem etiam videmus in nuntio. c. cùm parati. vbi not. de appel. Idem ſtante ſtatuto, quòd credatur libris mercatorum: quia intelligitur de ſpectantibus ad eorum officium, ſecũdum Bald. in l. fi. C. ad Maced. cum concord. Et
13 facit, quia iudex extra † officium ſuum agens, habetur pro priuato, & poteſt impunè illi reſiſti. l. defenſionis. C. de iure fiſci. libro x. & quod not. in l. ij. ff. de appell. recip. [Adde Iaſ. in l. vt vim. in gl. j. ff. de iuſtit. & iur. & ibi Dec. qui multa egregia accumulat, & plures cõcord. allegat, maximè Alex. conſ. cxxxix. poſt redditum primum. libro ij. Hip. Marſil. in ſua practica criminali. §. diligenter.

SVMMÆ.

1 *Decretum rectum præſumi: ex cauſis diuerſum. 3. 4. 5. 6. 7. 9.*

2 *Solennitatem non præſumi. quandoque ſecus. 8.*

PRÆSVMPTIO X.



DECIMO Præſumitur † pro decreto, quòd ex iuſta & vera cauſa, & ſolenniter fuerit interpoſitum. l. ab ea parte. ſecundo reſpon. ff. de proba. l. manumiſsio per liberos. D ff. de manumiſ. vind. Et firmat Spec. in titul. de empt. & vend. §. nunc videndum reſtat primo. & eſt communis concluſio, vt latè per Alex. in d. l. ſciendum. & in conſ. lxxx. & conſ. xcij. & conſ. 50. in quinto vol. cum multis concor. per moder. in d. c. quoniam cõtra. [Et per Hip. Marſi. in ſing. ccccxxxviij. lex multum, &c. vbi etiã allegat concord. Faciunt etiam quæ abundè congerit Iaſ. in tit. qui feudum dare poſ. verſ. cõfirmo per optimum ſimile. & in l. pacta nouiſsima. C. de pac. Et E in terminis iſtius præſumptionis, q, ſolennitas extrinſeca præſumatur interueniſſe in decreto, vide eundem Iaſ. in d. l. ſciendum. verſ. ſeptimo. limita. vbi dicit hanc præſumptionem egere lõga & alta indagine, de qua latè per Ang. de Aret. in l. fin. quan. appel. ſit. & in §. fi. de fideiuſ. Inſtit. Alex. & alios in l. iuſtè. ff. de acqui. poſ.] Quod intelligitur, quando iſtæ cauſæ & ſolennitates requiſitæ, fuerunt ſpecificè enuntiatæ in decretis, aliter non, ſecundum gl. in l. j. C. de fide inſtr. lib. x. quam ita intelligit Baldus in l. ex his. C. de teſtam. mil. & in l. j. C. de rebus creditis. Ang. in l. Imperatores. ff. de priuil. cred. Ioan. Fab. in §. fin. Inſti. de fideiuſ. Anch. conſi. cclxxx. Feli. & Dec. in d. c. quoniã cõtra falſam. Sed tu aduerte, quia contrarium eſt de mente Alex. in d. cõſ. lxxx. vbi concludit præſumi pro decreto, quando adeſt clauſula, omni meliori modo: certè tunc nõ poteſt dici quòd ſit ſpecialis facta mentio ſolennitatum. Idem cõcludit ſi ſimpliciter ſit dictũ, eum adhibuiſſe cauſæ cognitionem, ſecundum Pau. de Caſt. in l. cùm hi. §. prætor. ff. de tranſactio. Quid tenendum? Articulus iſte † eſt ſatis dubius: 2
& contrarium, quòd imò non præſumatur ſolẽnitas extrinſeca in decreto, niſi de cauſa aliter conſtet, tenuit expreſsè Ange. in d. l. j. C. de fide inſtru. lib. x. & eſt de mente Bartoli & Bald. Ioã. de Plat. & cæterorum ibi, dum dicunt non præſumi ſolennitates nominatas in inſtrumẽto interueniſſe, niſi ſint tales, quæ tempore confecti A inſtrumenti potuerint interuenire: & tamen in illo caſu non poterat fieri ille contractus, niſi cũ decreto, ſiue interueniente iudice, id eſt, procuratore fiſcali, vt ibi per Barr. Et iſtam etiam partẽ videtur tenuiſſe Bar. in l. actor. ff. rem ratã habe. firmauit Bald. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pactis. Pau. de Caſt. conſi. lxxxix. ſuper eo q, quæritur. Rom. & Are. in d. l. ſciendum. Et idem Are. in conſi. lxix. Et vltra eorum rationes videB tur mihi quòd iſta opinio in puncto iuris ſit verior. Primò per tex. in l. in minorum. C. de præd. mi. vbi venditio non poteſt fieri in illo caſu, niſi interueniente decreto, & apud acta cauſis probatis: & ſic tex. non eſt contentus ſimplici præſumptione, ſed requirit quòd probatio ſit facta apud acta. Secũdo videtur mihi vrgere ratio tex. Nam in iſtis decretis lex habet magis ſuſpectam perſonam iudicis, quàm in ſententiis. Iſtud probatur, quia talis interpoſitio decreti non poteſt C delegari. l. nec quicquam. §. vbi decretũ. ff. de offic. procon. & legati. l. ij. C. de aſſeſſ. Quod nõ eſt regulariter in ſententiis. l. placet. C. de pedã. iud. Vnde ſi non præſumatur pro ſententia quoad probationem cauſæ & ſolennitatum, d. c. quoniam cõtra. multò minus debet præſumi pro decreto, in quo lex habet iudicem magis ſuſpectũ, & propter ea prohibet delegationem. Tertio dico iſtud probari in l. j. C. de prę. d. decur. lib. x. vbi licet interueniat decretum, tamen requirit text. D quod ſub fide actorum de neceſsitate diſtrahentis appareat: & ſic ibi eſt caſus † quòd non præſu- 3
mitur pro decreto, niſi quatenus cõſtet ſub fide actorum. Et pro iſta parte ſatis nos vrget ratio naturalis: quia cùm interpoſitio decreti ſit volũtariæ iuriſdictionis, facilius poteſt fraus interue nire, quàm in ſententiis, in quibus pars læſa ſtatim contradicit: vnde in puncto iuris iſta opinio eſt verior. Nec obſtat d. l. ad ea. & d. l. manumiſſio. quia non loquitur in caſu in quo requiratur E cauſæ cognitio: ſed ſimpliciter loquuntur in emancipatione vel manumiſsione, quæ requirũt ſolá voluntatẽ domini vel patris abſq; alia cauſa. Int † practica tamẽ poſſet diſtingui, ſupradictas 4
opiniones cõcordãdo: quia aut loquimur in decreto quod requirit cauſę cognitionẽ, & tunc ad hoc q, præſumatur, requiritur quòd ſit facta ſpecialis mentio cauſæ & ſolennitatũ. Et ita procedit prima opinio Bald. & ſequacium. Aut loquimur in decreto quod non requirit diligentẽ cauF ſæ cognitionẽ puta in emãcipatione vel manumiſsione facta per maiorẽ, vel quãdo ſuccedit loco conſenſus agnati in contractibus mulierũ, ſecundum formam ſtatutorum, & tunc ſatis ſit ſi ſimpliciter aſſeratur interueniſſe cauſæ cognitionẽ, vel apponatur clauſula omni meliori modo, vel ſimilis, & procedat q, not. Alex. in d. cõſ. lxxx. Imò in vltimo caſu, ex diuturnitate temporis præſumeretur cauſæ cognitio, etiã ſi nihil in inſtrumento eſſet dictũ. arg. l. ſi filius. C. de peti. hæred. & q, notãt Doct. in l. qui in aliena. in prin.

verſ.ſed ſi non adierit.ff.de acq. hæred. Are. cõſ. xxxvj. & per Iaſ.in d.l.qui in aliena.[Et eundem Iaſ.in d.l.ſciẽdum.vbi adducit ſimilia.]Quod tamen non procederet in primo caſu, vbi requiritur magna cauſæ cognitio.Et ita procedũt notata per Bald.in l.ij.C.de legi.hæred.Rom. in d. l.ſciendum.Alex.conſi.xvij.in quarto. & in d.l. qui in aliena.Bal. & Salic.in d.l.ſi filius.& Corn. in l.ij.C.de bon.poſſ.ſecundum tab.Niſi præteriiſſet longiſsimum tempus,id eſt,triginta annorum.arg.c.peruenit.& q̃ ibi not.Imo. ꝯ. de emp. & vend.&c.ſignificauit.infrà de cenſi.& ibi per Abb.de quo etiam per eũdem in c.Albericus. de teſti.Et ita intelligitur quod not. Anch. conſilio cxxxvj. ex conſiliis excellentium. vbi vult præſumi ſolennitatem & cauſæ cognitionẽ in trãſactione facta per eccleſiaſticos,cõcurrente lapſu triginta annorum,vt ibi per eum.Et tenendo generaliter cõmunem opinionem, ex ſupradictis habes primam limitationem, quòd non præſumatur pro decreto,quando non eſt in eo ſpecificata cauſa,vt ſuprà.Secundo† non præſumitur q̃ eo,quando appareret fuiſſe interpoſitum præcipitanter,puta quia eodem tempore in alienatione rei minoris interuenerit autoritas ſeu decretum iudicis,& dotio curatoris, ſecundum Anch. conſi.lxxij. viſis diligenter actis, quem refert & ſequitur Alex.conſi.ccxviij. viſis verbis. in ſecũdo.Idem tenet Com.cõſ.clxx.videtur prima fronte.& Iaſ.in d.l.mandata.C.de offi. eius cui. & in d.§.prætor ait.ij.tale enim decretum requirit legitimam cauſæ cognitionem.l.magis puto.§.ne paſsim.ff.de reb.eorũ. [Refert & ſequitur Alex. conſi.xlv.viſis.lib.vj.& Barto.conſi.allegato per Hippol.in l.ſtatuliber.vbi iſtud dictum refert & ſequitur,& concord.& ſimilia allegat.ff.de quæſtio.Et propterea Hipp.in ſua practica,in §.nunc videndum.dat conſilium,quòd aduertere debet iudex,quando in cauſa criminali dat curatorem minori inquiſito,quòd non patiatur nec admittat, quòd eo momento temporis quo datus eſt curator,autorizet minori in aliquo actu, nam ille actus eſſet nullus,propter brꝛuitatem temporis, ex quo apparet quòd non interuenit cauſæ cognitio,quæ ad validitatem actus debet interuenire: & ibi allegat autoritates.Et latè Iaſon in l. iudices.C.de iudi.vbi adducit cõcord.& quę dicta ſunt in præcẽdenti præſumptione,in quarta limitatione.] Tertio non præſumitur pro decreto, quando pars plenè non edocuit iudicem de negotio,ſecundum Bald.in conſi. ccclxxv. in iij.vol.per tex.in l.j.C.de prædidecur. lib. x. Et propterea concludit,non videri factam inſinuationem donationis coram iudice,quãdo non eſt expreſſum quid.donetur. Quarto† non præſumitur pro decreto, quando iudex eſſet idiota: quia non eſt verisimile,quòd ipſe fecerit ſeruari ſolẽnitates iuris, quas ignorat,vel adhibuerit legitimam eſſe cognitionem. ita eſt de mente Aret. in d.conſi.lxix.verſ.præterea.quod nota contra cõſules ciuitatum & Balliuos caſtrorũ,qui vili mercede interponunt autoritatem ſuam in contractibus magnæ importantiæ.Et ita poteſt intelligi dictum Inno. & Hoſtiẽ.in d.c.accedẽs.j. vt lite non conteſt. dum ſentiunt non præſumi pro iudice indiſcreto,ſa.quod no. Inno.in cap. j. de cler.pereg.vbi dicit,quòd† præſumitur ſolennitas extrinſeca,ratione magnæ probitatis perſonæ actum exercentis.Sequitur Abb. in d. ca. niſi eſſent.de præben.in primo not.& expreſſe præſupponit contrarium,vbi iudex non eſſet valde circunſpectus & prouidus.Nõ obſtat, quòd in tales iudices debent præſumi ſcire iura, iuxta leges ſacratiſsimæ. C. de legi. & conſequenter ea ſeruare:quia ad hoc reſpondetur ex mente Aret. in d.l.ſciendum.dum dicit,q̃ ſolennitas contractum quæ eſt vnita communi vſui gentium, præſumatur eſſe nota vnicuiq̃: non tamen idem eſt in ſolennitate ſimplici iuris ciuilis,quia talis nõ præſumitur eſſe cognita niſi peritis. arg. c. cùm olim.j.de priuil. & doctri. Bar. in l.ij. §. diuus. ff. de iure fiſ.quæ eſt pulchra limitatio ad regulam d.l.leges.Poteſt etiam aliter reſponderi, q̃ ideo quilibet præſumitur ſcire,quia tenetur ea ſcire, vel per ſe,vel per alium; puta conſulendo peritiores,& adeundo Doctores peritos, prout dicunt Bal.Sal. & moder. in l. iuris. C. qui admit. But.in c.ij.de conſtit.Rom.in l. ſi duo. ff. de acq. hære.Sed non eſt veriſimile in caſu noſtro,quod ipſi velint adire Doctores pro facto alieno, in quo requiritur impenſa.arg. l. cùm de indẽbito. ff.de prob.& not.in l.fin.C.de alim. pupil. præſt. Quinto† non præſumitur,quando in tali decreto eſſet error manifeſtus,ſeu vitium viſibile, ſecũdum Bal.in l.ij.in vlt.q.ff.ſi ex noxali cauſ.agatur.per not.in l.Imperatores.ff. de priuileg. cre. Imò tali caſu decretum eſſet nullũ, puta ſi in eo eſſet expreſſa falſa cauſa.l.cùm verò.§.ſubuentũ. ff.de fideicommiſſ. liberta.Barto.in l.Seię egreſſę.per illum tex.ff.de tutor.& curato.datab. his. per Bartol.& Doct.in l.ſi is ad quem.ff.de acqui. hær.Idem ſi eſſet cauſa partim vera,& partim falſa,ſecundum Bart.in l.ſi non ſortem. §. ſi cẽtum. ff.de cond.inde.de quo ibi per mod.Idem etiam ſi cauſa expreſſa nõ eſſet iuſta & ſufficiens: nam tunc non præſumeretur alia legitima. l. qui teſtamento.vbi not.ff.de exc.tut.

SVMMÆ.

4 Tertio obeſſe per reſcriptum principem. præſumi §. 6. 7. idq; non niſi ex cauſis. 9.

PRÆSVMPTIO XI.

VNDECIMO præſumitur† quòd princeps reſcribat ſecundum iuſtitiam,nec velit auferre ius alterius. l.ij.§.meritò.& §.ſi quis à principe. ff.ne quid in loco publ. & eſt text. in c.ex tuarum.ſ.de autor.& vſu pal. Et multas deciſiones pro exornatione huius regulæ ponit Fel.in c.cauſam quæ.in verbo, interpretatio. ſ. de reſcript.Iaſ.in l.j.& in l. fina.ff.de cõſtit. prin. & in l.penul.ff.de iuſti.& iure. [Vltra præallegata, & in locis hic recitata, vide infinitas autoritates per Lud.Bolog.conſi.vj.cor mundum, &c. viſo igitur inſtrumento. vbi melius quàm alibi, & ſimilibus concordantiis exornatur hæc regula.& Deci.conſil.xj.pro tenui.& conſi.cclxxj.in caſu.& cclxxxvj.in cauſa.& conſi.ccclxxxix. viſa longa.& conſi.dxx.in cauſa Piſtorienſi. & pleniſsimè congerit conſi. dxliij. ſereniſsimus Io. Rub.Alexan.conſi.cxliiij.viſo inſtrumẽto.Curt. iunior conſil.lxxxviij. præſupponitur.& conſil. cxlij.ſacratiſsimæ. & multa egregiè per eundem in conſilio clxxiiij.per totum ferè conſilium. & Hippol.Marſil.in ſingul.cccxcj.Ex quibus locis ampliſsimè locupletatur hæc præſumptio.] Et vltra illos adde, quòd in commiſsione quantumcunque

tumcunque† generali, nunquam cenſetur conceſſum quod poſſet tolli ius quæſitum alteri. Et propterea vicarius Imperialis, ex quacunque potentia generali non poſſet hoc facere, ſecundum Raph. Coma. in conſilio clviij. in primo dubio. Et dicit Bal. in l. monumenta. C. de legat. quòd in literis† principis intelligitur ſemper clauſula, ſaluo iure alterius. [Adde Franciſc. Curt. iuniorem conſilio clxxxiij. ſacratiſsimæ. vbi allegat concord. Facit quod voluit Panormita. in cap. ex parte ij. ad fin. de officio deleg. refert & ſequitur Dn. meus à Ripa, quòd reſcriptum tollens ius tertij, præſumitur de falſitate ſuſpectum: quia non ſolet princeps talia reſcripta cõcedere:& ideo quia continet conſueta, cenſetur ſuſpectum de falſo. cum ibi nota. per Doctores. & dixi ſuprà in trigeſima prę ſumptione ſecundæ regulæ.] Et facit,quia literæ principis ſemper interpretantur ſecundum ius commune. cap. licet. de præbend. cap. cauſam quæ. de reſcriptis. Et propterea remiſsiones delictorum, & reſtitutiones quæ fiunt à principe, nunquam trahuntur ad pœnam parti applicatam, per Iaſ. in l. venia. C. de in ius voc. Felin. in c. ſuper eo. de offic. delegati. [Et expreſsè conſuluit Dec. conſilio dxx. in cauſa Piſtorienſi. in princ. vbi allegat cõcord.Adiice prædictis quod generaliter concludunt Doct. poſt gloſſ. & Bartol. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthu. quòd licet reſtitutio deportati facta à principe,reſtituat & reponat eum in ſtatum priſtinum tam ad honores quàm bona. l. j. ij. iij. & fin. C. de lent. paſſ. tamen reſtitutus non recuperat bona medio tempore in alium tranſlata: quia illi eſt ius acquiſitum, quod non præſumitur princeps tollere voluiſſe per reſtitutionem. & iſtud etiam refert Iaſon in d. l. fina. de conſtitut. princip. Et vltra hæc, & in locis hic allegatis deducta,pro hac regula facit communis concluſio Bart. Bal. Alex. Iaſ. Ruin.Gallian.& aliorum omnium moder. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. quòd licet legitimatus à principe habeatur pro verè legitimo, & ſuccedat in bonis paternis perinde ac ſi eſſet legitimus, illud tamen non procedit in legitimato poſt mortem patris, qui non admittitur ad bona patris, quorum ius eſt acquiſitum venientibus ab inteſtato: & ſic talis legitimatio non tollit ius ſuccedendi, & bona per mortem patris, & agnitionem hæreditatis, maximè venientibus ab inteſtato,quę ſita: quia non præſumitur princeps voluiſſe ius alteri quęſitum tollere.quod not.]Et pro hac regula etiam facit l. ſi quando. in prin. C. de inoffic. teſtam. & quod not. Com. per illum tex. in conſil. clxxvj. Limitatur, quando † in ea conceſsione diceretur,non obſtante præiudicio tertij, quia tunc præiudicaret ſaltem in leuibus: & ſic intelligeretur de paruo præiudicio, non autẽ de magno,vt not.in d. §. ſi quis à principe. & eſt gloſ.in l.ſed cùm ab hærede.ff. ad Trebellia. & gl.in c.olim.in verbo,præiudiciũ. vbi Dominic. ſupra de conſue.Cardina.in c.mandatum.in vij. notab.de reſcript.Iaſ.in d.l.fina.Felin.in d.c. ſuper eo. [Adde Lud.Bolog.in d.conſ.vj. vbi allegat concord.Et vide per alios ſuprà allegatos.] Limitatur etiam† quòad ius quærendũ, ſpe non approbata:quia tũc nõ poteſt dici tolli aliquod ius tertij, vt per Ang.in conſ.ccxcij.Do.Papa. Et facit quod notat Bald. conſ.lxxj.in primo libro, vbi valet conceſsio principis de conſtituendo molendino in flumine publico, licet præiudicetur alicui molendino alterius: quia iſtud reſpicit intereſſe ex lucro contingenti, quod poteſt princeps auferre. Limitatur† etiam, quando aliàs conceſsio principis nihil operaretur: quia potius intelligetur præiudicare tertio, ſecundũ Cald. in diſput. ſua incipien. Do. Papa. vbi ſi Papa mandat, quòd duæ eccleſię vniantur,iſtud intelligetur, etiam ſi inde oriretur damnum aliquod tertio. ſequitur Feli. in d. cap. ſuper eod. Quod verum eſſe puto in his quę ſunt arbitraria & manualia ipſis principibus, & non aliàs.& ita procedit illud quod notat Abb. conſil. lxxxiiij. illud in ſumma. in primo libro, vbi reſcriptum principis confirmans ex certa ſcientia quandam donationem non inſinuatam, tenet etiã in præiudicium filiorum, quibus erat ius quæſitum ſpe probabili.Et ratio eſt,quia iſta inſinuatio eſt quędam ſolennitas introducta de mero iure poſitiuo, quod eſt arbitrarium ipſi principi. Et ad iſtã limitationẽ facit quod no. Alex. in l. quanquã. C.de teſtam.milit.vbi ad hoc quòd reſcripta teneant & aliquid operentur, præſumitur princeps exceſsiſſe poteſtatem ordinariam. & vti ſuprema. Quod intellige ſecundum ſupradicta: & ſi poſsit aliquid operari, ſatis eſt. licet non in totum, vt per Bal.in cap. j. §. ſacramenta. de pace iuramen. firman. in vſib. feudo. Limitatur† etiam, quando conſtat de enixa voluntate principis volentis præiudicare tertio. ſecundum gl. in d.§. ſi quis à principe. quia tunc in claris non eſt opus præſumptionibus.l.continuus.in princip.vbi gloſſ.ff.de verborum obligation. & propterea præiudicabitur illi in caſibus in quibus princeps hoc poteſt, ſecundum notata in dicto capitu. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. Eſt verum, quòd ex ſimplici conceſsione non dicetur conſtare de mente ſua, imò præſumetur potius circumuentus,& feciſſe per importunitatẽ. l. j.C. de petitio. bon. ſublat. libro decimo.Roma. conſil. ccccxxxvj. quod indultum Petri. Iaſon in l. ſi teſtamentum. C. de teſtament. facit quod notat Felinus poſt alios in capi. olim. per illum textum infrà de re iudica. vbi præſumitur princeps† circumuentus, quando ſub prætextu declarationis vult perimere conceſsionem ſemel alicui factam: & quod notat Romanus conſil. ccxcviij. intellige† ergo circa præmiſſa,conſtare de mente principis, quando eſſet facta cõceſsio ex motu proprio vel certa ſcientia. argumen. d.l.j. vbi Bartol.Ioan.de Plat.& alij,& habetur in c.ad hæc. ſ. de reſcriptis. & per Soc.cõſil. iij. in iij. volum. [Et quod per clauſulam,Ex certa ſcientia,dicatur apparere principem velle præiudicare tertio,& tollere ius quæſitum,aſſerit Io. de Ana.conſ. lxxxj. viſo inſtrumento. & Alex.conſi.ccxvj.nec arguendi ſumus. verſic. vj. confirmatur. lib. ij. & egregiè Dec. conſ. cccxc. quoniam ex facto. & idem Dec. conſ. ccclxxiij. viſo conſ. vbi adducit dictum Bart.in l.conficiẽtur.§.codicil.de iur.codicil.quòd factum à principe ex certa ſcientia non poteſt in dubium reuocari.Et inquit Bald.in c.j. §. ſi quis autem. de pace Conſtã.quòd non debet quis audiri aduerſus illud q̃ facit princeps ex certa ſcientia, imò debet repelli,& ei perpetuum ſilẽtium imponi. & idem Dec. conſ.ccccxcviij.viſo caſu.vbi allegat autoritates.& conſ. dlxxviij. viſo pũcto. & conſ. ccccxiij.in cauſa.& melius ac expreſsius. Et idem etiam eſt dicendum de clauſula, Motu

primo,quę idem operatur quod clauſula, Ex certa ſcientia,vt per Dec. conſ. cxxxvij. diuino implorato præſidio,& diligẽter. Et Curtius iunior conſ. clxxiiij. ſacratiſsimæ Trinitatis. vbi plura alleg. quòd per clauſulam, Ex certa ſcientia,præſumatur princeps voluiſſe tollere ius quæſitum tertio.]In contrarium facit quod notat idẽ Bart. in l.fin.C.de locat.præd.fiſc.lib. xj. Lud. Roma. in d.conſ.ccxcviij. Felinus latè in c. cauſam.quę ij.ſ.de teſtib.Iaſon in l. fina. ff. de pactis. vbi volunt,quòd per tales clauſulas non cenſeatur præiudicatum tertio.facit quod notat Alex.conſilio xxviij. viſo proceſſu. in quarto. & Socin. conſil. cccij. videbatur. [Quòd clauſula, Ex motu proprio,& clauſula,Ex certa ſcientia, non operentur in prẹiudicium tertij, nec per eas dicatur apparere de mente principis, quòd velit ius alteri auferre, tenet Dec. conſil. dxliiij. ſereniſsimus. & conſ. cccclxviij. ſuperiori anno. & conſil. cx. in cauſa mota.vbi allegat Card. conſilio cxxxvj. præmitto. & conſ.xcvj. videtur vnio.& conſilio cxlij. videtur dicendum.]Puto priorem opinionem veriorem, concurrentibus duobus, videlicet quòd ſimus in caſu in quo princeps ſciat, vel veriſimiliter ſcire potuerit de præiudicio tertij: & quòd tollantur ea ſolùm, quæ ſunt iuris poſitiui: aliàs requireretur etiam clauſula plenitudinis poteſtatis, vbi nihil poteſt opponi, quominus conceſsio ſuum ſortiatur effectum, vt per Bald.in l.ij.C.de ſeruit. & aqua. de quo per Alexand. in d. l. quanquam. Paul. de Caſt. conſilio cclxxx. in facto preſenti non intendo.cum ſimilib. [Vltra hic allegata adde Dec.cõſ. cccxcviij. viſo caſu.& conſ.cccciij.quãuis.& cõſ. ccclxxiij. viſo conſilio. & conſ. cccxc. quoniam. & conſil. cxcj. in quibus locis dat regulam, quòd ſi princeps ſcribat cum clauſula, Ex plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt quod annullet gratiã: & comprobat autoritatibus.

SVMMÆ.

1 *Laudum iuſtum præſumi niſi ex cauſis. 8. 11.*
6 *C. niſi eſſent. de præbend. ſenſus.*

PRÆSVMPTIO XII.

1 DVODECIMO Præſumitur† pro laudo ſeu ſententia arbitri. ca. niſi eſſent. de præb. Io. And. in addit. Spec. titu. de arbitris. §. ſequitur. verſ. item quid ſi compromiſſum. in addit.incip. diuus.cum concord. per mod. in c. quoniam contra.de probat. Et bene facit tex. in l.j.ff.de lega.ij. vbi lex præſumit arbitrũ pro viribus patrimonij competenter & ſine mora iudicaturum.Et facit etiam ratio, quia arbitria exæquata ſunt iudiciis.l.j.ff.de recep.arbitris. Vnde ſicut pro ſententia præſumitur, ita etiam pro arbitrio. Sed nunquid idem eſt in arbitratore? Et videtur dicendum quòd non, quia arbitramẽ
2 tum æquiparatur † tranſactioni, & ſic cõtractui. §.j.in authen.vt differ.iudi.c.quintauallis.de iureiuran. Sed in contractibus non præſumitur †
3 ſolennitas extrinſeca.l.quicunque.§.fi.ff. de publicia. & ita tenet But.conſ.xxix.Alexan. conſi. cxix.lib.ij.in fin. In contrarium tamen eſt communis opinio, quòd imò præſumatur pro eorũ laudo:& quod fortius eſt, etiam ſi ſit petita reductio ad arbitrium boni viri, ſecundũ Din.cõſ. xix.Ptolemęus.Cald.cõſ.v.de arbit.Cardin. cõſ. cxl.Felin.& Doct.in d.c.quoniam contra. & videtur etiam voluiſſe Abb. conſ. lxiiij. in primo. [Quòd pro ſententia arbitratoris ſiue laudo præſumatur,multa allegat Alex.conſ.xliij.quia ſubtiliter. lib.vj.Quod tamen limitat non procede- 9
re,vbi eſt reclamatum ad arbitriũ boni viri, quia tunc ſicut pro ſententia iudicis non præſumitur pendẽre appellatione,vt ſuprà diximus, ita nec pro arbitratore pendẽre recurſu & reductione.]
A Sed iſta opinio videtur ſatis dura. Primò, quia cùm iudices ordinarij ſint vt plurimùm peritiores ipſis arbitratoribus,quia aliquando eligũtur idiotæ,certè non videtur plus præſumendũ pro ipſis,quàm pro iudicibus.argu.l.fin. verſ. ſed ne quis ita effusè.C.vbi & apud quem in integ. reſtit. Pro iudice autem non prẹſumitur quãdo eſt appellatum, vt ſuprà vidimus. Secundò probatur eadẽ opinio,quia vbi prohibetur † alienatio, 4
prohibetur etiam compromiſſum.c.cùm tempo
B re. vbi Butr. & Abb.ſ.de arbitris. & tamen ſi prẹſumeretur pro arbitro, videretur permittẽdum compromiſſum,tanquam non eſſet conceſſurus alienationem niſi in caſu licito. Vnde etiam videmus,quòd ſicut procurator generalis† nõ po- 5
teſt donare,nec inutiliter effundere rem domini,ita non poteſt compromittere.c.per tuas.extra de arbi.Bart.in l.mãdato. ff. de procur. Alex. in l.tranſactionis.C.de tranſact.Et tamẽ ſatis apparet,quòd ſi prẹſumeretur pro iuſtitia laudi,vi
C deretur iſtud permittendum, nec annullaretur laudum à principio,ſed ex poſtfacto tantùm pro bata iniuſtitia:quod eſt falſum.Tertiò facit text. in l.diem proferre.§.ſtari.ff. de recep. arbitr. vbi ſtatur ſententiæ arbitri,non quòd pro ea præſumatur,ſed metu pœnæ.Quartò,fortius iſtud debet procedere in arbitratore: quia de natura talis laudi non eſt,vt feratur ſecundum iuſtitiam, ſed potiùs ſecundum quòd arbitrator crederet veriſimiliter partes acquieturas: quia talis debet
D ſolùm attendere concordiam partium,& poteſt dare alteri aliquid de iure alterius,vt not.Bar.in l.ſi de meis.ff.de arbitr.& in l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.Vnde cùm de natura talis actus non ſit vt propriè feratur de iure,non debet hoc præſumi.argu.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.l. ſi vno.ff.loc.Quintò,iſta opinio ſatis probatur in d. c.niſi eſſent.vbi rex.† præſumit pro arbitramen- 6
to,propter qualitatem perſonarum:quia illi arbitratores erant prouidi & honeſti, & eorũ or
E dinatio erat ab vtraq; parte recepta:vnde innuit rex.quòd his qualitatibus non concurrentibus, non præſumeretur:& licet quilibet præſumatur bonus,tamen nõ prẹſumitur prouidus circa ſciẽ tiam iuris & artem iudicandi.gloſ.in c.ſi fortè. ī. de elect.in vj.& ſuprà oſtendimus.Vnde generaliter ego teneo,quòd lex non prẹſumit neq; pro arbitro,neque pro arbitratore,quòd iuſtè vel iniuſtè egerit.ſed velit eorum ſtari ſententiis, quia
F partes ita promiſerunt:vnde ſibi imputet qui prẹmiſit ſtare eorum dicto,quia pacta ſeruãda ſunt. c.j.ſ.de pact.& d.§.ſtari.Et propterea qui petit † 7
reductionem,debet ipſe probare iniquitatem,ſecundum Din.in d.conſ.Ioann.Andr.in d.§.ſequitur. &ibi etiam Bald. in additio. & in d. l. ſi de meis.& in l.nec quicquam.§.vbi decretũ. de offic. proconſ.& lega.& in l. ſi quis arbitratu.ff.de verb. obliga. Imol. in c. in præſentia. ſ.de renũtia. Felinus in dicto cap. quoniam cõtra. Et hoc, non quòd habeat contra ſe præſumptionem,ſed
8 quia habet pactum. Vnde ſi arbiter† vel arbitrator

trator aliquid agant extra compromiſſum, non præſumetur pro eis,quia tunc partibus non obſtaret pactum ſecundum Angel. conſil. ccxviij. viſa narratione.[Quòd petenti reductionem ad boni viri arbitrium,propter iniquitatem vel nullitatem laudi, incumbat onus probandi illam, tenet Alex.in d.conſilio xliij.lib. vj.Dicit tamen iſtud eſſe propter præſumptionem quæ eſt pro laudo quòd ſit rectè latum: dicenti ergo contrarium, incumbit probatio. l. ab ea.ff. de probat.] A
Et facit quod vulgò dicitur, reſpiciendum ſem-
9 per eſſe tenorem compromiſſi, quia omnis † arbitrorum poteſtas ab eo dependet. l. non diſtinguemus.§. de officio.ff. de arbit.c. cùm dilectus. ſ. eod. titu.Curt.conſil.xxxj.Et ſic concludo,nõ præſumi pro laudo arbitrorum vel arbitratorũ, niſi quatenus fecerint quæ eis ex forma compromiſſi facere permiſſum erat. & ita procedit com-
10 munis opinio. Si † verò aſſeratur eos exceſsiſſe
B compromiſſum, tunc non præſumetur. & ita intelligitur quod notant Butr.& Alex.in dictis cõſiliis. Et pro hac diſtinctione facit, quia etiã dato quòd nulla ſolennitas requiſita interuenerit in compromiſſo vel laudo, & conſequenter laudum videretur nullum,tamen adhuc non poteſt dici de nullitate,quando tali nullitate renuntiatum eſt in compromiſſo, ſecundum Barto.in l. vbi pactum.C.de tranſact. Ang. conſ. cc. A. & B. contraxerunt. Alexan. conſi. xxij. in ij. volu. Et
C iſtud eſt non propter præſumptionem inde orientem, ſed propter pactum, vt ibi per Alex.facit tex.in l.quanquam.de ritu nupt.

SVMMÆ.

1 *Notarium probum præſumi: quandoque diuerſum: vtriuſque effectus. 4. 7. 11.*
6 *Inſtrumenti præſumptiones.*
9 *Notarium doloſum in caſibus præſumi.*
10 *Notario negato non credi.*

PRÆSVMPTIO XIII.

1 DECIMOTERTIO Præſumitur† pro notario,quòd bene exerceat officium ſuum. c. ad audientiam.de præſcr. & habetur in l. ſi quis decurio. C. de falſis.& quod notabiliter decidit Bal. in l. Imperator. verſ.ſed an poterit.ff.de ſtat.homi. Et ꝓpterea,quicquid
2 eſt ſcriptum in inſtrumento †, præſumitur ſcriptum de voluntate & commiſsione eius qui rogauit, ſecundum Bal.in l.errore.C.de teſtam.[Et Franc.Curt.ſenior conſ.xlix.memoriæ recolendæ.verſ.dum autem vltimo loco.vbi allegat cõcor.plures ad dotem huius dicti. Adde etiam De ciũ cõſ.cccl.apertiſsimi iuris.& conſ.ccccxxiij. negari non poteſt.] Et volens ꝓbare cõtrarium, afficeretur durioribus probationibus, prout in caſu notabili dicit Philip. Dec. conſ. cv. Et iſtud
F procedit,etiam ſi Notarius aliàs eſſet idiota,ſecũ dum Bart.in l.qui filiabus.ff.de teſtam.tut.Rom. conſ.clxxix.ampliſsimè Doctor. Et propterea,ſi
3 in inſtrumẽto Notarius† atteſtetur ſe certioraſſe mulierem de beneficio ſenatuſconſ. Velleiani, ſtandum erit tali inſtrumento, vt eſt communis concluſio per Alex. in l. ſciendum.ff. de ver. obliga. Eſt verum, quòd Alber. de Roſa. Fulgo. & Alex.in l.ſi mulier.§.ſi mulier.ff.ad Velleia.dicũt, quòd ſicut interrogatoria poſſunt fieri teſtibus,

ſecundum Bart.in l.j.ff.ſi cert. per.ita etiam poterunt fieri Notario,quid ſit Velleianum:& ſi dixerit ſe neſcire,talis renuntiatio nihil operabitur. [Illam deciſionem Alber.refert, & notabilẽ dicit Hippol. Marſ. in rub. de fideiuſ. vbi allegat autoritates, & diſputando reſpondet arg. Alex. contrà tenentis.in l.ſciendum.de verb.obliga.& multis fundamentis hanc Albe.deciſ.roborat.Et idem Hippol.ſing.dclxj. examinaui.] Sed iſtud ego non puto verum, quia aliàs eſſet in facultate Notarij, ex poſtfacto tollere ius partis. Et cõfunditur ex communi doctrina, quòd Notarius non poteſt ex poſtfacto corrigere inſtrumẽtum quoad ſubſtantialia, vt habetur per Barto.in l. ſi librarius.ff.de regu.iur.per Doct.in c. cùm Ioan. de fide inſtr.& Alex.conſ. lxx.in primo. Et ratio ipſorum probat contrarium: nam ſi Notarius ẹquiparatur teſti,clarum eſt quòd ex poſtfacto teſtis non poteſt perimere dictum ſuum. c. prẹterea.de teſtib.cog.& per ſimilem rationem ita dicit Alex.in d.l.ſciendũ.Vnde poſſet teneri quòd diminuitur aliqualiter de fide inſtrumenti, non autem renuntiatio in totum tollitur, prout in ſimili dicitur de teſtib.in d.c.prẹterea.Et pro† hac 4
præſumptione facit regula generalis, quòd pro inſtrumento præſumitur.l. cùm precibus. C. de probat.de quo per Alex. conſil. cxxxiiij. in ij. & conſ. xxiij.& conſ.liij.& conſi.cxvj.in ſi.in iij.volum.And.Sicu.conſ.xliij.& conſ. 50. in prin. in j.
lib. [Et Roma.conſi.ccccix. circa prẹpoſitam. Socin.conſ.lxj.circa primum.lib.iiij.& Decius notabiliter conſ.xxxvj. diuino, &c.]Et ſi facit quod not.Pet. & Cin.in l. j. in vj. q. C. de proc. vbi dicunt, quòd inſtrumentum habet† in ſe probatio 5
nem probatã.de quo etiam per Soc.conſ. cclxvj. & habetur in l.minor xxv. annis cui fideicommiſ.ff.de min.[Quòd inſtrumentum ſit probatio probata,vltra hic allegata adde Bal.in l.quoties. in ſi.C.de iudic.& Socin.conſil.ij. in cauſa teſta-
D mentaria.lib.iij.& conſil. lxxxix. in cauſa agitata.vbi allegat concord.Dec. conſil. cccexxiij. & conſil.xxxvj. diuino,&c. vbi multas autoritates adducit. & conſil. dclxxxij. in cauſa dominę Lucretiæ.& Hippol. Marſ. in rub. de prob. vbi latiſsimas concord.allegat. & in l. ſi quis ne quæſtio. ff.de quæſtionib. & Calcan. conſi. lxxv. in cauſa prædicta. & Steph. Bertran.conſ.cxcij.]Et propterea,ſi Notarius dicat in inſtrumento,qua liter Titius ex certa ſcientia & bene conſultus,
E non vi neque dolo, &c. ſtabitur tali inſtrumento,niſi probetur contrarium,ſecundum Bal. in l. mater.C.de rei ven.& in l.ij.C.de reſcin.ven. Nã ex tali inſtrumento,ſecundum eum oriũtur tres præſumptiones.Prima † quod inſtrumentum ſit 6
verum. Secunda,quòd ſit ſolenne. Tertia, quòd ea quæ ſcripſit Notarius,ſint dicta à partibus. de quo etiam per Bar.& mod.in l.ſi dari.ff. de verb. obl.& in l.ſi.§. idem quæſit.ff. de cond. inde Alex.conſi.xlj. in primo, & conſil. lxj. in ſecun-
F do. [Quòd ex inſtrumento tres præſumptiones oriantur hic recitatæ, vult etiam Steph. Bertrã. conſi. cxcij. multa ſunt. lib.ij. & Hippol. in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſtio.] Et adde, quòd ita † præſumitur pro Notario, vt ſi reperiatur a- 7
liud ſcriptum, quàm ſit dictum, non tamen præſumitur falſitas, ſed potius error, vt dicit Bartolus in lege quoties. §.ſed & ſi notam.ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi librarius. ff. de regul. iur. facit tex. in l.pen. C. de his qui ſibi in teſtam. de quo per Felin.in c.ex literis.in tertia cõcluſ.ſ.de

fide instru. & per Anch. consi. cclxxxvij. qui principaliter. & per Comen. consi. cxxxv. ad primũ. vbi multa ponit ad excusationem Notariorum. & idem consi. cxlij. prædictus Petrus Aret. consil. xlvij. Alex. consi. xl. in primo. & consi. xxvij. in prin. in lj. Decius consi. clxxv. [Adde etiam Hippol. de Marsil. in l.j. C. ad leg. Cornel. de sicar. & in rub. ff. de fideiussori. vbi etiam commẽdat decisionem Bartol. in d.l. quoties. §. sed si notarij. subiungens in ambobus locis, quòd verba
A instrumenti quæ videntur falsa, si tamen possunt aliquo modo intelligi vt euitetur falsum, illa interpretatio capienda est, per quam Notarius à pœna falsi excusatur, & hoc per gl. vbi Bal. Ang. & Doct. notant, in l. iurisgentium. §. quòd ferè. ff. de pact. & Alex. consi. lxx. viso processu. libro
8 ij.] Et propterea Notarius † non punitur de falso, nisi de eius dolo constet, ex quo falsum non committitur sine dolo. l. nec exemplum. C. de falsis. Et Notarius in dubio non præsumitur in
B dolo, per supradicta, & per Alex. consi. lxxxviij. in iiij. prẽterquam in duobus casibus in iure expressis. Primus est in † testamentis vbi Notarius
9 omisit debitas solennitates. l. iubemus. C. de testamen. de quo ibi per modern. & Alex. consil. lxxiij. in primo. Secundus est in l. nulli. vbi Bar. C. de numera. lib. xij. Sed posset per dicta iura teneri, quòd licet in dubio non præsumatur dolus in Notario, tamen non procedit in omittente solennitates instrumentorum: quia cùm illæ
C spectẽt maximè ad officium suum, si eas omisit, præsumitur dolus. Et illud mihi placet, quia nõ video bonam rationem specialitatis ad dicta iura. Et pro hac parte facit tex. in l.j. vbi Bartol. C. de fide instrum. lib. x. vbi probatur, quòd mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas fuit omissa, & ordo debitus non seruatus. Et dicit Bartol. in l. omnes. C. de petit. bon. sublat. libro x. quod Notarius scribens contractum illicitum, non tantùm punitur de falso, sed aliis
D pœnis. & vide Alex. consil. lxxvij. circa medium. in primo. vbi ponit indicia, per quæ potest deueniri ad torturam contra Notarium imputatũ de falso. Quomodo autem Notarius possit emendare errorem suum, pouit Barto. in d. l. fi librarius. & latè prosequitur Felin. in c. ex literis. de fide instr. [Et melius quàm alibi per Vitalem de Camba. in suo tract. clausul. in tit. de errore Notarij.] Sed quid si non constat aliquem fuisse Notarium, nunquid adhuc præsumetur pro in-
E strumento? Et Angel. in §. hinc nobis. in auth. de hæred. & falci. per glo. ibi in verbo, quãtum ad hoc. tenet quòd sic, dum tamen non negetur, vel testes in instrumento descripti negent vera esse quæ in instrumento continentur. Sed tu aduerte, quia Angelus ibi locutus est nimis breuiter, & decidit duas quæstiones valde dubias. Prima est, an si negetur instrumentum fuisse scriptum ab eo qui verè est Notarius, licet exerceret tanquam Notarius, præsumatur pro instrumento.
F Et communis opinio est quòd non, imò requiritur quòd probetur verus titulus, vt habetur in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & per Alex. consil. cxxxviij. in primo. Quod tamen limitatur pluribus modis, vt per Iaſ. in l. Barbarius. [Vide etiam Dec. consi. xxxvj. diuino, &c. & p tenui. vbi limitat non procedere in antiquis instrumentis: in eis enim non est opus probare quòd Notarius qui scripsit, fuerit Notarius. allegg. Inno. in c. veniens. de verbo. sig. Aut secundũ Ant. in c.j. de fid. inst. fola fama sufficit isto casu. Et vide cõcor. per Dec. in d. cons. & latius cõs. xlij. vers. venio ad primum. & ibi vide abundè de hac nostra quæst. an si negetur eum Notariũ fuisse qui instrumentũ confecit, præsumatur pro instrumento, si probetur quòd diu fuit in exercitio & quasi possessione Notariatus & conficiendi instrumenta. Et de instrumẽto producto in longinquis partibus, si negetur illud esse à Notario confectum, vel negetur eum qui confecit esse Notarium, an tunc pro instrumẽto præsumatur, vide latissimè Hip. Marsil. in l. si quis ne quæst. ff. de quæst. vbi citat plura loca & autoritates: & ibi etiam plura de materia istius nostræ quæst.] Et dicit notabiliter Ang. & in d. §. hinc nobis. quòd cùm † instrumen- 10
tum negatur publicum, & sic negatur quem esse tabellionẽ, quòd probatur per iuramentũ ipsius tabellionis se esse tabellionem, cum comparatione literarũ, per quam appareat eum plura instrumenta publicè confeciſſe. sequitur Iaſ. valde hoc extollens in d.l. Barbarius. Sed istud dictum ita simpliciter non est verum: vnde intellige, nõ quando negatur eum qui fuit rogatus, esse Notarium (nam tunc si staretur dicto suo, esset testis in causa propria, quod non est recipiendum. l. j. C. ne quis in causa propria. l. pater. ff. de testib. l. diuus Adrian. ff. de custod. reor.) sed quando negatur ab eo fuisse publicatum, vel ab eo fuisse scriptũ. Et ita loquit glossa in dicto §. hinc nobis. si
C bene intelligatur. Et istud est q, voluit Salic. in l. si quis decurio. in quarta oppositiõe. C. de falſ. vbi creditur soli tabellioni, quando de facto suo interrogatur, videlicet an scripserit tale instrumentum vel ne. allegat §. si verò. in auth. de fide instr. Secunda quæstio est, dato quod aliquis testis contradicat instrumẽto, an præsumatur pro instrumento? quę quęstio latè ponitur per Bart. & Imol. in l. ij. §. sed si neget. ff. quemad. testam. aper. & Felin. in c. cùm Ioan. de fide instrum. de
D quo dicendum est vt ibi. Sed quid de Notario † 11
qui examinauit testẽm, & testis repetitus negat se ita dixisse prout Notarius scripsit, an tunc magis præsumatur pro Notario? Et dicẽdũ est quòd sic, in iudicio ciuili: licet in criminali neutri credatur, vt dicit Spec. in tit. de teste. §. j. vers. sed pone. Abb. & Fel. in c. cùm causam. j. in fi. §. de testi. cum concord. per Alex. consi. lxxiiij. in vlt. Quod tamen intellige, quando pro instrumento est solus Notarius: vnde si Notarius ipse examinaret,
E & haberet scriptorem qui scriberet examen, tũc si vterque attestaretur, probarent contra testem negantem se ita dixisse, vt est de mẽte Abb. in d. c. cùm causam. & vidi seruari in practica. Cætera circa hanc materiam vide per Bald. in rub. xxj. C. de fide instrum. Sali. in d.l. si quis decurio. Et an Notarius præsumatur regatus, si ipse de hoc nihil in instrumento attestetur, ponitur in d.l. sciendum. & per Alex. consil. cliij. in ij. vbi concluditur quòd non, quia talis est solennitas extrinseca. [Vide notabilem casum, in quo etiam
F Notario asserenti se rogatum, non creditur, per Anchã. consil. ccccxxxj. præmissa, &c. videlicet si Notarius hoc adserat in scriptura non authentica, sed in quadam chartula non facta forma solennis & authentici instrumenti. Rationes tradit vt per eum.] Et si verbum sit ambiguum in instrumento †, an stabitur declarationi Notarij, 12
vide Angelum in l. Imperator. ff. de statu hominum. vbi concludit, quòd sic. sequitur Alexan. consilio cxlvj. in quinto.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Nuntio, nisi ex causis, credi idq; in variis actibus. 3. 4. 6.*

PRÆSVMPTIO XIIII.

DECIMO QVARTO præsumitur pro nuntio in his, quę concernunt officium suum, vt est glo. & ibi Docto. in c. cùm parati. per il- A
lum text. j. de appell. & facit text. in l. ij. C. de execut. & exact. lib. xij. [Adde Iasonem in l. nec is. ff. de acquirenda hæredita. Nota tamen, quòd in his quæ non concernunt eius officium, ei non adhiberur fides, nec pro eis præsumitur, vt per Iasonem in l. age cum Geminiano. C. de transactionibus. & in l. properandum. §. & si quidem. in sexto notab. C. de iud. & Hippoly. Marsil. in singula. ccccclx. habemus: Quod facit ad quæstionem infrà examinandam de nun- B
tio., qui dicit se accepisse iniuriam à citato.] Et
1 istud † procedit etiam in connexis officio suo. Et propterea, si refert quòd pars sibi respondit, se nolle venire, videtur etiam quòd debeat credi, vt sic citatus dicatur manifestus contumax. Et ita tenet Bartol. in l. fina. ff. de integrum restitut. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. in l. ex consensu. §. fina. vbi Imol. ff. de appellatio. Nam responsio citati videtur esse de C
pertinentiis citationis; & propterea sibi est credendum. argumen. capit. præterea. suprà de officio delagati. Et probatur in simili in dicto capitulo cùm parati. vbi creditur nuntio, quo ad locum. Et ita resident Abbas Philip. de Perus. & moder. ibi. [Contrarium tenent plures, vt per Iasonem in l. properandum. §. & si quidem. in sexto notabili. C. de iud. qui tandem relatis ab vtraque parte opinionibus, respõdet rationi adductæ hic pro Barto. & videtur residere cum cõtraria opinione, scilicet quòd non credatur nũ- D
tio ad hoc vt citatus dicatur verus contumax.] Eodem modo creditur nuntio asserenti se personaliter non inuenisse citatum, vt habetur in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudiciis. [Vbi Iaſ. in vj. notab. adducit plura similia & auc-
2 toritates.] Item ei † creditur in discussione bonorum, quando refert non extare alia mobilia debitoris, vt per Bartolum & Doctores in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. [Cum amplissimis cõcordantiis traditis per Doctores ma- E
ximè per Iasonem in legẽ in illa. ff. de verborum obligationibus. vbi etiam multas concordantias allegat, quòd adhibeatur fides relationi factæ per nuntium.] Item creditur quod introduxerit creditorem in possessionem bonorum Titij, & quòd bona per eum apprehensa sint Titij, vt per Angelum & Imolam in d.l. Diuo Pio. §. sic quoque. & ibi Alexander in §. si super rebus. & in l. finali. in glossa. in verbo, missos. C. de edicto diui Adriani tollendo. Sed nunquid † creda- F
3 tur illi asserẽti se fuisse verberatum vel affectum iniuria à parte citata? Philippus de Perusio in dicto capitulo, cùm parati. præsupponit quòd nõ, tanquam istud sit extra ea, quæ spectant ad officium suum. Et idem sentit Cardinalis in Clementina si ante. de dolo & contumacia. & Ioannes Andreas in additio. Speculat. titu. de contuma. in additione magna. versiculo circa secundum. Et idem etiam tenuit Petr. Iacob. in libello de constituta pecunia. versiculo responsio. de appellatio. vbi allegat in argumen. l. ea quidem. C. de accusatione, sequitur Guido Papa decisio ne ccccclvij. Et idem etiam tenet Ioannes de Imola in l. si finita. §. si plures. ff. de damno infecto. [Et quòd non credatur nuntio asserenti iniuriam sibi illatam, tanquam hoc non sit de cõnexis officio, sed extra officium, etiam tenet Iason in dicta l. age cum Geminiano. C. de transactionibus. & in dicta lege properandum. §. & si quidem. & Hippolytus Marsili. in dicto singulari ccccclx. vbi allegant auctoritates.] Sed quòd imò credatur nuntio asserenti se verberatum, tenuit Floria. in dicta Clementina si ante. in octaua quæstione, tanquam istud satis sit de cõnexis relationis suæ. Pro quo facit, quia sicut staretur relationi suæ, quòd eum non potuit citare propter aliquam causam. l. tertia. C. de executio. & exactione. libro duodecimo. ita videretur standum si asserat hanc causam: quia fuerit sibi vis illata, vnde nõ potuerit plenè fungi officio suo. Puto primam opinionem veriorem, nisi concurrerent etiam aliquæ bonæ coniecturæ pro dicto nuntij: quo casu poterit tantam fidem illi iudex adhibere, vt sit indicium sufficiens ad torturam iuxta notata per Bartolum in l. finali. ff. de quęst. Et ita potest saluari opinio Floriani. Sed pone, iudex commisit pluribus nuntiis & balliuariis, vt caperent Titium: ipsi reuertunt ad iudicem, & dicunt se cœpisse, sed fuisse sibi per vim ablatum ab aliquo, vel aliter ab aliquo se impeditos, nunquid credetur eis, vt possit iudex procedere aduersus impedientes, secundum notata per Baldum in l. addictos. C. de episcopali audientia. & Doctores in l. cuiuscunque. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Iason in l. j. §. quod prætor. ff. ne quis eum qui. & §. pœnales. Instituta de actionib. Et supradicta faciunt quòd sic, saltem quo ad indicium torturæ: & quia ista relatio videtur de connexis mandati. Item hoc suadetur ex eo quòd sunt plures de hoc attestantes: sicut in simili dicitur in capitulo, cùm dilecti. infrà de accusation. vbi licet non credatur vni iudici tantùm, si tamen sint plures, videtur magis credendum. de quo etiam in capitulo inter. §. præterea. de excessione prælatorum. & Archidiaconus secunda quæstione sexta. c. statuendum. Cinus in l. ne in arbitris. C. de arbitris. Angel. in l. errore. in lectura Perusina. C. de testamentis. quem refert & sequitur Iason in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiurando. Putò † contrarium, quia cùm iniuria 4
& vis sit illata istis, non debent admitti in testimonium eius rei, vnde ipsi redduntur suspecti, vt habetur in lege prima. §. primo. ff. de quæstion. in lege prima. C. de curiosis. libro duodecimo. Et istud maximè procederet in casu, quo aliquod lucrum veniret acquirendum istis nuntiis: quia tunc agerent de vtilitate sua, vnde nõ sunt admittendi. lege finali. ff. de custodia reorum. Et in istam partem debet inclinare iudex propter vtilitatem ipsorum, vt per Baldum in lege secunda. C. de restibus. & in lege finali in octaua quæstione. C. de edicto diui Adriani tollendo. Nec obstat, quòd istud videatur de connexis mandato: quia potest negari, ex quo nihil ipsis erat mandatum quoad istos tertios: & in hoc, hæc quæstio distat à præcedenti. Et dato quòd sit de connexis, tamen adhuc non debet credi: quia præsumptio suspecti odij propter vim illatam eos repellit. dicto §. primo. Sed nunquid

credatur

credatur nuntio citanti, quòd illud faciat de cõmissione iudicis, prout requiritur ad hoc vt citatio teneat, vide per Bartolum in l. neminem. C. de exhibendis reis. & in l. sed si hac. vbi Alexander & cæteri. §. prætor. ff. de in ius vocando. Et communis opinio videtur quòd non, nisi constet de ea in actis. dicto capitulo quoniam contra. & per Bartolum in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. Et quia commissio † est solennitas
5 extrinseca, vnde non præsumitur. dicta lege quęcunque. §. finali. de publican. & ita est communis opinio in dicta l. sciendum. & per Abbatem & alios in capitulo primo. suprà de iudic. Areti. consil. xxiiij. & Alex. consil. cxxiij. in secũdo. Et ita etiam tenent moder. in dicto cap. cùm parati. Ange. in tracta. malefic. in verbo, iudex commisit. [Et Hippolytus de Marsi. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. & latissimè ac melius quàm alibi in repetitione l. de vnoquoque. ff. de re iudicata & eius effectu. ex quo loco plures remissiones & egregia dicta colliges in hac B
materia.] Contrarium tenuit Guido de Susa in l. ad peremptorium. ff. de re iudicata. Imola in dicta l. fina. §. si plures. & in cap. primo. suprà de iudic. Tancred. in materia citationis, in x. quæst. Et est ratio secundum illos, quia istud est de cõnexis citationis, & propterea debet credi sicut ipsi relationi. d. c. cùm parati. Confirmo istam opinionem, quia nisi præsumeretur commissio, sequeretur quòd nuncius falsum committeret. l. qui nomine. ff. de falsi. Rom. sing. cccxiij. hodie fuit. quæ præsumptio non est capienda. d. l. merito. & ſ. vidimus. Confirmatur etiam, quia ista commissio ex seipsa est modicæ importantiæ, nec requirit causæ cognitionem, ergo de ea debet stari nũtio. l. magis puto. §. ne tamẽ. ff. de reb. eor. gl. in c. ea noscitur. ĩ. de his quæ fiunt à maiori par. cap. Abb. in d. c. j Et hoc procedit in citatoria verbali, secùs in reali, quæ requirit saltem aliqualem causæ cognitionem, vt per Sali. in l. nullus. C. de exhiben. reis. Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. vt diximus in c. j. de offic. ordin. Et ista opinio mihi magis placet, quia eam consuetudo approbauit, vt dicunt Ioannes Andr. & Abb. in d. c. quoniã contra. [Occasione huius distinctionis de citatione verbali & reali, vnum sum contentus hic adnicere, multum notabile in hac materia: quòd nuntius publicus & generalis potest citare aliquem sine speciali commissione. secũdum Baldum in l. si quando. versiculo, duodecimo quæro. C. de testib. allegat Innocent. & Ioan. Andr. in dicto cap. quoniam cõtra falsam. Et quia Cin. in l. neminem. C. de exhibend. reis. tenet contrarium, ipse Bald. pro concordia tradit distinctionem. Aut loquimur in citatiõe reali, vt captura, & tunc requiritur quòd appareat, de commissione. dicta l. neminem. Aut in citatione verbali, & subdistinguit: aut citatio illa requirit causæ cognitionem, & debet constare de commissione. F
aut non, & tunc procedat dictum Innocent. & Ioan. Andr. quòd sufficiat generalis auctoritas nuntij, absque speciali commissione. Et ita dicit consuetudine communiter Florentię obseruari, quæ in hoc est sequenda, & reuera ita etiam magis communiter in Gallia ferè obseruatur.] Nec obstat quòd requirit scripturam, vnde nisi appareat scripta, tollitur præsumptio solennitatis adhibitæ, secundũ Bart. in l. hi qui ad ciuilia. & per Docto. in d. c. quoniam contra. quia potest negari, q, requiratur scriptura: quia tex. in d. c. quoniã contra. describens actus qui requirunt scripturã, incipit à citatione: & sic præsupponit commissionem ipsam non requirere scripturam. Et cõfirmatur hoc, quia commissio citationis non est de actis litis, ex quo lis non incipit à tali comissione, sed à citatione nuntij. Clem. fina. vt lite pend. per Soc. in rubricam. C. de in ius vocand. Præterea, si facta citatione iudex procedat ad vlteriora, satis declarat quòd citatio ex eius commissione facta est. l. à procedente. C. de dilat. c. A
primo. vbi not. suprà de ordi. cognit. Nec in isto casu Bartolus in l. prima. §. quies. ff. de officio præfect. vrban. & alij Doctor. tam in dicta l. sciẽdum. quàm in dicto cap. primo. dicunt contrarium: quia licet verum sit simpliciter quòd non credatur nuntio de commissione citationis, tamen non attingunt quando iudex processit ad vlteriora, vigore illius citationis: nam tunc videtur præsumendum mandatum. l. si filius. vbi Baldus, & Salicetus. C. de petition. hæredit. Et in isto casu saluatur consuetudo, sicut etiam si pars cõpareret, & nihil opponeret. per glossam, in l. prima. ff. de feriis. Alexander in dicto consilio cxxiij. & Felinus in cap. illud. versic. quarta declaratio. de præscription. Quid † autem si 6
pars neget se fuisse citatam, cui magis credetur? Communis opinio est, quòd nuntio, nisi iudex ex aliqua coniectura arbitraretur contrarium, vt per Modernior. in dicto cap. cùm parati. [Huius C
etiam sententiæ est Ias. in dicta l. properandum. §. si quidem. in vj. notab. vbi hanc quæstionem mouet, & ita resident.] Et istud crederem, nisi nos essemus in causa valde graui, puta in causa criminali. Quid enim si nuntius affirmet se attulisse præceptum Titij in causa criminali, vt compareat sub pœna confessi & conuicti, & Titius neget? Certè tunc neutri crederetur, prout in simili dicunt Doctores de teste contradicente Notario, in dicto cap. cùm causam. j. in fin. suprà D
de testibus. vt suprà diximus. Et istud putarem procedere, etiam si in præcepto esset clausula, quòd plena daretur fides nuntio: quia talis comminatio nõ debet operari, nisi in casibus in quibus aliàs de iure plena fides illi danda esset. Non enim licet iudici alterare probationes, quę sunt iuris gentium. capi. licet vniuersis. suprà, de testibus. Cætera dic in dicto capit. cum parati. E

SVMMÆ.

1 *Officialem iustum, nisi in casibus, præsumi. 2. 3. 5.*

PRÆSVMPTIO XV.

DECIMOQVINTO Generaliter † præsumitur pro quolibet officiali: 1
vnde si aliquid neglectum reperiatur, præsumitur potius fuisse culpa F
patris, quàm ipsius. l. j. C. de suscep. libro x. Et per illum textum dicit Bartolus in lege damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. quòd licet testes iurauerint in termino, si tamen non fuerunt examinati, lex præsumit fuisse culpa patris, non iudicis: Et etiam facit text. in §. super hoc autem. in authent. vt null. iu. vbi præsumitur officialem cauisse prout debuit, de inferendis pecuniis fisco. Et ista procedunt tantò magis in ecclesiasticis quorum facta lex maximè interpretatur

pretatur in meliorem partem. xj. q. iij. cap. absit. Et propterea, si Abbas corrigit monachum, lex præsumit pro Abbate: nec competit appellatio, nisi excedatur modus in corrigendo. cap.
2 ad nostram. ĩ. de appel. Fallit ista † præsumptio, quoad prouidendum circa negotia de futuro: quia lex præsumit contra officiales, vt possit prouideri ne delinquant: & ita intelligitur text. in authen. vt omnes obed. iudi. §. nec latet nos. vbi præsumuntur officiales magis deferre potentibus iustitiam. Et ita procedit etiam tex. in l. ex aula. C. de priuile. eorum qui in sacro pala. & in l. j. C. de numera. lib. xij. vbi lex præsumit rapacitatem & furtum contra numerarios. & l. nemi nem. de suscep. vbi susceptores præsumuntur vexare prouincias. & tex. in §. ad excludendas. in authen. de litig. & in authen. de execu. in prin. vbi præsumuntur executores fraudulenti. Fallit
3 etiam, † quando aliquid factum est contra naturam officij: quia tunc lex præsumit aduersus officialem. Et propterea, si reperiatur aliquis in B
carceribus mortuus, lex præsumit culpam custodis, nisi probet eum casu periisse. l. fin. de custo. reorum. Et eodem modo si carceratus euadat, lex † præsumit contra custodem, vt ibi pro-
4 batur, & per Barto. in l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de edendo. & facit l. diuus. in fi. ff. de offi. præsid. Nec præsumitur q, ferrũ, venenũ, & similia possint in carcere deferri sine culpa & negligẽtia custodis. l. carceri. in fi. de custod. reorum. Et propterea in istis casibus tenetur custos ipse C
parti etiam ad interesse, vt consuluit Aretin. cõsil. xxxviij. consultissime domine. per totum. Et secundum hanc fallentiam etiam procedit tex. in l. j. C. de censib. lib. xj. vbi lex præsumit quòd tabularij ciuitatum, per conclusionem superiorum sarcinas ad inferiores transferant. facit etiã text. in c. j. de dilatio. & in l. quamuis. in fi. C. de decurio. vbi præsumitur contra iudicem, qui breuem terminum in citatione statuit. Ad idem D
facit quod notabiliter voluit Inno. in d. c. quoniam contra. vbi dicit, quòd iudex videns testẽ vacillare, debet hoc facere scribi in actis: alioquin iudex appellationis potius præsumet eum nõ adhibuisse fidẽ testibus ex imprudentia sua, quàm ex defectu testium. sequitur Fel. ibi. Fallit
5 † etiam generaliter, quando alia coniectura esset in contrarium: nam tunc cessat talis præsumptio pro officiali. Et propterea, si officialis semel aliquid iniustè fecit, præsumitur quòd velit factum E
suum tueri, quacũq; via poterit, secundũ Inoc. in c. ij. de arb. & in c. diuersis. ĩ. de cler. cõiug. Idẽ si fecit aliquid contemplatione potentioris vel aliter ad se non pertinens, semper fit præsumptio cõtra eum. c. bene quidem. in fine. xcvj. distinct.

SVMMÆ.

1 *Iuramentum, nisi ex causis, verum præsumi. 2. 3.*
4 *L. fi. C. de reb. cred. sensûs.*

PRÆSVMPTIO XVI.

DECIMOSEXTO præsumitur † pro 1
iuramento, quòd aliquis non iuret nisi veritatem. l. fin. C. ad legem Iul. repe. Et propterea, in his quę dependent ab animo, statur iuramẽto asserentis, vt est glo. in §. aliæ, inst. de act. & in c. significasti. vbi mod. ĩ. de homic. [Quamuis illa glo. in versi. aliæ. sub §. sed istæ. de actionib. ad hoc communiter allegetur per Docto. tamen non videtur loqui de iuramẽto, vt etiam aduertunt Ang. Aret. & Iason ibi. Habemus tamen alias glo. magis expressas in iure, videlicet in l. j. C. ad leg. Corne. de sicar. vbi an quis occiderit animo occidendi, nec ne, statur iuramento occisoris, quia hoc consistit in animo. & glo. in l. at qui natura. §. cùm me absente. in glo. mag. vbi Bar. ff. de nego. gest. glo in l. j. §. hoc interdicto. in verbo, vsus. vbi Bar. de itin. act. A
priua. glo. in l. si cui. §. iisdem. vbi Bolog. interpretationibus post Bald. ff. de accu. Glo. notabilem in c. proposuisti. lxxxij. dist. in verb. non probatur. & in c. qui & humanis. xij. q. ij. & in c. si verò. ij. de sent. excommun. & in c. præsentium. de testib. & in c. pastoralis. per illum text. de except. Bar. in infinitis locis relatis per Ias. in d. §. sed istæ. Et vltra concordan. ibi per eum traditas, adde Old. consi. cclxxxvj. in electionis negotio. Ang. consi. cccxiij. viso. Ancha. notab. consil. B
clix. rationes. in fin. & consi. clxxiiij. dominus Lazarius. Rom. egregiè consi. cccxcviij. vt clarior. in fi. vbi pulchrè. & consi. lxxvj. in causa nobilis. & consi. cij. super eo. & consi. cccxx. hæc istorum. & consi. cccclxxxj. præsentis. In fin. aliquid per Are. in c. j. de accu. Flor. in l. j. §. fin autem. ff. si quadr. paupe. fec. dic. Cepo. consilio xxiiij. visa accusatione Dec. consi. clx. in causa monasterij. Ex quibus locis habes bene robora tam auctoritatibus hãc decisionem, quòd in his C
quæ consistunt in animo, vt puta bona fide, scientia, vel ignorantia, & similibus, statur assertioni vel negationi alicuius cum iuramento.] Quòd intelligit † Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de 2
furt. procedere, nisi aliqua esset iuris præsumptio contra asserentem. l. si non conuicij. C. de iniur. Declara vt ibi per eum. quem sequitur Fel. in d. c. significasti. & in c. inquisitionis. §. ij. de accu. & in c. ij. de calum. Ias. in §. sed istę. institit. de actionib. Sed tu aduerte, quia ista limitatio nõ videtur vera. Et primò contra eam est tex. in c. fin. ĩ. qui matrim. accus. poss. vbi quãdo fit publicè de nuntiatio seu proclama, præsumitur quòd quilibet sciat, vt ibi dicitur, & tamẽ admittitur probatio ignorãtiæ per iuramentũ. Et propterea dicit Bal. in l. ij. §. pen. in fi. ff. si quis caut. q, si quis citatus sit absens à domo, stabitur iuramẽto eius, an citatio peruenerit ad eius notitiã. quæ opinio optimè probatur in d. c. fin. licet Ias. in d. §. sed istæ eam reprobet, & malè. Secundò in contrariũ facere videtur, quia lex præsumit pro sententia lata per iuramentum iudiciale: & cõsequenter, q, victus non habeat aliqua instrumẽta, vnde tueatur ius suum: & tamen contra talem præsumptionẽ, ad rescisionem sententiæ, admittitur probatio per iuramẽtũ, quòd instrumẽta de nouo superuenerint, secundum Bar. & Docto. in l. admonẽdi. per illum tex. ff. de iureiur. & facit tex. in c. pastoralis. ĩ. de except. Tertio in contrarium facere videtur communis doctrina posita in c. nouit. ĩ. F
de iudic. vbi in denuntiatione euangelica statur iuramẽto denuntiantis, etiã non cõcurrente alia suspicione, quòd solus solo denũtiauerit, vt absti neat à crimine: & tamen contra talem denũtiationem est præsumptio iuris, quòd talis denũtiatus sit innocẽs: quia quilibet præsumitur bonus, vt suprà vidimus. Quarto facit ratio: quia admissa ista limitatiõe, nunquã admitteretur probatio per iuramẽtum. Nam aut lex præsumit pro actore, & nõ est opus quòd iuret ex quo habet præsũptionem iuris, quę trãsfert onus probandi in aliũ.

l. siue

l. ſiue poſsidetis.C.de probat.Aut præſumit pro
reo, & tunc actor non poſſet iurare : & actore nō
probante,lex ſemper præſumit pro reo. l. Arria-
nus.ff.de act.& obl.l.qui accuſare.C. de edend.
Sed tamen ſaluando † Bar.dic,quòd eius opinio
3 procedit,quando pręſumptio iuris eſt efficacior
& veriſimilior quàm illa quę oritur ex iuramen-
to: nam tunc non ſtaretur iuramento, aliàs ſic.l.
diuus.ff.de in inte. reſti. & ita intelliguntur ſu-
pradicta.[Hanc autem deciſionem, quòd in iis
quæ conſiſtunt in animo, ſtetur iuramento aſſe-
rentis, limitat Iaſ. quatuor modis in dicto §. ſed
iſtæ. de actio.in glo. magna. verſic. in primis er-
go limitat iſtam, &c.& Fel.in cap.ſignificaſti.de
homicid. Vltra quos limita, vt procedat in iis
quæ ſunt parui præiudicij: ſecùs autem ſi agere-
tur de magno pręiudicio.ita limitat Paul.de Lea
zar. in Clement.conſtitutionem.de elect.& Do
min. de S.Gemin.in cap.eos.de tempor. ord. in
vj.Abb.in cap.quoìdam. de præſump. extrà. Fe-
lin. in cap.cognoſcentes.verſicu.fallit tertio. de
conſtitut. & Hippol. Marſ. ſingu. ccccclv. me-
moriæ.] Et ex hac præſumptione infertur,quòd
etiam præſumatur pro dicto teſtis, ex quo ipſe
ſolet iurare. c. tuis. §. de teſtib. & per Felin. in
d. c. quoniam contra. Vnde ne inducatur in illis
periurium, præſumitur potius geminatio actus.
cap. cùm tu fili. ſuprà de teſtib. per Bartolum &
Doctor. in l. ij. C. de bon. poſſeſſ. ſecun.tabu. &
ita tenent omnes. Sed mihi videtur contra hāc
4 opinionem eſſe tex. in l. fi. C.de reb.cred.vbi ſi †
quis iuret ſibi deberi legatum ſeu fideicommiſ-
ſum, reperto deinde teſtamento in quo de hoc
nihil ſit ſcriptum, præſumitur periurus: & tamē
debuiſſet lex interpretari quòd feciſſet aliud te-
ſtamentum, in quo ſibi relinqueretur ad finem
euitandi periurij. Potes reſpondere, periurium
magis præſumi in parte quæ agit de proprio lu-
cro, quàm in teſtibus, qui pro ſola veritate atte-
ſtantur, nec aliquam vtilitatem conſequuntur.
Ex eadem præſumptione etiam infertur, vt prę-
ſumatur pro iis qui à principio iurant exercere
artem ſuam legaliter: & propterea rationes &
libri iſtorum facerent ſemiplenam probationē
quoad tertium. l. quædam. §. nummularios. ff.
de edendo. vbi & not. Bartol. in l. nuda ratio.ff.
de donat. quod eſt ſummè notandum pro ga-
bellariis, theſaurariis & mercatoribus. de quo
latè per Iaſo. poſt alios in repet. l. admonendi.
ff. de iureiurando.Et propterea lex etiam pręſu-
mit pro milite, quòd reipublicæ cauſa abſit, vn-
de reſtituitur in integrum. Et ratio eſt, quia à
principio antequā aſſumatur ad militiam, iurat.
ſecundum glo.in l.pen.ff.ex quib. cau. maior.

SVMMÆ.

3 *Matriculatum non præſumi notarium.*

PRÆSVMPTIO XVII.

DECIMOSEPTIMO pręſumitur pro matricula. l. matriculam.
in verb. diuali probatoria.vbi Bar.
C.de agen.in reb.li. xij. Et ſic pro-
1 bat matricula † quem eſſe de nu-
mero eorum qui debent matriculari. Et idem
not. Bar. in l. petitionem.C.de aduo.diuer.iud.
Et idem tenent Bal.Pau. de Caſt.Rom.& Corn.
in l. ſcriniarios.C. de teſta. mili. Facit etiam in
ſimili, quia in dubio præſumitur pro ęſtimo cō-
muni.l.fin.vbi Bart.C.de præd.min.lib.xj. l. cē-
ſualis.C.de donat.l.forma.§.j.& quod ibi not.ff.
de cenſi. Et dicit Ang.& Io.de Plat. in l. rura. C.
de omni agro deſer.per illum tex.quòd ſi frater† 2
emit aliqua bona proprio nomine,deinde in ca
taſto communis fecit illud prędium deſcribi tā-
quam commune cæteris fratribus, quòd ſibi prę
iudicabit, & cenſebitur communicatum. alle-
gat etiam l. ſolennibus.C.de rei vend.Et hęc prę
A ſumptio † facit ad quæſtionem an præſumatur 3
quis Notari9 eo ipſo,quòd reperitur deſcriptus
in matricula Notariorum. Et videtur quòd ſic,
prout tenent Bal.Sal.Rom.Pau.& Corn. in d. l.
ſcriniarios.Bal.in l.ij.ff.de off præt. & in l. ij. C.
de ſenten. Ange. conſi. cxl. quidam Matthæus.
Ludo.Roman.in l.in iſta.ff.de verborum oblig.
& Iaſ.in d.l.Barbarius.in quarta limit. vbi appel
lat iſtam veram & communem opinionem. Cō-
trarium tenuit Mart. Sillima. quē refert & ſequi-
B tur eius diſcipulus Ioan.Andr. in addit. Specul.
titu.de inſtrum.ædit.§.reſtat.in verb.& ſcias.per
l. Herennius.ff.de decur.iuncta gloſſ. vbi quam-
uis fuerit quis deſcriptus in albo,non tamē præ-
ſumitur decurio. Nā ſi matricula induceret quaſi
poſſeſsionem officij prout dicunt pręfati Doct.
debuiſſet in illo caſu habere locum præſcriptio.
Et ita debet induci illa lex. vt tollatur reſponſio
Rom.in d.l.in illa. Mouetur etiam alia ratione:
quia matricula eſt tanquam inſtrumentum aſſe-
C rens rem de præterito factam, vnde illi non ſta-
tur.auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. Et iſtam o-
pin. dicit de iure veriorem Alb.de Roſ. in l. cum
precibus.C. de fide inſtr. Et idem expreſsè ap-
probant But. Inno.& Fel.in c.j.§. de fi. inſtru. &
Alex.in d.l.ſcriniarios.& dicit ibi Rom.quòd nō
auderet conſulere contrarium. Et ſine dubio,pu
to quòd hæc opinio ſit verior, quia matricula
cùm ſit inſtrumentum inter alios factum, nō in-
ter eum qui habet auctoritatem conſtituendi no
D tarium, non debet facere præſumptionem ſuffi-
cientem ad transferendum onus probandi, ſed
ſolùm quandam ſuſpicionem,vt habetur in l. ij.
C.de edend.Vnde poſſunt concordari opinio-
nes ſecundum Anto.de Bu.Alex.& Felin. vt ſi lo
quamur in matricula confecta de auctoritate ſu-
perioris, qui potuit Notariatum conferre, pro-
cedet prima opinio,quod præſumatur pro ea.Si
verò eſt confecta ab aliis quibus non compete-
ret talis facultas, tunc matricula ſolùm faciet
E quandam ſuſpicionem, non autem probet titu-
lum. Et propterea quamuis Notarij in aliqua ci-
uitate conſtituant collegium, & habeant matri-
culam, tamen talis matricula non probabit quē
Notarium, ex quo ipſi non habent auctoritatem
creandi, ſed talis auctoritas eſt reſeruata Princi-
pi, vt habetur per Inno. in c. cùm P. tabellio. de
fi. inſtrum.& Bart. in l. nec ei. ff. de adop.

SVMMÆ.

F 1 *Monachis arbitria vetari & ſi dicta, nulla eſſe.*

PRÆSVMPTIO XVIII.

DECIMOOCTAVO præſumuntur qui Dei memoriam ha-
bent,ad tutelas & curas nō libē-
ter accedere. §. quoniam autem.
in auth.& qui oblig.Et eſt ratio, † 1
quia iſta ſatis deuiant hominem à cōtemplatio-
ne diuina.quod nota cōtra religioſos aſſumētes

in ſe

in ſe executoris officium vel arbitratoris. Et ex
hac ratione fuit introductum,ne illa officia aſſu-
merent ſine licentia ſuperioris. c. ij. de teſta. in
vj. clem.religioſus. de procur. licet fratres mi-
nores non poſsint, etiam cum licentia. cle. exi-
ui. verſic. item quòd executiones. de verb. ſign.
& conſuluit Bal.conſi.cccxiij. in quinto. Alexā.
conſi.lxxx.in quinto.Soc. conſi. xcix. in tertio.
Et cùm iſtud ſit ſimpliciter prohibitum propter
honeſtatem,ſequitur quòd ſi ferant arbitramen-
ta,debent ſeruari,licet à principio malè fecerint
compromiſſum acceptando, ſecundum Federi-
ci de Senis conſi.ccxciij. factum tale. in fin. Ro-
man. conſi. ccccix. quoad primum. in ſecundo
dub. ſequitur Fel. in cap. decernimus. de iudic.
Iaſ.in l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui vel a-
lie. iur. Sed iſtud dictum poteſt procedere in a-
liis religioſis, nō in fratribus minoribus, ex quo
d. Cle. exiui. habet in fine clauſulam prohibiti-
uam & pœnalem, vnde actus redditur nullus. l.
nemo martyres. vbi Doct. C. de ſacroſan.eccleſ.
& in l.non dubium. C. de legi. Item illa Clem.
continet eorum regulam, vnde contrauenien-
tes committunt contra votum ſuum ſolenne, q.
ſit per profeſsionem, vnde actus non debet eſſe
alicuius effectus. cap.rurſus. qui cle. vel vouen.
c.j.de voto.in vj.Et illa opin.eſt expreſſe contra
intentionem Bal.Alex.& Soc.in præallegatis cō
ſiliis, qui dicunt iſta arbitramenta non tenere,
non ſimpliciter per illam rationem, quòd pro-
hibeantur propter honeſtatem, ſed propter ne-
ceſsitatem regulæ, quæ eos arctat, & quia ſunt
penitus mortui mundo.Nec etiam Feder.de Se-
nis in d.conſilio audet hoc firmare, ſed ſimplici-
ter dicit, forſitan attentari: & dicit verum in ca-
ſu ſuo, videlicet in executore, quando eſt facta
executio approbata à partibus, vt ipſi loquun-
tur: & hoc habet in ſe aliquid rationis: ſecùs in
arbitramento, à quo aliquis reclamat. c. niſi eſ-
ſent. de præbend. Et in ſimili caſu contra Feder.
dicit Dec.in d.c.decernimus.ſe conſuluiſſe vnà
cum Franc.de Aret.& ita reſideo. Et ad dictā prę
ſumptionem adde quod not.Bart.in l.nemo po-
teſt.in quarta oppoſi.ff.de legat.j.vbi dicit,quòd
præſumitur quòd vir catholicus adeat hęredita-
tem,etiam quòd inde non ſperet aliquod lucrū:
habebit enim ſatis commodi à Deo, quia facit
pium opus, voluntatem defuncti exequendo.§.
verò expreſsim. in authen. de hæred. & Falcid.
Et inde infert ad rationem, cur hodie teſtator
poſsit prohibere detractionem Falcidiæ:de quo
dic vt ibi per eum.

SVMMÆ.

1 *Sufficientia præſumenda in quibuſuis deſignatis ex cauſis contrà.* 4.
6 *Inhabiles remouendi, niſi ex cauſis.*

PRÆSVMPTIO XIX.

1 DECIMONONO Præſumitur †
pro electo ad aliquod officiū, quòd
ſit dignus & ſufficiens. Et propte-
rea præſumitur pro ſanctimonia &
integritate Romani Pont. quem apex tantæ di-
gnitatis attolit.c.non vos. iiij. diſt. Item præſu-
mitur pro epiſcopo & ſacerdotibus.xj. q. iij. ab-
ſit.Item magiſtratibus, vt in auth. vt defun. ſeu
ſun. in princ.& ſuprà vidimus. Item pręſumitur
2 pro Doctore, q. † ſit ſufficiens.l.vnic.C.de profeſ.

qui in vrbe Conſtan. lib. xij. & in l.j.§.ideoq;.C.
de Iuſti.Cod.comp.Item præſumitur pro eo qui
publicè deputatus eſt alicui officio, q. ipſe nec
fallat, nec fallatur.l.ij. C. de ponder. & auri illa.
lib.x. Et generaliter præſumitur † pro peritis in 3
arte,& propterea illis creditur.l. ſemel. C. de re
mil.lib.xij.Bald.in d.c.cùm inter Canō.de elect.
per mod in l.j.§.fi.vbi latè diximus.ff.de ver. ob-
lig.[Adde text.vbi notat Barto.& allegat cōcor.
A in l.j.circa princ.ff.de ven.inſpic.& idem Barto.
in proœ.ff.per illum tex.circa finem prin.& Bar.
etiam in l.fin.vbi multa congerit Hippol. Marſi.
ff.ad leg.Corne.de ſicā.Alexan.conſ. clxxix. vi-
ſa ſcriptura. lib. ij.] Et dicit Abb. poſt alios in c.
ſuper eo.in fi.§.de elect. quòd ſi electio alicuius
ſit caſſata,præſumitur in dubio caſſata vitio for-
tunæ, non autem perſonæ: quia hæc interpreta
tio eſt benignior.l.ſi præſes.ff.de pœn. facit glo.
in §.ſuſpectus.inſt.de ſuſpect.tut. Adde etiam q.
B præſumitur pro electo, quòd ſit gratus eligenti,
& cogente reuerentia eius volūtatibus obediat.
viij.q.ij.c.illud.Et ſi princeps eligit aliquos Am-
baſiatores, pręſumitur pro ſufficientia ipſorum.
& quòd ſint grati principi,vt eſt tex. in epiſt. in-
ter claras.§.liquet.in fi.C.de ſumma trin. & fide
catho.& ibi Alber.de Roſ.not.Supradicta tamē† 4
præſumptio recipit probationem in contrariū:
vnde tales ſi probentur inſufficientes,debent re
moueri.l.vt gradatim.§.reprobari.ff.de muneri.
C & hono.Et ideo ſi prælati ſunt inſufficiētes,† de- 5
bent deponi,vt eſt glo. communiter approbata
in c.j.in verb.inſufficientē.de renū.lib.vj. Quod
tamen non procedit in Papa,vt ibi. Et medicus
inſufficiens reprobatur.l. ſed vt reprobari. ff. de
excuſ.tuto.vbi Nico.de Neapo. & Bal. Idem in
Doctore,vt eſt tex.in l. ij. C. de profeſſ. & medi.
lib.xj.Abb.in cap.in ſui.de magiſt.& in cap.cùm
venerabilis.in fi.vbi Mod.de excep.& quod no.
Bart.in l.nunquid.in fin.ff.ſi cert.pet.Et iſtud nō
D habet dubium, quando à principio fuerant in-
ſufficientes & indigni. Sed pone † quòd ſemel 6
fuerint ſufficientes, ſed nunc non ſunt, fortè p-
pter ſenectutem vel aliam infirmitatem. Et vide
tur adhuc debere reprobari,vt eſt tex.in l.ſi quos
iudices.C.de offi.pręfec.pręt.& ibi Alb. de Roſ.
& Sal.vbi iudices propter longam infirmitatem
debet remoueri:& quod not.moder. in cap. ſi p
debilitate.§. de off.deleg. & in l. j. ff. de off. eius
cui,&c.& in l.ſi longius.ff.de iudic. In contrariū
E facit tex.in c.quāuis triſte.vij. q. j. & ibi Arch. &
q. not.in c.j.§.de paroc.vbi epiſcopi quamuis in-
habiles ppter infirmitatem,non remouētur. fa-
cit q. no. Bar. in l.j.§. diuus.per illū tex.ff.de var.
& extraord.vbi debetur merces aduocatis & iu-
dicibus,dūmodo per ipſorum voluntatem non
ſtet quò minus ſeruiant.Puto diſtinguendū. Aut
enim loquimur de officio quod magis datur p-
pter dignitatem,quàm propter onus annexū, &
q. eſt natura ſui perpetuū,& tunc non debent p-
F pter infirmitatē ſeu inhabilitatem ſuperuenien-
tem remoueri.facit c.grandi.de ſupplen.neglig.
pręlat.in vj.Aut loquimur de officio quod datur
principaliter propter exercitium, puta de offi-
cio iudicaturæ,& tunc procedit d.l.ſi quos.De-
bent tamen habere integrum ſtipendium illius
anni quo ſuperuenit inhabilitas. §. diuus. & q.
ibi Bart.not. Item ſi diutius fuerint in ſeruitiis
principis,& in illis conſenuerint,ſpectat ad eius
curam prouidere,ne in ſenectute indigeat.l.Lu-
cius.ibi,veterani in præmiū aſsigna.ff. de euict.

SVMMÆ.

1 *Inuentario ſtandum.*

PRÆSVMPTIO XX.

VIGESIMO præſumitur pro inuentario. Et propterea ſi hęres† illud exhibeat in iudicio, & dicat nõ eſſe alia bona in hæreditate, creditores verò & legatarij contradicãt, ſtabitur inuentario, niſi ipſi probent alia extare. l. ſcimus. §. licentia. C. de iure delib. vbi Bar. & Doct. Et dicit Ioan. de Imo. Alexan. & Iaſon in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimo. quòd iſtud eſt, quia aliàs ſequeretur, quòd hæres ſubtraxiſſet 2 bona hæreditaria, quod delictũ† non debet præſumi. l. meritò. ff. pro ſoc. & ita tenent Alexan. & Aretin. in l. in illa. ff. de verborum oblig. Et propterea concludit Iaſ. in dicto §. licentia. & in dicta l. ſi conſtante. in j. quæſt. Barto. quòd gloſ. in 3 l. cum de lege. ff. de probat. volens negatiua† probari per aſſertionem partis, non habet locũ, niſi cum tali aſſertione concurreret aliqua præſumptio iuris. Sed tu aduerte: quia ſi intelligamus de vera præſumptione iuris, illa ex ſe abſque alia aſſertione transfert onus probandi. l. ſiue poſſideris. C. de prob. & vidimus ſuprà in prin. & ſic illa glo. nobis ſeruiret de nihilo, quæ tamen videtur communiter approbata. vt per Docto. in d. l. ſi conſtante. & Alexan. in rub. ff. de noui ope. nunt. & Franc. de Cur. conſi. xxvij. & ſeruatur in practica, vt per Bal. conſi. cccxviij. in primo. Item non eſſet aliqua differentia inter probationem affirmatiuæ & negatiuæ, & tamen Barto. & Docto. in dicta l. in illa. propter difficultatem probationis negatiuæ admittunt iſtam probationẽ per aſſertionem. Vnde intellige dictum Iaſ. procedere, etiam quando cum aſſertione partis cõcurrit aliqua præſumptio leuior, quàm ſit præſumptio iuris: & ſic, dummodo concurrat aliqua ſuſpicio ſeu coniectura. Et iſtud neceſſariò infertur ex ratione Docto. dum dicunt iſtud eſſe in caſu d. §. licentia. quia aliàs præſumeretur delictum. d. l. meritò. Nam præſumptio oriens ex d. l. meritò. non eſt ſufficiens vt operetur in præiudicium tertij, ſecundum gloſſ. in c. ſtatutum. §. cùm verò. de reſcrip. in vj. & per Fel. in c. cùm in iure. de off. dele. & ſuprà vidimus. Sed eſt in tali caſu ſimplex ſuſpicio, & tamen ſufficit iuncta aſſertione, quoad probandam negatiuam. Et propterea dum Iaſ. in d. §. licentia. dicit quòd in practica vſus eſt ſimili cautela, ad probandum quòd aliquis mortuus eſſet nullis relictis filiis: putarem iſtud procedere, quando aliqua ſuſpicio pro hoc eſſet, puta quia adeſſent aliqui teſtes de auditu vel credulitate, qui faciunt ſaltem ſuſpicionem, vt per Iaſ. in rubr. ff. de iureiuran. in vij. limitat. Idem ſi nuntius miſſus ad loca in quibus verisimiliter deberet extare fama, de hoc referret non eſſe aliquam famam. arg. nor. per Bar. & Doct. in d. l. in illa. & nota, quia quotidiana.

SVMMÆ.

2 *Errorem ex cauſis præſumi 7.*

6 *Confeſſio acceptata irreuocabilis niſi ob errorem.*

PRÆSVMPTIO XXI.

1 VIGESIMO PRIMÒ præſumitur† quælibet diſpoſitio eſſe vera. lege j. vbi Bal. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. Et cõſequenter, error† non præſumitur niſi probetur. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facti ignorantia. Probatur autem† ex antecedẽtibus 2 & ſubſequentibus, vt per Bartolum in lege errore. C. de teſtamentis. [De probatione erroris in vltimis voluntatibus, vide ampliſsimè Vitalem de Cambanis, in tract. clau. verſicu. ſequitur qualiter probetur error in vltimis volũtatibus.] Item ſi probetur rem aliter ſe habere. d. l. ſi poſt diuiſionem. declarando vt per Bar. in l. non fa- A tetur. ff. de confeſſ. & Doct. in c. fi. §. eod. tit. [Et per Dec. no. conſi. cccevііj. in pręſenti. per totũ.] Item in aliquibus caſib⁹ probatur eo ipſo, quòd non probatur contrarium: vt in minore confitente delictum, quando alia probatio non aderat, vt per Doctor. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſ. & per Alexan. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurand. & in conſ. cxvj. in ſecundo. Idem quando confeſsio incontinenti eſſet reuocata: nam tunc non eſſet opus aliter probare errorem. glo. in c. fina. in verbo, iuſta cauſa. de iureiur. in vj. per Iaſ. in l. error. C. de iur. & fa. igno. B [Et Alex. conſi. xcij. viſo & opportunè, &c. lib. v. & conſi. lxxxvij. quamuis. eod. lib. vbi limitat, niſi fuiſſet redacta in ſcriptis: tunc enim nõ poſſet reuocare, niſi docto de errore, per iura & auctoritates copioſè per eum.] Idem quando conſtaret aliquem in vna parte confeſsionis iuratæ erraſſe: nam de facili debet iudex credere eum etiam in alia idem feciſſe. arg. l. ſi ex falſis. C. de C tranſa. & ita dicit Com. conſi. cliij. Idem in muliere cõſitente aliquid, dum damnificaretur. Nã potius in ea præſumitur iuris error, quàm quòd velit de ſuo donare. argum. l. cùm de indebito. ff. de probat. & ita tenet Com. conſi. xxxvij. in fin. de quo tamen dicendum eſt vt per Bart. & Docto. in l. fin. C. de iur. & fa. ignoran. Aret. conſil. cxiiij. in fi. Idem in confeſsione negatiua, quam pars non acceptauit, ſecundum Bal. in l. non ſolùm. in prin. ff. de procur. Vbi verò pars acceptaſſet, quæliber confeſsio generaliter non poteſt D reuocari prætextu erroris, ex quo dicũt ius quęſitum parti, ſecundum Bal. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſthum. Rom. Areti. & moder. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig. Alex. conſi. xc. ferè omnis. in j. vol. Et ex hoc dicto põderat Iaſ. in dict. l. error. quòd confeſsio licet nõ acceptata teneat ex ſe niſi probetur error. quod non admittitur vbi ſit acceptata, ſecundum ſupradicta. Sed videamus de veritate vtriuſq; dicti. Et quòd† confeſsio non acceptata non pro- E 4 bet, videtur renuiſſe Ci. in l. j. in vj. q. C. de confeſſ. & ibi Sal. in xv. oppo. & in l. generaliter. in vj. quæſt. C. de non numer. pecu. cum concord. per Iaſ. in d. l. error. & in l. poſtquam liti. C. de pact. Fel. in c. ſi cautio. de fide inſtrum. & in c. capitulum. de reſcrip. & eſt diffuſum conſilium Franc. de Curt. conſilio lxxvij. incip. ſuper articulo. Mouentur omnes: primo, quia confeſsio requirit ſimultaneum conſenſum vtriuſque partis: quod oſtenditur arg. illius dictionis, Cum: dicitur enim ab illa dictione, & à verbo, faris vel fare, fatur, ſecundum eos. [Et Alex. conſi. ccxij. ponderatis his. ver. alia ratione. lib. vj. & conſi. cxxj. viſo ſuperiore. lib. iij. vbi etiã aſſeuerat hac ratione confeſsionem non acceptatam non probare. & conſil. xx. in cauſa. lib. iiij. vbi auctoritatibus comprobat. & conſi. lxxxij. eodem lib. Et Hipp. Marſi. latè auctoritates adducit in rub. de probat. & latius in l. de quoquoqus. de re iu. vbi infinitas auctoritates adducit, ibi videto.]

Sed

Sed iſta ratio non eſt vera, quia imò deducitur à verbo Confiteor. nec eſt differentia, ſiue quis dicat fatetur, ſiue confitetur. l. ij. ff. de confeſſ. Secundò, quia in confeſsione quaſi contrahitur. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interro. act. ſed in quaſi contractu conſenſus exigitur. l. obligationum ſubſtantia. §. j. ff. de act. & obli. Sed tu reſponde, quòd reſpectu confitentis requiritur conſenſus, & ita loquitur d. §. qui interrogatus. non reſpectu partis. Et dato quòd conſenſus A vtriuſque requiratur, debet ſufficere acceptatio, etiam ex poſt facto, ſicut in contractibus, qui regulariter non vitiantur per interuallum. l. ſi ſtipuler. in fi. ff. de verb. oblig. Tertiò adducitur, quòd renuntiatio non acceptata, non iuuat, ſecundum Bal. in c. cum veniſſent. de cau. poſſ. & prop. & in l. iij. & in iij. no. C. de repud. hæred. & quod no. Bar. in l. poſtquam liti: C. de pact. [Et Hippo. Marſi. in rub. de probat.] Sed reſponde, quòd dato quòd iſtud ſit verum, non tamen facit in propoſito: quia eo ipſo quòd pars vult vti tali cõfeſsione, ſatis dicitur eam acceptare. Nec Bald. requirit quòd acceptetur incontinenti, ſicut nec Cin. in d. l. vnica. in vj. quæſt. & §. declarabo. Contrarium ergo eſt verius: pro qua opinione primò facit, quia confeſsio non inducit nouum contractum, ſed eum qui iam inductus eſt probat, & ſic ſuccedit loco probationis. l. Publia. §. fin. ff. depoſi. Floria. in dicta l. cùm de indebito. §. fin. Doct. in l. inter chartulas. vbi Iacob. Rebuff. C. de iure fiſ. lib. x. Vnde ſicut probatio non requirit acceptationem, imò ex quo dependet à iure publico, ſatis eſt quod inducatur à parte, ita confeſsio ſatis eſt quòd à parte probetur: & eo ipſo quòd pars allegat in ſui vtilitatẽ: dicitur eam acceptare: ſicut in ſimili dicimus de præſumptione legis, quæ etiam ipſa releuat ab onere probandi, ſicut confeſsio, vt habetur in rub. §. de probat. Et ſatis eſt quòd allegetur à parte. l. ſi adulterium. §. idem Pollioni. vbi Bartol. ff. de adulter. Quamuis ergo Docto. antiqui requirant acceptationem confeſsionis, non tamẽ volunt quòd fiat incontinenti: imò ſatis eſt quãdocunque pars alleget, an ea vti velit. Secundo pro iſta opinione adducò doctrinam Bartol. cõmuniter approbatam, in l. admonendi. ff. de iu- 5 reiurando. vbi voluit quòd confeſsio† facta parte, abſente, faciat ſemiplenam probationem: ergo ſi pars ſit præſens, debet plenè probare, quãE uis non acceptata: aliàs ſequeretur abſurdum, quòd plus operaretur ſi fieret parte penitus abſente, quàm præſente. [Accedat quod voluit Imol. in c. ſi cautio. de fide inſtru. quem ibi refert & ſequitur Feli. verſi. vndecimo fallit. & Hippo. in rub. de proba. quòd licet confeſsio facta abſente parte non probet, tamẽ ſi abſente parte aliquis confitetur coram aliquo ſe debere certam pecuniam alicui, & ille coram quo fit confeſsio acceptet pro abſente & nomine abſentis illam confeſsionem, ſe demum abſens ille ratificet, illa confeſsio probat, & obeſt confitenti: quod ꝓbant & confirmant iuribus vt per eos. Adde etiã eũdem Hippo. in l. ſi quis ne quęſtio. ff. de quęſtionib.] Tertiò adduco doctrinam Bart. in l. j. ff. de pactis. vbi ſi promitto tibi præſenti & tacenti, tamen eſt pactum, non pollicitatio: quia lex præſumit tacitum conſenſum, ex quo agitur de vtilitate tua. l. qui patitur. ff. manda. & eſt communis concluſio in rubr. ff. de verb. oblig. Ergo idem debemus dicere in confeſsione, quia pars tacens videtur eam acceptare & conſentire. Et per iſtam rationem hoc tenuit Alex. in d. l. iij. C. de repud. hæred. licet Franc. de Curt. in dicto cõſilio lxxvij. non bene aduerterit ad fundamentũ ipſius. [Sentire etiam videtur Dec. conſi. cxlvj.] Idem expreſſe tenuit Abbas in cap. fina. in tertio notab. de ſucceſſ. ab inteſtat. Socinus in conſilio ccxxviij. Ioan. Bap. de S. Seuerino in repetitione l. admonendi. ff. de iureiuran. vbi dicit iſtud eſſe A de mente omnium Canoniſtarum in d. cap. fin. & puto quòd dicat veritatem, ex quo in illo caſu Doctor. tenent quòd confeſsio plenè non præiudicat, quia incidenter facta, non quia quòd nõ eſſet acceptata. Et ſi huic ſententiæ adderemus auctoritatem Baldi in d. §. quidam rectè. & aliorum in dicto §. ſi quis ſimpliciter. iſta ſecunda opinio quę eſt verior, haberet etiam longè plures auctoritates pro ſe. Bene fateor, quòd quando iudex ex qualitate negotij & perſonarum deprę- B henderet talem cõfeſsionem emanaſſe ioco, vel ſimultate, tunc non probaret. Et iſto caſu procedit quædam ratio Salic. in dicta xv. oppoſi. Circa ſecundum dictum, an confeſsio† acceptata poſ- 6 ſit reuocari, licet Iaſ. in d. l. error. alleget Bald. tenentem quòd non, tamen Bald. & Doctor. nõ ita ſimpliciter loquuntur, ſed volunt, quòd ſi ſit acceptata, nõ poſsit reuocari etiã incõtineti, niſi probato errore. & iſtud eſt verius, & ita etiã tenent Are. & And. Sicu. in d. §. ſi quis ſimpliciter. C & ibi dixi. [Et quod confeſsio acceptata poſsit reuocari probato de errore, tenet etiam Alex. conſi. xcij. lib. v. vbi allegat Bald. in loco hic allegato] Reperitur etiam alius caſus, in† quo lex 7 prę ſumit errorem abſque alia probatione: videlicet in eo, qui recognoſcit rem propriam in emphyteoſim vel cenſum ab alio, etiam ſi ab eccleſia: nam niſi expreſsè conſtet q; iſtam recognitionem fecit, ſciens rem eſſe ſuam, & volens tranſferre ius in alium, præſumetur recognitio per D errorem facta, ſecundum Specu. titu. de locato. verſicu. an quis ſoluens. per Alex. conſ. lxix. in v. & facit q; not. Bar. & Doct. in l. ſi rem aliquam. ff. de acquiren. poſſ. Raph. Comen. conſ. clxv. Gaſpar. cum ſimilibus. [Vide præceptorem meum à Ripa, in d. l. ſi aliquam rem. vbi citat Cor. conſil. cccj. circa primum. lib. j.] Quod intelligo, quãdo conſtaret eſſe recognoſcentis: aliàs eo non conſtito, illa recognitio† faceret præſumi quòd do- 8 minum eſſet illius cui recognoſcitur, niſi probaE retur contrarium, ſecundum doctrinam Bar. in l. cùm falſa. verſic. quid ſi confiteor. C. de iur. & facti ignor. Bald. in l. ſi certis annis. C. de pact. Rapha. Comen. conſi. clxxxvij. in fine. Guid. Papæ in deciſione Delph. quæſt. cclxxij. per totum, cũ concord. per Iaſ. in l. ij. in xvj. quæſt. C. de iure emphy. declarando vt non procedat quoad tertium, vt per Socin. conſ. cclxvj. Cætera dic vt per Bart. in d. l. non fatetur. & Doct. in c. fin. de cõfeſ. [An per recognitionem prę ſumatur & probetur dominium in fauorem concedentis cõtra recoF gnoſcentem, vel eius hæredes, & an contra tertium poſſeſſorem, melius quàm alibi vide Dn. meum à Ripa in dicta lege, ſi aliquam rem.

SVMMÆ.

2 *Pœnam filij homicidæ ad contumacem non porrigi.*

3 *Contumacis inſtrumenta partim irrita.*

4 *Contumacem non infamari, nec damnum præſtare.*

PRÆSVMPTIO XXII.

VIGESIMO SECVNDO ſententia† lata cõtra abſentem, præſumitur potius lata

tione contumaciæ, quàm quòd malam cauſam habeat. l. Papinianus. §. meminiſſe. vbi Bart. & Doct. ff. de inoff. teſt. l. & ideo. ff. de euict. quod dicit Bar. eſſe notandum ad multa. Et hoc primo facit ad id quod no. Bar. in l. cùm filius. in prin.
2 ff. de verb. oblig. vbi ſtatutum †volens partem teneri ad certam pœnam pecuniariam pro filio homicida, non habebit locum ſi filius ſit condemnatus de homicidio in contumaciam, dato quòd ex forma ſtatuti contumaces habeantur pro cõfeſsis, & conuictis. Et ita etiam tenuit in diſp. iii. incip. ſtatuto Peruſinæ ciuitatis. & communiter approbatur, vt ibi per Iaſ. & Corn. conſ. clxxxix. in primo, & conſi. cxliij. in ſecundo. Secundò facit ad id quod no. Bal. in l. fi. C. de fi. inſtr. vbi
3 quamuis † Notarius ſi fecerit falſum in parte inſtrumenti, totum inſtrumentum cancelletur: tamen ſi non conſtat de iſto falſo niſi vigore condemnationis latè in contumaciam propter dictum ſtatutum, cætera ſuſtinebuntur. ſequitur Rimi. in l. ſi ex falſis. C. de trãſa. vbi declarat hoc dictum. Tertiò facit ad id quod no. Albe. de Roſa. in l. ex ea. ff. de poſtu. vbi ſi aliquis bannitus commiſit delictum irrogãs infamiam, etiã quòd tendat extra territorium, tamen ſemper eum infamia ſequitur, ſicut lepra leproſum. Si verò nõ
4 † conſtat de illo delicto niſi per contumaciam, non erit infamis neque in ipſo territorio, prout latius firmat Bar. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infa. Alex. conſi. cxiiij. in ij. vol. Et vltra præ- C
dictam rationem aſsignatur alia ratio: quia talis cenſetur bãnitus potius vigore ſtatuti, quàm ex lege publici iudicij, ex quo omnia ſtatuta ſunt leges priuatorum iudiciorum, ſecundum Bald. Ang. Sal. & Rom. in l. ij. C. qui teſt. fac. poſſ. cum concord. per Corn. conſi. xlij. in j. vol. vnde tales non cenſentur infames, nec continentur in l. j. ff. de his qui not. infam. quæ lex loquitur de dãnatis ex publico iudicio. Et propterea inferũt, quòd bona talium condemnatorum, in conſe- D
quentiam condemnationis, nõ cenſebuntur applicata fiſco. prout etiam tenuit Ange. in authẽ. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. Eſt verum quòd contra hanc rationem tenet Areti. in l. eius qui. §. j. ff. de teſtam. quia licet ſtatutum imponat nouam pœnam pro crimine publico, non tamen tale iudicium ideo deſinit eſſe publi cum, ſecundum Bart. in l. j. ff. de publ. iud. & videtur ſtatutum ſubrogari loco iuris communis, & habere eoſdem effectus, vt ibi per eum. Vnde E
melior eſt ratio, quia d. l. loquens. de condemnato, debet intelligi de condemnato verè, non per fictionem ſtatuti. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. ge.
5 Quartò facit, quia † ſi ſtatutum velit damnũ emẽdari, debet intelligi ſi prius conſter de dãno illato, non autẽ fictè per contumaciã accuſati: ſecũdum Rayn. de Forli. in l. ij. ad fin. ff. ad Sillanian. quẽ refert & ſequitur Bal. in l. ſi quando. C. vnde vi. Quintò facit, quia vbi ſententia eſt lata ſecun dũ poſitiones cõfeſſas ex cõtumacia, poteſt pars F
probare contrariũ: ſecus ſi ſit lata ex confeſsione vera, ſecundũ Ant. in c. fi. ſ. de cõfeſſ. arg. glo. in c. ex tuarũ. de purg. cano. & idẽ tenet Imo. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. & latè per Frãc. de Aret. conſ. clxvij. viſa conſultatione. in primo dubio. Sextò facit, quia talis † ſententia lata ꝓpter
6 contumaciã, non parit præiudiciũ in alia cauſa, etiã inter eaſdẽ perſonas. l. ij. §. diuus. & l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fiſci. Quod nõ eſſet, ſi fuiſſet lata propter malam cauſam, vt per Bal. in l. ij. C. de eden. Corn. conſi. ccxj. in fi. in iij. vol. vnde etiam talis ſententia nunquam præiudicat alteri, etiam in caſibus in quibus aliàs præiudicaret. l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoff. teſt. & d. l. & ideo. ff. de euict. glo. in §. fi. inſt. de noxa. Bar. in d. l. cùm filius. Bald. in l. j. in vj. q. C. ne fil. pro patre. Declaratur ſupradicta præſumptio, vt licet talis contumax non præſumatur ſuccubuiſſe ꝓpter malam cauſam, ſed propter contumaciam, habeat tamen contra ſe etiam aliquam preſumptionem malæ cauſæ. argu. ca. nullus. j. eod. vbi præſumitur contra eum qui dilationibus quærit ſubterfugere iudicium. Et facit illud quod notabiliter dicit Bal. in l. j. C. de hær. inſt. vbi ſi aliquis ſit bannitus in contumaciam pro aliquo crimine, deinde admittatur ad nouas defenſiones, ſuberit tamen contra eum aliqua ſuſpicio delicti, & propterea, † etiam ſine alio indicio, pote- 7
rit torqueri. argu. l. milites. C. de quæſt. l. ij. & iij. ff. de requir. reis. quod nota in practica.

SVMMÆ.

1 *Nocendi animum non præſumi quandoque ſecus.*
4 *Frater ex cauſis non vendit partem.*

PRÆSVMPTIO XXIII.

VRIGESIMOTERTIO præſumitur † ſi quis aliquod opus in ſuo a- 1
gat, non nocendi animo facere. l. fluminum. §. fin. & l. ſequen. ff. de damno infect. Quod intellige ꝓcedere, quando tale opus ſibi facienti prodeſt: aliàs ſi nihil ſibi prodeſſet, & alteri noceret, prſumeretur facere vt noceat, & non permitteretur, quia doloſè ageret, ſecundum Io. Fab. inſtit. de leg. Fu. Cani. tol. & l. j. §. deniq; Marcellus. ff. de aq. plu. arc. & ita intelligitur l. domum. ff. de reg. iur. & idem tenet Imo. in l. ſi in eo fundo. ff. de aq. plu. arc. Et iſtud etiam voluerunt Ci. Ray. & Sal. in l. altius. C. de ſerui. & Pau. de Ca. in l. cũ eo. ff. de ſer. vr. præd. Bar. Veronẽ. in tract. de ſer. vrb. præd. tit. de ſolo ſeu area. verſi. ſecundo fallit. & per Alex conſi. clxxiiij. in ij. vo. Et hoc eſt vtile ad multas quæſtiones, de quibus ibi per eos. Et puto quòd etiam quẽlibet leuis vtilitas † 2
erit conſideranda, ad finem quòd iſte permittatur facere in ſuo quod vult. arg. l. res bona fide. vbi. glo. ff. de contrah. emp. & l. quamuis. C. de diſtr. pig. Et ita intelligitur regula. l. nullus videtur. ff. de regu. iur. nam iniuriam alteri non facit, qui vtitur iure ſuo. Sed ſi aliqua vtilitas ſibi non reſultet, non dicitur vti, ſed abuti ad nocumentum tertij. [Materiam huius præſumptionis & limitationis eius, & quicquid his traditur, latius multò & copioſius quàm hic tractat Dn. meus à Ripa, in l. quo minus. ff. de flumi. in illa quæſti. Bart. an liceat domino fundi ſuperioris ædificare ibi molendinum, cum damno molendini inferioris, cui aufertur vel diminuitur aqua. Vide ibi omnino copioſè plures concord. & auctoritates.] Quid autem ſi ex tali facto alteri reſultaret aliqua vtilitas, licet ſibi non reſultet? Putarẽ licitũ eſſe † facere in ſuo, licet alteri inde noceat, 3
l. cùm in fundo. §. j. verſicu. quòd ſi vxor. ff. de iure dot. Nec obſt. text. in l. virilis. §. ſi adierit. ff. de legatis præſtan. quia reſpondet Ioan. Fab. quòd ibi ille faciebat principaliter vt noceret huic, ſed non prodeſſet alteri. Sed iſtud mihi non placet, quia

quia diuinat. Vnde dic, quòd in iſto caſu ille nõ vtebatur iure ſuo, ex quo edictum prætoris ſimpliciter illi conſeruauerat portionem ſuã, vt ſibi prodeſſet, non vt alteri. Et propterea ſi admonitus adiit hæreditatem vt noceat emancipato, debet teneri de dolo, licet profit ſeruis. Pro opi. tamen Io. Fab. facit quod no. Bal. in l. j. in pen. quę.
4 C. qui teſta. fac. poſſ. vbi dicit, quòd ſi vnus † frater vult extraneo, puta Venero, vendere partem ſuam caſtri, ſi principaliter hoc facit ad æmulationem alterius fratris, non poteſt, nec valet vẽditio. l. quicunque caſtellorum. C. de fundo limitro. lib. xj. & in ſimili quod notant Bart. Pau. de Caſt. & mod. in l. ij. C. ne fiſc. vel reſpub. & Ia. in l. ſerui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. Sed reſponde, quòd illud procedit in caſtellis, quæ natura ſui præſtant magnam ſecuritatem volenti offendere, præſertim quando ſunt limitropha, vt ibi dicitur: vnde illud non eſt trahendum generaliter ad quaſlibet res, prout ſatis ſentiunt B
Doct. in d. l. ij. & in d. l. quicunque. Cætera dic vt per Io. Fab. in dicto loco, & Bart. in l. ij. ff. ſoluto matrimo. Ludo. Roma. in dicta l. fluminũ. §. fin.

SVMMÆ.

2 *L. Aducrſus. C. ſa. ercif. explicari.*

PRÆSVMPTIO XXIIII.

VRIGESIMOQVARTO Verberans C
ſeruum communem, non præſumitur id facere cauſa iniuriæ alterius dõmini, ſed potius iure ſuo. l. item apud Labeonem. §. ſi commu nem. ff. de iniur. Idem in fructuario vel proprietario tantùm, vt ibi. quod tamen puto intelligẽdum, niſi ex qualitate verberum aliter eſſet coniecturandum, per ea quæ in ſimili not. Alexand. conſil. ciij. in primo. & ſuprà diximus. facit text. in l. j. C. de emenda. propinq. & glo. in l. nullus D
videtur. ff. de reg. iur. vbi licitum eſt propin-
1 quo, † verberibus corrigere minorem, dum tamen non excedat ex facti atrocitate, quia tunc hoc pertinet ad iudicem: & vidimus ſuprà in prima regula. Et ædde etiam tex. in l. aduerſus. C.
2 fam. ercif. † vbi non datur actio expilatæ hæreditatis aduerſus eohæredem, quia lex præſumit quòd acceperit bona hæreditaria ratione partis ſuæ, non malo animo ſubtrahendi.

SVMMÆ.

2 *L. fi. C. de pigno. ſenſus.*

PRÆSVMPTIO XXV.

1 VIGESIMOQVINTO Preſumit † quis militare ex pecunia patris vel affiniũ.
2 l. fi. C. de pigno. † vbi ſi quis habens omnia ſua obligata, emit militiã filio vel cognato, poteſt creditor intentare ius hypothecæ, contra talem, quià lex præſumit emptam de pecunia ſua: de quo etiam per Bartol. in l. Imperator. §. fin. in fin. ff. de legat. ij. Quod hodie declaratur per auth. ibi poſitam, vt procedat quando creditor ad hoc mutuauerat pecuniam, vt emeretur militia: alioqui regula eſt, quòd res
3 † empta de pecuniis meis, mihi obligata non eſt, nec in eã ſum potiõr iure hypothecæ. l. quamuis ex ea. C. de pignor. præterquam in certis caſibus, de quibus in l. interdum. ff. qui por. in pig. hab. per Cepoll. cautel. cxxiiij. vulgata eſt regula. & habetur in tractatu clauſularum Vitalis, in verbo, & ſpecialitate obligauit. Et latiſsimè per Alexan. poſt alios in l. ſi cùm dotem. §. fin. ff. ſol. matr. & præceptorem meũ à Ripa melius quàm alibi vſpiam. in l. fenatuſconſult. quæ eſt l. j. ff. in quibus cauſ. pign. vel hyp. tacit. contra. vbi tradit hanc regulam, & multas limitationes.

SVMMÆ.

A
1 *Vxor ex bonis viri non quæſtiße præſumenda ex cauſis.*
5 *Mulieri in acquiſitionibus ex cauſis credendum.*

PRÆSVMPTIO XXVI.

VIGESIMOSEXTO præſumitur vxor quicquid acquiſiuit conſtante matrimonio, acquiſiuiſſe de bonis mariti, ratione turpis quæſtus B
euitandi. l. Quintus. ff. de donat. inter virum & vxo. l. etiam. C. eod. c. ſignificauit. j. eod. tit. Et propterea talia bona erunt mariti, ſeu eius hæredum. [De materia huius præſumptionis vide per Dec. conſil. ccxxxvij. in caſu propoſito.] Declara † primo iſtud non proce- 1
dere in cõcubina, quia lex facilius præſumit tut pem quæſtum in tali, quàm in vxore: & meritò d. l. Quintus. videtur præcisè requirere, quòd ſit vxor: & iſtud ſuadet eius ratio: & facit, quia dato quòd talia bona perueniſſent à concubinario, non tamen deberent ita ſimpliciter illi reſtitui, quia inter eos eſt permiſſa donatio, niſi ſit miles vel Doctor. l. ij. C. de donat. inter vir. & vxo. Bart. in l. affectionis. ff. de donat. in l. miles ita. §. mulier. ff. de teſtam. milit. Modern. in l. miles. in prin. ff. de re iud. Contrarium videtur de- 2
cidere Bal. in l. j. per illum text. C. de natur. libe. vbi notat, quòd concubina præſumitur acD
quiſiuiſſe ex bonis amaſij. Sed Bal. ibi loquitur non de præſumptione legis quæ transfert onus probandi, ſed de præſumptione hominis ſeu cõiectura, quæ arbitratu iudicis poſſet eſſe ita efficax, quòd faceret ſufficiens indicium ad torturam. Et ita loquitur d. l. j. & ſic debet intelligi quod not. Franc. de Crem. in ſing. vj. & Bal. in l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. & Andr. Sic. in c. j. in ſecundo not. de pecul. cler. Secundò declara, vt non procedat in vidua ementeE poſt annum luctus ſecundùm Angel. conſil. cxlj. ſiper primo. aliàs ſequeretur ſecũdum eum, quòd nulla mulier poſſet acquirere tutò, niſi oſtenderet vnde pecunia prouenerit. Et ita etiam debet ſaluari quod not. gl. in d. l. Quintus. & Baldi in d. l. cùm oportet, & in l. fin. C. de pignor. & in conſ. clxiiij. à libello in iiij. vol. & eſt de mente Alber. in d. l. etiam vbi diſtinguit, an mulier incontinenti poſt mortem viri emat, an ex interuallo. Intellige ergo incontinenti, intra annum luctus. ſequitur Cremen. in d. ſing. vj. [Adde Decium conſilio præallega. ccxxxvij. & melius per Dn. meum Fran. à Ripa in l. fœminæ. C. de ſecũ. nupt. quam lecturam inter opera de ſecundis nuptiis quę aliàs cõgeſsimus, adpoſui, vbi quicquid in hac limitatione traditur, abundè pertractat.] Quod procedit, quando non eſſet aliqua alia coniectura, per quam veriſimile eſſet etiam emptavltra annum luctus fuiſſe de bonis mariti: aliàs adhuc iſta præſumptio militaret, dato etiã quòd ad ſecunda vota tranſiuiſſet, declarando vt

per Angel.in d.consilio cxlj. Tertiò intellige, q̃ ad hoc vt præsumptio procedat, agenti incumbit onus probandi quòd acquisiuerit constante matrimonio, vel intra annum luctus: aliàs præsumptio non procederet, secundum Salic. in d. l. Quintus. & in d. l. etiam. Quod puto verum. quia isto casu intentio agentis fundat se in tempore, vnde ipse debet probare, iuxta notata in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nũtia. Et quia, vt suprà diximus, in definitione signa vnde oriuntur præsumptiones, sunt probanda. & istud satis voluit Bal. in l. si vxorem. C. de condit.inser. & Alexan. consilio xlij. in quinto. Contrarium consuluit Aret. consilio xxj. & est de mente Huberti de Bob. quem refert Alber. de Rosa.in d.l. etiam. Sed ista opinio posset procedere, quando constat ex qualitate personæ & facultatum, talem mulierem verisimiliter nõ potuisse habere ante tempus constantis matrimonij vnde acquireret: de quo etiam per Alex. in d. consilio xlij. faciunt in simili not. per Abb. & Doct. in dicto c. j. de pecul. cleric. Quartò declara supradicta secundum Bald. in l. si vxorem. C. de condit.inser. procedere quo ad ipsum maritum seu eius hæredes, qui possunt opponere vxori quòd dicta bona sunt quæsita de bonis ipsis mariti: secus quo ad extraneum. per not.in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. sequitur Alexan. in l. qui iure. ff. de acquir. possess. [Et idem Alex.consil.cj. super primo dub.lib. vij.] Sed ista opinio restringit textum in dicta l. Quintus. & verius videt, q̃ quilibet ciuis cuius interfit, possit opponere, ex quo ista præsumptio non est inducta ita demum, si maritus velit, sed generaliter vt euitet mala suspicio. faciũt not. per Bar. in l. ij. ff. de excep. rei iud. [Vide etiã Decium hanc sententiam amplectantem in præalleg. consi. ccxxxvij. & finali.] Confirmatur, quia dato quòd maritus consentiret non esse quæsita de bonis suis, tamen talis consensus nõ deberet præiudicare illi tertio: quia talis cõfessio est inter personas prohibitas, vnde nemini præiudicat. l. qui testamentum. ff. de prob. & infrà etiam aliquid dicam. fa. gloss. in l. scripturæ. C. de fide instru. Quintò declarat idem Bald. in d. l. si vxorem non procedere istam præsumptionem quo ad possessorium, quia in possessorio iudicio mulier obtinebit, nec in eo inquiremus de hac præsumptione. l. fi. C. quor. bon. fa. quod not. idem Bald. in dicta l. cùm oporteat. vbi filius famil. habitans seorsum à patre, est tutus in possessorio, q̃ bona quæ possidet non sint profectitia. Intellige dictum Bald. quando vxor sola possideret: aliàs si possideret cum marito, præsumeretur potius possessio mariti, & ipsam possidere iure familiaritatis, secundũ Alex. post alios in d. l. qui iure. & quod not. Bald. in d. l. ob maritorum. vbi res quæ sunt in domo viri, præsumuntur ipsius, propter præeminentiam, non vxoris. Considera quòd hęc est magna ampliatio ad dictam l. qui iure. vt ille qui habet titulũ, præsumatur adhuc possidere iure familiaritatis, quãdo titulus ille iuris præsumptione ad alium spectabat. Sextò non procedit quando constat quòd mulier aliũde habebat vnde potuit acquirere: puta quia habebat multa bona vltra doralia, vel erat negotiatrix, secundũ Bald. in d. l. cùm oporteat. Roma. consi. clix. super eo. Alexan. cons. xl. in iij. Nam in isto casu cessat turpis lucri suspicio. meritò ergo debet cessare ista præsumptio. Et idem etiam videmus in prælatis, de quibus in c. j. de pecul. cleric. Adde tamen, quòd in mullere negotiatrice ista declaratio videtur dubia, ex quo mulier tenet operari viro. l. sicut. ff. de oper. lib. l. sed si vir. in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor. vnde videretur quòd omne hoc lucrum tanquam ex operis debitis marito, esset mariti, prout est de mente Practici Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, tãquam bona paraphernalia. Vide etiam Alex. cõs. ccix. ponderatis his. lib. vj.] Puto opin. Bald. veriorem: quia licet vxor teneatur operari viro, nõ tamẽ tenetur negotiari pro eo. Vbi vero sors esset mariti, fortè opinio alia procederet: & si in hoc esset aliqua consuetudo, ea deberet attendi, secũdum Hostien. & cæteros in d. c. significauit. j. de donat. inter vir. [Adde etiam Alex. melius quàm alibi, in cons. cxxxiij. verè crudelis. lib. iiij. vbi egregiè pluribus arg. firmat quòd ea quæ vxor ex negotiatione, arte vel mercantia acquisiuit, esse sua, & non acquiri marito: nec teneri eam negotiari pro marito. Et abundè etiam D. meus à Ripa. responsorũ lib. iij. cap. iiij. quẽ omnino vide.] Septimò intellige supradicta per viam præsumptionis, quæ oritur in casu dubio. Sed si simus in claro, puta quia mulier asserat se etiam illa bona lucratã ab amasio, & probet, tunc cessat præsumptio, vt probatur in d. l. Quintus. & per Ang. in re per. l. sciendum. ff. de ver. obli. Et firmat Prac. Papien. in loco §. alleg. & Guid. Pap. q. ccccxlviij. in fi. Et addunt rationem, quia datum mulieri etiam ex turpi causa, fit ipsius mulieris. l. denique. §. sed quod meretrici. ff. de condit. ob turp. caus. l. ij. & l. mercalem. C. eod. Sed illa iura loquũtur in muliere cum qua licitus sit coitus, nec punibilis. l. Iulia. de quo per Modern. in l. si qua illustris. C. ad Orficia. aliàs ista lucra applicarentur fisco, vt per Angel. in d. l. ij. & Ias. in d. §. sed quod meretrici. Idem est, si mulier probet se aliunde lucratam quàm ab amasio, putà quòd frater suus sibi donauerit, secundum Fulg. cons. cxcviij. in quæst. proposita. Nam non præsumeretur fratrẽ fuisse interpositam personam, sed potius verè sibi donasse, secundum eum. Idem tener Alber. in d. l. etiam. Quòd fortè non procederet in extraneo: arg. l. fin. C. de pig. & quia extraneus eo ipso quòd donat vxori alienæ, inducit malam præsumptionem: vnde potius credendum est, quòd adhuc pecunia peruenerit à viro, & ipse sit interpositus per fraudem mulieris: in quo tamen bonus iudex arbitratur. Octauò intellige supradicta, vt quamuis mulier præsumatur emisse de bonis viri dominium tamen non transeat in maritũ vel eius hæredes, sed solùm teneatur mulier actione personali ad pretium, secundum Bartol. in l. & si instrumenta. per illum text. C. de fide instru. lib. x. Bald. consilio lxvj. punctus talis est in lib. catasti. in v. Signor. de Homod. cons. cxxij. factum sic præsupponitur, quędam. & in cõs. cxxvj. A. habens. [Ita etiam vult præceptor meus à Ripa, in l. fœminæ. lib. iij. cap. iiij.] Sed in contrariũ facit quod not. Huber. de Bob. quẽ sequitur Alber. in d. l. etiã. vbi voluit quòd ista præsumptio operetur pro marito agente contra eum cui mulier vẽdidit, ex quo talis in eius locum succedit: regula, is qui jn ius. de reg. iur. in vj. Ergo sequitur, quòd non teneatur simpliciter actione personali, quia illa non transiret in emptorem. l. fi. §. fi. ff. de contrah. empt. Et idem est de mente Abb. & Moder. in d. c. ij. vbi dicunt, quòd marito competit rei vendicatio. Sed respondeo, quòd

Bart. loquitur de re, quam constat fuisse emptam à muliere. Nam licet pecunia sit viri, non tamen res. l. j. & l. multùm. C. si quis alteri vel sibi. Sed dictum Alber. debet intelligi quando non constat rem fuisse emptam à muliere: quia tunc præsumitur rem ipsam, quo ad dominium, pertinuisse ad maritum. d. l. Quintus. Nonò declara supradictam præsumptionem, vt cedat fortiori præsumptioni, iuxta l. diuus. ff. de in integ. rest. secundũ Andr. Sicul. in d. c. j. in ij. notab. Pro quo facit q̃ ibi dicunt But. & Anch. dum volunt d. l. Quintus non procedere quando mulier esset diues, quæ nupsisset alicui pauperi: nam tunc præsumeretur potius acquisiuisse de suo. & hoc satis probatur in d. l. Quintus. & ex supradictis. Decimò declara supradicta, vt procedant etiam si maritus confiteretur esse lucrum mulieris: quia adhuc staret præsumptio, ex quo talis confessio inter personas prohibitas non releuat. d. l. qui testamentũ. ff. de probat. & propterea conferetur maritus donare: vnde non staretur huic confessioni, nisi esset confirmata per mortem, secundum Bald. in d. cons. lxvj. in quinto. Potest dubitari de ista decisione, quia contrarium tenet Sali. in l. cùm propria. per illum text. C. si quis alt. vel sibi. in fin. Non obstat l. qui testamentum. quia donatio inter virum & vxorem est probibita: & consequenter, si maritus donat rem suam, non tenet donatio. Sed in casu nostro non constat, quòd sit sua, & sic cessat prohibitio. Et si dicas, constat saltem per præsumptionem d. l. Quintus. respondeo, q̃ non videtur minus efficax cõtraria præsumptio oriens ex cõfessione mariti, cuius principaliter interest, prout voluit Bal. in d. l. si vxorẽ. de quo suprà. Puto considerãdos tres casus. Primus est, cùm pecunia numeratur per vxorem ementem suo nomine, & maritus fatetur esse vxoris, tunc stabitur confessioni in præiudicium mariti. l. si mater. vbi Sal. C. de contrah. empt. Alex. consil. xxiiij. in j. Soc. cons. lxv. vers. vigesimo. [Ita etiã consuluit Dn. meus à Ripa, respon. lib. iij. ca. iiij. vbi vult cessare præsumptionem d. l. Quintus. quando mulier emit de propriis pecuniis, præsente & consentiente marito, & licentiam acquirendi dante: & vide ibi latissimè de materia huius præsumptionis.] Secundus casus est, quando ipse maritus emit nomine vxoris, & fatetur pecuniam vxoris: & tunc non stabitur illi cõfessioni, quia præsumeretur maritus donare. d. l. cùm propria. l. si non verum. l. si filij. in verb. non donandi animo. C. de dona. inter vir. & vxor. vnde non conualidabitur nisi per mortem, prout cæteræ donationes. l. cùm hic status. ff. eod. tit. Bal. in d. cons. lxvj. vel per iuramentum. secundum not. per Moder. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Et est ratio, quia ex quo maritus numerat pecuniam, lex præsumit eam numerantis, l. ij. p soc. vbi Bart. vnde confessio sua aduersus præsumptionem legis inter personas prohibitas nõ tenet. d. l. qui testamentum. [Ista omnia etiam egregiè tradit Dn. meus à Ripa in d. c. iiij. respõs. lib. iij.] Et propterea idem esset etiam si ipsa vxor emeret nomine suo, dummodo pecunia numeretur à marito, per supradictam rationem. Tertius casus est, quid iuris respectu tertij? Et in vtroque casu dicendum est, talem confessionem non præiudicare tertio creditori mariti. arg. §. a. liud. vers. si verò nõ fuerit. in auth. de æqual. dot. vbi si maritus confiteretur in instrumento augmentum dotis, licet talis confessio sibi præiudicet, non tamẽ præiudicat creditoribus. Sequitur Salic. in d. l. si mater. Et istud tantò magis procederet stante statuto, quòd ad remouendas fraudes quæsita per vxorem acquirerentur marito: nam tale statutum non fundaret se super ratione l. Quintus. sed propter tollendas fraudes maritorum, qui, vt circumueniant creditores, faciũt quòd instrumenta acquisitionum cantent in persona vxoris: nam tunc quo ad creditores sine dubio eorum confessiones nihil operarentur, per supradicta. [Alias limitationes in quibus nõ procedit dispositio dictę l. Quintus. vide per Neuezanum in sua sylua nuptiali.

SVMMÆ.

1 *Dolo ex causis vtendum.*

PRÆSVMPTIO XXVII.

VIGESIMOSEPTIMO præsumitur † non committere dolũ, † qui fraudem excludit. l. cùm pater. §. Titio. in fin. ff. de leg. ij. fa. quod not. Corn. cons. lij. in ij. vol. vbi non videtur dolo egisse, qui clàm renuntiauit alicui iuri, sub fiducia, ne tale ius veniret in compromissum, q̃ erat incontinenti facturus. Quod fit quotidie in his qui dubitant propter magnos fauores partis, vel ex alia causa. Et facit etiã glo. in c. cupientes. de elect. in vj. & in c. dominus. xxiij. quæst. ij. cum simil. vbi licet habẽti bonam causam vti fraudibus, ad excludẽdas fraudes alterius partis. de quo etiam per Corn. cons. vj. in iij. And. Sic. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. & talis dolus dicitur bonus, & solertia, non autẽ dolus malus. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. Et facit q̃. Archid. xxij. q. ij. vtilem. & Ias. in l. si mora. in iij. notab. ff. sol. matr. vbi loquuntur de quodam Papa, qui simili dolo extorsit confessionem simoniæ ab aliquo episcopo. Et quod de Carolo rege notat And. de Isernia, in c. vnico. §. publici latrones. in fin. de pace ten. & eius viol. Vide And. Sicul. in repet. l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. Ias. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Facit etiam quod not. Bald. in l. addictos. C. de epis. audien. vbi dubitat, nunquid baruarij præsumantur vti simili dolo, qui aliquem reum interficiunt, dum timent ne sibi per vim eripiatur: vbi tamen concludit quòd nõ licet. Et ad supradicta facit regula, quòd dolus cum dolo compensatur. l. viro atque vxore. ff. sol. mat. l. domũ. in fin. ff. de contrah. empt. de qua dicendũ est vt per Modern. in l. fina. §. sed & si stipulator. ff. de eo per quem fact. erit. Et ista præsumptio facit ad istas sponsiones, quæ fiunt quotidie ludendo, in quibus ex natura actus videtur licita esse captatio verborum, & sunt stricti iuris. l. si rem. §. fi. ff. de præscrip. verb. Et facit etiã ad quæst. an iudex debeat seruare reo fidem, cui promisit impunitatem, si confiteretur. Et videtur quòd nõ, vt per Gemin. in c. nos in quemcunque. ij. & Fel. in c. afferte. j. eod. & in c. accedens. vt lite nõ contest. facit quod not. Bald. in c. j. §. fin. de pace iura. firma. & facit etiam glo. in §. neq; autem. in verbo, homicidis. in authẽ. de mand. princip. Petrus & Cin. in l. præsenti. in fin. C. de his qui ad ecclesiã nõ cõfug. Et est ratio, quia talis promissio nõ est dependenti à voluntate judicis, qui non debet per hoc posse alterare ius publicum. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsid. Est verum,

quòd si coniectarerur illam confessionem emanasse sub spe illius promissionis tãtùm nó quòd ita se veritas haberet, tunc non esset standum tali confessioni: quia confessiones reorum non semper pro exploratis criminibus habentur. l. j. in fin. ff. de quæstio. Et ita intelligo quod notant Moder. in l. ea est natura. ff. de reg. iur. [Aduerte quod licet iudex non debeat ei dare impunitatem, non tamen ex tali confessione ita dolosè extorta venit aliquo pacto condemnandus, vt egregiè & per multa fundamenta consuluit Io. de Imo. consi. cix. visa inquisitione prædicta refert & sequitur & illius fundamenta recitat Hippol. Marsil. in l. j. §. quæstioni. ante fin. ff. de quæstio. & singul. ccj. in consessum. & in l. si quis obrepserit. ff. de falsis. & in rubr. de probat. vers. item scias quòd confessio debet esse pura, &c.

SVMMÆ.

3 *Feudum pacto antiquum ex causis non efficit.*

PRÆSVMPTIO XXVIII.

1 AIGESIMOOCTAVO Feudum † in dubio præsumitur antiquum, non autem nouum. c. j. §. j. de succes. fratrum, seu grad. succes. in feud. quem ibi not. Bald. & tex. in c. j. vbi Aluar. post alios, si de feu. fuer. controuer. inter domi. & agnat. Et dicit ibi Iacob. de Beluis. & Nicol. de Neap. quòd benignior præsumptio est, ex quo constat quòd fuit feudum, præsumere potius quòd sit antiquum, quàm quòd sit nouum, vt agnati succedant, qui aliter excluderentur, vt ibi per eos. [Contrarium videtur tenere Matthæus de Afflictis, in commentariis constitutionum Neapoli. in tit. de succes. nobiliũ. rub. xxvj. dicens, quòd in dubio feudum præsumitur nouum, nisi sint indicia quòd sit paternũ: & quòd indicium erit, si probetur antiquitas tẽporis. Item si probetur quòd pars feudi est antiqua, quia tunc ratione partis præsumitur idem de toto. & mouetur in his auctoritate Bal. & aliorum. Dic vt per eum. [Et ex his infertur, quòd si prælatus inuestiat aliquem in feudo, & asserat esse antiquum, quòd stabitur tali confessioni, & valebit inuestitura, licet si esset nouum non valeret. Et est ratio, quia statur confessioni prælati in præiudicium ecclesiæ, quando cum illa cõfessione concurrit præsumptio iuris. c. si diligẽti. vbi Abb. in tertio notab. j. de præscript. ca. j. de cãpell. monacho. & ita resident aliqui Moderni. Sed aduerte, quia contrarium tenuit Bal. in procem. feudo. in tertia diuis. quia non statur
2 † assertioni simplici contrahentiũ, vbi actus per talem confessionem fieret licitus, quia aliàs esset illicitus. l. si fortè. vbi Bart. ff. de Castren. pecul. l. si donatione. C. de collat. sequitur Mart. de Laud. in c. j. qui feud. dare poss. Imol. in c. ij. j. de feud. Alex. cons. x. ponderatis. in iij. vol. Et istud procedit, etiam si prælatus cum capitulo iurasset, secundũ Ias. post alios, in d. procem. feud. Et istud tenendo, quod videtur verius, potes respõdere ad argumentum contrarium, negãdo quòd confessio prælati sit cõformis præsumptioni iuris. Nam ad hoc vt præsumptio ista habeat locũ, requiritur quòd cõstet de possessione anteriore: & sic si inuestitus probaret, q. ante illam confessionem possideret, tũc procederet præsumptio:

A & ita propriè loquuntur iura suprà allegata. Et isto casu vera est opinio Modern. aliàs si dominꝰ possideret, tunc cessat præsumptio. c. j. de conten. inter me & do. Alex. in d. cõs. x. & Moder. in d. procem. Et idem credo, quando non constat an dominꝰ, an vasallus possederit: quia licet hodie vasallus habeat, non præsumetur retrò, vt not. in l. ex persona. C. de probat. & ś. diximus in secunda principali regula, & probatur in d. c. j. de conten. inter me, &c. vers. alioquin. nisi probet paterB num. Et cùm supradicta procedant per viã præsumptionis, sequitur q, si probaretur contrariũ, probatio præualeret, vt habetur in dictis iurib. Quod intellige, nisi cõcessio feudi esset facta cũ clausula, quòd concedit iure antiqui & paterni feudi: nam tunc, dato quòd feudum esset nouũ, haberet tamen effectus omnes antiqui feudi, secundum Bald. in c. j. de alie. feudi pater. cũ multis concord. per Franc. de Cur. cons. xlix. vers. v. & fortius. & in vers. ad quintum. & est communis opinio. [An feudum nouum concessum cum clausula, iure feudi paterni & antiqui, &c. habeat effectus feudi antiqui, vide post alios hîc allegatos Franc. Cur. iuniorem in suo trac. feud. in viij. q. primæ par. vbi melius quàm alibi hęc quęstio examinatur, & concludit communem esse q, sic. & vltra hic allegata, etiam allegat Aret. cõs. pen. & Alex. cons. lv. perspectis. in iiij. vol. & cõs. j. in v. & cons. xxix. eod. lib. Vide etiam D. meum à Ripa, in l. j. ff. de lega. j.] Pro qua facit, quia princeps concedendo feudum nouum iure antiqui & paterni, satis ostendit se tribuere illi iura antiqui feudi, licet non sit, arg. l. j. C. de iur. aur. anul. vbi si liberto concedit ius ingenuitatis, vult eum perinde haberi ac ingenuum, licet non sit. Nam aliud est esse feudum antiquum, aliud cõcedi iure antiqui. Limita tamen hoc non† procedere, 3
quando concedens non haberet potestatem ita paciscendi, pura in episcopo, secundum Bald. in D d. tertia decis. Paul. de Cast. cons. clvj. quòd istud feudum. Alex. in d. cons. x. [Ita etiã limitat Franc. Cur. iunior in suo egregio tractatu feud. in viij. q. primæ par. nu. xj. in fin. & nu. xij. cum seq. vbi etiam exemplificat in episcopo, & ibi etiam sublimitat hanc limitationem. Vide omnino.] Idẽ si inde oriretur aliquod præiudicium tertio, vbi dominus non intenderet præiudicium. arg. c. primi, de vasallo decrep. æta. & c. j. an agna. vel fil. Bald. in l. j. q. xlj. ff. de rerum diui. Alex. cõs. xxx. E in primo vol. vbi si princeps concedit feudũ antiquum iure feudi noui, per talem concessionẽ non præiudicatur tertio, & sic agnatis, quò minus succedant in tali feudo. [Ita etiam tradit Frã cis. Curt. iun. in tract. feud. in viij. q. primæ partis.] Limitatur etiam, quando clausula illa nõ esset prolata per verba dispositiua seu concessiua, sed princeps simpliciter fuisset confessus feudũ esse antiquum. Nam cùm confessio nihil inducat de nouo, sed inductum probet. lege Publia. F in princip. ff. depos. probato quòd feudum esset nouum, staretur probationi veræ aduersus confessionem, vt per Bartol. & Paul. in l. cum falsa. C. de iur. & facti ignor. Et secundum has limitationes potest etiam intelligi quod notant Paulus de Castren. & Alexand. in d. consilio, & Oldra. consil. clxxviij. quidam nobilis. aliàs malè loquerentur. [Et Alb. de Rosa. in suo dictionario, in verb. feudum.] Et respondè ad rationes contrarias, vt per Francis. de Cur. in consilio prælegato.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Furtiuum ex causis non dici etiam conceptum.*

PRÆSVMPTIO XXIX.

IGESIMONONO Quamuis res furtiua in domo reperiatur alicuius, non tamẽ præsumitur ille esse fur, nisi concurrentibus aliis coniecturis. l. inciuilem. vbi gloss. Bar. Bald. & Paul. C. de furtis. Bald. & Imol. in l. fina. A ff. de hær. instit. Salic. in l. fin. C. de quæst. Ang. in tract. malefic. in verb. & vestem cœlestem abstulit. [Cum aliis pluribus concord. allegatis per Hippol. cons. liij. misericordia. & eundem cons. lxxij. munda. & in l. qui falsam. ff. de falsis. & in sing. cccxcij. aduertas. in quibus locis multa cõgerit ad hoc, quòd si res furtiua fuerit reperta penes aliquem virum bonæ famæ & non solitum fateri, non præsumitur ille fur esse. Secus si reperiatur penes aliquem malæ famæ & conditiõis, B quia tunc præsumetur fur, quæ præsumptio sufficiet ad torturam, secundum Bar. in l. fi. de quæstio. & alios in variis locis, vt per Hipp. latisi. vbi suprà.] Et propterea, quamuis aliquis emerit rem furatam, non tamen tenetur furti, nisi scienter hoc fecerit, licet compellatur restituere rem domino sine pretio. d. l. inciuilẽ. Quod nota contra Iudæos fœnerantes super vestibus alienis: nam quamuis nesciant esse alienas, tamẽ tenebuntur ad restitutionem, nullo sibi pretio red C dito. facit tex. in Clem. j. de vsur. Recipit tamen
1 ista opinio aliquas declarationes. Prima est, vt † non procedat quando emptor protestaretur in contractu, quòd casu quo sit aliena, intendit eã emisse nomine domini, & quòd paratus erit red dere ac sibi restituere, reddito tamen pretio & interesse, secundum Hostiens. in summa, de pœnit. & remis. §. fin. vers. quid si emit rem deprædatam. tenet & sequitur Barth. Veron. in cautela decima, incip. si quis emit. Ias. in l. pretium. C. de procur. Sed ista opinio sic intellecta, non habet nec bonam rationem, nec legem, vnde teneq cõtrarium: quia cùm domino competat libera rei vendicatio ad rem suam, factum est dicere quòd per talem protestationẽ tollatur ius ipsius domini, contra regulam. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. Imò talis protestatio potius debet facere dolum præsumi. qui colligitur ex coniecturis, quo casu etiam emptor teneretur furti, vt E not. in l. inciuilem. Nam ista protestatio emptoris ex nimia diligẽtia arguit dolum. l. si quis sub conditio. vbi glo. Bart. & Doct. ff. de cond. instit. & quod not. Bal. in c. j. vers. quæro de quibusdã. in tit. de feu. dato inuicem legis commiss. & in l. emptione. C. plus valere quod agitur. aliàs esset aperta via euadendi euictiones, etiam si inutiliter negotium gereretur pro domino: quod est valdè absurdum. Secundò declarat Bart. Veronẽs. & Ias. in dictis locis, vt non procedat, quã F do emptor redemisset rem ab hostibus vel latrũculis exteræ gentis. l. mulier in opus. ff. de capti. nam tunc dominus non poterit eam habere nisi in soluto pretio. Et istud est valdè æquum, ex quo omnino dominus non potuisset eam conse qui aliqua actione ab eis, meritò debet teneri redemptori. Tertiò declaratur, quando pretium rei venditæ esset conuersum in vtilitatem domini: quia tunc non poterit rem ab emptore habere, nisi pretium restituat. d. l. si pretium. vbi glo. & Doct. C. de procur. Quartò declaratur, vt non procedat quando ipse dominus restituisset pretium emptori bonę fidei: nam tunc non poterit amplius illud condicere, vt videtur probari in l. seruus cuiusdam. vbi Paul. & Ias. ff. de cõd. indeb. Et licet ille tex. loquatur in eo qui accepit pignori magidem, id est, lancem rotundam argenteam, tamen idem est in emptore. Et potest esse ratio, quia soluendo pretium, videtur dominus tacitè confiteri, quòd illam rem dederit tertio vt illam pignorarer. Quæ præsumptio capitur in fauorem eius, qui bona fide mutuauit: secus si sciens. Sed posset dubitari in casu d. l. seruus. si ipse seruus pignorasset, nunquid fœnerator præsumeretur sciuisse? Dubium facit, quia debuit fœnerator scire conditionem istius l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Bar. in l. fi. de adult. non debuit ergo crederem seruo, nisi pignorasset nomine domini, quia tunc verisimiliter potuit præsumere de mandato. Et hoc facit ad quæstionem: Si quis cum filiofam. vel seruo dispensatore ludens pecuniam aliquam lucretur, quæ erat domini vel patris: si scienter, furti tenet: aliàs potest conueniri tantummodo ciuiliter, secundum Bald. in rubr. de cond. ob turp. caus. Ias. in d. l. seruus. per illum tex. Augusti. de Arim. in addit. ad tract. malefi. Ang. in verb. metidori de malidadi. nunquid in dubio præsumetur sciuisse? Crederem quòd sic, ex quo debet esse certus de conditione ipsorum. d. l. qui cum alio. & debet scire quòd filiifami. vel institores seu famuli non solent habere de proprio multas pecunias, quas ludant. facit quòd not. Paris de Put. in tract. de ludo. non tamen posset procedi aduersus tales lusores ad pœnam corporalem, ex quo non sunt in dolo, sed in culpa, prout in simili dicit Paul. cons. xxxij. licet ista sit quæst. in fin. vers. venio ad quartum. de quo per Moder. in d. l. qui cum alio. Quintò declaratur, vt non procedat quando statutum vel consuetudo aliter dictaret: vnde ludęi habent priuilegium à communitatib. vel principibus, quòd non possint conueniri rei vẽdicatione, nisi dominus offerat pecuniam, vt dicit Abb. in c. quod clericis. de for. comp. Io. de Ana. consil. lxx. visis & ponderatis. Est verum, quòd oritur non modica suspicio auaritiæ & fœnoris contra ipsos concedentes. Tale tamen priuilegium vel statutum non haberet locum, quando mutuans sciret rem esse alienam, ex quo furtum committeret. d. l. seruus. quod non potest remitti quando est de futuro. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. & ita tenet Paul. Picus in repet. rub. ff. de rei vẽ. Item non haberet locum aduersus clericos vel extraneos, secundum Abb. in d. c. quod clericis. quia talia priuilegia non ligant eos qui non sunt subditi concedenti. sequitur Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vers. quartum exemplum. Et eadem ratione non ligaret scholares alienigenas existentes in studiũ, secundum Abb. ibi, & Francis. Cremen. in singu. lxxxj. pone Iudæi. & latè per Picum in d. repe. Statuta enim & consuetudines respicientes decisoria litium, nõ ligãt extraneos. vt habetur in d. c. quod clericis. & in l. j. C. de summa trinit. & fide cathol. prout sunt scholares, qui nõ dicũtur cõtraxisse domicilium in dubio, nisi habitauerint per decenniũ. l. ij. C. de incol. lib. x. & etiã vltra decennium, si non habent animum contrahendi domicilium, non contrahunt, vt per Abb. in c. fin. infrà de paroch.

(Vide

[Vide Bar.in l.quæsitũ.ff.de lega.iij.Alex. & Ias. in l.cùm filiusfam.ff. si cert. peta. Lud. Bolog. in repet.auth.habita.vers.sed quæritur ex quo quis stat, &c.] Et ista procederent, etiam si statutum vellet quòd scholares haberentur pro ciuibus: quia tale statutum non intelligeretur nisi ad sibi vtilia.per Bart. in l. iij.§. si emancipatus.ff.de bo. poss.contr.tab.Modern.in l.si Ruffinus.C. de testamen.milit.Alex.consil.xxxij. in primo. [Adde etiã Ludo.Bolog.in d.auth.habita.vers.quæritt.Salicet.& egregiè D. meus Franc. à Ripa, in l. j. ff. de legat. j. vbi alleg. concord. quòd stante statuto, quòd scholares per omnia tractentur vt ciues, quòd non per hoc perdũt priuilegium dictæ authent. habita. quia illud statutum intelligitur quoad eis vtilia, non quoad damnosa. quẽ vide, quia multa egregia tradit.] Quo verò ad præparatoria & ordinatiua, verũ est quòd scholares † ligantur cõsuetudine ciuitatis, vt per Gemin.& Card. Alex. in c. qui contra. viij. distinct. Idem in his quæ aliàs essent scandalo ciuitatis. c.illa.xij.distinct.& per Card. in Clemen. fin. in v.quæst.de celebrat.miss.Abb.in c.penul.de obseruat.ieiu.Christoph.Porcus in §.constat.Instit. de iure naturali gẽ. & ciuil.Et ita distinguẽdo, tollunt quædã obiecta Pici in dicta repetitione.

1 Dolo ex causis non caret errans.
2 Doli probandi argumenta.

SVMMÆ.

PRÆSVMPTIO XXX.

TRIGESIMO non præsumitur quis in dolo, licet errauerit in iure. l.sed si lege.§.scire autem.ff.de petit.hered.l.si quis in graui.§.si quis ignorans.ff.ad Sylla.l. si quis id q. vbi Alex.ff.de iurisd.omn.iud.§.quia tamen. vbi Ang.Instit.vi bon.rapt. Et propterea in his casibus in quibus satis est quem dolo † carere, etiam error iuris excusat: prout est in acquisitione fructuum, licet secus sit in præscriptione: quia in ea non est satis carere dolo, sed requiritur quòd bona fides adsit, vt per Bart. Imol. Paul. in l.si fur. §. j.ff. de vsucap. Abb. in c. si diligenti. vbi etiam alij.j.de præscript. Limitatur ista præsumptio. vbi tius cõtraueniret, vel resisteret actui: quia tũc præsumeretur in dolo. c. qui contra. de reg. iur. in vj. l. quemadmodum C. de agric. & censit. lib. xj. Et sic regula non procedit, nisi quando ius nõ adsistit nec resistit: secus si resistat, vt declarat Bar. in d.§.scire. sequit Abb. in c. cõsuetudinibus. de iure patron. & in c. grauis. de restit. spol. & in c. dilecto. de prębẽd. Alex. cõs. lxxiij. in secũdo. & Curtius cõs. lxxj. princeps defunctus. & seq. Feli. in c. de quarta. de præscript. vbi respõder quibusdã rationib. Abb. in d. c. si diligẽti. Et quando dicatur lex resistere vel non adsistere, ponit Bar. in l. cùm lex. ff. de fideiuss. & in l. j. de nouat. & Bal. in l. nõ dubiũ. vbi alij. C. de legib. Limitatur etiã vltra Bar. quãdo quis erraret in iure naturali vel quasi: nã tũc præsumeretur dolus, & huic erranti nullo pacto succurreret, secundũ Ang. Raph. Comen. & Imol. ibi in l. ex consensu. §. fin. ff. de appell. [Adeò vt nec rustico quidẽ in eo iure errati parcitur. text. not. in l. venia. vbi Ias. post alios notat, & Dec. ibid. & notabiliter Curtius iunior ibid. C. de in ius voc. vbi quantũ ad rusticũ, adducit aliqua iura in cõtrariũ, quibꝰ respõdet vt per eũ.] Et idem si errauerit in iure ciuili notorio & indubitato, vt ibi per eos: qui inde concludunt, q, non admitteretur excusatio contumacis, si allegaret talem errorem: imò sua allegatione nõ obstante, haberetur pro vero cõtumace sequitur Alex. cons. ciij. videretur prima. in primo volu. Et facit, quia talis error nunquam excusat, vt concludit Alex. post Dinum & alios in d. l. si quis id quod. Bald. in l. error. in j. quæst. C. de iur. & facti ignor. & quod notat idem Bald. in l. leges sacratissimæ. C. de legib. Et secundum has declarationes debet intelligi tex. in l. igitur. §. potest. de lib. caus. glo. in l. plagij. C. de plag. in l. j. in fin. ff. de abigeis. dum dicitur, quòd quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo, declara, dummodo non sit iniusta, quia contra ius prohibitiuum vel naturale, vel etiam ciuile notorium & indubitatum. Quomodo autem probetur iste error, ponit Bartol. in l. non fatetur. ff. de confessis. Alex. cons. xlvj. in tertio. Corn. cons. cxxxvj. Et dicit Bald. in l. j. C. si quis ignorans rem minor. quòd probatur ex indiciis & coniecturis. Si autẽ persona est fide digna, probabitur per suum sacramentum. sequitur Curt. dicto cons. lxxj. Quod posset procedere, quando esset tanta præsumptio probitatis, vel aliæ coniecturæ concurrentes, quòd offuscarent præsumptionẽ legis, quòd quilibet præsumatur scire iura: de qua ꝑ. dicam. Cætera dic vt per Alexan. in d. l. si quis id quod.

1 Iura sciri præsumi: nisi in casibus.

SVMMÆ.

PRÆSVMPTIO XXXI.

TRIGESIMOPRIMO Quilibet † præsumitur scire iura. l. leges sacratissimæ. C. de legibus. Et propterea error iuris non præsumitur, nisi probetur. l. si hæres ab eo. §. fi. ff. ad Treb. & per Bart. in d. l. non fatetur. Sed tu aduerte, quia ista regula prima fronte est dubitabilis: nam præsumptiones † legum accommodantur circa verisimilia, & communiter accidẽtia, vt per Bald. in l. siue possideris. C. de probat. & in rub. C. eod. tit. facit glo. in l. non hoc. C. vnde legit. & diximus §. in definitione. Sed nos videmus à communiter accidentibus, quòd maxima pars hominum ignoratiera, imò etiam periti fallantur. l. ij. §. Seruius autem. Sulpi. ff. de orig. iur. & gl. notab. xxiij. distinct. c. præterea. Et ideo non videtur quòd ista præsumptio secundũ legitimos iuris tramites procedat. Sed responde, quòd dato quòd multi sint qui nesciant iura, tamẽ omnes debent scire. d. l. leges. vel per se vel per alium, vt per Bart. in l. bonorum. ff. de bonoposs. tit. generali. & in l. regula. ff. de iur. & facti igno. & habetur in l. iuris. C. qui admitt. meritò cùm teneantur scire, lex præsumit q, sciant: quia lex præsumit q, quisq; sciat q, debet. argu. d. l. meritò. Et quia paria sunt, scire, vel scire debere. l. q, te. ff. si cer. pet. l. pen. §. cùm ita. vbi Bar. ff. de aur. & argen. lega. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. Et cõsequenter, si ꝓbatur eos nesciuisse, non tamen succurrit illis, nisi in certis casibus, de quibꝰ in l. j. & in l. iuris. C. de iuris & facti igno. Cùm ergo lex introduxerit istã præsumptionẽ ex eo, quia omnes scire debẽt iura, & sic in odium ipsorum, ne

ne eis succurratur: sequitur, quòd talis præsumptio non debet operari in præiudicium tertij. Et propterea, si aliquis velit probare tenorẽ instrumenti, non est satis quòd testes simpliciter dicãt de contentis in eo, sed requiritur quòd sint idonei & periti in iure, qui sciant bene deponere de solennitatibus, secundum text. in c. cùm olim. primo. infrà de priuileg. & in l. sicut. C. de fide instrum. per Bart. in authen. si quis in aliquo. C. de edendo. & in l. j. ff. si cer. pet. nec staretur huic præsumptioni, nisi aliter constaret esse peritos, vt ibi habetur. Et ratio est, quia istud respicit præiudicium tertij, non autem ipsorum. Et ita intelligendum est quod not. Aret. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi hac ratione concludit, quòd debet credi cuilibet testi asserẽti stipulationem, ex quo illa habet formam à iure, quam nisi periti præsumuntur scire, de quo per Bart. in l. j. C. de vsuris. Et ex hoc infertur, quòd malè loquutus sit Comensis, quem refert & sequitur Alexã. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. dum dicit, quòd partes facientes actum nullum † peccantem in forma, præsumuntur nescire esse nullũ, nisi sint periti. argum. d. §. Seruius autem. & propterea obligabuntur saltem naturaliter. & ita intelligit l. an inutilis. ff. de acceptil. & videtur sequi Felin. in dicto c. de quarta. declarando tamẽ quòd talis ignorantia non excusat, vt per eum. Sed ista declaratio confundit opinionem Raph. & Alex. quia vbi lex præsumit veram ignorantiam, vbi etiam excusat. l. fin. vers. arma. C. de iur. deli. Et ideo legum sciẽtia præsumitur, quia debent sciri: aliàs sibi imputet nesciens, vt suprà visum est. Vnde dicendum est, quòd si non excusat, neque etiam præsumitur: per supradicta. Et ista opinio Raph. est apertissimè contra mentẽ Bartol. & Doct. in l. non fatetur. & in dicta l. iuris ignorantia. cum similib. Non procedit supradicta præsumptio in constitutione extrauaganti quæ non est publicè nota: quia talis non præsumitur peruenisse ad notitiam cuiuslibet, secundum Baldum in dicta l. leges. vbi etiam ponit quid de statuto & de consuetudine. & habetur in c. j. de constitutionib. in vj. Et an ignorans leges præsumatur in dolo vel in lata culpa, communis conclusio est quòd in lata culpa, vt per Iacob. Butri. Bartol. & Bald. & cæteros in dicta l. leges. Quod intellige procedere extra casus positos in præcedenti præsumptione, in quibus præsumitur dolus: de quo dic vt ibi.

SVMMÆ.

1 Disponentium verbis standum: ex caussa iuri aptanda esse 2. 3.

PRÆSVMPTIO XXXII.

TRIGESIMOSECVNDO Quilibet præsumitur accommodare voluntatem suam secundum leges. lege quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. quidã cùm filium. ff. de verbo. oblig. Et vbi statuta corrigunt ius commune, præsumitur accommodare secundum statuta, vt per Bartol. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. vbi Alex. cum concord. & per Felin. in c. ius generale. distinct. j. & in c. cùm M. Ferrariens. vltim. notab. de constit. [De materia huius regulæ vide abundè per Dn. meum à Ripa, in d. l. hæredes mei. §. cum ita. vbi multa congerit, & multas concord. allegat: ad quem sufficiat remissio. Et ad declarationem seu limitationem huius regulæ, vltra quatuor casus infrà consideratos per Dn. Alciatum, vide aliam considerationem per Dn. meum à Ripa in l. centurio. ff. de vulg.] Sed tu pro resolutione materiæ distingue quatuor casus. Primus est, vbi dispositioni legis concordant verba disponẽtis secundum proprium significatum, licet mẽs disponentis alia præsumatur, & tunc talis præsumptio tollitur per istam præsumptionem cõtrariam, & statur verbis, secundum Bartol. in dicta l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. Nam in casu suo neptis contra vim verborum testatoris admitteretur in præiudicium consanguinei ad fideicommissum: sed hoc ex præsumpta voluntate testatoris, de qua in illo textu: vnde si statutum sit quòd masculi excludant fœminas, cessabit dicta præsumptio, & excludetur neptis: quia verisimilius est quòd testator habuerit respectum ad successionem legalem, & in contrarietate stabitur proprietati verborum. Et Barto. præcisè loquitur in tali casu, licet Docto. aliqui non bene aduertentes eum generaliter intelligant. Et secundum istam declarationem procedit etiam decisio Bal. & Petri de Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. vbi si testator fideicommittat, & mandet aliquid dari filiis suis, stante tali statuto, admittentur masculi tantùm. sequitur Alexan. in dicta l. Gallus. §. j. in fin. & in consil. cxxvij. in primo. Cornel. consil. cxx. in secũdo. Ias. in l. si quis filiabus. in quinto notab. ff. de legat. j. Decius consil. cclx. cum concord. Et ratio est, quia appellatione filij non veniunt filię, nisi per extensionem: quia masculinum concipit fœmininum, non ex proprietate sermonis, sed per extensionem ex mente præsumpta. l. j. vbi glo. de verb. signif. & per Bartol. in l. liberorum. eo. tit. & est tex. in l. penult. C. de præpos. sac. cubic. lib. xij. quæ mens præsumpta tollitur per contrariam præsumptionem orientem ex tali statuto. Et propterea infertur, quòd si testator instituit duos filios, & si aliquis eorum decesserit sine filiis substituat superstitem, filia nata nõ faciet deficere conditionem fideicommissi stante tali statuto, per supradicta. & ita consuluit Din. quem sequitur Felin. in d. c. ius generale. Præsupponit tamen Paulus Castrens. in consil. ccccx. casus iste frequenter. in nouiss. in secundo. idem esse, etiam non stante tali statuto, quãdo alia præsumptio militaret, puta quia testator proprias filias excluisset: nam non est verisimile quòd plus dilexerit neptem. l. si viua matre. C. de bon. mater. & illam tenet Fulg. in l. j. C. de condi. infer. & latè per Socin. in l. cùm auus. vers. iij. ff. de cond. & demon. Sed ego non sequor hãc opin. nisi stante tali statuto. Secundus casus est, quando proprietas verborum repugnat, & voluntas non potest declarari secundũ dispositionem legis, nisi per improprietatem: & isto casu videtur concludendum, quòd potius debeamus stare verbis, vt probatur in c. Rayn. & in c. Rayn. infrà de testam. & not. per Doct. in d. l. Gallus. §. j. vbi cessante ordine necessitatis & charitatis, si quis instituit Titium patrem & eius filios, non censentur vocati ordine successiuo, & sic secundum dispositionẽ legis, sed veniũt simul propter naturam copulę, quæ omnes eodem tẽpore vocat. l. si duobus. de leg. j. l. j. §. his ita. C. de cad. tol. aliàs dicta copula impropriaretur. & ita etiã firmant Paul. de Cast. & Soc. in l. in his. per illã tex.

tex.ff.de cond.& demon. & tandē reſidet Alex.
2 in d.§.cum ita. Fallit iſta concluſio † quando eſſet alia coniectura quæ corroboraret iſtam præſumptionem: quia tunc ambæ tanquam fortiores tollerent præſumptionem orientem ex proprietate ſermonis: veluti eſt, quando neceſſarius ordo naturę & ſanguinis ſuaderet aliquid, quàm quod verba impropriarentur. d.§. quidam rectè. per illum text. ſecundum communem intellectum. Item fallit, quando impropriatio fieret circa verba non prędiudicantia illi cum quo contrahitur, & de quorum natura eſt vt ad terminos iuris referantur, veluti in caſu Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. quando quis ſtipulatur ſibi emphyteuſim: nam ſtante ſtatuto, q̄ maſculi fœminas excludant, erunt prius vocati maſculi. Et idem ſi ſtipulatio eſſet concepta pro filiis maſculis & fœminis, ſecundum Bart. conſi. lx. incip. quæſtio iſta, &c. Alex. in d. §. j. Et eſt ratio, quia illa verba referuntur ad terminos iuris, ſecundum quod & quatenus de iure ſunt hæredes. Nam pater in dubio cenſetur ſtipulari filiis vt hæredibus, vt habetur per Bart. in d. §. j. per Bar. in l. quod dicitur. ff. de verb. obl. & deciſio Bar. in d. §. vt liberi. eſt communiter approbata, vt per Felin. in d.c. quæ in eccleſiarum. in fi. de conſtit. & quod not. Aret. in l. ita ſtipulatus. §. fi. ff. de verb. obli. Et propterea remanet dubia deciſio Petri de Anchar. in d.l. tres fratres. dum dicit, quòd ſi teſtator (ſtante tali ſtatuto) inſtituat filios & filias hæredes, quòd primò cenſebuntur vocati filij. refert Alexan. in dicto §. cùm ita. Nā iſtud videtur confundi per dictum c. Raynutius. & not. in d. §. j. Et licet Socinus ibi ſuſtineat, diſtinguendo inter ius commune & ſtatuta, tamē iſta diſtinctio non placet, quia ita præſumitur notitia iuris cōmunis in viuentibus iure cōmuni, ſicut iuris ſtatutarij in cæteris. l. leges. C. de legibus. Et ſicut leges generales ſunt à principe, ita & ſtatuta ab ipſo fieri poſſunt, vel ab eius Officialibus etiam non participantibus de negotio cum ciuibus, declarando vt per Bar. in l. omnes populi. in j. quæſt. principali. ff. de iuſti. & iur. Vnde idem Soc. iſtam Anch. diſtin. reprobat in d.l. in his. & melius niſi ſaluetur, in caſu prædictarum fallentiarum. Tertius caſus eſt, quando † verba in generalitate ſui repugnant, nunquid vt intentio accommodetur ſecundum leges, debent reſtringi? Et videtur dicēdum quòd ſic: pro qua opin. primo facit quod not. Burr. in conſi. ij. ſub rub. de conſtit. in primo dub. vbi teſtator per fideicommiſſum cauerat, vt deſcendētes proximiores admitterentur: quæ verba ex qualitate ſui (propriè intelligendo) comprehēdunt etiam fœminas: & tamen ſtante tali ſtatuto, concludit per prædictam rationem quòd donec ſtabunt maſculi, non admittentur fœminæ. Et iſtud etiam videtur ſenſiſſe Aret. cōſ. clvj. Secundo facit q̄ notabiliter decidit Rayn. de Forlivio, in l. poſt dotē. in quarta lect. ff. ſol. matr. quē ſequitur Alex. ibi vbi ſtante ſtatuto, q̄ præcedēte vxore ſine liberis, maritus lucretur partē dimidiam dotis: ſi pater ab eo ſtipulatus ſit ſimpliciter dotem reddi, intelligitur ſecundum formam ſtatuti, ſcilicet de dimidia, ſecundū Alex. conſil. cxxxiij. in quinto vol. & cōſ. v. in tertio. Et in ſimili quæſt. idē decidit Ang. in l. dāni infecti quidam. §. cùm parietem. per illum text. ff. de dā. infecto. Tertio facit text. in l. ſi. vbi Cin. Bal. & cæteri ad leg. falcid. vbi ſi hęres promittat ſoluere legatū, & ita caueat, intelligit promiſiſſe deducta falcidia, quia talis promiſsio regulatur ſecūdum diſpoſitionē legis: niſi promiſiſſet integraliter ſoluere, vt ibi habetur. Quarto facit text. in d.l. inter locatorē. vbi promiſsio de non expellendo durā te locatione reſtringitur, ſi penſio fuerit ſoluta. Contraria opinio videtur verior: quia, vt ſ. vidimus, iſta præſumptio non operatur contra proprietatem verborum: videtur autem fieri impropriatio, quando verba ſignificantia totū, reſtringuntur ad partem. l. ſi quis cùm totū. vbi moder. ff. de except. rei iudic. not. in l. ſi rem. ff. de rei vē. & per Imol. in l. ſi patronus. ff. de dona. in fin. Nō obſtat q̄ not. But. in d. conſi. quia in caſu ſuo erat relictum poſteris & ſucceſſoribus, quæ qualitas natura ſui refertur ad ius, & ſic illis poſteris qui aliàs de iure eſſent ab inteſtato ſucceſſuri. Non obſtant not. per Ray. & moder. in d. l. poſt dotē. Ang. & Imol. in d. §. cùm parietē, quia illa deciſio ita ſimpliciter intellecta non eſt vera, & cōtra gl. cōmuniter approbatā in l. ſi prior. ff. ſol. matr. Et quia verba repugnant tali interpretationi, promitto dotem, id eſt, dimidiū dotis, ſecundū Imo. in d.l. ſi patronus. & voluit Bal. in l. q̄ nomine. ff. de cond. indeb. Vnde intellige illam, quādo verba promiſsionis expreſsè referrentur ad ius, puta quia eſſet promiſſa reſtitutio dotis debitæ: nā illa dictio, debita, qualificat promiſsionē, vt non intelligatur promiſſa, niſi quatenus debetur ex forma legis. Nō obſtat d.l. ſi. cum ibi not. & in d. §. cùm parietem. quia cùm promiſsio illa ſeu cautio fiat ex neceſsitate legis, meritò recipit declarationē à lege, ne videatur promiſſor renuntiare beneficio ſibi p legē dato. l. in prętoriis. vbi not. ff. de prętor. ſtip. Secus eſt in contractib. deſcendentibus ex libera volūtate agētis, in quibus idē præſumitur voluiſſe, q̄ verba indicāt. l. nō aliter. ff. de leg. iij. l. quicquid. ff. de verb. oblig. Nec obſtat d. §. ſi inter locatorē. quia illa verba licet generalia, habent tacitā interpretationē ex natura contractus, ſi penſio ſolueretur: quæ natura contractus eſt attendenda, etiam ſi verba impropriarentur. l. ſi vno. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. l. ſi inſulā. de prēſcript. verb. Quartus caſus eſt, quādo nec verba nec mens agētis repugnāt, ſed caſus eſt omiſſus: & tunc clarum eſt, quòd caſus † omiſſus reciperet interpretationē à diſpoſitiōe legis. l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſ. data. Et in iſto caſu contractus clerici regulabitur etiā à diſpoſitione legis, reſpiciētis modū contrahendi: licet aliàs clericus non prēſumatur accōmodare voluntatem ſuam ſecundum diſpoſitionem legis laicorū, ex quo illi non ſubeſt. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſ. de conſtit. Et infert Salic. in authen. caſſa. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. quòd licet quis beneficio clericali gaudens, domum locauerit ſcholari, locatio illa intelligitur facta cum priuilegio inquilinatus, ſcholari per ſtatutum conceſſo. Et eodem modo clericus contrahens tenebitur ſoluere ſecundum formam monetæ à ſtatuto expreſſæ, quia videtur ſecundum eum ita conueniſſe: quæ conuentio tanquam ſupplettiua contractus eſt attendenda. arg. gloſſ. in l. ēdē. C. loca. Et hoc, niſi clerici aliam contrariam conſtitutionem haberēt. c. cùm veniſſent. j. de eo qui mittitur in poſſeſ. Et ad iſtum caſum facit quod notat Imol. in l. fin. ff. de cond. & demon. vbi ſi teſtator legat alicui, cùm res ſuas adminiſtrabit, intelligitur ad tempus, de quo per ſtatutū permiſſum eſt quòd poſsit aliquis adminiſtrare, etiā ſi ſit intra terminum

terminum xxv. annorum. Et ad hoc etiam facit quod not. Bald. in l. ſi duo. per illum tex. ff. de acquir. hęred. vbi notat, quòd ille qui facit aliquem actum, videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu. Et dicit ibi gloſſ. quòd iſta eſt fictio, quæ nō videtur recipere probationem in contrarium: q̄ eſt menti tenendum, ſecundum Bald. ibi. Sed dictum gloſſę poteſt procedere, quando lex ad quā cenſetur facta relatio, eſt talis, vt illi non poſsit renūtiari, prout erat in caſu d.l. ſi duo. Non enim poteſt quis hęres pro parte eſſe, vt ibi dicitur. Secus ſi illi legi poſſet renūtiari: quia tunc erit præſumptio, non autem fictio, vt per Aretin. in d.l. ſi duo. Et adde quod notat And. de Iſernia in c.j. quibus modis feud. amitt. quòd accipiens feudum ſimpliciter, † cenſetur reſpectu fœminarum ſe retuliſſe ad morem patriæ. Et ad ſupradicta facit quod not. Rimin. in l. ſi quis maior. C. de trāſact. & aliqua ponit Sicul. in repet. c. Raynutius. in xxvij. charta.

SVMMÆ.

2 *Immunitate carere hac ſpe delinquentem.*
4 *Immunitatis ſpem dinoſcendi modus.*

PRÆSVMPTIO XXXIII.

1 RIGESIMOTERTIO Præſumit quis † delinquens non delinquere ſub ſpe immunitatis eccleſiæ, & propterea admittitur per eccleſiā. c. fin. vbi Hoſtien. & Card. j. de immu. eccleſ. Sed dubium eſt: pone, † conſtat aliquem ſub hac ſpe deliquiſſe, nūquid debeat frui immunitate? Et videtur quòd ſic, quia text. c. fin. ſolùm loquitur quando quis delinquit in eccleſia: vnde ille text. tanquam odioſus & reſtringēs immunitatem, non debet extendi vltra eius verba. arg. c. odia. de reg. iur. & iſtud videtur voluiſſe Abbas in c. innotuit. eod. tit. Teneo quòd iſte talis delinquens prętextu immunitatis & extra ec D cleſiam vel cœmeterium, non fruatur immunitate, quia vtraq; ratio poſita in d. c. fi. habet locum etiam in iſto caſu. Prima eſt, quòd iſte debet puniri in eo, in quo delinquit. Secūda eſt, quia fruſtra legis auxilium, &c. Sed ille qui delinquit ſub huiuſmodi fiducia, delinquit contra eccleſiam, imò ſecundum aliquos peccat in ſpiritum ſanctum, ſecundum Abb. in d.c. fin. Item committit in legem eccleſiæ, quia facit q̄ illa lex quæ fuit ad bonum finem introducta pro reuerentia eccleſia- E rum, tribuat incentiuam delinquendi, & ſic operetur malum. xxiiij. q. iiij. c. eſt iniuſta. Non obſtat quòd in caſu dicti c. fin. delictum eſſet factum in eccleſia: quia illud ibi acciderat ex contingentia facti, à qua non eſt licitum arguere, ſed attendi- 3 tur † ratio finalis, vt eſt gloſſ. quam ibi Doctor. exornant, in l. j. C. quando non peten. part. & Ioan. Andr. in c. dilecto. de præbend. & quod not. gloſſ. ij. q. iiij. c. monomachia. Et iſta opinio fuit etiam Anch. in d.c. fin. dum vult, quòd ſi aliquis F prope eccleſiam vel cœmeterium delinquat, nō fruatur immunitate, tanquam ex vicinitate loci arguatur intentio delinquentis ſub ſpe immunitatis: quod nota. Et propterea ex hoc infero, quòd ſi aliquis ex propoſito aliquem interficiat, & protinus currat ad eccleſiam, ſatis videtur cō- 4 cedi, quòd iſte deliquit ſub † ſpe immunitatis: nam ſi occidit animo deliberato, verifimile eſt quòd etiam cogitauerit quomodo euaderet. arg. l. j. ff. de recept. vnde ex ſubſequenti ſatis oſten-

ditur prior voluntas. arg. l. ſi hi qui. C. de adult. præſertim cùm incontinenti illuc cucurrit. facit l. j. in princip. ibi, ſpe immunis libertatis. & in §. & generaliter. & in l. fin. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſ. [Accedant notata per Bartol. & poſt eum D. meus à Ripa in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priuileg. cred.] Et probatur apertè iſta concluſio in c. j. j. de homicid. quæ fuit lex Exodi, approbata per Romanum pontificem, ex quo reperitur inter a- A lias decretales appoſita. & ita tenet penultima gloſſ. & Anch. ibi, & eſt de mente Butrij in d. c. inter alia. & firmat Ioannes Fab. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. §. j. & ita conſuetudo plurimorū locorum approbauit, ſecundum Guid. Papæ in deciſ. Delph. quæſtio. xxj. & ita obſeruatur in tota Italia ſecundum Pract. Papin. in libel. inquiſitionis. vbi dicit quòd talis conſuetudo eſt fundata optima ratione, ne domus Dei fiat ſpelunca latronum. & iſta opinio de iure ciuili non B haber difficultatem, per text. in §. neque autem. in authen. de mandatis princip. Petrus, Cin. & alij in l. ij. C. de his qui ad eccleſ. confug. Angel. de Aretio in tractat. malefic. in verb. fama publica. verſic. quarto quæro. Vnde eſt tenenda in foro canonico, vt iura iuribus concordentur. c. j. de noui oper. nunt. Nec obſtat text. in d. c. inter alia. quia limitatur per text. in d.c. fin. vnde probatur iſta opinio, intelligendo vt ſuprà dixi, quicquid dicat Abbas. Non obſt. quòd text. in d.c.j. de homicid. non poteſt recipere illum intellectum, C quòd loquitur de priuatione immunitatis eccleſiaſticæ, ex quo ſecundum Ioann. And. ibi talis immunitas fuit conceſſa per iura lōgè poſteriora: quia reſpondeo, quòd imò etiam ante hæc iura erat iſta immunitas, quam antiqui appellabant ius aſyli, de quo apud Corn. Tacitum ſcribitur libr. iij. quod cùm ipſe reus communione proditionis confugiſſet in templum Palladis, quod ad eam diem fuerat inuiolabile, fuit à mātre muro obſtructa ianua, coactus mori fame. Sed dubitatur in caſibus in quibus ius ciuile diſtat à Canonico, circa immunitatem, quid debeat attendi in foro ciuili. Salic. in authen. ſi qui. in fin. C. de adult. tenet quod in foro eccleſiaſtico ſeruetur ius Canonicum, ſed in terris Imperij ſecus. & idem notat Angel. in d. verſ. quarto quæro. in fin. Pro qua opinion. etiam facit, quòd ſi aliquis delinquat in eccleſia, iudex tamen ciuilis ſecundum leges ſuas eum puniet. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. Bartol. in l. ſi cui. §. fin. ff. de accuſ. & probatur in d.c. fin. vbi Abb. Confirmatur, quia iſte delinquens † obligatur naturaliter ex conſenſu, per quem videtur conſentire pœnæ ſibi infligendæ per legem ciuilem, vt per Bart. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. & propterea talis lex debet attendi, tanquam perſona ſit illi affecta. Et ſimili ratione vtitur Oldra. conſil. liiij. Contrarium tenet Imol. in Clem. j. in fin. de pœnit. & remiſſ. & etiam eſt de mēte Abb. in d.c. inter alia. dum reſpondet ad d. §. neq; autem. quia nō potuit Imperator per illum textum reuocare priuilegium quod prius competebat eccleſiæ, per titul. de ijs qui ad eccleſ. confug. ex quo priuilegium non poteſt amplius reuocari, vt eſt gloſſ. in c. nouit. vbi Abb. ſ. de iudi. Et iſta ratio Abb. non videtur concludens, quia non eſt verum quod Imperator non potuerit reuocare talem legem, ex quo ibi non continetur aliquod priuilegium reſpiciens clericos: ſed ſimpliciter propter reuerentiam legislator prohibuit ſum

subditis, ne trahát aliquem extra ecclesiam: quá prohibitionem potest quandocunq; velit reuocare. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. per moder. in l. non amplius. §. j. de lega. j. Vnde pro ista opinione tu argue fortius: quia cùm iste delinquens sit in ecclesia, est extra territorium iudicis ciuilis: si ergo petat remissionem sibi fieri per prælatum: iste non faciet nisi seruata lege sua: nec prælatus habet curare de legè ciuili, vnde compellet sęcularem promittere secúdum formam d. c. inter alia. Sed ad hæc respondetur, quòd sęcularis non tenebitur seruare dictam promissionem, secúdum gl. in d. §. sed neq;. quam ibi sequitur Iac. de Rauen. & Iac. de Beluis. Et talis dicetur bonus dolus, de quo ſ. dixi. Et facit ratio: quia quis debet puniri secúdum † legem iudicis ad quem fit remissio: nec debet iudex remittens quoad decisoria diminuere de iure alterius, cùm sit merus executor, vt per Cin. in auth. qua in prouincia. in iiij. q. C. vbi de crim. agi opor. & quod habetur in l. si cui. §. fin. C. de accus.

A

B

SVMMÆ.

3 *Actum, ne pereat, ex causis non sustineri. 4. 5. 6. 7.*

PRÆSVMPTIO XXXIIII.

RIGESIMO QVARTO in dubio capitur semper illa præsumptio, p quam potius actus valeat quàm pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff de verb. obli. c. Abbate sanè. vbi gl. de verb. signif. & talis præsumptio videtur fortior & efficacior cæteris. Vnde princeps licet
1 non præsumatur † vti absoluta potestate, tamen præsumitur vbi actus aliter non valeret, secundũ Alex. cum concord. in l. quanquam. C. de testam.
2 milit. Item licet præsumatur prioritas † secundũ ordinem literæ, tamen non procedit quando actus annullaretur, secundum Bald. Ang. & Imol. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. de hær. inst. Alex. consil. lxxxj. in iij. & consi. cxij. in v.

C

D

Item vbi relatio fit ad præcedentia, non tamẽ fit quando actus vitiaretur. Bar. in l. cùm vulgari. ff. de dot. prælega. & habetur in l. talis scriptura. de lega. j. Item vbi actus non subsisteret, non attenditur differentia an nomen proprium vel appellatiuum præcesserit: de quo in l. si seruus communis ita. ff. de stipul. seru. & per modern. in c. cũ Abbas. de offic. deleg. vbi firmant prędictam con
E clusionem. & in l. in testamento. in vlt. not. C. de testam. mili. Sed tu aduerte, quia istud ita simpliciter intellectum non est verum: quia reperiũtur multæ præsumptiones quæ sunt efficaciores ista. Et primo contra hanc opinionem est text. in l. si quis ante. ff. de acquir. possess. nam de natura precarij est, quòd possessio transferatur. l. certè. §. j. ff. de precar. Pone ergo quòd quis precariò locauerit, & postea eandem rem conduxerit, nunquid ad finem quòd vterq; actus teneat presume
F mus actum, ne ex precario trãsferatur possessio, prout aliquando contingit? certè non, vt ibi habetur. Ecce † quòd præsumptio oriens ex natura actus, est efficacior ista. & hæc est verior declaratio ad istum text. quàm illa quam ponit Ias. in d. l. si quis ante. Et sic habes primam limitationem ad hanc regulam. Secundo contra eandem opin. adduco doctrinam Bart. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. no. nun. vbi concludit quòd protestãs in aliquo loco, præsumitur in dubio protestari vt in eo loco soluatur. l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arb. Pone ergo quòd ita præsumendo actus redderetur nullus, nũquid adhuc procedet ista præsumptio? Et concludit quòd sic. allegat Cin. in l. in minorum. in iiij. q. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. Et potest esse ratio, qua in tali casu protestatio non videtur habere omnia requisita, vide actus corruit. l. ij. §. circa. ff. de doli exc. declarat Imol. in l. à Titio. ff. de verb. obl. Et hæc est
4 secunda limitatio ad prędictam regulam. Tertio obstat, † quia testator in dubio non præsumitur legare nisi ius quod habet in re. l. si domus. §. fin. de leg. j. l. serui electione. §. cùm fundus. eod. tit. nunquid ista præsumptio obseruetur etiam si legatum redderetur elusorium & inutile? certè sic, per text. in l. quod in rerum. §. j. ff. de leg. j. & in l. vxor patrui. C. de lega. & ita intelligitur cõmuniter. & fac. text. in l. Męuius. §. in fundo. in fi. ff. de leg. ij. Sed dic quòd ratio est, quia aliàs in casu
5 d. l. nimis recederetur à proprietate sermonis. Et propterea ne fiat tam magna impropriatio, potius legatum redditur sine effectu. Et hæc sit tertia limitatio, † vt regula non procedat quando aliàs verba nimis impropriarentur: & ita etiam tenet Aret. in d. l. à Titio. & Ias. in d. l. quoties. per text. not. in l. tutores. §. j. ff. de admi. tut. de quo dixi in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Sed quantum sit ad materiam nostram, melius facit l. quod in rerum. §. j. & l. monumenta. vbi Alber. de Ros. C. de
C leg. Et istam limitationem intellige sano modo, videlicet cùm maxima impropriatio fieret: aliàs verba etiam modicum impropriãtur, vt actus teneat. l. si tibi. vbi Bar. ff. si cer. pet. l. stipulatio ista, habere. §. hi qui. ff. de verb. oblig. Ang. in l. si cùm ante. C. de donat. ante nup. & in l. si tam angusti. per illum text. ff. de seruit. facit quod not. Bar. in l. j. §. hoc autem. ff. de no. ope. nunt. vbi dicit se sustinuisse instrumentum Notarij, in quo dicebat, filius olim talis, & tamẽ pater viuebat: & hoc per impropriationem dictionis, olim. Et ponderat quòd talis impropriatio erat contra vsum communem loquendi, vt dicit And. Sicu. in c. cùm olim Abbas. de offic. deleg. & per Ias. in d. §. hoc autem. [Vide Decium consi. cccxcix. conclusio. & consi. ccxlviij. melius consi. cclxxviij. non leuis. Posset tamen teneri, q, etiam si fieret magna impropriatio, q, tamen actus debeat sustineri, dummodo pro eius validitate concurrat voluntas disponentis. per tex. in l. cùm filio. & ibi Comen. ff.
E de lega. iij. vbi probatur, q, vt verba aliquid operentur, interpretantur etiam impropriissimè: certè multò magis videtur dicendum istud, vt actus sustineatur. per not. in c. quia circa. ſ. de priuileg. Est verum, q, alio non concurrente, magna impropriatio non arguit ita fuisse mentem disponẽtis, vt habetur in l. in ambiguo. per moder. ff. de reb. dub. & per Iac. Butri. in l. cùm antiquitas. C. de vsufr. vbi ponit tres modos, propter quos recedimus à proprietate verborum. Quarto contra istã
F opi. est tex. in l. non codicil. C. de testa. vbi Corn. in tertio not. dixit, q, fortior est præsumptio quę sumitur ex qualitate dispositionis quàm illa qua quis præsumitur velle suum actum valere. Et ex
6 † hoc colligitur quarta limitatio, vt regula nõ procedat, quando actus qui fieret in forma sua nõ teneret, quia tunc non sustineretur aliquo modo: de quo etiam per Bar. & Doct. in d. l. j. §. si quis ita. vbi plenè attigi. Quinto obstat tex. in l. verbis ciuilib. ff. de vulg. vbi Paul. de Cast. Alex. & Ias. notãt, q, ne veniatur contra præsumptã mentem testatoris

toris, potius permittitur q, actus sit nullus. Est verum quòd ille text. habet aliam rationem, vnde melius facit l. si quis à filio. in princ. de leg. j. & l. nemo rem. ff. de verb. oblig. vbi stipulatio rem suam sibi dari non valet, nec sustinetur vt importet restitui casu quo amittatur: & est ratio, quia non est verisimile partes cõsiderasse talem casum. Et ex hoc colligitur quinta limitatio: pro qua etiã facit quod notat Fulg. in l. iij. §. si quis insulam. & Ias. in l. j. in primo notab. ff. de eo q, cert. loc. vbi
A potius stipulatio annullatur, quàm fiat interpretatio contra promissorem, multum illi onerosa. & est ratio, quia non est verisimile istud inter partes fuisse actum. Ad idem fa. text. in l. seruus. §. si seruus alienus. de legat. j. & not. in l. Scæuola. ff. ad Trebell. vbi libertas directa data quæ tenere non potuit, non debetur ex fideicommisso. & ratio est, propter magnam diuersitatem quæ est inter fideicommissariam & directam, non præsumitur testator voluisse, vt q, vno modo non valet, a-
B lio modo sustineatur, declarando prout dixi in d. §. si quis ita. Et eo modo potest intelligi d. l. tutores. §. j. nam disponens non præsumitur minus velle expresso: & propterea si expressum non tenet, actus in totum perit. fa. l. suus hęres. C. de repud. hęr. vbi si tranſactio est nulla, non sustinetur in vim donationis: quia non est verisimile q, quis velit donare illi cum quo litigat. Et ita generaliter potest dici vbicũq; actus annullatur, vel quia
C peccat in forma, vel quia contra legem: nam arguitur mens partium volentium actum elusoriũ facere. l. an inutilis. ff. de acceptilat. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. gl. in c. P. & G. de offic. deleg. Et ista est breuis resolutio in illo articulo, Quod non valet vt ago, an valeat vt valere poterit: de q̃ dixi in d. §. si quis ita. post Bar. & Doct. Sextò li-
7 mitatur in odiosis, † quia in dubio non fit interpretatio vt similes actus sustineãtur, secundum Are. in l. continuus. §. cùm quis. per illum text. ff.
D de verb. obli. declarando vt per eum. Et facit ratio: quia cùm præsumptio debeat fieri in meliorem partem, videtur melior pars esse per quam odia extinguãtur. c. odia. de reg. iur. in vj. Et quia annullatio actus odiosi est fauorabilis. l. ij. ff. de lib. & posth. vbi mod. facit tex. in l. si reæstimata. in prin. ff. de iure dot. vbi ad finẽ q, contractus continens donationem inter virum & vxorẽ annulletur, lex præsumit ęstimationem factam ante matrimonium, esse collatam in tempus matrimonij. & facit ista simulatio contra not. per Ale.
E in d. l. quanquam. de testam. milit. Cætera dicas vt per Ias. in d. l. quoties. & mod. in l. in contrahẽda. ff. de reg. iur. qui tex. propter aduersatiuam videtur non parum vrgere contra prędictam opinionem moder. Et vide quæ etiam dicam in sequenti versiculo.

SVMMÆ.

2 *Arbitrio non arbiter, arbitratorúc sit, dinosci effectus. 10.*
5 *Institui nondum conceptum posse.*
7 *Confessus habuisse tempore confessionis accipiendus.*

PRÆSVMPTIO XXXV.

1 RIGESIMO QVINTO Nemo † præsumitur eligere viam per quam iudicia subuertuntur. l. iij. ff. de test. mili. Confirma istud per id quod notabiliter dicit Host. Butr. & Imola in c. quintauallis. in
2 quarta differẽtia. ſ. de iureiu. vbi si aliquis sit † electus in arbitrum & arbitratorem, quo casu potest eligere quam viam velit: si partim procedat iuris ordine seruato, partim non, & pronuntiet, censebitur pronuntiasse tanquam arbitrator, ne aliàs sententia sit nulla, prout est de mente Baldi in d. l. iij. Sequitur Felin. in l. cùm ordinem. de resc. & in c. præsentata. de testi. & in c. cùm ex officij. de præscr. Et istud procedit, etiam si in procedendo semper seruasset ordinem iudiciarium: nam licet ex illo arguatur, quòd potius fuerit ar-
A biter quàm arbitrator, si tamen pronuntiauit forte ordine non seruato, vt sententia teneat, præsumemus vsque à principio cognouisse tanquam arbitrátorem, per supradictam regulam: & quia istud procedere iuris ordine seruato, non repugnat dicto arbitratoris, secundum Butr. & Imol. in dicto loco. Et propterea, licet iudex vel arbiter non possent ferre sentẽtiam condemnatoriá nisi addita summa: nec ex post facto possent emẽdare sententiam, secundum Butr. consil. 50. per
B not. in l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de arbit. & in l. iudex postea. de re iud. si tamen talis arbiter hodie condemnaret partem in summa, quam in sequenti die declararet, valeret tale laudum, & censeretur pronuntiasse tanquam arbitrator, ex quo arbitramenta † possunt fieri sub conditione 3
seu resolutiua, vel suspensiua, vel quocunq; alio modo quo possunt fieri contractus, secundum
C Anch. consi. ccviij. iudex de iure, &c. Card. consi. xxxj. Titius debitor. Socin. consi cxxiiij. presens consultatio. Felin. in c. qualiter. primo. de accus. Et hæc præsumptio debuit capi, ne aliàs videatur elegisse viam per quam actus corrueret, per supradicta. Secundò adde quod tenet Abbas in d. c. cum ex officij. & ibi modern. infrà de præscr. vbi si iudex habens facultatem procedendi ex iurisdictione delegata & ex iurisdictione ordinaria, procedat simpliciter, præsumitur secundum eam processisse per quam actus tenet. d. l. iij. & ita etiam tenuit Ant. de Butr. ibi, reprobata quadam opinione Feder. de Senis, vt per eum. Et propterea, si iudici ordinario alterata sit iurisdictio,
D ita quòd in aliquam causam factus sit delegatus, de quo habetur in c. licet in corrigendis. ſ. de off. ord. & ipse in tali sententia dicat, Ego talis prætor, &c. non tamen per hoc sententia erit nulla, quasi pronuntiauerit tanquam ordinarius: imò præsumetur apposuisse nomen officij causa demonstrationis personæ. arg. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. & habetur in c. cæterum. suprà
E de iudi. & ita est de mente Abb. in d. c. cùm ex officij. Secùs si dixisset, Prętor in tali causa, &c. quia tunc essemus in casu claro: quod est notandum. [De hac alteratione iurisdictionis ordinariæ in delegatam, quando, & quomodo dicatur facta, & quid referat an vt ordinarius, an verò vt delegatus quis cognoscat, vide melius quàm alibi Ias on. in l. ius ciuile. ff. de iustit. & iure. vbi etiam aliqua pulchra adducit in hac materia, quæ facerent ad ornatum huius regulæ.] Et facit quod
F not. Specul. in titul. de leg. §. sequitur. vers. quid si episcopus. & Bald. in c. ex parte. ij. de offic. deleg. vbi si episcopus sit etiam Comes, & causam spectantem ad se iure Comitatus committat per ista verba, Ego talis, Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus, &c. valebit commissio: & non obstante illa qualitate, censebitur commisisse tanquam Comes. dict. leg. iij. sequitur Felin. in d. c. cùm ex officij.

Ad idem quod not. Abb. consi. xciij. in ij. volu. vbi si sit facta commissio alicui, expresso eius no-

mine proprio,& officij non habentis aliquam dignitatem, tamen valeret talis commissio & sententia, si aliàs ille haberet dignitatẽ.allegat nota ta per Bart.in l. si seruus communis ita.de stipul. 4 ser. vbi si in dispositione fuerint † expressæ duæ qualitates, & secundum alteram dispositio esset inefficax, debet regulari secundum aliam d.l.iij. c.nisi essent.& ibi Abb.ĵ. de præbend.& per modern.in c.cùm Abbas.de offic.deleg. Tertiò adde quod not. Paul.de Cast. consi.lxxix.casus iste A frequenter.in vlt. dub. in antiquis. vbi si testator 5 † æger condens testamentum instituit partum, si vxor sua prægnans esset, dato quòd tunc non esset prægnans, sed deinde post aliquot annos pepererit,censebitur iste institutus.Idem si tunc pepererit,& deinde etiam alios,quia censebuntur omnes instituti:& illa verba,si vxor prægnãs esset,non censentur simpliciter posita in vim cõditionis, sed quia credebat se testator moriturũ de illa infirmitate, & consequenter non posse in B futurum amplius generare. arg.l.placet. & l.Titius.§.j.ff.de lib.& posthu.& l.fin.C. eod.titu.Et ista interpretatio secundum eum est capienda, quia aliàs sequeretur quòd testator apponendo talem conditionem elegisset viam per quam iudicium suum subuerteretur,contra d. l.iij.Et per eandem rationem idem tenet Bal.consi. cxxviij. ad intelligentiam. in primo vol. licet Iaso.in d.l. placet.non referat fideliter dictam decis.Paul.de Cast.Quartò adde quod notat Innoc.in c.in præ- C sentia.ẽ.de renunt.vbi voluit, quòd si in sententia exprimatur vna causa falsa in iure, & alia vera, sustinebitur sententia ex causa vera. d.l.iij.vt actus potius teneat. d. l. quoties. sequitur Imol. in l. si plagij. ff. de verb. oblig. Alex. in l.qui Romæ.§.duo fratres. eod.tit.& est communis conclusio, vt per Ias.in l.si is ad quem.ff.de acq.hær. [Adde eundem Alex. consil. cxiiij.incip.perspectis his.lib.vj.vbi etiam subiungit notabile dictũ Ant.de Butr.in c.per tuas. qui filij sint leg.per il- D lum text.quòd si iudex mouetur ex duabus causis ad ferendam sententiam,quarum vna facit ad causam, alia non, sustinetur sententia ex ea quæ facit ad causam, vbi aliàs redderetur nulla,si vna tantum non faciens ad causam expressa fuisset. c.ex parte.& c.dilectus.de concess.præb.& ibi latius allegat concord. Vide omnino & Hippol. Marsi. singul. 617. memor existo. vbi magni facit dictum Innoc.in d.c.in præsentia.& allegat plures concord.] Nec obstat ratio Alex.in l.si dona- E tione.C.de colla. vbi allegat in contrarium:quia quando est aliqua causa quæ prodest,& alia quæ 6 nocet,† debet attendi illa quæ nocet. l. iij. §. fin. vbi Bar.ff.ad Syllan.l.fin.quia ad libertatem perue.nõ possunt.l.Fulcinius.§.quid ergo.ff.ex quibus caus.in possess.Sed respondeo quòd illa regula non procedit, quando causa quæ prodest, est potentior.l.aufertur.§.si quis palàm.ff.de iure fisci.Ale.consi.ciij.ex inspectione.in tertio.per Ias. in l.si is ad quem.& dixi in l. ij. in princ. de verb. F oblig. In casu autem nostro causa vera est potentior,quia per eam actus sustinetur, iuxta supradicta. Quid autem si iudex apponat solummodo causam falsam, adiecta amplificatiua, Maximè? vide Gemi.in c.venerabilibus.§. fin.de sent.exc. in vj. Quinto adde notanter Bar.& communiter Doct.in l.post dotem.in j.quæst.ff.solut. matr.v- 7 bi si maritus † in instrumento dotali confessus est se habuisse & recepisse millẽ nomine dotis, quæ promisit patri restituere, præsumetur recepisse

tunc tempore confessionis, non autem antè, ex interuallo:quia licet ista verba, habuisse & recepisse,sonent in præteritum, tamen fiet interpretatio per quam promissio teneat: quia aliàs non posset fieri restitutio patri, ex quo fuisset ius acquisitum filiæ.l.quoties.ff.solut.matr.Et ista decisio magis mihi placet,per rationem d.l.iij. vt actus teneat.Vbi verò cessaret prædicta ratio,esset secus:nam non potest negari,quin illa verba sint incerta:ergo qui dicit, debet liquidò probare,qa incerta probatio non releuat. c. in præsentia. de probat.& cùm præsumptiones oriatur ex signis, prout suprà vidimus,non video aliquod rationabile signum vnde ista propositio possit oriri. Nõ obstat l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de verb. obligationib.inducendo vt ibi per modernos,& in d.l.post dotem.quia Iurisconsultus ibi nõ dubitat principaliter super eodem, sed præsupponit habilitatem.l.qui testamento.ff.de testa.cap. j.de ætate & qual. Non obstat gl.in l.j. C. de fide instr.lib.x.quia loquitur in Notario attestante aliquid esse factum : nam nisi potuit fieri corã eo, non crederetur: sed nos loquimur in Notario nõ attestante de ipso facto, sed de cõfessione partiũ afferentium factum:& verisimile est,quòd si recepti o fuisset tunc facta, quòd fecissent eam coram Notario vt posset attestari nedum de confessione,sed etiam de veritate ipsius negotij. Præterea non debet talis confessio plus operari in instrumento,quàm si aliter probaretur: quia de natura instrumenti † est vt probet,non vt inducat. l.j.ff. 8 de fid.instrum. Sed si esset aliter probata talis cõfessio,puta per testes, tanquam probatio incerta non releuaret.d. cap. in præsentia. ergo idem in instrumento. Posset tamen recipere interpretationem † ab ipso confitente. l. si quis intentione 9 ambigua.vbi Bald.ff.de iudi. Bar.in l.is qui reus. de pub.iudi.Butr.c.ex literis.j. in fin.de sponsal. Alex.consi. cxix.in causa inquisitionis.in tertio. & consil.clxxxiij.viso puncto in quinto.Andr. Sicu.consil.iij.in secundo.vbi dicit,quòd debet fieri talis interpretatio quæ declaret,non quę confessionem perimat,Dec.consi.clxxxix.& consil. cclxxviij.& aliquid suprà retigimus. Est verum quòd ista qualitas temporis,nũquid antè, ex interuallo,vel statim sit numeratio facta,non videtur respicere obscuritatem confessionis: & propterea talis incertitudo est aliter explicanda, quàm per declarationem confitentis.Cętera dic vt per Felinum in d.c. cùm ex officijs.in sexta cõclus.Et ex his infertur ad quæstionem: an si in aliquem sit compromissum tanquam in arbitrum & arbitratorem,& talis iudicet dicendo.Nos arbiter & arbitrator,&c.præsumatur pronuntiasse tanquam arbiter,an tanquam arbitrator? Effect9 est magnus:quia si iudicauit vt arbiter,nõ potest reclamari.l.diem proferre.§.stari. ff. de arbitr.secus si vt arbitrator,vt per Bart.in l. societatem.§. arbitrorum.ff.pro socio. Et Bald. in d. l. iij.videtur velle quòd censeatur iudicasse vt arbiter. sequitur Alex.in l. si seruus plurium.§.fi.ff.de lega. j.quia sententia arbitri est efficacior, ergo debet illa præsumptio cap. d.l.iij. Item citius sortitur exitum.l.cùm antea.C.de arbitris. Contrarium, quòd imò censeatur lata tãquam ab arbitratore, tenet Bal. & Ang.in d. l. si seruus plurium: Bald. in l.non codicillum. C.de testa. Ange. in disput. duo ad inuicem. vbi dicit quòd ista opinio seruatur in practica.Areti. in l. nemo potest. de leg. j.Alex.consi.xiij.in j.Felin.in d.c. cùm ex officij.

in

in secunda concluſ.in fin.& in sexta, vbi respondit ad rationes contrarias,de quo per eum. Tu aduerte, quia ex quo potest quis in eodem actu cognoscere vt arbiter & arbitrator, prout dicit Abbas in d.c.nisi essent.per illum textum sequeretur quòd non debeamus recurrere ad istã quæstionem, ex quo verba possunt propriè intelligi, quòd ex vtraque potestate cognouerit & iudicauerit. Et istud verius videtur. Distingue † ergo 10 concordando opiniones: quia aut pars quæ reclamat asserit se læsam & grauatam,& tunc concedetur reductio ad arbitrium boni viri, tanquã talis fuerit arbitrator,ex quo arbiter tenetur ꝓcedere de iure, arbitrator verò potest aliquid auferre de iure alterius,secundum text.in l.si de meis. ff.de arbi.Si verò apparebit non fuisse grauatum, censebitur iudicasse vt arbiter:& sic ex post facto cognoscetur qua potestate sit vsus,& quoad concedendam reductionem procedet communis opinio, & interim attendetur causa à petente adducta. c. vt debitus. & ibi gl.in verb.rationabiliter.vbi Doct.de appel. Et istud est æquius,& bene probatur in d.c.nisi essent. Adde quod not. Bald.in c.j.§.inter pares. de leg. Corra.vbi dicit, quòd si quis compromittit in aduersarium, censetur in eum compromisisse tanquam in arbitratorem,tum vt actus teneat, qui aliter nõ valeret. l.pen.ff.de arbit. tum quia non præsumitur velle litigare ille qui se ponit in manibus aduersarij,& ideo non præsumitur eum eligere tanquam di- C sceptatorem,sed potius tanquam amicum.arg.l. creditor.§.pen.ff.mandati.

SVMMÆ.

2 *L.Eius.§.si militia.ff.de test.mili.sensus.*

4 *Priuilegiatum ex causis iure communi vsum videri. 5. 6. 8.11.12.*

PRÆSVMPTIO XXXVI.

D

RIGESIMOSEXTO Præsumitur priuilegiatus in dubio potiꝰ vti iure communi quàm speciali.l. quanquam.C.de testa. milit.l. centurio. vbi Paul. & mod.ff.de vulg.& pup. 1 & assignantur aliquæ rationes.Prima † est, quia ius commune est potentius speciali. l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.milit.quę ratio est dubia.Contrarium videretur dicendum, ex quo priuilegium est ius speciale.& iura specialia sunt E potiora,ex quo derogant iuri communi. l. in toto.ff.de reg.iur.l.seruis vrbanis. §. fi. ff.de leg.iij. sicut in simili videmus,quòd statutum quãtò magis est speciale,tantò est fortius : de quo per Ale. in l.Gallus.§.ille casus. ff. de lib.& posth.Aretin. consi.lxxxiij.cum seq.Corn.consi.lxvj.in primo. & facit text.in c.ij. §. de offic. deleg. & quod notant mod.in rub. de offic. deleg. Non obstat d.§. 2 si militia missus.† quia ibi difficilius annullatur testamentum non simpliciter,quia iure commu- F ni factum,sed quia maiori solennitate factum: & æquum est,vt quæ difficilius in esse producũtur, etiam difficilius tollantur.l.nolumus.C. de test. l.ab emptione.ff.de pactis.

Secunda ratio assignatur, quia priuilegium videtur esse quoddam ius extraordinarium, quod non debet haberi in consideratione.l. iiij.in ij.responſ.ff. de fideicomm. liber.& quod not.Spec. in titu.de inquisitionib.§.j.Abb.in c.examinata. de iudic.vbi præsumitur potius datus iudex qui procedat secundum ius commune,quàm inquisitor,qui iure extraordinario vtitur.sequitur Deci.in l.in testamento.in vlt.notab. de testa.milit. [Accedant notata per Bart. & omnes scribentes in l.j.ff. de vulg.& pupill.in primo effectu vulgaris substitutionis, in quæstione illa, an si sit spes q, institutus admittatur iure speciali seu ex priuilegio, vt quia erat minor, & poterat petere se in integrum restitui aduersus repudiationem, an interim substitutus possit admitti : & concludit quòd sic, & istud ius speciale seu extraordinariũ non habeatur in consideratione.] Sed etiam ista ratio in proposito est dubia : quia vbicunque aliquod est remedium speciale, seu † extraordinari- 3 um concurrens cum generali ordinario, vtrunq; habetur in consideratione. l. j. §. j. de noui oper. nunt.vbi Bar.l.ij.C.de dolo. per Bar. in l. in prouinciali.ff. de noui oper. nunt. Et text.in d.l.iiij. procedit quoad hoc, ne dispositio ex sui naturà certa,ſter in pendenti, aliàs videtur quòd etiam extraordinaria debeant considerari. l. non quocunque.§.j.ff. de leg.j.l.intercidit. ff. de cond.& demonst.per And.Sicu. post Raph. quem allegat in c.Raynutius.ĵ. de testa.in primo effectu vulgaris substitutionis.Vnde dic quòd verior ratio est, quia ius speciale seu priuilegium tanquam deuians à iure communi,debet restringi.l.si quando. C.de inoffic.testa.Bart.in l.ij. ff. de constit. princip.Et propterea si essemus in iure speciali fauorabili,videretur quòd potius capienda esset contraria præsumptio tanquam benignior.argum.l. priuilegia.ff.de priuileg.cred. & quod notat Alexand.in d.l.Gallus.§.fin.versi.item statutum pupillorum.Et facit,quia gratia,& sic concessio fauorabilis videtur potentior iure communi, per text.vbi Ioan. And.in c.si super gratia. ĵ. de offic. deleg.in vj. Confirmatur, quia debet præsumi quemlibet intentasse illam viam quæ est sibi vtilior & fauorabilior. dict. l. iij. & per Innoc. in c. D auditis.ŝ. de in integr.restit.& quod notatur in l. cùm de indebito.ff.de probat. & per Bald.in l.ij. C.de prædijs minor. Et sic habetis primam † li- 4 mitationem ad prædictam regulam. Secundò limitatur quando proprietas verborum magis infert ad ius speciale, quàm ad ius commune.l.j. & ij.C. de testam. milit. l. miles vnum ex fundo. & l.miles ita.in princip.ff. de testam. milit. vbi si miles instituat hæredem nisi in certa parte bonorum,præsumitur vsus iure militari, ex quo de iure communi talis institutio non teneret, prout fit, sed traheretur per ius accrescendi ad totam hæreditatem. Nec obstat quòd ius accrescendi habeat locum ex voluntate defuncti. l. si in testamento.vbi Bartol. ff. de vulgar. & pupillar.quæ voluntas deberet maximè attendi in testamento militis : quia respondeo, quòd ista ratio procedit in paganis, qui cùm non possint decedere pro parte testati, & pro parte non, si condunt testamentum pro parte, per ius accrescendi succedunt in totum, ita disponente iure communi, secundum quod præsumuntur accommodare voluntatem suam.l. si duo.ff. de acquirend. hæred. quæ ratio cessat in milite, vnde attenditur sola vis verborum, nec lex aliquid de eius voluntate isto casu præsumit. & ita intelliguntur notata per Alexand.& Doctor. in d.l.j.& facit quod notat Cin.in l.precibus.C. de impub. quem refert Alexand.in dict.leg. centurio.vbi dicit, quòd miles videtur vti priuilegio, quando vtitur verbis directis, quæ secundum proprietã

tem verborum denotant priuilegium. sequuntur modern. in dicta leg. in testamento. Tertiò limitatur, † vt non procedat in actu, qui quasi priuilegiato committitur: quia qualitas secundum quam agit est attendenda. l. non idcirco. C. de iur. & facti ign. l. cùm proponas. §. j. vbi Angel. ff. de inoffic. testa. & ita procedit text. in l. ex militari. ff. de testa. milit. & in l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniust. rupt. testa. Et istud maximè procedit, quia in casu d. l. ex militari. non præiudicatur in aliquo iure communi, ex quo qui habet facultatem testandi iure militari, multò fortius poterit testari iure communi, & renuntiare priuilegio, si velit. l. si quis in conscribendo. C. de pact. fac. l. non eò minus. C. de testamen. Quartò limitatur, † quando aliàs actus non teneret, nisi ex priuilegio: quia tunc debet potius præsumi vsus priuilegio, vt actus sustineatur. l. iij. ff. de testa. milit. vt §. vidimus. Et istud procedit, etiam si constaret quòd destinauisset vti iure communi, vt ibi probatur. Et propterea etiam princeps, † licet in dubio præsumatur vti potestate ordinaria, tamen vt actus teneat intelligetur etiam vsus suprema, vt per Alexand. in l. quanquam. cum concord. de quo suprà visum est & attingunt modern. in d. l. in testamento. & in repetit. d. l. centurio. Quæ tamen conclusio non videtur procedere, quando ex tali concessione posset resultare aliquod præiudicium parti: nam tunc potius deberemus interpretari quod actus periret: quia, vt suprà vidimus, præsumptio pro validitate actus tunc cessat, quando inde sustineretur dispositio onerosa parti secundum Fulg. in l. iij. §. si insulam. ff. de eo quod certo loco. Item cessat in odiosis, per text. in d. l. continuus. §. cùm quis. & suprà diximus, quæ omnia videntur procedere in nostro casu. Confirmo istam opinionem per text. in l. post mortem. §. fin. & in l. neque absens. ff. de adopt. vbi si absens arrogetur, arrogatio erit nulla: & cùm talis actus competat soli principi. l. ij. ff. de adop. non censebitur princeps vsus potestate absoluta, per quam arrogatio teneret, sed potius ordinaria, per quam actus corruit. Et quòd talis arrogatio non teneat de potestate ordinaria, probatur ex negatiua ante posita verbo, Potest, quæ abnegat omnem potestatem ordinariam. c. j. vbi Abb. & Doct. §. de caus. poss. & propriet. & quod notatur per modern. in l. Gallus. in princip. de lib. & posthum. Quintò limitatur, † quando aliàs actus nihil operaretur, intelligendo secundum ius commune: quia tunc debet potius censeri quis vti priuilegio. argum. l. si quando. ff. de lega. j. Et pro hac limitatione facit gloss. in l. j. ff. si quis in ius voca. non ierit. & quod per eam notat Decius in c. j. de iudicijs. vbi renuntians priuilegio fui fori, intelligitur † etiam renuntiasse iuri communi, vt verba aliquid operentur. Et propterea si aliquis promisisset certo loco soluere, & fecisset similem renuntiationem, poterit ibi conueniri, quamuis ibi non reperiatur. ita est communis conclusio, de qua in l. Titium. §. tutores. ff. de admin. tut. & per Doctor. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. om. iudic. Et ista decisio probatur à fortiori: quia facilius quis præsumitur † renuntiare priuilegio, quàm iure communi. l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. Butr. & Imol. in c. j. de transact. & est gloss. in l. ij. in verbo, consensu. ff. de iudicijs. Sextò limitatur, † quando via iuris specialis esset æquior, quia tunc caperemus illam præsumptionem, tanquam quæ tenderet in humaniorem partem. d. c. estote. & voluit Bald. in l. precibus. in ix. oppos. C. de impuber. vbi secundum eum ideo præsumitur miles in compendiosa substitutione vti iure communi intra tempora pubertatis, quia talis præsumptio est humanior, ne excludatur mater pupilli, eademque vxor ipsius testatoris: nam præsumitur voluisse excludere à iure materno. l. finali. C. de instit. & substitutionibus. Ergo dato quòd priuilegium esset æquius, videretur potius ista via intentata. Vltimò potest generaliter limitari, † quã do aliæ coniecturæ inducerent contrariam præsumptionem, iuxta l. diuus. de in integr. restitut. veluti si actus gestus haberet formam sibi competentem de iure speciali, non autem de iure cõmuni: nam ad cognoscendum actum, potissimũ iudicium resultat ex forma contrahendi, secundum Aretin. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obliga. fa. l. insulam. ff. de præscript. & l. si cum vno. ff. locati. Idem si ex præcedenti tractatu hoc deprehẽderetur, per not. in l. ita stipulatus magna. in princip. ff. de verb. oblig. Idem si aliquis haberet aliquod priuilegium odiosum: quia renuntiando generaliter iuri suo, intelligetur etiam de eo actum, vt notatur in l. sed & si quis. §. quæsitum. vbi Bald. ff. si quis cautio. & in d. l. j. ff. si quis in ius voc. & facit l. ij. in fin. C. de priuil. scholast.

SVMMÆ.

1 *Vxore natum viri esse præsumi: ex causis contra. 4. 5.*
2 *L. Miles. §. defuncto. de re militari. sensus.*

PRÆSVMPTIO XXXVII.

TRIGESIMOSEPTIMO Natus † ex vxore, præsumitur conceptus de marito, licet mater interim etiã cum alijs consueuerit. l. miles. §. defuncto. ff. ad legem Iul. de adult. quem text. dicit singularem Bald. in rubr. C. de probat. & in l. si matre. C. de suis & legit. & in l. fin. C. de communi ser. manu. Angel. in l. septimo. ff. de statu homin. Paul. de Castr. in l. iij. ff. de lib. & posthum. & per modern. in c. per tuas. s̃. de probat. & in l. j. §. ad quæstionem. ff. de quæstio. & Francisc. Cremen. sing. cxxvj. mortuo marito. Sed tu aduerte, quia text. in d. §. defuncto. † non probat istam opinionem: quia licet dicat quòd posset illa esse adultera, & impubes defunctum patrem habuisse, non tamen sequitur, ergo lex hoc præsumit: quia multa sunt possibilia, quæ tamen non præsumuntur. l. neque natales. vbi gl. C. de probat. Imò facta quamuis possibilia, regulariter non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & in illo textu tale indicium non debebat nocere filio, ex quo erat res inter alios acta. l. iij. §. causæ cognitio. ff. de Carbon. edict. Melius ergo probatur ista opinio per rationem huius regulę principalis: quia talis est benignior præsumptio, & fauorabilior partui, † ergo debet potius capi. d. c. estote. de reg. iur. Et facit quod not. Salicet. in dicta l. neque natales. vbi filius in dubio præsumitur natus post matrimonium contractum inter patrem & matrem, non antè: licet quãdoque occurrat vt antè nascatur. l. cùm quis. de nat. lib. & istud est fauorabilius pro ipso filio. Cogita tamen, quia si ista præsumptio oriretur ex prædicta ratione tantum, sequeretur quòd nõ procederet in casibus in quibus limitaui regulam.

lam. d. l. meritò. & d. c. estote. quod esset summè notandum in actu practico. Ampliatur prædicta præsumptio, vt procedat nedum per viam simplicis præsumptionis, sed etiam per præsumptionem iuris & de iure, vnde non poterit probari contrarium, vt est de mente Pauli de Castr. in consil. clxxv. super primo videtur. & And. Sicul. consil. 50. in primo dub. in ij. volum. & referunt se ita consuluisse modern. in d. §. ad quæstionem. Sed istud dictum non est simpliciter verum, vt apparebit ex infrà dicendis limitationibus: & licet in aliquo casu non admittatur probatio in contrarium, istud non est quia lex disponit super præsumpto, sed quia per rerum naturam talis probatio est impossibilis, non admittetur. l. actor. C. de proba. & ita est de mente Abb. in d. c. per tuas. & firmat Bal. in d. rub. C. de probat. Secundo ampliatur, vt procedat etiam in concubina retenta in domo: quia præsumetur filius eius qui eam cõcubinam retinet, non autem alterius, secundum gloss. in c. Michaël de filijs presbyt. & Abb. & ceteros in d. c. per tuas. And. Sicul. consil. xxvij. in primo volum. Et istud procederet, etiam si talis non retineretur in schemate concubinæ, secundũ Anch. consil. ccxxv. videtur prima facie. Quod tamẽ intelligitur, quando talis eam pro arbitrio suo haberet, vt tradit Alex. consil. clvij. in v. Item quando eam retineret intra domum, ex quo verisimile est quòd non ita prostituerit alijs, sicut potuisset facere si non habitasset in domo. Et propterea dicit Alberic. de Ros. in l. filium eum diffinimus. ad fin. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. quòd si quis habuit consuetudinem cum aliqua extra domum, & nascatur filius, non tamen præsumitur ex eo natus, nisi probaretur quòd ea cum nemine alio consueuisset. & ita dicit se obtinuisse, & mihi placet, licet modern. dubitent in d. c. per tuas. Item intellige, quando constat quòd retinens eam in domo consuesceret cum ipsa: alioquin si ancilla reperiatur prẽgnans, non tamẽ simpliciter est præsumptio contra dominum, secundum Bald. in d. l. filium. Item intellige, dummodo talis mulier non fuerit absens eo † tempore quo debuit à communiter accidentibus esse facta grauida, secundum Abb. in d. c. per tuas. de quo dic vt ibi per modern. Tertio amplia, vt suprà dicta præsumptio procedat, etiam si tam mater quàm maritus negarent, & dicerent natum ex adulterio. per gloss. in l. si posthumus. §. fin. ff. de lib. & posthum. & ibi Doct. Alexand. in l. neque professio. C. de testa. Barto. Raph. Fulgos. & alij in d. l. filiam. vbi reprehendunt quendam filium regis, qui credens matri renuntiauit regno. & optimè facit l. penultim. ff. de probat. Dicit tamen Hostien. in c. officij. de pœniten. & remiss. quòd oritur magna suspicio pro dicto matris. Et propterea infert ibi Abbas, quòd si filius haberet ex hac ratione conscientiam læsam, quia in conscientia crederet matrem dicere veritatem: deberet abstinere à bonis mariti, aliàs ædificaret ad gehennam. capit. per tuas. de simon. cùm sim. Sed vidi in facto: Vidua veniens ad mortem, accersitis tribus filijs dixit, Vnus vestrum est natus ex adulterio, & propterea indebitè detinet bona paterna: ego (ne moriar in isto peccato) intendo eum manifestare, nisi vos inuicem remittatis omne ius quod habet alter versus alterum. propter hoc ipsi, cùm quilibet dubitaret de seipso, fuerunt contenti. Nunquid mater sit isto casu tuta? Et credo quòd sic, per not. in d. cap. officij. Et ad suprадicta facit, quia non potest mulier etiam expresse per pactum præiudicare statui liberorum suorum. l. transactione matris. C. de transact nisi in possessorio per contumaciam. l. j. §. si cui ventrem. ff. de vent. inspic. de quo dicendum est vt ibi. Et vide pulchram quæstion. positam per Iaco. Butr. & Flor. in l. quidam. & Fulgos. in l. j. ff. de proba. Quarto amplia, etiam si filius natus non assimilaretur marito, sed alicui adultero. argu. l. fi. §. pen. ff. ad municip. facit l. quod si nolit. §. si mancipia. ff. de ædil. edict. & quia istud potuit contingere propter cogitationem mulieris tẽpore conceptionis, vt per gloss. in l. quæreret aliquis. ff. de verborum signifi. & consuluit Paul. de Castr. in d. consil. clxxv. & quod not. Iaf. allegando Hieron. & Quintil. in l. Gallus. in fine princ. ff. de libe. & posthu. vbi adde quod scribit Pius pontifex in Europa de Duce Plumbini, qui cùm inuitasset compatres, eius concubina peperit filium maurum & similem coquo, & remansit delusus. Vltimo ampliatur, etiam si mulier per longum tempus fuisset sterilis cum tali marito, de quo p Abb. in d. ca. per tuas. Et in isto casu esset non leuis præsumptio contra viduam quę pareret post mortem mariti: quia verisimile est q, valde hoc curauerit pro cõsequenda hæreditate mariti, saltem per indirectum, vbi cessat suprадicta præsumptio, concurrente sterilitate cum absentia per aliquod tempus. Limitatur † suprадicta præsumptio, vt contrariæ præsumptioni cedat, iuxta l. diuus. ff. de in integ. restit. Vnde licet in casu suprадictarum ampliationum illæ coniecturæ ex seipsis non essent sufficientes, tamen possent ita adiuuari vel simul omnes, vel ex concursu aliarũ q, esset sufficiens probatio ad informandum animum iudicis in contrarium. Et sufficiens præsumptio esset, quando cum confessione matris concurreret fama, secundum Bal. in d. l. filiam. & est fama secũdum eum, testimonium vulgi, dicti sui rationem non reddentis, sed opinantis: & illa communiter se adaptat rebus veris, vel vero proximis. Item quando ista vxor fuisset concubina alterius, & partus fuisset agnitus per concubinarium: nam tunc non præsumeretur mariti, & præsertim si natus esset vicinis scientibus in domo ipsius concubinarij, vt latius deducit Benedict. Cap. in consil. ij. Et confirmo istam opinionem per textum in d. l. filium eum diffinimus. in vers. non tamen ferendum. vbi text. considerat, quòd maritus sit assiduè moratus cum vxore: & sic innuit, quòd si raro eam adibat, præsumitur potius filius concubinarij, qui frequentius cum ea conuersabatur. Idem si iste filius solebat se appellare filium alterius quàm mariti, secundum Pau. dict. consil. clxxv. Et licet confessio † absente parte facta non præiudicet, tamen secundum eum quã do est frequens & pluries repetita, videtur transire in quãdam publicam famam, & tunc nocet. Idem si in suo libro iste filius ita scripsisset, vt pes eum. Et generaliter, cùm sumus in materia præsumptionum, multum residet in arbitrio iudicis, quid iudicet ex indicijs & coniecturis. Et est non leuis coniectura etiam, quãdo talis institueretur hæres ab isto qui fuit adulter matris: nam nisi esset filius eius, verisimiliter eum non instituisset. arg. l. quidam cùm filium. ff. de verborum obligat. & per Bartol. in l. j. §. Iulianus. ff. de lib. agn. & ita dicit Pau. in dicto consil. & ista sunt etiam de mente Anch. in dicto cons. ccxxv. Et facit etiam quod vult Abb. Aret. & Fel. in dict. c. per tuas,

vbi dicunt istam prę sumptionem cessare concur
rentibus duobus,& quòd mulier diu fuerit steri-
lis, & quòd aliquando diuertit à marito:nam po
tius præsumetur quòd interim cum absentasset
se à marito, sit facta prægnans. Sed nunquid i-
sta præsumptio procedat etiam in meretrice, &
sic in muliere nupta, quæ tamen multorum libi-
dini patet? iuxta text.xxxv. distinction.c. vidua.
& moderni. in dicto §. ad quæstionem. videntur
præsupponere quòd sic. Sed ego non puto istud
verum: quia dato quòd talis sit meretrix, sequi-
tur quòd filij inde nati propter incertitudinem
sunt spurij.l.vulgò.ff.de statu homin. §. si aduer-
sus.instit. de nupt.Facit ratio:nam istæ præsum-
7 ptiones † accommodantur super verisimili,vt vi
dimus suprà in diffinitione: sed non est aliqua ra
tio verisimilitudinis, cur magis sit natus ex ma-
rito, quàm ex aliquo adultero, ex quo plures cũ
ea concubuerint: & ideo talis præsumptio non
debet procedere in isto casu, prout etiam fuit de
mente Angeli, consil. cxcj. Ex supradictis etiam
infertur ad quæstionem,quam ponit Bartol.in l.
Gallus.in princip.ff.de lib.& posthum.de mulie
re quæ post mortem mariti incontinenti alteri
nupsit,& peperit intra nouem mẽses,cuius præ-
sumatur iste partus. Secundum supradicta vide-
retur quòd capienda esset prę sumptio fauorabi-
lior pro filio: & sic si primus maritus erat ditior,
præsumetur suus,argum. d.c.estote.de regul.iur.
Tamen Bartol. ibi & Doctor. concludunt stan-
dum esse alijs coniecturis, quæ videbantur ma-
gis verisimiles peritis in arte,arg.l.j.§.j.ff.de ven.
inspic. & puto quòd non modica esset præsum-
ptio isto casu pro dicto matris. l.etiam. ff.de pro.
& per Hostien.in d.c.officij.& Signo.consil.lv.si
quæratur.Et licet mater possit decipi.l.j.§. si mu
lier.ff.de lib.agno.tamen istud est de raro contin
gentibus quòd mater affirmet, nisi sciat verita-
tem: & iura contraria loquuntur quando mater
ipsa est suspecta vel propter inimicitias, vel pro-
pter spem successionis,vel alio modo:vnde ces-
sante suspicione,videretur ei standum.Esset etiã
aliqualis præsumptio, quando iste filius esset si-
milis secundo marito:quando non esset verisimi
le quòd tempore concubitus cum primo,recor-
daretur secundi, puta quia eum non agnosceret:
& in his,vt suprà dixi, plurimum potest arbitriũ
& coniectura iudicis, de quo tamen latius habe-
tur in d.l.Gallus.

SVMMÆ.

1 *Matrimonium variè probari.*
3 *Filiationem tractatu non nisi in casibus probari.*

PRÆSVMPTIO XXXVIII.

1 TRIGESIMOOCTAVO Præsumitur
in † dubio matrimonium inter duos
ingenuos simul conuersantes.l. in li-
beri.ff.de ritu nupt. de quo dic vt di-
xi in prę cedẽti regula principali,versi.v.Et istud
videtur procedere etiam de iure canonico,quan
do sponsalia præcessissent matrimonium, tunc
ex conuersatione,& transductione ad domũ,p̃su
mitur certa copula, & consequenter oritur præ-
sumptio iuris & de iure pro matrimonio.c.is qui
fidem. de sponsa. & ita tenet Host. & Ioan.And.
in c fi.eo.tit.& licet Abb. & mod.ibi videãtur te-
nere contra eos,tamen talis opinio ꝓcedit quan
do constat nõ interuenisse copulam.Sed vbi fue-
rit translata in domum,& sint puberes,verisimi-
le est eam interuenisse.l.si verò.§.si adolescẽs.vbi
gl.ff.mand.& ita possunt concordari. Sed quid si
non sit sequuta copula,sed nixus tantum seu co-
natus qui non habuisset effectum? Videtur idem:
quia ex quo iste non potuisset facere illum cona-
tum sine peccato, ad euitandã suspicionem pec-
cati debemus præsumere quòd fecerit animo cõ
trahendi matrimonium de præsenti, in quo sol⁹
consensus sufficit ad nuptias.l.nuptias.ff.de reg.
A iur.& ita dicit Cald.in d c.fi.quem videtur ibi se-
qui Card.Alex.Nec obst.ille tex.quia secundum
eum debet intelligi quando sponsus non potuit
perficere secundum naturalem cursum,quia erat
impubes: non autem quando non potuit secun-
dum accidentalem, puta quia mulier erat nimis
arcta. & sic ille text.intelligitur in impuberibus,
in quo cessat ratio præsumpti consensus ad ma-
trimonium. Sed iste intellectus communiter nõ
tenetur,quia nimis restringit tex. & etiam im ꝓ-
B priat,ex quo tex.loquitur in adolescẽte, & sic de
puberibus: quia talis propriè dicitur adolescẽs,
vt est tex.in l.Aurelio.§.j.vbi Bar.de lib.lega.Nec
obstat ratio sua,q, debeat capi præsumptio ad e-
uitationem peccati: quia ista ratio non procedit
hoc casu vbi etiam agitur de periculo animæ.ca.
iuuenis.de spon.Nec tex.in dicto c.is qui fidem.
se fundat simpliciter in hac ratione: q, apparet,
quia ista ratio procedit secundum simplicẽ præ-
sumptionem, dispositio autem d.c.procedit per
C præsumptionem iuris & de iure, vt ibi habetur:
& potuit illud esse introductum,quia lex præsu-
mit quòd virginitas sponsæ non sit perdita cum
sponso nisi per viam matrimonij, & de tali volũ-
tate vtriusq; prę sumit ex actu subsecuto,& super
præsumpto disponit. Nunquid autem ex tracta-
tu tanquam vxor, præsumatur mulier esse vxor?
Videtur q, sic,per tex.in c.illud.ĩ.eo.& latè p Sal.
in l.quidam.ff.de probat. & dicit Bal. in l. non i-
gnorat.C. qui accu. non poss. quòd præsumptio
D oriens ex tractatu,est longè efficacior illa quæ o-
ritur ex simplici nominatione:quia per actus ma
gis declaratur veritas quàm per verba, vt ibi per
eũm: & iste tractatus videtur facere sufficientem
præsumptionem,ita q, onus probandi transfera
tur in partem aduersam. Et propterea satis est q,
filius probet se tractatum vt filium, quia stabitur
tractatui,nisi probetur contrarium,vt dicit Butr.
in c.transmissæ.& ibi mod. qui filij sint leg. Iaco.
Butr.in l.quidam.ff.de proba. Alexa.in consil.lj.
E in primo.Dec.consi. liiij. & latius per Fel.in d.c.
per tuas.versi.ij.conclusio.Dicit tamen Bal.con-
si.clxxx.mortuo filio.in iij.vol. & in dicto cap. p
tuas. quòd quasi possessio istius iuris quæ resul-
tat ex isto tractatu,non est sufficiens ad obtinen-
dum in decisorijs petitorij iudicij. Et mouetur
ratione: quia nos videmus in simili idem in reb⁹
corporalibus,ad quarum detentionem nõ est sa-
tis probare de possessione,sed requiritur ꝓbatio
F tituli.l.circa.ff.de prob.& ibi notatur.Hanc opi-
nionem etiam tenuit Pet.Cin.Bal.Alb. & Sali.in
dicta l.non ignorat.Pet.& Cin.in l.j.C. vbi causa
sta.Cin.& Bal.in l.non nudis.C.de prob.& ibi i-
dem tenuit Bartol. in lectura noua, quem refert
& sequitur Iason in l.neque professio.C. de test.
Et pro ista parte etiam facit doctrina Bartol. in l.
quidam in suo.ff. de condi. instit.vbi si principa-
liter agitur de † dominio ex quasi possessione, 2
non præsumitur dominium etiam in iuribus: de
quo per Doctores, in capit. cùm ad sedem. de
restitutione spoliatorum. Ergo in casu nostro si
princi-

principaliter agatur de iure ipsius filiationis, nõ
debet sufficere si probetur possessio: & sic debet
distingui quod notatur in l. j. §. ad quæstionem.
ff.de quæstion.& in l.ij. ff. de liberis & posthum.
cum similibus.Angel.tamen in dicta l.non igno-
rat.& Florian.in l.quidam. ff. de probation.vidẽ
tur distinguere: Aut agitur principaliter de ipso
iure filiationis, puta quia pater vendicat filium,
vel non vult eum agnoscere, & non est satis ista
quasi possessio,aut incidenter,& tunc secus.quę
opinio bene concordat cum doctrina Bart. in d.
l.quidam.in fine.Sed ipsi non explicant, quid iu
ris quando filius petit successionem.Et certè tũc
ista qualitas filiationis est fundamentum princi-
pale intentionis suæ,vnde in tali iudicio sola ꝓ-
batio possessionis non videtur sufficiens. Et ꝓ-
pterea teneo supradictam opinionem,quę vide-
tur verior & magis communis, si dicta Doctorũ
3 bene considerentur.Considera † ergo aliquot ca
sus.Primus casus est, quando filius agit principa
liter contra patrem, & petit declarari eum patrẽ
suum,& tunc non sufficit solus tractatus, secun-
dum Ang. & Flo. suprà allegatos:& iste casus nõ
habet difficultatem.Secundus est, quando filius
petit hæreditatem paternam: & etiam tunc non
est satis probare simplicem quasi possessionem
seu tractatum,per supradicta, nisi concurrãt aliæ
coniecturæ, puta fama vel confessio parentum,
quia tũc videretur fieri satis valida præsumptio,
& in probanda filiatione admittuntur probatio
nes præsumptiuæ.l. Lucius.ff.de condi. & dem.
& in d.l.filium.ff.de ijs qui sunt sui.& faciũt not.
in dicto cap.illud.

Tertius casus est,cùm filius petit alimenta tã-
quam filius: & tunc crederetur satis esse si proba
retur ista quasi possessio, quia ista alimenta respi
ciunt quasi possessionem, & si subtrahantur, di-
citur filius quasi turbari in quasi possessione. l. si
neget.vbi Bar.ff. de lib. agnos.Alex.in d.consi.lj.
Quartus casus est, cùm quæstio filiationis inci-
denter emergit in præparatorijs iudiciorum, &
tunc probatio tractatus sufficit, vt est glo. quæ i-
ta ibi communiter intelligitur, in d.l.non igno-
rat.Et in istis vltimis duobus casibus possunt ꝓ-
cedere auctoritates allegatę per Felin. in dicto c.
per tuas. Est verum quòd malè loquitur dum di-
cit, quòd tractatus probat filiationem:nam istud
nunquam est verum, sed bene probat quasi pos-
sessionem filiationis, quæ possessio aliquando
transfert onus probandi, aliquando non, secun-
dum supradicta.

SVMMÆ.

1 *Aggressor præsumitur mortuus:huius rei cõiecturæ,quã doq; diuersum.*
4 *Aggreßionis præsumptæ tollendæ modi.*

PRÆSVMPTIO XXXIX.

1 TRIGESIMONONO Præsumitur
ex† duobus simul digladiantib⁹,
eum qui mortuus est fuisse aggres-
sorem:& propterea vnus est absol-
uendus. l. j.§.cũ arietes.ff.si quadr.
paup.fec.dic.Ioan. Fab.in §.ius autem gentium.
inst.de iu.natur.Et ista præsumptio est capienda
fauore viuentis, ex quo etiam est humanior, per
supradicta. Et ex hac decisione primo habes no-
2 tare. quòd si aliquis occidat aggressorem,venit †
absoluendus, nec tenetur probare se seruasse mo
deramen inculpatæ tutelæ: imò præsumetur ser
uasse,nisi fiscus probet contrarium,vel ex quali-
tate aggressuræ aliter sit coniecturandum. & ita
debet intelligi textus in l. j. C. vnde vi. quod est
summè notandum.

Et cõfirmatur ratione, quia aggressor dedit o-
peram rei illicitę,iste verò defensor licitè agit:vn
de potius in iudicio debet capi coniectura cõtra
aggressorem, & sic q, licitè fuerit interfectus. Nõ
aũt debet defensor grauari isto onere probandi,
A seruatum esse moderamen:quia quilibet dans o-
peram rei licitæ,prę sumitur illud seruasse,arg.d.
l.meritò.pro soc.& istud etiam est de mente Bal.
in l.is q aggressorem.C.ad leg. Cor.de sicar. & in
l.multis.C.de lib.cau.& Anch.in clem.j.de hom.
& ita etiam intelligit Bart.in l. sed & si quęcũq;.
ff.ad legem Aquil.& q, no. Aug.de Arim.in addi.
Ang.in verb.& dictus Titius se defendendo.Ale.
consi.xiiij.in iij.vol.Bart. Veronen.consi. xxviij.
& consil.seq.Feli.in c.iij.in fi.de homic. Ias. in d.
B l.vt vim. de iust. & iu. dum reprobat opinionem
Bart.in l.scientiam.§.qui cùm aliter.ff. ad leg. A-
quil. Quæ tamen opinio potest saluari in casu in
quo non constaret de modo aggressuræ. Fortius
dicit Alex.in l. non solùm. §. sciendum. in fin. ff.
de no.oper.nunt. quòd si accusator probet quali
ter Titius Seium interfecit, & è conuerso Titius
probet quòd Seius fecerat insultum aduersus eũ
vel res suas,quamuis non fuerit specificè proba-
tum quòd incontinenti sit factum,tamẽ reus ob-
C tinebit:quia præsumetur defensionem inconti-
nenti factam,& exceptio sustinebitur:iuxta l.iij.
§.cùm igitur.ff. de vi & vi arm. allegat in argumẽ
tum doctrinam Bar.ibi, de quo per eum & mod.
in c.in pręsentia.s̃.de proba.Secundo ex hac de-
cisione aduerte, quia ista opin. potest procedere
stante vera opinione glossæ,quam Bart.sequitur
in d.l.j.§.cum arietes. quæ vult,q, si ignoratur qs
ex duobus se inuicem vulnerantibus fuerit ag-
gressor, quòd vterq; sit absoluendus,propter in-
D certitudinem.l.scientiam.§.cùm stramenta.ff.ad
leg.Aquil.Sed contra illam gl.tenuit Bald.ibi,&
in rep.d.l.j.C.vnde vi.& Ange.de Are.in dicto lo
co,& dicit quòd ita seruauit in facto: & sequitur
Aug. de Arim.ibi,per doctrinam Bart.in l.si in ri-
xa.ff.de sicar.& respondet Ang. ad d. §. cùm stra-
menta.vt ibi per eum.

Sed quicquid dicant isti Doct.ego non recede
rem ab opinione glo.Bar.& Ioan. Fabr.vbi sum⁹
in dubio,quia nec per probationes,nec per con-
E iecturas posset apparere quis fuisset aggressor.
vnde in dubio erunt potius ambo absoluendi
quàm condẽnandi, ex quo posset accidere quòd
alter esset innocens,& simpliciter se defendisset.
l.absentem.ff.de pœn. l.duobus.§.fin.in gloss.de
iureiurand.& quod not.Roman. consil.ccccj.ex
præsupposito. Nec doctrina Bar. in d.l.si in rixa.
quicquam facit: quia in casu suo omnes dabant
operam rei illicitæ,& istud constabat: meritò o-
mnes tenentur de vulnere lethali, quamuis so-
F lum vnicum vulnus lethale reperiatur. Sed hic
in casu nostro non cõstat q, vterq; daret operam
rei illicitæ, quia potuit vnus se defendisse, & sic
licitè tantùm egisse.d.§.cùm stramenta.Istud ta-
men declara vt infrà dicam. Tertio est aduerten-
dum, quia ista decisio † ita simpliciter intellecta, 3
non est vera:quia in dubio præsumitur, quòd oc
cisor fuerit etiam aggressor, secũdum Ioan.And.
in cap.significasti.de pœni.& remiss.Bal.in c.j.de
pace tenen.& in d.l. vt vim. & per Rich.Malum,
& Floria.in dicto §.cum arietes.Et propterea di-
centi

centi se interfecisse ad sui defensionem, incũbit onus probandi, vt per Bart.in l. Aurelius.§.item quæsit.de liber. lega. Sed cùm hoc dictum procedat per viam præsumptionis, contraria quoq; præsumptione posset tolli.d.l.diuus. de in integrum rest. Et primò † tolleretur, quando merita 4 præcedentis vitę essent pro eo qui est viuus.l.nõ omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & in isto casu præcisè loquitur Ioan.Fab.& Flo.in dicto §.cùm arietes. Alex. in dicto consilio xiiij.in tertio vol. A Felin.in cap.dilecti.j. de exceptio. Secundò tolleretur,quando esset probatum, quòd ille qui reperitur mortuus,esset rixosus : quia præsumeret talis prouocasse ad rixam, vt dicit Cardin.in Clemen.j.in xxxiij.quæst. de homicid. vbi si duo reperiuntur mutilati, nec apparet quis fuerit insultor,præsumitur contra magis rixosum. Tertiò tolleretur, quando ille qui est mortuus esset robustior vel potentior: quod potest esse ex qualitate personæ, vel loci, vel etiam armorum : nam B in dubio præsumendum est quòd fortior prouocauerit,secundum Richardum Malumb. & Flor. in d.§.cùm arietes.Nec obstat quòd ab effectu apparet quòd viuus est fortior, ex quo ille fuit suppstes : quia istud potuit esse propter diuinum iudicium quod noluit innocentem perire:sicut dicitur de Dauid qui interfecit Goliam, vt per gl.in c.j.de purg.vulg.& cap.sæpe contingit.& ita respondet Bar.Veronen. consilio xxix. versi.vij.Et dicitur fortior ille, qui est magis peritus in scri- C mia,secundum Cepol.in d. consil. xxviij. versic. viij. Quartò colligitur ex probatione aliquarum coniecturarum:puta si probatum esset, quòd iste viuus exclamasset petendo auxilium: nam signũ est quòd ipse insultabatur,vt per Bal.in l.j.C.vnde vi.Idem si in ipso cõgressu se retrahebat : nam hoc est argumentum se defendentis, non autem insultantis, vt ibi habetur, & per Veronen. in d. D consi. xxviij. vbi latè consuluit in ista materia. Et cùm hîc simus in materia præsumptionum,multùm consistet in arbitrio iudicis, qui habet circa illas arbitrari,vt habetur in cap. afferte.per Abb. infrà. & in dubio videtur quòd debeat inclinare in partem humaniorem,& sic in fauorem viuentis.per supradicta. In contrarium tamen facit q, not.Bal.in cap.j.in prin.quibus mod.feud.amit. Felin.in cap. presbyterum. de homicid.vbi si medici inter se sint discordes, quia aliqui dicũt vulnus fuisse lethale,aliqui non,in dubio præsumetur lethale:& sic capietur præsumptio contra su- E perstitem Facit q, idem Bal. not. de equo bulso, in auth.omnes peregrini.C. cõm. de succeff.Sed respondetur,q, Bal loquitur quando vulnus erat in loco valde periculoso, vel erat valde magnũ: nam ista coniectura oriens ex ipsa re, præualebit alteri,ne attendatur humanior. & ita etiam declarat Veronen.in dicto consi.xxviij. Intellige supradictam præsumptionem vt procedat nedum respectu congredientis, sed etiam respectu tertij mediatoris,secundum Ang.in l.ij. per illum tex. F C.de ficar.vbi duo sunt ad manus, & aliquis forte bono zelo accepto baculo vult eos diuidere:si 5 talis occidatur, præsumitur occisus † ad defensionem,& sibi imputet,quia non debuit se interponere per modum per quem defensio redderetur debilior.gloss.in l.culpa caret.ff.de reg.iur.& idem videtur sentire Bal.in cap.j.§.iniuria. de pace iuram.firman. in fi.Ang.de Aret. in loco suprà alleg.mod.in d.l. vt vim. & facit decisio Ioan. de Anan.in cap.ad liberandum.de Iudæis.

SVMMÆ.

2 *Seruum voluntate domini deliquisse præsumi ex causis.*

PRÆSVMPTIO XL.

QVADRAGESIMO Seruus delinquẽs non præsumitur deliquisse de consensu domini,& ideo dominus non tenebitur nisi dare seruum pro noxa, cùm aliàs teneretur insolidum.l.ij.ff. de noxal. Et idẽ est in † famulis,& sic in libero homine:quia non 1 præsumetur neque ipse deliquisse de consensu patroni.j.quæst.iiij.cap.quia præsulatus.& ideo dominus in nihilo tenebitur,secundum Bald.& Iaf.in l.j.in ij.notab. ff. ne quis eum qui in ius. & in l. j. in primo notab. ff. si ex noxa. cau. agatur. [Adde quod voluit Ludo.Bologn.in repet.auth. habita.C.ne filius pro patre.quod scholaris non tenetur pro delicto famuli. & allegat Bartol. in locis pluribus, vt per eum.] Limita primò generaliter † in casibus in quibus consensus presume 2 retur, puta quia dominus consultus de delicto, vel videns illud fieri,tacuisset.c.Petrus.de homi. cap.Matthæus. de simon.Vel delictum habuisset causam continuam & succesiuam, cui verisimiliter dominus potuisset occurrere.cap.constitutis.j.vbi Abb. s. de testibus.& quod not.Bald. in cap.veritatis.de dolo & contumac.vel aliter appareret de scientia domini, de quo per Bartol.& Docto.in l.si quis mihi bona.§.iussum.de acquir. hęred.& in l.si ventri.§.fin.de priuileg.cred.cum concord. Secundò limita, quando famuli essent aliàs homines improbi, quia verisimile est quòd perseuerabunt in delictis suis.c. semel malus. de regu. iur. in vj. & dominus eos accipiens in domo,præsumitur informatus de eorum conditione.leg. fin. §. seruorum.ff.nau.caupo.quod nota contra istos nobiles qui habent in domo pro famulis lenones & homicidas : nam ipsi tenentur ex delicto ipsorum,secundum Card. in Clemen. ne in agro.§.porro.in iiij.notab.per illum tex.de sta.monac. Feli.in d. c. Petrus.in iij.failen.Mod. in l.ij.C.de pact. facit l.fi.C.de abigeis.Non videtur tamen quòd puniendi sint eadem pœna, sed mitius arbitrio iudicis, ex quo puniuntur per pœsumptiones, secũdum doctrinam Abb.in d. c.afferte.j. eod. cum simi. præsertim quia in tali casu videtur potius argui culpa domini quàm dolus. l.culpa caret.ff.de regu.iur. & per Bal.in d. c. veritatis.Tertiò limita in famulo cauponis vel nautæ,secundum l.j.ff.nau.cau.stabul. Sed nunquid si talis vulnerat viatorem hospitantẽ † apud do- 3 minum, teneatur dominus saltem ad damna & interesse?Ioan de Ana.consi.ij.dicit q, non:sequitur Iaf.in l.j.C.de ser.fug.quod mihi placet quando eum vulnerasset extra hospitium : alioquin si eum vulnerasset in hospitio,dum confidit in custodia hospitis,videretur secus : quia si dominus tenetur de damno dato in rebus, vt habetur per totum illum ti. multò magis de dato in personã. l.iustissimè. ff. de ædil. edict.& facit gloss.xxxij. quæstio.iij.cap.offerebat.

Quartò limita,vt factũ famuli noceat dño quoad præstandã causam excusationis alicui contra dominũ,qui aliter eam non habuisset,secundum Bar.in l.fi.§.fi.ff.q, vi aut clam. & in l. de pupillo. §.si quis ipsi.in x.quæst. de operis noui nũtiatio. Abb.& Butr. in c.si iussus. de appellatio. Quintò & vltimò fallit in familia delinquente in officio suo,p cui⁹ facto ipse prætor tenetur. Et idem de familia

familia publicanorum.l.j.§.familiæ. ff. de publi. & latissimè habetur per Fel.in dicto cap. Petrus.

SVMMÆ.

1 *Fisco instrumentum dotemq; præferri.*
2 *L.Si is,qui.de iur.fis.explicari.*

PRÆSVMPTIO XLI.

QVADRAGESIMOPRIMO in du- A bio capitur præsumptio contra fiscum, & contra eum iudicandum est.l.non puto.ff.de iure fisci. Et p illum tex. ibi infert Din.& Barto. 1 quòd si eadem† die reperiuntur confecta duo instrumenta,alterum fisci, & alterum priuati,præsumemus in dubio instrumentum priuati esse anterius. & idem tenet Alex.in l.j.ff.solut.matrim. Mathes.in notab.suo lxxij.& d.l.non puto.concordat cum eo quod dicit Plin. in Panegyrico ad B Traianum: Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus,cuius mala causa nunquam est nisi sub bono principe. Et idem esset quando concurreret instrumentum fisci & dotis,quia instrumentum dotale censebitur prius, secundũ Bald. in l.dotis.C.de iu.dot.Dicit tamen Iac. de Bel.in l.vnica.C.de cadu.tol.quòd dict.l. non puto.debet intelligi quando fiscus venit ex causa lucrativa.& ita etiã sentit Raph.Cum.Soc. Iaf. & Bulg. in d.l.j.Et confirmant hunc intellectum, quia il- C le titulus loquitur de bonis peruenientibus ad fiscum ex simili causa, ergo de tali debet illa lex intelligi.arg.l.imperatores.ff. de in diem addict. & ita etiam tenet Fel.in c.pastoralis.vers.ad idẽtitatem.de resc. Iaf.in l.de die. in fi. princ.ff.qui satisd.cog. Dec. in c. ex literis.de prob.& in l.in ambiguis.ff. de reg iur. vbi etiam refert alios intellectus satis abhorrentes à litera.Sed ista declaratio nimis restringit tex. in d.l.non puto. prout dicit Alex.in d.l.j.vbi per hanc rationem recedit D ab opinione istorum,& sequitur Bar.indistinctè. Nec est verum quòd ille titulus loquatur solùm 2 in causa lucrativa.Nec obst.l.si is † qui mihi.ff.de iure fisc.cum multis similibus referentibus varia priuilegia fisci : quia loquuntur in casibus claris, & in talibus lex eum priuilegiat:sed in dubio est fecus.Præterea non sequitur, fiscus habet multa priuilegia, ergo etiam istud. gl. in l. filium quem habentem.C.famil. erciscun.Pro ista tamen opinione facit quòd scripsit Iulius Capitolinus in E vita M. Antonij philosophi Imperatoris, vbi dicit, quòd in cautis compendij, & sic vbi lucrum resultabat, nunquam ipse Imperator fauit fisco. Alium intellectum ad d. l. non puto. posuit Soc. & Bulg.in d.l.j.sed quia mihi non placet,non refero.Sed tu circa illam decisionem Di.& Bar.aduerte,quia non videtur veram dato quod fiscus non sit fauorabilis in dubijs quæstionibus, non tamen debet esse deterioris conditionis quàm priuati:imò vbi lex pręcisè non priuilegiat fiscũ, F tunc æquiparatur priuato, vt est gl. in l. item veniunt.§.Imperatorum.ff.de pet. hære.& optimè probatur in l.j.C.de conduct.& proc.præd.fisca. libr. xj. Sed si essent duo priuati, videretur quòd propter incertitudinem alterum instrumentum alteri non præualeret.l.j.§.j.& ibi Bar.de bonor. possess secundum tabu.& propterea non videretur ita simpliciter præferendum priuatũ.Tamen mihi placet opinio Bart. propter generalitatem. dict.l.& auctoritatem Plinij in dicto Panegyrico. Sed nunquid idẽ sit in dote?Admissa ista opinione, casus non habet difficultatem. Sed tamẽ in contrarium facit, quia dos † & fiscus pari priuilẽ 3 gio ambulant.l.ij.vbi no.C. de pri.fis.& per Bar. in l.j.ff.sol.matrim. Vnde si sint priuilegiati pariter,deberet vterq; simul admitti, per regulam l. priuilegia.ff. de pri.cred.per Bar.in authen.quas actiones.C.de sac. sanct. eccl. Fortiùs videtur fiscum solum admittendum tanquam magis fauorabilem. l.satis.C.in quibus cau.pig.ta.contrah. & sic mulier non vteretur priuilegio contra fiscũ & ita voluit Bald.Nouel.in tract.dotis,in ix.par. in primo priu.per aliquas rationes, de quib⁹ per eum. Sed mihi placet prima opinio,quòd tunc contra fiscum pronuntietur,per supradicta: quæ opinio videtur magis communis in d.l.j.tanquã potentius sit in hoc casu priuilegium dotis. Ad tex.in d.l.iij.& in d.l. satis. respondeo, quod ibi non est simpliciter causa fiscalis, sed est primipili, in quo est speciale quòd etiã bona vxoris sint obligata,& filij quamuis non hæredes patris teneantur.l.iij.C.de primip.lib.xij. Et ratio specialitatis est secundum Abb. post alios quos refert in c.ex parte. de consue. propter magnum periculum quod in primipilarijs verebatur:quia primi in hostem prodibant.Sed istud nihil est:vnde dic, quòd penes primipilares collocabantur stipendia, & annona militum, quam inde ipsi illis diuidebant: vnde nisi in tempore satisfecissent, C verebatur magnum periculum famis & penuriæ in exercitu.Et propterea fuit inductum,vt etiam vxor & filij pro tali debito tenerentur: & istud est clarissimum apud Vegetium lib. 1. rei militaris,& aliàs declaraui in d.l.iij. C.de primipil. & probatur in l.ordinariorum. & in l.speciebus. C.de cohortal.lib.xij. Cætera dic vt per mod. in d.l.j.& etiam infrà aliquid dicturus sum.

SVMMÆ.

1 *Præcedentia secundum ius accipienda.*

PRÆSVMPTIO XLII.

VADRAGESIMOSECVNDO Præ- 5 sumitur † ex duob. actibus eodẽ die factis ille pcessisse,q de iure pcedere debuit. l.cùm in testam. §.j.vbi Bal.Ang. & Imol. ff. de testam. Quod procedit secundum eos ibi, etiam si ordo scripturæ esset inuersus : & quod not.Rota in decisio.antiq.titu. de præsum. j.& Alex.in l.diuortio.ff.sol.matr.& idem in cõsi.lxxxj.in tertio.vbi si à superiore sit data prælato licentia dandi fundum in emphyteusim, & eadem die fuerit datus,præsumitur licentiam præcessisse. sequitur Fel.in c.pastoralis. versicu.ad identitatem.de rescrip.vbi allegat quasdam alias decisi.Rotæ,de quibus per eum,& per Iaf.in l.fi. C. de edic.diui Adrian.

Sed difficultas est, nunquid ista præsumptio habeat locum, etiam si non constet actus eodem die esse gestus? Et videretur dicendum istam præsumptionem adhuc procedere, per textum iuncta gloss. in l. ij. C. de petit. hæred. vbi si non constet,nunquid venditio facta fuerit post litem contestatam,vel antè,præsumetur in dubio facta ante litis contestationem : quia tunc bene valuit,& excusat emptorẽ,& est benignior interpretatio.Sequitur illam glo.Bar.& communiter Doctor. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui oper.nunt. Secundò per notata per Bald.Ang & Sal.

Salic.in l.cum proponatis.C.de codic.vbi si duo proferantur codicilli, in quorum altero dicatur, illum fundum Titio lego: in altero verò, illum eundem fundum Titio non lego: & ignoretur quid sit prius vel posterius actum, præsumemus illud fuisse prius quod de iure debuit, & sic illud in quo fuit legatum: quia de iure non erat opus non legare, & sic in effectu adimere nisi prius fuisset legatum.Tertiò, quia capi debet semper illa præsumptio, per† quam actus secundum iura A sustinetur. d.l. quoties. de rebus dub. vt ergo actus illi teneant,licet præsumi debitum ordinem præcessisse. Contrarium videtur esse de mente Alexand.& aliorum quos allegat Felin.in d.c.pastoralis. Et facit ratio, quia cum prioritas actus sit fundamentum intentionis partis,quia sine ea actus non sustineretur,videtur quòd ei qui dicit, incumbat probatio, iuxta gloss. in Clemen. fin. in verb.creatum.de rescrip.in c.venerabilibus.§. fin.& ibi Gemin. j. de senten. excommun. in vj. B Potest distingui:Aut sumus in materia dependẽte à voluntate contrahentium,& procedat regula, quòd actus ille præcesserit qui præcedere debuit,etiam si non constet de eadem die. d.l.quoties. Aut actus† non dependet à pura facultate disponentis,& tunc attẽdatur ista breuitas temporis, vt si in eodem die actus gesti reperiantur, præsumatur præcessisse qui debuit:& ita loquũtur Doct.in dicto §.j. Alex.in dicto cons.& Felin. in dicto cap.pastoralis.aliàs non. C

SVMMÆ.

1 *Prioritas ex causis ob benignitatem non præsumi.4.6.9.*
3 *Intestato succedentem piæ causæ præferri.*
7 *L.j.C.de iur.fisc.explanata.*

PRÆSVMPTIO XLIII.

QVADRAGESIMOTERTIO Vbi dubitatur de prioritate duorum actuum, ne ex incertitudine vterq; vitietur, prę D sumimus pro benigniore.ita probatur ex doctrina Bar. communiter approbata in l. j.§. j.ff.de bonor.poss.secun.tab.& in l.edicto.in fin.
1 C.de edict.diui Adr.tol.vbi si producantur† duo testamenta, & ignoretur vtrum prius vel posterius,ex incertitudine vitiantur.l. duo sunt. ff. de testa.tute.l.eum qui duobus.ff.de acquir.hæred. nisi in altero sint instituti ab intestato veniẽtes, vel alter institutus possideat. Addunt Doctores, idem si in altero sit instituta pia causa, arg.c.fin. E j.de sen.& re iud. Circa primam declarationem,
2 quando instituti† sunt vonientes ab intestato, dubitatur,quid si in altero sit instituta pia causa? Et videtur venientem ab intestato potius admit
3 tendum, per rationem Bar. dum dicit,† quòd dato quòd ambo testamenta propter incertitudinem non valerent,admitterentur ipsi ab intestato:vnde si volunt admitti ex testamento, tutius est vt etiam admittantur ad conseruandam voluntatem defuncti. Ista ratio videtur procedere, F etiam dato quòd pia causa in altero esset instituta: quia isti venientes ab intestato,habent tantum iuris, quantum pia causa respectu testamenti. & vltrà habent fundatam intentionem ab intestato: ergo in tali causa ipsi debent præferri tanquã habentes ius fortius. l. vtrum.§. fin.ff. de minor. Et ista opinio non haberet difficultatem quando essent instituti filij. & haberent pinguius ius in illo testamento in quo non esset instituta pia causa.c. fin. xvij.q.iiij.l. si quis ad declinandum, C.de episc.& cleric. Circa secundam limitationem, quando alter† possidet, ratio est, quia ac- 4
tor debet fundare intentionem vt obtineat.l.actor quod asseuerat.C.de prob.& fundamentum eius intentionis est,quòd suum testamentum sit posterius, ergo debet hoc probare: & nisi probet,non potest obtinere.& ista est ratio Doct.Ex qua videtur inferri, quòd talis præferetur etiam piæ causæ: quia non reperitur in hoc priuilegiata pia causa, vt releuetur à probando illud quod est fundamentum intentionis suæ: & istud mihi placet.Non obst. quòd modern.in d.l.fin.teneat contrarium:quia secundum eos fauor† pię cau- 5
sæ præponderat fauori rei. d.c.fi. quia illud procedit in sententia in qua est ratio differentię à processu: nam ex quo in processu pariter fauetur actori sicut reo.l.de die.vbi no.ff.qui satisd.cog.in fine verò magis fauetur reo.l. Arrianus. ff. de act. & obl. vnde causa pia facilius facit cessare fauorẽ & sic in dubio sententiam obtinebit,qua poterit tollere ea quæ alicui competunt, non solùm ex fauore, sed etiam stricto iure.facit in argu. l. eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mil. Præterea in isto casu iste non est simpliciter reus,sed etiam possessor: vnde dato quòd causa pia præualeat reo,non debet etiam præualere quando idẽ reus esset possessor.arg.§. commodum.insti. de inter. reg. cùm sunt partium.de reg.iu. in vj. Cõfirmat ista opinio per tex.in c.si à sede.de præb.in vj.vbi C quando de prioritate beneficij pluribus collati non constat, potior est conditio possidẽtis. Nec obstat si dixeris quòd vtrinq; est causa pia: quia respondeo,quòd si ista ratio consideraretur,non debebat distingui inter possidẽtem vel non, sed inter egentiorem & minus egenum,& sic vt pauperior præferretur, vt est text. §. si quis in nomine.ver.si quis autẽ.in auth. de ecc.ti.& ibi Ange. de quo per Sali.& mod.in l.j.C.de sac.sanc.eccl. cogita tamen, quia tex.in d.c. fi. non parũ vrget.
Circa tertiam limitationem† de causa pia q, i- 6
psa præferatur,facit in argumentum text. in d.c. fi.& firmauit Lud.Rom. in rep.auth.similiter.C. ad leg. Falc. in xij.speciali: & ita dicit se consuluisse Ias.in quodam hospitali quod fuerat institutum in simili testamento. Sed tu aduerte vltra supradicta, quia text. in d.c.fi.loquitur,quando constabat de volũtate vtriusq;, vnde in repugnãtia fit interpretatio pro pia causa:sed in casu istę limitationis non constat de voluntate,ex quo solum vltimum testamentum habet pro se volũtatem defuncti.l.nolumus.C.de testam.& ignoratur quid sit illud vltimũ, vnde in puncto iuris ista limitatio est dubia, & plenius probatur per supradictã regulam generalem. Et ex supradicta regula etiam infertur ad duo instrumenta,quorũ alterum sit dotis, vt in dubio illud præsumatur priꝰ, vt habetur in d.l.j sol matr. de quo suprà dixi. & facit l.j.C.† de iu. fis. lib.x.secundũ communẽ in- 7
tellectum, vbi si appareat duplex hypotheca eodẽ die facta, præsumetur prior quæ est fisci. Sed qcquid dicant Doct.ille intellectus non cõgruit textui, qui voluit facere aliquam specialitatẽ in fisco,quod probatur in fine tex.ibi, q, circa fraudem cred. &c. vbi tex. inter cæteros creditores intelligit etiam de fisco:& sic præsupponit quantum ad illum text. esse parem causam omnium creditorum,aliàs illatio illa non esset bona. Et quod dicitur de dote & fisco, procedit etiam in salario Doctoris, secundum Bald. in d. l. j. quia causa studij & dotis† æquiparant, vt colligit ibi 8
Bart.

Bar.ex gl.fi. Nec obstat quod dicunt aliqui mod. quòd aliud sit loqui de ipso studio,& sic de disciplina,quæ bene est fauorabilis: aliud de mercede,quæ non videtur habere tot fauores.l. j. §. diuus.ff.de extraord.cog. Vnde pro salario non est introducta à lege hypotheca, nec alia priuilegia quæ competunt dotibus. Quia respondeo,quòd causa studij dependet à salario: quia præsumitur melius & libentius docere professor cui salaria exhibentur.l.medicos.in fin.C.de profess.& me- A
di.lib.x.Ad supradicta etiam facit quod not.Bal. in c. j. in princip. quid sit inuesti. quòd quando apparent duæ inuestituræ eodem factæ tempore,præualet illa quæ est plenior. quod intellige, quando talis plenitudo non esset onerosa, per illud quod notat idem Bal.in l. falsus. C.de fur.
9 vbi† si producuntur duo mandata, stabitur illi quod concedit minorem facultatem.Intelligunt supradicta simpliciter, data æqualitate vtrinq;: aliàs si in altero sit certius tempus, illud debet B præualere,arg.no.per Mart.Sillima.Ci.& Bal.in l.de rebus.C.de do.ante nupt. Ioan. de Platea in d.l.j.C.de iur.fis.lib.x. Et propterea si in vno instrumento sit expressa nedum dies,sed etiam hora, videretur illud præferendum,prout tenet Ias. & mod.in d.l.j.ff.solu.matr. Contrarium tenet Fel.in d.c.pastoralis.in versicu.vnius horæ de rescript.cuius opinio est verior, per rationem suã. & clarius procederet,quando in talibus scripturis non soleret apponi hora: nam ista appositio C insolita redderet scripturam suspectã,iuxta not. in c.quàm graui.j.de crimi. falsi. Bal. in proœm. feu.cum si.Nec Dd.allegati per Ias.dicunt in d.l. de rebus.illud ad quod simpliciter allegantur.

SVMMAE.

7 *Rei causa in casibus non præsumendum 8.9.11.12.*

PRAESVMPTIO XLIIII.

QVADRAGESIMOQVARTO In dubio fit præsumptio pro reo. l. fauorabiliores.ff.de regu.iuris. Et rationes istius præsumptionis ponit eleganter Aristot.in problem. part. xxix.c.xiij.Prima ratio est,quia actor semper po-
1 test & debet† venire paratus. In reo verò non ita est, & ideo potuit fortè omittere aliqua spectantia ad eius defensionem:vnde fuit ęquum vt E in dubio pro eo præsumeretur. Probatur ista ratio in d.l.qui accusare.C.de edẽ.& ij.q.viij. c. sciant.& Spec.in tit.de præpa.iud.§ j.& facit quod no.Bar.in l.qui in alterius.per illũ tex. ff. de reg. iu.vbi licet actor successerit in ius alterius, tamẽ ista non est iusta causa excusandi eum ab expensis,quia debuit se præparare antequam veniret ad iudicium.facit quod no.in c.ij.de dila. vbi lõgiores dantur dilationes reo quàm actori. Et sic F babes,quòd alienatio rei quã dicit se non omnia dixisse quæ ad causam suam spectant, sed aliqua per errorem vel obliuionem omisisse,est probabilis:pro quo facit tex. in l. minor autem magistratus.§.j.ff.de mino.Secunda ratio ponitur per eum,quia talis præsumptio suadet liberationẽ, ergo ista debet capi tanquam humanior. & hæc ratio optimè probatur in l.Arrianus.ff. de act. & obl.Quòd autem sit humanior,ipse probat: quia in conflictu rationum melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare. l. absentem.ff.de pœnis.l.inter pares.de re iudi. Ad de pro ista ratione primò quod no.Bur. in c. veniẽs.post Io.And.de accu.& Barth.Veronẽ. cõs. xlj.licet inuitus.vbi dicit, quòd officium iudicis
† magis exuberat in absoluendo: & propterea li- 2
cet absens non possit condemnari,dic. l. absentem.tamen si apparet de innocentia, potest absolui.Secũdò adde,quòd si inter plures personas aliquis fuit vulneratus, & fortè appareat vnum vulnus illatum,& nescitur quis fecerit, sint omnes absoluendi.d.l.absentem. & ita tenet. Pet. Iac.in libello de act.l.Aquiliæ.in versi. ex prædictis.Dic vt habetur per Alb.de Ros.in l. fin. ff. de ficar.& quod not.Imo.in c.j.de off.delega. Imò contra tales non erit neq; procedendum ad torturam,secundum Alexand. consi.xiiij.in iij. vbi ampliatur etiam si mortuus inculpasser aliquẽ: quia licet attestatio morientis† admittatur ad 3
absoluendum,secundum Bal,in l.j.C.commu.de lega.per l.Paulus.§.j.ff.de bon.lib.nõ tamen admittitur ad condemnandum, prædicta ratione, & etiam alibi diximus, & ita limitatur quod no. Ang.de Aret.in tracta.malefic.in verbo, fama publica.versi.quid autem si sint quinque. de quo etiam per Dd.in d.l.si quis in rixa.ff.de fica. Alex. consi.xv.in j. Tertiò adde quod not. Lucas de Pen.in l.j.C.de deser.lib. xij. vbi si dum dãnatus ad mortem suspenderetur, fracto laqueo† ceci- 4
dit in terram,præsumendum est factum miraculosè,vnde abieluẽdus,si ipse erat protestatus de innocentia:refert & sequitur Dec.in d.l. fauorabiliores. Et sic istæ rationes Aristotelis sunt bonæ. Sed tu adde tertiam rationem. Nam actor qui agit contra reum, in effectu arguit eius delictum vel culpam seu noxam, ex quo aliàs reus non compelleretur suscipere iudicium. l. si reus paratus.ff. de procur.§. fi. inst. de perp. & temp. act.Sed ista culpa seu mora non præsumitur, nisi clarè probata. dict.l. meritò.ergo in dubio pro reo D præsumendum est, qui habet præsumptionem illam pro se.Ampliatur ista præsumptio, vt procedat etiam in reo qui per accidens est actor: veluti quando reus intentaret remedium de quo in l.diffamari.C.de ingen.manu. puta si peteret imponi silentium alicui qui prætendit se creditorem,vel peteret cancellari instrumentum, se- 5
cundum Butrig.in c.in præsentia.de prob.& per mod.in c.ex literis.eo.tit. Ampliatur & secũdo, vt talis præsumptio procedat, dato quòd pro actore essent clariores testes. Et propterea si pro E parte accusatoris probatum sit crimen per† duos, 5
clericos, & pro parte rei sit probatum contrariũ per duos laicos,fauore rei præualebit probatio laicorum,secũdum glo.in c.clerici.viij. dist. Bal. in l. data opera.C.qui accu.non poss.Rom. in l.j. §.fi.& in l.illa.ff.de verb. oblig.Mod.in l. qui accusare.C.de eden.Et illam glo.intelligunt Mod. in d.c.ex literis.procedere in causis criminalibus secus in ciuilibus.Et ratio est, quia in criminalibus vltra præsumptionẽ quæ generaliter est pro F reo,concurrit etiam præsumptio quòd quis non deliquerit.dict.l.meritò.quæ præualet.Sed certè ista ratio procedit etiam in ciuilibus, quia reus delinqueret retinendo rem alienam,regula, peccatum.de reg.iur.in vj.Nec obst. gl. in c. monachus.in verb. antiquorum. in vj. dist. quæ vult, quòd tantum valet testimonium quatuor clericorum,quantum sex laicorum: quia illa gl. non probatur iure.Et dato quòd sit vera,erit tamẽ arbitrarium iudici qui hoc ponderet perscrutata

qualitate perſonarum. l.iij.ff.de teſtam. & in dubio prævalebit præſumptio oriens pro reo, præſumptioni orienti ex præſumpta probitate clericorum, ſecundum gl.in d.c.clerici. Ampliatur & tertio, vt ita præſumatur pro reo, quòd talis præſumptio operetur contra ipſum actorem, vt præſumatur temerè & per calumniam litigaſſe, & conſequenter cõdemnetur in expenſis, iuxta l.eum quem temerè.de iudic.& not. in l. properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudic. Quod intellige, niſi actor habuerit cauſam iuſtam litigãdi. Et dicitur accuſator habere iuſtam cauſam, quando ſaltem habet indicia ſufficientia ad torturam contra reum: vnde tunc excuſaretur à præſumpta calumnia, ſecundum Angel. in l.vacãtia. in vj.q.C.de bon.vacan.lib.x. Et iſta deciſio videtur confundere illud quod no.Alex.conſi.xj. incip.circa primum dubium.in ſecundo dubio. in j.volum.vbi dicit, quòd reus† qui fuit abſolutus, poteſt agere actione iniuriarum & ad damna & intereſſe, vel de falſo contra accuſatorem. & loquitur Alex.in caſu quo reus fuerit poſitus ad torturam, & purgauerit indicia, & ſic loquitur in caſu quo prius extabant indicia, ex quo aliter non potuiſſet torqueri.l.milites.C.de quæſt. & ita reprobat eum Picus in dict.qui accuſare. Sed ego intelligo deciſionem Ang.in d.l.ſi vacantia. procedere reſpectu iudicis, ne teneatur in ſyndicatu, non autem reſpectu accuſatoris. Et ratio differentiæ eſt, quia accuſator non debet deferre niſi delictum quod poteſt probare.C.ad leg.Iul. maieſt.& d.c.ſi autẽ.ij.q.vj. Sed iudex eo ipſo quòd habet ſufficientia indicia, debet procedere aduerſus reum: vnde plus ſuccurritur ex neceſsitate agenti.l.ſi.§.iudicandi.ff.de mun.& honor. l.ſi fideiuſſor.§.j.ff.qui ſatiſd.cog. Limitatur hæc cõcluſio primò, vt † non procedat quando actor ageret pro cauſa fauorabili ſeu pia.c.ſi. de re iud. quia earum fauor prævaleret fauori rei, vt ibi probatur, & in l.inter pares.ff.de re iud.& d.l. Iulia. ff.de manumiſſ.in l.ſi pars.ff. de inoff.teſt. & per mod.in dic.c. ex literis. de quo dic vt ſuprà tetigi. Secundò limitatur† vt non procedat iſta regula in præparatorijs iudiciorum, quia in illis magis fauemus actori quàm reo.l.ſi quis intẽtione. ff.de iudic.l.de die.vbi doct.ff.qui ſatiſd.cog.& l. inter ſtipulantem.§.j.ff.de verb.oblig. Sed cõtra iſtam declarationem adducuntur aliqua fundamenta per Mod.in d.l. de die.& in l.exigendi.C. de procura. Et mihi nõ placet iſta limitatio, quia rationes iſtius regulæ generaliter procedunt: & tex.in d.l.fauorabiliores. non videtur commodè pati iſtam reſtrictionem, quicquid etiam dicant Doct.in c.cùm ſint iura partium.de reg. iur.in vj. Non obſt. d.l. de die.vbi ſtipulatio recipit diem ex poteſtate actoris: quia iſtud nõ eſt quòd actor in præparationis ſit fauorabilior reo, ſed quia natura ſtipulationis hoc importat: cum enim alius promittit iudicio ſiſti, cenſetur promiſiſſe ſiſtere vſque ad finem litis.l.Græcè.§.& poſt litem.ff.de fideiuſſ. Sed quia interim poſſe eſſe graue promiſſori ſi finis litis diutius protelaretur, vel peteretur quòd ſi ſtaret aliquo tempore importuno, iudex ipſe moderabitur ſpatium: & actor ſtipulans nõ propter hoc cenſebitur ſibi præiudicaſſe, quin tamen in poteſtate ſua ſit agere. l.j.C.vt nemo in nuit. Non obſtat d.l.ſi quis intẽtione. qua quamuis actor ibi declaret libellum ſuum ambiguum, non tamẽ propter hoc videtur fauorabilior reo, ex quo etiam ipſe reus declarat exceptionẽ ſuã ambiguã, vt ibi habetur, & per Bart. in d.l.is qui reus.ff.de publ.& in d.l. inter ſtipulãtem.§.j. dũ allegat l.certum. ff.de confeſſ. Non obſt. dict.l.inter ſtipulãtem.§.j. quia ille tex. procedit ſpeciali ratione ibi aſſignata per Iuriſconſult. non autẽ quia in ordinatiuis plus faueamus actori. Tertiò limitatur in † medio cauſæ, quia tunc æqualiter tractamus & actorem & reum, non autem plus præſumimus pro reo, ſecundum doct.in probandum eius intentionem, & tamen actor tenetur edere reo ad probandum eius exceptionem.l.nõ eſt nouum.C.de eden.& ibi ita inquit Iaſ. & etiã in d.l.de die. Sed ad iſtud argumentum reſpondent Mod. quod iſtud eſt in probationibus quæ non videntur ſimpliciter reſpicere media cauſę, ſed etiam deciſionem, ex quo actore non probãte reus abſoluitur.l.qui accuſare.C.de eden. Cõfirma iſtam ſolutionem: quia licet clerici in præparatorijs † & ordinatiuis ligentur ſtatutis laicorum quando litigant in foro ſeculari, ſecundum glo.& Doct.in c.quod clericis.de foro comp. tamen non ligarentur ſtatuto reijciente probationes, quia tales reſpiciunt deciſionem, ſecundum Cald. qui ita diſputauit, quem refert Salic. in authen.caſſa.C.de ſacroſanct. eccle. per Doct. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit. quia quamuis iſta ſolutio ſit ſatis bona, tamen iſta limitatio etiam ipſa nimis reſtringit regulam d.l. fauorabiliores, cuius verba poſſunt compræhendere etiã iſtam reſponſionem: vnde teneas regulam generaliter, quòd in dubio præſumimus potius pro reo. Si verò ſumus in caſu claro, tunc ceſſat præſumptio: nam aliquando ex aliqua ſpeciali ratione reperitur in iure conſtituta differentia inter actorem & reum, vt per Iaſ.in d.l.de die. Sed illi caſus non propter hoc tollunt regulam, quæ in dubio procedit. Quartò † limitatur in foro animæ, quia tunc fit præſumptio contra reum: quia talis via eſt tutior pro ſalute, vt per glo.in c. de ſcrut.de quo ſuprà dixi in prin.regulæ. & per Moder.in d.c.ex literis. Et iſta limitatio optimè quadrat ad tertiam rationem ſuprà per me relatam, & procedit nedum ſimpliciter in foro animę, ſed etiam in foro canonico quoad pœnam ſuſpenſionis ab alteri c.presbyterum.c.ſignificaſti. ij.& c.ad audientiam.j.de homi. de quo per Comen. conſi.cxxxiiij. viſis denuntiationibus. Quintò limitatur †, vt non procedat quando eſt dubietas ſuper iuriſdictione, & iudex ante eam fundatam cognoſcit, vt eſt glo.in c.cũ contingat.in iij.gl.de reſcript.per Alex.& Moder.in d.l.de die, in fin.

SVMMÆ.

1 *Pœnæ vitandæ cauſa præſumendum ex cauſis contrà.*

PRÆSVMPTIO XLV.

FVADRAGESIMO QVINTO Præſumitur † ſemper in illam partem, per quam pœna euitatur. l. ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur.l.proximè. ff.de his quæ in teſta.delẽtur Raph. Cuma.conſ.cxxxiiij. Et ideo ſi in contractu pœna ſit pro parte vnius appoſita, non præſumitur actum vt etiam alter teneatur, ſecundum Bald.in c.j.qualiter dominus propriet.feud.priuetur. Et eodem modo ſubſtitutio quæ de vno caſu ad alium extenditur, non habet locum ſi pœna apponitur.l.pater Seuerinam. vbi Bart.ff.de cond. & demon.

demon.gl.in Clemen.ij.in verb.ſanctioni. de vita & honeſt.cler. de quo per Moder. in c. ſecundo requiris.de app. Et hæc faciunt ad quæſtionem. Aliquis venundedit domum, & incontinẽti † recepit in emphyteuſim, & deinde emptor fecit pactum de luendo intra certum tempus: iſte emphyteuta ceſſauit à ſolutione canonis, ita q̃ cecidit à contractu emphyteutico, an etiam cenſeatur cecidiſſe à pacto luendi? Et And. Sic.conſ. lj.ſcripſit ſapienter.in prima par. concludit quod non: quia iſtud cadere à contractu emphyteutico, eſt quid pœnale, ergo non debet præſumi actum vt talis pœna procedat etiam reſpectu pacti de luendo, præſertim quia pœnæ non habent locum niſi à iure expreſſæ. §. cùm igitur.in auth. de non eligen.ſecundo nub.l.at ſi quis.§. diuus. ff.de relig. & per eandem rationem idem ſecuti ſunt aliqui Moder. in l. in bonæ fidei. C. de pactis. & eſt de mente Iaſ.in l.ij. C.de iur. emphyt. Contrarium tenet Barth. Vero.in tracta.de ſimulat.contractuum, in ij. præſumptio. in caſu quo tale pactum eſſet appoſitum contractui emphyteutico: ergo ſi cadat ab emphyteuſi, cadat etiã à pacto. & iſtam rationem fecit etiam Iaſon in d. l.ij. Sed tu tenendo primam opinionem quæ videtur æquior, reſponde, quòd pœna reſpiciens ipſum contractum emphyteuſis, non debet trahi ad iſtud pactum luendi, per notata in d.l.in teſtamento.cum ſimilibus. Et licet tale pactum poſſit dici pars contractus, iſtud eſt per fictionem. l. lecta.in verbo, ineſſe videntur.ff.ſi cert.pet. Nam propriè loquendo eſt contractus de per ſe, iuxta glo.in l.j.ff.de act. & oblig. quæ proprietas debet attendi, preſertim vbi agitur de euitanda pœna, vt per Bald.in l.cùm proponas. C. de hæred. inſti.& in c.j.in fin.de milite vaſal.qui contu.eſt. Cùm ergo propriè loquendo ſunt duo contractus, pœna vni appoſita nõ debet trahi ad alium. facit l.iuriſgentium.§. adeò.ff. de pactis. Item quia excluſus † ab vno capite contractus, non cẽſetur excluſus ab alio, ſecundum Bald. in l. ij.in viij.q.C.de reſcind.ven. Imò plus ego crederem, quòd iſte dominus non teneretur vigore talis pacti, niſi ad transferẽdum directum dominium, reſeruato vtili quod fuit conſolidatum: quia illud pactum in luendo intelligitur ſecundum tẽpus contractus, & ſic de directo tantum ſeparato ab vtili: non autem deber extendi ad ius interim quæſitum. l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. præſertim ex culpa ipſius paciſcentis: nam ex quo incontinenti fuit factus contractus emphyteuticus, ſatis arguitur mens contrahentium, vt emptor haberet ſolum directum dominium ſeparatum ab vtili. arg l.ſi ventri. §.fin.ff. de priuil. cred. Ad ſupradicta etiam facit quod notat Io. And. & Gemi. in c. diſpendia. de reſcript. in vj. vbi licet diſpoſitio principalis extendatur, nunquam tamen fit extenſio quoad pœnam, quia nõ præſumitur talis fuiſſe intentio diſponentis. ſequitur Butr. & Imo. in c.fin. de reſcrip. Abb. in c. j. de loca. Gemin. in c. ſi fortè. de electio. in vj. Lãcel. Decius. in l. de in ius vocan. Quod intellige, niſi eſſemus in æquiparatis à regula iuris aliqua, iuxta notata in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. cùm concord. per Moder. in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & ita intelligo gl. in c.j. in glo. penul. ſ. de poſtu. præla. de qua per Moder. in c. nam concupiſcentiam. in ij. lectura. de conſtitu. Declara ſupradictam præſumptionem, vt procedat in dubio: aliàs ſi caſus eſſet clarus. puta quia proprietas verborum importaret pœnam, tunc ſtaremus proprietati. l. cùm lege. vbi Aret. ff. de teſtam. & quod not. Cal. conſ. j. de conſang. & affin. & per Moder. in l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. Confirmatur ex doctrina Abb. in c. j. de conſti. vbi dicit, quòd licet in dubio prævaleat illa interpretatio legis quę eſt benignior, tamen in primis debet attendi proprietas verborum, ſecundum glo. in l. non poſſunt. ff. de legi. & per Deciũ in d.c.j. verſi. tertia concluſio. Intelligẽ hanc declarationem, quòd fiat lata interpretatio quatenus verba important, quando omnia poſſunt commodè interuenire: alioquin ſi vnum tãtum ſignificatum adaptari poſſet, intelligeretur de leuiore. Et propterea ſi quis condemnetur, ſimpliciter ad pœnam capitalem, intelligetur de exilio, vt per Abb. & alios in c. quanto. j. de iureiur. gl. in l.j. in verb. capitalis. C. ne hæret. vel Iudæ. man. Ang. de Aret. in tracta. malefi. in verb. & caput ab ſpatulis. Aret. in c. qualiter & quand. §. fi. de accuſa. Rimin. in l. tranſigere. de tranſact. Alex. conſ. ciiij. limitando etiam vt per Imo. in l.ij. de publi. iudi. Et ſi condemnatus eſſet clericus, intelligeretur de excommunicatione, ſecũdum Picum in l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. pro quo facit tex. in c.j. ſecundum vnum intellectum. j. de homici. Adde quòd videretur, quòd imò ſatis eſſet pœna infamiæ, quia talis dicitur capitalis. Vnde infert And. Sicul. in addit. ad Bal. in c.j. in prin. quibus mod. feud. amit. quòd ſi vaſallus amittit feudum ſi non defendat vitam domini, ita etiam ſi non defendat eius famam, quia periculum famæ, æquiparatur vitæ. l. ipſa. ff. de manu miſsis vind. Sed tu tene contrarium per ſupradicta: & quia cauſa famæ non propriè dicitur capitalis, nec propriè æquiparatur vitæ, vt probatur in l. ſi adulterium cum inceſtu. in. §. ff. ad l. Iul. de adult. ibi, cuius famæ multò magis quàm vitæ parcendum eſt. Et propterea non teneo illam deciſionem And. Sicul. quæ etiam eſt nimis inhumana. Comprobatur prædicta declaratio per gl. in auth. ſed nouo iure. C. de fur. vbi ſi quis ſit condemnatus in amputatione manus, intelligitur de debiliori: imò ſi reus haberet vnam aridam, illa eſſet amputanda, ſecundum Iacob. But. Alb. de Roſ. Sal. & Paul. Caſt. in d. auth. ſed nouo iure. Alber. de Roſ. in tertia parte ſtatutorum. q. lx. Et dicit Ioan. And. in addit Spec. in rub. de pœnis, quòd hæc eſt communis doctrina, quicquid teneant Bar. Cin. & Bal. in d. authen. de quo etiam per Ang. in d. tractatu, in verb. quia non ſoluerit. Idem etiam tenet Ang. in l.iij. §. Labeo. per illum tex. ff. arborum fur. cæſ. & Maria. Socinus. in c. ſicut. Iudæi. de Iudæis. vbi allegat tex. j. q. j. c. ſicut vrgeri.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. DE PONDERIDVS ET MENSVRIS LIBELLVS, AD CLARISSIMVM IVRISCONS. ET CÆSAreum Senatorem, D. Hieronymum Archintum Mediolanensem.

CVm vnà de communibus studijs verba faceremus, & de veterum mensurimentio incidisset, dixisti eum tibi tractatum perobscurum videri, nec in ea re omnino tibi placere quæ à recentioribus, Budæo, Porcioq; traduntur: quorum alter & si Græcè Latineq; doctus, magnæq; eruditionis vir, quid in hoc argumento difficultatis subesset, diffusissimè quidem ostenderit, non tamen dissidentes simul tot auctores conciliarit: alter verò in cæteris diligentissimus, hac in re tam suspensa manu scripserit, vt non multò studiosis vsui esse possit. Ambo certè in mensurarum ponderibus inuicem discrepent, dubiumq; relinquant, vtri magis adhibenda sit fides. Rogasti itaque me, vel potiùs coegisti, vt sententiæ te meæ certiorem facerem. Non potui precibus tuis diutiùs aduersari, cùm ob immensum meum erga te meum amorem (nec conquieuerat Leopoldus Dikius meus, subinde ad hoc generis studium adhortans, vt totius rei literariæ, tum precipuè Iuris professoribus quàm liberaliter gratificarem) tum quòd publica etiam studiorum causa: quam citra præuaricationis notam deserere non possum, me hortabatur, ne freti tantis ducibus studiosi in vtranq; aurem dormientes, vel à vero aberrarent, vel incertiores vt Demipho Terentianus quàm prius, quæredum amplius censerent. Nec verò ferre iniquo animo hoc ipsi debent, qui supra omnem inuidiæ aleam positi, quòd in se fuit: primi rem feliciss imè aggressi sunt, si deinde alijs artificibus inuentum suum clarius illustriusq; reddatur: concedant mihi, quod etiam parci agricolæ non solent prohibere, vt post optimorum vindemiatorum terga racemationem faciam, illectámve stipulam post messoris colligam, Tu vale, & lege feliciter.

IN primis inter auctores id A constat, quod in ponderib. est As, in Geometricis mensuris pes, in aridorũ vel etiã humentium mensuris esse apud Rom. Sextariũ, princi piũ videlicet quoddam, ad quod cæterę maiores mensuræ referuntur. Quò fit, vt qui eius certam scientiam habuerit, facilè sequentia intelligat: qui nõ habuerit, quanto magis progreditur, tantò profundiùs fallatur, & toto (quod aiunt) aberret cœlo. Sextariũ ergo Isidorus vigintiquatuor vnciarum esse definiuit: cuius sententiæ assertor videri potest Africanus, qui Libram esse Sextarij dimidiũ scripsit: & Plin. dũ Heminã (quæ dimidium Sextarij capit) esse & Minã auctor est, subditq; in ea drachmas Atticas centũ esse. Addũt & in eãdẽ sententiã quasdã rationes recẽtiores quidã, quæ rẽ in coniecturã potiùs deducũt, quã in probationis fidẽ. Ego nõ video quid hosce summi iudicij homines impulerit, vt Isidorũ nequaquã bonũ autorẽ opinatissimis scriporib. prętulerint, è quibus Plin. lib. vigesimo primo cap. vlt. Cyathũ pẽdere drachmas decẽ scripsit: vnde cùm in sextario cõstet duodenos esse cyathos, cõsequens est, Sextariũ nõ vigintiquatuor vncias, sed drachmas cxx. hoc est, quindecim vncias pẽdere. Idem & à Rhẽnio Fannio Palęmone i carmine de põderib. pditũ est, q, opus nomine Prisc. vulgò circũferẽ, vbi de Cyatho loquẽs, Bis quinq;, inquit, hũc faciũt drachmæ, si appendere velles. Sed & Græci ξέστην suũ, quẽ Sextariũ Plin. solet appellare, Libręesse scripserũt vnius, itẽq; semisis. Sic Paul. Aegineta, sic & interpres Nicandri, sic & Suidas ipse in dictione μέδιμνος prodidit. Huic sententiæ etiã

Sextarius.

acceſsit Serapion Arabs medicus, qui apud Dioscoridẽ lib. primo, capitulo de Pinu, q, Græcè legitur, tres Cyathos, quatuor vncias ipse trãstulit. cõstat aũt Cyathos duodecim in sextario esse. Accedit his q, in cõfesso est, Modiũ Sextarios sedecim cõtinere: quapropter ex Isidori ratione triginta duas Libras pendere deberet, & tamẽ Plin. lib. decimo octauo auctor est, Modiũ tritici leuissimum pendere libras viginti, grauissimũ Libras viginti septẽ & dodrantẽ, Sed & Iuuenalis Satyra sexta mulierẽ quandã describit, quę, quoniam B vitrũ omne purũ, vt Dioscorides lib. quinto scribit, ἐμετικὸν est, ipsa ante cibũ, quo appetentiã excitaret, de Oenophoro, q, vt sola biberet, ante pedes seruabat, alterũ Sextariũ duceret. Vnde ostẽditur haudquaquã rantæ mẽsurę Sextariũ fuisse, alioquin bibacissima fuisset existimãda, quę vel duos Sextarios integro prãdio sorbillaret. His igitur rationibus arbitror Isidori sentẽtiã veram nõ esse. Quid ergo cẽsendum? Ipse mensuras siue C humidorũ, siue arẽtium, eiusdẽ põderis nõ esse, & apud Nicandri interpretẽ & apud Palæmonẽ legi. Quapropter si vasculum, quod sextarium tritici capiat, pondusq; vnciarum sedecim habeat, qs aqua vel vino impleuerit, viginti ferè vncias efficiet: grauius enim est vinum seu aqua non solùm triticeo, sed etiã oleo. Mel quoq; vtpote grauissimum, põdere à cæteris differt, ita vt in duabus quibusque Libris Selibra superſit, si conferatur oliuo. Cùm ergo in pondere mensuræ huiusD modi differant, arbitror veteres in commune cõstituisse, vt vnciarum quidecim esset sextarius, vt quod vas leuissimi tritici vncias quindecim contineret, sextarius esset. Sic de aqua, oleo, melle, cæterisque siue aridis siue humentibus. Nam & huius ponderis, vt infrà ostendam,

fuit

fuit etiam Græcorum ξέστης, sic opinor à sextario nostro dictus. Hęc enim vox apud veteres, Aristotelem, Theophrastum, Herodotum, idque genus scriptores nõ inuenitur, sed apud Dioscoridem, Paulũ Aeginetã, & huiusmodi, qui rerũ potientibus Rom. & Latina lingua etiã in prouincijs recepta, floruêre. Cùm itaq; cõstituerimus quid sit sextarius, cętera nullius difficultatis sunt. Dimidium sextarij Hemina est, quã aliqui Greci corruptè Minã appellãt. hinc factũ est, vt pleriq; bilibrẽ sextariũ crediderint, quòd vnius Libręe Minã esse cognouerãt: quo in errore recẽtiores pręiuisse vidẽtur, quos suprà retuli, Africanus & Plin. Et vt demus eos ita scripsisse, vtrũq; id defendit, q, ab alijs scriptoribus accepta referunt, quorũ fidẽ ipsos prẽstare minimè cõuenit: alioqui Plin. pugnãtia dixisset, cùm decẽ drachmas pẽdere Cyathũ adfirmet. Mihi tamẽ verisimilius videt, scriptorũ incuria codicẽ corruptum, qua de re infrà quoq; differturus sum: doctiores. n. Heminã hãc B nõ Minã, sed Cotylã vel Trybliõ dicũt. hęc senis Cyathis cõstat, qui & sextarij vnciæ dici possunt qua ratione dicimus, Sextantẽ, Quadrantẽ, Triẽtẽ, Deuncẽ, duos, tres, quatuor, vndecim cyathos. Sextarios quatuor Chœnix cõtinet, quam interpres Nicãdri pendere Libras sex auctor est. Est & alio pondere apud Athenienses Chœnix. Sed nũc de Rom. mẽsuris loquar. Congius Sextario nomẽ dedit, sex emẽ Sextarij eum efficiũt. is χοῦς Græcè dicitur, & (vt Suidas scribit) differt ab ea C mẽsura quæ χοῦς dicitur: est enim illa διξέστου, hoc est, duorũ sextariorũ. Quã tamẽ differentiã nusquã alibi proditam memini, nec Palæmon ipse agnouit. Modius Sextarios habet sedecim, Rom. vox, quã medimnũ Græcis esse Politianus credidit: in quã sententiam etiam iuisse video Hesychium & Lucianũ, qui in dialogo Alex. & Annibalis, cæsorum Romanorũ annulos μεδίμνοις mẽsos fuisse tradit, cùm Titus Liuius, & cæteri Latini, vnde ipse sumpſit, Modijs dicant. Sed certè D nõ vidẽtur Græci Modiũ Latinũ satis intellexisse: Medimnus enim maior est, vt qui sex modios habeat: quãuis Siculũ Medimnũ quinq; Modiorũ esse, Cicero in Verrẽ ostẽdat: & Atticũ medimnũ septẽ Modiorũ, Cornel. Nepos in vita Pomp. Attici scripserit. Sed ipse suspicor corruptũ numerũ, qui ex his, quæ inferiùs dicturus sum, corrigẽdus sit. Suidas quodã loco Modiũ arbitratur duodecim Sextariorũ esse: quę sentẽtia doctissimis scriptorib. repugnat. Vrna Sextarijs viginti- E quatuor cõficitur, vt lib. vlt. cap. vigesimo Columella scribit: cuius duplũ est Quadrãtal, siue Amphora, eodẽ auctore. Amphoras viginti Culeus habet. Sanè Amphorã cũ Græci significant, ἰταλικὴν κεράμιον solent appellare: capit enim Congios octo, qui sunt Sextarij xlviij. Nã Amphora Græca quã masculino genere ipsi τὸν ἀμφορέα vocãt, à nostra multũ distat, vt quæ solùm triginta sex Sextarios nostros cõtineat: tametsi Attica amplior F sit, vt infrà dicã. Sed & Medimnus Atticus à cętteris nõ parũ differt: is Chœnicas octo & quadraginta cõplectitur, cuius dimidiũ est semimedimnus, tertia pars triteus, id est, Tertiarius sedecim Chœnicũ. Sexta pars ἕκτους, id est, Sextarius octo Chœnicas habẽs, cuius dimidiũ est ἡμίκτεον Aristophani in Nubib. quatuor Chœnicũ, qui & Tetrametrũ ibi appellatur. Metron enim, vt eius poetę interpres attestatur, pręcipuè Chœnica appellabãt, ex eo quòd illa principium sit omnis ferè mẽsuræ: quapropter & à quibusdã libra dicta est, sed impropriè. Videtur Rhemnius Palæmon nõ ipsam Chœnicen, sed eius dimidũ librã appellasse, dũ Atticã librã cõmemorat põderis drachmarũ septuaginta quinq;. Erat aũt Chœnix, (vt Iul. Pollux, & Suidas, & interpres Nicãdri ait,) Cotylarũ trium, id est, (vt idẽ interpres inquit,) septẽ & viginti vnciarum Græcarum, quantum videlicet in dies singulos panis solebãt seruis antiquis demetiri. Vnde apparet Chœnicis Atticæ differe tia ab alia cõmuni Græcorũ Chœnicẽ, quę sextariorũ quatuor erat. De hac Attica intellexit Herodotus libro septimo dũ quinquagintã & viginti octo hominũ myriades, quas in Greciã Xerxes duxit, absumere potuisse Medimnorũ myriadas vndecim scribit, si singulis hominibus Chœnix tritici fuisset admensa. De hoc Medimno etiam Suidas intellexit, dũ Medimnũ scripsit sextariorũ esse septuaginta duorũ, & pẽdere Libras cẽtũ octo. Hincq; etiam ostẽditur, Athenienſiũ mẽsuras à cæterorũ tam Græcorũ quã Latinorũ mẽsuris plurimum differre: quòd & in Vncia, Libra & & Choeo, & Amphora, & Mina dicendum est. Et primo de Vncia loquamur. Scribit Plin. libro vigesimoprimo, in drachma Atticã sex esse Obolos, in Obolo Chalcos, id est, Aereolos decem, in obolo verò Græcorũ cõmuni octo tantũmodò Chalcos esse, Iul. Pollux lib. ix. Paul. Aegineta & cęteri tradũt. quò fit, vt Vncia Attica, quæ eadem cũ Rom. est, Chalcos habet cccclxxx. cùm vnciã Græca solos habeat ccclxxxiij. Meritò ergo Cornelius Celsus libro quinto. capit. xvij. in vncia Græca põdus septẽ denariorũ esse tradit, cũ alio q Latina & Attica vncia denarios habeat octo: tametsi nec eius ratio omnino quadret: quãdoquidem id septẽ denariorũ põdus aliquãto grauius est vncia Græca: sed maluit Celsus paulò ampliõrẽ modũ dicere, quã leuiorẽ: quod fecisset, si sex denarios in vncia solos cõstituisset: cõtineret enim Chalcos prætereà quatuor & viginti. Eadẽ ratione factũ est, vt cũ sextarius Rom. quindecim vnciarũ sit, vt suprà dixi, Græci suo sextario vncias octo & decẽ adtribuãt, quòd videlicet vncia cõmunis ipsorũ, nostra itẽq; Attica leuior sit, in põderęq; decẽ & octo vncię ipsorum, & quindecim nostræ, ferè nihil differãt. Et hæc de vncia satis. Nũc de Libra videamus, quã illi λίτραν dicunt. Libra. & minimi fuit põderis, videlicet stagiorũ, id est, sextularũ triũ, vt interpres Nicãdri scribit, de qua multa quoq; Iul. Pollus scripsit. cui opinioni adstipulatur etiã Hesychius, qui λίτραν interpretatur siculũ, qui idẽ est cũ stadijs tribus, & tamen libra Græca cõmunis. ipsa quoq; est vnciarũ duodecim. Est & alia Attica libra, cuius meminit Rhemnius Palæmon, põderis drachmarũ lxxv. quarta videlicet parte minor nostra libra, cuius suprà mentionẽ fecimus: sed impropriè hãc librã vocitari suprà dixi. De Choeo nõ minor est variatio: nã Choa græcũ, suprà diximus latinũ Cõgiũ esse cõtinereq; sex sextarios. At diuus Hieronymus Cõmentariorũ in Ezechielẽ lib. j. Choa Atticum, sextariũ Italicũ esse dixit. Quã sententiã ne improbẽ, auctoritas quoq; Plin. facit, qui lib. xiiij. de Nectarite vino verba faciẽs, quod apud Dioscoridẽ fieri legerat, vncijs quinq; radicis εἰς χοᾶς, quinq; musti additis, vertit in sextarios sex, vt Atticũ Choa apud autorẽ (quisquis fuit, seu Dioscorides, seu alio vndẽ ipse accepit) legisse eũ credã. De eo etiã intellexisse Athenęũ arbitror, qui Rhy- Rhyton ton (cuius vasis etiã Martialis meminit) describens, similẽ esse cornui dicit, & duos Choas ca-

Libra.

Choeus.

pere,& ideo solis heroibus dari, vtpote bibaciorib us.Nam & regibus Spartanorum in conuiuio Cotylas binas dari solitum fuisse,apud Herodotum legi,cùm cæteris sola Cotyla daretur. Vnde ostenditur aliquantò parciores vini veteres fuisse,quàm nunc nostrates homines sint. Nam & Græca cantio Plauti in Sticho,solos denos Cyathos concedit. Horatius nouem,quoniam tres prohibet suprà, rixarum metuens tangere gratia.Interpres tamen Aristophanis, & Suidas ab

A

hac sententia dissidere videntur, qui cotylas octo in Attico Choeo esse dixerunt,quasi Athenienses cum in Chœnice à cæteris dissentirent,quã alij Chœnica dicebant, ipsi Choa appellarent. Quo fit necessariò, vt duplicem Choa eos habuisse dicendum sit: alterum, quo in humidis fortè vtebantur, minorem: alterum, quo in aridis,maiorem:vasculum enim triticeum Chœnice angustius nullum ipsi habebant. Amphora

Amphora.

quoque non eadem Atheniensibus & cæteris

B

Græcis fuit: quandoquidem Palæmon scribit, nostra amphora Atticam maiorem etiam Vrna fuisse: vnde consequens est vt sextarios habeat duos & lxx.sitque eadem mensura,quam illi medimnum dicũt,nisi quòd hæc liquidorum,ille tritici erat.Cæteri Græci,vt interpres Nicandri scribit,etiam Metretam appellant,vel Cadum, vt & Palæmon ait:nam Metreta & Cadus idem sunt, vt ex quorundam sententia etiam Pollux refert.

Metreta.
Cadus.

C

Gesychius quoque amphoram & Cadum interpretatur esse τὸ κεράμιον. Nec me mouet quòd in impressis Dioscoridis codicibus libro quinto. vbi de Helleborite vino agit, Metretam choas ι, id est, x. pendere legatur:nam vt corruptissimũ illum locum quisquis legerit,facilè deprehendet deesseque arbitror β, vt scripserit Dioscorides Metretam esse Choas ιβ,id est, duodecim,quæ mensura est sextariorum lxvij. Nec ab his quę cõmuni consensu traduntur,ex singulari aliquo testimonio facilè recedendum est, cùm maximè lu

D

bricus Græcis sit error, in mensurarũ præsertim notis. Apud Syros tamen metretam sextariorũ cxx.fuisse,interpres Nicãdri scribit:sicut medimnum,amphoram Atticam eiusdem fuisse ponderis,vt videlicet amphoram nostrã pendant, itẽq; Vrnã.Hieronymus in Esaiã lib.ij.κεράμιον interpretatur non Amphoram, sed Lagunculam: verùm ad formã vasis magis respexisse mihi videt̃, quã ad pondus.Superest vt de Mina dicamus. Et At-

Mina.

E

ticã centum drachmarũ esse,notius est, quàm vt probatione indigeat.Quapropter & Plin. suprà dicto lib.cap. vlt. sic legi posset, vt Minã scribat, quam & nostri Minam vocant,habere drachmas Atticas centum:quem locum ita etiam à plerisq; recentioribus correctũ video.Cęterorum autem Gręcorũ Paulus Aegineta Minam vnciarum esse sedecim auctor est, Romanã verò vnciarũ viginti.At interpres Nicandri Minam simpliciter vnciarum esse sexdecim, & ipse scripsit. Quæ verò

F

Italica mina vocetur, esse Libræ vnius semissis. Quæ sententia mihi videtur verior,vt Græci sextarium nostrum non solùm ξέστην,alienam ab ipsis vocem,sed Italicam quoq; Minam vocent, quæ vnciarum nostrarum quindecim sit.Quapropter Plin.cùm apud scriptorem Atticũ Minam reperit,vertit simpliciter Libram:minimum enim Libra nostra & Attica Mina differũt, nimirũ quatuor solis Drachmis.At cùm eandem vocẽ ab alijs transfert,Librã,inquit, & Quadrantẽ:quod lib. xiiij.vbi de Oxymelle,itemq; Cenchrite vino agit, potest agnosci: tametsi sint,qui non satis in hoc Plin. probent. Sed ipse vix mihi persuadere possum,vt existimem in re tam seria Plinium nõ fuisse diligentissimum:quoties enim de mensura non agitur,sed de vasculi forma,parum refert, si pro Xeste,qui sextarius est, argenteum cyathũ dicat:aut pro Cotyledone,qui Heminę capax est acetabulum,qui Oxybaphus est scribat, quoniã tunc de forma vasis, non de mensura tractatur.

A

Sed vbi de his medicamentis agitur,quæ ex minima adiectione,diminutionéue salutẽ vel mortem afferunt,quis credat tanti iudicij hominem non fuisse oculatissimum? Et hæc de maioribus mensuris,ponderibúsve sufficiant,minores paucioribus attingendæ sunt. Pondusculum minimũ est lentis semen, cuius duo granulum tritici cõficiunt. Granulo huiusmodi paulò amplior est Chalcus,de quo suprà dixi.Granula quatuor Ceration,id est,Siliquam pendunt. Est & Græcis

Lentis semen.
Granulum.
Chalcus.
Ceration.
Siliqua.
Thermæ.
Paroxis.
Obolus.
Gramma.
Scrupulum.
Cochlear.

B

Therme,itemque Paroxis, pro leuissimo pondere,sex videlicet granulorum.Tres Siliquæ obolum constituunt:Oboli duo gramma,id est,scrupulum:Oboli tres cochlear, Rhemnio Palæmoni & Isidoro,licet interpres Nicandri quatuor dicat,quandoque & nouem:sed tunc de cumulato fortè intelligitur,cuius & L. Columella libro vltimo meminit.Oboli sex drachmam quę Atticis eadem est cum Olea,itemq; cum eo quod Cariũ Ponticum vocant,eandem & cum Chyme vide-

Drachma.
Olea.
Carium Ponticum.
Chyme.
Stagium.
Stextula.
Solidus.

C

tur existimasse Palæmon, nisi quod Chyme ad mensuram drachma ad pondus magis refertur. Oboli octo stagium, qui & sextula Latinis dicitur,cuius põderis est aureus numus, qui Solidus in iure appellatur.Sunt & ex Græcis qui δινάριον nuncupent,aliud videlicet pondus à nostro denario,qui drachmæ Atticæ æquipollet. Oboli duodecim assem,quem Græci ἀσσάριον dicunt. est & Sicilicus,q Palladio,& L. Colum.& Plin. lib, xviii. c.xxxij. auctorib. duas drachmas in se ha-

As.
Sicilicus.
Duella.
Mystrum.
Chymæ.

D

bet.Oboli sedecim duellã Latin.Oboli xviij.Mystrũ paruũ,q qdã & Chymẽ vocãt:huius mẽsuræ nomẽ latinũ nec Columella qdẽ lib. vlt. ca.xxj. reperire potuit.Paul. tñ Aegineta Chymen quãdam magnam nominat, quæ sit obolorũ xxxvj. Meminit eius & interpres Nicandri, sed corrupto codice,in quo vulgò legitur μνᾶς μικρᾶς, pro χῆμας μακρὰς ἤ τοι μύστρα μακρά. Oboli vigintiquatuor Staterem, id est,semunciam eiusdem ponderis, cuius Mnestron,& Siclum. itemq; Carium Regi

Stater.
Mnestron.
Siclum.
Carium regium.
Ectomarion.
Cyathus Aegyptius.
Libra Attica.

E

um,& Ectomorion,& Cyathus Aegyptius,& Libra Attica. Nec me mouet quod Iosippus atque Hieronymus lib.Comment.in Ezech.xiiij.Staterẽ & Siclũ tradũt obolos viginti pẽdere, quia de Atticis obolis intelligi debet,de quib.suprà dixi nũc enim de cõmunibus Grecorũ põderib. solũ loquimur.Stateres duo vnciã,itẽq; q Græci magnũ Lytron dicũt,oboli xxxvj. Chymẽ magnã, itẽq; mystrũ magnũ,oboli xlviij.Vnciã, oboli septuagintaduo.Cyathũ, vnciẹ duę.quibusdam id

Lytron magnum.

F

põdus cõstituunt,q ὀλκὴ magna dicit.Sed & oxybaphus,quẽ nos acetabulũ dicimus, vncias duas habet,itẽq; obolos duodecim,quę pars est heminę,quã Cotylã Græci vocãt,quidã ex Latinis etiam Lancem.Et hęc quidẽ de veterũ mẽsuris,humentiũq; & aridorũ ponderibus dicta sufficiãt: vnde & mensurarũ,quibus nos in præsentia vtimur,ratio iniri potest. Vncia em̃ apud antiquos eadẽ fuit,q̃& nũc est: cuius rei duplex est argumentũ.alterũ,q Plin.lib.trigesimotertio cap.tertio auctor est,aureos, qui apud veteres didrachmales

Olce.
Oxybaphus.
Acetabulum.
Cotyla.

Vncia noua.

males erãt,xlviij.in libra fuisse:hodie verò cũ nõ aure9 drachmalis sit,videm9 nonaginta sex in ea appendi,et paulò plus,ppter Colybũ & auctoramẽrũ prinpalis monetæ. Alterũ est,qđ etiamnũ reperiuntur vetera nomismata cũ hac † denarij nota eiusdem ponderis, cuius drachma est nostra. Denarium autem idem quod drachmã fuisse, suprà docuimus. quòd si qui leuiores denarij reperiantur,id ex intertrimento euenit: vel quia aliqui principes propter difficultates numarias

A

leuiore pondere eos percusserint:quod quandoque factitatum, Plinius eodem loco auctor est, cuius verba prępostere in sermonis contextu posita, crucem fixêre grammaticis, dum eorum intellectum nequeunt assequi.nos sic intelligendũ arbitramur, cùm prius docuisset denariũ decem asses valere, & quatuor sextarios numos in denario esse, primo bello Punico imminutum pondus tradit,& tum percussos fuisse asses dextantario pondere,id est,duabus vncijs minus:vnde &

B

Sextantarij.

sextantarij dicti sunt, quia sextans illis deesset: ita quinta parte facta lucri,dissolutum est æs alienum. Duæ enim vnciæ quinta pars est dextantis.nec tamen magno detrimento populi affecti sunt,vt Festus scribit, cùm solùm quinta pars eis abesset.vnde conijcitur malè, & contra veterum codicum fidem, hunc locum ab his corrigi, qui quinque partes,nõ quintam partem legunt: maximum enim damnum id esset, si pro duodenis solæ binæ vnciæ restituerentur.Postea Hanniba

C

Vnciales asses.

le res in Italia gerente,facti sunt vnciales asses,sic dicti, quod alia vncia vltra sextantem aliàs deminutum illis detracta esset.Ita respublica dimidiũ lucrata est, eius quod dempto sextante lucrifaciebat.Mox maiore vrgente necessitate,lege Pa-

Secunciales.

pyriana, Secunciales facti sunt, detractaq; etiam alia vncia semis: quo fit, vt pro duodecim solæ septem cum dimidio penderentur, qua ratione sequebatur, vt sextertius quatuor assibus,denarius sexdecim æstimaretur. Sic ergo legenda

D

est illa clausula, & in suum locum restituenda, quod peruersum erat: Mox lege Papyriana Secunciales asses facti, placuitque denarium sedecim assibus permutari,quinarium octonis,sestertium quaternis. Subijcit deinde Plinius aureum numum percussum, ita vt scrupulum valeret sestertios vicenos,quod efficit in libras,ratione sestertij qui tunc erat, denarios nongentos. post hæc placuit xliiij. signari ex auri libris, paulatimq; principes imminuere pondus: minutissi-

E

mus verò ad quadraginta octo. Notas enim numerales iiij. itemq; iij. imperiti librarij propter similitudinem literæ, m,millia significare crediderũt: nec computatio Plinij à vero abhorret, vt recentiores existimârunt. Cùm enim in Libra sint scrupula clxxxviij. sequitur valuisse sestertios numos mille septingentos sexaginta. hoc est,Denarios mille quadringentos quadraginta. At tunc Denarij sedecim assibus valebant, vnde

F

si singulis diducantur sex illi asses,secundum ęstimationẽ Plin.tẽporis,ea summa redigetur ad denarios nõgẽtos:hocq; verũ esse de abaco diligẽs ratiocinator statim deprẽdet. Sed hęc hacten9.

De Sextario, & Denario, Drachmaq́, aduersus G. Agricolam quædam disputata: & Plutarchi in vita M. Antonij locus.

QVANTA inter autores cùm Græcos tum Latinos discordia in ponderum, mensurarumq; ratione esset, cũ quandoque animaduertissem,composueram in priuatum vsum quædam quasi aduersaria, vnde adiuuari possem: si fortè in mentem venisset: id argumentum in iustos codices redigere: deinde quia Gulielmus Budæus idipsum copiosè eruditeq; fecerat, decreueram aliam potius materiam pertractare,ne alioquin mihi cum eo posset vlla suboriri simultas, quòd in plerisque dissentirem: & tamen non potui eum libellum adeò supprime-

A

re,quin eruperit in publicum. Quòd si is qui primus eum edidit hoc fecit consilio, quod existimarit rem literariam sic quoque augeri posse, habet non iniustam excusationem: quod si alia mente ab eo factum est,possem Ælij Donati verbis in eum inuehi, qui solebat dicere, Dij malè ijs faciant, qui nostra ante nos edere festinant. Tuli autem id æquiore animo, quòd literis ad me suis scripsit Budæus, haudquaquam in malam partem se hoc accepisse: cuius exemplo nec

B

ego eis irascar, qui à me dissentiant. Fuerunt autem aliqui viri docti, sed ex ijs nemo acrius, nemo copiosius Agricola Germano medico,cuius omnia in me argumenta si velim diluere, ingenti volumine opus esset:at mihi vix otium suppetit, vt παρέργως hæc scribam: tuebor tamen arcem ipsam, nec sinam causæ iugulum interim perfodi. Tria autem potissimum sunt, quibus ille traditiones meas subuertisse videtur. Primum, quòd Sextarium constitueram xv. vnciarum es-

Apologia in Agricolam.

C

se, plurimis quidem argumentis, sed maximè Plinij libro XXI. capitul. vltim. autoritate, qui drachmas xv. quartam heminæ partem esse ait: cùm autem duabus heminis constet Sextarius, consequens est, cxx. drachmas in eo esse, id est, vncias xv. Inquit ille, mirari se, quòd non animaduerterim, de Græcorum mensuris, non de Romanis Plinium loqui. Respondeo, loquitur de Græcorum mensuris quo modo cum Latinis conueniant, censetque quod illis sint xv. drach-

D

mæ, id nobis esse Acetabulum quod illis drachma Attica, id nobis esse Denarium. Atqui cùm denarium acetabulumq; dicit,de Romanis ponderibus intelligit. Alij ergo aliter dixerunt,nempe Plinium de medicorum ponderibus loqui, non de mercatorijs, & quæ in promiscuo vsu essent.Subijcitq; Agricola,me falli,qui idem pondus denarij & drachmæ esse existimauerim. Sed & hoc haud sanè multum me mouerit: nam grauior est autor Plinius, quàm vt tam facilè ab eius

E

sententia discedi possit, qui, Drachma, inquit,

Drachma.

Attica denarij argentei pondus habet:quod non solùm in medicis auctoribus, sed etiam in cæteris verum esse ego arbitror. T. Liuius lib.xxxiiij. auctor est, redemptos fuisse mille & cc. captiuos, constituto in capita quingentorum denariorum pretio, eamque rem centum talentis stetisse. Constat ex Iulio Polluce, & alijs auctoribus, sex millia drachmarum in talento Attico esse: vnde vel solis digitis computari potest,

F

quingentos illos denarios, quingentas drachmas fuisse. Plutarchus in Antonio. Iussit, inquit, cuidam ex amicis dari myriadas (sic enim legendum ex autographo Græco, non millia, vt Leonard. Aretinus transtulit) vigintiquinque: id Romani decies sestertium uocant. Constat argenti sestertium denarios habere ccl. quod Budæus ostendit, & nemo non affirmat: vnde sequitur, idem esse myriadas drachmarum quod denariorum quorum xxv. constituunt mille sestertia, quod veteres dicebãt decies, subaudiẽtes

centena millia numûm, vt ex abaco quilibet diligens numerator ſtatim cognoſcet. Sicque ſatis probatum eſt, idem Atticis eſſe drachmam, quod Romanis Denarium, non ſolùm medicis, ſed & negotiatoribus. Cicero epiſtolarum ad Atticum lib.xvj.epiſt.cccxxxv. ſcribit, Octauiũ dediſſe veteranis qui Caſilini erant, denarios quingenos. At Dion lib. xliiij. πεντακόσιας δραχμὰς, quod idem eſt. Alij igitur Plinium de vncijs menſuralibus intelligunt, non de ponderalibus, quas inter ſe diſtare ex Galeno Agricola oſtendit, miraturq; quòd talem ego differentiam non viderim, ſicut nec Budæus, nec Porcius. Atqui veriſimile eſt, etiam eos vidiſſe: ſed quia vnciæ in menſuris primum vt ponderibus concordarent inuentæ erant, maluerunt de ponderibus loqui vtpote certioribus, cùm quæ menſurales ſunt, ex liquentium atque aridorum qualitate varientur, nec enim bilibræ cornu, in quo menſurales vnciæ ſint inciſæ, eiuſdem eſt ponderis ſi vino impleatur, cuius ſi melle, vel tritico, vel alia quauis materia: quæ tamen ego extra profeſsionis meæ cancellos poſita, medicis ad quos hæc res magis pertinet, tranctanda libens relinquo, memor, ſcilicet veteris ſententiæ, ſuæ quenque artis diſputatorem eſſe optimum. ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, Ariſtoph. σφηξί.

Drachma & denarius idem.

CL. GALENI PERGAMENI, DE PONDERIBVS ET MENSVRIS,

Andrea Alciato interprete.

PONDVS grauitate menſor dijudicat, menſuram vaſculi concauitate, ſiue arida, ſiue humens ſit quantitas. Eſſe autem earum quas dimetimur rerum triplicem differentiam cõſtat: vnam enim ponderis, alteram ſiccæ ſubſtantiæ, & quæ in cumulum queat aggerari, tertiam humidæ. Plurima verò, & quę experiri nemo vnus poſsit, ſunt huiuſmodi ponderum menſurarumque genera, varijs regionibus varijs vtentium moribus. Quapropter à nobis de his tantum ſermo habebitur, quæ maximè in communi omnium vſu ſunt.

De notis menſurarum & ponderum.

CAETERVM quoniam aliqui non integris literis, ſed per ſigna, & præſcriptas notas huiuſmodi demonſtrant, melius vtique eſt & nos hac in re veteres imitari, & in primis hoſce characteres declarare. Primum quidem litera χ quoties ſuperadditum habet α, chalcum, id eſt, æreolum ſignificat, hac nimirum figura χ̊. Quòd ſi ο habeat, choa, id eſt, congium, χ̊. Si οι chœnicem χ̊. Si η cheman, χ̊. Si verò litera κε deſcribatur, cuius inferius cornu acuto accentui ſimilis recta linea ſecet. ceratium addito ι oſtendit, [sym]. Quòd ſi ſuprà υ habeat cyathum, [sym]. Si ο corylam, id eſt heminam, [sym]. Si verò circumpuncta linea omnino in obliquum flexa ponatur, obolum notat, ∽. Si duæ circumpunctæ huiuſmodi notæ ſint, duos obolos, ∽∽. At qui gramma, id eſt, ſcrupulum faciunt, prima eius elementa deſcribunt addita recta linea, [sym]. Duæ autem coniunctæ, atq; altera parte in angulum flexæ lineæ, vti duo cornua, rectam drachmam conſtituunt. ∠. Cui cognominis eſt quam olcam vocant. Apud veteres tamen olca per λ ſcribebatur, cui in medio literæ ο addebatur: λ. Nos idem drachmam olcamque dicimus. At cùm λ adiunctum ι habet, libram ſignificat, λι. Aliqui tamen eadem litera acuto accentu ſecta idem demonſtrant, λί. Cæterum quoties ſ litera in ipſo ſui angulo ο habet, vnciam denotat, ſο. μ autem cui in ſummo meditullio ſit ν appoſita, minam μ̆. Si verò υ habeat, myſtrum, μ̆. Si ε, medimnum, μ̆. Si ο, modium, μ̆. Si quando τ ſcribas & ρ, itemque υ adijcias, tryblion feceris, τρυ. At cùm ξ ſcripſeris, iuxtaque ε locaueris, xeſtem, qui ſextarius eſt, deſignabis, ξε. Si ο appoſueris, oxybaphum, ξο. Aliqui tamen xeſtem recta linea ξ ſecantes conficiunt, ſic ξ. ε verò adiacentem μ habens heminam indicat, εμ. Quòd ſi κ effigiaueris addito ρ, ceramium denotabis, κρ.

De ponderibus.

MNA Attica & Ægyptia habet vncias 16. Mina Romana vncias 20. Libra vncias 12. Vncia drachmas 8. hæ & olcæ quibuſdam dicuntur. Olca, quæ & drachma, habet ceratia, id eſt, ſiliquas 18. Aiuntque in ea eſſe tres ſcrupulos. In ſcrupulo obolos duos. Habet autem obolus ceratia tria: Ceratium verò granula quatuor, hoc eſt, chalcos, ſeu æreolos duos, itemque duas tertij partes, in obolo quippe octo ſunt chalci.

De humentium dimenſionibus.

ITALICVM ceramium habet choas 8. Chus ℥ 6. Xeſtes cochlearia duo, quæ aliqui & tryblia dicunt. Alij aũt aiunt xeſtem pondus habere librę ſemis. Tryblium ſο 9. tale enim eſt cochlearij pondus. Idem aiunt & pendere corylam, id eſt, heminam. Habet autem & tryblium myſtra magna tria, oxybapha tria. Oxybaphum autem cyathum ſemis continet. Cyathus verò chemas paruas ſeu myſtra parua duo. Si autem velis humentis vſiæ pondera dijudicare, varias omnino in examine ipſo differentias reperies, vt in olei, & uini, & mellis exemplo dicemus: etenim mel vino ponderoſius quarta parte, itemque decima eſt: quò fit vt ferè tertia ponderis pars melli accedat. Oleo autem melli & vino hoc diſtat, quòd mel oleo ſeſquiplum eſt: tantum enim, itemq; eius dimidium pondus habet. at vinum nona tantum parte ipſo grauius eſt, plus quippe claritatis in oleo eſt, qđ infrà ſcripta particulari ponderum formula oſtendimus, ex qua per ordinem quid communiter hæc differant conſtituemus.

	Olei.	Vini.	Mellis.
Ceraminum Italicum, quod & amphora, habet	libras 72.	libras 80.	libras 108.
Chus, qui & congius,	libras 9.	libras 10.	lib. 13. ſemis.
Xeſtes, qui ſextarius,	vncias 18.	vncias 20.	vncias 27.
Coryla, id eſt, hemina,	vncias 9.	vncias 10.	vncias 13. ſemis.
Magnum myſtrum,	vncias 3.	vncias 3. ſcrup. 8.	vncias 4. ſemis.
Oxybaphum, id eſt, acetabulum,	drach. 18.	vnc. 2. ſcru. 12.	drach. 27.
Cyathus,	drach. 12.	ſeſcunc. ſcr. 4.	vnc. 2. drach. 2.
Myſtrum paruum,	drach. 6.	ſcrupulos 20.	drach. 9.

Orybaſius autem ſecundum Adamantinum auctor eſt, ſextarium quidem Italicum vini menſura vnciarum 24. eſſe, pondere verò nunciarum 20. cùm ſextarius menſuræ mellis duas libras ſemis ponderet.

De aridis.

AEGYPTIA artaba habet modios 5. Modius Ægyptius & Italicus chœnices octo. Chœnix ſextatios 2. Sextarius ſemiſextarios duos, quos & heminas vocant. Hemina habet cyathos 8. Atticus medimnus habet ſemiſeſtaria, quæ hemiecta vocãt, 12. Hemiectum chœnicas 4. Sic ſemimedimnus habebit minas 49. xeſtas 96. Huiuſmodi autem menſurarum pondus exprimere haud facilè eſt, quòd hæ vſiæ trutinari non ſoleant. Ad hæc non modicùm inter ſe differunt, quemadmodum me dici in arte præſtantiſsimi ante nos Doctores mirum in modum declararunt.

Eiuſdem argumenti incerti auctoris de notis.

SIGNORVM notarumq; doctrinã vtpote neceſſariam haudquaquam obiter perſcribendam duxi, vt in pharmacorum compoſitionibus, ſi qua ex ſignis notata inueniamus, ſtatim poſsimus ex pôderis ipſius ſignificatione dignoſcere. Igitur μ cui litera ν adijciatur μ̆, minam ſignificat. λ adijciente ι libram, λι. At gamma cum ο, ſο, vnciam: tametſi apud aliquos per ν & ο id ſignificetur, hoc ſigno, νο. μ verò cui ι ſuperiectum ſit, μέρος id eſt, partem ſignificat, μ̆. Obliquum verò Λ in dextram liniolæ partem deflexum drachmam denotat <, in ſiniſtram verò, eius dimidium >. At Romanum s apud quoſdam triobolum, apud nos verò ponderis ſemiſſem indicat, s. Quòd ſi in obliquum deſcribatur, obolus eſt, ∽. Si duplex ea ſit nota ∽∽, duos obolos oſtendit. Intus autem conuerſum Græcum ſigma ſemiobolum ξ.ξ. verò ι adiacentem habens xeſtem, id eſt, ſextarium oſtendit, ξι. At κ cui υ inſit, cyathum μ̆. ο cui λ adiacet olcam, id eſt, drachmam, λ.

De ponderibus.

MNA Italica drachmas habet 144. Iuxta Atticos verò 122. Quo fit vt illa libram vnam ſemis contineat: Attica verò libram tantùm vnciaſque tres, & præterea drachmas quatuor. Vncia Athenienſibus drachmas habet 7. Italis 8. Drachma ſcrupulos habet 3. quorum in vncia 24. ſunt. Libra vncias 12. Didrachma oleas, ſeu quod idem eſt, drachmas 2. Scrupulus habet obolum vnũ, chalcos 4. Obolus habet chalcos 6. Chalcus autẽ & ſiliqua omnium ponderum minima ſunt, & æquando trutinæ examini imponuntur. Medimnus habet ſemiſexta 12. Semiſextũ choas quidem duas, chœnicas verò 4. xeſtas 8. Quo fit, vt medimnus chœnicas habeat 48. xeſtas 129. Chœnix corylas, id eſt, heminas habet 8. xeſtas 4. Xeſtes heminas 2. cyathos 12. Et ita plurimi Græcorum metiuntur. In Italis verò congio vtuntur, quo menſura ſextarij quidem inſunt ſex, hoc eſt, heminæ 12. pondere verò drachmæ 720. aqua pluuiali accepta, quòd ea iuſtiſsima ſit, nec vnquam mentiatur. Chœnix ſextarios habet 3. heminas 6. quod pondut Atticis Tryblion dicitur. Acetabulum quarta pars eſt heminæ. Habet verò ſextarios pondere drachmas 120. Propriè autem Græcorum coryla olei habet libram vnam, ſextarius duas: Italica autem olei ferè octo vncias, vini nouem. Id autem ſciendum, menſuris pondera non æqualiter reſpondere, propter materiæ differentiam.

Ex Cleopatræ libro de mundicijs.

MINA nomen ponderis habet vncias 16. drachmas 128. ſcrupulos 384. obolos 768. thermos, ſeu quod idem eſt, lupinos 1152. ſiliquas 2304. chalcos 6144. Attica mina habet vncias 12. ſemis, drachmas 100. ſcrupulos 300. obolos 600. thermos, ſeu lupinos 900. ſiliquas 1800. Ptolemaica mina habet vncias 18. drachmas 144. ſcrupulos 432. obolos 864. thermos 1296. ſiliquas 2592. chalcos 6912. Libra habet vncias 12. drachmas 96. ſcrupulos 288. obolos 576. thermos 864. ſiliquas 1728. chalcos 4608. Vncia habet drachmas 8. ſcrupulos 24. obolos 48. thermos 72. ſiliquas 144. chalcos 384. Vocatur autem vncia alio nomine etam quatruſsis Italicus. Drachma habet ſcrupulos 3. obolos 6. thermos 9. ſiliquas 18. chalcos 48. Italicus denarius habet drachmam vnam. Eſt & drachmæ cognominis, quæ Ægyptiaca vocatur, ſextam tantum Atticæ drachmæ partem pendens, vt quæ ſolum obolum habeat. Scrupulus habet obolos 2. thermos 3. ſiliquas 6. chalcos 16. Obolus habet thermum vnum ſemis, ſiliquas 3. chalcos 8. Semiobolus habet ſiliquam vnam cum dimidia, chalcos 4. Thermus habet ſiliquas 2. chalcos 3. Atticus verò ſemiobo. ſuprà dicti ſemioboli quatuor quintas partes ſolum habet. Vnde & ſiliqua Atticos chalcos 2. itemque chalci duas quintas partes habet: cum aliàs chalcus ſemioboli quarta pars ſit, quippe 4. chalci ſemiobolum faciunt. Stater pendet drachmas 4. vnde & tetradrachmum dicitur. Cuius ponderis eſt & quod dupondium vocant. Similiter & regium Carium, ſeu baſilica nux. Cheme magna habet drachmas 3. parua autem drachmas 2. As, ſeu Aſſarion, drachmas duas. Cochleariam drachmam vnam. Cyathus habet drachmas 10. ſcrupulos 30. obolos 60. thermos 90. ſiliquas 180. chalcos 480. Eſt & cyathus heminarum 6. Hemina menſura quidem continet cyathos 6. pondere verò drachmas 60. vncias 7. ſemis ſcrupulos 180. obolos 360. thermos 540. ſiliquas 1080. chalcos 2880. Tryblion eiuſdem eſt menſuræ cum hemina, nimirum cyathorum 6. Pendet autem drachmas 60. Xeſtes mẽſura habet heminas 2. pondere drachmas

drachmas 120. vocatur ab Ægyptijs Inium acetabulum, habet heminas 4. & sesquicyathum: pondere aũt drachmas 15. Concha magna idem mensuræ & ponderis habet, quod & acetabulũ. Concha minor semicyathi mensuram habet, pondus dragmas 5. Mystrum magnum sextadecima parte heminæ conficitur, drachmas scilicet tribus & semisse, itemq; quadrante. Quod autem paruum dicitur heminæ duas & viginti partes habet, itẽ siliquas 11. Chus, id est, congius, mensura quidem A heminas Atticas 12. habet, sextariorum dimidio minus nempe sex, chœnicas 4. pondere verò drachmas 720. Chœnix mensura heminas tres, pondere drachmas 180. habet. In re rustica reperitur cotylam tertiam vel quartam esse sextarij. Choa autem sextariorum 9. heminarum 15. & Amphoram sextariorum 36. cotylarum 48. Metretam sextariorum 72. cotylarum 96. Medimnorum verò sextariorũ 102. heminarũ 136. Apud Syros autem metreta sextarios 6. habet, at Italorum 120. B Tryblion & Oxybaphum quartam similiter heminę partem habent. Cyathus heminæ pars est sexta.

Aliter de eisdem.

MINA Attica habet vncias 12. alia mina vncias 16. Ptolemaica 18. Libra habet vncias 12. Vncia drachmas 8. Drachma scrupulos 3. Scrupulus obolos 2. Obolus lupinum vnum cum dimidio. Lupinus siliquas 2. chalcos autem 5. Atticus semiobolus C alterius semioboli quinta parte minor est. Siliqua autem Atticos chalcos 2. & vnius decumam partẽ habet. At Chalcus ipsius semioboli est quarta pars. Stater habet drachmas 4. quem & ideo tetradrachmon vocant, & dupondium, & Basilicũ carium, & Chemen magnam: nam parua solas drachmas duas continet, sicut & as, seu assarium, cochlear vnum.

Incerti auctoris de mensuris & ponderibus veterinariorum. D

VNCIA habet drachmas 8. Drachma scrupulos 3. obolos 6. Hemina habet vncias 12. acetabula duo. Acetabulum cyathos 3. Cyathus mystra 4. Cochlear mystri dimidium. Oxybaphum facit vncias 6. Cyathus vncias 2. Mystrum vncias 2. cũ dimidia. Cochlear scrupulos 6. Drachmas scrupulos 3. Obolus facit scrupulũ. Sicilicum vnicam semis- E semq;. Mystrum cochlearia duo. Sic esse traditur cochlearium vnciarum 4. Mina habet vncias 15. drachmas 112. semis. Libra habet drachmas 6. Denarium scrupulos 4.

De humentibus.

ITALICVM vas, quod Amphora dicitur habet congios 8. Cõgius sextarios 6. Sextarius heminas 2. quę & Tryblia dicũtur: pendunt enim idem, hoc est, F mystra magna tria, id est, acetabulà quatuor: magno enim mystro inest acetabulum, itemq; eius triens. Habet autem acetabulum cyathum cum dimidio. Cyathus verò habet chemas paruas, seu mystra parua duo.

Dioscoridæ.

EGO charissime de mensuris & ponderibus cùm sic censerem, à minimis incipiendum, & adusque minam multiplicando ascendendum duxi. Siliqua idem pondus habet chalco. Obolus chalcos habet 3. Vnde & semiobolus siliquam eiusq; dimidium pondus habet. Scrupulus habet obolos duos, id est, chalcos 6. Drachma siue Olca habet scrupulos 3. hoc est, obolos 9. Vncia verò drachmas habet 8. scrupulos 24. Libra habet vncias 12. drachmas 96. Mina secundum medicorũ vsum habet vncias 16. quod est drachmas 128. Italica autem vncias 18. hoc est, libram vnam semis, drachmas 144. Alexandrina mina habet vncias 20. hoc est, drachmas 160.

De humentibus.

CERAMIVM, id est, amphora habet libras 80. Vrna libras 40. Congius libras 10. Semicongius libras 5. Sextarius libram vnam, vncias 8. Hemina, seu cotyla vncias 10. Acetabulum, quarta pars heminæ, habet vncias 2. semis. Cyathus, sexta pars heminæ, vnciam vnam semis, & scrupulos 4. Cheme, quæ est cyathi pars quarta, habet drachmas 3. scrupulum vnũ. id autem est cùm aquæ, tum & aceti pondus: aiuntq; pluuialis aquæ adimpleri uasculum, certissimamq; hanc esse ponderis rationem. Chus, siue Congius, habet drachmas 720. Amphora habet libras 72. Vrna libras 36. Congius libras 9. Semicõgius libras 4. semis. Sextarius libram vnam semis. Hemina, quæ & Cotula est, vncias 9. Quartarius vncias 4. semis. Acetabulum, heminæ quadrans est, habet vncias 2. & semissem ferè. Cyathus, qui sexta est heminę pars, habet vnciã semis. Cheme, cyathi est quarta pars, habet drachmas 3.

De melle.

MELLIS amphora habet libras 120. Vrna libras 60. Congius libras 15. Semicongius libras 7. semis. Sextarius libras 2. semis. Hemina libram vnam, vncias 3. Quartarius habet vncias 7. semis. Acetabulum vncias 6. semis, itemq; drachmas 2. Cyathus habet vncias 2. semis. Cheme, qa quarta est pars cyathi, drachmas 5.

De mensuris.

MEDIMNVS habet hemiecta, id est, semisexta 12. Hemiectum choas duas. Chus chœnicas 4. Chœnix heminas Atticas tres, pondere verò habet drach. 180. Chus verò est mensura heminarum 12. Atticarum, at pondere drachmarum 720. Sextarius autem duabus heminis censetur cùm drachmas 120. pendat. Hemina cyathos habet 6. pondus drachmarum 60. Hanc autem Attici non solùm Cotylam, sed & Tryblion vocant. Acetabulum mensura est heminæ quarta pars, nempe cyathus vnus semis: põdus verò habet drachmas 15. Cyathus est drachmarum decem. Cheme est cyathi pars 4. drachmarum 2. semis, Magnum mystrũ octaua & decima pars est heminæ, drachmarum scilicet trium, scrupuli vnius. Paruum autẽ mystrum est ipsius heminæ pars vigesimaquarta: habet drachmas 2. semis. Iustissimum autem mystrum scrupulos habet 8. Cochlearium verò scrupulos 3. In regio Cario, seu nuce magna, vnciæ sunt 7. in pontica vna: in balano, id est, glande, dimidium est drachmæ: in Ægyptio Cyamo, id est, faba, obolus semis: in orobo, id est, eruo, chalcis.

AMPLIS-

AMPLISSIMO VIRO FRANCISCO À TVRNONE, ARCHIEPISCOPO BITVRIG. ANDREAS ALCIATVS S. P. D.

EA ILLVSTRIS est nominis tui vbique gentium fama, amplissime pater, is per vniuersam Galliam de te circunfertur rumor, vt præstantia morum, eximioq; doctrinæ cultu præcellere te omnes prædicent: rarissimumq; tempestatis nostræ exemplum esse, quod diuina quadam prouidentia ortum hisce temporibus videri possit, quibus tot calamitatibus indies Christianam rempublicam affligi, & tot vndique noxarum veluti examinibus opprimi cernimus. Sicut enim quoties humanis corporibus maxima morborum vitia inualescunt, tum summorum medicorum nobis manus necessaria est: sic in tanta Principum discordia, tantis bellorum tumultibus, reipublicæ interfuit, maximos etiam, & vt poëtarum princeps ait, pietate meritisq; graues viros nasci, qui postquam deorum ira paulisper conquieuerit, tot vrgentibus malis occurrant, tempestatumq; huiusmodi omnium nubila discutiant, è quibus præcipuum te futurum sperant, augurunturq; vniuersi. Nec id absque ratione, qui eas omnes artes in te prælucere videant, quæ ad hanc rem perficiendam sunt necessariæ, humanitatem singularem, morum integritatem eximiam, doctrinam præcellentem, siue Latinè, siue Græcè differendum sit, facundiam inæstimabilem. Ad hæc huius rei felicibus Regi ipsi auspicijs factum à te tyrocinium nuper conspexerunt, cùm in Hispania pro vniuersæ Galliæ commodo ea cum Cæsare ipso pertractasti, quæ impetrari efficiq; posse nemo existimabat. Quapropter Christianissimo Regi incomparabilisq; virtutis Heroinæ illustrissi. regiæ sorori tam gratus es, vt nihil præclarum, nihil serium, nihil quod ad rerum summam pertineat, absque consilio tuo tractandum censeant. Quibus animi tui fortunæq; dotibus & ipse allectus, cùm literis meis salutem tibi dicere decreuissem, non censui id absque munusculo aliquo faciendum. Extabant inter legales nostras exercitationes commentarij, octauo abhinc anno me dictante, ab auditoribus meis excepti: qui siue quòd ab auctore ipso supremam adhuc manum non accepissent, siue quòd per librorum traduces vitiarentur, non poterant diutius absque nominis mei nota inemendati agere. Eos (quòd & interpellantium, me scholasticorum voces amplius ferre non possem) vt publicum acciperent, editurus, in manus rursus assumpsi, correctioresq; factos non mediocri auctario locupletaui. Proximis enim Vulcanalibus, quo tempore publicis à lectionibus propter vindemias feriamur, quatuor illis libros adieci. Hos omnes nomini tuo dicare, his te patronum nominare constitui. Cùm enim vtriusque Iuris sis peritissimus, nemo est, qui facilius id patrocinium suscipere, susceptoq; rectius perfungi possit. Quod eo audentius à me factum est, quoniam nullo hanc rem labori tibi futuram sum arbitratus: alioqui non tam audax essem, vt arduis occupationibus tuis, nostros hosce commentarios ingerere, vel doctissimis studijs importunius ipse obstrepere vellem. Accipias igitur læta fronte, nuper à nobis communicatos studiosis omnibus hosce libellos, qui non modicam Iuris ciuilis partem, Cimmerijs prius obuolutam tenebris, illustrant. Cùm enim in significatione verborum, mentisq; coniectura ferè omnes lites versentur, extricandum hoc argumentum assumpsi, quod veterum nullus condignè tractarat. Non me latet patrum nostrorum memoria Bartholomæum Veronensem, cui à cepis cognomentum, nescio quid hac id re composuisse: sed eius dictata ad manus meas minimè peruenerunt, quòd hi, penes quos esse dicantur, ceu thesauros ea custodiant, at fortè thesauri, vt in prouerbio est, carbones erant. Mihi non libet temerè de illecto opere ferre sententiam, sed tamen res ipsa planè ostendit, rectè hunc tractatum ab eo percipi non posse, qui ab humanioribus studiis abhorreat: sicut nec vice versa, qui hasce solas literas profiteatur: nisi idem iuris quoque ciuilis disciplina præcellat, oleum & operam hisce in responsis interpretandis perdit. Quod non eò à me dicitur, quòd impense humaniorum literarum professioni non foueam, earumque cultores pro dignitate suscipiendos colendosque non arbitrer: sed quòd vnaquæque ars suos habet fines, & intra quos consistat cancellos, vt minimè de altera in alteram desultare facilè quis possit. Conuenit Iureconsulto oratoriæ artis scientia, facilioremque ad ius Quiritium aditum præstat: non tamen corpus efficit, solam eius superficiem colorat. Fuerunt maximi Iureconsulti Accursius, Bartolus, & id genus alij, qui etiam apud illos veteres locum suum tenere potuissent, quos tamen constat ne summis quidem labijs alias artes attigisse. Quo fit, vt eorum ineptam censuram non possim non admirari, qui grauissimo supercilio, & fluentisona, vt Lucretius ait, scaturigine, hoc solùm nomine in eos inuehuntur, quòd bonarum literarum fuerint rudes: quasi quisquam sanus ideo minoris excellentem Astrologum faciat, quòd Musicam ignoret: Galenum præstantissimum medicum damnet, quòd geometræ Euclidis circinum nunquam in manus sumpserit. Vix alium in vniuersa Legum sylua tractatum offendes, cui explicando adeò sint humanitatis studia necessaria: hic (fateor) absque eorum notione intelligi perfectè nequit. Quapropter suarum virium conscius Bartolus, quiq; post eum per manus hanc nostram doctrinam tradiderunt, quod ad hæc responsa attinet, nihil ferè scriptum posteris reliquere. Hunc ego aggressus, cùm pro viribus meis aliquandiu elaborassem, ad vmbilicumq; peruenissem, cognoui

pro

pro rei magnitudine adhuc non satis à me factum esse, nec enim sola Iureconsultorum, quæ hanc sub rubricam congeruntur, responsa, omnem rem declarant. Necessariò itaque manum rursus tabulæ admoui, & quatuor hosce libros summa celeritate, & memet in horas præueniens (quod facere consueuerunt, quum paululum tantummodo deesse conficiendo negotio industrij artifices existimant) composui: qui qualescunque sint, ingens afferunt vniuerso Quiritium iuri lumen, vt non dubitem, etiam si quicquam à me, idq; humanitus, erroris in eis commissum sit, à facili iustoq; lectore veniam promeriturum: quam & impetratu digniorem id facere debet, quòd bibliotheca mea ob bellicas calamitates Mediolani derelicta, cùm huc concessissem, commodatitiis libris, hisq; paucis tantùm mihi negotium aggrediundum fuit. Erunt fortè qui maiorem elegantiam requirent, & ob Latinæ maiestatis condignam à me rationem non habitam, diem mihi dicent, quòd nimis plana humilisq; nostra oratio non schematis ornetur, non dictionibus ex antiquitate repetitis abundet, non Ciceronianorum verborum maiestate refulgeat. Sed hi velim sciant, hæc ab eo minimè expetenda esse, qui manibus quotidie Bartolos, Baldos, Alexandros, huiusq; farinæ auctores verset, quiq; humanitatis studia non ex professo, sed obiter quandoque, & aliud agens, interuisat. Ad hæc scenæ me seruire necessarium fuit: quotus enim quisque ex legalibus nostris nostra legeret, si præter anxiam legum scrutationem, cornu quoque copiæ in manibus habendum illi esset, vnde & antiqua vocabula addiscere, & figuratos loquendi modos percipere necesse haberet? Vix eorum conuicia ferre possum, quotidieq; cum eis mihi iurgandum est, qui qualemcunque hanc meam dictionem tanquam obscuram calumniantur, illudq; à vulgo exclamant, indoctius loquare, sed apertius. Quid hi quæso facerent, si paulo elegantiore stylo nostratia hæc constarent? abijcerent manibus tanquam ænigmata, & inter Heraclíti & Lycophronis tenebras connumerarent. Nec immeritò quidem id mihi accideret, qui cum Vlpiani, aut Pauli planissimos, & absque vllo sermonis scrupulo compositos commentarios declaraturum me profiterer, obscuriora ipsis auctoribus tradidissem, interpreteq; ipse, vel potius natatore aliquo Delio indigerem. Satis igitur nobis fuit Latinè vtcunq; scripsisse: elegantiam sermonis oratoribus permittimus, quanquam & ipsorum non modica laus sit perspicuitas. Sed cum qualibet ars sua habeat vocabula, nobis necessariò nostris vtendum: quæ tametsi aliquibus barbara & incondita videantur, non idcirco tamen noua effingi oportuit, quæ nemo intelligeret. Verum quid ego diutius pro me verba facium, qui huiusmodi accusatoribus non magis scribo, quàm Persio & Scipioni Lucilius? Cuius exemplum imitatus, veteranorumq; iudicium reformidans, solos tyrones ad disciplinam voco, quibus hæc in præsentia non aliam præsertim ob causam exhibenda duxi, quàm vt fidem meam aliqua ex parte liberarem. Pollicitus quandoque fueram, refectis tot interpretum superfluis opinionibus, Iuris ciuilis prudentiam per quadringenta, & eo amplius, maxima volumina dispersam, in vnum corpus colligere, & contextui veterum legum annexis glossematis illustrare. Ad quod opus componendum me velis remisq; (quod dicitur) properantem, necessitas ipsa, cui ne dij quidem, vt ille ait, resistunt, retinuit, properantiq; iniecit manum. Bellica enim clade censu afflicto, subire aduocationes, responsaq; consulentibus dare coactus, cùm alioquin ope mea censeri non possem, ad alias curas animum traduxi. Verum ne omnino conturbasse promissionis meæ rationes viderer, id contracti alieni æris in præsentia parte aliqua dissoluere constitui. Solent autem duri exactores æquo animo id omne ab his, qui foro cesserint, tametsi modicum, accipere, & quicquid datur, in lucro reputare. Interim igitur augustissime Præsul, has lucubrationes tanquam eius operis specimen quoddam accipies, quas si probaueris, alicundeq; mihi prouenerit commoditas, alacriorem ad cætera prosequenda animum feceris. Vale. Biturigibus, Calendis Maij,

M. D. XXIX.

ANDREÆ

ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBER PRIMVS.

SVMMÆ.

4 Verba variè accipi.
5 Proprietatis verbi varia acceptio.
8 Proprietatem verborum variè dinosci.10.
9 Definiri variè.
11 Verba secundum rationem ex causis accipienda.
14 Ratione cessante ex causis non cessat lex.15.18.
16 Generalia ex causis non restringi: alioquin contrà.21.
24 Verbis in quouis hominum actu, nisi ex causis, standū.
25 Verba ad ius referenda: ex causis secus.26.28.30.
27 Masculi ex re & causa fœminis potiores.
32 Statuta iuri, nisi ex causis, aptanda.41.44.45.46.
40 Exceptiones varias inuita lege admitti.
48 Restrictionis causas ex circunstantijs duci.
49 Personæ causa à iure variè discedi.55.56.
50 Digniorum & illustrium priuilegia.
51 Doctrinæ priuilegia.
52 Vitæ integritatis causa à lege discedi.
57 Amicitiæ causa legem restringi.
58 Paupertate legi derogari.
61 Rei causa legem limitari.
64 Modicum ex causis spectari, & obesse.
72 Qualitate legi derogari.81.83. ex causis diuersum 77.
82 Iudex irrequisitus ex causis actorem submouet.
87 Priuilegiorum firmorum causæ.88.
89 Geminationis effectus.
90 Multitudine legem limitari.
91 Loci causâ generalem legem restringi.92.
95 Tempore legi derogari.99.100.
98 Moræ periculosæ vis.
101 Restringitur lex ob bonum.
107 Legem limitari infirmitate.
108 Actus valere intelligendi.
109 Adfectatio legem restringit.
112 Excusatio legem limitat.
116 Ignorantiam excusare.
117 Iudice absente legi derogari.
120 Necessitate legem restringi.

VM INVENTA sint verba, vt dicentis † sententiam exprimant, meritò eius volũtas † in primis spectanda est [a]: cognoscitur autem ex † eo, quod verba ipsa indicant. Hęc † quatuor modis accipiuntur, ex proprietate, ex improprio, ex vsu, & per interpretationem. Sigillatim igitur de omnibus videndum. Et tripliciter proprietatem verborũ assumi Fab. Quintilianus lib. viij. ostendit. Primus † eius intellectus est sua vniuscuiusq; rei appellatio. Non tamen, inquit Fabius, quicquid non erit proprium, protinus improprij vitio laborabit: cùm multa sint & Græcè & Latinè non denominata, quæ per translationem vel κατάχρησιν necessariò dicimus: vt, iaculatus est sudem, vel pilam. Vnde quæ suo loco & bene translata sunt, propria dici possunt. Proprietas igitur non ad nomen, sed ad vim significandi referenda, nec auditu, sed intellectu perpendenda est: Secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ sunt eiusdem nomi-

a l.Labeo.de supel.leg.

nis, & vnde cætera deducta sunt: vt vortex, conuertitur: inde propter flexum capillorum pars summa capitis. itemq; summi montes, propriè tamẽ ad aquam refertur. Sed iste casus mihi sub priore comprædi videtur, & ad meraphoram ferè pertinere. Tertius, cùm res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium: vt cùm tabernaculum ducis Augustale appellamus, & tabernacula principum militiæ lex Principia appellat [b], & venales, & nouitios pro seruis [c]. Hinc proprium etiam illud dictum arbitramur, quo nil inueniri posse significantius, vt cùm Celsus inumbratam quietem furiosi dixit [d], qui in conspectu sanæ mentis videbatur. Ad hanc speciem pertinet, cùm aliqua res speciali sibi nomine, & communi cum alijs appellari potest: nam quod peculiarius sibi est, id eius est proprium: vt cùm adulterium in lege Iulia cum vxore aliena dicimus, propriè dicimus: cùm stuprum, quia etiam cum virgine, vidua, puero, meretrice committitur, κατάχρησιν loquimur [e]. Præter Fabij declarationem quartus quoq; casus adduci potest, cùm res generali aliquo nomine appellatur: nec enim dubitandum est, quin species generi suo propriè inesse censeatur [f]. Eodem pertinet cùm voce vtimur quæ lata significatione multa continet: nam omnia comprædi arbitrabimur: vt cùm lex intestabilem aliquem esse iubet [g], intelligetur, vt non solùm eius testimonium non recipiatur, sed nec ipsi quidem testimonium dici possit. Sic cùm lex municipalis petitione † concederet, etiam repetitionem cõcedi responsum est [h]: quia petere generaliter dicimus, sicut & dare quod reddimus. Eadem ratione appellatione diœcesis, ciuitatis quoq; ipsius, nedum agri procurationem legibus contineri creditur [i]. Sed & si quod verbum sit, cuius specialis, itemq; generalis possit esse significatio, vtroque modo accipietur, nec altera consebitur impropria: vt cùm lex iurisdictionem alicui † concedit, non de speciali tantum censebitur actum, sed de mero quoque & mixto imperio [k]: quod & de adoptionis nomine dicendum, quod generali annotatione etiam arrogationem continet. Idem quoque dicendum de his nominibus, quæ variam significationem alicuius speciei habent, & non magis propriè vno quàm alio modo accipiuntur: vt soror, significat enim vtrinque coniunctam, significat consanguineam tantum, itemq; vterinã tantum. Cùm igitur sororis mentio fiet, quæ quoquo modo ex suprascriptis casibus coniuncta sit, continebitur, idq; propriè. Aliud est cùm in altera specie improprietas est, veluti cùm dicimus Dominium, propriè de directo accipitur [l]: nam qui vtiliter dominus est, abusiuè videtur dominus: meritò igitur ex vi verbi hoc casu potentior significatio accipietur, quę ex proprietate descedit. Sed quomodo propriam significationem dignoscemus? Et crebriore sententia † proditum est tribus modis fieri [m], ab auctoritate, à diffinitione, ab etymologia. Non enim dubium est, id prudentium auctoritati tributum, vt quo dicendi

b l.officium de re mil.
c l.fi.de ædil. edict.
d l.qui de meo. §.j.de acquir. possess.
e l.inter §.j.de adulte.
f Bald.l.fi.C.de iur.aur.
g l.cum lege.de testa.
h Bart.rub.fol. mat.
i c.j.de off.or.
k Alex.rub.de iur.om.iud.
l Soci.consi.vlt. vol.ij.
m Bar.l.omnes pop.de iust.& iur.

modo vſi ſunt, & nos vti poſsimus, proprieque dicere videamur. A qua ſententia nec ego diſcedo, tamerſi obſeruauerim quandoque M. Tullũ non ita arbitratum videri, qui facere contumeliam, Philippica iij. impropriè dici cenſuit, hocque nomine M. Antonium damnat, cùm tamen & Plautus in Aſin. & M. Cato hoc dicendi modo vſi ſint. Idem epiſt. lib. vij. Fabiũ Gallũ reprẽdit, qui duò nos, ſcripſerat, quod tamen exemplo Græci ſermonis defendi potuit, à quo nec Vergil. abſtinuit:

—Si duo præterea tales Idæa tuliſſet,
Terra viros.

Sic A. Geſlius Supereſſe verbum latinum non eſſe pro defendere arbitratur, cùm hoc ſignificatu apud Tranquillum in Auguſto reperiatur. Fuere & qui poſsibile vocem probam nõ arbitrarentur, & græca mallent vti: vt Cicero epiſt. fam. lib. ix. Me *περὶ ἀνυνατῶν* ſcito ſecundũ Diodorum iudicare. Et Iulianus [a]: quia conditio *ἀδυνάτου*, id eſt, impoſsibilis, pro non ſcripta habetur. Sed tamen aliorum Iureconſultorum auctoritas obtinuit, vt Latinæ ciuitati reddita hæc dictio cenſeatur. De etymologia verò & alluſione ita demum proprietatem vocabulorum cognoſci proditum eſt, ſi diffinitioni non aduerſarentur, qua de re inferius loco ſuo à nobis tractatũ eſt [b]. Diffinitio autem in iure omnis periculoſa eſt: rarum eſt enim vt non ſubuerti poſsit. Quapropter cùm diffinitio ſit propria & breuiter comprænſa rerum ſubſtantiæ enarratio, quæ genere, ſpecie, proprijs, & differentibus (vt inquit Quintil.) conſtat, non fermè multas huiuſmodi in iure reperies. Sed haſce ſubtilitates Iuriſconſulti Dialecticis reliquerunt, ipſiq; ſatis habuerunt, ſi ſubſtantiam rei ex communi regula deſcriberent, vt in dote & iudicio fecerunt, quod à nobis in Paradoxorum libro tractatum eſt. Quandoq; ſatis † duxerunt, ſi genus & differentias ſolum apponerẽt, quod in doli mali diffinitione cernere eſt [e]. Quandoque ex modo per quem res introducta eſt, eam deſcripſerunt, vt in ſeruitute, & in ſtipulatione apparet. Quandoque ab ipſo effectu, vt cùm appellationem diffinierunt eſſe primæ ſententiæ, quæ in pendenti ſit, reſciſsionem. Quandoque & tales diffinitiones retulerũt, quę nõ niſi impropriè acceptis verbis defendi poſsint: quod Decius annotauit [d], & ipſe in recentiorum diffinitionibus verum eſſe fateor, non in his quas veteres tradiderunt. Sunt & alij definiendæ rei modi, quos Hegendorphinus in dialectica legali perſequitur, & explicat. Enumerantur & ab alijs iuris ciuilis interpretibus. Illud autem in definitione potiſsimùm requiritur, vt definitio conuertatur cum ſuo definito: Hoc à Iuriſconſulto Vlpiano probari ſcribit Bartolus [e], citariq; quotidie hoc reſponſum adnotat ad hoc Bald. Perufinus. Induco illum textum Seruius definiebat dolum, machinationem decipiendi cauſa factum. Cùm aliud agitur & aliud ſimulatur. Labeo hanc definitionem dialectico inſtrumento impugnat dicens poſſe id agi, vt quis ſine machinatione circumueniatur. Ergo Seruij definitio non conuertitur cum ſuo definito. Verius igitur Labeonum definiuiſſe Vlpianus [f], putat: vt pote cùm Labeonis definitio cum definito conuertatur. vt dolus ſit omnis calliditas, machinatio, &c.

EXPLICITO articulo quæ verborum ſit proprietas, & quomodo cognoſcatur videndum eſt, quemadmodum ea ſignificatio accipienda ſit. Et ab † omnibus traditum eſt, in quacunq; materia, etiam ſi pœnam irroget, eatenus verba generaliter capi, quatenus ſermonis proprietas ferre poteſt [g], niſi aliam loquentis mentem coniciamus: ea mens in diſpoſitione legis facilius dignoſcitur, quàm in hominum verbis. Cuius rei illa eſt cauſa, quòd lex ſemper de ratione legis certa eſt, facileq; quænam illa ſit, aſſequitur: at hominum incertos animi motus diſcernere nemo põſsit: vnde & plerunq; videmus verba legum vberiorem interpretationem aſſumere, quã in contractibus vel teſtamentis fieri ſolear: quod infrà lib. iij. diſſeremus. Oritur † tamen plerunq; ambiguitas, cum de ratione legis non conſtat: in qua re illud ſciendum eſt, ſi ratio in lege expreſſa ſit, ex ea & augeri & minui deciſionem: quoniam leges non tam in verborum forma, quàm in ratione conſiſtunt [h]. Si verò non ſit expreſſa, ſed vnica tantum reddi probabiliter poſsit [i], idem cenſendum. Quapropter ſi in municipio lege ſucceſsionis exiſtentibus maſculis fœminæ excludantur, quoniam ex illa vna ratione, id eſt. ſolo agnatorum fauore id introductum eſſe etiam aduerſus Bart. ſententiam receptius eſt [k], ab huiuſmodi ratione & lex reſtringetur & extenderetur. Quòd ſi duabus † rationibus quid conſtitutum apparear, ſolet dici, altera ſublata, ſuſtineri nihilominus generalitatem legis [l]: quod vtique & nobis videtur, dum ſingulæ rationes efficaces ſint, & ſufficiant: alioquin quod ex duabus cauſis introductum eſt, altera ceſſante extinguitur, cum duo vincula arctius ligent. Ecce familia iniuriam prætori fecit, damnum dedit, album corrupit, is ius vindictæ publicæ proſequitur, domi núsne pro omnib. tenebitur? Et lex teneri ait [m]: duplex enim hîc eſt ratio, nempe quia plura hæc cenſentur facta, item quia de publica vindicta agitur. Pone alteram ceſſare, vt quia vnicum eſt factum, puta furtum, homicidium, vel de priuata vindicta ſolùm agatur, certè his caſibus dominus pro vno ſolidum ſoluens, cæteros liberat [n]. Neceſſariò igitur vt legis diſpoſitio ſuſtineat, oportet adhuc eam rationẽ vigere, quæ tali deciſioni ſufficiat: quo fit, vt licet quandoque non tanta ratio ſupereſſe uideatur, ſuſtineatur tamen deciſio [o]. Cuius rei exemplum illud adducitur: Si quis hominem promiſit, partem ſoluendo non liberatur. Finge, is promiſſor deceſsit duobus hæredibus relictis, num alter dimidium hominem præſtando liberabitur? Et videretur liberari, non enim vltra dimidium debet, quoniam lex xij. tabul. obligationem diuiſit, cuius hæc verba ſunt, INTER HAEREDES PRO PORTIONIBVS HAEREDITARIIS OBLIGATIONES IPSO IVRE DIVISAE SVNT. non igitur tanta eſt ratio in hærede ſicut in principali, & tamen proditum eſt nec hæredem liberari, ne in diuerſo homine contingat ſolutionem fieri. Quid ſi de ratione legis dubitetur, quia vnicam tantùm adferri poſſe aliquis adfirmet, alius varijs rationibus motum legislatorem contendat? Salice. pluribus rationibus motum magis præſumit [p]. Ego id plurimum in arbitrio iudicis conſiſtere arbitror: nam ſi vna tantum probabilis ſit, potiùs credendum eſt illi adhæſiſſe legislatorem. Quapropter in ſtatutis filiam dotaram † excludentibus, etiam de ea actum intelligetur, cui in teſtamento patris dos aſsignata ſit [q], excluderutque fauore agnationis: quæ ſola probabilis

a l. an omnib. de leg. j.

b l. tabernæ. ff. eod.

d Decl. in rub. extra. de probatio.

e l. j. ff. de dolo.

f d. l. j.

g d. l. cum lege.

h l. ſcire. de legi.

i gloſſ. l. quintis. C. de fideicommiſſ.

k in l. j. C. de ad ult.

l §. affinitatis. de Inſtit. nupt.

m l. ſi familia. de furti. om. iudicum.

n l. illud. ad l. aquil.

o Sod. l. ij. §. ex his. de ver. obli.

p Sali. l. ſi ſeruſ. C. de noxa.

q Bart. §. Titio genero. de condict. & demõſt.

babilis eſt huius ſtatuti ratio, & quam videmus etiam Iureconſultis ipſis quandoque præ oculis fuiſſe [a]. Sed quid, ſi ratio legis correcta ſit, an legem quoque correctam dicemus? & Accurſius corrigi exiſtimauit [b]: quapropter cùm hodie lex noua etiam cognatos in ſucceſsione cum agnatis admittat, intelligetur & onus turelæ deferre, easque conſtitutiones corrigere, quibus agnatis ſolis turela deferetur: quod accipiendum cùm ratio legis huiuſmodi eſt, vt deciſioni ſit coniuncta [c], ita vt altera ab altera proximè dependeat, alioquin ratione remota, vt ita dixerim, vel impulſiua correcta, adhuc lex viget [d]. Idem dicendum cum legis ratio generaliter non corrigitur, ſed aliquo caſu tantum [e]: nam & in illo quoque ſeruanda eſt lex, donec contraria conſtitutione abrogetur [f]. Et hæc quidem de ratione legis dicta ſufficiant, ex quibus ea poteſt colligi concluſio: Quamuis lex generaliter loquatur, reſtringendum tamen, vt ceſſante ratione & ipſa ceſſet [g]. Cùm enim ratio ſit anima vigorque ipſius legis, non videtur legislator id ſenſiſſe, quod ratione careat, etiam ſi verborum generalitas prima facie aliter ſuadeat. Non procedit tamen id pronuntiatũ quibuſdam caſibus. Primus † cum id agitur, ne quis lucro priuetur: nam quia facilius lex permittit, ne quis lucretur, quàm vt damnum faciat, potius ab huiuſmodi lucro arceri aliquem patiemur, quàm generalis legis verba arctabimus: idq; Bart. ſenſit [h]. Exempli cauſa: Mulier cum qua ob adulterium maritus diuortium fecit, lege Iul. prohibetur ſeruos intra lx. diem manumittere, ne quæſtioni ſubducantur: quid ergo, ſi ſeruus extra miniſterium mulieris fuerit, vel in prouincia, nunquid manumitti poterit? Et videbatur poſſe, quòd hîc ratio legis ceſſet, cum nihil de adulterio ipſe ſciat, qui abſens fuit. Vlpianus tamen negat [i], quamuis enim id perquàm durum ſit, tamen lex ita ſcripta eſt. Interpretanẽ igitur Doctores hoc ita eſſe, quia ſeruus de lucro captando agit, nempe libertate acquirenda. Vnde conſequenter propoſitam ſpeciem ſic finiunt, Lex eſt in municipio; quicunq; in palatio ſanguinem fuderit, tali lucro priuetur: chirurgus cucurbitula, vel ſecta vena ægrum in palatio adiuuauit, in pœnam legis incidere exiſtimant, cùm de lucri priuatione tractetur, quod ſecus eſſet, ſi de vitando damno ageretur. Sed hoc ego planè ridiculum arbitror: quis enim exiſtimet voluiſſe legislatorem medicam manũ, quæ præmio potius inuitanda erat, vlla penitus pœna afficere? & eam legem non coarcter ex ſubiecta materia, vt de ea ſanguinis fuſione intelligatur, quæ in ſpeciem vel leuis delicti cadat: meritò itaque fuerunt ex recentioribus, qui hanc deciſionem reprobarent [k]. Nec me illud exemplũ legis Iulię mouet, quoniam in eo ſeruo non omnino ceſſat ratio legis, cum tamerſi abſens, potuerit aliquid ex cõſeruis intelligere, vel de prio re dominæ vita atteſtari, deq; eius moribus, & priſtina inſtitutione: quæ argumenta, quamuis paulò remotius à certæ rei cognitione abſint, in hocq; legis durities verſetur, tamen omnino alie na dici non poſſunt, & maximè in ſeruis, quorum ingenia maiores noſtri ſuſpecta habuerũt, præſertim cum nec damnum libertatis eis inferatur, ſed differatur potius, cum poſt ſexageſimũ diem nulla ſit prohibitio. Extat C. Caſsij Iureconſulti apud Corn. Tacitũ lib. xiiij. oratio, qua ille §. conſultum Syllanianum defendit, ſanedetq; ſeruos cæſo domino vltimo ſupplicio afficiendos, etiam ſi dura ea lex videatur. Liber, inquit, argumenta conquirere in eo, quod à ſapientioribus deliberatum eſt. Sed & ſi nunc primum ſtatuendum haberemus, creditſne ſeruum interfiendi domini animum inſumpſiſſe, vt non vox minax excideret? nihil per temeritatem proqueretur? ſanè conſilium occuluit, telum inter ignaros parauit. num excubias tranſiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem patraret omnib. neſcijs? multa ſceleris indicia præueniunt ſerui, ſi prodant. poſſumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios, poſtremò ſi pereundum ſit, non inulti inter nocentes agere. & quæ ſequũtur. Hoc igitur & in propoſito quoq; legis Iuliæ exemplo dicendum eſt. Secũdus caſus eſt † cùm lex verbis geminatis præter vniuerſalem dictionem vtitur: nam tunc de his qui idonei nõ ſunt, & conſequenter in quibus ratio legis aliquo modo ceſſet, lex adhuc obſeruatur. Quapropter ſi ſtatutum ſit, vt quicunq; quoquo modo aliquem occiderit, occidatur: non diſtinguemus dolo an culpa necauerit, in ſui tutelam vel ne: & ita Salic. ſenſit [l]. Idem † quando ſola dictio vniuerſalis adeſt, & ſuper actu iam conceſſo diſponitur: tunc enim non reſtringimus ad idoneos, ne aliàs diſpoſitio eſſet ſuperflua: vt cum Iureconſultus dixit, nuntiationem omnibus diebus fieri poſſe [m], intelligitur etiam feriatis, cùm iam ex prætoris edicto nuntiatio permitteretur. Idem, etiam ſi de nouo actu agatur, dum tamen de re ad exemplũ fauore publico pertinente, tractetur. Quapropter ſi ſeruus necem domini vltus fuerit, ex Senatuſconſulto libertatem acquirit, tametſi aliàs ad libertatem peruenire prohibeatur [n]. Atq; hæc communiter recepta ſunt, & in his ſibi locum vendicant, quæ iure ciuili non ſatis admitterentur. Quòd ſi impedimentũ iure naturali vel gentium ſit, tunc ſemper lex quibuſcunque verbis concepta ſit reſtringitur, & de eo iure idoneis intelligitur. Promittendo dotem (inquit lex [o]) omnes cuiuſcunque ſexus conditionisq; ſint, obligantur: reſtringitur dummodo ætate ſint idonei, quia aliàs naturale impedimentum obſtaret. Quapropter ſuprаſcripta lege homicidam puniente, putauerim in eum non † animaduerti, qui in ſui tutelam occiderit, quoniam id iure naturali permiſſum eſt, nec in hoc Saliceti ſententiam ſequor. Tertius † caſus eſt, quoties lex aliquid pro forma obſeruari conſtituit certa ex ratione: nam ea ceſſante adhuc obſeruanda eſt forma, aliàs perperam agitur. Quapropter ſi minor fundum ſterilem abſque prætoris auctoritate vendat, venditio eſt nulla [p]. Sic eccleſia etiam ſi vtiliter & ex re ſua diſtrahat, tamen contractus eſt nullus, niſi forma à lege in huiuſmodi alienationibus requiſita ſeruetur [q]. Cuius rei hęc eſt ratio, quòd ea quæ ad rigorem † iuris conſeruandum conſtituta ſunt, ad vnguem obſeruari debent, nec aduerſus eorum omiſsionem cuiquam ſuccurritur [r]. Habet aliquid ex iniquo (inquit C. Caſsius apud Tacitum) omne magnum exemplum, quòd contra ſingulos vtilitate publica rependitur: nam & fuſo exercitu, cũ decimus quiſque fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiuntur. Putauerim tñ ſi ea forma nõ publico, ſed priuato tantum fauore introducta ſit, aliud dicendum. Quapropter licet de alimentis futuris ſine † decreto tranſigi non poſsit, ſi tamen tranſactum fuerit, vtiliterq; creditor egerit, tutam eam tranſactio-

a §. cæterũ. inſti. de leg. agnat. ſuc.

b Gloſſ. l. j. de legi. tut.

c c. miramur. de ſer. ord.

d l. j. in prin. de ea due. toll.

e Aret. l. ff. de vulg.

f c. à multis. de ætate & qualitate.

g l. adigere. §. quãuis. de iur. patro.

h d. l. omnes populi.

i l. proſpexit. qui & à quibus ma.

k Salic. Alex. Felin.

l l. ſi fundus. de reb. eo.

m l. j. §. nuntiatio. de oper. no. nunt.

n l. iij. vtrum. ad Sylla.

o l. promittendo. de iur. do.

p l. ſi fundus. de reb. eo.

q e. j. de rebus eccleſ. in vj.

r Bald. l. iuris. C. qui admi.

nem prætor habet [a]. Idem credendum cùm ratio
formæ correcta est: quocirca quamuis nepotem
ex filio emancipato pater in testamento institue
re vel exhæredem facere cogeretur[b], idq; pro for
ma traditum esset, tamen hodie impunè prçteri-
bit[c], cum ratio legis sit correcta, quoniam eman-
cipationis patriæq; potestatis differentia nouis-
simè sublata est. Exceptis † igitur istis casibus ad-
21 hærendum erit regulæ, vt lex generalis cessante
ratione restringatur, cuius aliquot exempla pro- A
ponemus. Lex mandat, fratres filiosq; eorum,
qui principem occiderint, ad supplicium duci,
non continebitur is frater, qui cum homicida ca-
pitales inimicitias exercebat, idq; Decius re-
spondit[d]: hæc enim lex etiam proximos gladio
insequitur, vt hoc terrore dum suorũ saluti pro-
spiciunt, tyrannicidæ absterreantur: verisimile
autem non est quenquam eius saluti voluisse
consultum, cui inimicitias denuntiauerit. Lex
iubet, qui sanguinem in palatio fuderit, centum B
solidis mulctari, non continebitur chirurgus (vt
dixi) neq; tonsor, qui nouaculâ summam cutem
22 inciderit. Lex constituit † quemcunq;, cuiussuis
conditionis testari posse[e], intelligitur de eo, qui
naturæ vitio non impeditur, meritò nec furiosus
nec pupillus poterunt testari. Lex ait: Contra in-
strumentum vel sententiam nulla exceptio ad-
mittatur, non censetur reiecisse nisi friuolas ex-
ceptiones[f], ne aliàs graue damnum alicui infe-
ratur, & contra ius naturale creditori bis idem C
soluatur. Accedit etiam, quod in mandato vide-
mus: quamuis enim generalibus verbis conce-
ptum proponatur, ad ea tamen non extenditur,
quæ non nisi speciali iussione demandari so-
lent[g]. Lex in successione agnatos cognatis prç-
fert, intelligitur de agnatis masculis, cum adpa-
reat ita fauore agnationis constitutum, quç licet
in fœminis sit, tamen cum eis extinguitur. Lex
stantibus masculis fœminas excludit, intelligit,
si masculi velint vel possint succedere, alioqui D
non obstabunt fœminis. Dat præmium exulem
capienti, intelligitur, & eum magistratibus ex-
hibenti, alioqui frustra diceretur captus. & hæc
quidem exempla sufficiant. Restringitur autem
dispositio legis plerunque, non quòd eius ratio
penitus cesset, sed quod alia contraria ratio id
suadeat, quæ efficacior sit: cuius rei perfectam do
ctrinam qui tradere vellet, eum oporteret quo-
rumcunq; casuum rationes omnes perspicere, &
eis ceu in trutina positis perscrutari, quæ præua- E
leant, quod ego supra humanas vires esse arbi-
tror. Meritò igitur insigniores tantummodo fre-
quentioresq; aliquos modos referemus, vnde
ad alios, si qui occurrent, discernendos via stu-
diosis patêre possit. Et in primis frequens is est
23 modus, cùm † interpretatione dispositio restrin-
gitur, ea ratione quod verba debeant ciuiliter, &
secundum ius interpretari. In qua re duplex est
tractatus, alter quid in hominum, alter quid in
legum dispositionibus. Primò ergo de homi- F
num actione videamus, & in hoc generaliter à
24 maioribus tradita regula est, Vniuscuiusque †
verba siue in contractibus, siue in testamentis, ad
dispositioné iuris referri debere: quoniam qui-
libet secundum leges siue Quiritium siue muni-
cipales agere voluisse præsumitur[h]. Id pronun-
tiatum quatuor sectiones recipit. Prima est, cum
25 dispositioni legis † verba ex proprietate con-
ueniunt, licet mens alia præsumatur, tunc sta-
mus verbis: quoniam coniectura mentis verbo-

a l. cum hi. § ei. de transact.
b l. inter cætera. de liber. & posthumis.
c Bart. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth.
d Consil. lx.
e l. j. C. de sacrosan. eccles.
f l. ea nobis. C. de adult.
g c. qui ad agendũ. de procur. in vj.
h l. quidam. de verb. oblig.

rum proprietati succumbit. Et ideo fideicom-
misso, si vterque hæredum sine liberis decesse-
rit, fœminæ relicto, priore cum masculis mor-
tuo, licet in alterius vltimo loco decedentis par-
tem ea admittatur, tamen si ex lege municipali
existentibus masculis fœminæ excluderetur, fi-
deicommisso locus non esset[i]: quoniam fœmina
hîc ex præsumpta mente aduersus vim verbo-
rum admittitur, quæ præsumptio propter le-
gem cessat: videtur enim ex legis suæ sententia
testator noluisse fœminas stantibus masculis ad-
mitti: atque ita communiter traditum est. Ea-
dem ratione propter eandem municipij legem
receptum est, si pater filios suos instituat, de ma-
sculis tantum intelligi[k]: quamuis enim appella-
tione filiorum etiam fœminæ contineantur, id
non ex sermonis proprietate, sed per interpreta-
tionem ex præsumpta mente introductum est,
quæ præsumptio per coniecturam statuti tolli-
tur, & à proprietate verborum non recedimus.
Et ideo quidam duobus filijs institutis, cùm fi-
deicommisisset, vter eorum sine filijs decederet,
vt superstiti restitueret eum, qui relicta filia de-
cesserat, respondit Dinus ad restitutionem tene-
ri[l]: quoniam appellatione filij hoc casu propter
legem municipij non compræderetur fœmina.
Quæ sententia nobis quoque placet, maximè si
appareret testatorem etiam propriam filiam ex-
clusisse, vt masculos tantum institueret[m]. Secun
da sectio est: Quoties † sermonis proprietas repu 26
gnat, ad eam potius attendimus, quàm vt imita-
tione legis quicquam factum arbitremur. qua-
propter qui fratrem & eius filios hæredes insti-
tuit, simul eos propter coniunctæ naturam vo-
casse creditur[n], quamuis ex dispositione legis in
successione prius pater quàm filij admittantur.
Qua ratione eadem municipio cum lex adsit si
pater filios, & filias instituerit, receptius est si-
mul mares & fœminas admitti: quod Paul. Ca-
strensis, & Socin. probant[o]: tametsi Ancharanus
[p] prius masculos, deinde eis non existentibus,
fœminas iuxta legis seriem vocari crediderit: Si
tamen vltra legem municipalem † aliæ coniectu 27
ræ adducantur, tunc aliter statuendum esset: ve-
luti cùm præter legis aut naturæ ordinem, etiam
institutionis necessitas hoc suaderet, vt in patre
filium & nepotes ex eo instituente[q]. Idem dicen
dum quoties interpretatio fieret circa verba ei
non præiudicantia cum quo contrahitur, &
quæ sui natura ad terminos iuris referuntur: ve-
luti cùm quis fundum emphyteuticum sibi & fi-
lijs stipulatur: nam existente huiusmodi lege,
quæ mares in successione fœminis præferat, eti-
am si pater sibi & filijs masculis & fœminis stipu
latus sit, admittentur tamen prius masculi[r], quo
niam pater filijs stipulando censetur vti hæredi-
bus stipulatus: at ex lege hçredes soli sunt mascu
li. Tertia distinctionis species est, cũ † verba gene 28
raliter cõcepta sunt, nũ fiat restrictio, & interio à
lege reguletur? qui casus maximè ad rem præsen
tem pertinet, & hîc non modica est dubietas: vi-
derentur enim restringenda, idq; Antonius Bu-
trius sensit[s], dum vocatis à testatore per fideicõ-
missum proximioribus descendentibus, quç ver
ba etiam propriè fœminas cõtinent, ipse respon-
dit: solos mares admitti, propter suprascriptam
municipum legem: nam etsi lex scripta sit, vxo-
re sine liberis decedente maritus dimidiam do-
tis partem lucretur, pater qui à marito simpli-
citer stipulatus sit doté reddi, de dimidia solùm
intelligetur

i Bar. l. hæredes. §. cũ ita. ad Trebell.
k Bald. Anch. l. tres fratres. de pact.
l Felinus. c. ius generale. j. dist.
m Paul. consil. ccccx. casus iste frequen.
n c Raynutius.
o l. in his. de condict. & demon.
p Anchara. d. l. tres fratres.
q l. Gallus. de lib. & post.
r Bar. l. vt iuris. §. vt liberi. de oper. lib.
s Butr. consi. ij. de consuit.

intelligetur egisse: idq; Rayn. probauit[a], & pleri-
que alij. Eódem confert, quód constitutum est
hæredem, qui legata soluere generaliter promi-
sit, cauitq;, intelligi deducta Falcidiæ legis parte
promisisse, non integra[b]. Viden' igitur propter
dispositionem legis, generalem promissionem
arctari? Sed tamen non arbitror à verborum pro-
prietate regulariter hoc casu recedendum: quod
enim de toto dictum est, non potest ad partem
restringi, citra manifestam stipulatoris iniuriam, A
nisi quando verba ad ius expresse relata fuissent,
vt quia eam dotis restitutionem tibi facere pro-
misissem, quæ iure facienda esset[c]. Idem, quan-
do verba eiusmodi sunt, vt ad ius referantur,
qualia sunt in eo, quod Anto. Butrig. dixit, cùm
quis proximiores descendentes vocat: intelligi-
tur enim collectiua illa vox, vt eo ordine succe-
dant, quo ex lege admittuntur. In promissione
verò legatorum ideo subauditur salua Falcidiæ
portione, quia cùm eiusmodi sponsio iussu legis B
fiat, non est verisimile necessariò promittentem
velle ius suum donare: si tamen ex natura con-
tractus quicquam actum creditur, non est du-
bium ex ea fieri restrictionem. Vnde si locator
29 conductorem intra † quinquennium non eijce-
re promisit, intelligetur conductore pensionem
soluente[d], natura enim contractus etiam pro-
prietati verborum præpollet[e]. Quarta † species
30 est, cùm nec verba nec mens quicquam repu-
gnant, sed casus est omissus, & tunc non est du- C
bium ad dispositionem legis referri. Vnde qui
31 promiserit soluere † centum, intelligitur de mo-
neta à lege permissa. qui domum conducit, intel
ligitur secundum morem patriæ conduxisse.
qui, quod vocant, feudum acquirit, in ea omnia
se obligasse iudicabitur, quæ ex eius contractus
lege domino ab huiusmodi clientibus deben-
tur. Et generaliter verum est quod Bal. scripsit[f],
qui aliquam actionem orditur, is legi de ea ver-
ba facienti se astrinxisse videri debet. D
SEQVENS tractatus de plebiscito municipa
32 li, quando iuxta antiquiores † leges restringi de-
beat: & regula est, debere: quoniam statuta se-
cundum ius commune interpretationem ac-
cipiunt[g]. Et quoties statutum de aliqua re,
persona, loco, verba facit, de idoneo & habili ex
iuris communis dispositione intelligitur[h]. Qua
ratione si lex vel statutum de aliqua re argumen
tetur & decidat, respectu cuiuscunque alterius
impedimenti aptitudinem præsumemus[i]. Ex E
hac regula quamplurimæ quæstiones finiri pos-
sunt. Lex ait: Instrumẽta nisi intra mensem apud
censorem insinuentur, fide careant, non nocebit
alienigenis ignorantibus, cum hisce terminus
non nisi à die scientiæ iure commune labatur[k].
Rursus lex: Exules & quicunque solum verte-
runt, impunè reuertantur: qui ob falsi crimen
exulat, reuerti nequibit, quoniam iure commu-
ni generali abolitione de his actum non vide-
tur[l]. Item lex: Qui cuiusque possessionem intra-
re vel apprændere ausus fuerit, soluat pœnam, F
non videbuntur in eam vindemiatores, fœnise-
cç, messores, huiusmodiq; artifices commisisse[m],
qui alieno iussu ingressi sunt, sed auctor solus
plectetur. Item lex: Qui sibi debitum æs decen-
nio non exegerit, tempore exclusus esto: qui age
33 re suumq; ius petere non potuit, legis † præscri-
ptione non submouebitur[n]. Item lex: Hæres hç
reditarijs creditoribus solidum soluat: intellige-
tur nisi inuentarium confecerit[o]. Rursus lex: In-

a l. post dot. in iiij. lect. soluto matrimo.
b l fin. C. ad leg. Falcid.
c gl. l. si prior. sol. matr.
d l. quæro. ff. loca.
e l. insulam. de præscr. verb.
f Bal. l. si duo. de acq. hær.
g l ij. C. de noxal.
h l. vt gradatim. §. j. de mun.
i Bald. qui testamento. de testam.
k l. genero. de his qui not.
l l. Lucius. ad S. C. Turp.
m gl. in rem. §. tignum. de rei vend.
n l. fi. in fi. C. de ann. except.
o l fin. C. de iur. delib.

strumenta publica etiam misso in neruum carce-
remq; debitore executionem habeant: non cen-
sebitur prouidisse, quò minus cedere bonis addi
ctus possit[p]. Item lex: Victus † victori censea- 34
tur in expensis condemnatus: intelligit Fulg[q].
nisi iustam causam litigandi habuerit. Lex ait:
Vxore præmortua maritus † lucretur dotem, in- 35
telligitur saluo iure liberorum prioris matrimo-
nij: non enim per hanc tam generalem verbo-
rum formulam censeri debet illis quicquam da-
mni illatum[r]. Sed quid, si lucro ex ea lege facto
maritus ad secundas nuptias transierit, an huius-
modi lucrum filijs quos ex priore uxore sustulit,
reseruare tenebitur? Et licet generalitas legis a-
liud suadeat, tamen receptius est reseruari debe-
re[s]: nisi constet non contemplatione matrimo-
nij aut filiorum ita à lege constitutum[t], sed po-
tiùs vt spe lucri ad vxores ducendas viri allice-
rentur: quæ coniectura ex alijs quoque statutis
deprçndi potest. Lex ait: Omnia instrumenta in-
sinuentur, si id factum non fuerit, nullius sit mo-
menti: non comprændet instrumenta † dotium, 36
cum speciali dotis fauore iure veteri insinuatio
in his sublata sit[u]. Lex mandat stari iuramento
eius, qui damnum passus sit: poterit nihilomi-
nus iudex taxare, ad quam usque summam iura-
ri debeat[x]. Lex inquit: Homicida quod fecit, ex-
pectet, & qui occidit, occidatur: restringitur, si
dolo tamen occiderit[y]. Lex enim Cornelia, quç
in sicarios est lata, non nisi in eum qui dolo ma-
lo cædem patrauerit, locum habet[z]. Lex ait: Su-
spectus perpetrati facinoris in ius veniat, alio-
quin exulet: veniat intelligitur & persistat: quià
lex antiqua non venisse eum interpretatur qui
non persistit[a]. Lex inquit: Prætor controuersias
arbitratu Iureconsulti communi partium con-
sensu electi definiat: intelligitur de cõtrouersijs,
in quibus probabilis sit ambiguitas: claras enim
ipse nemine cõsulto, decidet[b]. Lex: Prætor agna
tos ad compromissum cogat, intelligitur, si ali-
qui litigatorum petierint: nec enim non petenti
se prætor exhibet[c]. quod & in ea lege pluries re-
sponsum est, quæ alienigenam satisdare iubet:
intelligit enim, si cautio petita fuerit[d]. Lex: Ter
raconensis Rex immobilia aliqua ne alienato:
poterit nihilominus pro dote ab uxore accepta
immobilia alienare, cùm de hoc casu lex cõmu-
nis actum non fuisse existimet[e]. Lex: Debitor † 37
soluere nõ teneatur, nisi restituta sibi syngrapha:
non comprændetur qui syngrapham amisisse iu-
rauerit, dum acceptilatione, vel antapocha libe-
rare debitorem sit paratus[f]. Lex: Quisquis triti-
cum vel vinum extra territorium aduexerit, ple-
ctatur: qui non in territorio, sed aliunde acce-
ptum adueat, non punietur[g]. qui item vinum gu-
stus causa adsportauerit, impunè fecerit[h]: quod
& in eo, qui vsus sui causa adsportet, responsum
est. Lex: Negotiatorum codicibus integra præste
tur fides, intelligetur in his, quæ ad negotiatio-
nem pertinent. Lex: Filij mercatorum ab his,
quibus pater debet, conueniri possint: intelligi-
tur, si patris hæredes esse voluerint, idq; Bald.
probat[i]. Lex: Mulier absq; consensu agnati con-
trahere vel donare nequeat: poterit ecclesiæ do-
nare, & alio modo in piam causam transferre[k].
Lex: In grauibus delictis triumuiri capitales li-
berè inquirant: non poterunt tamen, nisi præce
dente fama, vel legitimis indicijs[l]. Lex: Ob con-
tumaciam exul possit impunè occidi[m]: aliquis
eum armis occidit, quæ licitè ferri non pote-

p Bald. l. j. C. qui bo. ced.
q Fulg. consi. v.
r Bart. l. hac edictali. C. de secund. nupt.
s l. fœminæ C eod. tit.
t Deci. auth. si qua. eo. tit.
u l. fi. C. de iure dot.
x Angel. l. videamus. §. deferre. de in litem iur.
y l. in lege. ff. de sica.
z Iasl. l. in actio. de in lit. iur.
a c. j. de iud.
b l. ille. §. j. de leg. iij.
c l. j. §. fi. de iur. delib.
d l. peto. §. fi. de leg. ij.
e Authen. res quæ. C. com. de leg.
f l. fi. C. de fid. instru.
g l. cætera. §. sed si quis. de leg. j.
h l. j. C. quæ res expor.
i Bald. l. de quibus. de ll.
k Bal. l. generali. C. de sacrosan. eccles.
l c. j. de offic. ord.
m l. si cui. de seruis.

rant:respósum est,legem prohibentem arma deferre,sibi locum non vendicare,cùm quis fert, vt tálem occîdat [a]: quod vtique faterer, si exulem lex ceu hostem publicũ iuberet occîdi: sed aliud est iubere fieri,aliud pœna faciẽtẽ liberare. Lex: Mortuo succedant proximi consanguinei paterni, decessit aliquis relicto consanguineo vtrinq; coniuncto, itemq; altero ex patre tantum: Ancharanus vtrinque coniunctum admitti solum censuit,exemplo Iustinianæ constitutionis [b].Mihi videtur vinculum paternum in statuentium cõsideratione solùm fuisse,quapropter nõ
38 temerè à verbis legis recederem. Lex:Mulier dotata † nõ succedat:intelligẽt,ipsi,qui dotem dedit,idq; de suo [c].Quid si negat nubere,& mauult casta viuere?Respondeo,nõ ideo magis succedet [d], cùm per eam stet,quo minus dotata dicatur [e].Quid,si qui dotem dedit, stipulatus fuerat eam sibi reddi?& cùm adpareat propter dotem eam excludi, succedet, nisi hęredes mulieri ipsi stipulationem remittant [f]. Quid,si minimam dotem consequuta sit? Respondeo, nihil refert, cùm † agere
39 possit,vt congrua assignetur [g]. Lex: Nepos auo materno, quantùm sit respectu legitimæ, succedat, nisi quando eius hęreditati renuntiatũ sit:respõdi secundum ius commune intelligi [h], & ideo,si, viuo patre,mater decesserit, eius renũtiatio filijs
40 non oberit. Lex: Publico documento † debitor soluat nulla exceptione obstante: poterit nihilo minus obijci illud non esse publicum instrumentum [i],actorem pugnantia inuicem dicere, vel legitimam personam standi in iudicio nõ habere: quia pupillus, aut sacer, abominatusq;, eundem dolo malo petere instrumentum falsum esse, vel se non legitimè citatum, vel vi,aut metu contraxisse, vel simulatum fœnebremúe contractũ, vel iudicem incompetentem, vel se soluisse,idq; manifestum esse,vel incontinenti probaturum. Admittetur & exceptio ex contractu veniens: vt si venditor pretium petat, ego rem mihi traditam negem: itemque quælibet alia exceptio ex alio ipsius legis capite descendens [k]. sed hæc satis &
41 super. Quod † diximus statuta secundum leges declarari,restringiq;,quibusdam casibus,nõ procedit, veluti cũ verba legis municipalis tam ampla sunt, vt cõmodè & citra manifestam cauillationẽ restringi nõ possint:vt cùm lex dicit,maritus decedente vxore omni casu lucretur dotem sibi datam:durum esset restringere,vt saluum ius filiorum prioris matrimonij censeretur [l].Idem si diceret,maritus decedente uxore sine liberis cõmunibus lucretur dotẽ: quorsum enim hîc mentio liberorum communium, nisi vt qui communes non sunt,reijciantur?Nam & receptissimum est,si statutum aliter nihil operaretur, secundum leges non restringi. Quo fit, vt si constitutum sit, posse reum personaliter vel ad domũ citari,arbitrio actoris permissum, vtrum malit intelligamus, nec distinguatur, persona reperiri possit, vel ne, cùm hac distinctione admissa nihil iuri communi adderetur, sed superfluũ esset [m]. Nam
42 etsi victum victori in expensis † condemnari iubeat, intelligemus etiam si iustam causam litigandi victus habuerit, ne aliàs frustrà ita constitutum sit [n]:nec vlla iniquitas subest [o],cùm victor de damno vitando & ipse agat, cui æquius est succurri [p].Eodem pertinet quod Bart.censuit sta-
43 tutum † quo disponitur ex præscriptione dominium acquiri, de directo dominio intelligendũ, vt aliquid iuri communi addere videatur [q]. Quo

a Nel.in tra.in iij.tem.
b Auth.itaq; C. commu. de suc.
c Bald.l.j. C.de leg. hær.
d Bald.l.mater. C.de iur dot
e Bald.l.pactũ. C.de col.
f Bal.l fin.C.de dot.pro.
g Dec.authen. præterea. col.ij. C. vnde vir & vxor.
h Alexand.d.l. pactum.
i l.non putauit. §. non quæuis. de cont.tab.
k Modest.c.ex parte. ij. de offic.de.
l Roma.& Deci.d auth. præterea.
m Bart.l.iij.§.ij. de dano infect.
n l.si quãdo.de leg.j.
o Ias.l.properãdũ.C.de iudic.
p l.si seruum.§. sequitur. de verbo.oblig.
q Bart.l.iij.de vsucap.

argumento, cùm latis tribus sententijs conformibus statutum non pareretur eas tanquam nullas improbari, respondit Andreas Siculus [r], hoc intelligendum etiam si euidenter id constare diceretur, cùm etiam iure communi exceptio huiusmodi sublata sit. Aretinus quoque [s] cùm in statuto diceretur à nulla mera interlocutoria appellari posse, etiam de eis intelligendum censuit, quæ aliàs iure ciuili per appellationem re-
A tractari potuissent. Generaliter quoque † prodi- 44
tum est,quoties in statuto rei iure communi iam concessæ extensio ponitur, nullam fieri restrictionem [t]:quoniam hoc casu proditum sit, generalia verba ad aptitudinem non coarctari, quapropter si statutum dicat, aduersus sententiam nulla exceptio opponi possit, præter talem & talem, à verbis recedendum non erit, quæ clara sunt,& ex quibus apertè ostenditur, noluisse legislatorem ius commune sequi: quod à Baldo
B traditum [u] frequentius receptum est: seruanda enim lex est, tametsi dura: & quicquid lex communis dicat, à municipali non recedendum est. Eandem sententiam alia quoque ratione idem Bald. in hac specie sequitur. Ex lege municipali inducuntur certæ feriæ, num in casibus, quibus feriæ iuris communis non seruantur, hæ quoque seruari non debeant? & refert, inquit ille [x], an lex simpliciter indicat ferias, & intelligetur secundum ius commune: an verò procedat vlte-
C rius,quasdamq; exceptiones inducat, & non respiciemus ius commune,cùm in casibus non exceptis standum sit statuto: quoniam regulam confirmat exceptio [y]. Hanc sententiam & ipse sequor, dum tamen sciamus hoc casu regulam ipsam latiorem significationem ex iure communi mutuari,vt in hac quæstione. Lex Sacerdotij: Absentes nec residentes,fructus non percipiant, præter infirmos & pontifici Romano deseruien-
D tes: quid de eo, qui proprio episcopo obsequatur?& is fructus percipiet,quoniam iure cùmuni absens non videtur [z],& ideo in regula statuti nõ censetur compræhensus.Iason tamen in his alia ratione vtitur:nam, inquit ipse, cùm regula statuti generaliter intellecta, multum operetur, debet exceptio restringi:quandoquidem parũ refert, si quæ incidenter dicuntur superfluant, dum principale otiosum nõ sit [a]. His ampliùs adnotandũ,
statutorum generalia † verba secundũ legem nõ 45
restringi,cùm ea iuris communis dispositio,non
E tam effectum respicit, quam formulam verbalẽ: vt cùm statutum auget filiorũ legitimam, quam iuberet relinqui filio, existimabitur sufficere quoquo titulo relinquatur, etiam si non institutionis iure pater reliquerit [b]: idque verum arbitror, quoniam non tanti est ratio quæ Iustinianum mouit(nempe quòd titulus institutionis sit honorabilior) vt tam modica causa generalitas statuti restringi mereatur.Nam etiam illud in cõfesso est, ex iuris communis extraordinarijs di-
F spositionibus statuta non restringi.Exempli causa:Lex iubet matrem ab agnatis excludi,nũquid à sororis filio excludetur,qui iure quodam commentitio agnatus est [c]?& traditum est non excludi, nec de eo verba statuti accipienda [d]. Qua ratione nec ab eo quidem iure restrictio sumetur, quod maximè controuersum sit. Quapropter cùm lex maritum vnà cum filijs prioris matrimonij generaliter in maternæ doti, ipsius partem solùm admitteret, respondi non esse prius deducendam à filijs ipsis legitimam, cũ id maximè cõtrouersi

r Barb.consil. xviij. in fi.lib.j.
s Aret.consi.xvj.
t Bart.d.l.j.§. nuntiatio.de oper.no.nunt.
u l.Ita nobis.C. de adulte.
x in l.j.§.fin.de ferijs.
y l.tribunus.§. fin. de test.mili.
z c.ad audientiam. de cle. nõ resi.
a Ias.l.j.col.xvij. de offi.eius.
b Bald.l.maximũ. C. de liber. præt.
c l.meminimus. C.de leg hæred.
d Ias.l.omnes populi. in fi. de iust.& iur.

trouersi propter doctorũ varias opiniones iuris esset [a], cuius nõ est verisimile rationẽ vllã habuisse decuriones.Bal.tamẽ alia ratione prædicto in statuto legitimã quoquo titulo relinqui posse cẽsuit, quòd videlicet statutũ iuris correctorium ab eo interpretationẽ accipere non debeat. Quã rationẽ crebriore calculo reprobari cõstat,cũ semper ius cõmune obseruemus, præter quã in eo q; expresse cõstat correctum. Ex suprà dictis igitur Bal.ratio distinguẽda fuit.Generaliter tamẽ om-
46 nis huius † materiæ cardo in eo versatur, vt legis municipalis rationẽ spectemus, & ex ea verisimiliter cõstituamus,ex iure cõmuni restringenda sit, an id minus.& ideo in plerisq; locis, vbi simpliciter constitutũ est maritũ vxore mortua lucrari dotẽ,excludũtur filij prioris matrimonij, nec fit vlla restrictio,eo colore quòd ratio statuti fuerit, vt promptius mulieres nuberẽt [b],cũ alioquin viduæ propter legale [c] onus doti inhærẽs,viros æquales facilè nõ reperirẽt. Et ex his satis dilucidè explicuimus,quib.casib.statuta à iure cõmuni restringi nõ debeant.Hoc tamẽ nõ omittendũ vbicũq; aliquis ex generalitate statuti damnũ indebitè pateretur,semper restrictionẽ ad ius commune faciendã.Ecce,lex scripta est,Instrumento à se facto nullus aduersum eat, nec hęres quidẽ: nõ cẽsebitur prohibitus hęres aduersum ire, qui inuentariũ fecerit:quoniã iniquũ esset de suo eũ teneri,indebiteq; id dãni subire:quamobrem fit hæc interpretatio,vt lex huiusmodi potius sit elusoria,quàm vt iniquitas vlla tolleretur [d].Nã ge-
47 neraliter fatendũ est, quamlibet dispositionẽ † in legibus,rescriptis, testamẽtis, cõtractib. coarctari,ne iniquitas aliqua introducatur. Nec ex hoc solũ,sed alijs & ferè infinitis causis fiunt huiusmodi restrictiones quarũ alia certa regula adscribi nõ potest,nisi vt iudex semper rationem legis præ oculis habeat & ex ea vel decretũ moderetur, vel generaliter obseruari iubeat. Duximus aũt ex
48 innumeris † aliquas causas describi operæpretiũ fore,vt hac quoq; in re studiosorũ laborib. cõsuleremus. Hę vt plurimũ ex huiusmodi prædicamẽtis cõsistunt,persona,re,qualitate,loco,tẽpore,bono,maloue,iusta excusatione:de singulis i-
49 gitur videndũ.Et in primis † ex psona ppter excellentiã à regula generali recedi quãdoq; videmus,quapropter lex [e] iudicib.mandãs,vt ipsi sententiã suã ex scripto pnũtient, in his sibi locum nõ vẽdicat,qui excellẽti dignitate præpolleant, vt pręfectus pretorio,vel episcopus.Nã cõstitutũ est,in generali excõmunicationis suspẽsionisue sentẽtia,qui põtificię sunt dignitatis, nõ cõpræ-
50 hẽdi [f]:plurima † enim illustrib. dignioribusq; huiusmodi cõcessa sunt,quę inferioris gradus viris nõ permittũtur. Qui dignitate illustri pollet, nõ nisi ex scripto in ius vocari potest [g]:per procuratorẽ etiã in causa criminali litigat [h].Qui cingulo militari decoratur,ex delicto suspẽdi nequit, cũ huiusmodi pœna soli plebeij afficiantur [i]. Is etiã si aduersus eũ aliquid indicij emerserit,quęstioni subijci nõ debet [k].Sic Doctor,vel medicus ob æs alienũ, vel munus aliquod in carcerẽ detrudi nõ potest [l].Sic lex in mulierẽ cõpromitti prohibẽs, eã nõ cõprændet,quę excellentis dignitate splẽdeat [m]. Hinc fit,vt in generali vicarij mãdato ea potest concessa nõ videatur, quę illustrẽ personã submouere possit [n]. Vnde nec archiepiscopi vicarius episcopũ iudicabit, nec municipij potestas ius in senatorẽ dicet.q, si quis ius in illũ decernẽdi habeat,mitigare tñ in pœnã tenebitur, eiusq;

a Decius consi. ccxlvj.
b Curt. cons. lxxviij.
c d.l.hac edi.
d l.si.§.in computatione.C de iure delibe.
e l.ij C. de sent. ex breuic. rec.
f c.vbi de sent. excomu. in vj.
g l quoties. C. de dig.
h l.fi.C. de iniurijs.
i l. desertorẽ.§. pœn. de re mil.
k l. milites. C. de quæst.
l l.ne quis.C.de aduoc. di. iudi.
m c.dilecti.de arbitris.
n c.j. in fi. de offi.ord.in vj.

honori,quantũ in se erit deferre [o]. Quod tamẽ in pœna corporali intelligitur:nã in pecuniaria nobiliores grauius plebeis mulctãtur [p]. Cęterum & ad hæc pertinere videntur,quę ppter cõcedentis amplã dignitatẽ indulta in iure reperiũtur. Ecce, in albo potiores partes habent, qui & tempore priores fuerũt:nisi tamẽ maiori dignitatis excellẽtia prępolleat,qui posteriorẽ elegerit [q]:nam & in sacerdotijs in ambiguo prior præsumitur,isq;
A cæteris præfertur, quẽ Rom. Pont. designarit [r]. Quod etiã aduersus iam receptũ in Canonicorũ ordinem extenditur:is enim nihilominùs ppter
Pontificia auctoritatẽ illi cedet [s]. Propter † excel- 51
lentẽ quoq; sciẽtiam à cõmunibus iuris regulis recedimus:vnde quamuis Doctor extra patriam suam profitens ab onere tutelæ in patria non sit immunis, si tamen valde in disciplina emineat, ex rescripto diui Pij excusabitur [t]. Sic ex delicto ad bestias damnatus, propter singularem artifi-
B cij scientiam ad preces populi ex indulgentia principis poterit veniã cõsequi [u].Sic edictũ prætoris minori xxv.annis restitutionẽ in integrũ cõcedẽs,in minore summę peritię & perquã industrio nõ obseruabit [x].Sed an ipso iure excellẽs scientia psit,an verò solũ iustã principalis indulgẽtię causam pstat?Et puto principẽ adeundũ:sicut videmus illegitimũ absq; Pontificis Rom.dispẽsatione in episcopũ eligi nõ posse,tametsi tali excellẽtia polleat [y].q, & in eo cõstitutũ est,qui du-
C plex sacerdotiũ ppter doctrinę summã peritiam postulat [z]:standũ eñ in hoc quoq; regulę est,nisi summus Põtifex eũ exemerit. quantũ tñ sit respectu excusationis à tutela,aliud obseruabit:quoniam diui Pij rescriptũ in corpore iuris cõpræsũ est.Propter indolẽ quoq; & spẽ futurã huius doctrinæ multa cõtra regulas recepta sunt:quapropter traditũ est eos,qui optimi sint ingenij,posse ad doctoratus(vt vocãt)apicẽ pmoueri [a],tametsi adhuc nõ multũ profecerint,si spes futurę dili-
D gentiæ subsit,Cui nõ absimile,legũ candidatum studiosum & bonę spei,imperito Doctori pręferendũ esse [b]:in quo tamẽ potest distingui,vt priuilegia Doct.cõcessa eorũ personã respiciẽtia indoctis nõ cõpetant:quapropter sibi obstrepentẽ vicinũ fabrũ domo nõ eijciet [c]:ab onerib.immunis nõ erit [d].quòd si ad ordinẽ ipsum pertineat, secùs est.Nõ subijcietur ergo Doctor quęstioni, quoniã inde nota & dedecus in eius dignitatis cæteros viros suborirẽtur [e].Eadẽ ratione putaue-
E rim in suprascripta quęstione debere scholasticũ ei de via decedere [f], cũ cæterorũ id propter popelli opinionẽ intersit. Propter vitę integritatẽ,
& † sanctimoniã auctoritatẽq; hominis à regulis 52
cõmunibus quandoq; recedimus [g]: quales sunt, post publicata testimonia neminẽ vlterius rogãdũ:cõsanguinei testimoniũ suspectũ esse, sicut & iudiciũ: nã ppter notã viri probitatẽ (quanquã hæc rara auis)aliter quãdoq; iudicabimus [h]. Sic
F iudicẽ absoluit,respõso suo Angelus, qui causæ capitalis accusatũ magnæ existimationis virum, nõ in cõpedib. ius dicere iusserat [i], sed vrbẽ pro carcere,etiã absq; vadib.assignauerat,cũ is violato iureiurãdo solũ vertisset.nã & tutor legitimus satisdare debet:si tñ honestate pbitateq; præcellat,hoc ab huiusmodi viro nõ expectabit [k]. Quapropter quãuis quisquis immobilia nõ possidet iudicio sisti satisdare teneatur, si qs tñ alioquin sit pmissis tenax,& à mẽdacio abhorrẽs, ppè est vt eius sponsioni stet [l].Qua ratione cũ statutũ esset, vt quilibet iuxta qualitatẽ personę satisdaret,re-

o c.ij. de offic. deleg in vj.
p l.properand. §. sin aũt vterque.C. de iud.
q l.ij. de albo scrib.
r c.si à sede.de præb.in vj.
s c.hi qui auctoritate.eod.tit.
t l.sed & reprobari.§.amplius. de excus. tut.
u l.ad bestias. de pœnis.
x l.j. C. qui & aduers quos.
y c.innotuit.de elect.
z c de multa.iij fi.de præb.
a Innoc. c. cum in cunctis.de elect.
b glo.l.j.C.de ann.ciuil.
c Ias.l.i. [illegible]
d l.j. [illegible] leg.
e l.j.C.de tyro.
f Felin.c.cleric. de iudic.
g Ias.l.iubem. C.de iudic.
h l.ij.in princ. de [illegible]
i l.si à bonæ. de rei vend.
k l.legitimos.ff. de leg.tu.
l Paul. l.si quib. stip.sit Stich.§. fin.de verb.ob.

spondit Bal. eũ qui probis sit morib. & spectatæ
fidei, liberari [a], si iuramẽto cauerit: tametsi satis-
dare solũ is dicatur, qui fideiussorib. creditori cõ
sulit. Sed & illud cõstat, quãuis arbiter extra locũ
53 † cõpromissi sententiã dicere nõ possit, propter
tamen hominis auctoritatẽ indulgendũ, vt etiã
in secessib. rẽ finire possit [b]. Ex historia quoq; ꝓ-
ditũ est, Ambrosiũ, Nicolaũ, Seuerũ, cũ prius sa-
cris initiati nõ essent, in episcopos tamẽ electos
fuisse [c]: ꝙ ꝓpter singularẽ vitæ integritatẽ tolera
tũ fuit, cũ alioquin antistes esse nequeat, nisi qui
antea iandiu sacra tractauerit. Propter hominis
quoque desidiam socordiamque, multa contra
regulas constituta sunt. quamobrem quamuis
procurator post litem contestatã submoueri nõ
54 possit, si tamẽ iners † & contumax appareat, iustè
reuocabitur [d]. Sic & tutor eadẽ nota iniustus & su
spectus, poterit etiã officio iudicis amoueri [e]. Sic
55 quãuis † ex regula nemo iuri suo renuntiare cogi
possit, si tamen aliquis episcopus ita oscitabun-
dus & curarũ negligens sit, vt aliquid inde peri-
culi diuinis domib. immineat, poterit in hoc adi
gi, vt sacerdotio illi cedat [f]. Quo exẽplo etiã vi-
demus cõductorẽ ab ædib. [g], emphyteutã à fun-
do [h] deturbari, si in re malè versetur: ꝙ & in cliẽ-
te, quẽ vasallũ vocãt, receptũ est [i]. Et ꝙ de tali de-
sidia traduntur, in nimia quoq; seueritate locum
habent, cũ, vt Neruæ Imperatori dictũ fuit, æquè
malus is princeps sit, sub quo omnia licẽt, atq; is
sub quo nihil licet. Hinc videmus inuitũ domi-
nũ, vt seruũ distrahat cogi, quẽ nimia sæuitia du-
rius, quã æquũ fuit, adficiebat [k]. Sic & paterfam.
quãuis emancip. filiũ nõ sit cogendus, si tñ vltrà
quã paternæ pietatis officiũ suadeat, malè eum
habuerit, iudicis auctoritate cogetur [l]. Vnde eti-
am vir ab vxore separatur, qui nimiùm morosus,
sæuusq; sit [m]. Sed & ex hac causa societatẽ dirime
re ꝑmissum est: durũ est. n. cũ rixoso homine diu-
tiùs cõuersari [n]. Præceptoris quoq; nimia sęuitia
(vt lex ait) culpæ adscribitur. Cæterũ inimicitia
quoq; & hostilitas plurima innouari iubẽt: quo-
circa in grauissimis delictis, qualia sunt impieta-
tis in Deũ, læsę maiestatis in principẽ, sacerdotij
per sordes, & ambitũ (simoniã vocãt) acquisitio,
etiã si illegitimę probationes admittantur, inimi
ci tamẽ testimoniũ recipiendum non est [o]. Sic &
lex aduersus fœneratores lata, non intelligitur
eũ comprændere, qui iusto hosti fœneratitiã pe-
cuniã dederit [p]: nã & lex Pomp. patricidã culeo
insuẽs, de eo non intelligitur, qui parẽtes patriæ
publicos hostes obtruncarit [q]. Quod vt verũ sit,
non tamẽ laudãdus est, qui iura naturalia sic con
tempsit. [r] Eadem ratione traditum est, hosti im-
punè violandã fidẽ [s], præterquã cũ ei aliquid spe
cialiter promissum est [t]. Sed ambas hasce quæ-
stiones ex Philosophorũ sentẽtia M. Cicero lib.
de Officijs iij. elegantissimè explicat: is igitur
56 adeũdus. Propter personarũ affinitatẽ legis † ge-
neralis plerũque fit derogatio, vt in hisce specie-
bus. Lex est: Cũ eo cui sacris interdictũ sit, nemo
quicquã cõmune habeat, ad se venientẽ aduerse
tur, colloquio nõ dignetur: nõ intelligãtur prohi
biti cõsanguinei [u]. Quo sensu & lex in receptato
res scripta [x], & edictũ prætoris de seruo corrupto
ad ꝓximos nõ trahẽt. Sed nec lex quidẽ ꝓhibẽs
aduocato aduersꝰ rẽ publicã patrocinari, vetabit
quò minus me meosque tuear [y]. Sic & S.C. Syll.
quo heres scriptus nõ priꝰ hereditatẽ adire põt, ꝗ
defuncti testatoris necẽ vltus fuerit, nõ cẽsebitur
patri necessitatẽ imponere, vt filiũ accuset [z], nec

a l. abstinendũ. C. quorũ appel.
b l. si cũ dies. §. si arbit. de arb.
c §. his omnib. lxj. dist.
d l. eum qui res. C. de procurat.
e l. hæc enim. §. fin. de suspect. tut.
f c. nisi. de renunt.
g l. æden. C. loc.
h auth. qui rem. C. de sac. sanct. eccles.
i c. j. §. quicunque. de paten.
k l. ij. §. j. de his qui sunt sui.
l l. fin. si quis à par.
m c. literas. de restit. spol.
n l. si conuenerit. pro soc.
o c. per tuas. de sim.
p xiiij. q. iiij. ab illo.
q l. minimè. de relig.
r l. si adult. §. liberto. de adult.
s xxiij. q. ij. dominus.
t l. j. §. non fuit. de dolo.
u c. inter. de senten. excom.
x l. fin. de rece.
y l. pen. de postulan.
z d. §. libert. Ias. l. j. C. de his quibus vt indig.

vice versa filio, vt patrẽ deferat: nã nec tutor pro
pupillo subire iudiciũ tenebitur aduersus pro-
prios cõiũctos [a]: ꝙ & ad aduocatũ producendũ
est, vt vsque ad quartũ gradũ aduersus cõsangui-
neos causam dicere cogi nõ debeat [b], cũ lege Iul.
Papia Iudiciorũ publicorũ, nec testi quidẽ denũ
tiari possit, vt testimoniũ vel aduersus sobrinis
genitos, dicat [c]: & militi emãsori detur venia, qui
affectioni parentũ & affiniũ hoc dedit, vt aliquã-
A diu à signis abesset [d]: & quicũque cõiunctos in iu
diciũ vocarit, quorũ in edicto prætor mentionẽ
fecit, qualẽcunque fideiussorem iudicio sistendi
causa accipere teneatur [e]. cũ alioquin nõ nisi ido
neũ accipere cogeretur. Huiusmodi. n. affectioni
nõ parũ à legib. tributũ apparet, cũ potissima ex
ea in dubijs reb. coniectura assumatur. Quapro-
pter etiã quãdo appellatione filiorũ nepotes nõ
cõtinentur, tñ de eis actũ censebitur, quos auꝰ lo
co filiorũ habere tractareq; solitus est [f]. Sic in le-
B gato facto Sẽpronio, ne cũ plures Sẽpronij sint,
ex incertitudine vitietur, de eo intelligemus, cui
maximè testator afficiebatur [g]: nã & legatũ sacer
doti quãuis ecclesiæ factũ cẽseatur, si tamen is sa
cerdos affinitate vel alia affectione testatori iun-
ctus probaretur, próprius est ad eũ, quã ad eccle-
siã ꝑtinere [h]. Et quæ † de cõsanguinitate dicta sũt, 57
in magna quoq; amicitia locũ habent: quapro-
pter ex testamento imperfecto fideicõmissaria li
bertas alũnæ ob magnã testatoris dilectionẽ de-
C betur [i]. Iudex ob amicitię licitũ ardorẽ amici no
centis pœnã mitigare poterit, nec idcirco sordiũ,
aut gratiæ reꝰ fiet [k]. Et in legatis licet propter am
biguitatẽ minor summa debeatur, tñ propter ma
gnã amicitiã quãdoq; interpretabimur maximã
deberi [l]: ꝙ & in stipulatione receptũ est [m]. Eadẽ
ratione etiã defensionis causa poterit amicus in
iudicio stare, cũ alioquin absq; mãdato alius pro
alio nõ audiatur: ꝙ intelligendũ in eo, q arctissi-
ma familiaritate iungat, & cuius gesta soleat ab-
D sens rata habere [n]. Quòd si quicquã ex amicitia,
vel affinitate in aliquibus personis introductum
est, id maximè inter patrẽ & filiũ obseruabitur,
cũ nulla possit esse arctior cõiunctio. Hinc fit, vt
quãuis lex quẽlibet administratorem rationes
reddere velit, patrẽ tamẽ eximat [o], qui quantũ ad
filiũ attinet, aneclogistes est, & pares cũ eo semp
rationes habet: quapropter si filio restituere hæ-
reditatẽ grauatus sit interim nullã cautionẽ præ
stabit [p]. Sic magistratus aut miles, licet in prouin
E cia emere prohibeatur, paterna tamẽ bona, quæ
à fisco distrahuntur, sibi addici iure procurabit [q],
nec legis laqueis tenebitur. Sic doctoris filius in
patris demortui locum exclusis cæteris succedet
[r]. Possent ad hãc rẽ & alia pleraq; facientia addu
ci, quæ sciẽs prætereo. Propter † personæ quoq; 58
paupertatẽ à generali lege quãdoq; recedimus:
quapropter in multitudine causarũ, ante cæte-
ras, pauperũ cõtrouersias iudex definiet [s]: eorum
alimoniæ, si in carcere detineantur, prouidebit
F [t]. tabellionẽ, vt documẽta illis etiã gratuitò edat
ex officio coget [u]. Sis quis ob inopiã nõ appella-
uerit, vel post prouocationẽ fatalia labi permise
rit, eũ restituet [x]: mulctã etiã, si eius portio colli-
tigatori debeatur, abolebit [y]. Illud. n. cõstat, pau
pertati à legib. multa indulgeri, quæ omnia re-
cẽsere præsentis ocij nõ est. Nã & nõ solũ ex pau
pertate, sed etiã propter personæ ignobilitatem
pleraq; aduersus iuris cõmunis regulas introdu
cta reperire est. Patet † etiam inuito filio illi factã 59
iniuriã remittere potest: si tamẽ vilis abiectaque
persona

a l. huma. C. de excusatio. tut.
b l. pet. C. de aduo. diuer. iud.
c l. leg. Iul. de testib.
d l. qui cũ vno. in fi. de re mil.
e l. ij. §. ñ. qui satisd. cog.
f l. aliment. §. j. de alim. lega.
g l. si quis seru. §. si ita. de leg. ij.
h c. requisisti. de testa.
i l. in testa. de fi. lib.
k glo. c. nisi. de offic. deleg.
l l. si seruus plu. §. fina. de leg. j.
m l. capienda. in fi. de reg. iur.
n Bar. l. non solũ. §. qui aliẽno. de proc.
o l. si §. illo procul. C. de bon. quæ libe.
p l. Imp. ad Trebel.
q l. qui offidj. de cont. empt.
r l. iij. C. de aduoc. di iud.
s j. q. j. c. in primis.
t l. iud. C. de episcop. aud.
u l. tam demẽtis. C. de epi. aud.
x §. alijs. in authen. de his qui ing.
y l. illicitas. in fi. de offic. præs.

ꝑsona sit, remissio filijs ꝗ honestã ꝑsonã sustinẽ-
ant, nõ nocebit [a]. Sic quãuis filia de dote, nisi ex
cõsensu patris agat, nõ tñ de eo intelligemus, ꝗ
vilis, fœdioreq; vita sit [b]: nã & ex cõtrario, lex li-
beris aliquod beneficiũ propter patris honorem
indulgẽs, ad eũ filiũ nõ porrigitur, qui turpẽ vitã
maculosamq; agat [c]. De huiusmodi quoq; intel-
lexisse nõ videbitur, cũ infamię notã inurit [d]: his
ẽm infamia pœnę loco non esset, quare seueriùs
vindicandũ. Quapropter meritò Bal. cũ lex gene
60 raliter mulierẽ † in carcerẽ duci vetaret, de ea non
agi respõdit, ꝗ meretrix, libidinibusq; infamis,
& extra legis Iulię pœnas ob vtilitatẽ sit [e]. Et hæc
quidem, quod ad personas attinet, sufficiant.
61 EX RE fit † quãdoq; legis generalis restrictio,
idq; varijs ex causis, veluti propter rei tenuitatẽ,
sterilitatẽ, meliorationem, & si qua huiusmodi,
quorũ exẽpla plurima in iure habemus. Decurio
nes propter senectutẽ in curiã venire nõ cogun-
tur, & tamen si leue sit munus, & ꝙ citò explicari
62 soleat, immunes non erũt [f]. Mater filijs tutores †
petere debet, si tñ tenuissimę sunt pupilli faculta
tes, excusabitur [g]. Sic & Senatusc. quo legari do-
mib. adfixa prohibẽtur, de modici pretij reb. itẽ-
que gurgustis nõ intelligetur [h]. Et edictũ præto-
ris de morbo verba faciẽs, ad febriculã leuẽ [i], Se-
natusconsul. Syll. de vulnere, ad vulnusculum
nõ producetur [k]. Sic tutor qui pupillo modicam
quantitatẽ crediderit, à tutela tanꝗ creditor non
excusabitur [l]. Iudex qui munera accipere prohi-
betur, xeniola tñ nõ improbè accipiet [m]. Quod &
in sacerdotiũ aliquod cõferente receptũ est: non
ẽm simonicę, vt vocãt, labis reus erit [n]. Sic à tutela
quarta, cuius occupationib. quis facilè defungi
possit nõ excusantur, qui ternas subierint [o]. Legi
musq; etiã in iudiciarijs actionib. dilationes am
putari, summarieq; & magis de plano procedi,
vel cũ de reb. leuib. [p] ciuiliter agitur, vel cum de
modicis criminib. accusatio instituitur [q]: nã & ea
63 quę leuis † solennitatis sunt, si omittãntur, actum
nõ vitiant [r]. In legis perito quoq; proditũ est, nõ
iure eũ quicquã honorarij accipere, cũ citra labo
rẽ & librorũ reuolutionẽ clienti cõsilio suo cauit
[s]: ꝙ tamẽ ego nõ satis probo, nec receptũ videtur
Specul. cũ iã exantlati labores & ærũnæ, quibus
ars ista addiscitur, pręmio carere nõ debeãt. His
64 accedit ꝙ vulgò dici solet, de † reb. minimis nullã
esse prætoris curã [t]: quod ita accipitur, vt ex re mi
nima aduersus ius cõmune nihil inducendũ sit,
nec restitutio in integrum cõcedenda: cũ verò
secundũ ius cõmune agimus, tũc etiã minimę rei
rationẽ habendã [u]: vnde qui vel oboli reliquator
est, actione ex empto rẽ nõ cõsequitur, aduersus
deiectũ petitorio iudicio nõ experietur [x]. Sed an
emphyteuticũ fundũ, tanquã integrũ canonẽ nõ
soluerit, amittet? Et cũ hãc legẽ partes cõtractui
dixerint, propius est, vt amittat: ꝙ crediderim
verũ, cũ inde argui cõtẽptus aliquis potest: alio
quin humanius est, per imprudentiã factũ arbi-
trari [y]. Quapropter nec inquilinus, qui excepto
nũmo pensionem soluit, submouebitur: in quam
sententiã Bal. & Paul. Castr. trãsiẽre. Propter steri
litatẽ à regula generali varijs quoq; specieb. rece
65 dimus: quapropter colonus † qui agri culturã nõ
deserere promisit, salua fide recedere potest, si ste
rilis fundus effectus fuerit [z]. Et cõstitutio, quæ re
66 rum ecclesiæ alienationẽ † fieri posse generaliter
negat, nõ tamẽ de sterilibus prædijs, tenuibusq;
agrorũ plagis intelligetur: poterũt enim absq; a-
lia solẽnitate alienari [a]. Quòd & in cõsuetudine

a l. sed & si. §. filiosam. de iniur.
b l. si cum dotẽ. §. eo autẽ. sol. matrimo.
c l. senat. ff. de rit. nup.
d l. ij. C. vt int. cert. temp.
e Bal. l. consentaneũ. C. quomodo & quãd. iu.
f l. decurio fortunã. C. de decurio.
g l. ij. C. ad Tertul.
h l. senat. §. Marcellus. de leg. j.
i l. quæsitum. de re iud.
k l. j. §. penul. ad Syl.
l glo. auth. minoris. C. qui dare tut.
m l. solent. de offic. proconf.
n c. & si quæstiones de sim.
o l. si is qui tres. in fin. de execu.
p auth. nisi. C. de sent. ex breuic. rec.
q l. leuia. de acc.
r l. j. §. fi. de ventre inspi.
s gloss. xj. q. iiij. non licet.
t l. scio. de in integ. rest.
u l. si proprietarius. de dãno infecto.
x Ias. auth. qui rem. C. de sacrosan. eccles.
y l. quamuis. de cõd. & demõst.
z glo. l. ij. C. de agri. lib. xj.
a xij. q. secund. terrulas.

receptũ est, quæ si huiusmodi alienationes infir-
met, de modici reditus possessionib. nõ intellige
tur: nã & lex quæ clientẽ in verba dñi iureiuran-
do adigi [b], hoc est, præstare occasione feudi (vt vo
cant) iuramentũ fidelitatis iubet, in eo nõ obser-
uabitur, qui modicã tenueq; rẽ eo titulo accepe-
rit [c]. Sic propter anni sterilitatẽ fit colono remis-
sio mercedis. Cẽsetur aũt is fundus sterilis † cuius 67
culturæ tãtũ impenditur, vt eo deducto nihil co-
A lono superfit [d]. Bart. etiã remissionem faciendã
censet, cũ in dimidia iusti pretij deductis operis
& impẽdijs colonus læderetur: quæ sentẽtia cre
briore calculo approbata est [e]. Propter rerũ me-
liorationẽ fit & quãdoq; legũ restrictio, vt cũ lex
locatorẽ dãnat, ne quid vltra pensionẽ conuentã
petere possit, tenebitur nihilominus colonus au
gere mercedẽ, si præter spem magna fertilitas an
ni superuenerit [f]. Sicut. n. ex sterilitate remitti si-
bi colonariũ iure postulat, ita ex inopinato pro-
B uentu augere domino debet. Eadem ratione lex
amota à sacerdotio nihil cõferri iubens, in eo nõ
obseruabitur, qui propria industria diuinæ do-
mus fundos ex incultis & tesquis fertiles reddi-
dit [g]: fructur. n. parta suo labore fœcunditate, do-
nec vixerit, ꝙ & Innocentius probat: quod eius
legis exemplo constitutũ opinor, quæ fundi de-
serti ad Cæsaris patrimonium pertinentis culto-
rẽ (saluo iure canonis) inquietari non sinit [h]. Pro-
pter rei euidẽtissimã perspicuitatẽ aliqua quoq;
C specialiter indulta sunt. Quo fit, vt quãuis priuſ-
quã aliquis ad profitendi munus doctor possit
promoueri, præcessisse oporteat [i] diligentẽ mo-
rũ doctrinæque inuestigationem: si tamẽ fama is
sit notissima idoneus, aliud examẽ nõ est necessa
rium [k], cùm populi testimoniũ pro examine suf-
ficiat [l]. Nam & licet in maioribus & in minori-
bus causis concessa sit appellatio, vbi tamẽ euide
tissimè de delicto cõstat, nõ est vlterius quicquã
quod rei pœnã differat concedendũ [m]. Sic & quo
D ties causa † appellationis manifesta est, alia ꝓba- 68
tione nõ opus est [n]. Et qui ad locũ citatus est sibi
intutũ, si id apertissimè cõstet, nec excusationẽ
quidem mittere tenetur, tantũ abest vt ipse corã
venire debeat [o]. Solerque vulgò dici, in notorijs
† ordinẽ iudiciariũ minimè obseruandũ [p]. vocãt 69
autẽ nostrates Doct. notoriũ, voce minimè pro-
ba id quod palã cõstat: cùm veteres notoriũ pro
denũtiatione facinoris acciperent [q], cũ in id pu-
blicè cõstituti Emissarij & Curiosi iudicium per-
E petrati facinoris per elogium pręsidij faciebant,
quod munus in pagorũ syndicos, vt plurimũ ho-
die translatũ est: nec eo casu solẽnia accusationũ
perpẽduntur, sed solùm (vt Gordianus Imper. cõ
stituit [r]) falsis, nécne quis sit notorijs insimulatꝰ.
Propterea ꝗ de nouo emergũt, fit & quandoque
huiusmodi interpretatio: Ecce tibi, postquam in
causa cõclusum est, licet alia instrumenta profer
ri nequeãt, si tamen quicquam nuper ad litigato
rũ aures peruenerit, indulgendũ est [s]: nã & post
F litis contestationẽ, quod veteres iudiciũ acceptũ
dicebant, licet exceptiones dilatoriæ † amplius 70
opponi nequeant, nec vlli recusationi sit locus, si
tamẽ eiusmodi sit præscriptio, quæ in notitiam
nuper delata fuerit, adhuc qualisqualis sit, admit
tetur [t]. Sic & restitutionis in integrum postula-
tio, quãuis iterari non possit, ex noua tamẽ cau-
sa permittetur [u]. Sic & in iudicio rei vendicatio-
nis absolutus † quia non possidebat, potest
post rem iudicatam iterum conueniri [x]; si ad 71
eum peruenisse denuò possessio asseratur: quod
etiam

b c. cæterum. de dona.
c c. de fidelitat. de capti corr.
d l. mediterraneæ. C. de anno. lib. x.
e l. licet. C. loc.
f gl. l. si merces. §. vis maio. loc.
g c. si. de pe. cle.
h l. quicunque. C. de omni agr. deser.
i l. magistros. C. de prof. & med.
k Ioan. And. c. const. ij. de appel.
l c. nullius. xxiiij. distinct.
m d. c. consuluit. de appel.
n l. ciues. C. de appell.
o Cle. pasto. de re iud.
p c. ad nostram. de iureiur.
q l. ab accusat. ad Turpil.
r l. ea quidem. C. de accus.
s Bart. l. admonendi. de iureiur.
t l. eleganter. §. si quis post. de cond. indeb.
u l. j. C. si sæp. in integ.
x l. si à te de except. rei iud.

etiam in alijs iudicijs dicendum est. Vnde qui so
luto matrimonio per diuortium dotē repetit, si,
lite pendente, iterū matrimonium instauretur,
exceptione submouēdus est[a] quinimò etiā qui
actione caret, litē instituere potest, si accepto iu-
dicio certū sit ei actionē tūc competiturā[b]: quod
ex eo exēplo constat, cùm Titius & Mæuius sepa
ratim, si alteri fundus datus nō esset, sibi stipula-
ti sunt adiuuanturq; hęc omnia regula generali,
quę interim accidunt nouo auxilio indigere[c]: &
qui nouam rem desiderat, nouum ei consilium,
atque remedium suggerendum[d].
72 Ex qualitate quoq; † fit plerūq; legis restrictio.
vnde regulariter proditū est, secundum personæ
qualitatē verba accipi debere: & ideo qui aurigę
seu agitatori alicuius factionis equitij vsū legat,
videtur cōcessisse, vt his quoq; in Circēsibus vti
possit[e]: & si ex principis edicto qlibet miles ar-
matus in cāpū Martiū descēdere iussus sit, intelli
git̃, vt quisquis iuxta conditionē suā armatus sit,
[f] eques equestri, pedes peditū more. Si præsuli à
Pōtifice Rom. indultū sit, vt etiā interdictionis tē
pore sacra celebrare, & missæ operari queat, solē
niter, & cū honoris sui insignibus operabitur[g].
Sic seruus sibi possidere licere stipulans, de sola
detentione stipulatus creditur[h]. Testator vxori
73 stragula, & vestem † legans, non de sericeis stragu
lis intelligetur, quoniā ea viduis nō conueniunt:
& vestis atra debebitur, qui color viduas solus
decet[i]. Lex quoq; municipalis filiam dote con-
tentā esse iubens falcidiæ vice, ex qualitate per-
sonæ de legitima iure naturæ debita declarabi-
tur[k]. Rex Anglorum aliquid secundum ius fieri
mandans, intellexisse de iure suo Anglico cense-
74 bitur. Mulier feudum † vt vocant, sibi & filijs sti-
pulata, filiabus quoq; cautum voluisse existima-
bitur[l]: & si qua similia. His consequens est, vt si
si quicquam cum aliqua qualitate constitutum
sit, & ea non adsit, dispositio quoque locum sibi
non vendicet. Vnde edictum prætoris, quo eius
bona possideri iubet, qui fraudationis causa la-
titat, in eum non obseruabitnr, à quo fraus absit
75 [m]. Et lex in eum lata, qui vulnus † cum sanguinis
effusione fecerit, non habebit locum, nisi & ipsa
effusio probetur[n]. Sicut nec Pontificis constitu-
tio aduersus subornatū Christiani hominis per-
cussorem custodienda erit nisi id ipsum probe-
tur, mandatum de Christiano homine percutien
do factum[o]. Et qui asserit conspiratione aduer-
sariorum testibus corruptis religionem iudican-
tis circūuentam, qualitatem illam corruptionis
probare debet[p], cùm aliàs diui Hadriani rescri-
ptum, quo in integrum restitutio conceditur, lo-
cum non haberet. Eòdem pertinet quod vulgò
76 traditum est: quoties lex cum aliqua qualitate †
loquitur, vbi ea non conueniat, nec legem qui-
dem conuenire[q]: vt cùm in ea dicitur, qui dam-
num dederit, vel possidentem turbauerit cen-
tum soluat, & ablata restituat: non censebitur
eum punire, qui inquietauerit, & nihil abstule-
rit, cum verbum restitutionis huic casui non qua
dret. Sic Pontificis constitutio[r], vsurarij manife-
sti testamentum irritum esse iubens, eique mor-
tuo sacram sedem vetans, in Iudæo nullas vires
habere existimatur[s]: quid enim ad illum pœna
sepulchri faceret qui omnino communem cani-
bus tumulum habiturus est? Sed hæc tamen om-
nia intelligenda sunt, cùm illa qualitas verisimi-
77 liter substantiam rei respicit[t]: alioquin † extrin-
secus addita propònatur, etiam absque ea actus

a l. si seruus. de cond. furt.
b l. si Titius. de verb. oblig.
c l. de ætate. §. ex causa. de inter. actio.
d l. j. de vent. inspi.
e l. plenum. §. equitij. de vsu, & hab.
f Bar. l. si nē for tem. §. libert. de cond. inde.
g l. ex militari. de test. mil.
h l. stipu. ista hab. §. hi qui. de verb. oblig.
i Ias. ibid.
k Bart. l. j. ad l. falcid.
l c. j. de benef. fœm.
m l. Fulc. §. j. ex quibus cau. in po. i.
n c. licet. de probat.
o c. j. de homi. dd. in vj.
p l. diuus. de re iud.
q l. mancipia. C. de ser. fug.
r c. quanquam. de vsur. in vj.
s Aret. consil. dliij.
t Bar. l. Titia. sol. mat.

valebit: quapropter si loco exempli apposita sit,
non arctabit regulam[u]. Idem si primo regula in
lege generaliter posita sit, non restringetur ex
qualitate, quæ in fine legis addita reperiatur[x]:
nam etsi conditio in lege aliqua reperiatur, non
leuis momenti esse solet, & tamen quandoque
ex legislatoris mente nullius efficaciæ est[y], idq;
& Iason annotauit. Cæterùm illud non diffiten-
dum est, cùm lex propter aliquam qualitatem
A quæ adsit, quicquam indulget, ea deinde ces-
sante, dispositioni quoque legis locum non esse.
Finge curatorem prodigo, vel furioso datum
esse, eosque ad sanos mores reuertisse, nónne cu
rator munere suo defungetur[z]? Legibus multa
aduersus impudicas mulieres constituta sunt:
finge eam, quæ malè libidinis causa audiebat,
mutasse viuendi institutum, & probi exempli
factam, nónne pœnis legum eximetur[a]? Multa
tempore belli etiam iniqua constituuntur: solēt
B enim præfecti militares non tam ius & æquum
in cognitionibus, quā magnitudinem pecunia-
rum spectare, quòd hi bellorū, vt Mutianus aie-
bat, nerui sint: nónne facta pace † quod belli ca- 78
lamitate introductū esset, pacis temporibus ab-
olebitur[b]? Qua ratione & legem Oppiam, cuius
suasor M. Cato erat, abrogatam T. Liuius est au-
tor. Sic & iudices quorum officia perpetua sint,
ex defectu qualitatis expugnentur, vt quia negli
gentes in iure reddendo dicantur[c]. Sic decurio
C nes deficientibus facultatibus albo eximentur[d].
Sic ad monachos scribēs Alex. iij. Pōt. Max. Nūc
(inquit) ita possessionibus ditati estis, vt multi
probæ opinionis viri de vobis querelā apud nos
sæpe proponāt[e]. Nā & procurator † quāuis re nō 79
integra reuocari nequeat, si tamē mores mutaue
rit, & improbus, lusor, helluo factus sit, submoue
bitur[f]. Sicut vice versa tabellio, si sacerdotio, de-
curionatu, militia insignitus fuerit, subire pristi-
nū munus nō cogetur[g]: supueniens enim digni-
D tas eum liberat. Verū nō promiscuè & indistinctè
hæc procedūt: in animaduersione enim huius-
modi qualitas esse debet, vt si causæ, quæ finalis
vulgò dicitur, cōiuncta sit, & effectus nondū per-
fectus prædicta obseruētur[h]: alioquin q, ex causa
impulsiua constitutū est, ea deficiente nihilomi-
nus durat[i]. Idē si finalis causæ effectus sit cōsum-
matus[k]. Hinc est, quòd si vxor † in bonis mariti 80
propter paupertatē quartā lege debitā cōsecuta
sit[l], tametsi locuples deinde alienarū hęreditatū
E accessione facta, nō tamē accepta hęredib. mari
ti restituet, cū vt id lucrū faciat, satis sit, si tēpore,
quo illud lex defert, paupertatis qualitas adsit[m]:
nec quicquā refert, id tūc cōsecuta ab hęrede fue
rit, an minus, cū sufficiat lucrū à lege delatū, quo
casu ipso iure acquiritur, & ita plerisq; visum est
[n]. Propter aduersam † qualitatē ex aspectu statim 81
depræhensam recedimus plerūq; à regula iuris: vt
cū lex tres sentētias, tametsi allegentur nullæ iu-
bet absq; mora executionis effectū accipere[o], nō
F cōtinebuntur quę ex actorū inspectione euiden-
ter nullę apparēt, nisi[p], & id dubiū ꝓbabili exce-
ptione refricari possit[q]. Si verò aliūde nullę ap-
pareāt, quāuis in cōtinēti probaturū se reus esse
rat, nō tn̄ differendā executionē verius est, ne a-
liàs lex illa nullius sit effectus. Sic agēti interdi-
cto tabulis exhibēdis, licet pręscribi nequeat ta-
bulas nullas esse, tn̄ si id vitiū ex earū inspectione
pateat, admittetur exceptio[r]. Qđ & in operis nū
tiatione traditū frequētius est, cū vsufructuarius
nouū opus dn̄o nūtiat, nō supersedebit dn̄s, cùm
ex

u l. j. §. quod vulgo. quod vi aut clam.
x l. regula. §. sicet. de iur. & fact. igno.
y l. à diuo. §. in vend. de re iud.
z l. j. versi. tam diu. de cur. fur.
a l. imperialis. C. de nupt.
b l. j. in prin. C. de cad. tollen.
c l. si quos. C. de off. pręf. præ.
d l. cura. §. deficientiū. de mū.
e c. suggestum. de decim.
f l. cū quis. de solut.
g l. vniuersos C. de decur.
h Corn. d. l. j.
i l. j. §. lexum. de postul.
k l. fi. vnde lib.
l Auth. prætérea. C. vnde vir & vxor.
m l. quęcūque. §. fin. de publ.
n Deci. consil. xxiiij.
o Clem. j. de re iud.
p Mod. l. iiij. §. condemnatum de re iud.
q Perus. c. cū ecto. q. lij. in fi de appel.
r gl. l. j. de tab. exhib.

ex ipsius actus inspectione apparet nuntiationē
82 irritā[a]: nā † & libellus quo actor in iudicio quic-
quā intētat, si ex sui lectura ineptus sit, poterit nō
expectata rei recusat. à iudice reijci[b]. Quinimò
receptū est, quoties iudici cōstat de iusta rei exce
ptione, etiāsi deducta in iudiciū nō sit, tamē acto-
rē reijciendū[c], si cū aliena iactura locupletaret̃.
Illud quoq; indubitati iuris est, probationib. per
legē summotis nūquā de ea actū videri, quę ex in
spectione fieri ꝓponatur. Finge, ꝓbatū est me vul
nus Titio intulisse in caput, patefactaq; testimo-
nia, potero nihilominus à iudice petere, vt inspi
ciat, deprēnsurū nullā Tit. in cap. cicatricē esse[d].
Sicut & vice versa, si qsquā ex aspectu minor ꝓnū
tiatus sit, eis nō nocebit[e], qui alijs argumētis ve-
ritatē se demōstraturos asserent. Quapropter &
Bal.[f] sententiā de ętate ex aspectu latā, nūquā in
rē iudicatā trāsire credidit, quò minus semp trā-
ctari certiorib. ꝓbationib. queat. In ferijs quoq;
quin ius dicat̃, exceptionē nō obesse certū est, cū
illata ē tā atrox iniuria vt ex aspectu ęstimari pos
83 sit[g]. Propter † subrogationis qualitatem fit etiā q̄
doq; strictior interpretatio. Cū igit̃ lex cēu sacri-
legū dānat, qui dignitate sua maiorē gradū ascē-
dere, & illustriorib. se pręponere audet[h], eū di-
stinguere nō cēsebitur, qui eius, cuius personā ge
rit, sedē tueatur[i]: nā & qui ꝓpter aliquorū negli
gentiā in eorū ius à lege substituitur, nō arbitra-
tu suo se gerere, sed id potissimū emēdare debet
q, ex negligētia illi peccarūt[k]. Accedit regula ge
neralis: Id q, subrogatū est, ei9 naturā imitari cui
substituitur[l]. Videmus quoq; ꝓpter substituētis
84 ipsius qualitatē aliter atq; aliter in iure decerni.
Regula est, etiā infamē † procurationis munus as
sumere nō vetari: & tn̄ episcopis permissum non
est, huius notę hominib. defensionē suā credere
[m]. Et q, de procuratore diximus: in tutore quoq;
producēdū est, vt is, si ꝓpudiosus sit, nequeat ei9
pupilli tutor esse, qui dignitatis gradu aliquo il-
lustretur[n]. Plurima. n. inferiorib. licēt, quę altio-
ris gradus hominib. nō cōueniūt. Omne animi
vitiū, inquit ille tātò cōspectius in se crimē habet
quātò maior, qui peccat, habet̃. Hinc est, vt quorū
85 industria electa † est, aliū substituere nō possint[o]:
& quib. substituere ꝑmissum est, non quēuis, sed
ęquè idoneū substituere debeāt. Sic canonicus
nō nisi ex ordine assumet, quē sui loco cōstituat
[p]. Cuius rei argumēto; & doctor. cui per substitu
86 tū legere cōcessum sit, nō nisi doctorē substituet.
Ius aūt substituēdi † regulariter nemini cōpetit,
nisi ex causa: vt si quis iustè ē absens[q], vel ad maio
ris dignitatis administrationē codicillis princi-
pis allectus, vel tēporariā ęgritudinē patiatur[r].
Filiū quoq; à patre substitui lex quādoq; suadē-
te ęquitate p̄ter iuris ciuilis regulas cōcedit[s]. Pri
87 uilegia † quoq; ipsa ꝓpter aliquas qualitates fir-
miora existimāt̃, vt quia in corpore iuris reposita
sint: huiusmodi. n. etiā generali omniū priuile-
giorū derogatione quicquā detrahi credēdū nō
est[t]. Idē cū ei ꝑsonę quicquā indulget̃, quę iā à le
ge multis beneficijs affecta sit, nō. n. hac generali
derogatione quicquā ei pręiudicij fiet: vt cū vidu
is & religiosis fœminis princeps cōcessit, ne ex-
traordinaria aliqua in dictione atterāt̃[u]. Idē cùm
priuilegiū cōcedētis iuramēto cōfirmatū est: nā
etsi particularis canonicorū cōstitutio tali reli-
gione munita sit, ei derogatū ꝑ generalē maximi
pōtificis legē nō cēsebitur[x]. Cōstitutioni quoq;
per sacrosanctā synodū editę, generalia Rom. Pō
tificis diplomata nihil obsunt[y]: sicut nec alijs pri
uilegijs, q̄ ꝓbabilib. adminiculis adiuuāt̃[z]. Et sa-

a Bar. l. j. in pri. de oper. no. nū.
b l. fi. in fi. C. vt nemo pri.
c Bart. l. si vnus §. pact. de pact.
d Bal. l. si quis te stib. C. de testi.
e l. minor ex aspectu. de mino.
f Bald. l. si min. C. de in integ. restit.
g l. eadē. de fer.
h l. j. C. vt dig. or. ser. lib. xij.
i l. cōperimus. C. de proxim. sac. scri.
k Cle. quia de sup. ne. præ.
l l. si eū. §. qui iniuriarum si quis caut.
m c. quia episcopus. v. q. iij.
n Bal. l. Cassius. de senat.
o l. inter. de solutionib.
p cap. si quis iusto. in fin. de elect.
q l. suggerente. C. de of. eius.
r Bal. l. fi. de ex. cus. tut.
s l. sciendū. §. legati. de leg.
t gl. l. ij. §. legatis. de iud.
u Cinus l. j. C. quādo Imp. int. pu.
x c. cum non liceat. in fi. de elect. in vj.
y c. nōnulli. de rescript.
z gl. c. le. dudū §. nos etenim. de sep.

cerdotij à sede apostolica, nō obstātē quocūq; al-
terius priuil. facta collatio nihil sęcularib. vt vo-
cāt, patronis dāni inferet[a]. Cęterū & ea † firmissi 88
ma sunt priuilegia, quæ remunerationis causa in
dulta reperiūt̃: vt si princeps ciues de se beneme-
ritos aliqua immunitate donat, nō cēsebitur de
hoc actū generali reuocatione[b]: q, maximè ꝓce-
dit cū nō subitò, vel in piā causā quicquā collatū
est, nec. n. ea reuocari facilè possunt. Sed & ꝓpter
A obligationē, quæ ob antidora dicit̃, plurima cō-
stituta esse cōstat, quæ ab his collecta cernere est,
quos ea cura tetigit[c]: nos breuitate cōtēti ab alia
festinam9. Propter paritatē quoq; qualitatis nō-
nihil lex cōcedit: vt si ꝓmiserim tibi Tit. fid. da-
re, liberabor, dū æquè idoneū aliquē præstē[d]. Si
domo tibi locata vti frui nō liceat excusabitur lo
cator q æquè cōmodā aliā p̄stare paratus sit[e]. Sic
is cuius electa est industria, neminē substituere
quāuis nequeat, æquè tn̄ idoneū ex causa sui lo-
B co quādoq; designabit[f]. Ex † quātitate quoq; nō 89
rarò fit generalis legis restrictio, ad quam ea exē-
pla hoc in tractatu ꝑtinere arbitror, q̄ ad gemina
tionē actuū, ad ꝑsonarū seu rerū numerū, ad ma
gnā cōtumaciā, ad criminis immanitatē attinēt,
de quibus pauca subiicieda duxi. Et in primis id
sciendū, iterationē quacūq; in re plurimū polle-
re, cū maiorē animi, siue in bonū, siue in malū, de
liberationē ostēdat. Hinc est q, cōfessionē itera-
tā p̄textu erroris aiūt reuocari nō posse[g]: q, acci-
C piendū, nisi erroris causa ꝓbabilis afferat̃. Hinc
ex nudo pacto[h] q, iteratū fuerit, receptū est actio
nē nasci: q, & in qualibet obligatione naturali, q̄
geminata sit, ferè dicēdū est[i]. Hinc iterata cōfes-
sio extra iudiciū, iudicialis cōfessionis vim ha-
bet[k]: sicut geminata principis indulgētia, ea vi-
det̃ excludere, q̄ nō nisi ex certa sciētia, vel motu
ꝓprio abolēt̃[l]: cuius exēplū in vacātiū bonorum
cōcessione est[m]. Sed & q ex custodia semel eua-
sit, fideiussorib. amplius nō credetur[n], sed in vin
D culis ius dicet. Qui iterū deliquit, & q, dicitur, ad
nauseam redijt, generali principis abolitione nō
fruet̃[o]. Mulier quæ obligationē iterauit, S.C. Vel
leiano nō erit tuta[p]. Quę recepto cōsensu fundū
doti addictū vēdente marito disso luit, lege Iulia
nō iuuabitur[q]. Sic leuia delicta ꝓpter vsum & cō
suetudinē grauiorib. annumerātur[r]. Sic de gemi
nationis hui9 effectu plura disserere superuacuū
est cū nō pauci recentiorū huius argumenti etiā
integros libros ediderint. Ex personarū † seu actu
E um multitudine fit actior interpretatio, cùm lex 90
hospiti iubet, vt viatores suscipiat, nō eū coget,
qui nimio aliorum numero occupetur[s]. Cùm iu
dici prohibet, ne causas pedaneis demādet[t], aut
ne noctu pronūtiet, nō procedet quoties multi-
tudine litiū præses prægrauetur[u]. Sed & publi-
co iudicio dānati bona, quæ aliàs fiscus annota-
ret, filijs plerūq; relinquūtur[x], si eorū magnus sit
numer9. Propter multitudinē quoq; delinquētiū
quò magis refręnētur, licitū procōsuli est leges
F trāsgredi[y], & pœnas augere: q, intelligit̃, quādo
ꝓpter exēplū pœnę sisti malū potest[z] alioquin si
de plurimorū periculis agitur, & crimē leue est,
faciliùs venia indulgetur, & cōniuentib. oculis
inultū iudex delictū finit[a]. Propter nimiā contu-
maciā plerūq; stricti iuris ratio intēditur: quapro
pter quāuis æquū nō sit, ex cōtumacia quenquā
totius causę dāno mulctari[b], vel plurib. cōtuma-
cē pœnis affici[c], nihilominus tn̄ ex nimia perui-
cacia aliter quādoq; statuitur. Sic & miss9 in pos-
sessionē rei seruādæ causa, in nimiæ obstinatio-
nis pœnā antiquum possessorem deijcit[d], & ex-

a Rota dec. I in notis.
b l. si pater. §. fi. de donat.
c Ias. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu.
d l. qui aute. §. sed si quis. de constit. pec.
e l. si quis domum. loca.
f gl. in l. j. c. de man. & col. lib. xj.
g Ias. l. error. C. de iur. & fact.
h l. j. de constit. pec.
i l. fi. C. ad leg. falcid.
k l. cum scimus de agric. lib. xj.
l §. & hoc in auth. vt nulli iud.
m l. j. C. de pet. bon. lib. x.
n l. leg. Cornel. ad Syll.
o l. iij. C. de epis. aud.
p l. si mulier vlt. C. ad Vel.
q Auth. siue à me. C. eo ti.
r §. criminis. xxv. dist.
s l. j. fur. ad na.
t l. placet. C. de pœn. iu.
u Bal. §. itaque. in procem. digestorum.
x l. fi. de bon. dam.
y l. aut facta. in fin. de pœn.
z c. latoris. de cleri. excom.
a c. vt const. l. dif.
b c. quoniam freq. §. fin aute vt lite nō contest.
c gl. l. sed & si. §. sed & si. ex qui. caus. ma.
d l. iij. §. duas. de dam. infec.

tra ędes deturbat.rursusq; solet dici, q ex primo decreto in possessione sit,ex nimia rei contumacia fructus acquirere [a]. Proptèr delicti atrocitatem regulariter quoque proditum est, ei licere, qui pro tribunali sedet, pœnas augere, quapropter tali casu etiã in defunctum sæuiet [b]:quod in famosis latronibus aliorum terrendorum causa fieri solet.diebus feriatis ius dicet [c]: mulieris vel aliàs impuri hominis testimonium non auersabitur [d],cùm & L. Catilinæ coniurationem Fuluia mulier detexerit [e],pro huiusmodi quoq; manifestè sontibus, & nouissima meritis,patronos non audiet [f].Sunt autẽ grauissima facinora,quibus maiestas offenditur, impietas itẽ in DEVM & Simonia,viarumque insessio occidendi hominis causa à latrone facta.

a l.Fulcinius.§.fin. ex quibus caus.in po. b glo.l. ij.arb.fur.cæs. c l.omnes.C.de fer. d c. in fidei. de hæret. e l.in quæstionibus. ad leg. Iul maiest. f Bal.l per oẽs. de def.ci.

91 EX LOCO quamplurima † quoque constituta sunt, quibus à generalitate legis receditur: vnde qui ex consuetudine in aliquo loco certam formam obseruare debet, si aliò eat,non tenebitur,quia vt vulgò dicitur, *Cùm Romæ fueris,Romano viuito more* [g].Sic qui iure testamentum faciat, poterit circa solitam solennitatem testari [h].Idem in eo qui in hostico sit:is enim iure militari quomodo voluerit,potueritque,disponet [i]. Sed & procurator,qui quamuis infamis, non tamen à munere suo reijcitur, si coram principe, vel in eius prætorio sit,submouebitur [k]. Nam & Romanus Pontifex ius crucem ante se deferendi Patriarchis non concedit,quoties Romæ,vel in comitatu suo reperiantur [l].Ad partes has adtinet etiam, quod origine domicilioque variè sancitum reperitur:qua ratione fit,vt tametsi liberè fieri quælibet debeat electio, præferendi tamen sint incolæ alienigenis:& ideo si idoneus in propria ciuitate reperiatur,non est quisquam ex aliena diœcesi aduocandus [m].Quod & in ecclesiarum rectoribus seruandum; qui ex propria ecclesia potiùs, quàm ex aliena ordinandi sunt [n],etiam si quoad Deum loci origo nullius momenti sit : quod & plerique Philosophi vidêre , qui rogati,cuiates essent, mundanos se respondebant: nam illud certissimum est,Summos (vt inquit Satyricus) posse viros, & magna exempla daturos,

Veruecum in patria,crassoq; sub aere nasci.

Sed & receptum est, obreptum videri Romano Pontifici, cùm quis sacerdotio ab eo impetrato dissimulauit aliunde se natales domiciliumque consequi,quàm in ipso sacerdotij loco [o]. Eum quoque,qui mediocris sit nobilitas in amplissima vrbe, præferendum ei tradunt,qui tenuioris sit loci primarius [p].In quam sententiam puto nõ accessisset Iulius Cæsar, qui ignobili Alpium vico iter faciens , ibi malle se primũ esse dicebat, quàm secundum Romæ. Ex his probabilis eorũ existimatio videtur,qui cùm ciuitatis, in qua studium vigebat, originarij sint, vt Bononienses, Perusini,Ticinenses,præferendos se accersitis in sua gymnasia doctoribus arbitrãtur:quod & Ludouicus Pontanus sensit [q].Sed ego accepi hac in re minimum patriæ adscribi,doctrinæ verò facũdiæq; plurimùm : nec dubium est quin alienigenæ semper præcelluerint. Sic Bartolus Picens, Perusij:Accursius Florentinus Alexãderque Forocorneliensis,Bononiæ:Iason, Deciusque Mediolanenses, Ticini:quo loco & Baldus Perusio patria derelicta maluit consenescere: apud exteros enim sola virtus in pretio est , in patria verò
92 plerunque alia spectantur.Loci † quoque vicinitas non rarò in causa est,vt ex ea legem restringa-

g c.illa xij.dist. h l.fi.C.de test. i l.rescripta. de testa.mil. k l si duas §. philosophi. & l.si milit.§. scribit. de excusa. tut. l c.antiqua. de priuil. m c.nullis c. nec emeritis. lxj.distinct. n l.in ecclesijs. C.de epis. & cler. o glo.c. si proponente. de rescri. p Bar.l.j. C. de Alex.ciuit. q l.si uero.§.de viro. in xiiij. reg.ff.sol.mat.

mus : quapropter mortuo prouinciæ quæstore, solennes largitiones proximæ prouincię questori à ciuilibus præstabuntur [r]: non enim eas interim retineri fas est. Et qui aliud à iudice etiam iustè petit,si impetrare nequeat, & in vicino loco alius sit,eum adire debet:quòd si id minus faciat,sibi imputet,non poterit id, quod sua interest,ab eo,qui concedere neglexit,cõsequi [s]. Sed & si in territorio pupilli nullus iudex sit,qui ius
A dandi tutoris habeat , qui in proximo est proconsul adiri ipse debet [t]. Leges quoq; generaliter erogationem alicuius donatiui egenis fieri præcipientes,ita interpretabũtur,vt proximis [u] & vicinis prius det̃ [x]. Quòd si certi loci incolis aliquid faciendum mandetur, si in eo idoneus nemo reperiatur,ex proximis pagis accersiri debebit [y]. Sed & si in vicinia quisquam facinorosus habitet,verisimile est id ab eo factum esse damnum,de quo vicinus conqueritur [z]: vetus enim
B prouerbium est, Aliquid mali propter vicinum malum. Quapropter qui venditor † fundi confi- 93
nem vicinum celauerit,quem si emptor sciuisset, non esset empturus,in id,quod interest,condemnabitur [a]:nam & ex proximitate temporis, scripturæ,rei, pleraq; introducta sunt, quæ ab alijs coacta sciens ego prætereo.His accedit & vulgaris regula.Ex vicinitate præsumi scientiam. Ad hæc etiam pertinet,quòd ab ipso loco absentia † 94
iustam plerunq; præstat excusationem : quo fit,
C vt absente patre,filiusfamil.in iudicio esse possit [b]:idem non expectatio eius consensu legitimam vxorem ducet [c].Filiamfamil.iudex ex patris absentis bonis dotem accipere iubebit [d]: de dote eo casu absq; eius consensu filiam agentem audiet [e]. Sed & si consuetudine inductum sit, sacerdotium sine alterius consilio conferri non posse, intelligetur,dum ille sit præsens, alioquin eo absente libera erit collatio [f]. Qua ratione,etsi mulier absq; consanguinei consensu lege munici-
D pij obligari nequeat,isq; absit,poterit iudex decreto suo contractum firmare [g]. Sic enim & pupillus absente tutore hæreditatem adit [h]:& Abbas deficientibus monachis de immobilib. monasterij bonis disponet,sufficietq; eius, qui superior illi gradu sit assensus [i]:quod & in alio rectore receptum est [k].

EX IPSO TEMPORE multa quoque aliter 95
† atque aliter interpretamur , & quandoque à generalibus iuris regulis recedimus,idque varijs
E in speciebus contingit. Ecce: Lex generaliter quenquam cogi inuitum non debere iubet,vt rẽ suam vendat,& tamen caritatis & penuriæ tempore ad ædiles spectat,vt annonam vrbi sufficiant [l], possessoresque cæteris æquo pretio copiã eius facere iubeant.Multa etiam belli,pacis, pestilitatis tempore inducta sunt,quæ hic recensere longum esset.Ex diuturnitate quoque temporis,omnis vsucapionum † atque pręscriptionum 96
materia vires trahit, latius digesta quàm vt hic re
F ferri debeat.Is quoque qui patrato facinore toleratus,diuq; impunè egit, si ad pœnam trahatur, mitius plectetur, aliquatenusque subleuabitur: quod eius legis argumento admissum est , quæ pœnam eius temperari mandat, qui diutino tẽpore in reatu fuit [m]. Est autem † reatus,habitus 97
ipse reorum,cum squallidi,promissa barba, de salute litigant,& rerum suarum anxij satagũt. Sed & decretum actui necessariũ ex diuturnitate tẽporis interuenisse præsumitur [n], & iussu patris filiumfam.hæreditatem adijsse eadem causa creditur.

r l.j.C.de cau. largit. s l.iiij.§.si tam. de dam. infect. t l. diuus. de tut.& cur. dat. u l.ij.C.de an. ciuil. x l. si quis ad declinandã. C. de epis. & cler. y l. cum nauclerum.C.de nauic. z l dominus hor.locati. a l.quod sæpe. in fi.de contra. empt. b l.si lõgius.§. si filius. de iud. c l. si nepos. in fi.de rit.nup. d l.profectitia. de iur.dot. e l. ij.§.voluntate.sol.mat. f c.j.ne sede vacan.in vj. g Bal.l.turpia. §. j.de leg.j. h l.bonorum. C.qui adm. i Cle.j. de reb. eccle. k gl.c. potuit. de loc. l l. annonam. de extraord. cri. m l.si diutino. de pœn. n l.qui in alien. de acquir. hær.

ditur [a].Sed & si longo tempore fratres separatim hæreditatem paternam possederint, verisimile sit familæ inter eos diuisionem factam [b].Vice versa,propter nimiam temporis celeritatem oritur mala præsumptio:quapropter lex priuilegia Doctoribus concedens,de his non intelligetur, qui nec debito tẽpore studijs operam dederint, nec seruato ordine, sed per saltum promoti fuerint. [c].Brutedium Nigrũ (inquit Cornelius Tacitus) artibus honestis copiosum,etsi rectum iter peragerét,ad clarissima quæque iturum festinatio stimulabat,dum æquales,dein superiores, postremò suasmet ipse spes antereparat: quod multos etiam bonos pessundedit , qui spretis quæ tarda cum securitate,ad prematura vel cum exitio properant. His igitur iure illud carmen obijci poterit:

Tu nimium properas, & adhuc tua messis in herba est.

Ad supradicta & illud pertinet,quòd qui diutiùs persistere noluerit, & à munere sibi concesso desciuerit,priuilegio legis indignus plerunque existimatur [d]. quapropter qui aduocati,vel protectores, vel id genus palatini, quinquennio destiterint,ab albo abraduntur,munereque priuantur [e].Nam & indulgentia principis in milites hi non fruuntur , qui militiam non continuant [f]: quod & de immunitate artificibus concessa traditum est:ea enim indigni censentur, qui huiusmodi artem amplius non exercent [g]. Quo exemplo & in scholastico receptum est,si vagus & deses relictis studijs vitam degat,ceu exautoratum cæterorum priuilegijs vti non posse.Nam & collegij immunitatibus is non vtetur, qui quamuis in collegium receptus sit , artem tamen non exercet [h], etiam si loco sui alium substituit: non enim ideo meliorem suam conditionem efficit. Plurima quoque aduersus eos , qui destiterunt, innouata sunt:quoniam lex perseuerantes adiuuat,sopitos verò & desides negligit.Sic filius inofficiosi testamenti accusationem institutam ad hæredem transmittit , dum tamen ante obitum omnino non destiterit [i].Sic quamuis per litis cõtestationem actiò perpetua fiat, si tamen iudicio accepto quis citra iustam causam supersedeat,tãquam destiterit [k], frustra rem in controuersiam deduxisse existimabitur.Nam & è contrario,lex generaliter pœnam imponens in eo,qui nõ perseuerauerit,plerunque limitabitur.Ecce, qui accusat testamentum ceu falsum,vel inofficiosum, eius omni commodo priuatur, nisi incœpta lite destiterit [l].Patronus qui liberum capitalis facinoris reũ detulerit,iure patronatus mulctatur,si nõ litem deseruierit [m]. Filius vel libertus qui sine venia patrem , vel patronum in iudicium traxerint,ex edicto mulctam pendere iussi sunt, nisi tamen amissa malint maiorum suorum humanitatem experiri [n]. Qui se liti obtulit,cùm non possideret,perinde condemnatur,atq; si possideret: q, si ante iudicium acceptum pœniteat, & se possessorem neget,contrà est [o]. Quisquis rerum ad vetitũ examen traxerit,& alieno foro litigare coegerit,ab actione cadit:nisi tamẽ & ipse celeri pœnitentia,nimirum ante iudicium acceptum , sibi cõsuluerit [p]: nã & generaliter,qs quoties ob mẽdacium mulctatur,si re integra pœniteat vanita-
98 tis,absolutionem consequitur [q]. Propter † periculum quoque,quod etiam in modici temporis mora versatur,legis generalitati sæpissimè derogatur. quapropter etiam si constitutum sit nunciationem noui operis siue iustam,siue iniustam,

a l.si filius. C. de petit.hær. b Gl.l.pen.com mun.diuid. c l.pe. de aduo. di.iud. d l iij.C de dome. & pro. e l.fin.C.de ad. di.iud. f l.ne quidã.C. de test. mil. g l. semper. de iure immu. h l.qui in collegio. de excusat. tut. i l. nam & si.§. hær. de inoffic. testa. k glo.c.placuit. ij.§.potest. xvj. q.j. l l.alia.C.de his quib. vt indig. m l.in seruitu...§.petisse. de bo.lib. n l.quamuis.de in ius voc. o l.is qui se.de rei vend. p l.in criminal. C. de iuris. om. iud. q c.j.§.porro. quæ sue prima. causa se.

contemni non debere, cùm tamen periculum in mora est,rectè negligetur [r]:præposterè enim hac ex causa nobis agere permittitur: quod in ea specie apparet,cùm testamẽti subscriptores absunt, poterũt tabulę (si mora periculũ allatura sit) aperiri,& deinde sigilla recognosci [s].Sic quoties mora dãnũ inferret nõ obstãte appellatione,fit executio [t]. In messiũ vindemiarũq; ferijs ius dicit [u] Is quoq;,qui aliàs rẽ alienare prohibet̃, hac cau-
A sa rutò alienabit:vt in hærede , q adhuc hæreditatem adire nondum decreuit [x], vel qui iam adijt, sed fideicommisso restituere iussus est [y]. Sic qui in possessionem ex primo decreto missus est,vel qui tanquam sequester depositum fidei suæ accepit,fructus distrahet tempore perituros [z]. Sic propria autoritate ei, qui cum pecunia mea fugiat,manum inijciam [a], quemlibetque fugitiuũ, etiam non citatum,in neruum traham.Sic iudex famosum latronẽ neci dedet, quamuis ad iuris-
B dictionem suam non pertineat [b], si interim dum præsidem moriatur,periculũ sit,ne euadet. Cor. quoque Tacitus,Seditionem,inquit, cœptantes præsenti duorum militũ supplicio repressi sunt. Iusserat id Memmius castrorum præfectus,bono magis exemplo,quàm concesso iure.Ex eo † quo 99
que restringitur legis regula , quòd in tempore res gesta non sit, soletq; dici,Serò sapiunt Phryges:nam & deiectus possessione cùm petitorio iudicio expertus fuerit,si post altercationes pro-
C bationesque conclusum in causa sit interdicto, amplius non erit audiendus [c],quamuis aliàs spoliato soleat concedi , vt suspenso petitorio momenti causam prosequatur : hoc enim casu serò sapiens factus est. Sic & licet receptus inter reos interim alium accusare possit, non tamen postquam in causa sua conclusum sit, hoc iure vtetur [d].Sic & sententia aduersus procuratorem mutatum lata,efficax erit,si mutationis non, nisi postquam in causa conclusum fuit, certior sit factus
D [e].Quo exemplo & illud in confesso est,quolibet tempore venditori denuntiari posse, vt liti adsit ne res euincatur, dum tamen prope ipsam condemnationem id non fiat [f]. Sic & actori ius superueniens solet, pendente litẽ, opitulari , dum tamen,postquàm in causa conclusum sit, adeptũ non proponatur [g]. Cæterùm † ad hæc quoque 100
pertinent, quæ propter senium vel vetustatem inducta aduersus communes regulas in iure nostro frequenter leguntur:qualia sunt, in re dubia
E confusisque testimonijs antiquioribus potiùs credendum esse:è contrario,patrato facinore cũ quæstione exquirendum est,à iunioribus incipi debere [h]. Cùm inter plures hæredes dubitatur, penes quos tabulæ testamenti deponendæ sint, verius esse,vt antiquiorem præferamus [i]. Sic inter agentes in rebus gradu , inquit lex, cæteros antecedat, quem meliora stipendia, vel labor prolixior fecerit anteire [k]. Sic præfecto collegij absente , eius vicem, qui in ordine vetustior est
F supplebit [l]: solet enim antiquioribus pluribus ex causis deferri : nam & plurimùm illi mente valent, licet iuniores ocyus addiscant, quod enim problematis sectione xxx. Aristoteles attestatur. Propter rerum quoque vsum callidiores habentur:vnde maior in eis est prudentia, non ita rerum affectibus mouentur, & ideo certiore sunt iudicio. Ad hæc & erga deorum cultum sunt reuerentiores , tanquam ad eos quamprimum transituri : vnde & Græcum carmen etiam adagio celebre,

r l.de pupillo.§. si quis riuos.de ope no. nunt. s l sed si quis ex vers.& si ff.quẽ ad.test.ape. t l.fi.de ap.re. u l. eadẽ.de fer. x l Aristo.de iure delib. y l.mulier.§. si hæres.ad Treb. z l.si magistrat. de priuil. cred. a l.ait.§.si deb. de his qui in fraud.cred. b Ias.l.j.col.antepen. de offi. eius. c c. pastoralis. de cau.poss. d Barto.l.is qui reus. ad fi. de pub.iud. e c.auditis. de procur. f l.si rem.§. fi. de euict. g Bart.l.si mater.§. eadem de exec.rei iud. h l.j.§.j.de q. i l.fi. de fi.inst. k l.ij.C.de offi. mag.offi. l l.ij.C.de præfe.præ. li.xij.

ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Vota ſenum, iuuenum facta, & conſulta virorum.

His igitur pleraque meritò indulta ſunt, quibus generalitate legum eximuntur: prçſtat enim pleriſque in rebus ſenectus maiorem autoritatem, præſtat excuſationem, prçſtat maiorem obſeruantiam, quæ omnia ſigillatim referre prçſentis non eſt inſtituti.

101 EX bono quoque fit generalis † reſtrictio varijs ex cauſis, quarum potiſsima quæ ad Reipub. vtilitatem pertinet. Lex enim quamtumuis amplis verbis concepta, interpretatione reſtringitur, ne publicæ vtilitati obſit: & ideo tali caſu nullum crimen incurrit, qui reſcripto principis non obſequitur [a], licet aliàs pro ſacrilego eſſet. Sic & iuniores impunè ſenectutem non venerabuntur. cum ex hoc publica vtilitas læderetur [b]: quod ex oratione Scipionis apparet aduerſus Q. Fabium, lib. Titi Liuij. xxxviij. Sic priuilegia immunitatis ampliſsimis verbis concepta ad tẽpus belli non protrahentur, cùm ex hoc publica

102 læderetur vtilitas [c]. Sic propter generales † priuilegiorum derogationes, ea ſublata non intelliguntur, quæ pro publica vtilitate vigilantibus conceſſa ſunt [d]. Sic quamuis ſolus princeps exuli veniam reuertẽdi indulgeat, ex cauſa tamen publicæ vtilitatis etiã legatus Cæſaris id iuris præſumet: vt cùm veniam ſe exuli daturum edicit, qui alium exulem occiderit, vel tradiderit, quod non niſi magna ex cauſa faciendum eſt [e]. Sic lex generaliter ſeruum manumitti prohibens, de eo non intelligetur, cui ex cauſa publicæ vtilitatis id præmium conſtitutũ eſt [f]. Sic aduerſus leges rationeq; naturalẽ receptũ fuit, vt filius tametſi non hæres, pro primipili debito teneatur, vxorque in pignore poſteriorem cauſam habere cenſeatur [g]: cùm enim annona militaris apud primipilum reſideat, publicè interfuit nullam eius ad diem dimenſioni moram fieri, & qualemcunque pro neceſsitate tam euidenti cogi. Sunt & id genus alia pleraque, quæ quòd nominatim Baldus [h] commemorat, à nobis recenſeri operæpretium non eſt. Ex hoc conſequens eſt, vt etiam propter

103 pacem multa † ſpecialiter permiſſa oſtendamus, quibus generalibus legibus derogatum eſt: & ideo poteſt Reſpublica ciuis ſui bona alienare, vt pacem cum hoſte redimat: reſponſumque eſt, valere fœdus, quo hinc & inde direpta inter hoſtes remittuntur, in eorum damnum, quibus ablata ſunt, ſi aliter pax fieri non potuit [i]. Sic & impuberes matrimonio coniungi prohibentur, niſi ſuadente pacis vtilitate hoc fiat. Hinc etiam tradi-

104 tum eſt, filium, qui patri † exuli alimenta præſtare cogi poteſt, ſi qui ob violatum pacis fœdus pœnas pater luit, hac obligatione non teneri [k]. Et quæ de pace probantur, etiam tunc locum habent, cùm de euitãdo periculo, ſeu offenſione (σκάνδαλον Græci dicunt) agitur: quo caſu prç-

105 ſes † nec appellationem recipiet, nec nocentis pœnam remorabitur: vt quia latronem manifeſtum, vel ſeditioſum, & factione cruenta famoſum militem deprænderit [l]: nam & iuſsionibus principum impunè non parebitur, cùm inde publica quædam infamia ſcandalumque exurgeret [m]: cùm generaliter receptum ſit, diſpenſationem principis nullam eſſe, cùm ſine manifeſto ſcandalo, adminiſtrationiſque decoloratione, admitti non poteſt [n].

106 Quinimò ipſe † Romanus Pontifex, quem aliàs viuentium nemo iudicat, ſi manifeſtè tanti ſceleris reus ſit, vt apud eccleſiã

a l. nec damno ſa. C. de preci. Imp. offer.
b l. potioris. C. de off. rect.
c l. iubemus. C. de ſac. ſan. eccle.
d l. decurio. C. de ſilen. li. xij.
e l. non omnes. in fi. de re milit.
f l. v. § hi qui. ad Syl.
g l. iij. C. de primip.
h Bald. l. j. C. de hæred. vel act. vend.
i Bal. Ang. l. bene à Zenone. C. de quad. præ.
k c. j. § ſi quis hominem. de pace. ten. in feu.
l l. ſi quis fil. § quid tamen. de iniu. rup.
m c. ſi quando. de reſcrip.
n j. q. vij. de illa.

malè audiat, ſcandalum que inde oriatur, poterit apud vniuerſale cuncilium accuſari [o], itemque gradu deijci, quod & frequentius receptum eſt [p]. Nec his diuerſum eſt, quòd propter futuri mali periculum, pleraque à ſummo iure remitti conſtat: vnde nepti nubenti ſolus aui conſenſus ſufficit, nec pater expectandus eſt [q], ne interim dilatis nuptijs dedecus aliquod muliebri facilitate ſubeatur. Qua ratione & qui in prouincia officiũ A adminiſtrat, in ea filias ſuas matrimonio collocare poteſt [r], licet in filio non idem reſponſum ſit: propter honeſtatem enim conſeruandam anguſtior aliquando fit interpretatio [s]. Nam & alicui honori deſignatus, ante confirmationem adminiſtrare non debet, niſi is ad quẽ ius confirmandi pertinet, tam longè abſit, vt interim periculum ſit, ne ad honorem facientia iura diſsipentur, & pereant [t]. Propter actus † infirmitatem iniquitatemque, legis generalitas etiam quandoque mi- 107

B nuitur: quapropter confirmatio generalis ſtatutorum ad iniuſta non producitur. Idem in iuſsione, qua quis pro eorum obſeruatione iureiurando in verba Reipublicæ adigitur [u]. Et conſtitutio pro contractibus ſolui centeſimam iubens, ad illicitos contractus non trahetur [x]. Et qui lege municipij prohibentur decurionibus aliquas actiones cedere, non tenebuntur lege, ſi actu nullo, vel irrito ceſſerint [y]. Ad hæc generalis † eſt re- 108

C gula, quoties lex de ſententia, teſtamento, contractu, inſtrumento verba facit, de validis vtique ſemper intelligi [z]. Sic quod dicitur, vltimis pactionibus priores extingui, intelligitur, ſi iure valeant [a]. Sic prioris gratiæ mentione non facta, ſequens ſurreptitia cenſetur, niſi tamen prior inualida fuerit [b]. Sic familiæ erciſcundæ iudicio, omnium rerum inter hæredes communium diuiſio fit: ſi qua tamen illicitè in his reperiantur, vt mala medicamenta, in ea actione non diuidentur [c]: nam & de re illicita ſocietas contrahi nõ poteſt.

D Mandatum quoq; ſemper reſtringitur, ne quid aduerſus leges commiſſum exiſtimetur [d]. Vnde & filius, qui peculio accepto iuſſu patris voluntate credibile eſt [e]. Cæterum & leges, quæ generaliter aliquibus dignitates vel officia conferunt propter delictum, vel mali futuri quandam præſumptionem reſtringuntur. Quo fit, vt qui ſemel ab officio deiectus eſt, iterum recipi non debeat [f]. Quapropter quæſtor propter ſordes à munere excluſus, niſi ex certa principis ſcientia ampli-

E ùs non audietur [g]: quod & in tabellione, itemq; tutore reſponſum eſt [h]. Vnde & Comes Palatinus, cui ex ſacro reſcripto tabelliones creandi ius ſit, ex crimine ſummotum non reſtituet [i]. Propter affectationẽ quoque † fit huiuſmodi re- 109 ſtrictio, quod in eo exẽplo apparet, quo proditũ eſt, priuilegia alicui propter officium indulta, ei non competere, qui ſumma affectione per precum importunitatem obtinuerit [k]: odio enim lex ambitioſos hoſce inſectatur, anxietudinem-

F que omnem damnat. Vnde tametſi error iuſtam excuſationem præſtet, ſi tamen ſit affectatus, nõ præſtabit [l]: quod & in ignorantia admiſſum eſt [m]. Idemque in eo, qui vltrò abſens fuit, vt excuſari poſſet, reſponſum eſt [n]. Sic & tutor † qui tres 110 tutelas affectauit, vt ab alia excuſaretur, audiendus non eſt [o]: quod & generaliter ſtatutum eſt in quibuſcunque cauſis, quibus tutores excuſari ſolent, vt affectare non poſsint [p]. Sic Bartolus, cùm propter pacem generalis abolitio conceſſa eſſet, ea vti non poſſe reſpondit, qui hoc futurum

o gl. c. ſi Papa. xl. diſt.
p Dec. conſil. clj.
q l. oratione. § fina. de ri. nup.
r l. ſi quis officium in fi. de ri. nup.
s l. ij. § j. vbi Iaſon. de in ius voc.
t c. nihil. de ele.
u c. j. de iureiu. in vj.
x l. j. de eunuch.
y Bar. l. filium. § ſi quis. de leg. præſt.
z l. iiij. § cõdẽnatũ. de re iud.
a l. ſi quis ante. de acq. poſſeſ.
b gl. c. ex tenore. de reſcript.
c l. cætera. § mala. fam. er.
d l. ſi procurat. de cond. indeb.
e Bar. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib.
f l. nullus. C. de pala. ſacra.
g l. ſi quis. C. de cohor.
h l. ſi cui. § iiſdem. de accu.
i l. ij. C. de indic. lib.
k l. vniuerſi. C. de leg. li. x.
l l. qui contra. C. de ince. nupt.
m l. ſi ſeru. plu. § ſi quis. de leg. j.
n l. & qui data. ex quib. cauſ. maior.
o l. padonem. § fi. de excu. tut.
p l. vxori. § j. de ſal.

turum præuidentes confidentius delinquerint [a]. Huc etiam adferenda ſunt, quæ propter probabilem metus vel violentiæ ſuſpicionem, ex regulis iuris detorquentur: vt cùm formam, quę in Romani Pontificis comitijs conſtituta eſt, nõ ſeruari poſſe aiunt, cùm probabilis metus Cardinalibus perſuaſerit, vt aliò eant, quàm quo loco Pontifex fato functus ſit [b]. Sic prætor in proximo oppido ius dicit, cùm pro tribunali tutus in ſua vrbe eſſe non poteſt [c]: nam & propter

111 iuſtum timorem omiſſa † appellatio non nocet, eiusque denuntiatio, etiam ſi legitimè facta non ſit, damno non eſt [d]. Generaliterque lex ait, in omnib. cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quò minus fiat [e].

112 EX IVSTA quoque excuſatione † legum iuſſa plerunque temperantur: qui tractatus latiſsimus eſt, ſed nos paucis exemplis contenti, cætera diffuſius pertractanda otioſioribus relinquemus. Et in primis iuſtus error vel ignorantia meretur, vt ei ſuccurri debeat, ſi tamen probabilis ſit: idque in delictis, in contractibus, in vltimis voluntatibus receptum eſt. Quapropter ſacris ei non interdicetur, qui imprudens initiatum percuſsit [f]. Lege Cornelia iniuriarum non tenebitur, qui matronam ſuſpicatus ex habitu meretricem eſſe, compellauerit [g]. Non

113 † cenſebitur receptator, qui ignorabat patratam cædem [h]. Non erit inceſti reus, qui ſibi cum ſtuprata intercedere neceſsitudinem neſciebat [i]. Qua ratione & tyroni delinquenti propter prçſumptam militaris diſciplinæ ignorantiam, faciliùs indulgetur [k]. Et quoque qui exulem occiderit ignarus, reſtitutum eſſe, cauſa cognita, noxę reus non erit [l]: ſicut nec ei qui abominato interdictoque opem feret, dum eiuſmodi hominem illum ignoret [m]. Viceuerſa qui exulem neſciens occiderit, præmium non conſequitur à lege municipali his promiſſum, qui hoc hominum genus de medio ſuſtulerint [n]. Et genera-

114 liter fatẽdũ, ignorantiam facti † probabilem excuſare, quò minus pœnæ ſit locus [o]. In contractibus quoque idem dicendum eſt: quapropter qui canonem, ſtata die non ſoluit, ignorans rem emphyteuticam eſſe, † à iure ſuo, effectu

115 non cadet [p]. Sed & cliens aut emphyteuta, qui dominum non agnouit, & clientem ſe vel emphyteutam negat, eadem ratione excuſari poteſt [q], dum probabilis ſit is error. Hæres quoque cùm veriſimiliter, quid teſtator fecerit, ignoret à pœna, quam ille promiſerit, reſtitutione in integrum liberabitur [r]. Senatuſconſulto quoque Macedoniano non excludetur, qui filiofamiliàs mutuã pecuniã dedit, cùm ſe ſui iuris eſſe ille aſſereret [s], & ita ſe publicè gereret. Creditoribus quoque emphyteutæ ſuccurretur aduerſus dominum, qui fundo emphyteutico manum iniecit, quoniam canon ſibi non ſolueretur [t]: nam quamuis reſoluto iure emphyteutæ propter legem contractus creditores excludantur, æquitas tamen ſuadet, vt recepto ab his canone, eos dominus in emphyteutæ locum reponat, cum veriſimiliter ipſi, ſi negligentię debitoris admoniti fuiſſent, vt pignoris ius conſeruatent, de ſuo ſatisfeciſſent, quod ex facto Alexander reſpondit [u], & iniquum nobis viſum non eſt. Sed & eadem ratione aduerſus præſcriptionem do-

116 mino ſuccurretur, cùm iuſtè ignorauit rei ſe † præſcriptæ dominum eſſe: quod etiam in xl. annorum præſcriptione receptius eſt [x]. Filius

a Bart. l. j. § hęc autem. ſi quis. teſt.
b c. vbi. § porro de elect. in ſexto.
c Cle. j. de foro compet.
d c. fi. de app.
e l. in omnibus. ſ. tit. j.
f c. ſi vero aliquis. de ſen. ex commu.
g l. itẽ. § ſi quis virg. de iniur.
h l. j. de recept.
i d. l. qui contra.
k l. qui cõmeatus. de re mil.
l quæ. Bart. j.
m c. inter. de ſenten. excom.
n Bart. l. v. § vtrũ. ad Syll.
o l. ſemper. § hoc interdictũ. § vi aut clam.
p glo. l. ij. C. de iu. emph.
q c. vnico. § ſi vaſallus. ſi de feu. fue. contro.
r l. cũ filius. § in hac. de ver.
s l. ij. C. ad Mac.
t l. lex vectigal. de pigno.
u Alex. conſil. xlv. in v.
x Bart. l. j. § ſi quis autem. de itin act. priu.

quoque, quem ignoranter habere ſe neſciens teſtator præterierit, nec legata quidem ſoluet [y]: hæreditatis quoque tranſmiſsio ab eo, qui probabiliter ſibi delatam ignorauit, in hæredem fiet, decretoque prætoris illi prouidebitur [z]. Sed & miles, qui neſcius filium præterijt, nequaquam exhæredaſſe eum cenſebitur [a]. Lex quoque alienationem rerum, quæ fideicommiſſo ſubijciuntur prohibens, non obſeruabitur, cùm hæres

A iuſta ignorantia fidei nihil commiſſum fuiſſe credidit [b]. Defectus † quoque iudicis iuſtam præ- 117 ſtat à lege generali recedendi occaſionem: quapropter poterunt decuriones propria auctoritate manus ei inijcere, quem curiali fortunæ adſtrictum contendant [c], ſi præſidis adeundi facultas non adſit: nam quamuis lex generaliter conſtituat ſibijpſi ius dicere poſſe neminem, ſi tamen iudicis copia deſit, propria auctoritate illatam iniuriam vlciſci fas eſt [d]. Vnde qui de poſſeſsio-

B ne deiectus eſt, etiam poſt aliquod tempus propria auctoritate prędonem deturbabit, ſi præſes abſens proponatur [e]. Sic vacante Rom. Impe. ſolito pontificis ipſius auctoritas exquirẽda eſt [f]. Sic magiſtratibus municipalibus copiam ſui non facientibus, alij iudices tutorem dare poſſunt [g]: & ſi qua ſimilia. Cæterum & iuſta ille excuſatione vtitur, qui ſuam vtilitatem alienæ præfert: Nam vt ait Accurſius,

Alpibus ille perijt qui ſe plus diligit vllum.

C Et Euripides,

μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός

id eſt, Odi ſapientem qui ſibi nihil ſapit. Quamuis igitur ad vſq; certum tempus domũ tibi locauerim, ſi interim in vſum meum ea mihi ſit opus, potero te eijcere [h]. Quamuis procuratione † rerum tuarum ad aliquod tempus ſuſceperim, 118 ſi proprijs negotijs occuper, iure rerum tuarum curam deprecabor [i]. Quamuis ex lege lapides vel materiam, quæ in agro meo ſit, vendere co-

D gar † ſi tamen ea mihi vſui ſit, nulla me ratio [k] co- 119 get, vt alienum commodum proprio præponam. Sic & cùm ex flumine publico ius aquæ ducendæ princeps concedit, intelligitur eatenus conceſsiſſe, quatenus in publicum vſum neceſſaria non ſit [l]: non enim thermis, non nymphæis aut balneis ex eo diplomate illatum damnum exiſtimari debet. Sic & conſuetudo, qua quis in nemore alieno ius arborem cædendi vel pecora paſcendi habet, reſtringitur, quatenus in vſum

E ſuum dominus non indigeat [m]. Sic & arbiter negotiorum ſuorum mole oppreſſus, aliena tutò omittet [n]: nam & qui non niſi quatenus facere poteſt, conuenitur, eo priuilegio nõ vtitur, cùm autor pati calamitate affectus eſt [o]: & qui aduerſus quemcunque hominem patrocinari promittit, vt aduerſus ſeipſum dicat cogi non poterit [p]. Excuſandus † & ille eſt, qui officij ſui neceſsita- 120 te adactus aliquid facit: vt cùm filius vel libertus tutorio vel procuratorio nomine patremfami-

F liàs in ius vocant [q]: nec enim tum veniam eos impetrare oportet. quod & in eiſdem perſonis receptum eſt, cum procurationis vel tutelæ muneri deſeruientis in officioſum teſtamentum dixerunt, tametſi non obtineant, legato eis in tabulis ſibi relicto non priuabuntur [r]: vnde etſi in accuſatione huiuſmodi ex cauſa inſtituta ſuccumbãt, non tamen calumniæ notam ſubibunt [s]: nam & qui iuſſu teſtatoris aliquem manumittit [t], qui legis imperio obſequens facinoroſum cepit, præmio nullo dignus eſt [u], cùm muneri impoſito

y Bar. l. filio prçterito. de iniu. rup.
z l. Pantonius. de acq. hæred.
a l. milit. § miles de teſt. mil.
b l. fin. § fin. de legat. ij.
c l. generali. C. de decur.
d l. nullus. C. de iudi.
e l. ſi alius. § bel. quod vi.
f c. licet. de for. compet.
g l. vbi. de cur. dat. ab his.
h l. ædem. C. loc.
i l. filius fa. § ſi. de procu.
k l. vend. § fin. cõ. præd.
l l. ſi quis. ij. C. de aquæ duct.
m Io. And. c. dilecti. de arbi.
n l. licet. de arb.
o Rom. l. marit. ſol. ma.
p c. petitio. de iureiur.
q l. quæſitum. de in ius voc.
r l. aduerſus. § j. de inoffi.
s l. mater. C. de calum.
t l. proxime. de ritu nupt.
u d. l. v. § vtrũ. ad Syl.

vterque potius rectè defunctus dicatur, quam spontè adactum, rē præmio dignam voluisse exequi. Sic & iudex qui officij necessitate inter partes de fundo ius dixit, nō poterit propriæ sententiæ exceptione reijci, si alio iudicio fundum ad se pertinere intendat [a]: si verò alij iurisdictionem mandare potuit, sibi imputet. Nam & generaliter propter necessitatem à iure cōmuni discedimus: cùm enim humanis in actionib. plurimū consensui tribuatur, qui ex necessitate agit, non ideo consentire [b] existimatur: quare nec pœna spontè delinquentium plectetur. Sic qui adigen-
121 te fame propter † necessitatem furtum facit, laqueo non pręfocabitur, tametsi municipij lex generalibus verbis concepta sit [c]. Sed & multa propter necessitatem conceduntur, quæ aliàs prohibentur: quapropter metu belli poterunt ciues diuinam domum vel sacram turrim munire. & eis pro propugnaculo vti [d]. Eadem ratione & in ecclesia fas erit hospitem recipere [e], & baptismi sacramentum etiam à sęculari conferri [f]: ex necessitate enim lex permittit constitutos à iudicibus

a c. inter dilec. de fid. instr.
b l. cum fidei. de fid. lib.
c c. si quis. de furt.
d Innoc. c. cum ecclesia. de immunit. eccles.
e xlij. dist. nulli.
f c. sanctum. de consecra. distin. iiij.

ordines negligi [g]. Vnde & res † prohibita aliena- 122
ri, quandoque propter necessitatem distrahitur [h]. & iudex qui merum imperium seu gladij ius alteri demandare non potest, propter necessitatē tamen iure substituit [i]. Sic & spurij, & ignominia notati homines, quandoque propter necessitatē ab honoribus non reijciuntur [k]. Sed & quoties lex consensum aliquorum requirit, etiam eis incōsultis, si necessitas subsit, rectè agitur [l], quod pluribus exemplis à recentioribus productū est [m]. Illud tamen sciendum quæ necessitate suadente constituta sunt, ea cessante aboleri: quoniam quod contra regulas iuris pro necessitate statuitur, solùm sibi locum vendicat, quatenus subsit necessitas [n]. Sed & non solet hæc excusatio his prodesse, qui se spontè ei negotio intruserunt, vnde necessitatem futuram prospicere potuerunt [o]: quapropter Agareni milites eo prętextu, quòd à principibus suis præter furandi impunitatem alia stipendia nō percipiant, excusandi nō sunt: quis enim eos compulit, vt talē militiam sequerentur? quod & Angelus scripsit [p].

g Bart. l. cum nauar. chorum. C. de naui.
h l. ij. C. de pat. qui fil.
i l. placet. C. de peda. iud.
k l. eos. l. spurij. de decur.
l l. tutor qui rei pert. de admi. tut.
m Felin. c. cum accessissent. de constit.
n l. senatus. de offic. præs.
o l. si fideiussor. ff. qui satisda. cog.
p Ang. l. ij. §. cū in eadē. ff. ad l. Rhod.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOL. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, LIBER SECVNDVS.

SVMMÆ.

1 *Improprium variè dinosci, dici'ue. 3. 7. 11.*
4 *Verba ex caussis in quouis actu improprianda. 5. 6. 9.*
10 *Mentem variè depræhendi.*
11 *Fictionem impropriè iure censeri.*
18 *Vera ad ficta nisi ex caussis extendi. 22. 23. 24. 25.*
26 *Mortem ciuilem naturali æquipararari.*
27 *Vsu accipienda verba: huius effectus.*
29 *Statutorum verba ex vsu accipienda.*
30 *Verborum vsus pro personis accipiendus.*
31 *Interpretationis natura.*
32 *Extensionum causæ.*
33 *Extensionem ex caussis cessare.*
34 *Correctoria inextendibilia. ex caussis contrà.* 36. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.
45 *Pœnalia non extendi: ex caussis diuersum.* 47. 48. 49. 50. 51. 52.
54 *Limitatum variè accipi.*
55 *Limitata nisi in casibus extendi. 56. 57. 58. 59. 60.*
66 *Loquutionum genera.*
67 *Præcidere variè accipi.*
68 *Excludentium argumentorum genera.*
69 *Contrarium sensum ex caussis cessare.*
70 *Argumenta à contrario sensu locus.*

SVPERIORE libro quo à nobis de eo intellectu tractatum fuit, qui ex proprietate sermonis assumitur, potuit & quidnam improprium sit, quod Gręci ἄκυρον dicunt, cognosci: nimirum † vt improprium dicatur,
1 cùm quanq; rem non suo nomine appellamus: quo vitio tyronem suum Marc. Cicero epistolarum libro xvj. arguit, qui valetudini fideliter inseruiendo scripserat, quod aduerbiū alieno loco positum, vt impropriè dictum ipse non probat. Illud etiam improprium censeri vulgò traditur, quod cum aliqua adiectione, non autem simpliciter profertur [q], vt cum fratrem patruelem dicimus, cùm patruum magnum: quapropter in lege municipali, quæ fratrem vel patruum matri præferat, huiusmodi vocari non intelligentur [r]. Sed quid in sorore, † quam vterinā appellant? & pro- 2
priè sororem esse cùm in secundo gradu sit, receptius est, quæ vterina non propter improprietatē, sed ratione differentiæ dicitur [s]. Sicut & pnepos & proauus propriè nepos atq; auus est: quoniam præpositio illa ordinem, non abusionem ostendit. Ad improprietatem † quoque dictiones 3
illæ trahuntur, quæ ex larga quadam significatione quippiam denotant: cùm enim proprium sit, quod vni soli conuenit, non caret abusu, qui latiore verbo id designat, quod peculiari voce dicendum erat: vt cùm lex Iulia quod adulterium est, stuprum dicit [t]: vel cùm lex, manumittuntur, inquit, apud Proconsulem tam liberi quàm serui quod enim ad liberos attinet, manumissio impropriè dicitur [u]. Sed & cū emphyteuta, vel qui vectigalem fundum à municipibus habet, se dominum appellat, impropriè loquitur: quoniam verè dominium est, quod directum vocamus [x]. Illud tamen dubium non est, sub genere suo quā libet speciem propriè compraendi: quod à nobis [y] alibi diffusiùs explicatum est. Igitur in hac † spe- 4
cie illud proditum pro regula est, verba secundum improprietatem intelligenda non esse [z]: quod tamen perpetuum non est, sed pluribus casibus coarctandum. Quorum ille amplissimus, quando subiecta materia aliud suaderet, vt cùm dominus remissionem colono ob sterilitatem dans, verbo donationis vtitur [a]: intelligetur enim potiùs transactum, & ideo subsequuta vbertate repetetur. Sic emptor fundum dari à venditore stipulatus, secundum contractus naturam intelligetur, vt si venditor dominus non sit, sufficiat translata vsucapionis facultas [b]. Nam & qui vendere se tibi insulam asseruit,

q Bar. §. quæsitum. l. Lucius. de leg. iij.
r Doct. l. j. C. de suc. ed.
s Soc. c. si. xxv. in iij.
t l. int. liberam de adult.
u l. ij. de offic. procur.
x l. j. si ag. vectigal.
y lib. j. 8.
z gl. non aliter. de leg. iij.
a l. si vno. loc.
b l. si stipulatus. de vsur.

seruit, vt aliam reficias, non ideo vendidisse censebitur, & idcirco præscriptis verbis agendū erit [a]: semper enim subiectę materię ratio quid ferat, perspiciendum est. Constituo Titium syndicum eum, cùm procuratorem debuissem dicere, nihil ominus erit procurator. Idem si substituo dixissem [b]. Sic monachus cùm in professione sibi reseruari proprietatem fundi dixisset, responsum est de vsu accipiendum. Sic, si iusto pretio fundum in emphyteusim me tradere dicam, non emphyteusis, quæ modico pretio conceditur, sed locatio erit. Eodem modo cum princeps accepta pecunia feudum se mihi donare dixisset, placuit venditionem esse. Sic cùm fœnerator oblatas vsuras donare se debitori dixisset, respondit Baldus non donationem, sed restitutionem censeri [c].
5 Alius † est casus, quo verba impropriè accipiuntur, quoties mens contrahentium, vel testatoris hoc suadet: non enim semper proprijs vocabulis vti possumus [d], & intentioni verba subseruire debent. Et ideo, Ex contrahentium mente vendidit, interpretabimur id esse, quod permutauit: & locationem pro conductione: & emit reditus annuos, pro eo quod est, conduxit. Sic & in testamento, cùm dominus seruo suo legasset aureos quinque, quos in tabulis rationum ei debeat, sufficiet quod naturaliter tantùm debebatur [e]: nam nec testatores omnes sciunt iura. Et ideo non refert filio dicant se relinquere iure institutionis, an solùm dicant se assignare. Et qui filio dixit, se Titium tutorem dare vsque ad vigesimum quintum annum, post annos pupillares non tutorem, sed curatorem constituisse videbitur [f].
6 Alius est, † cùm ex proprietate intellecta verba contractum redderent nullum: vt enim actus sustineatur, accipietur etiam impropria interpretatio. Quapropter filiusfamiliâs, defuncto patre, qui hæreditatem sibi delatam adire se dixerit, immiscuisse ei se censebitur [g]: quoniam, vt actus valeat, fiet impropria interpretatio, nec ex illis verbis sumetur coniectura, nesciuisse eū an necessarius esset. Sic & cùm aliquis Titiam & suos instituisset, de filijs intellexisse responsum est, tametsi extra potestatem suam essent: licet enim filij sui hæredes propriè sint, qui in patris manu ex lege xij. tabul. erant, tamen ne substitutio corruat, etiam suos hæredes in fœmina intelligemus, quos ipsa in potestate non habet, nec habere potest [h]. Sic pater filium & nepotes instituens ordine successiuo, contra naturam cō iunctæ instituisse videbitur, tanquam id fecerit, ne, se viuente, mortuo filio, præteritione testamentum rumperetur [i]. In sententijs quoque iudicum fit eadem interpretatio: vnde si alij fundus, alij vsusfructus adiudicatus sit, non erit vsusfructus communicandus, ne videatur id iudicatum, quod in iudicis mandato non continetur [k]: qui enim familiæ erciscundæ disceptator assumitur, non communicare, sed diuidere debet. Sic cùm proximum agnatum iudex tutorem se dedisse in decreto asseruisset, respondet Bartolus dedisse, id est, datum confirmasse intelligendum [l]. In libellis verò iudiciarijs huiusmodi expositio faciliùs admittitur, cùm ex partium intētione soleant declarari [m]. quod & in testimonijs receptum est [n]: fit enim semper interpretatio, ne discordes & periuri testes sint: idem ne pugnantia inuicem dicta videantur: semper enim etiam in quacunque materia repugnantia huiusmodi excludenda sunt, & scripturæ scripturis concor-

a l. insulam. de præscr. ver.
b Felin. c. in tantum. de fun.
c Bald. l. fi. C. de de vsur.
d l. si tibi. si cer. peta.
e l. quibus. §. dominus. de con. & demonst.
f Ang. l. ij. C. de confir. tut.
g l. is, qui putat de acq. hær.
h Guid. Pap. dec. 548.
i l. Gallus. §. j. de lib. & post.
k gl. l. & puto. in prin. famil. ercis.
l Bar. l. j. C. de neg. gest.
m l. si quis intētione. de iud.
n c. cum tu. de testib.

dandæ: & si qua diuersa vel discrepantia videntur, conciliari inuicem debent [o]. Sed & ne † elu- 7
soria dispositio reddatur, verba impropriè accipientur: quod ea specie constitutum est, cùm Roma. Pontifex alicui ciuitati sacris interdixit: licet enim ciuitas propriè solùm intelligatur, quatenus mœnia ambiunt, tamē hoc casu etiam de suburbijs actum credetur [p], alioquin nullius effectus huiusmodi esset abominatio: nam & eadem ratione vsu syluæ legato, Hadrianus constituit vsumfructum deberi [q]: quia nisi liceret legatario cædere syluam, nihil ex huiusmodi legato consequeretur. Idem cum qualitas personæ à proprietate verborum nos recedere suadet, vt cùm pater filio pro falcidia sua legat: intelligetur enim de triente iure naturæ debito [r]: nam etsi vir imperitus quicquam dixerit, non propriè, sed crassa minerua accipiendum erit: quod maximè in his obseruandum, qui vulgari & simplici modo quicquid in buccam venit, effutiunt [s]. Sic seruus, quid sibi licere possidere stipulatus est, de simplici detentatione, non autem ciuili possessione intelligitur [t]. quod etiam ad testes productum est, qui de his testimonium perhibent, quæ viderūt, nec possessionem, quatenus iuris est, diffinire sciunt. Ex absurdo quoque vt euitetur impropria † signi- 8
ficatio, accipi poterit: quoniam regulariter traditur, semper ita legem interpretandam, vt absurda non tolerentur [u]. Quapropter lex eum qui furti pactus sit, ne damnaretur, infamia notans, de pacto gratuito non intelligetur [x], id quippe inhumanum esset. Sic vbicunque verba legis ad absurdum trahi possunt, partes iudicis erunt decreto rem temperare: quoniam tali casu non videtur hæc fuisse legis mens [y]. Sed & in edicto prætoris, quo parentes sine venia in ius vocari nequeunt, parentes non propriè tantum vsque ad tritauum, sed omnes in infinitum accipiemus [z]: quoniam hoc honestius esse lex ait. Et ex
† his sequitur, cùm lex dicit, in ambigua voce le- 9
gis, eam potius accipiendam significationē, quę vitio caret [a], censeri ambiguam vocem quæ propriè vnum, impropriè aliud significat: propter vitium enim ad proprietatem illam non attendemus, cùm & generaliter receptum sit, nunquam legem ita interpretandam, vt iniustum aliquid aut rationi contrarium inducat [b]. Sępe, ait Iulianus, animaduerti hanc partem edicti habere nōnullas repræhensiones [c], decreto itaque ista temperari debebunt. & quæ sequuntur. Cæterùm illud generaliter fatendum est, semper fieri interpretationem verbis impropriè acceptis, quoties de
mente verisimili constat, † quæ ex consuetudine 10
patrisfam. vel loci in quo versatur, potest deprędi, itemq; dignitate, charitate, necessitudine, ex his quæ præcedunt, vel deinde subsequuntur [d], idemque quoties aliqua ratio hoc suadeat: nam sicut verba generalia ex quamplurimis à me superiori libro expositis causis restringūtur (quod citra abusiuum intellectum fieri non potest) ita 11
etiam impropriè accipiuntur. Sed † nunquid vt verisimili menti obsequamur, poterunt verba nō solùm impropriè, sed improprijssimè quoq; accipi? Et Areti [e]. Iasonq; [f] negant, maximè improprietatis rationem vllam esse: quapropter si testator dixerit se filijs suis pupillis talē curatorē dare, non existimabitur datus tutor [g]: nā & si quis fundum leget, cuius solus vsusfructus ad se pertinebat, eo mortuo nihil debebitur [h]. Sed tamen in contrarium sententiam frequentius itum est,

o l. fi. C. de edend.
p c. si ciuitas. de sent. excom.
q l. diuus. de vsufru.
r Bar. l. j. ad leg. Falc.
s glo. l. quoties. fam. erc.
t l. stip. ista. §. hi qui. de ver. obl.
u l. nam absurdum. de bon. lib.
x l. furti. §. pact. de infa.
y l. scire §. aliud de ex. tut.
z l. iiij. §. j. de in ius voc.
a l. in ambigua. de ll.
b l. fi. §. in comput. de iud. deli.
c l. Saluius. de leg. præst.
d l. si ser. plus. §. fin. de leg. j.
e Areti. l. à Titio. de ver. obl.
f Ias. l. quoties. eo. tit.
g l. tutores. §. j. de admin. tuto.
h l. quod in rerū. §. j. de lega. j.

ea in ſpecie, quando pater filiæ relinquit pro ſua
falcidia: improprijſsimè enim de legitima iure
naturæ debita intelligitur [a]. Idem cùm quis dicit
ſe legare monumentum, intelligitur ius mortuũ
in illud inferendi [b]. Cùm pater ſe filiæ relinque-
re iure reſtitutionis dixit, de inſtitutione intelli-
gitur [c]: nam non omnes ſciunt verbo inſtituendi
vti, vnde ſatis eſt, ſi id quoquo modo enuntient,
quod æquè polleat. In inſtrumenro mandati di-
ctum erat dominum conſtituere Titium aſinum
ad defendendum cauſam: reſpõdit Hoſtien. pro-
curatorem rectè conſtitutum videri. Quo argu-
mento cùm executor in teſtamẽto adiectus eſſet
his verbis, Titium dilapidatorem bonorum meo
rum eſſe iubeo [d], reſpondit Baldus ſufficere: nam
& teſtator, qui legatum reliquerat, donec filius
12 in tutelam † ſuam perueniſſet, non de decimo-
quarto anno, ſed quinto & vigeſimo etiam per
ſummam improprietatem intellexiſſe creditur
[e]. Accedit his quòd etiam nutu legata vel fidei-
cõmiſſa relinqui poſſunt [f], quantò magis quo-
modocunque conceptis verbis poterunt? Quo
fit, vt qui ſibijpſi legare ſe clientulum dicat, abſol
uiſſe à clientulæ iure (vaſſalitium vocant) homi-
nem cenſeatur [g]: & qui filium ſuum viuũ & mor-
tuum Sempronio legare ſe dicit, in vita tutorem
Sempronium facere, poſt mortem illi ſubſtitue-
13 re credatur [h]. Vir locuples † qui paupertatem ſu-
am Titio relinquere profeſſus ſit, de vniuerſis fa
cultatibus intelligatur [i], Nec me mouent quæ in
aduerſam partem adducuntur: quoniam in eis
coniectura voluntatis non ſuberat, vel error pro-
ferentis in aperto erat [k], vt meritò aliud conſtitu
endum neceſſariò fuerit. Nam etſi verbis vtamur
quæ ſalua ratione Latini ſermonis alium caſum
non compræ ndunt, non eſt dubium eis ſtãdum
eſſe [l]: nec enim aliter quàm cõgruo ſermone vo-
luiſſe quenquam loqui creditur [m]: ſi tamen alia
mens appareat, ea præualere debet, præſertim
cùm de ruſtici hominis, & bonarum artium im-
periti, interpretanda voluntate agitur. Nam & ſa
cerdos qui in ſacri lauacri myſterio, baptizo te,
dixerat, in nomine patria filia ſpirita ſancta, Chri
ſtianum rectè baptizaſſe exiſtimatus eſt [n]. Quid,
ſi ſermone aliquo vſus quis proponatur, qui ex
obſoleta tantùm antiquorum obſeruatione ſu-
ſtineri pro idoneo poſsit? Et eius rationem non
haberi duobus exemplis patet. Alterum eſt, cùm
Iabolenus [o] veſte, mundo, ornamentiſque mu-
liebribus legatis, omnem veſtem & mundum de
beri reſpondit: quia illa demõſtratio muliebria,
neque veſti, neque mundo applicari ſalua ratio-
ne recti ſermonis poteſt, & tamen ex Non. Marc.
conſtat veteres mũdum etiam neutro genere di-
xiſſe. Lucilius: Legauit quidam vxori mundum
omne. Alterum eſt, cùm filijs centum teſtator re-
14 liquiſſet, etiam de filiabus † actum Vlpia. ſcripſit
[p]: quia filiorum appellatione etiam fœminæ cõ-
tinentur: & tamen veteres datiuum caſum non
filiabus, ſed filijs dixerunt, quod exemplis Næ-
uij & Plauti Priſcianus oſtendit: vt appareat nõ
ex eo, quòd maſculinum concipiat fœmininum,
ſed ex proprietate ſermonis ſententiam Vlpiani
potuiſſe defendi, niſi ille obſoletam veterum de-
clinationem neglexiſſet: affectatus enim hic lo-
quendi modus Iureconſultis noſtris [q], ſicut &
cæteris prudentioribus, ſemper moleſtus fuit.
Memoria teneo magni quendam nominis grã-
maticum, cuius etiam commentarij pleriq; ex-
tant his verborum fœtoribus penitus immer-

a d.l.j.ad leg. Falcid.
b l. monumenta.C.de leg.
c Bal.d.l.ſi cum ante.C.de don. ante nup.
d Iaſ.d.l.inſulã. de præſcript. verb.
e l. cum filio. de leg. iij.
f l.nutu.de leg. iij.
g l.cætera.§.qui ab hoſti de leg.j.
h Soc.l.qui duos. de reb. dub.
i l. Luc.§.hær. ad Treb.
k l.iiij.de leg.j.
l l.Plautius. de auro & ar.
m l.ſi.ad Treb.
n l.retulerunt. de conſecra.diſtin.iiij.
o d.l.Plautius.
p l.ſi quis ita. de teſt.tut.
q l.ij.§.poſt hos quoque. de orig.iur.

ſum, cùm Mediolano Bononiam eſſet iturus, e-
quum à veterinario certa in dies mercede con-
duxiſſe, deinde remiſſo equo, per literas veteri-
narium certiorem feciſſe, vt in tale diuerſorium
iret, equum ſuum accepturus. Veterinarius non
iuerat, quòd chirographum non intellexiſſe aſ-
ſereret: integramque lapſi temporis mercedem
petebat. Eius epiſtolæ verba hæc erant: Pegaſus
qui me tollutim ſuccuſsit, apud campanę peluis
A copam erit, inde petito, phoretrumque ex eo
tempore præcidito. Quæſitum eſt, vter æquio-
rem cauſam haberet: & eorum conſenſu, qui de
re pecuaria ius dicebant, placuit literatorem
condemnari, qui ignorabili huiuſmodi ſermone
vti non debuit: cùm traditum ſit, qui ad aliquem
ſcribit, tali idiomate vti eum oportere, quod in-
telligi ab eo, ad quem literæ dantur poſsit [r], alio
quin huiuſmodi teſtationes damnum ei nullum
inferre. Quapropter Romanus homo, qui ad
B Græcum ſcribat, non Latinè, ſed Græcè conce-
ptis verbis vti debet [s]. Sed an † quod de impro- 15
prio ſermone diximus, etiam in ficto obſeruan-
dum erit? & ſi fictus caſus non ſolùm ratione ef-
fectus, ſed etiam nominis æquiparatus eſt, ſatis
putauerim, quod de vero conſtitutum eſt, etiam
in ficto obſeruandum. Vnde lex, quæ ingenuo
priuilegium aliquod concedit, etiam in liberto
obſeruabitur, cui ius ingenuitatis per natalium
reſtitutionem, ſeu anuli aurei, indultum à princi
C pe ſit [t]. Et relictum Titio ſi legitimos filios ex
ſe reliquerit, ei præſtabitur, qui naturalem reli-
querit, beneficio principis natalibus reſtitutum
[u]. Sed & ciuibus à Republica conceſſum, eis quo
que dabitur, qui & priuilegio ciues ſint, quan-
tum ſit tamen eorum reſpectu, quæ ab ipſa Re-
publica proueniunt [x]. Sic ſi lex municipij ad
duumuiratum neminem admittat, niſi ſit origi-
narius, alienigena † quoque recipietur, qui ius 16
ciuitatis hac forma impetrauit vt pro origina-
D rio ciue habeatur [y]. Sic lex, quæ in hærede lo-
quitur, vt hæreditatem adire cogi poſsit, & reſti-
tuere, in bonorum quoque poſſeſſore locum ha-
bet, qui & effectu, & nomine pro hærede habe-
tur [z]. Sed ſi reſpectu nominis ſolùm ſit æqua-
tio, tunc aliud dicendum eſt: vt in filiofam. quẽ
lex dominum interpretatur, etiam viuente pa-
tre, non intelligetur generali dominorum appel
latione de eo actum [a]. Sed & ſi Cenſoria lege cau
tum ſit, ne vniones aut gemmæ † in muliebri mũ 17
E do habeantur, de adulterinis & ſuppoſititijs nõ
exiſtimabitur vetitum [b]. Theodoſij tamen con-
ſtitutio, quæ vellera ſacro murice intingi non
permittit, etiam adulterino colore fucari prohi-
bet [c]: ſed id propter exiſtimationem hominum
receptum eſt, & ne facilè rebellibus eſſet tyran-
num Imperatoriæ maieſtatis purpura aut vera,
aut fucata amicire: quod ex Ammiano Marcelli-
no conſtat. qua ratione Andr. Siculus [d] cùm lege
artificum caueretur, ne peregrinos pannos præ-
F terquam coccineos habere liceret, excuſari eum
reſpondit, qui fucato coco intinctos habebat.
Hinc eſt, quòd ſi alicui relictum ſit, cùm legiti-
mæ erit ætatis, ante xxv. annum nihil debebitur,
tametſi veniam ætatis impetrarit [c]: is enim licet
in his, quæ à principe proueniunt, omnino pro
maiore habeatur, quantum tamen ſit ex teſtato-
ris voluntate, aliud eſt, qui conſilij maturitatem
in eo ſpectauit, quæ à natura, non à principe in-
dulgetur. Potes (dicebat Phauorinus, ni fallor,
Imperatori) hominibus barbaris ciuitatẽ Rom.
dare,

r §.alienationis. in auth. de nõ alien.
s l.j.de exe.tut.
t l.eum ex orat. de excuſ.tut.
u Bar. l.ſi is qui pro emp.
x Bar.l.ſi maritus.§.legis. de adul.
y Bar.d.c.omnes populi.
z l.j.§.honorũ. ad Treb.
a l. in ſuis de li. & poſth. Barto. l.ſciendum. qui ſatiſ.cog.
b l.j.§.hoc aũt. de fonte.
c l.iij.C.de veſt. olob.
d Barb. conſi. xxix.ij.
e l. ſi.C.de his qui ven.

dare, vocabulis nominibuſue barbaris non po-
tes, quòd ea à naturali ciuium vſu vim, atq; pro-
prietatem accipiant. Quid rurſus ſi non ratione
nominis, ſed ſolùm effectu æquatio fiat? Et hic
tractatus ad interpretationem pertinet: & regu-
18 la † eſt, quæ de caſu vero diſpoſita ſunt, ad fictum
quoque extendi [a]: quoniam fictio veritatem imi-
tatũ, & æquè ac ipſa veritas pollet. Hinc eſt quòd
lex Aquilia, quæ datum hero, id eſt, domino, da-
mnum reſarciri iubet, etiã quod hęreditati iacen
ti illatum eſt, vlciſcitur [b]: Hinc edictum prætoris
condemnatos iudicio publico notãs, in eis quo-
que qui fictè condemnati ſunt, locum habet [c]: vt
quia quis ſit confeſſus: quem lex pro condemna-
19 to habet. S. C. Macedonianum † in Republica
quoq; obſeruabitur, quæ filiofam. mutuam pe-
20 cuniam dederit [d], & tamen Reſpublica † fictam
perſonam ſuſtinet [e]. Sic leges pleræq; pœnales,
quæ facientem gladio inſequuntur † etiam de
21 eo intelliguntur qui per alium facit [f]. Qui pecu-
niam à reo petere arbitri ſententia ſub pœna ve-
titus eſt, nec à fideiuſſore quidem eius petet [g].
22 Non tamen regula † huiuſmodi perpetua eſt, ſed
pleraſq; habet exceptiones, vt cum diuerſa ratio
aliud in caſu vero, aliud in ficto ſuadet [h]: quapro-
pter procurator ad exigendum accepto ferre
non poterit, tametſi acceptilatio ficta ſit ſolu-
tio [i]: id enim donationem continere, de qua hu-
iuſmodi mandato non cenſetur actum. Sic. S. C.
Trebel. de hærede verba faciens, in fideicom-
miſſario locum non habet [k]: nec enim per fidei-
commiſſarium tabulæ teſtamenti, ſicut per adi-
tionem hæredis, ſuſtinentur: nec tamen negari
poteſt, quin fideicommiſſarius effectu cenſeatur
hæres [l]. Eadem ratione edictum prætoris, qi qui
negotia alterius geſſerit, actionem eo nomine
promittens, locum non habuiſſet in eo, qui hære
ditaria negotia geſsiſſet, niſi & id prætor expreſ-
ſim cauiſſet [m]: qui enim viuentis negotium curat,
affectione quadam motus videtur, quæ ei obeſſe
non debet. At qui hæreditatem vacantem extri-
care nititur, non videtur tam ex obſequio laude
dignus, quàm ex curioſitate quadam nimia re-
23 prændendus [n]. Non procedit † prædicta regula
etiam, quando veriſimile eſt id actum, vt in caſu
vero tantum diſpoſitio perficeretur: veluti cùm
qui iurat ſe ſoluturum, non poterit id compen-
ſare, quod eo tempore ſi debebatur [o]: quòd ſi ex
noua cauſa incipiat deberi, aliud fortè eſſet,
quod Bartol. ſenſit [p]. Sic cum verba perſonæ in-
hærentem qualitatem reſpiciũt, apparet id actũ,
ne per alium fiat [q]. vnde & initiatus, qui publicè
macellum, vel tabernam exercere prohibetur,
pœnis legis non coercebitur, ſi per alium exer-
ceat [r]. Sic & lex collegij eum, qui exercuerit ar-
tem vilem, ab honore excludens, non intellige-
tur illi notam inferre, qui ipſe mercimonijs non
præfuit [s], quamuis ſeruorum inſtitorumq; ope-
ra ea in re vſus proponatur: nam & M. Craſſus,
haud dubiè Romanorum nobiliſsimus, huiuſ-
modi artificum ſeruorum opera diues factus eſt,
vt Plutarchus tradit. Cenſetur autem perſonæ
qualitatem reſpex ſſe, cùm natura rei hoc ſua-
det [t], vel cùm verba hoc exprimunt, vt ſi dicatur
Perſonaliter, per ſe, proprijs manibus, ipſemet,
& ſi qua ſimilia [u]: quamuis huiuſmodi verba non
adeò efficacia ſint, vt tamen rei natura, ratioque
legis non præualeat [x]. Sic & teſtator appoſita
conditione, ſi hæres ſine filijs legitimis, & ex le-
gitimo matrimonio conceptis deceſſerit, non

a l.ſi.de mag.cõuen.
b l.liber.j.§.ſi ſeruus. ad l. Aquil.
c Bar.l.ictus.de infam.
d l.nihil.ad Maced.
e l.mortuo.de fid.
f l.diuus.de fal.
g l.aduerſus.de arb.
h l.illud.de petit.hæred.
i l.non abſtulit. C.de no.
k l.j.deniq;.Ad Treb.
l l.poſtulãte.ad Treb.
m l.iij.§.hęc verba.de negotijs geſt.
n gl.l.culpa.ij.tit.j.
o c.ad noſtram. ij.de iureiu.
p Bart.l.amplius. rem ratam hab.
q l.iiij.§.ſi procur. quod quiſ quejur.
r Cle.j.de vita & ho.cler.
s l.humilẽ.C.de ince.nup.
t d.l.iij.
u l.iubemus.C. de eroga. mil. anno.
x l.diuus.de fal.

intelligetur de his ſenſiſſe, qui per ſubſequens
matrimonium, vel per reſcriptum principis, iu-
ſti filij effecti ſunt: quia illa verba naturam reſpi-
ciunt, non legis fictionem [y]. In materia quoque
ſtricta † & quæ ad literam debeat intelligi, non
fiet huiuſmodi interpretatio: quapropter Rom. 24
Pont. ſi beneficium, quod morte vacauerit, con-
ferri tibi mandauit, iſque ſacerdos non mortuus
ſit, ſed aliàs priuatus exautoratuſue, mandatum
A extinguitur, in quo de morte naturali actum,
non de ciuili præſumitur [z]: huiuſmodi enim gra-
tiæ ad beneficia anguſtè accipiuntur, nec in eis
licita eſt extenſio. Sic Iuſtiniani conſtitutio-
nem [a], aduerſus eos latam, qui rei alienæ va-
cuam poſſeſsionem occupant, receptius eſt in
eo non obſeruari, qui rem hæreditariam occupa
uerit: hæreditas enim impropriè vice perſonæ
fungitur. Quapropter cùm lex municipalis rem
venditam iuberet publico præconio præſcri-
B ptioneque certis locis diuulgari, & niſi intra ſex
menſes contradictum fuiſſet, quamlibet perſo-
nam, etiam ſi vniuerſitas eſſet, excludi: Reſpon-
dit Raph. & Iaſ. [b] hæreditatis iacentis illabefa-
cta eſſe iura: quod & mihi placet, tum propter
decreti duritiem, quo ſex menſium præſcriptio
aduerſus iuris communis regulas inducitur,
tum quòd hæreditati ipſi negligentiam imputa-
re non poſſumus, quòd ſi eo caſu lex iuberet, vt
quicunque in re, vel ad rem ius haberet, illud
C oſtenderet, putarem excludi hæredem: is enim
ius ad rem habebat, nempe ius adeundi, quo
rem conſequi potuiſſet [c]. Et ex his conſequens
eſt, vt leges municipales, ſi correctoriæ ſint, vel
limitatoriæ, ad caſum fictum non trahantur, idq;
vulgò receptum eſt: cùm enim hæc interpretatio
ex extenſione fiat, in his nullũ eſſe extenſioni lo-
cũ cõſtat [d], niſi in caſibus, quos infrà loco ſuo at-
tingemus. Qua † ratione nec in pœnalibus, odio 25
ſiſue, caſus fictus cõpræ ndetur [e]. Idẽ ſi diſpoſitio
D taxatiuè cõcepta proponatur, vt cùm quis ſe pro
facto ſuo tantũ obligauit [f]. Idẽ in diſpoſitione ho
minis dicendũ, cum caſus fictus ſub verbis com-
prẹndi nõ poteſt [g]: qua de re diffuſius ſequẽti lib.
tractabitur. Et ex his quoq; ardua illa quæſtio fi-
niri poteſt, an appellatione mortis, de morte
quoq; ciuili accipiamus: in quo regula eſt, non
accipi [h], quia vis verborum talem ſenſum non
patitur. Si tamen mors † ciuilis omnino eiuſdẽ
effectus, quoad id, de quo agitur, ſit, tunc ex in- 26
E terpretatione de ea quoq; actum cenſebitur. Vn-
de ſi ſit dictum, ſocietatem morte finiri, etiam pu
blicatione finietur [i]: & ſicut mortuus non impe-
dit, quo minus ſequens agnatus proximus ſit, ita
& deportatus [k]. Et pactũ de dote in caſum vxorię
mortis lucrifacienda, etiam in eum caſum intel-
ligetur, cum in religioſum monaſterium receſ-
ſit [l]: nec enim veriſimile eſt, voluiſſe maritũ hoc
caſu expectare, exigendæq; dotis moram pati,
donec naturaliter vxor fato fungeret̃, quæ indi-
F uiduã vitæ conſuetudinẽ contẽpſit: ſicut nec tũc
dilationis ratio habetur, cũ quis in eorũ religio-
ſorũ albo ſe profeſſus eſt, qui omnino ex inſtitu-
to ſuo ſint incapaces [m]. Idẽ in his, qui in metallũ
dãnati ſunt, & ſerui pœnæ fiũt [n]. nec enim ſpera-
tur fore, vt hi vnquã liberent̃, vt meritò eorũ in-
terſit mortẽ expectare: vnde ſeruitutẽ illã morti
cõparamus [o]: & ſi fortè accidat, vt indulgẽtia prin
cipis reſtituant̃, iã nõ illi, ſed alij nouiq; homines
exiſtimãt̃ [p]. In deportatis verò ſpes hęc reſtitutio
nis non omnino extinguitur, eorumq; intereſſe

y Alex.conſ.v. in vij. c. innotuit.de elect.
z c.ſuſceptũ.de reſc.in vj.
a l.fin.C.vnde vi.
b Iaſ.l.ſi is qui. pro empt. vij. not.
c l.inde.§.idem. Iul.ad l.Aquil.
d Imol.l.gallus.§.& quid ſi tantum.de lib. & poſth.
e Rom.conſi. cccexxxvj.
f Bart.l.ſi ſic.de verb.oblig.
g l ſi cum dotẽ. ſolu.matri.
h l.ex ea.§.inſulam.de ver.
i l. actione.§.pub.pro ſo.
k l.j.in ſi.de contra tab.
l l.deo nobis.C. de epiſc.& cler.
m Bart.l.cũ pater.§.hæ.edit de leg.ij.
n l.intercidit in fin.de condi & dem.
o l.ex facto.§.ſi quis rog.ij.ad Trebell.
p l.j.§.filius.ad Tertull.

existimatur, vt mors vera expectetur: quod in eo responsum est, qui post mortem grauatus erat fideicommissum restituere[a]: possidebit enim post publicationem fiscus, donec morte extincto reo, dies fideicommissi venerit. Cæterum in casibus quoq; quibus permissa non est extensio, sed verbis statur, nunquam appellatione mortis de ciuili intelligimus, vt in Pontificis Romani gratia, qua in casum mortis mandatur alicui prouideri, sacerdotiumq; conferri[b]: in his enim, præterquã si motu proprio indultæ sint[c], fit stricta interpretatio. Et hæc, quod ad improprietatem, fictionémque pertinet, hactenus.

a l. Statius. §. fin. de iur. fis.
b d. c. susceptũ. de rescrip.
c. Cle. ne Romani. §. sanc. versi. moriente. de elect.

27 EX VSV accipiuntur † verba generaliter in quacunq; materia, etiam pœnali: quoniã is communis loquendi vsus proprietati quoq; verborũ præualet, dum tamen ex autoritate prudentium originem traxerit: nec enim dubium est, ex autoritate doctorum, propriam quoq; significationẽ duci[d]: quantaq; eius vis sit, ostendit Cicero, qui quandoq; vsum optimum magistrum appellat, quandoq; omnium magistrorum præcepta superare asserit. Horatius[e] quoq;:

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitriũ est & ius, & norma loquẽdi.*

d Bart. d. l. omnes pop. ij. q.
e in arte poët.
* Alias uis.

Quintilianus lib. j. cap. v. Auctoritatem inquit, sermonis consuetudo superat. Et inferius: Consuetudinem sermonis, vocabulo consensum eruditorum. Sulpitius Apollinaris apud Aulum Gellium: Non solùm verborum communium veræ & propriæ significationes vsu mutantur, sed legum quoq; ipsarum iussa tacito consensu oblitterantur, Bartolus[f] tamen, quod ex communi vsu dicitur, non esse ex propria significatione asserit, sed potius ἐσχηματισμένον, seu ex figurato sermone dici: quoniam naturalis rei significatio, autoritate populi immutari nequit[g]. Et ideo existimauit Salicet. cùm lege municipali caueretur, verba ex propria significatione accipi debere, in ea intestatum non censeri pupillum, qui etiam si voluisset testamentum facere, iure prohibetur, quoniam id ex communi loquendi vsu, non ex propria significatione est[h]. Addunt alij, idem esse si lex mandet verba nullo extrinsecus addito intelligi[i]. Sed in hanc ego sentẽtiam minimè iuerim, qui suprà ex opinatissimis scriptoribus ostenderim, proprietatis verborũ vim, & ius penes vsum esse: vnde enim vocabula inuenta, nisi ex hominum vsu? Siquidem vetustissimã linguam Chaldæorum, seu Hebræorum fuisse constat, quod & veteres sensisse verisimile est, cùm apud Assyrios inuentas literas, & in Ægyptum per Mercurium, in Græciam per Cadmum Phœnicem, in Italiam per Pelasgos allatas, autorum consensu traditum sit. Id & eo argumento Eusebius Cæsariensis confirmat, quòd literarum nomina apud Hebræos suam significationem habeant, vt Aleph doctrina, Beth domus, Gimel plenitudo, Daleth tabularum, &c. cùm apud alias gentes nihil significent, solumq; quædam in his peregrinæ linguæ imitatio appareat: ab eo sermone alij orti, ex vsu & consuetudine vim, argumentum, naturam suam acceperunt. Quapropter nequaquam credendum est, naturalem rei significationẽ non posse populi auctoritate imminui. Nec verum est figuratum huiusmodi sermonem dici, cùm con-
28 trà potius is figuratus † fit, qui præter vsum accipitur: vnde & κατάχρησις figura, quam abusum lati-
29 nè dicimus. Arbitror igitur etiã † in statutis municipalibus, & quacunq; alia materia communẽ hunc vsum obseruari debere: ex quo consequẽs est, vt licet appellatione bestiarum solummodo feræ contineantur[k], vt leones, vrsi, pantheræ, tamen propter communem vsum omnia etiam domestica compræendunt[l]. Sic in testimonio, quod quis possederit, intelligitur, id est, detinuerit. Sic in statuto Titium & omnes de eius domo eijciẽte, etiam naturales filij eijcientur. Sic arma ex cõmuni vsu hodie dicimus etiam Iureconsulti diffinitione explosa[m]. Sic testator vxorem suã vsufructuariam, dominam, moderatricẽ relinquens, de solis alimentis, & solita prærogatiua intellexisse censebitur. Sic licet maledicere & blasphemare idem significent, tamen ex vsu alia fit interpretatio. Sic conductor pactus ne ad pensionem nisi quatenus gaudere potuerit, teneatur, ablatis præter eius aliquam culpam ab exercitu fructibus, non tenebitur: quia vulgò non dicimur gauisi, nisi ea re, quæ in nostram vtilitatem peruenerit. Sic lex pœnam constituens ei, qui rem alterius acceperit, non solùm de re aliena in re dominij, sed etiam propter simplicem possessionẽ intelligetur[n]: idq; propter communem vsum. Declaranda tamen hęc est conclusio quibusdam modis. Et in primis viderentur supradicta in cõmuni vsu procedere, quẽ periti introduxissent, idq; Fab. Quintiliani sententia aliqui affirmant, alioquin imperitæ multitudinis vsus nequaquã in animaduersione esse deberet: nã & vulgi opinionem Iurecõsultus reprobat, eũ, qui promittere obligatus sit, satisdare debere existimãtis[o]: & Bald. plerunq; scripsit, idiotarũ vsum pro abusu esse. Felinus nec excellentissimos, nec item imperitissimos obseruari iubet, sed mediocres, & ex eorũ sententia vsum cõmunem constituendũ.
Sed cùm † ex mente proferentis verba accipiẽda 30
sint, ego aliter sentiendũ cẽseo, vt sicut in testamẽtis patrisfamiliâs consuetudo spectatur, in contractibus ipsorũ contrahentium: ita & in statutis eam sententiam sequamur, de qua verisimile est ipsos legũlatores intellexisse. Si igitur ab excellẽtissimis facta sint, eo modo locutos illos verisimile credemus, quo peritissimi solent. Si ab imperitis, crassa minerua verba accipientur: nam & Celsus peculiũ pro repositicia pecunia interpretať, ex rusticorũ sensũ autoritate, qui pecuniã sine peculio fragilẽ esse solent dicere[p]. Sed & quoties aliqua dictio ex cõmuni vsu latiùs accipiť, quàm ex proprietate soleret, in dubio ex proprietate accipienda est, si ratio legis non æquè ex cõmuni vsu militet. exẽpli causa: Nepotes auo propriè dicuntur, qui eo viuente cõcepti sunt: ex vsu tamen etiã qui post eius mortẽ cõcepti sunt, eo nomine dici possunt: nũquid igitur edictũ prętoris nepotibus bonorũ possessionem aui decernens, etiã in his sibi locũ vendicabit qui concepti non fuerant? & cùm qui conceptus nõ est, non possit fingi natus, sequitur inter eos nullam fuisse proximitatẽ: & ideo huiusmodi nepos reijcietur[q]. Quapropter in prædicta municipali lege, qui rẽ alterius acceperit puniente, si appareret legẽ in fauorem eius latam, qui rei dominiũ haberet, nõ compræenderetur possessor, tametsi probaretur ex cõmuni vsu rem alterius dici, etiam cuius sola possessio ad aliũ pertineret: tum enim verbi proprietas potius, quàm vsus cõmunis spectaretur. Si verò par ratio secundum vtranq; significationem sit, tunc etiam communis vsus attenditur: vnde lex Iulia de adulterijs, non solùm in iusta vxore,

f in l. Labeo. de sup. leg.
g l. ij. de vsufru. ea. re.
h l. j. de suis & legit.
i Feli in proœ. decre.
k l. j. §. bestias. de postul.
l Felinus in d. proœm.
m l. armorum. ff. eod.
n Bart. in rubr. de oper. no.
o l. si dictum. de euict.
p l. si chorus de leg. iij.
q l. item. de suis & legit.

vxore, & quæ in manũ viri conuenerit, locum habet, sed etiam in iusta[a], id est, cum qua matrimonium est, licet non solenniter celebratum, idque propter communem vsum ex Homeri carmine:

ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων,
ἀτρεῖδαι.

quod alibi exposuimus. Cæterum & illud sciendum, ex communi peritorum in latino sermone vsu, nihil ad vernaculum idioma inferri: quapropter si latinè testator liberis suis tutores dederit, etiam nepotibus dedisse intelligetur: si verò filijs dixerit, aliud est[b], licet hæc differentia in vulgari sermone cõstitui nequeat. Quapropter cùm ex communi cõsuetudine in lingua vulgari probatum esset, aliter filios legitimos, aliter legitimatos appellari, respondit Alexander[c], non idcirco ad sermonẽ latinũ quicquam inferri, cùm latinè etiã legitimus propriè dicatur, quem princeps natalibus restituit: quod frequenter in facto disputatum vidi, in his quæ pro testimonio vulgari lingua dicta erant, vt à communi latinè loquentium vsu interpretationem non acciperent. Qua tamen in re ego subsisto, cùm videam & in hoc tractatu, & alijs in locis, à Græcę linguę significatione ad Latinam argumentari Iure consultum, vt in glande, & veneno: & lõgè maior sit vulgaris nostræ locutionis cum latina, quàm illi cum Gręco sermone affinitas. Nec illud omittendum, cõmunem loquendi vsum attendi, qui eo tempore fuerit, quo lex ipsa municipalis lata est, nõ qui postea inoleuerit[d]: sicut & in testamẽtis, cùm de interpretanda defuncti volũtate agitur, is vsus probandus est, qui tum erat, cùm ille testaretur, non qui deinde admitti cœpit, quem fortè testator ignorauit: tametsi enim lex semper loqui fingatur, id vtiq; verum est, vt id tamen loqui existimetur, quòd à principio legumlatores ipsi censuerunt. Quapropter qui hodie est communis vsus, olim fuisse non præsumitur[e], nisi adeò antiquitus receptus probaretur, aut ante hominum memoriam inoleuisset. Damnat Tranquillus Claudium Imperatorem, qui filios libertorũ in Senatum allegerat, idq; exemplo Appij Claudij facere dixerat, qui & ipse censor libertinorũ filios curia nõ summouerat ignarus: vt ille inqť, temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, nõ ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Putauerim tamen, si qua lex eo sensu, quem à principio habuerit, iniqua esset, posse ex præsenti vsu declarari, vt iniquitas illa emẽdetur: cuius rei exemplũ in Valentis Imperatoris cõstitutione habemus[f], qui monachos omnes ab eremis extrahi, & ad ciuitatũ munera subenda compelli iussit: quod edictum adeò execrabile, & ab omnibus autoribus damnatũ, in corpore tamen iuris adhuc legitur, quoniam alio sensu accipi potest, nimirum vt hi soli plectantur, qui monazonio nõ ob Christi cultũ, sed ad euitanda munera congregari proponuntur: atq; hoc modo interpretatione prudentium legislatoris impietas confringitur. Efficax autẽ cõmunis hic erit vsus, si per longum tempus eualuerit, puta decẽnio: nec enim verisimile est, posse citius ciuitatẽ in alicuius verbi nouanda consuetudine cõsentire. Probandũ igitur erit, quod ad huiusmodi tẽpus attinet, itemq; quod ad personas, quæ res ab arbitrio iudicis plurimam vim trahit: vt si de eo agatur, quod verisimiliter sæpissimè, & à quàmplurimis fieri vel dici soleat, id ipsum necessariò probandũ sit: si verò de eo agatur, quod rarius contingere solet, sufficiet, si non à plurimis, sed ab his dictum constet, qui de ea re verba fecerunt, quãuis pauci fuisse proponãtur: atq; ita Bartolus sensit[g]. Nobis & illud placet, si ex Iureconsultorũ libris de huiusmodi vsu appareat, aliam probationẽ non requiri: vt in dictione intestatus, quæ nõ nisi ex communi vsu pupillos & impuberes cõtinet[h]: cùm enim tales quoque pro intestatis lex accipiat, etiam citra aliam probationem in quacũq; lege municipali de his actum arbitrabimur, quod in his dictionib. quoque producendũ est, quæ ex vsu contrariam antiquæ significationem acceperunt, vt tyrannus: olim enim boni principes sic nominabatur, quo sensu & Homerus, & Vergilius vsi sunt, vt religiosus, & deuotus, quæ olim in malam partem, hodie in bonam ex vsu accipiuntur.

a l. si vxor. de adult.
b l. quid si nept. de test. tut.
c Alex. consil. ij. col. vj.
d Soci. l. Gallus. §. si eius in fi. ff. de lib. & posth.
e Bart. d. l. Labeo.
f l. quidam. C. de decur.

31 EX INTERPRETATIONE † sensus legis accipitur, cùm vis verborum id non significat, sed extensio inducit: de similibus enim ad similia, ei qui iurisdictioni præest, procedere fas est[i]; atq; ita ius dicere. Similis † autem ille casus exi- 32
stimatur[k], qui eadem vel maiore ratione nititur, quiq; eiusdem effectus est, tametsi verbis sit dissimilis: satisq; est si similitudo sit eius respectu, de quo agitur, licet in cæteris differat[l]. In fauorabilibus quoque pro simili habetur, etiam quod nõ æquè tanta ratione fulcitur[m]. Igitur de similibus ad similia regulariter in lege fit extensio (nam quod ad dispositiones hominũ attinet, in sequẽtem librum reseruaui) præterquã tribus casibus.
Primus, † cùm legis correctio induceretur: qua- 33
propter solet dici, in correctorijs nõ permitti extensionem. Secundus casus, cùm lex pœnalis est. Tertius, cùm lex limitatoria, seu, vt nostrates doctores dicunt, exorbitans est, vtraq; voce non satis proba, nisi quòd à veterum sermone limitatorium minus degenerat: est enim limitare, intra limites suos restringere: vnde limitati agri, Plinio lib. xvij. Frontino, Agennio, Boëthio, & Iureconsultis: nam & Cicero ad Appium Pulcrũ: De tua prolixa, inquit, beneficaque natura limitabit aliquid posterior annus: meritò & nos limitantia appellabimus ea, quæ à regulis iuris communibus recedunt, generalitatiq; legis derogant. De singulis igitur quibusq; videndum. In primo
† casu communiter ea sententia approbatur, vt 34
in correctorijs licita non sit extensio: quod enim mutatum non reperitur, cur interim firmum esse non debet[n]? in vniuersum enim solet dici, legum correctionem semper euitandam[o]. quòd si leges inuicem repugnare videntur, debet distinctionum fœdere conciliari: nec censebitur absurda subauditio, vt huiusmodi dissidijs obuiã eatur: nam absque tali interpretatione ne mystica quidem Euangelia consisterent: nec quisquam tam cautè vel promiscuo domesticoque sermone vti posset, qui non in alicuius repugnantiæ notam incideret: non enim protinus vociferandum, si quicquam contrarium videatur cùm iudicij examine adhibito facilè sit ambigua dissolui, aduersa separari, varia discerni, obscura dilucidari[p].
Hinc est, quòd ne legum correctio † inducatur, 35
argumentum à contrario sensu tanquam ex subaudito intellectu non accipitur, & clausula generalis tunc ad omnia præcedentia aduersus naturam suam non refertur[q]. Hinc est quòd in correctorijs, si adsit eadem ratio, nõ tamen eadem inducitur iuris dispositio: quod & in dispensationib. quoq; procedit: non enim aliud est dispensatio, quàm

g d. l. Labeo.
h d. l. j. de suis.
i l. non possunt. de legib.
k l. nõ solum. §. qui primipilũ. de excom. tut.
l c. non potest. in fin. de præbend. in vj.
m c. si. de simo.
n l. præcipimus. in fin. C. de app.
o §. fi. in auth. de admin.
p l. apud. C. de furt.
q gl. c. cum singul. verb priora tibus. de prob. in vj.

quàm iuris communis quædam in fauorem particularem relaxatio, seu correctio, quæ & priuilegium dici potest: in his igitur extensio, etiam si eadem vel maior ratio adsit, locum non habet[a]: sunt enim dispensationes odiosæ, & annexam mandati Pótificij formã habẽt[b], à qua recedi nõ potest, meritò præfractè nimis, & ad literam tantùm accipiuntur.

36 Restringitur † prædicta regula, quando ratio in lege expressa est: tunc enim ex ea fit extentio[c]: quoniam omnis casus in ea comprænsus censetur cùm ratio legis sit lex generaliter quicquid sub ea continetur decidens: & ita aliquibus videtur, quædam in sui sententiam adducentibus, quæ non in correctorijs, sed in limitatorijs locum habent. Mihi haud sanè verisimilis, nec ex veterum mente[d] videtur hæc sententia: cùm enim in lege idem sit, siue ratio exprimatur, siue vnica tantum adduci queat[e], consequẽs esset, vt regula nunquam procederet, nisi vbi lex ex plurimis rationibus sancita esset: qui casus rarissimus est, imò exceptio inepta etiã esset, cùm tunc non quia tractaretur de correctione, præcisa esset extensio, sed quia aliqua ex illis rationibus cessaret. Nam & ex eo confutatur hæc opinio, quòd receptissimi iuris est, quoties eadem ratio id suadeat, in correctoris fieri extensionem de stricta vocabuli significatione ad latam[f]: quã significationem quid opus esset respici, si etiam citra vocis generalitatẽ fieret extensio? cùm vnica in ratione frequentissimum sit omnem legis cardinem versari. Sensẽre hoc iuris Pontificij interpres, dum constitutionem eam, quæ quencũque religiosum in præsulem alterius religionis eligi prohibet, quoniam correctoria erat, nõ extendi tradiderunt, quòd minus in collegam eligi possit[g]: tametsi eadem esset ratio, nempe ne disparis conditionis homines socientur. Sensit & Bartolus, dum legem municipalem, qua stantibus filijs masculis, fœminę excluduntur, non extendi ex ratione agnationis conseruandæ tradidit[h], quæ sola probabiliter adduci poterat. Illud non diffiteor, si ex rationis in lege noua expressione appareret contrariam legis veteris rationẽ generaliter correctam[i], tunc extensionem permitti debere. Quapropter cùm ex lectione statutorum constaret, masculos fœminis vbiq; præferri, & sic iuris communis rationem neglectam, respondi prædictam Bartoli sententiam non procedere,

37 & ideo si lex noua fœminis † patruũ præfert, etiam patrui filios esse præferendos[k]. Nam & Iustiniani lex[l] vxori inopi in bonis mariti quartam deferens, si tres sint filij vel pauciores, extenditur etiam, si nemo filiorum adsit, tametsi plures extent ascendentes: apparet enim propter vxoris inopiam generaliter legis veteris rationem corrigi, liberos vel ascendentes præferentis: imò tali casu, cùm ratio legis veteris per nouam corrigitur etiam plerisq; reclamãtibus[m], putauerim non solùm in correctorijs, sed etiam pœnalibus simul extensionem permittendam[n].

38 Restringitur rursus † prædicta regula in his, quæ relatione quadam coniunguntur: nam altero correcto, alterum quoq; corrigi censendum erit[o]: quapropter lex noua legem Iuliam Viscelliam de vxore loquentem corrigens, etiam in marito correxisse existimabit: qua ratione & lex in actore corrigẽs, de reo quoq; egisse creditur[p]: sic pœna imposita vendenti, intelligetur & emptorem distringere[q]. Quod tamen declarandum est, si eadem ratio subsit, alioquin aliud obseruabi-

a c. si. de postu. præla.
b c. cui de non. de præb. in vj.
c Ias. auth. quas actiones.
d Imol. l. si vero. §. de viro. sol. ma. Gemin c. j. de temp. or. in vj.
e gl. l. quamuis. C. de fideicom.
f gloss. in auth. vt hi qui oblig. verb. ad curationem.
g Cle. j. de elect. ver. prælatum.
h Bar. l. libero ij. eod.
i l. maximum. C. de lib. præ.
k Socin consil. xxx. in j.
l auth. prçterea. C. vnde vir, & vxor.
m gl. Clem. ij. de ætat.
n Abb. in c. fin. de rescript.
o l. si. de ind. vidui tol.
p gloss. l. per interuallũ. de iud.
q l. si. de accept

tur[r]. Ecce lex prohibet marito, ne vxori vltra quartam bonorum legare possit, non censebitur vice versa prohibuisse, quin, quantumcũq; velit, marito vxor relinquat: videtur enim virorum meliorem conditionem solùm fecisse, & id cauisse, ne muliebribus blanditijs seducti, malè hæredibus suis consulerent: quod Socinus rectè respondit[s]. Eadem ratione crebrius traditum est, si lex sororem à fratris hæreditate excludat, non A censeri ex aduerso fratrem prohibitum, quò minus ipse sororis hæreditatem adipiscatur: quamuis enim ius succedẽdi reciprocum esse debeat, tamen verisimilius est voluisse legislatorem masculis tantùm consulere[t]. Sic & quum lex iuberet, quæcunq; per fratres cohabitantes acquirerentur, esse communia, responsum est, æs alienũ per alterum conflatum, alteri damno non fore, ne in potestate fratris sit alium ad inopiam redigere: videmus enim plerunq; permitti, vt per alium B melior conditio nostra effici possit, deterior non possit[u]. Quod in correlatiuis, vt vocant, dictum est, in his quoq; procedit quæ ex lege veteri regulariter inuicem æquiparantur[x]. Quapropter lex noua inducens, vt quarta, quę ex lege falcidia detrahitur, quò minus detrahatur, prohiberi per testatorem possit, in ea quoq; extendetur, quam ex senatusconsulto Trebelliano hæredes retinere possunt[y]: quod tamen intelligendum, cùm eadem in æquiparatis subest ratio, alioquin C ex nuda principis voluntate absq; alia ratione quicquam indulgentis contra regulas iuris concessa, nec ad æquiparata quidem protrahentur: quod ea in constitutione apparet, quæ correcta antiquiore lege, centũm annorum præscriptionem ad quadraginta redigit, cùm in ecclesia loquatur, ad Rempublicam non producitur[z]. Rursus † hoc intelligendũ, vt fiat extensio, quatenus 39 correctum fuerit, in eo, in quo æquiparatio est facta tantum. Vnde quamuis rei vendicatio, & actio D publiciana ijsdem passibus ambulent, lex tamen noua in rei vendicatione bonam fidem autoris requirens, alioquin vsucapionem non admittens, ad publiciana experientem non protrahetur: non enim quoad hoc æquiparentur[a]. Huius autem extensionis, quæ in æquiparatis fit, ratio ea est, quòd propter paritatem casibus illis à lege attributam, non nos eam correctionẽ, sed lex ipsa videtur augere, sicut in extensione, quam vulgò passiuam vocant, traditum quoque E est. Cuius rei exemplum, cùm lex minorem vigintiquinq; annis testari prohibet, non poterit nec codicillis quidẽ facere: quoniam generaliter lege antiqua traditũ est, qui testari nequeat, nec codicillis quicquam relinquere[b]. Ad hæc pertinent † etiam, quæ de accessorijs dicuntur: ferè e- 40 nim receptum est, legem correctoriam ad accessoria quoq; trahi, idq; dispensationis exemplo, quo traditur, eum qui iure dispensationis sacerdotia duo obtinet, vtroq; in loco, cum, per colle- F gas quicquam tractatur, aduocandum[c]: id enim consequens est concessi sacerdotij, quod pluribus alijs speciebus declarari posset[d]. Idem in his dicendum, quæ sequioris cuiusdam naturę sunt, & alterius instar reguntur[e], vt in legitima quę ex intestatorum successione formam accipit: nam ea successione commutata, & ipsa quoque commutari dicimus[f]. Sic lege Iulia Papia correcta, quæ matrimonium Senatoris cum liberta prohibebat, illud quoq; correctum censetur, quod ad hoc exemplum traditum erat, nec Senatoris filiam

r c. si. de verb. signific.
s Consi. lxxv. in iij.
t Docto l. lege xij. C. de legi. hære.
u l. iij. C. de pac.
x gl. l. si quis seruo. C. de fur.
y Bart. l. Marcellus. ad Treb.
z authen. quas actiones. C. de sac. san. eccl.
a Bart. l. cum qui. §. prętor. de publicia.
b Bart. l. ij. de leg. j.
c gl. c. quia in tantũ. de præb.
d Ias. l. si. col. vj. de constit.
e gl. c. non deb. de consang.
f auth. præterea. C. vnde vir.

liam liberto nubere posse: cùm enim ex vna radice vitium nascatur, consequens est, vt vna lege

41 tolli sufficiat[a]. Idem cùm extensio † ex vi eius regulæ fit, Cui licet plus, & id quod minus est: hoc enim argumenti genus etiam in lege correctoria nõ reijcitur[b]. Et ideo si ex statuto exules & profugi possint impunè occîdi, vtrique & vulnerari poterunt. Cum filius, qui patriam prodidit, occîdi ceu hostis publicus possit, videtur & exhæredari[c]. Aduertendum est, quoniam si argumentũ inducitur in eadem specie, cùm minus in maiori contineatur, non videtur id tam per extensionem fieri, quàm ex vi verborum descendere. Si verò in diuersa specie inducatur, non videtur in correctorijs id permittendum: quapropter qui occidere potest, stuprare nõ poterit, neq; exulis vxorem alio dedecore afficere: quod vtique cre-

42 briore calculo approbatum est[d]. Sanè in † correctorijs quoque fit extensio, cùm ad antiquum ius redigimur[e]. Sed dubitatur, de quo iure antiquo intelligendum sit. Ecce, lex municipalis agnatos præfert his, qui è latere materno coniuncti proponuntur. Filius sororis gradu proximus hæreditatem petebat, quoniam ex lege Iustiniani[f] agnationis iura ei tributa sunt, hancq; interpretationem, vt ipse compræenderetur, sumendam asserebat, quia hoc modo ad ius antiquum, nimirum

43 xij. tabul. reducebamur: nam † & videmus in legitimationibus fieri extensionem[g]: quia tametsi dispensationes sint, tamen primæuum naturæ ius respiciunt. diuersum videbatur: statutũ enim illud ideo restringitur, quia iuri communi cõtrarium est. Si ergo ad ius cõmune reducamur, cessabit restrictio, non si ad legem xij. tabul. quæ iamdiu antè sublata erat[h]. Iure aũt cõmuni filius sororis agnatus non est, in quam partem & ipse ex coniectura mentis legislatoris, alijsq; rationibus transijt. Igitur ius antiquum hîc accipiemus, quod ante legem correctoriam ex communibus iuris regulis vigebat[i]. Nec legitimationem verum est esse fauorabilem, quia iuri naturę conformis sit: sed quia beneficium est principis, in quo

44 fit lata significatio[k]. Ex mente † quoq; correctoriæ legis fit extensio, cùm aliàs elusoria esset, vel absurdum aliquid induceret. Quapropter Pontificis constitutio, qua gratiam vacaturi beneficij, ad ea, quæ post indulgentiam eriguntur, trahi prohibet, in concessione quoq; à sedis apostolicæ legato indulta seruabitur[l]: absurdũ enim esset, plus autoritatis legato, quàm Pontifici attributum: regulaq; generali traditum est, leges, contractus, sententias, testamẽta, semper eam interpretationem accipere, ne quicquam absurdi inducere censeantur[m]. Nam & lex superflua esse non debet, ne facilè eludenda. Quapropter lex, quæ fœneratores in sacris cœmiterijs sepeliri prohibet, & sepultores abominatur, etiã ad eos producitur, qui funebri pompæ & feralibus intersunt, & honoris causa funus prosequuntur[n]: cùm alioquin non difficulter vespillo aliquis humani diuiniq; iuris contemptor reperiretur, qui corpus tumulo conderet, elusoriaq; hoc pacto pœna legis redderetur: semper enim ita interpretamur, ne elusoria sit lex. Vnde vt id euitetur, argumentum à contrario sensu etiam in lege correctoria assumimus[o]. Addunt aliqui, hoc casu per exceptionem in lege positam contra naturam suam regulam extendi, etiam si iuris correctio inducatur[p]: quod tamen mihi sanè quàm dubium videtur, cùm satis sit principalẽ legis dispositio-

a l. si. C. de nup.
b l. in ea. versic. nec occidere. de adult.
c l. in suis. de lib. & post.
d Car. de ne Romani. iiij. opp. de elect.
e cap. olim tibi. de verb. sign.
f l. lege. C. de legi. hæred.
g §. per venerabilem. qui fil. sint legi.
h §. cæterum. de leg. agn. suc.
i gl. c. statutum. de præb. in vj. Feiin. c. cum accessissent. de cõstit.
k Bart. l. ij. de verb. obli.
l cle. si. de rescr.
m Cur. consil. xlv. col. iij.
n gloss. in cle. j. de sepul. in ver. sepelire.
o auth. ex testamẽto. C. de coll.
p Dec. c. cum dilecta. col. iij. de constr. vtil.

nem vtilem esse, parumq; referat, si ex abundanti in exceptionibus aliqua dicantur[q]. Cæterum & ob salutem animæ fieri hanc extensionẽ receptũ est: semp enim & eã quoq; interpretatio assumẽda est quæ vel pro religione facit vel nos à peccato liberat. Quapropter lex Federici, puberum sacramenta in contractibus obseruari iubens, etiã ad distractus extendetur[r]. Sic & lex pontificum, sub pœna clandestinas nuptias prohibens, tan- A quã fauorabilis ob æternã salutem lata, interpretatione declarabitur[s]. Sũt & pleraq; similia, quæ ab alijs tradita[t], recensere hoc opusculo operæ-

45 pretium nõ est. Nunc † ad materiã pœnalem transeundum, in qua regula generalis est[u], Pœnas interpretatione nõ adiuuandas, sed restringendas esse, semperq; in mitiorem partẽ deflectendum: soletq; vulgò dici pœnæ nunquam locum esse, nisi ea expressim à lege constituta sit[x]. Quapropter quibus casibus constitutio pœnalis extendi- B tur, nunquam tamen respectu pœnæ locum habet[y]. Sicut & Pontificis decretũ, quo etiam ignorantes malè afficiuntur, quantum ad pœnam pertinet, eos non alligat[z]. Et constitutio declaratoria, licet etiam ad præterita trahatur, respectu tamen pœnę in ea expressæ, nõ trahit[a]. Et prohibitio matrimonij sub pœna infamiæ, licet sponsalia quoq; celebrari vetare credatur, nõ tamẽ pœnam infligit[b]. Qua ratione & in contractibus, si

46 pœna † ex parte alterius adiecta proponatur, al- C terum tamen nõ coërcebit[c]. Et substitutio, quæ de vno casu ad alium extenditur, non habet locũ si pœna apponatur[d]. Et pœna in capitulo aliquo contractus adiecta, alia in parte repetita nõ censeatur[e]. Et qđ pœna dicitur, de priuatione quoque alicuius iuris intelligitur: nam & ea, quoties ex delicto vero vel præsumpto irrogatur, potest pœna appellari[f]: vnde nec huiusmodi priuationi locus erit, nisi quoties expressim hoc in lege cautum reperiatur[g]. Quapropter cliens qui in verba D domini iurauit, & tamen aliquid minus obseruauit non ideo feudo, quod vocant, mulctabitur[h], nisi expressim lege feudorum is casus comprẽnsus sit. Quod ad ius patronatus sacerdotiorum productum est[i], vidiq; quandoq; ex facto dubitari: Titius fundum vendiderat, moxq; à venditore eum in emphyteosim acceperat, adiecta lege, vt quandocunq; intra quinquennium pretium emptori redderet, fundus sibi restitueretur: is Titius canonem non soluit, & dominus fundo ma- E num iniecit, quęrebatur an sicut à contractu emphyteutico, ita etiam à pacto redimendi cecidisset? Et quibusdam uidebatur, ab vtroque cecidisse[k], cùm & ea pactio pars contractus esset. Sed hæc sententia in humana visa est, ne pœna principalis contractus etiam separatam redimendi pactionem afficeret, quæ quamuis contractui inesset, verè tamen separatam causam habebat[l]. Cùm igitur adeò odiosæ pœnæ existimẽtur, consequens est veram esse regulam, in pœnalibus F

47 extensionem non fieri[m]. In his † tamen casibus, quibus legem correctoriam extendi à me suprà scriptum est, pœnalis quoque interpretatione adiuuabitur. Quapropter & in pœnalibus, si ratio in lege scripta sit, fiet ex ea extensio. Et in æquiparatis, pœna alterum afficiens, alterum quoque distringet. Idemq; in correlatiuis, in accessorijs, in consequentibus, si aliàs quid absurdum consequeretur, vel lex esset elusoria, vel de animæ fauore tractetur quæ omnia simili casu à nobis suprà tradita, nouis exemplis rursus hîc ostendere

q Alex. l. fin. qđ quisq; iur.
r Bart. auth. sacramenta. C. si aduer. vend.
s c. ex tenore. q. fin. sint le.
t Feli c. translato. de constit.
u c. in pœnis. de reg. iur.
x l. & si quis. §. diuus. de reli.
y Io. And. c. dispendia. de rescript. in vj.
z c. tibi qui. de rescr. eo. lib.
a gl. c. j. de vsu. verbo, de cætero.
b l. solet. de in fit.
c Bald. c. j. quast dom. feud.
d l. pater Seuerinam. de cond.
e l. in testamento. eod. tit.
f l. fin. C. de bo. liber.
g §. cum igitur. in auth. de non alien.
h c. j. §. illud. quę su. pri. cau.
i gl. c. fin. de iure patr.
k Cap. de fi. mul. contract. in ij. præsu.
l Barb. consi. lj. in j.
m l. cum quidã. de lib. & posthum. Ias.

ostendere operæpretium non duxi, cùm & apud alios hæc tractata, & nusquam non reperita, facillimum sit reperire [a]. Præter igitur eos casus alij quoq; annotari possunt, quibus lex pœnalis producitur. Primus, cùm maior ratio est in casu omisso: fiet enim huiusmodi extensio. Vnde ex lege Iulia de adulterijs, cùm mœchum deprensum liceat interficere, multò magis iure poterit contumelia affici [b], quod Attici ῥαφανίσαι vocabant. Sic & rescriptum diuorum fratrum quo Præsidi prouinciæ, vnde quis incola est, permittitur ea prouincia reum interdicere, vnde oriundus est, ad eum quoque casum trahitur, quo ei interdicitur, qui cùm incola esset, nó in ea prouincia quid admisit [c], cum maior ratio vigeat, propter fugam à loco in quo deliquit: atque ita plerisque visum est [d]. Hinc etiam † communi sententia receptum est si ex lege municipij profugus posit impunè offendi, posse etiam occidi. Hinc qui in aliquem causa capitali ius dicere potest, eundem quoque ciuili iudicio condemnare poterit [e]: quod tamen in latrunculatore non procedit, cuius iurisdictio ex mandati principalis forma certos fines habet [f]. Videtur tamen, & fortè receptius est, etiam si maior ratio non subsit, sed similis seu æqualis, extensioni quoque locum esse: quod eo exemplo probatur, quo communiter traditum est, filium à patre, non solùm ex illis quatuordecim in Iustiniani constitutione relatis causis, exhæredari posse. sed etiam ex alijs æquè grauibus [g]. Nam & iura clientelarum non solùm adimi expresis ex causis constat, sed etiam si qua similis, seu maior proponatur [h]. Sed tamen aduerti æquum est, rationem horum exemplorum esse, ne filij vel clientis ingratitudo diutius impunita permaneat: quia sicut ex meritis huiusmodi illis beneficia conferuntur, ita iustum fuit ex culpa auferri: quę ratio generaliter locum sibi vendicat, causæque illæ exempla legis ipsius sunt, quibus exemplis ratio restringenda non fuit [i], maximè cùm ea ratio lege scripta proponatur. Melius itaq; hęc sententia alijs exemplis probatur, & in primis, Delata ex senatusconsulto Tertylliano successione mater priuatur, nisi tutores filio petierit. Quid si curatores? Verba rescripti, inquit Vlpianus, deficiunt [k]. Quid si cùm prægnans esset, bonis curatorem dari non petijt? Et his casibus in sententiam legis incidit. Sed & constitutio, quia indignum vltrò eligentes, ipso iure in temeritatis pœnam priuantur, etiam ad eos, qui à Romano pontifice scienter indignum postulant produciuntur [l]: quoniam eadem utroque casu ratio est. Sic & lex, ad barbaricum, vini olei, & liquaminis translationem prohibens, ad arida quoque protrahitur [m]. Sic mulier, cui dotem reperenti exceptio adulterij frustra à marito lenocinij reo eponitur, nec quidem ex sententia legis accusari poterit [n]: quod argumento est, in pœnalibus pro ipsa pœna euitanda fieri extensionem. Secundus † casus est, cùm de criminis vindicta agitur: cùm enim publicè interfit maleficia impunita nó esse [o] (quia, vt est in Publij Mimi versiculo, Bonis nocet, quicunque parcit improbis) meritò ad casus similes ex huiusmodi legibus procedemus [p]: quod tamen intelligendum, vt non idcirco augeatur pœnarum acerbitas [q]. Hinc est, quòd lex quæ ab exercitu missum infamia notat, eum quoque attingere creditur, qui ab aliquo numero militari missus est [r]. Hinc & Modestinus: Lubricum, inquit, linguæ ad pœnam facilè trahendum non est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descenderit, vel ad exemplum legis vindicandum sit [s]. Cornelius Tacitus lib. primo: Augustus, inquit, cognitionem de famosis libellis specie legis maiestatis tractauit, commotus Cassij Seueri libidine, qua viros, fœminasq; illustres procacibus scriptis diffamauerat: mox Tiberius consulente Pompeio Macro prætore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit: hunc quoque asperauerant carmina in sæuitiam superbiamque eius, & discordem cum matre animum. Quibus verbis apparet Modestinum de æquiparatis loqui, in quibus dubium non est fieri extensionem [t]. Ad hanc speciem propius accedit, quod sæpius lectum est, in pœnis maleficiorum de similibus ad similia procedendum esse [u]: cùm enim facinus patratum impunè esse non debeat, ex similitudine aliarum pœnarũ constituetur, quemadmodum & in hunc sit animaduertendum. Quapropter cùm in lege municipali crimen præuaricationis arbitrio Præsidis vindicandum permitteretur, dixi instar pœnæ in S. C. Turpilliano comprænsæ, vel si qua huic similis, condemnationem redigendam, & ideo plus minus ex causa arbitratu Præsidis discernendum. Tertius † casus est, cùm eadem ratio subest, & idem rei nomen hoc suader: fiet enim extensio à nomine vero ad nomen improprium, & quod tantummodo de facto dicitur: vt in lege Iulia de adulterijs, quæ de vxore verba faciens, etiam in ea intelligitur quæ de facto vxor sit [x]: videturq; id ex ea extensione induci, quæ de propria significatione vocabuli, ad latam in quacunque materia fit. Illud tamen mirum, legem, quæ nuptias inter pupillam & tutoris filium prohibebat, ad eum non trahi, qui prætutoris sit filius, siue eius, qui hoc nomine vsurpato rem administrat [y]: quod specialiter indultum videtur prolis fauore ne illegitima censeatur, itemq; dotis, cuius alioquin constitutio nulla esset. Adde quòd nó omnino eadem est ratio, cùm tutor efficacius pleniusq; administrandi ius habeat, protutori rerum alienandarum potestas nulla sit [z], vt in ea nihil vereamur, ne in summa dotis modum excedat. Quartus † casus est, cùm propter aliquem fauorem, pœnalis dispositionis odium temperatur, vt quia tractetur de fauore animæ, quod & in correctorijs suprà à nobis probatũ est. Idem si de diuinis ædibus, aut ecclesiæ vtilitate agatur [a]. Idẽ si cultui Christiano, fideiq; zelo expediat productionẽ fieri, quod & in quibuscunq; similibus locum habet [b]. Vltimus † casus est in subrogatis, vel aliqua ratione cõnexis: vnde dispositio de vicario episcopi loquens, etiam in vicario collegij locum habet, quando sede vacante ob interregnum, ius sodalitio deuolutum est [c]. Idem quando id, ad quod extensio, nõ esset penitus separatum: vnde decretum ordinis sacerdotalis, de clericis eligentibus loquens, etiam de hisdem præsentantibus intelligetur, de sęcularibus non intelligetur [d]. Idem quando cõnectuntur quadam consequentia: nam tunc, aliquo mutato, & alterum interpolatur. Exemplum in rescripto Traiani, quod Plinius Cæcilius epistolarum lib. x. refert: Lege Pompeia cauebatur, NE QVIS CAPIAT MAGISTRATVM, NEV SIT IN MAGISTRATV MINOR TRIGINTA ANNIS: ITEM QVICVNQVE MAGISTRATVM COEPERIT, SIT IN Senatu: subsequutum est edictum Augusti, quo

a Gemin. c.j. de tempo. or. in vj.
b l. nec in ea. de adult.
c relegatorũ. §. interdicere. de inter & releg.
d Mathesil. in tract. extens. 48
e l. ex eo. C. de ag. in reb.
f l. solemus. in fin. de iud.
g Doct. authen. non licet. C. de lib prætor.
h c.j. §. pe. quæsu. pri. cau.
i c. si Papa. de priuil. in vj.
k l. ij. §. quid si curatores. ad Tertull.
l c.j. de postul. præl. in glo fin.
m l.j. C. quæ res export.
n l. cum mulier. solu. mat. 49
o l. ita vulneratus. ad l. aquil.
p Bart l. quem admodum. C. de agr. & cen.
q gl. c. sicut. de homi.
r l. ij. §. exercitũ. de infam.

s l. famosi. in fi. ad leg. Iul. mag.
t Bar. l. quod vero. de ll. 50
u Bald. l. si quis id. de iurisdic. omn. iud.
x l. si vxor. §. j. de adult. 53
y l. si. C. de int. mat. 54
z l. ij. de eo qui pro tut. 51
a gl. c. sciant. de elect. in vj. 52
b c. ij. de diuer.
c gl. cle. etsi. de re script. ver. epi. scopi.
d d. c. sciant.

a r. cum in cunctis. iij. de elect.
b gl. cle. generalem. de ætate.
c gl. c. dispẽdia. de reser. in vj. verb. quæstio.
d l. patri de adult. 53
e l. quisquis. C. ad l. Iul. ma.
f l. si quis id. de iurisd. om. iud. 54
g Iaf. l. si constat. sol. mar. 55
h l. his solis. C. de reuoc. do.
i c. cum dilecta. de const. v. til.

quo permisit maiores xxij. annis magistratum capere, an ijdem & in Senatum deligi poterunt? Et responsum est, si iam magistratus cœperant, posse, & hactenus nouatam legem Pompeiam: alioquin qui adhuc magistratum non cœperit, tametsi xxij. annis maior sit, non posse in Senatum adlegi. Quod si vice versa edicto illo in Senatum cooptari maiores xxij. annis posse statutum esset, vtiq; & in magistratum potuissent eligi: nam & illud receptum est, cùm certa ætas dignitatibus ordinẽ annexum habentibus constituta est, & certa ordini, si restringatur in dignitate ætas, respectu quoq; ordinis mutatã existimari [a]. Eodem modo si ætas certa in presbytero necessaria sit, alia in diacono, alia in subdiacono: facta in vno mutatione, cùm gradatim hæc munera conferantur, censebitur in alijs quoque mutatum [b]. Idem cùm lex noua veterẽ interpretatur, licet interpretans vno in casu simpliciter loquatur, tamẽ de cæteris quoq; egisse intelligitur, qui in lege antiqua comprænsi proponuntur [c]. Illud non omittendum, quamuis plurimis casibus in pœnis extensionem fieri suprà docuerimus, id in telligendum, cùm huiusmodi pœnæ ex iusta & probabili causa inductę sunt: quòd si pœna supra delictum esset, & per terrorem, concussionemq; potius, quàm ex ratione indicta, tunc verba nullo modo interpretatione adiuuanda sunt, sed potius restringenda. Quapropter lex Iulia, quæ patri ius occidendi mœchũ deprensum concedit, in auo, & proauo, cæterisq; maioribus locũ non tenet [d]. Occidere enim aliquem propria autoritate, perquam crudele est. Sic & constitutio pro crimine paterno etiam filios pœna afficiens, † ad filias non extenditur [e]: quamuis enim & in odiosis masculinum ad fœminas protrahatur [f]: in pœna tamen tam irrationabili nõ fiet huiusmodi expositio. De limitatoria dispositione nunc videndum: & † nostrates interpretes materiam hanc exorbitantem appellant: cùm enim ex huiusmodi extensione derogationes legibus augeantur, meritò ab orbita, id est, communi, & lata via diuertere dicuntur: vnde & Augustinus de ciuitate Dei lib. ix. Nihil approbantes, inquit, quod exorbitet ab itinere sapientiæ. Quicquid igitur præter communes regulas inductum est, id exorbitare dicitur. Nos etiam limitatorium ea ratione dicimus, quòd intra certos limites communem regulam coërceat: quo fit, vt Iasonis sententiam minimè sequendam arbitrer, inter has voces differentiam constituentis [g]. Igitur in hac materia communiter † receptum est, si subsit eadem ratio, extensionem fieri debere. quapropter Constantinus Imperator, cùm ius donationis ex ingratitudinis causa reuocandæ mulieri, quæ secundò nupsisset, aduersus communes regulas ab stulisset: De his, inquit, quæ portentosæ vilitatis, abiectæq; pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautum putamus [h]. Sic & Roma. Pontifex, cùm quandoq; propter malam testium valetudinem, eos ante litem contestatam aduersus communes regulas recipi asseruisset, eiusdem æquitatis simili tudine etiam antiqua instrumẽta reuocari iussit [i]. Quo fit, vt eius exemplo nos quoq; huiusmodi limitatas dispositiones interpretatione posi mus extendere, quod & ratio suadet: correctoria enim strictius accipiuntur, quoniam legi abrogant, & totam extinguunt: at hæc derogant tantummodo, & aliquantulum suadente æquitate restringunt, quod nullam nouitatem, nullũ odiũ continet, meritò in his dilatio prohibenda non est [k]. Hinc est, quòd in casibus specialibus de armato milite ad latis initiatum, aduocatumq; argumentamur [l], tametsi alius militiæ professores censeantur: & de libertate ad piam causam, de alimentis ad dotem [m]. Sic succurrendum rustico propter imperitiam, vel mulieri propter simplicitatem dicimus [n], sicut & militi. Sic de minoribus quæ constituta sunt, ad furiosos plerunque producimus [o]: & quæ de furiosis aut mente captis, ad absentes [p]: & illi enim legis intellectu abesse existimantur. Sic quę fauore minorum indulta fuerunt, ecclesijs quoq; non denegari arbitramur [q]. Sic quod in lege falcidia constitutum est, ad eam quoque portionem extendimus, quę ex S. C. Trebelliano deducitur [r]. Sic lex, quæ de † possessione limitanda loquitur, etiam ad iura protrahatur, quæ tamen constat impropriè possideri [s]. Hinc Constantini sanctio, natis post donationem filijs, ius reuocandi donatori cõcedens, ad omnem casum extenditur, quo eadem subsit ratio [t]. Hinc Iustiniani sanctio, qua ex causa dotis alienatio rei, non obstante prohibitione paterna, permittitur, etiam tunc obseruabitur, cùm prohibitio in matris vel fratris testamento facta est [u], his scilicet casibus, quibus mater filiæ, frater sorori dotem dare cogeretur. Hinc etiam est, quòd licet soleat dici, ab exceptione regulam confirmari, tamen intelligendum sit, non solùm hoc in casibus exceptis non procedere, sed nec in his, qui pari ratione cum exceptis innitũtur [x]. Fit autem huiusmodi extensio, etiam si non omnino tanta ratio, quanta in casu expresso sit: quod hoc exemplo inducitur. Theodosij constitutione aduersus communem regulam, hæreditas ascendentis ex testamento descendentium delata, tametsi nõ adita, transmittitur: quid si intestato deferatur? & idem responsum est, licet nõ ęquè tanta ratio id suadeat: expressa enim voluntas testatoris id magis persuadere potuit, quàm tacita, quæ nullo facto testamento, solùm præsumitur [y]. Non † procedit hæc principalis enuntiatio quatuor casibus. Primus, cùm lex dictione taxatiua vtitur, tunc enim fieri non debere extensionem, receptum est: quoniã aduersus legem fieret [z]. Quapropter etsi lege municipali caueretur, vt eius verba ad literam, vel absq; alia interpretatione intelligerentur, huiusmodi extensio vetita censeretur. Sed tamen & hoc iudicij acumine discernendum, vt deprændamus quam ob causam taxatiua dictio adiecta sit: quid enim si lex ipsa sit, quæ huiusmodi prorogationem inducat? nec enim ex taxatiua verisimile est, legis dispositionem emendari [a], sicut nec ea, quæ consuetudine inducta sunt: quod in hac specie Pontanum obtinuisse dicitur [b]. Mandauerat quis procuratori, vt centum aureos tantum mutuo acciperet: is sub vsuris acceperat, quòd aliter non solerent pecuniæ id genus hominibus mutuo dari: responsum est, dominum in fœnus quoq; propter consuetudinem, obligatum videri. Quid item, si materia pia fauorabilisq; sit, nónne piæ causæ fauor dictionis illius limitationi prævalebit [c]? nam & priuilegia suapte natura stricte accipiuntur, & tamen in eis ex huiusmodi fauore de persona ad personam permittitur extẽsio [d]: nam & cùm statutũ esset, ne à sententia diffinitiua tantũ appellari ad metropolis Senatum posset, responsum est, nec ab interlocutoria quidem posse, propter fauorem publicum, ne quis extra patriã

k Imol. d. §. de viro.
l l. miles. de re iud.
m l. si vnus. vbi Iat. C. de testi.
n l. j. C. de iuris ignor.
o l. ij. C. de cur. fur.
p l. ij. §. fin. sol. matr.
q l. ij. quando ex fac. test.
r Bart. l. Marcel lus. ad Trebell. 56
s l. regulariter. de peti. hære.
t l. si vnquam. C. de reuoc. do.
u auth res quæ. C. cõm. de leg.
x Abb. d. c. eum dilecta.
y l. j. C. de his qui. ante apertas tab. 56
z l. ij. C. de pat. qui fil.
a l. ob æs. C. de præd. min.
b Alex. l. j. C. de bon. poss. sec. tab.
c l. iij. §. iurati. de iureiu.
d l. illud. in fi. C. de fac. san. eccles.
e Alex. l. miles. de re iud.

litium tricis implicetur: & diffinitiuæ mentio
censetur in lege facta, quòd in ea probabilior e-
rat dubitatio. Quid rursus, si adeò iustum & vltio
ne dignum sit delinquentis odium, vt aduersus
taxationis vim operæpretium sit pœnā extende-
re? quod in ea specie traditū est, qua Iustinianus [a]
certis tantùm ex causis donationes factas reuo-
cari posse cōcessit: frequentius enim creditur ex
alijs quoq; similibus eadem æquitate reuocatio-
ni locū esse. Quod & in his causis receptum est,
quibus patri permissum est filium exhęredare: cu
ius sententiæ ille est cardo, quod cum ratio in le-
gibus generaliter scripta sit, causæ illæ tanquam
exempla regulam arctare nō debent, quod & su-
58 prà à nobis tractatum est [b]. Sequens casus † est in
his, quæ ius personale inducunt, vel fauore certa
rum personarum constituuntur [c]: non enim ad
consequentias trahenda sunt, quòd huiusmodi
cùm iuris specialis sint, à communi propriè exor
bitant [d], meritoq; priuilegia dicuntur, quasi de
priuis, id est, singulis lata. ad quā speciem perti-
nent etiam, quæ certo generi personam indul-
gentur: vnde priuilegium militum, vt post sentē-
tiam adhuc exceptione perēptoria tueri se pos-
sint, ad cœlestis militiæ pugilem non produce-
59 tur [e]. Tertius est, † cùm aliquid valde odiosum,
vel irrationabile inducitur: vt cùm lex patri fili-
os filiasûe sanguinolentos victus causa vendere
concessit: nō enim alia ex causa id fieri pote[illegible] [f]:
opinor & si sanguinolenti, id est, infantes, & iam
iam nati, non sint, venditionem irritam futuram.
Accursius quid sanguinolentus in ea lege signi-
ficaret, ignorauit: nos ex Codicis Theodosiani
interprete, in eius vocis notitiam peruenimus,
hocq; argumento arbitramur, de iure non licere
patri, tametsi principi, filium suum inuitum obsi
60 dem hosti, etiā vt se redimat, dare. Quartus † ca-
sus est in statutis seu legibus municipalibus, in
quibus non videtur licita extensio: vnde & lex
Iulia de maritandis ordinibus, quæ virum iubet,
quicquid ad se peruenerit à seruo dotali, quē vo-
lente vxore manumisit, restituere, in socero non
procedit. De viro, inquit Vlpianus, lex loquitur [g],
de socero nihil in lege scriptum, & hoc Labeo
quasi omissum annotat. In quibus igitur casibus
lex deficit, nec vtilis quidem actio dabitur. Sed
hoc ego responso non moueor cùm non sit in vi-
ro, soceroq; æqualis ratio, siquidem mulier mari
to manumissori consentiens, cùm ob magnā con
iunctionem posit alia præsumptio accipi, non
facilè creditur voluisse donare: quod in socero
est contrà: sicut videmus & in extraneis, quibus
si permittamus rem nostram posidere, in posses
sorio nobis præiudicamus, quod non ita est in
viro & vxore [h]: præsumitur enim alter ab altero
iure quodam familiaritatis habere, nec ideo de-
teriorem in aliquo suam causam facere: quod ma
ximè in casu prædicto dicendū fuit, cùm dona-
tio viro facta ab vxore regulariter prohibeatur,
socero à nuru nō prohibeatur [i]. Verius est igitur
in lege quoque municipali, iuxta supradictas di-
stinctiones extensionem permittendam, vt si lex
sit iuri communi similis, vel etiam limitatoria,
interpretatione pducatur: si correctoria vel pœ-
nalis, non temerè extendatur. Vnde & aliquæ
quæstiones finiri possunt. Lex ait: Si quis triticū
extra territoriū super equo: asino, vel curru por-
tauerit, deprænsus soluat centum, Salic. [k] existi-
mat, qui super humeris gestat, vel mulum agit,
pœna quoq; afficiendū: proprius enim est, vt effe

a l.fin C.de reuoc.don.
b d.c.si Papa.de priuil.in vj.
c l.j.de constit. princip.
d c.quæ à iure. de re.iu.in vj.
e Bar.d.l.j.C.de iur.ignor.
f gloss.l.ij.C.de pat.qui fil.
g d.l.si vero.§. de viro.sol.mat.
h l.qui iure.de acquir.poss.
i l.iiij.socrui.de do.int.vir.
k l.si serui.C.de noxal.

ctus ipse exportationis consideratus sit, non au-
ferendi modus. Cui & ego assentior, prętèrquàm
in eo qui humeris gestat: cùm enim eo modo lon
gè minus exportarit, quàm iumentis posit, non
est verisimile voluisse legislatorem talem affice-
re. Lex ait, Triticū extra † territorium nemo de- 61
ferat, nunquid farina poterit? Et receptius, non
posse, extensionemq; fieri, aliàs quippe prohibi-
tio eluderetur [l]. Sed an vinum, oleū liquamina?
A Et non censebuntur vetita, non enim tanta est ra
tio [m]. Quid vice versa, si vinum, oleum, liquamina
deferri non sinantur, an triticū? Et verba legis de
ficiunt, opinor, & mens, nisi cùm lex ad Barbari-
cum transferri vetat: eius enim ratio est, ne suaui
tate frugum illecti barbari, impetum in nos fa-
ciant [n], quæ prima fuit Gallorum in Italiā aduen
tus causa, vt T. Liuius attestatur. Lex ait: Si quis
decesserit intestatus, ei existentibus masculis,
fœminæ non succedant: mortua est mulier, Sa-
B lic. negat statuto locum esse: Si quis, inquit,
ergo si quæ decesserit, cessant verba. Ego dissen-
tio, cùm absurdū non sit, voluisse legislatorem
etiam in fœminarū successionibus masculorum
vtilitati prospicere: & dictio, si quis, non omnino
ex extensione, sed ex vi quoq; aliqua verborū fœ
minas cōplectitur [o]. Lex ait: Patruis in successio-
ne præferantur consanguinei, nūquid & tutela?
Et cùm hæc æquiparata sint, & quò tutela redit,
hæreditas pertineat, Salic. putat etiam in tutela
C cōsanguineos præferri: quapropter & si lex agna
tos cognatis in successione anteponat, in tutela
quoq; extendetur, præterquam matris respectu,
cui tutela defertur, non propter successionem,
sed propter præsumptum prolis suæ amorē: vn-
de tametsi ab hæreditate excludatur tutelam ge-
ret [p]. Lex: Stantibus masculis, intestato patri fœ-
minæ non succedant: quid si testatus sit, & eas
præterierit? & cùm regula sit iuris antiqui, Quæ
ab intestato excluditur, ius dicendi nullum, vel
D bon. possessionem contra tab. petendi non habe
re, sequitur ex testamento quoq; exclusas [q]. Quid
si testator exhæredatis masculis, solos extraneos
instituit? Et putarem non esse locum legi, & fœ-
minis bon. possess. contra tab. concedendam: hu
iusmodi enim lex correctoria est [r], & ideo stri-
ctam † solùm interpretationem recepit: vnde 62
cum fauore masculorum, ab intestato fœminas
excludat, non debet extendi condito testamen-
to, quando masculorum fauor nō subest: & cùm
E huiusmodi lex duplici cardine insistat, altero
quo fœminæ excluduntur, altero quo mares vo-
cantur, si inclusiuum caput cessat, igitur & exclu-
siuum [s], maximè cum in hisce tricis perplexisúe,
humanius sit pro his pronuntiare, qui iure com-
muni, & naturali ratione potiores sunt [t]: & ita
sentio, licet alij contrà. Lex ait: Existentibus ma-
sculis, mater excludatur: quid si soror etiam ad-
sit? Et videbatur lex producenda, vt exclusa ma-
tre, † quæ prior in gradu est, soror quoque reij- 63
F ciatur. Sed contrà responsum est [u], cùm diuerso
iure soror succedat, meritò agnatum remotio-
rem excluder, & beneficio sororis mater quoq;
fruetur. Qua ratione & lex amitam excludens,
ad materteram nōn porrigetur: & si à patrueli-
bus mater excludatur, non ideo amita erat ex-
clusa: diuerso enim iure succedunt [x]. Lex ait:
Iudici salarium non debeatur, nisi post senten-
tiam: quid si per iudicem non stat, quò minus dif
finiat? Et responsum est salarium deberi [y]. Lex
ait; Rem venditam agnatus intra annum ius
redimendi

l Bart.l.quæsitū §. illud.de legatis iij.
m Bald.d.l.omnes populi.
n l.j.C.quæ res export.
o l.j.ī.eod.
p Deci.consil. xvj.
q Bart.l.Gallus. §.& quid si tantum.
r l.maximum. C.de lib.præt.
s l.alteri.de adimen.leg.
t l.æquissimum. ad Tertull.
u Alex.l.illam. C.de coll.
x Dec.consi. lxxj.
y Roma.consil. lxxxv.

64 redimendi † habeat: quid in solutum data sit? Ple
riq; deficere verba legis dixerunt, re[illegible]arumq; ex-
tat pronuntiatum sic fuisse [a]. Mihi durum
hoc videtur, propter rationem legis, & quia
uerba omnino non deficiunt: nam venditionis
appellatio, ad omnem alienationem ex lege xij.
tabularum pertinet [b]. Lex ait: Maritus vxori in
vltima voluntate vltra quartam bonorū partē re
linquere non posit: testator eam hæredem insti-
tuit, cum clausula, si testamentum non valeret, vt
donatione mortis causa deberetur: atq; ita stipu-
latus vxoris nomine erat notarius, cùm testamē-
tum irritū fuisset: Respondit Decius valere dona
tionem [c]: quoniā donatio causa mortis propriè
vltima voluntas non esset. Contrarium obtentū
fuit, propter rationem legis, ne facilè ægrotan-
tes mariti (quo potissimū tempore testari solēt)
blanditijs muliebribus seducantur: & lata signi-
ficatio vocis non repugnabat, alioquin paratis-
sima esset fraus legi. Lex ait: Mandatum testibus
probari non posit, sed solis publicis documen-
tis: an ratificatio probabitur? Et Bald. posse credi
dit [d]: quoniam lex illa correctoria & dura ad hūc
casum trahi nō debet: quod & mihi videtur: nam
quamuis quo ad effectum ratificatio mandato
æquiparetur, nō tamen quoad probationis mo-
dum. Lex ait: Qui aliquem fuscina ferrea percus-
serit, duplici pœna afficiatur: percussit quis tri-
dente, vel capite securis, quid statuendum? Et
Bald. [e] si iudici sederit tale instrumentum æquè
grauem plagam infligere, simileq; fuscinæ esse,
duplo puniendum rectè respondit. Lex ait: Adul
ter ducentis aureis puniatur, an trahatur ad stu-
pratorem? Et Salicetus ait non trahi, quare eum
grauiore iuris communis pœnā plectendum, ta-
metsi aliàs grauius stupro adulterium castigare-
tur [f]. Ego subsisto, quoniam suprà vidimus, in pœ
narum similitudine fieri extensionem, & crassa
Minerua adulterium & stuprum promiscuè acci
piuntur [g]. Lex ait: De omnibus delictis pax fieri
posit, excepto adulterio, homicidio, furto: quid
in raptore? Et receptius est posse fieri: nam alia
in raptore, alia in fure constituta uidemus [h]. Lex
ait: Quoties litis æstimatio viginti librarum ma-
ior est, probationes per testes non admittantur:
quid si partim ex testibus, partim ex instrumen-
tis quis probare velit? Et receptum est hoc per-
mittendum esse, cessat enim subornationis me-
tus [i]. Lex ait: Mulier absq; duorum agnatorum
autoritate ne contrahito: procurator mulieris
contraxit, an quod ex se prohibita est per alium
poterit? Et responsum est posse, dū autoritas con
stitutioni mandati saltem generaliter affuerit [k].
Lex ait: Qui in ecclesia aliquem percusserit, gra-
uissimè plectatur: percussit aliquis in cœmite-
rio, responsum est, legi locum esse: quoniā æqui-
parata hæc sunt iure veteri [l]. Lex: Viuus ædifican-
ti prætorium vendere teneatur, cùm in fauorem
ædificantis facta sit, nō imponet aliquam neces-
sitatem emptori [m]: tametsi aliàs emptor & vendi-
tor correlatiua, vt vocant, sint. Lex: Mulier sine
liberis decedens teneatur trientem hæreditatis
fratri relinquere: num & filio fratris? Et si solus
extet, non puto: si adsit patruus, cum eo admitte-
tur: licet Alexander etiam si solus sit, putet legi
locum esse [n]. Lex: Agnati quocunq; gradu cogna-
tis præferantur; extat consanguineus, itemq; fra-
ter vterinus: Responsum est, vterinum non suc-
cederet [o], qui propriè agnatus non est, licet iura
agnationis ex lege Iustiniani consequutus sit:

a Specul.titul. de emptione. §. nūc videndum.
b l.statuliberi à cæteris.in fin.de statulib.
c Decius consil. cxcvj.
d Bal.l.obseruare.§.fin q.xj.de offi.proc.
e Bald.d.l.omnes populi.
f §.item lex Iul. Instit.de pub. iud.
g d.l.inter cæteras.
h Instit.vi bon. ra. vers. ridiculum.
i Bart.l.certi cōdicti.§.quoniam.si cert.petat.
k l.apud.§.si ex quibus cau. in poss. Alex.consil. clxxxix.in vj.
l Arch.xij.q.j. nulla.
m Bal.l.j.C.de comm.ser.
n Alex.consil. xxxvj.in vj.
o Bald.l.lege.C. de leg.hæred.

cessat enim in eo agnationis conseruandæ ratio,
quæ sola legislatorem mouit. Lex: Frater in pa-
tris successione sororem excludat: auus decessit
solis nepte, nepoteq; relictis, quos ex duobus fi-
lijs sustulerat: Responsum est, nepotem potiorē
esse [p], tum ex ratione legis, tum quòd appellatio
ne patris, auus, appellatione fratris etiam patrue
lis continetur: idq; lata significatione acceptis
verbis. Lex: Frater defuncti excludat matrem: † 65
A de fratre patruele nō intelligitur, quia in eo non
æquè tanta est ratio, sicut in germano [q]. Lex: Syn
graphæ manu debitoris scriptæ, plena fides ad-
hibeatur: quid si aliena manu scripta, sed à debi-
tore subscripta sit? Responsum est idē esse [r]: quo-
niam paria hæc esse lex existimat. Lex: Quisquis
contractū aliquem inierit: quid si distractum? Et
receptum, idem esse [s], si eadem ratio sit vtroq; in
casu. Lex præmium accusatori decernit, quid in
denūtiatore? & eidem quoq; debebitur: fit enim
B extensio fauore publicæ vtilitatis, ne crimen im-
pune sit [t]. Lex: Frater non propter æs sibi debitū
fratrem in carcerem trahere: quid si nomen alte-
ri cesserit? Et verius est, ne cessionarium quidem
posse [u], qui creditoris loco substitutus est, alio-
quin fraus legi paratissima esset. Lex: Maritus
dotis sibi datæ tertiam partem lucretur: quid si
solùm promissa sit? Non extendetur [x], nisi gene-
ralitas rubricæ ipsius legis aliud suadeat: & ita
Baldo videtur [y]. Lex: Existentibus fratribus de-
C functi, mater excludatur: quid si extent sorores
ex latere patris tantū? Et à matre eas excludi ve-
rius est [z], nec ius cōmune hoc casu correctū cen-
sebitur, cùm nec fratris appellatione vi verbi cō-
tineatur soror, sed per extensionem tantum, quæ
in correctorijs locum non habet, præsertim cùm
non æqualis ratio subsit. Et hæc quidem exem-
pla sufficiant, cùm alioquin quamplurima alia
potuissent adduci: sed id mihi laboriosum ma-
gis, quàm vtile lectori fuisset. Sed quid si alia le-
D ge caueatur, ne statuta aliquam interpretationē
glossamúe accipiant? Et Bartolus [a] credidit so-
lùm friuolam interpretationem reiectam cense-
ri, cùm vera interpretatio, quæ ex ratione legis
descendit, naturaliter sit necessaria [b], autoritate
que ipsorum legislatorum fiat, cui non est verisi-
mile verbis illis derogari, alioquin absurda, ine-
pta, iniquaq; quamplurima adolescerent [c]: nam
& videmus demandata iudici causa, vt eam ap-
pellatione remota cognoscat, solum friuolas, ca-
E lumniosasq; appellationes submoueri [d]. Quæ
verba Bartol. vt in se vera sunt, crebrioreq; calcu-
lo approbata, indigent tamen clariore expositio
ne. Et in primis cùm à verbis legis recedendum
non sit, si lex tollat interpretationem, de extensi-
ua intelligetur, quatenus vi verborum compræn
di non posit. Vnde quod à contrario sensu de-
ducitur, exclusum videbitur, quod Baldus sen-
sit [e]: qua ratione etiam in substitutione expressa
vulgari non continebitur pupillaris: ex legis e-
F nim interpretatione, non ex verborum figura in-
est [f]. Cùm verò glossas fieri prohibet, restrictio-
nes vel augmentationem prohibere intelligitur,
nō autem eam expositionem, qua verbū aliquod
obscurum grammatico more intelligibilius de-
claramus. Quintilianus tamen libro primo, in-
terpretationem linguæ secretioris γλῶσσαι dici à
Græcis autor est: Dionysius glossematicam di-
ctionem esse ait priscam, obscuriorem, circumlo
quutionibus constantem. Diomedes † quoque 66
genera loquutionum quinq; facit rationale, ar-

p Bas.l.scimus. vij.q.C.de inoffic.
q Alex.consil. lxxxix in vj.
r l.si ita stip.§. Chrysogonus. de verb.ob.
s Iasl.l.si vnus.§. pactus ne.ff.de pact.
t l.v.§.hi quoq; ad Syll.
u l.si post diuortiū.solut.mat.
x Iasl.l.j.col.ij.si cert.pet.
y Bald.ibi.
z Alex.consil. xlv.in vj.
a Bart.d.l.omnes pop.
b l.ij.§.his legib. de or.iur.
c l.sed & si.§. quæsitū de leg. iij.
d l.j.§.fin.à quib. app.
e Bald.d.l.ij.
f Bald.l.precib. C.de impub.

tificiale, historicum, glossematicum, commune. Quid si dicatur ad literam verba intelligi debere? Et eodem modo fiet interpretatio, ne absurdum ineptumq; aliquid consequatur, neue extensione vltra verborum vim vtamur: quapropter & tunc dispositio in casu simplici loquens, ad mixtum non protrahetur[a]: quod accipiendũ, cùm mixtum ex vi sermonis non prouenit, quod suo loco explicabitur. Sed an tunc masculinum concipiet fœmininum? Et Franc. Curt. respondit, tunc quoque concipere: indeq; existimat, si lege municipali in hæreditate fraterna agnati fœminis præponantur, etiam in sororis successione potiores fore, tametsi verba ad literam intelligi debeant: cuius sententiam ego tum probarem, cum ratio fauoris agnatorum in lege expressa est: tunc enim & iste casus sub ratione eiusq; verbis compraendi dicitur, sicut species sub genere[b], nec ui extẽsionis producitur. quòd si ratio expressa non sit, existente suprascripta lege aliud censerem: & ita Bald.[c] Cornæusq;[d] responderunt, & frequentiore sententia receptum est[e]. Quid si lex dicat statutum pręcise intelligendum obseruandumque? & præcise hic significat sine tectorio aliquo, & sermonis inuolucro. Cicero ad Atticum lib. viij. Nemini cuius causam non reciperem tam humili, tam sordido, tam præcise negaui, quàm hic mihi planè sine vlla
67 exceptione præcidit. Videtur † metaphora ab his ducta, quibus imperatur, vt longis verborum ambagibus finem imponant, superfluaq; amputent, & (quod vulgò dicitur) ad punctum veniãt: vnde & præcisè quandoque dicitur, quod propter breuitatem obscurum est. Cicero de nat. Deorum lib. ij. Id, inquit, pręcisè dicitur, vt si quis Atheniensium Rempub. dicat consilio regi, desit illud Areopagi. Ad Herennium quoque lib. iiij. Præcisio est, cùm dictis quibusdam, reliquum quod cœptum est dici, relinquitur in audientiũ iudicium. Sed in casu nostro, vt dixi, aliter intelligitur, doctoresque nostri ita accipiunt, vt velit lex præcidi quæcunque alia quæ illi dispositioni officiant, ambiguamq; reddant[f]: aitq; Bald. huiusmodi verbis quæcunque glossemata reijci, nisi quæ ex alijs legibus assumuntur. Legẽ tamen correctoriam, quæ extantibus filijs fœminam excludat, tum ad nepotem non produci, quia nec præcisus hic intellectus[g], nec ex litera, sed ἐν πλάτει est. Sed nunquid in statutis argumento à contrario sensu locus erit? Et quia hic tractatus & ipse ad extensionem pertinet, non in his tantum, sed generaliter attingendus est. Videntur autem hoc nomine quatuor argumentorum
68 genera contineri. Primum † est, quod argumentum à speciali dicimus: nam si lex aliquid specialiter induci dicat, consequens est, vt ius commune in contrarium sit: & hoc casu tale argumentum dicitur, non ex mentis coniectura, sed ex ipso contextu sumi: vnde ex lege Iulia[h], quæ damnatam adulterij dicere testimonium vetat, probatur regulariter mulieris testimonium recipi: tali igitur casu putauerim etiam in correctorijs huic argumento locum esse, quia propriè ab extensione non prouenit, cum lex, quæ speciale esse dicat, ex vi illius verbi negare in alijs censeatur: hacque in specie eorum sententiam probo, qui illud quod per huiusmodi argumentum inducitur, verbis legis expresse compraendi existimauerunt[i]. Alterum genus est quod ab inclusione vnius dicitur: lex enim vnum includens, aliud

- a Ang. l. si ita de lib. & po.
- b Pet. Ci. l. iura non in sing. suprà de ll.
- c Bald consil. ccccclx. in v.
- d Corn. xiiij. in ij.
- e Alex. xlv. in vij.
- f Ias. d. l. omnes pop. col. penul.
- g Bal. d. l. maximum.
- h l. qui testamẽto § mulier. de testa.
- i Domin. c. j. prima distin.

à contrario sensu excludere videtur[k], & vice versa[l]: hocq; casu tacitè & per coniecturam verius est sensum talem accipi[m], & ideo hac specie non vereremur ad iuris antiqui correctionem, nisi cùm aliàs lex ipsa municipalis elusoria redderetur[n]. Aliud genus loci est, qui ab exceptione dicitur: vulgò enim aiunt ab exceptione regulam confirmari[o]: nam quod in exceptione compræensum non est, sequitur sub ipsa regula contineri[p], & hoc casu argumentum ex proprietate sermonis descendit, & vi verbi: vnde videtur quacunq; in materia, etiam si correctoria sit, assumendum[q]: idq; aliqui probant. Sed ex aduerso obstat quòd si lex sacri sodalitij eos fructibus sacerdotiorum priuet, qui non resident, prætérquam si infirmi, vel in Pontif. Romani obsequio sint, tamen non intelligetur eos priuasse, qui in episcopo sui obsequio sint, cùm nec hi iure communi priuentur[r]. Verùm respondendum est, exceptionem hoc casu regulam non confirmare, tum quia regula à iure communi interpretationem recipit, tum quia exceptio de Rom. Pontifici obsequentibus, satis ostendit idem iuris obseruandum in his, qui suo antistiti subseruiunt: nõ enim minor est ecclesię vtilitas. Postre-
69 mus † locus qui ἐμφατικώτερος à contrario sensu dicitur, soletq; ex dispositione generali accipi, quæ certa ratione aliquid inducit, vt ea deficiente, mens quoq; legis deficiat: & tale argumentum à coniectura vires sumit[s], non autem directò ex vi verborum accipitur. Fortissimum aũt semper est, quod sic deducitur enthymema, dùm tamen non simpliciter à contrario sensu literæ sit, sed etiam rationis, seu mentis ipsius legis. Quapropter cùm lex dicit, Cassa sint omnia per Italiam aduersus libertatem sacerdotum constituta, non sequitur, ergo extra Italiam obtineant[t]: cùm Italiæ mentio non ideo sit facta, vt prouinciæ excludantur, sed quia frequentius id mali in Italia contingebat, in qua pleræq; Respublicæ nullis subiectæ principibus sæpissimè huiusmodi plebiscita sanciebant. Quod dicitur, inquit Hieronymus[u], antequam conuenirent, non sequitur vt postea conuenerint, sed scriptura quod factum non sit ostendit. Sic in Euangelio Matthæi: Et non cognouit eam, donec peperisset: non sequitur, postquam peperisset, cognouisse: sed quidã est loquendi modus, qui ab affectatione dicitur: credebant enim fore, vt conuenirent, & vt eam cognosceret. Galli, inquit Vergilius, per dumos aderant, arcemq; tenebant: id est, credebant fore vt iamiam tenerent. Pleraque sunt huius rei in mysticis libris exempla, quæ libro aduersus Heluidium ἀντιμαρίτων collegit Hieronymus. Sic & nos plerunque loquimur, cùm dicimus, Iudices priusquam de causa cognoscerent, reum cõdemnarunt: non sequitur, ergo deinde cognouerunt: sed sumitur hic modus ex eo, quod fieri debuit. Si conuenerit, inquit Africanus[x], vt alius prætor quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret, & priusquam adiretur mutata voluntas fuerit, nemo compellitur conuentioni stare: non enim sequitur, postquam aditus sit, non licere vtrique parti ab eius iudicio recedere. Sic cùm testator iussisset fideicommissario caueri si filia non diuorteret, rescripserunt Seuerus & Antoninus[y], non videri remissam cautionem in causa diuortij, quia non est verisimile testatorem ad turpem hunc casum attendisse: imò potius credendum est, illa ab eo adiecta verba, quòd crederet filiam aliquo modo

- k l. maritus. C. de procu.
- l l. cum prætor. de iudi.
- m l. apud antiq. C. de fur.
- n gloss. l. nulla. auth. diaconissam. C. de epi. & cleri.
- o l. nam quod. §. fi. de pen. leg.
- p c. cum delicta. de conf. vti.
- q Alex. auth. ex testamento. C. de collat.
- r c. ad audientiam. de cle. non resid.
- s c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præl.
- t Authen. cassa. C. de sacr. san. eccles.
- u c. quod dicitur. extra eo.
- x l. si cõuenerit. de iurisd. om. iud.
- y l. ij. C. de condit. insert. vbi Cinus.

modo non diuersuram, vt conditio vim causę impulsiuæ respiciat. Ex qua ratione deducitur, huiusmodi argumenta legitimè non sumi à contrario causæ impulsiuæ sensu, sicut nec verborum, quæ narratiua vocant, vel quæ modum, non autem conditionẽ inducunt[a]. Itemq; quoties pluribus rationibus, quas finales vocant, aliquid inductum sit[b]: aliqua enim deficiente, non tamen dispositio mensque proferentis cessat[c]. Finge igitur, lex iubet quod minor xviij. annis nõ possit absq; certa solennitate obligari, non censebitur vt post illud tempus velit eum legitimè obligari[d], sed tantummodo prohibitio illius legis deficiet, & casus ceu omissus ex dispositione iuris cõmunis limitabitur: talem enim esse mentẽ legislatoris credendum est, ne inducta ad prohibendũ, permittere videantur[e]. Eodem modo fingẽ, lex ait: Nemo ex mutuo vltra quincuncẽ accipiat, nõ sequitur permissas esse quincũces vsuras, quas cõstat lege Pontificũ prohiberi: sed simpliciter apparet, intra quincuncẽ nihil à lege municipij dispositũ. Ex his quoq; consequens est, qui vnũ dicit, licet à contrario sensu videatur aliud excludere, vt propter mentẽ præsumptã non censeatur ea excludere, quæ ei, quod dictũ est, connexa, accessoria, similia sunt[f], cùm vt argumentum valeat nõ solum à contrario verborũ sensu, sed & mentis accipi debeat. Concludendũ igitur, cùm hic locus non verbis, sed ex coniectura oriatur, regulariter in statutis correctorijs nõ assumi, nisi his in casibus, quibus suprà in eis extensioni locũ esse docuimus, vt cùm aliàs dispositio superflua redderetur, vel elusoria. Vnde cùm lex municipalis sic scripta est: Non existentibus masculis, fœminæ succedãt, receptũ est eis existentibus fœminas excludi[g]. Sic & lex, q, mulier filios nõ habens, possit de dote testari, à cõtrario sensu intelligitur, vt si habeat, nõ possit, ne alioqui superflua
70 esset[h]. Adsumetur † tamen, quando nõ per extensionẽ, sed ex verbis quoq; aliquo modo cõpræenditur, vt in eo casu dictũ, qui à speciali dicitur[i]: itẽq; in eo, quo ab exceptione regulã firmari docuimus[k]. Sed & quoties correctio legis nulla induceretur, nõ est dubiũ tali argumento locũ esse[l]: nã tũc regulariter suprà ostendimus permitti extensionẽ, nisi esset expressim prohibita, vt quia cautũ verba ad literã intelligi debere[m]: itemq; ni si in pœnã legislator incideret, vel aliquid huiusmodi odiosum, absurdũ, ineptũ consequeretur: quæ omnia superius declarata sunt. Suprascript. quæst. cohæret alia quoq; regula, qua vulgò dicimus, cõtrariorũ eandẽ esse disciplinã[n]. Videndũ igitur quomodo intelligenda sit, & an in legibus municipalib. locũ sibi vendicet. In qua re breuiter dicendũ est, vbi eadẽ est ratio, ibi eandẽ esse contrariorũ dispositionẽ[o]: vbi diuersa sit ratio, diuersam[p]: vbi cõtraria, contrariã[q]: tuncq; esse regulæ locũ, quæ in Topicis traditur. Id propositũ. in proposito operari, quod in opposito oppositũ[r]. Quapropter apparet hęc non ex vi verborũ, sed ex ratione ipsa procedere: & ideo in casibus, quibus suprà ostensum est à verbis non recedi, & extensioni locũ non esse, huic quoq; regulę nihil tribueretur. Hincq; est, quòd si lex municipij sororẽ excludit ab hæreditate fratris, non videtur viceuersa fratrẽ sororis hæreditate priuasse[s]: sicut videmus, quòd media iuris prudentia masculos volebat fœminis succedere, & nõ ex aduerso fœminas maribus: quoniã cõmodius visum erat, sic iura constituere, vt plerunq; hæreditates ad

- a l. Titio centũ. in pri. ff. de cõd. & dem.
- b §. affinitatis. Insit. de nupt.
- c l. j. §. sexum. de postul.
- d Bald. l. j. C. de inutil. stip.
- e l. legata inutiliter. de legat. j.
- f Felin. c. nonne de præsump.
- g Alex. l. j. de offic. eius.
- h Anchar. cõsil. ccxiij. isto prin.
- i Bal. l. obseruare. §. proficisci. in iij. quæst.
- k Bald. consil. dcxxiij. in prouincia. in l. j. qu.
- l Felin. c. significasti. de foro cõpet.
- m gl. clem. j. de vsur.
- n gl. rubr. ff. de acq. poss.
- o l. ab emptione. pact.
- p l. inter stipul. §. sacram. de verb. ob.
- q l. & si contra. de vulg.
- r l. fin. §. fin. de leg. iij.
- s Bald. l. lege xij. C. de leg. hær.

masculos confluerent: obtinuitq; diu hęc sententia, donec per Iustinianũ abrogata est. Sic Senatusconsulto Tertylliano mater filio succedebat, & non filij matri, donec deinde ex Orficiano ei quoq; prouisum est. Vndè apparet, quãuis æquũ
71 sit successiones † esse reciprocas[t], nõ tamen hoc sufficeret vt extensio fiat, nisi quatenus noua lege caueatur: nec enim id per regulã veterẽ generaliter statutũ est, vt sicut ego tibi, ita & tu mihi succedas, sed certis tantũ casibus[u]: vnde extensioni, quã passiuã vocant, locus nõ est. Quapropter ex facto pronuntiatũ scio, cùm lex legitimatos †
72 prohiberet legitimis succedere, non censeri viceuersa vetitũ filio legitimo, quo minus ipse ei, qui natalibus restitutus esset, succederet. Cæterũ & è conuerso, si lex fratrẽ ab hæreditate sororis alienum esse velit, nõ prohibetur soror fratris hæreditatẽ adire[x]: verba enim legis obseruanda sunt: & qui eis nõ excluditur, iure cõmuni potior erit: cùm si quicquã indecens constitutũ sit, non ideò ad consequẽtia sit trahendũ, vt aliud quoq; inducatur. Sic & Paul. Castrensis[y] legem, quã soror ab hæreditate fratris reijcitur, respondit ea interpretatione non accipiendam, vt etiam ab hæreditate sororis excludatur: quæ sententia est vera, nisi in lege ratio cõseruandæ agnationis expressa sit, quo casu suprà aduersam huic Curtij[z] sententiã probaui. Non tamen perpetuũ est in legẽ municipali huic argumento sedẽ non esse. Atqui in casibus, quibus extensio fit, fortissimus hinc accipietur locus: quo fit, vt in correlatiuis æquiparatisq;, etiam si de pœna agatur, nõ tamen tali cardine innixa ratio explodatur[a]: cuius rei exẽpla quamplurima Iason refert. Hinc est, quòd si lege cautũ sit, ne testibus exceptio probari possit, nec actio quidem poterit[b]: cui enim damus ãctionẽ, multò magis exceptionẽ: & regula iuris antiqui est, in probationibus non plus actori †
73 fauendum, quàm reo. Hinc prohibitus à lege correctoria aliquem condemnare, censebitur prohibitus & absoluere[c], nisi legis ratio sit, quia suspectam habeat iudicis sæuitiam. Quapropter hæreticæ impietatis quęsitor, delatum ad se reum absoluere poterit, condemnare solus non poterit[d]. Hinc si lex legatum probari per duos testes posse cõstituat, etiam ademptio legati hoc numero probabitur[e]: paribus enim passibus in iure ambulant datio & † ademptio[f]. Et hæc quidẽ suffi-
74 ciant. Cęterũ cùm extensio etiã ex varijs argumẽtorum generibus in iure nostro fiat, erunt fortè qui hanc quoq; partem à nobis attingi desiderabunt. Sed hi velim sciãt, à plerisq; tam veteribus quàm recentioribus, adeò diligenter, etiam integris voluminibus materiã hanc explicatam, vt minimè nostra opera quisquam indigere possit: adde quòd omnino hæc argumentandi ratio ad Iureconsultos non pertinet. Optimus erat legũ interpres Trebatius, etiam priusquã M. Tullius Topica eius nomini dicaret: qui enim iudicio naturali lepram à lepra (vt vulgò dicitur) discernere nequit, is legibus nostris addictus, olei & somni iacturam facit. Spectãt huiusmodi ad dialecticos, quorum ars in contentione verborum consistit: Iurecõsultum verò id solũ decet, vt rationes legis consideret: vbi ratio dissimilis est, ibi argumentum esse inefficax sciat: at vbi similitudo rationis adest, etiam si alioquin res diuersissimæ sint, tamen ab vna ad aliam procedemus. Quid magis inuicem pugnat, quàm testatum esse, & intestatũ? & tamen de vno casu ad aliũ argumenta-

- t §. filiũ. in auth. quib. mo. nat. ef. fi. sui.
- u l. si ab eo C de leg. hær. l. cõmunium. C. de nat. lib.
- x Bal. l. testamẽtum nõ ideo. C. de testam.
- y Paulus consil. cccxl. hæreditas prædium. Dec. consl. lxxj. in fin.
- z Cur. consl. ix.
- a Ias. l. fi. C de ind. vid. tol.
- b Bald. c. j de mut. petit.
- c l. nemo qui. de reg. iur.
- d gl. cle. j. de hæret. ver. eos.
- e Bal. l. fin. C. de fideicom.
- f gl. l. cum proponebatur. de leg. ij.

mur.[a] Quid ampliùs dissidet, quàm sacerdos & asinus? & tamen de vno ad alium Alexander Pontifex, ceu de similibus argumentando, processit: quod Antonius Butri. adnotauit[b]. Quid rursus tam malè cohæret, quàm perplexitas, & verendorum nerui? & tamen Gregorius similia hęc existimauit[c]. Ex similitudine igitur rationis † legũ scientia porrò extendenda est, locorum argumentorumúe sedibus hisce, qui se Logicos dicunt, derelictis. 75

a l.causa de leg. b c.fin.de treu. c c.nerui.de test. xij.dist.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLAN. DE VERBORVM SIGNIF. LIBER TERTIVS.

SVMMÆ.

1 *Legum, humanorumq; actuum discrimen multiplex, ex causa secus.*
2
3 *Pura non extendi ex caussis contrà.*
4 *Extensionem ex mente fieri idq; varijs ex caussis. 5. 7. 8. 10. ex caussis secus. 11.*
6 *L. Tale. §. fi. de pact. explanari.*
9 *Omissa pro expreßis ex caussis habenda.*
12 *Conditionalia non extendi: in casibus diuersum. 15.*
13 *Legitimatos filios dici.*
16 *Substitutum ventri, nullo nato, admitti.*
17 *Conditio necessaria extendibilis, nisi in casibus.*
18 *L. Mulier. ad Trebel. & l. fideicommissa. §. si cui. de legatis iij. consiliari.*
19 *Tunc vocis effectus.*
20 *Substitutum, excecto ventre, admitti.*
21 *Conditio spontanea inextendibilis: ex caussis diuersum. 22. 23. 24.*
26 *Posthumo etiam mortuo substitui.*
27 *Substitutum nascituris pluribus nascituris, nato vno, succedere.*
28 *Substitutioni etiam non natis institutis, locum esse.*
29 *Simplex ad mixtum, nisi ex caussis porrigi: idq; in quouis actu.*
30 *Causæ potentioris variæ: eædemq; spectandæ. 31. 32.*
33 *Actus inutilis sustinendi spectandi modus: ex caussis contrà 34.*
35 *Voluntatem ob superuenientiam inopinatum mutatam censeri.*
36 *Clausulam, rebus sic stantibus, ex caussis cessare alioquin contrà.*
37 *Probationes variè sumi.*
38 *Taciti actus legis, an hominis sint, dinoscendi modi.*
39 *Contractuum, & vltimarum voluntatum discrimina.*
40 *Voluntatum vltimarum remedia.*

SVPEREST nunc, vt ad actiones hominum deueniamus: & sicut à nobis, quemadmodum legibus extensio fieri posßit, suprà expositum est, ita in pręsentia declaremus, quemadmodũ contractus, & vltimæ morientium testationes, ad casum omissum per interpretationem produci posßit. Nec absque consilio nobis visum est materiam hanc separatim tradere, non quòd inter contractus quoque & vltimas voluntates aliquæ nõ sint differentiæ[d], sed quòd multò maiores simul hæc habeant cum legum
1 interpretatione discordias. Quarum † est causa,
2 quòd legis † dispositio ex sola mente unumquẽque obliget: neque enim legis mens aut ratio ideo minus pollet, quòd verbis non sit expressa, cùm non minus committat in legem, eiq; fraudem faciat, qui verbis obtemperans rationem negligit[e], quam qui vtrumq; negligit: at in humanis actionibus sola mens nihil proficit, nisi aliquo modo expressa proponatur[f]. Ad hęc rationem legis perscrutari plerunq; facilè est, ex eaq; argumentari concessum est, cùm generaliter proditum sit, id pro statuto habendum, quod legislatores, si de eo casu interrogati fuissent, verisimiliter constituissent[g]: quem sensum ἐκ τῆς ἐπιεικείας, id est, ex bono & æquo accipi, Aristoteles Moralium v. auctor est. At rationes hominum in vltimis voluntatibus discernere difficile est, in cõtractibus longè difficiliùs, cùm semper debendi reus negaturus sit, ne productio fiat[h], creditor propter vtilitatem sit affirmaturus: meritò igitur fatendum est, interpretationes huiusmodi faciliùs in verbis legum fieri: quod non paucis quoque in speciebus exempli causa demonstrabo. In edicto prætoris[i], cùm de actione fiunt verba, & de pœnali, & de qualibet alia intelligitur: at cùm quis in iudicijs actionem intendit, de speciali tantùm accipitur[k]. In lege eùm diœcesis fit mentio, & de ciuitatis, & de agri administratione intelligitur[l]: at in hominis dispositione, extra ciuitatem tantum diœcesis est[m]. In lege singularis, quam ἀοριστικὴν id est, indefinitam vocant, semper vniuersali æquipollet[n]: in dispositione hominum non item. Lex de curatore loquens, etiam in tutore locum sibi vendicat[o]: at si testator curatorẽ dare se impuberi dixerit, nihil agit nec tutor datus intelligitur[p]. Sic quoties lex filij mentionem facit, non est dubium & nepotem contineri: cùm testator filius tutores dat, nepotibus consuluisse non videtur[q]. Si lex vniuersali termino etiam geminato vtatur, vt quicunque, quisquis, ad idoneos regulariter restringitur: at in contractibus aliud est[r]. Vnde qui sibi & quibuscunq; hæredibus feudum, quod vocant, stipulatur, etiam de extraneis & aliàs incapacibus egisse præsumitur, idque receptius est. Quoties tamen voluntas in obscuro non est, nulla constitui differentia debet: quin sicut verba legum generaliter, quatenus ratio suadet, intelligitur, ita si & hominum dispositiones, regulasq; illas obseruemus, quibus traditum est, de placitis hominum, ad legum scita argumentum valere[s], sicut de contractibus ad vltimas voluntates, & vice mutua de hisce voluntatibus ad contractus[t]: cumq; inter hos aliqua differentia sit, leges municipales vltimis voluntatibus potius quàm cõtractibus accedere[u]. Igitur ad rem deueniamus, puto quinq; axiomatis, seu conclusionibus materiam hanc omnem extricari posse. Prima est: Prouisio † qua quid purè dispositum est, in vno casu facta, ad alium non producitur. 3 Quapropter si alij fundũ, alij vsumfructũ eiusdem fundi testator legauerit, vsusfructus cõmunicabit: quia fundi appellatione etiã vsusfructus cõtinet[x], nec error testatoris faciet, vt alij solus vsusfructus det, nisi aliter

d Ias.l.quæ de leg.ff.de legat.j. e c.fi.de reg.iur.in vj. f l.quidam cum filium. de hære. instit. g l.tale.§.fin.de pact.in gl. h l.an inutilis. de acceptil. i l.j.§.quod autem.de alea. k Bart.l.hoc legatũ.de leg.iij. l l.j.C.de [illegible] m c.Rodulphus.de rescri. n Bart.l.si pluribus.de legat.ij. o glo.auth.minoris.C.qui dar.tut. p l.tutores §.j. de admin.tut. q l.quod si nep. de test.tut. r Bald.l.j.C.fin.cer. Ias.l.j.§.nũtiatio.veri.iij.de ope.no.nunt. s l.non impossibile.de pact. t d.l.quæ de legato. u gloss.l.j.C.de his quib. vt indig. x l.si alij.de vsufru.leg.

ter verba conceperit. Sic & testator, qui tutores filijs dedit, de eo non intellexisse censebitur, quẽ habere se ignorabat, tametsi verisimile sit ei quoque si sciuisset daturum[a]. Sic cùm dotem pater daret, si in alterum casum vel diuortij vel mortis stipulatus sit, in alterum, in quem non pepigit, mulieris actionem esse responsum est[b]. Et conclusionis ratio illa est, quod in dubio stãdum est verbis, nec videtur quis aliud sensisse, quã quod verbis expreßsit. Non obseruatur prædictũ axioma quatuor casibus. Primis est, cùm id, quod o-
4 missum est, virtute † expreßi intelligi potest, vel ex natura actus[c], vel ex antecedente, consequenteue[d] necessario, vel propter connexitatem[e], vel quia inuicem se respiciant[f], vel quia per argumẽtum à contrario sensu id suadeatur[g], vel quia prouisum in simplicibus esset, & de casu mixto agatur[h], vel quia testator plus expresserit: nam & de eo quod est minus, vtrique verisimile est prouisum[i]: quod & quandoque viceuersa accipitur, & ex minori per coniecturam ad id quod maius est perducimur. Sanè & quædam propter fauorem vltimarum voluntatum pro consequentibus seu connexis habentur, quæ in contractibus separata censentur. Ecce: Qui vẽdit fundũ, inter seu viã ad eum præstare non tenetur, nisi expreßsim ita conuentum sit[k], & tamen hæres fundum à testatore dare iussus, viam quoque ad eum præstabit[l]. Qui mandat numerum Canonicorum coerceri, quia reditus diminuti proponantur, non censetur id mandasse vt auctis facultatibus augeatur[m]: quod tamen in vltimis voluntatibus contra est[n]. His non absimile quod in dispositione legis Bartolus scripsit in causa læsæ maiestatis, famosi, itemque alij testes reprobi admittuntur. Qui igitur eo crimine legatum accusat, quia successorem non admiserit, hoc ipsum hisce testibus probare poterit. Quòd si negetur eum legitimum successorem esse, non poterit, nec huiusmodi consequentia adminicula idem
5 priuilegij habebunt[o]. Secundus † casus est, quãdo verisimilis mens testatoris est, vt idem sit in casu omisso. Quod in eo responsum est, qui vterum filiæ prægnantis instituit, cùm se inscio ruri albescente cœlo iam enixa esset: erit enim infans ex eo testamento hæres[p]. Sic & qui posthumum instituit, quem credebat in lucem se mortuo venturum, eo quoque casu instituisse cẽsebitur, quo, se viuo, nascatur[q]. Sed tamen hoc ita intelligendum, vt procedat, cùm de eadem persona agitur: idẽ enim ille nepos est, siue iam natus: siue pòst nascetur, siue viuo, siue mortuo testatore. At si alia persona sit, casus pro omisso habebitur: cùm enim testator de ea non cogitauerit nec disposuerit, saluis regulis iuris non possumus aliter constituere[r], cùm præsumpta testatoris mens, nisi in aliquam dispositionem transierit, non obseruetur[s]: nam actus hominum vltra eorum præsentem cogitationem non operãtur[t]: receptum est, testantium voluntatem ex eo interpretationem accipere, quod ipsi opinabatur, non ex eo, quod ex se verum sit[u], maximè cũ regulariter vlla persona extrinsecus assumi non soleat[x]: nam etiam in substitutione vulgari nunquàm videmus omissum verbis casum ex mente comprændi, cùm substituti persona variatur[y]: mandatum quoque ad aliam personam non producitur, tametsi idem effectus consequi inde posset[z]. Nec me quicquam mouet, quòd à Seuero Imp. constitutum est, posthumum testamento matris præteritum, quæ in puerperio repentina morte decesßit, coniectura mentis maternæ cùm fratribus censeri institutum: nec eo casu testamentum ceu inofficiosum expugnari posse[a], quia arbitror propter iustam impedimenti causam, & quia nullum filijs damnum inde oritur, atque etiam odio querelæ, ita constitutum. Minus quoque moueor Papiniani responso[b], quo pactionem † dotis mihi vel fratri hæredi meo 6
restituendæ, non prodesse fratri respondit, si hęres non sit, sed filijs potius meis, quos postea susceperam, hæredesque scripseram: nam ibi mentio fratris demonstratiuè addita erat, cùm crederet stipulator fore, vt is esset hęres: vnde susceptis postea filijs ipsi agunt, quia pacti verbis non excluduntur, cùm hæredes sint. Non ergo is casus potest omnino omissus dici. Et licet Accursius ex eo responso generaliter censeat, id pro statuto habendum, quod verisimiliter constitutum fuisset, si de eo quæsitum foret: vt demus verum esse in legibus, quarum mens sola obligat[c], in actionibus certè hominũ aliud est, & ex hîc tractatis distinguendum. Quo fit, vt etiam recentiorum quorundam sententiam probare non posßim, mentem testatoris obseruari arbitrantium, etiam si aduersus verba faciundum sit[d]. Si enim id sequeremur, sola mens absque vllis verborũ adminiculis sufficeret, quòd suprà falsum esse ostendi. Ad mentẽ igitur attendimus †, non quando aduersatur verbis, sed quãdo pręter verba est, 7
cùm scilicet casus omissus est, non quãdo aduersus. Quod & ex ea cõmuniter recepta sententia deprændi potest, qua traditur in ea cõditione, si Titius decesserit sine filijs, non censeri filios aliquo modo ex testamento vocatos[e], cùm quæ in conditione sunt ad dispositionem non referantur: nam etiam si aliqua coniectura adsit vt quia huiusmodi filij grauati à testatore fuerint, vel interdicta illis alienatio, non tamen à verbis recedimus, & solũ in cõditione positos arbitramur: huiusmodiq; quãplurimas coniecturas in Socini[f] responsis confutatas cernere est, quæ in præsentia referre operæpretiũ nõ est. Posset tamen tam euidens coniectura mentis allegari, vt ad casum quoq; omissum dispositio testatoris meritò producẽda videretur. Quo argumento in substitutione vniuersali, casu quo nullus filiorum testatoris sit superstẽs, respondit Alex.[g] substitutũ etiam à fœminis legatarijs excludi propter quasdam coniecturas. Tertius est † quando casus non 8
omnino omissus est: tunc enim ex mente fiet extensio. Cuius rei exemplum est, quando testator in simplicibus disposuit: non enim mixtum casum omnino omisisse creditur, qua de re infrà quinto axiomate diffusiùs agetur. Sed & si sub verbis aliquo modo contineri potest, pro omisso non erit, quod in ea specie à Decio[h] responsum est, cùm testator Titio substituisset, & eius filijs deficientibus, sed decedentibus: licet enim non dicatur decedere, qui non natus est, dicitur tamẽ ἐν πλάτει & crassa Minerua, deficere. Sed hoc vix mihi persuaderi potest, vt deficere dicatur quod nunquã incœperit[i]: & ideo verius arbitror, nullo modo ex verbis, sed ex coniectura mentis solùm intelligi. Cæterùm & casus † ille omissus 9
non censebitur, qui ex verbis saltem impropriè acceptis comprændi potest[k]. Idem quoties testator vnicum casum expreßsisset, verisimiliter credens alium non euenturum, alioquin illum etiam expressurus, is pro omisso nõ habebitur[l].

a l.si quis ita.§.si quis cum. de test.tut. b l.si cum dotẽ. sol.mat. c l.si non fuerit.pro soc. d l.illud.de acq. hæred. e l.Luc.§.Paul. de adimen.tut. f l.alteri. de adimin.leg. g l.aliquando. de condi.& demonstr. h l.si ita. de lib.& posth. i l.qui quartũ. de leg.j. k l.in vend. de contrah.empt. l l.binas.de seruit.vrba.pręd. m c.fin. de ver. signifi. n l.fin.§.fin.de leg.iij. o Bart.l.in quæstionibus. ad l.Iul.maiest. p l.Titius.§.fin. de lib.& posth. q l.fi.C.de posth. hæred. r d.l.si quis ita. §.si quis cum. s d.l.quidam. cum. t l.non omnis. si cert.pet. u l.quo loco.§.i.de hær. instit. x l.si ita stip.§.Chrysologonus. de verb.ob. y l.si pater s.im puber. vbi Imol de vulg. z l.mandati. de neg.gest.

a l.iij.C.de inoff.test. b d.l.tale.§.fin. c l.nominis.§.j.eod. d l.hæredes.§.cũ ita.ad Treb. l.Publius.§.fin. de condit.& demonst. e gl.in l.Lucius de hæred.insti. Cur.consl.xlv. Cor.consil.cxviij.ij. f Socin.xxvj.iiij. g Alex.consl.xvij.vij. h Decius consil. ccxxvij. i l.Titio vsusfr. de cond.& demonst. k l.diuus.de vsu & hab. l l.mulier.in prin.ad Treb.

Quod & in cōditionibus procedit, quamuis specialiter & ad vnguem obseruari debeant. Idem opinarer quoties id esset expressum, quod frequentius solet euenire, vt non censeatur rarius continentem casum exclusisse, in quo eadem ratio: idemque effectus sit[a]. Idem quando id expressisset, cui aliquid ex consuetudine soleat accedere: nam de eo, quod ex sequela est, actum quoque interpretabimur[b]. Quapropter cùm negotiator Titio mandasset, vt mutuò centum sola acciperet, responsum est sub vsuris accipi posse, quòd nō soleant negotiatores inuenire, qui alia cōditione mutuare pecuniam velint[c]. 10 Quartus † est, cùm casus omissus est similis expresso, & eundem effectum habet: fit enim ad eum extensio. Quapropter si mandauero, vt pro Titio fideiubeas, & tu non fideiusseris, sed creditori mandaueris, vel aliter egeris, quàm quòd mādatum sit, nihilominus tenebor[d]. Vnde & Iason cùm diligenter seruandos mandati fines docuisset, ab eiusq; formā nō recedēdum, subdidit tamē posse plenius vberiusq; adimpleri: posse formę superficiem negligi, dum effectus seruetur: posse quod mādatum nō est, sed mādato vicinum, expediri[e]. Itemq; quod cōnexum, quod antecedēs, quod consequens, quòd accessorium, siue de iure, siue de cōsuetudine, quæ lātius apud eū legenda reliquimus. Hinc prohibita à testatore alienatione, omnis modus vetitus cēsetur, vnde aliquo casu dominiū transferri posit[f]: cōcessaq; executori facultāte vēdendi, vt creditorib. satisfiat, poterit & in solutum dari, & pignori opponi, cæteraq; fieri, vnde huiusmodi causa satisfactionis obseruetur[g]. Qua ratione in quæstione facti obtentum vidi Romanus Pontifex præpositio cuidam concesserat, vt ex ecclesiæ immobilibus bonis vsq; ad quingentos aureos alienaret: is cēsus quosdam vendiderat, responsum fuit, quamuis huiusmodi iura appellatione bonorum immobilium stricto sermone non contineantur[h], tamen propter effectus similitudinem, non esse dubitandum, quin alienatio fieri potuerit. Quandoque 11 tamen etiam † si idem effectus suadeat, nō fit huiusmodi extensio: vt cùm prætor tutoribus permittit vendere, si illi obligent, nihil agunt[i]: si eñ voluisset prætor vt eis obligare liceret, non rectè partibus suis functus diceretur, qui vēditionem concessisset: meritò decreti forma seruanda fuit. In materia quoque stricta, in qua à verbis non recedamus, quales sunt gratiæ ad beneficia, quæ propter ambitionem sacerdotum restringuntur, non accipietur huiusmodi interpretatio[k]. Sed & extensio non fiet ad casum principis dispensatione indultum, tum quia de tali testatorem cogitasse non est verisimile[l], tum quia idem omnino effectus inde non prouenit[m]. Qui enim aliquid filio prohibet antequam legitimam ætatem habuerit, de eo, qui veniam ætatis impetrarit non intelligitur: non enim princeps rescripto suo maturitatem consilij illi dare potest[n]. Hinc quoque illud inductum quidam arbitrantur, vt si pro tutore fideiussero, isque non administrauerit, tametsi adhuc iste conueniri posit, ego tamen non posim: ipse enim conuenietur, tanquam socij qui administrauit fideiussor[o]: at ego pro eo solum promisisse censeor, quod propria obligatione, non quod aliena debeat: cùm ergo idem effectus non sit, ad hunc casum fideiussio mea nō protrahetur[p]. Quo exemplo cùm miles in procinctu societatem prædæ de hostibus faciendæ cum Titiō contraxisset, dixi, in hanc causam id non protrahendum, quod is ab alio socio consequuturus erat, sed id solùm, quod ipse manu, virtute bellica cepisset: nam & solet dici[q], Socius socij mei, mihi socius non est. Secundum † 12 axioma in hoc tractatu est: Prouisio conditionalis in vnum casum, non trahitur ad omissum, qui expresso dissimilis sit[r]. Quapropter pater dotē sibi reddi in casum mortis filiæ stipulatus, in casum diuortij integram filiæ actionem reliquisse censebitur: & viceuersa, si in casum diuortij sibi stipulatus sit, filiæ heredes in casum mortis dotem repetent: casus enim hi dissimiles sunt, cùm qui sibi diuortio sequuto paciscitur, mulierem retrahat, ne facilè aut ipsa diuortat, aut marito diuortendi causam prestet. Qui verò in casum mortis stipulatur, mulieri facultatem relinquit, vt eadem dote posit iterum nubere. Nec obstat, quòd extraneus dotem sibi reddi in casu facti matrimonij, & quoquo modo soluti, stipulatus in eum quoque casum aget, quo matrimonium à principio non valuerit[s], & sic factum non sit: nam hoc ex mente inductum est: constabat enim de errore extranei matrimonium valere existimantis, vnde datum ob causam, ea non sequuta, condici debuit. Confirmatur axioma illud eo quoque responso[t], quo traditum est, posthumum suum hæredem commodissimè institui, siue viuo me, siue mortuo natus sit: quia si alteruter casus omissus fuerit, eo qui omissus sit, natus rumpet testamentum: ex mente enim testatoris adparet, hosce casus eum pro diuersis habuisse, vt qui fortè cuperet vel videre sibi hæredem, vel suppositītium partum post mortem vereretur, vel alia simili causa. Quòd si appareret conditionem se mortuo appositam, quia existimaret se tunc moriturum, cùm præter spem superuixerit, aliud ex Iustiniani sanctione esset[u]. Ego tamen Iustiniani decisionem proprietate verbi defendi arbitror: quia dictio, intra decem menses, significat vsque ad decem menses, quod infrà declaraui[x]. Pro eadem sententia etiam illud inducitur, quòd fideicommissum alicui relictum, si hæres sine liberis decesserit, adoptionis commento nō extinguitur[y]: non enim naturalis & adoptitius hoc casu videntur similes, quia cùm conditio à testatore apposita ex incerto euentu pendeat, nō debet in potestate hæredis esse, adoptando sibi filios fideicommissarium eludere[z]. Quapropter existimauerunt quidam si filij antè iam adoptati fuissent, tunc conditionem pro defecta haberi[a]: deficit enim hoc casu ratio, solentque in iure adoptiui pari in casu cum iustis filijs esse[b]: & id nō nominis solùm respectu[c] (nam & ipsi filij sunt) sed etiam effectus. Quam sententiam defendi posse opinor, cùm testator huius rei conscius erat, scilicet hæredi filios adoptiuos esse[d]. Idemque certius adfirmandum, cùm verba conditionis de filijs legitimis tantùm concepta sunt: qua tamen in re aliter Decio[e] visum est. Sanè operæpretium est S. consultum referre ad has adoptiones pertinens, Pub. Mario, L. Asinio COSS. tempore Neronis factum quod hisce verbis Cornelius Tacitus libro xv. refert: Precrebuerat ea tempestate prauissimus mos, cùm propinquis comitijs, aut sorte prouinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, prēturasque aut prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia Senatum adeunt, ibi naturę munus,

a Gl. auth. cassa. C. de sacr. sanct. eccl.
b l. quicunque. §. pe. de inst.
c Roma. l. iij. §. iurent. de iureiur.
d l. fin. §. si mād. l. si. l. si procurator. C. de proc.
e l. iam tamen. §. pen. iud. sol.
f Bar. l. in quorum. de pig.
g Barto. l. alio. col. iij. de ali. ieg.
h l. à diuo. §. in vend. de re iud.
i l. si pupillorū. §. si prætor. de reb. cor.
k c. susceptum. de resc. in vj.
l l. apud Iul. §. si. de legat. j.
m l. si C. de his qui ven. æta.
n l. j. de minor.
o l. fi. C. si tut. non gess.
p l. iij. §. illud. rem pup. sal.
q l. nam suis ff. pro soc.
r l. si cum dotē. sol. matr.
s l. si extraneus. de con. ob cau.
t l. commodissimè. de lib. & posth.
u l. fin. C. de post hær.
x l. si quis sic. de verb. signific.
y l. fideicommissum. de condit. & demonst.
z l. nec ei. §. j. de adop.
a Ray. d. §. & quid si tantum.
b l. nec in ea. de adult.
c l. fi. de bon. dam.
d l. si te parens. C. de suis & leg.
e Dec. cccxviij.

munus, labores educandi aduersus fraudem & artes, & breuitatem adoptionis enumerant: satis pretij esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta & obuia haberent: sibi promissa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum vota repentè adæquaret. Factum ex eo S. consultum, ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vsurpandis quidem hæreditatibus prodesset. Quibus verbis satis ostenditur, quantam differentiam antiqui inter iustos filios, & adoptiuos constituerint. Hincque consequenter deducitur, an grauatus si sine filijs decesserit, si filios legitimatos, hoc est, natalibus beneficio principis restitutos, relinquat, restituere teneatur? Et crebrior sententia est conditionem defecisse, siue per subsequens matrimonium, siue per rescriptum legitimati fuerint: Qđ etiā in ea specie receptū est, cū conditionis verba sunt, si sine filijs legitimis, & naturalib. decesserint. Lex. n. hosce iustis filijs ęqparat, nihilq; à legitimis legitimatos differre iubet: nec hi inuicē dissimiles à legitimis & naturalib. censent[a], cū nō ex sola legis imagine, sed etiā ex origine naturę filij sint[b]. Sed qđ si verba cōditionis cōcepta sint, si decesserit sine filijs ex se legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio ꝓcreatis? Tūc. n. nō est dubiū ꝑ rescriptū legitimatos excludi. Quid si per subsequēs matrimoniū? & iste videtur casus dissimilis, cū testator tēpore originis voluerit legitimos nasci: qualitas enim adiecta verbo, secundū verbi tempus regitur[c]: & hac ratione ita Antonius Butr. decîdit, & respondit in quæstione facti Baldus Alexanderque[d]: nam & idem (inquit ille) in feudo traditum est, quod aliquis sibi & filijs legitimè descendentibus stipulatus esset: nam legitimati per subsequens matrimonium legitimè descendere non dicuntur: idque Baldus[e] probauit. Accedit, quòd & ex consuetudine, quæ hæreditatem primogenito defert, non admittetur naturalis maior natu, in iusti filij postea nati damnum, quamuis deinde per subsequentes nuptias legitima iura consecutus proponatur[f]. Sunt tamen qui in contrariam sententiam transierint[g]: quia hi, qui secutis nuptis legitimi fiunt, instar iustorum filiorum habentur, lexque huiusmodi pro omnino similibus habet[h]: nec crebriore calculo recepta videtur ea sententia[i], vt accepto feudo pro se & legitimè descendentibus tales reijciantur, imò plerique omnes admitti censuerunt. Ego hac 13 in re † sic arbitror distiguendum: Aut enim loquimur in naturali, qui per matrimonium subsequens legitimatus sit, & verius est non deficere conditionem, quia lex præsumit legitimè natum: ex actu enim subsequuto præsumit vsque à principio affectu maritali concubinam cognitam[k]: quæ præsumptio veritati innititur[l], & in hoc à fictione distat, quòd ea aduersus veritatem est[m]: meritò igitur ex illis verbis non existimabitur tanquam illegitimè natus summoueri. Aut loquimur in spurio, & si fideicommissu n ab ascendente factum sit, idem iuris putarem, idque paternæ pietatis coniectura[n]. Nec me mouet, quòd legitimè natus non dicatur, qualitasque verbi repugnet: quia respondeo satis esse, si ex interpretatione legis sustineatur: lex enim pro legitimè nato habet, interpretatioque huiusmodi fauore filiorum capienda est[o]. Sicut etiam videmus eorum fauore disiunctam pro coniuncta, & viceuersa coniunctam pro separata, aduersus propriam sermonis vim accipi[p]: nam & licet qualitas adiuncta verbo ad verbi tempus referatur, fauore tamen descendentium aliud quandoque obseruari scimus[q]. Nam & rescriptum Romani Pontificis, Cùm impuberi, inquit, succederent, si absque liberis moreretur[r], eam interpretationem non habet, vt verbum, Succederent, secundum dictionem impuberi restringatur[s]. Aut loquimur in fideicommisso quod ab extraneo relictum est, & tunc probabilior est Alexandri sententia: hîc enim ex fictione legis solùm legitimè natus dicitur[t], vnde ad hunc casum dispositio testatoris produci non debet[u], cùm proprietas verborum repugnet, à qua vt recedamus, non est vlla causa. Aliud tamēn esset in feudo: propter fauorabilem enim principalis beneficij naturam promptius est vt etiam huiusmodi admittantur[x], præsertim cùm in re dubia non erret, qui aduersus fiscum iudicat. In dispositione quoque legis, quæ legitimè natos solùm ad dignitatem admittit, idem respondendum est, vt hi admittantur, quos lex pro legitimè natis habet[y]: fit enim latior interpretatio, vt suprà diximus. Et ideo quum ex lege ordinis non nisi legitimo matrimonio nati in collegium admitterentur, responsum est, hos quoque subsequutis nuptijs legitimorū iuri restitutos recipiendos esse: debet enim ea in lege benignior fieri interpretatio[z]: nisi cùm statuto cautum esset, vt verba ad literam intelligerentur: id enim non ex litera, sed ex fictione legis est. Aduersus secundum hoc principale axioma quatuor exempla plurimum vrgent: videtur enim conditionem in vno casu, ad dissimilem quoque produci debere: nam pupillaris expressa substitutio ad vulgarem tacitam trahitur, & è contrario vulgaris expressa ad tacitam pupillarem[a], & tamen hi casus omnino dissimiles sunt, cùm tempore, tum modo, tum etiam effectu[b]. Sed communiter in hoc deuentum est, vt dicamus hasce substitutiones naturâ sui conditionē habere: non enim aliud est substitutio, quàm cōditionalis institutio. Expressio igitur vnius conditionis † aliam non excludit: quoniam lex 14 præsumit, si de alia cogitatum fuisset, eam quoque testatorem æquè expressurum fuisse. Quòd enim pupillaris contineat vulgarem, est ipsius testatoris fauor: quòd vulgaris pupillarem, pupilli vtilitatem respicit: meritò igitur vtriusque fauore, & propter paterni pupillarisque testamenti coniunctionem, hæc interpretatio admissa est. Nam & si voluit testator tam suam quàm impuberis hæreditatem eo decedente ad substitutum pertinere, multò magis suam voluisse illi deferre credendū est, casu quo filius repudiaret. Adde etiam, quòd vt vulgaris pupillarem contineat, aliquo modo vi verborum inducitur: conditio enim illa, si filius hæres non erit, potest intelligi immutabiliter[c]: & ideo adita hæreditate à pupillo non prorsus extinguitur spes substituti, quia quamuis hæres sit, potest nuda voluntate vsque ad pubertatem abstinere, sententiamque mutare, quod rectè Pileus & veteres censuerunt[d], licet Accursius & post eum alij manifesto cauillo dissenserint: quorum rationibus haudquaquàm difficile est respondere, cùm maiore facilitate se paternæ hæreditati quàm extraneorum

a §. illud. §. reliqui. quibus mod. nat. effi. sui.
b Alex. ij in j.
c l. in delictis. §. si extraneus. de noxal.
d Baldus. ccclxvij. in v. Alex. consil. v. in vij.
e Bald. c. vnico. §. naturales. si de feud. fuer.
f Io. And. reg. sine culpa.
g Imol. c. innot. Dec. clv.
h l. j. in fin. iuncta l. fin. §. ex bonis. de bo. da.
i c. tanta. qui fil. sint leg.
k l. eum quis. versi. nec enim. C. de nat. lib.
l l. fin. de prob.
m l. filio quem. de liber. & posth.
n l. generaliter. §. cum aũt. C. de inst. & subst.
o §. sed & hæc. presenti. i auth. de sanct. epis.
p arg. d. l. generaliter. in princ.
q c. fi. §. item opponitur. xx. q. ij.
r c. Raynutius. de testa.
s Bart. l. centurio. ij. q. iij. mēbri prin. de vulg.
t d. c. tanta.
u d. l. fi. C. de his qui ven.
x c. j. §. pen. quibus mod. feud.
y c. Innotuit. de elect.
z Bald. consil. clxxxxiij.
a l. iam hoc iure. de vulg.
b l. sed si plures. §. ad substitutos. de vulg.
c l. ei qui. de cōdit. inst.
d l. impuberib. l. necessarijs. de acq. hære. l. pe. de aut. tut.

neorum impuberes immiſceant, quod & alibi attigimus [a]. Rurſus obſtat conditio, ſi intra x. mẽſes proximos mortis meæ naſcetur, illi eſt diſsimilis, ſi me viuo naſcetur, & tamen ad hanc pro-
15 ducitur [b]. Sed ex his † quæ ſuprà retuli, ſatis conſtat fieri hanc extenſionem, quia teſtator ſe tunc moriturum credebat: vnde ſi præter ſpem ſuper uixit, non ideo rumpitur teſtamentum [c]. Rurſus inſtari poteſt: conditio, ſi nubere noluerit, ab ea plurimùm differt, ſi nubere non potuerit: nolle enim & non poſſe, per quàm diſsimilia ſunt [d]: & tamen in ſubſtitutionibus conditio, ſi hæres eſſe noluerit, intelligitur, vel non potuerit: & viceuerſa [e]. Sed reſpondendum eſt, hos caſus ex præſumpta teſtatoris voluntate abſimiles non eſſe. Cùm enim de ſubſtitutione vulgari agatur, per quam ipſi teſtatori ſucceditur, & ſic de eius fauore tractetur, veriſimile eſt, quod de altero expreſſit ad alterum quoque, cùm eadem ſubſit ratio, trahi voluiſſe. Quapropter ſi appareat teſtatorẽ non ad teſtamenti ſui fauorem adtendiſſe, ſed ad hæredis pœnam, aliud dicendum eſſet: vt in hac ſpecie, Titium inſtituit, & ſi Titius eiuſque filij nollent nomen & gentilia teſtatoris inſignia deferre, ſubſtituit Caium: ſi is Titius liberos nullos ſuſcepit, vnde non potuerunt nomen & inſignia deferri, nunquid ſubſtitutus admittatur? Et Socinus [f] reſpondit, ſubſtitutioni locum non eſſe, quoniam is caſus diſsimilis ſit, & de pœna agatur. Quæ tamen deciſio penes me dubia eſt, cùm ex natura conditionis adpareat, fauorem ſuum, ſiue ſuæ familiæ, in animaduerſione teſtatoris fuiſſe, & ideo nomen & ſtemmata geri voluerit: quòd ſi in hoc Titium cũ liberis decedẽtem grauauit, quanto magis caſu quo ſine liberis decederet? Et ex his in alia quoque quæſtione quid ſentiendum ſit, diſcerni poteſt. Teſtator inſtituit ventrem vxoris, & ſi maſculus naſcatur, & in pupillari ætate decederet, ſubſtituit Sempro-
16 nium: ſi naſcantur † fœminę, inſtituit eas in cccc. aureis: venter nihil peperit, nunquid ſubſtitutus admittetur? Ex facto conſultus Alexander [g] reſpondit, ſubſtitutum non admitti, & hunc caſum omiſſum cenſeri, cùm altero caſu naſcentium fœminarum Sempronio nihil reliquerit [h]. Ego hac in re vereor, ne ſententia eius vera non ſit: pupillaris enim illa ſubſtitutio vulgarem continet [i]: vnde non nato maſculo, potuit teſtamentum à ſecundo gradu, id eſt, à ſubſtitutione vires adſumere [k]. & ideo hic caſus nõ videtur omiſſus eſſe. accedit defuncti mens, qui fœminis ſolùm cccc. reliquit, quoniam reliquum hæreditatis ad ſubſtitutum pertinere voluit. & licet particularis inſtitutio, ſi alius hæres non ſit ſcriptus, legis diſpoſitione ad ius vniuerſale trahatur, cùm tamen vniuerſalis ſubſtitutus hic adeſſet, ipſe admitti debuit, & fœminis præferri [l]: receptumque Baldi autoritate eſt, etiam qui ex tacita vulgari ſubſtitutione vocatus eſt, in re certa inſtituto præferẽdum [m]. Sed iterum tandem obijcitur: Communiter recepta eſt ſententia, ſi quis filio impubere hærede ſcripto pupillariter Titium inſtituit, & ſi Titius quandocunque ſine liberis decedat, Titio ipſi Sempronium, mortuo Titio viuente pupillo, Sempronium pupillo hæredem fore [n]: ex qua adparet, Sempronij ſubſtitutionem factam Titio, & ſub conditione deficiẽtium liberorum, ad caſum penitus diſsimilem trahi, tum reſpectu perſonæ, quia pupillo ipſi ſuccedit ur, tum reſpectu conditionum, quia etiam ſi Titius cum libe-

a l. ex contract. de re iu. l. ſi filius qui patri. de vulg.
b l. fin. C. de poſth. hær.
c Bar. l. Gallus. in prin.
d l. pater Seuerinam. de cond. & demonſt.
e d. §. & quid ſi tantum l. fin. C. de inſt. & ſubſtit.
f Socin. conſil. clviij.
g Conſil. clxxxviij. ij.
h l. ſi ita ſcrip. de lib. & poſth.
i l. pen. de vent. inſpi.
k l. iij. §. fi. de libe. & poſth.
l l. filius à patre. eod. tit.
m Bald. l. fin. q. xxxiij. C. de hære. inſtit.
n Bar. l. quandiu ij. de acq. hæred.

ris deceſſerit, nihilominus erit ſubſtitutioni locus [o]. Sed reſpondendum eſt, hunc caſum non omnino eſſe expreſſo diſsimilẽ: hæc enim verba, Quandocũque deceſſerit ſine liberis, verborum compendio vulgarem quoque ſubſtitutionem continent: vnde Titio præcedente caput illud, ſi hæres nõn erit, dicitur eueniſſe, meritò ſubſtitutus ceu hoc caſu vocatus admittitur. Verum igitur nõ eſt, ex perſona diſsimilitudinem vllã eſſe.
A Ex conditione quoque diſsimilitudo non eſt: quia cùm ſecundus gradus morte Titij peremptus ſit, & conditiones in illo adiectæ perierũt, perindeque eſt, ac ſi Sempronium ſolum pupillo teſtator ſubſtituiſſet [p]. nec vlla cõditionis illius ratio habetur. Quod & hac ratione confirmari poteſt: adpoſuit enim teſtator illam conditionem in Titij fauorem [q], vt ab inteſtato ſe derelictam hæreditatem accipere filij poſſent: vnde ſi hæres non ſit, quia ante pupillum moriatur, de-
B ficit ratio fauoris: nec hoc prodeſſe hæredi legitimo debet, cui manifeſta teſtatoris voluntas ſubſtitutum prætulit [r]. Et licet regula ſit Conditione defecta, ſubſtitutum excludi [s], tamen non procedit quando aliàs teſtator etiam fuiſſet relicturus [t]. ait in propoſita ſpecie, conditio illa ſolius Titij fauorem reſpiciebat, de quo amplius non quæritur, cùm ſatis ſit hæreditatem cum inſtituti, cui ſucceditur, oneribus ad Sempronium peruenire, non autem cum Titij oneribus, qui
C de medio ſublatus eſt. Et ideo in quæſtione facti, cùm quis hæredi quandocunque ſine filijs facto fungeretur Titium ſubſtituiſſet, iſque hæres viuo teſtatore liberis ſuperſtitibus deceſsiſſet, dixit ſubſtitutum admittendum, nec legitimo prodeſſe conditionis in caduco gradu defectum: tametſi hac in re poſt Oldr. [u] aliter Socinus reſponderit [x]. Tertium huius tractatus axioma eſt: Conditio neceſſaria † ſiue actum ipſum, ſiue effectum 71
reſpiciat, ad caſum ſimilem porrigitur: tuncque
D non refert, quid ex æquipollentibus fiat. Quapropter cùm mater filijs ſuis legaſſet, ſi morte patris iuris ſui effecti fuiſſent, diuus Marc. cùm emancipati eſſent, legatum deberi iudicauit [y]: ea enim conditio effectui actus neceſſaria erat, nempe vt illis legatum acquireretur, nihilque ad patrem pertineret [z]. Quod & viceuerſa in ea ſpecie reſponſum eſt, cum mater ſub conditione emancipationis reliquiſſet, vel etiam donaſſet: nam & filijs morte patris ſui iuris effectis debe-
E bitur [a]: effectum enim ſolum mater reſpexiſſe creditur. Vnde etiam ſolet dici, non de itinere, ſed de mera curandum [b]. Sed tamen hiſce aduerſatur Vlpiani reſponſum: ſi cui ita relictum ſit, ſi morte patris ſui iuris effectus fuerit, & emancipatione ſui iuris effectus fuerit, non videri defeciſſe conditionem [c]: ſed & cùm mors patri contingat, quaſi extante conditione, ad fideicommiſſum. Quibus verbis apparet non ſolùm emancipato deberi fideicommiſſum, ſed mortem
F patris nihilominus expectandam: videturque hæc fortiſsima † eſſe ἀντινομία, vt Accurſius Bartolusque non citra cauillum diſſoluere eam po- 18
tuerint. Mihi ea ſententia placet, in quam iuiſſe multos video, vt Vlpiani reſponſum intelligatur, cùm ab extraneo ſub ea conditione relictum eſt: is enim videtur odio patris hanc adieciſſe conditionem, ne quicquam omnino in eum peruenire poſsit: vnde expectanda erit mors, nec à verbis recedendũ. In matre verò alia interpretatio aſſumitur, quæ ſub tali conditione
legaſſe

o Paul. de Caſt. conſil. clij præſens dubit. vide tur formari in l. in nouiſſ.
p l. cohæred. in princi. de vulgar.
q Bar. l. illis liberis. de cond. & demonſt.
r l. Publius. §. fi. eod. tit.
s l. in teſtamento. eod. tit.
t gl. l. j. C de inſtit.
u Oldra. conſil. cxlj.
x Socin. lxxvj. in fin. iij.
y l. mulier. ad Trebel.
z l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit.
a l. fin. C. de do. quæ ſub.
b Bar. l. cum ſeru. de ver. ob.
c l. fideicommiſſa. §. ſi cui ita. de leg. iij.

legaſſe magis creditur, vt liberis ſuis conſuleret, quàm quòd patrẽ odio haberet. Aduerſatur rurſus reſponſo ſuo Pomponius [a], mihi ſæpe, vt ille inquit, vocandus ad partes: pater enim ne prçteritione teſtamentum rumpatur, neceſſariò poſthumum inſtituere debet. Ea inſtitutio duplicem conditionem continet, ſi ſe viuo, vel ſe mortuo naſcatur: & tamen alterius horum caſuum expreſsio ad alterum non trahitur. Nec cum Bart. ſentiendum eſt, talem cõditionem voluntariam appellante: quia ſimpliciter potuit inſtitui: nam & in ſententia diui Marci [b]. potuit mater ſimpliciter filijs legare: & in conſilio Galli Aquilij, potuit teſtator ſimpliciter inſtituere, & tamen caſus mortis ad deportationem emancipationemque producitur. Igitur vt pugnantia ſubmoueamus, ſciendum eſt, omnem hanc materiam à coniectura mentis teſtatoris vim & robur accipere [c]. Et ideo vbi probabilis huiuſmodi coniectura eſt, ad caſum omiſſum ſit extenſio, ſiue voluntaria ſiue neceſſaria ſit conditio: promptius tamen in neceſſaria ſumitur hæc præſumptio, quòd in ea ſolùm effectum reſpiciamus. Vnde in hoc Pomponij reſponſo, cùm non ſatis conſtat, quæ mens patrisfamiliâs eſſet, à verbis non debuit recedi, qui fortè alterum caſum expreſsit: quia magis hoc animo ſuo ſedebat, vt ſuperiùs oſtendi. nam ſi propter neceſsitatem inſtitutionis motus fuiſſet, quid oportuit alterum caſum omittere? & dum anxiè moroſus eſt, alterum exprimere, cùm ſatis illi fuiſſet, ſi ſimpliciter eum, qui naſcetur, inſtituiſſet. Iure igitur qui alterum dixit, de altero potiùs negaſſe cenſebitur [d]. Quod & in ea ſpecie cenſendum, cùm teſtator ſic verba concepit, Si quis filius mihi poſt mortem filij mei impuberis naſcetur [e]: indicatur enim mens patris nolentis hunc cum filio iam nato ſimul admitti, vnde conditio ad eum caſum non producitur, ſed potius tabulæ teſtamenti præteritione rumpuntur. Cuius rei alia quoque exempla adferri poſſent [f], niſi prædicta ſat ſuperque eſſe arbitrarer. Sed quid ſi limitatiua, (vt ita dicam) dictione vſus ſit teſtator? exempli cauſa: Si filij mihi naſcentur, hæredes ſunto, & ſi ſine liberis deceſſerint, tunc Sempronius hæres eſto: nemine nato, reſpon-
19 ſum eſt, ſubſtitutum non admitti, propter † dictionem Tunc, quæ ita reſtringit, vt ad caſum omiſſum productio fieri nequeat: & ita hanc vocem plerique reſponſis ſuis declararunt. Ancha. Socinus, Decius [g], & ſi qui alij. Nam & vulgaris ſubſtitutio, cui taxatiua dictio adiecta proponatur, pupillarem in ſe nullam habet, vt ferè receptius eſt [h]. Sed nobis dubia videtur horum ſententia, cùm Galli Aquilij verba ſic concepta ſint: Qui nepos me mortuo intra decem menſes naſcetur, tunc, & c. tamen in eis ſit extenſio & ad caſus omiſſos, & ad tempora. Item vulgaris ſubſtitutio hac formula concipitur: Si Titius hæres non erit, tunc Seius eſto [i]: & tamen pupillarem in ſe habet. Alij [k] non hanc vim illi dictioni attribuunt, ſed geminationi, vt cùm dictum eſt, & tunc & eo caſu. Sed & hæc opinio veriſimilis non eſt: quis enim credat dictis iuribus locum non futurum, ſi præter aduerbium illud temporis, adiectum quoque fuiſſet, eo caſu? Mihi certè non ſit veriſimile: cùm enim teſtator eo caſu dicit, per argumentum à contrario ſenſu videtur cæteros caſus excludere: quod argumentum ex coniectura ſumitur,

a d. l. commodiſsimè.
b d. l. mulier.
c l. in conditionibus. de cond. & demonſt.
d l. maritus. de procur.
e l. ſi pater filiũ. de vulg.
f l. ſi ita quis. de vulg.
g Dec. cccxxxij. Soc. cclviij.
h Alex. l. quamuis. C. de impu.
i l. j. de vulga.
k Dec. conſil. cccxv.

& ideo in primis coniectura ſpectanda eſt, quia vna præſumptio aliam tollit [l]. Et ex his illa decidi controuerſia poteſt: Teſtator ventrem vxoris inſtituit, ſi maſculum pareret, eique Seium † ſubſtituit, & ſi fœminam vel neminem, prochotrophium: 20
vxor in puerperio cæſo ventre, extractoque fœtu maſculo deceſsit, qui etiam aliquantulum ſuperuixit, quæritur an Seius admitti poſsit? Et videbatur pleriſque excluden-
A dum: non enim maſculum peperit, cui cæſo ventre infans extractus eſt [m]. Sed tamen cùm hæc conditio, ſi maſculũ pepererit, neceſſaria ſit propius eſt effectum conſiderari, & ſubſtitutioni locum eſſe: idque crebriorẽ calculo approbatum eſt [n]. Rurſus & illa vetus quæſtio definiri poteſt: Teſtator vxori vſumfructum reliquit ſi vidua permanſerit, & poſt eius mortem Titio: vxor ſecundò nupſit, diſceptatur inter Titium & hæredem, vtrius, donec vxor morietur, vſusfructus
B eſſe debeat: & frequentior ea videtur ſententia [o], vt ſtatim Titius vſumfructum habeat, vt conditio mortis etiam ad ſecundas nuptias porrigatur, cùm huiuſmodi dilatio in fauorem vxoris adiecta, hæredi prodeſſe non debeat [p]: vnde ſi ad ſecundas nuptias properauerit, legatario locum faciet. Sed hæc me deciſio dubium ancipitemq; reddit: cum enim teſtator in conditione poſuerit, ſi vidua permaneret, ſatis id cogitaſſe videtur potuiſſe eam ſecũdò nubere: vnde cũ Titium nõ
C niſi poſt eius mortem vacauerit, manifeſtè apparet, in caſu nuptiarum voluiſſe interim excludi: ſicut aliàs quoque traditum eſt, cùm teſtator in conditione filios maſculos ſcripſiſſet, ſi deinde in alia ſubſtitutione filiorum ſimplicem mentionem faciat, non cenſeri de maſculis tantum egiſſe [q]: cùm enim eorum rationem ſemel duxerit ſi de maſculis quoque alio in loco ſenſiſſet, vtique & tunc expreſsiſſet [r]. Nam & diui Marci ſententia non tam communem ſententiam
D adiuuat, quàm proſternit, expugnatque: in ea enim mater mortis caſum expreſſerat, quia non crediderat fore, vt pater eos emanciparet [s]: ſi igitur credidiſſet id futurum, caſus pro omiſſo haberetur. At in hac quæſtione cogitauit teſtator eam ſecundò nupturam, igitur omiſſus eſt caſus. hincque apparet, non ſolius vxoris cauſa dilationem adiectam, ſed hæredis quoque, cuius vtilitati in caſu omiſſo proſpexit [t]. Quapropter non temerè arbitror hoc caſu à verbis receden-
E dum, adhærendumq; regulæ, qua proditum eſt, pœnam priuationis à teſtatore iuſſam, ad hęredẽ potiùs quàm ad eũ, cuius fauore indicitur, pertinere [u]. Cõmunem igitur in hac quæſtione ſentẽtiam minimè ſequendã cenſerem, cùm vxor ipſa iuuenis eſſet, & quam veriſimiliter potuit teſtator credere alium thorum appetituram. Sed & ſi in legato diceretur, poſt mortem vxoris, tunc & eo caſu Titio vſumfructum, clarius eſſet, propter vim generationis, interim illi non deberi [x]: quod
F & ferè receptius eſt. Sed quid è conuerſo ſtatuendum? Reliquit vxori vſumfructum, ſi vidua permaneret, & ſi alias nuptias celebraret, Titio: non celebrauit, ſed perijt, Titius ne admittetur? Et admitti futilibus quibuſdam rationibus Socinus reſpondit [y]. ſed idem alibi alia ſentit: puto enim verius eſſe, eum non admitti, cùm non euenerit conditio, vnde meritò hæredi remanebit: diſsimilis enim eſt nuptiarum mortiſque caſus. Quarta † principalis regula eſt: Conditio- 21
nem ſpontaneam præciſe & ad vnguem ſeruari,

l l. diuus. de in integ. reſt.
m l. anniculus. §. fi. j. eod.
n Alex. l. quod dicitur. de lib. & poſth.
o d. l. mulier.
p l. à filia. §. alimo. ad Trebell.
q Iaſ. l. qui filiabus. de leg. j.
r l. j. §. ſin autẽ ad deficiẽtis. C. de cadu. toll.
s d l. mulier. ver. quæ quis.
t l. vxori vſumfruct. villæ. de vſufru. leg.
u l. vxorem. §. hæres. de legat. iij.
x d. l. vxori.
y Soci. conſi. xxx. in iij. conſil. v. eo. lib.

uari, nec ad similes casus extendi debere. Vnde
a l.qui hæredi. §. j. de condit. & demon. conditio, si seruo dederit [a], ad dominum non pro
rogabitur: & conditio, vt hæredi detur, non eam
interpretationem accipiet, vt fideicommissarijs
dari possit: debet enim factum ipsum obseruari:
vt si quis incapaci dare iussus sit det, licet num-
b l.Mæuius. eo. tit. mos accipientis non facit [b]. Et conditio, si deces-
serit sine liberis, non deficit, si liberos superstites
relinquat, licet mox decedant, vel succedere no-
c l.filiusfa. §. cũ quis. de leg. j. & d. l.cui fundus. dé condi. lint, aut non possint [c]: seruatur enim conditio vti
ad literam scripta est, nec fit extensio. Cui etiam
rei illud accedit, quòd ex ea actus indiuiduus red
22 ditur [d], alioqui non diceretur in specie obseruа-
ta. Non procedit axioma hoc † quando actus per
omnia ex dispositione legis exæquatur, subroga
turq; illi, quem testator expressit. Quapropter
e l.ita conditio nibus. §. patro uus. eod. tit. conditio de hærede in bonorum possessore locũ
renet [e], quoniã is & nomine & effectu hæres exi-
stimatur. Eadẽ etiã in eo cui Prætor contra tabu-
f l.is qui. §. fi. de le. prę. las bonorum possesionem dedit, obseruabitur [f]. Itẽ in hærede quoq; hæredis, nã & is hæres cẽ-
g l paterfam. de vulg. setur [g]. Sed & in eo cui libertatis causa bona ex
h l.iij. §. sub cõditio. de fid. lib. diui Marci, constitutione addicuntur, idem re-
i l. si fundus. de cond. & de. sponsum est [h]. Sic conditioni, vt pupillo detur, sa
tisfacier qui tutori dederit: quoniam is pro pu-
pillo accipit [i], imò cautiùs ei soluitur. Sic illa
verba, si centum soluerit, accipiuntur, vel compẽ
sauerit: qui enim compensat, soluit, id est, liberat
k l.si peculium. §. j. l. Statu liber. §. j. de statulib. [k]. Adde quòd cui compensatur, iustè contradice-
l l.iij. verf. vn de. de stat. re non posset, cùm per eum stet, quò minus solua
C tur: dicet enim debitor, si mihi soluisses, & ego ti
bi conditionem adimplessem [l]. Sic & eadem cõ-
m l. Iul. ait. de cond. & demõ. ditio per acceptilationem obseruatur, quoniam
acceptilatio dispositione legis solutio est [m].
Quæ tamen omnia intelligenda sunt, nisi alia
mẽs sit testatoris, vt quia inter casum expressum
& eum qui à lege subrogatur, aliqua sit differen
tia, quæ verisimiliter testatorem retrahat, vt ea
in quæstione suprà à nobis dictum est, cùm Titio
relinquitur, si hæres sine filijs legitimè natis de-
D cesserit: nam legitimatus per sequens matrimo-
nium defectum conditionis non inducet. Quod
& in ea conditione constitutum est, si legitimæ
ætatis erit, vt qui veniam ætatis impetrauerit, ni
23 hilominus excludatur [n]. Rursus non † procedit
l fin.C.de his qui vend. regula, quando conditio iure adimpleri non po-
o l.ex facto. §. si qua. rogatus. ij. ad Treb. l. p l.hær. §. fin. ad Trebel. q l. mulier. §. j. de cond. instítu. test, idq; testatorem non præteribat: sufficiet em,
si de facto seruetur [o]. Quapropter qui filiæ furio-
sæ fideicommisit, si sine liberis decederet, de fi-
lijs etiam naturalibus intellexisse creditur, cum
E furiosa mulier matrimoniũ contrahere nequeat,
nec filios legitimos habere [p]. Sic qui hæreditа-
rium seruum iussus est manumittere, & deinde
hæres esse, satis est si de facto manumittat [q], de
iure enim quomodo potest, cùm adhuc hęres nõ
sit? Sic, si pater sacerdotis fideicommittat, si de-
cesserit absque filijs, de naturalibus & legitimis
intelligi non poterit, cùm vxores ducere lege
Pontificia sacerdotes prohibeantur: & ideo de
r l.si quis post hu. de libe. & posthu. §. sed & hoc præsenti. de sanct. episc. Capr. cõl. xx. adoptiuis intelligetur [r], vel si monachus sit, de
F ipsa ecclesia [s]. Nam & illud receptum est si pro
sacris celebrandis centum testator mystis reli-
querit, nec propter diras, abominationesq; Pon
tificis celebrare illi possint, in aliud honestæ de-
precationis genus erogationem conuertendam
24 [t]. Non procedit tandem regula, cùm ex coniectu
t l.legatum. §. vsusfr. legat. ra aliqua deprehendi potest, non modũ, sed finẽ
ipsum in testatoris animaduersione fuisse: tunc
enim spontanea conditio à necessaria non differ-
ret. Vnde conditio, si tutela per pubertatem, seu

per xiiij. annos finiatur, etiam euenisse censebi-
u l.libert. §. fin. de an. leg. tur, si morte tutoris finita fuerit [u]: idque ex co-
x l.Arethusa. de ſta. hom. niectura mentis testatoris. Sic & conditio, si cen-
tum Arethusæ dederis, per alium adimpleri po-
test [x]: sicut & faciendi conditio, nisi cùm perso-
næ electa sit industria. Eôdem pertinet & illa
conditio, si me mortuo, posthumus nascatur:
nam si testator eam adiecit, quòd crederet se illa
ægritudine moriturum, nihil oberit quò minus
A & qui se viuo nascetur, hæres sit [y]. Cui non ab-
y d.l.fi.C.de post. hær. simile, in conditione, si quis prior diem suum
fine filijs obierit, quam receptum est etiam ex-
tendi, cùm posterior absque prole decedat.
z i. hær. §. cum ita. ad Trebel. Quarum definitionum illa est ratio, quòd in cõ-
ditionibus potissimum defunctorum mens spe
ctanda sit. Igitur cùm casus veniet, diligenter
animaduertendum est, quæ fuerit testatoris sen-
tentia, vt ex ea ad casum omissum vel progrediа-
mur, vel intra cancęllos verborum consistamus.
Decipimur tamen plerunque, vt Baldus inquit
a Bal. l. precib. C. de impu. [a], dum scrupulosè nimis & anxiè coniecturis ceu
exploratis rebus vtimur: quod vt manifestius
fiat, aliquibus etiã quæstionib. ostensuri sumus.
In primis igitur dubitari consueuit, an æquè in
directis substitutionibus atq; in fideicommissis
ad casum omissum fiat extensio. Et Pontа-
nus [b] in fideicommissis quidem fieri censuit,
b Rom. d.l.si cum dotem. quod in eis sola testatoris mens obseruetur:
in substitutionibus verò non idem esse, quòd
25 hæ expressis † verbis concipi debeant [c]. Qua-
c l.Iubemus. C. de testam. propter, inquit, videmus, si pluribus hæredibus
scriptis aliquis post mortem omnium directò
substitutus sit, non videntur inuicem hæredes
substituti [d], & tamen in fideicommisso post
d l.vel singulis. de vul. mortem omnium relicto aliud est [e]: in quam
e l.Titia. §. Scio libr. de lega. ij. sententiam Diu. Paulusque Castrensis concef-
f Socin. conf. cxl. in j. sit. Idem & Socinus quodam responso [f] censuit
hoc potissimum argumento vsus, quòd hæredi,
cuius nomen inconsultò deletum est, prætor
D bonorum possesionem non decernit: quia ex
coniectura tantùm constat eum hæredem [g].
g l.j. si tab. test. ext. In aduersam penitus sententiam alij iuere [h], po-
tiusque adiuuandam extensione directam substi
h Corn. conſ. cccxx. in iiij. tutionem, quàm obliquam censuerunt: fauora-
i c. patr. de test. bilior enim directa est [i], meritò benignius accipi
debet. Nam & Barto. faciliùs extendi ad casum
omissum conditionem in persona instituti cre-
didit, quam in substitionibus extendatur [k]. Sed
k Bar. l. Gallus. in princ. has ego opiniones à veritate longè lateque ab-
esse arbitror: cùm enim omnis vltima voluntas à
mente testatoris pendeat non videtur inter hos
casus probabilis esse differentia, solumque id e-
rit obseruandum, an mens illa aliquo modo ex
verbis accipi possit [l]: confutaturque maximè ex
l l.j. §. fin aut. de hær. in. inſt. prædictis axiomatis, quibus apparet non recipi
cõmuniter huiusmodi distinctionem: quinetiã
veterum probatissimi nominatim eam repudia-
uerunt, vt Bal. Alex. Aret. Iason [m]. Nec verum est
m d.l. vel sing. in fideicommisso post mortem relicto censeri
hæredes inuicem substitutos, nisi nõ solùm post
omnium mortem, sed etiam in tota hæreditate
substitutum sit: non enim posset tota hęreditas
per eum qui vltimus moriatur restitui, nisi ad eũ
peruenerit: peruenisse autem non potuit, nisi in-
uicem factam substitutionem proponamus. Nul
la igitur inter substitutionem fideicommissum-
que hoc casu est differentia. Nec me mouet, quòd
ex coniectura præter bonorum possessionem
hæredi scripto, cuius nomen inconsultò dele-
tum est, non decernit: quia satis est si iure ciuili
prouisum

al.j. §. sed si legi. de his quæ in test. prouisum esse [z], coniecturamque in hoc sufficere: prętorij enim edicti verba huic non conuenie
bant, quibus ei, qui scriptus est, bonorum posses-
sio datur: at hic scriptus non dicitur, cùm nomen
26 eius deletum sit. Secundò quæritur †, an substitu
tus posthumo, casu quo ille moriatur, censeatur
etiam substitutus, si non nascatur? Et in vulgari
substitutione crebrior est sententia, huiusmodi
h Ray. in tract. substi. quoque casu vocatum censeri [h]. Si igitur testator
filium, qui sibi nascetur, hæredem instituit, & si
i l.fin.C.de inst. Curt. consi. lv. hæres erit, & impubes decesserit, Caium substi-
tuit, non nato filio Caius admittetur [i], idque ex
verisimili mente inductum est. In substitutione
d Socin. consi. lij. verò fideicommissaria idem quoque Soc. respon
dit, cum nulla ratio differentiæ afferri possit [d].
Quod enim testatorem mouit, vt casu quo adita
hæreditate filius decederet, substitutum cæteris
e Dec. consil. cc xxvij. præferret, idem & mouere verisimiliter debuit, si
filius non nasceretur: nam vt inquit Decius [e], q
postea, re cœpta, permittitur, à principio quoq;
B permittendum est. In quam sententiam & nos
quoque transeundum putamus. Imò etiam si fi-
lius nascatur, & hæres esse nolit, adhuc substitu-
tioni locum esse arbitramur: eadem enim sem-
per ratio mentis subest. Audentiùs respondit Pó
tanus substitutionem si filius in rerũ natura non
esset, ad casum quoque producendam quo viue-
ret, & impubes decederet [f]. Tertiò dubitatur:
27 Testator † instituit vario modo posthumos, tam
f Rom. consi. vj. Mod. d. l. j. de vulg. masculos quam fœminas: deinde posthumis, si
C omnes in pupillari ætate morerentur, amitam
substituit: vnus tantum posthumus natus & im-
pubes mortuus est, an ad amitam pertinebit hæ-
reditas, an ad matrem, quæ filio intestato legiti-
ma est hæres? Et Oldr. respondit [g], amitam exclu
g Oldra. consil. exlij. di, cùm in casum plurium nascentium substituta
fit, vnde vno tantùm in lucem edito, casus pro o-
misso est: quod maximè fauore matris statuendũ
est, ne à luctuosa filij hæreditate reijciatur, cùm
æquum non sit tacita coniectura eam priuari: &
D in hanc sententiam plerique transiuere. Sed ve-
rior est aduersantium opinio [h], ex Pauli respon-
h Aret. l. placet. de libe. & post. Ray. d. §. & qd si tantum. so, qui his verbis, cæteri omnes filij filięque meę
exhæredes sunto, rectè vnicum filium exhæreda
i l. Titius. in prin. de libe. et posth. tum scribit [i]. Nam etsi nullus natus esset, prædi-
k Bart. d. l. j. col. antep. verſ. v. cto casu receptius est [k] substitutæ amitæ locum
futurum, idque etiam in matris damnum, dum
omnino tacita nõ esset vulgaris substitutio, quã-
to magis vnico nato, & ante pubertatem mor-
tuo, excludi non debet? ex mente enim testato-
E ris apparet, matri ipsi prędilectam fuisse amitam
l Bart. d. §. cum ista. in fi. [l]. Quod & in ea specie à me responsum est, cùm
in institutione testator se vnũ vel plures qui na-
scentur, instituere dixisset: quamuis enim in sub-
stitutione subijciatur, & casu quo omnes moriã-
tur, intelligetur tamen vnus vel plures, secundũ
institutionis formam, à qua declarationem sub-
stitutio accipit [m]. Quartò hæsitatum est, cùm te-
ml.j.C.de imp. stator iussisset, si filij absque masculis morerent-
tur relictis fœminis, hæreditatem suam in partes
F tres diuidi, ex quibus vna fœminis daretur, duæ
Titio & Sempronio, & contigisset vt hi filij abs-
que masculis fœminisque decederent, num sub-
n Decius consi. lxxxix. stitutioni locus esset? Et Decius respondit [n], non
esse: quia deficit conditio, cùm nec fœminas qui-
dem superstites filij reliquerint. At alij aliter cre-
o Ray. & Lanc. d. §. & quid si. diderunt [o], propter mentem testatoris: in quam
sententiam & ego pedibus eo. Si enim voluit te-
stator Titium, Sempronium que etiam ineptum
suarum damnum admitti, quantò magis eis non
natis, & omni hoc damno cessante? Nam & An-
p Angel. consil. xciij. in fin. gelus [p] non dissimili quæstione cùm omissum
esse hunc casum vi verborum præfatus esset, non
tamen se audere aduersus substitutos iudicium
ferre dixit: quoniam recti conscientia absterrere-
tur, ne contra voluntatem defuncti respondeat,
quæ in conditionibus primas partes sustineat.
Quinto in hac quoque specie non parum alter-
catum fuit. Testator masculos †, qui sibi nascerẽ-
28 tur, instituit, & si sine filijs decederent vxorem
vulgariter, pupillariter, per fideicõmissum substi
tuit: si verò non nascerentur masculi, sed fœmi-
næ, instituit vxorem, fœminis dotem constituit:
cùm nec mares, nec fœminæ nati essent, respon-
dit Ancharanus, substitutioni locum non esse, v-
xoremque excludi [q], quoniam hic casus omissus
q Anch. conſil. ccclvj. esset: & quia testator casu nascentium filiorum
noluit à luctuosa eorum hæreditate matrem ex-
cludi, quæ ratio eis non natis, deficit: in quam
sententiam & Fulg. transijt [r]: quia cùm institue-
r Ful. conſ. xlix. ret paterfamiliãs vxorem, dotemque fœminis re
linqueret, verisimiliter credidit fore, vt ex perso-
na matris sua quoque hęreditas tandem ad ipsas
deueloueretur. Quid si testator vxorem excitare
voluit ad sobolis procreationem? nam & constat
eas ex fœcunditate magis amari: atque ita recen
tioribus plerisque placuit. Mihi hæc sententia
omnino menti testatoris aduersari visa est, & nõ
parum verbis, qui cùm vulgariter vxorem substi-
tuerit, satis eam videtur potiorem fecisse, etiam
nemine nato: & cùm eam vocauerit, etiam exclu
sis filiabus, quantò magis hoc casu vocasse cen-
sendus est? Et quæ suprà pro Ancharani senten-
tia inducuntur, adeò leuia sunt, vt ex se ipsis ceu
folia farfari, quòd Plau. inquit, difflari possint.
Sextò dubitatum fuit: Pater filium iussit, si sine
liberis & intestatus decederet, fundum Sempro
nianum Titio dare: hunc fundum vxori legaue-
rat, filio sub certa conditione restituendum: inte
rim mortuus est sine liberis filius, condito testa-
mento, num legatum Titio debeatur? Et Socinus
s Soci. conſ. xcij. in iij. deberi respondit [s]: quoniam eam conditio-
nem pater apposuit, quòd volebat, vt filius de eo
prædio posset disponere: quod vbi non faceret,
quia nollet, aut non posset, conditio debuit pos-
se per æquipollens adimpleri, hoc autem casu
non poterat de eo prędio disponere, quia adhuc
ad matrem pertinebat: dicituręue is intestatus,
qui quoad rem, de qua agitur, testatus non est [t].
t §. quod autẽ. de leg. ag. tut. Sed hæc sententia sanè quàm futilis mihi vide-
tur, cùm coniunctim sub geminis conditionib⁹
fundus sit legatus, & altera, nempe quòd intesta
tus non decesit defecerit, clarum est legatum
u l. si hæredi. de cond. inst. non deberi [u]. Nec quicquam facit quòd de illo
fundo testari non potuit, quia debuit intelligi fu
isse legatum casu, quoad eum peruenisset, id est,
conditio qua sibi à iure restituendus erat iam e-
uenisset: vnde cùm ante eius euentum decesse-
x Ray. d. §. & quid si tantum. rit, euanescit legatum: idque alij rectè probant [x].
F Septimo quæritur: Pater filium instituit, & si is
sacerdos efficeretur, iussit vt post mortem Seio
hæreditatem restitueret: non est initiatus, sed si-
ne liberis decesit, an locus erit fideicommisso?
y Alex. conſil. c. in u. Alexander respondit [y], hæreditatem Seio re-
stituendam: quoniam videtur testator sacerdotij
conditionem apposuisse, propter filiorum defe-
ctum: vnde satis est ex æquipolleti adimpletam.
Iason contrà, cùm hæc conditio spontanea sit, ex
go præcisè obseruanda, aliàs defecisse videtur.
Quid enim si liberis superstitibus ante sacerdo-

tium susceptis decessisset, nónne verba expressè Seium admittunt? Mihi hæc Iasonis sententia vero propior videtur, ne facilè, cùm ratio in obscuro sit, à verbis recedamus. Possent tamen tot coniecturæ mentis adferri, vt Alexandri opinio præualeret. Nec refert conditionem esse voluntariam, quia tum quoque est coniectura ad casum omissum protenditur, vt suprà docui. Octauo quæstionis fuit: Testator fratrem hæredem instituit, & si se viuo moreret, vulgariter & per fideicommissum præfectos ptochotrophij substituit: deinde mortuus est viuo quidem fratre, sed absente, qui huius rei inscius, relictis liberis & ipse decessit: petebant à filio hæreditatem, qui ptochotrophium curabant. Et Fulgo. pro eis respondit, quoniam illa conditio, si se viuo moreretur, extendi ad eum quoque casum debuit, quo se mortuo ante aditam hæreditatem decederet: quod & Iason probauit [a]. Sed hæc opinio sanè quàm ridicula est: vulgaris enim illa substitutio, si hæres non erit, intelligitur, vel alium hæredem non fecerit: vnde cùm in filium frater iste ius adeundi transmiserit [b], non video, cur præfecti excludendi non sint: manifesta enim est differentia, si viuo testatore decedit, nihil habet quòd transmittat, meritò præfecti erunt potiores: si mortuo testatore, transmittet [c]. Quid ergo illi aduersus verba, mentemque defuncti satagunt? Sensère communiter id doctores [d], dum prædicto casu admitti substitutum tradiderunt, quando frater hæreditatem repudiasset: tunc enim casus non omnino dissimiles sunt, nimirum innuentes, si repudiatum non sit, aliud iuris esse. QVINTVM principale

29 axioma est. Dispositum † in casibus simplicibus, ad mixtum quoque porrigitur. In qua re sciendum est, tripliciter mixtum id solere distingui: aut enim in casu simplici dispositum est, cui alia qualitas annexa proponitur: aut in casu mixto, sed separabili: aut in mixto inseparabili: de omnibus igitur videndum. Et primo casu vera est regula, dispositum in casu simplici, in eo quoque locum habere, cui qualitas addita est. Vnde quod de senatore statuitur, in eo quoque senatore intelligitur, qui se plebeio in adoptionem dedit [e]: non enim ideo desijt senator esse. Et seruis lecticarijs legatis, is qui & lecticarius & coquus est, debetur [f]. & si lege municipali cautum sit, vt macellarij sint immunes, is quoque qui & macellarius & piscator sit, immunis habebitur [g], & si

30 qua similia. Non † procedit tamen hæc conclusio, quoties qualitas illa simplici dispositioni repugnat [h]. Quapropter his quæ vxoris causa parata sunt legatis, ea non continebūtur quæ patrisfamiliâs promiscuo quoq; vsu erant [i]. Cùm enim maritus principaliter sit, videtur potius pro vsu suo parasse, vxoremq; in sequelam admisisse, nec secerni potest quid principaliter vxori in eis parauerit, meritò qualitas hæc naturam simplicis legati immutat. Sic & constitutio Rom. Pontificis, quæ iubet parochiarum rectores intra annū sacerdotij gradu insigniri, alioqn ipso iure ipsos priuat [k], in rectore cui dignitas adsit, vt quia collegiatæ, vt vocant, ecclesiæ sit æditiuus, locū non habet, tum quia non ita facilè dignitate quisquā priuādus sit, tum quia qualitas addita est, dignior: vnde vix est vt iuxta alterius simplicis naturā regatur, idq; præsertim cum de pœna agitur. Sic lex Iulia, quæ adulterij crimen quinquennij præscriptione submoueri finit [l], ad adulterium, cui incest⁹ iungatur, non protrahitur: qualitas enim

a l. cum proponas. C. de hære. insti.
b l. Pantonius. de acq. hæ.
c l. j. cum aute. C. de cadu. tol.
d Alex. l. j. in iiij. col. vers. j. modo. de vulg. & iij. q. j. effectus.
e l. per adoptionem. de adop.
f l. seruis vrba. §. pen. de leg. iij.
g Bal. l. omniū. Inst. de act.
h l. cum ex oratione. §. fin. de excus. tu.
i l. hoc legatum. de leg. iij.
k c. statutum. de elect. in vj.
l l. vim passam. §. præscriptione de adult.

illa aggrauat. Hincque decidi aliquæ quæstiones possunt. Lege municipij mulier absque agnati consensu contrahere prohibetur, num & donare causa mortis? Et prohiberi quibusdam visum est [m]: quia huiusmodi actus, dum fit, formam contractus habet, licet postquam inductus est, vltimas potius voluntates imitetur [n]. Ipse in contrariam eo partem, & Rò. Socinum, Iasonemque sequor: hæc enim qualitas, causa mortis, rationem contractus immutat: lex enim agnati consensum requisiuit, ne fragilitate sexus dolis obnoxia esset mulier: quæ ratio in hoc contractu deficit, qui ex simplici voluntate reuocatur, & ambulatorius est [o]. Quod & in adulto videmus, cui curator datus fit: is enim sine curatore non contrahet, & tamen nō minus causa mortis donare prohibetur, quàm testari, vel codicillos facere [p]. Posset ergo prior sententia sustineri, quando mulier ex lege non solùm contrahere prohibetur, sed etiam testamentum facere, quo casu plerique loquūtur. LEX prohibet fundos aliquo contractu extraneis alienari hæres iussu testatoris extraneo vendidit, an in legem commisit? Et cùm iste propter iussum testatoris alienet, propius est, vt lex de simplici loquens, ad hunc casum non trahatur: hæc enim qualitas, nempe iussus testatoris, repugnat [q]. LEX concedit priuilegia scholaribus, quid in scholasticis ciuibus? Et non videtur, quia hi amore scientiæ non fiunt exules, quæ constitutionis Federici ratio est [r]. Sed tamen in aliis legibus municipalibus, vel aliquorum ordinum humanius est arbitrari, priuilegia huiusmodi fauore studiorum indulgeri [s], & ideo ciuibus quoque non deneganda. Rursus quæritur, Comes Palatinus cui illegitimos natalibus restituere ius est, quendam plenissimè restituit, ab alio citra spem successionis legitimatum, num id potuerit? Socinus negat [t]: quoniam illegitimos restituere poterat, is illegitimus simpliciter nō erat, licet quantum ad hæreditatem patris capessendam attineret, prò illegitimo esset. Ipse contraria sentio, cùm hæc qualitas dispositionem simplicem non mutet, sed adiuuet potius. Qui enim legitimum quoad personam, & quoad successionem facere potest, etiam illum quantum ad bona restituere poterit, qui iam, quātum ad personam attinet, restitutus est. In secundo casu cùm mixta sunt separabilia, vnumquodque sua natura, suoque iure regitur [u]. Quapropter si in contractu innominato adsit donatio, quatenus donatum erit, non reuocabitur: quod suprà est, poterit ex pœnitentia secundùm contractus innominati naturam aboleri [x]. Et si ita facta sit exhæredatio: si filius natus, nataúe erit, exhæres esto, vtriusque natis non rumpitur testamentum, quia vterque separatim exhæredatum se reperit [y]. Quò fit, vt appareat hæc etiam in stricta, atque odiosa materia obseruari [z]: propriè enim hoc casu sub simplicibus mixtus continetur [a]. Et ex his consequens est, quòd si domum quis vendiderit modico pretio, vt quod dimidiam iustæ æstimationis non attingeret, quatenus pretium conuentum est, censeatur venditio: quatenus supra pretium valet, sit donatio [b], si tamen actum hoc sit: & ita frequentius receptum est: cùm enim separationem hæc materia recipiat, vtrunque de se censendum est, tametsi alij contra [c]. Sic si quis plurium artium magister sit, sub eius artis iudice conuenietur, ob quam in ius vocatus, ad causamque actionis attendemus [d]. Sic & in

m Anch. consi. ccclxxxiij.
n Gl. l. j. de dote præleg.
o l. sed interim. §. j. de donatio. inter vir.
p Bal. l. j. de tut. & cur.
q Alexā. l. si dignum. ad le. fal.
r Auth. habita. C. ne fil. pro pat. Bal. Sal. ibi.
s l. j. C. de ass.
t inter consilia Cur. xviij.
u l. si viua. in fi. C. de bo. mater.
x l. Arist. de dō.
y l. si ita. de inius. rupt.
z Cor. con. lxvj. in j.
a l. si statulib. §. fi. de stat. lib.
b l. si sponsus. §. circa. de don. inter vir.
c And. Sicu. l. fi. de verb. obl.
d l. j. §. fi. de trib.

& in hac quæstione discernendum est, vendo tibi domum acceptis centum aureis, & etiam vineam, quæ alijs centum aureis æstimatur, quem contractum hunc arbitrabimur? Baldus omnino esse venditionem [a], Romanus omnino esse innominatum contractum censuerunt [b]. Ego duos esse contractus magis arbitror, & domum partim venditam, partim permutatam esse, quòd si disparis sit valoris res & pretium, quod maius erit, obseruabimus [c]. Quapropter cùm ex consuetudine dominis directis in permutationibus laudationis pretium non soluatur, in venditionibus soluatur, in prædicto casu non nisi dimidium laudatiui pendetur. quòd si pars permutata maior sit, nihil præstabitur, [d] quod & in iure prælationis recipiendum videtur, cùm & partem tantum potuisset incola vendere, nec ideo dominus in toto iustè petijsset se præferri. In tertio casu cùm mixtum separari non potest, primò videndum est, an propriè sub simplicibus contineatur. Et receptum est non contineri [e], sed ex sententia legis tantum inesse: non tamen expressis simplicibus penitus omissum hunc casum Bartolus censet: indeque est, quòd in fauorabilibus procedat axioma, vt sub simplicibus de mixto quoque actum humanitate suggerente existimemus [f]. Quapropter cùm pater libros legales filio, si doctor iuris ciuilis fieret, legauisset, & philosophicos si in Philosophia, & vtrunque gradum filius assumpsisset, vtrumque legatum consequi debere Baldus respondit [g]. Sic & Alexand. cum lege municipali iurisdictio in actionibus in personam vni iudici tribueretur, in actionibus in rem alteri, vtrunque de mixtis posse cognoscere respondit [h]: quoniam hîc de fauore ordinariæ iurisdictionis agitur, quod tamen intellige, nisi huiusmodi actio in altero præualeat [i]. Si tamen appareret non nisi in casibus simplicibus voluisse testatorem prouidere, mixtumque pro omisso haberi, tunc aliud obseruandum esset: cuius rei exemplum apud Bartolum est [k]. In odiosis verò crebrius receptum est, sub simplicibus mixtum non contineri: quæ tamen sententia per quàm dubia est, cùm in exhæredatione contineri suprà docuerimus [l]. Nam & legata strictè accipiuntur, & tamen in eis regula procedit [m]. Sic & priuilegia, quamuis à iure communi deflectant, tamen in eis quoque regula obseruabitur [n]. Sic & edictum prætoris infamia notans, qui binas nuptias vel bina sponsalia contraxerit, quamuis pœnale, tamen ad casum mixtum porrigitur [o]. Sic in contractibus, si vaccam prægnantem tibi vendam, pacto si vitulum pariat, sit meus: si vitulam, fœtus sit tuus, vtroque nato, suum quilibet habebit [p]. Quid censendum? & cùm mixtum separationem recipit, vel simplici annexa est qualitas non repugnans, quia tunc propriè sub simplicibus continetur, non dubitauerim in odiosis quoque regulam procedere. Quapropter & in prædictæ exhæredationis exemplo, & in vaccæ venditione non puto dubitandum, ex vi verborum casum mixtum aliquo modo contineri. Sed cùm mixtum inseparabile est, quia ex sententia legis solùm sub simplicibus continetur, putarem verius esse in odiosis non contineri, & crebriorem sententiam sequerer, ita tamen, vt quibus in casibus suprà docuit in pœnalibus fieri extensionem, in his quoque casibus simplices ad mixtum trahantur. & ex his quàm plures

a Bal. in proœ. feudo. col. iiij.
b Rom. d. l. Aristo.
c Bar. d. l. Arist.
d Guid. Pap. q. xcij. in fin.
e l. quid ergo. §. ait. de his q not. infam.
f l. si ita scriptū. de lib. & posth.
g Bald. l. fi. C. cō. de leg.
h Alex. l. gallus. §. ille casus. de lib. & posth.
i Sig. cōsi xlviij.
k Bar. in l. cum auus. de condi. & demon.
l d. l. si ita facta.
m l. Titiæ textores. de leg. j.
n l. ij. amplius. de exc. tu.
o d. l. quid ergo.
p Bar. l. si extraneus. de con. ob cau.

quæstiones finiri possunt. I. Et in primis illa, qua dubitari consueuit, an in contractu, quem feudi vulgò appellamus, casus mixtus sub simplicibus comprændatur. Et Pontif. non comprændi credidit, cùm in contractibus eius, quod omissum est, nulla ratio habeatur [q]. Sed in hoc ego dissentio: feuda enim beneficia sunt, vnde latam fauorabilemque interpretationem accipere debent: quapropter in eis appellatione filiorum etiam nepotes continentur [r]. Vnde & traditum est, naturam bonæ fidei hunc contractum seruare [s]. Quod maximè admittendum, si cum principe initus sit, omnes enim eius contractus propter personæ qualitatem, in qua bonam fidem exuberare oportet, bonæ fidei existimantur [t]. II. Secundo dubitatur, an in compromisso, cui adiecta sit pœna, dispositum in simplicibus, ad mixtum casum producatur? Et Cornæus [u] respondit, non produci: quod tum verum arbitror, cùm verisimile non est de casu mixto à partibus cogitatum. III. Tertio, an si iudex terminum concesserit causa omnium exceptionum dilatoriarum, hæ quoque comprændantur, quæ licet negotium perimant, tamen interim pro dilatoriis opponuntur [x]? Et aliqui non comprændi dixerunt: quoniam exceptiones hæ mixtam naturam habent, ideoque in materia iudiciorum, quæ strictè accipitur, sub simplicibus contineri non debent: qua tamen in re ampliùs ipse quærendum reor. IIII. Quarto, an consuetudo feudalis, qua masculi in beneficiariis illis possessionibus fœminis præferuntur, in hermaphrodito locum habeat? Et si masculino sexu magis incalescat, certum est consuetudini locum esse [y]: at cùm planè dubium est, vtro sexu sit potior, respondit Baldus, beneficio excludi [z], quòd huiusmodi consuetudo strictè accipi debeat. Nec est verisimile id actum, vt huiusmodi naturæ ludibria ad ea beneficia admittantur, quæ non nisi nobilibus & strenuis viris solebant indulgeri. V. Quinto, lex erat, in causis motis, vel mouendis sportulæ prius deponantur: quid in causa appellationis, quæ mixtam quodammodo naturam habet? non enim cum principali eadem est, nec tamen penitus diuersa [a]. Et Alexander ex facto interrogatus, locum non esse legi respondit [b]: quoniam plebiscitum id à iuris communis orbita recedit, & strictè accipi debet, meritò casus mixtus non cōtinebitur. Sed ego in primis ad rationem legis attendendum opinor, quæ si vtroque casu eadem subsit, fiet extensio, quod suprà à nobis traditum est. VI. Sexto, lex municipij in causis ciuilibus actionem trium mensium spatio eximi iubet, in criminalibus duorum termino concludit, quid in actione mixta, quæ ciuilem simul capitalemque controuersiam contineat? Et Angelus non comprændi ea lege respondit [c], & ideo non nisi vltra triennij metas secundum veterem iuris sanctionem perimi [d]. VII. Septimo, lex de iudicio ciuili & criminali verba facit, num in eo iudicio obseruabitur, quo pœna partim fisco, partim actori exolui debet? Et cum tale iudicium sit mixtum, non comprændi hunc casum Alexander scripsit [e]: si tamen maior ea sit pœna, quæ fisco debetur, magis est vt criminale potiùs existimem, sicut quæ priuato, ciuile erit [f]. VIII. Octauo, Comes Palatinus eos: qui ex adulterio nati sunt, natalibus restituere potest: itemque eos, qui ex incestu sunt geniti: quid de eo, qui

q l. quicquid. de verb. obl.
r c. j. §. & si clientulus. de ali. feu.
s c. j. de benefic. frat.
t Bald. de pace cōst. vers. si qua vero.
u Cor. cōsi. lxiij. in ij.
x c. pastoralis. de excep.
y l. quæritur. de sta. hom.
z Bald. cons. ccxxxviij. in ij.
a Cin. l. inuitus. q. xj. C. de proc.
b Ale. con. xcvj. in ij.
c Ang. consil. cclvij.
d l. properandū C. de iud.
e Alex. in rubr. C. de iudi.
f c. tuæ. de proc.

vtroque vitio laborat? Et cum hîc de principis
beneficio tractetur, materiáque sit fauore digna,
censuerunt plerique eum, qui adulterio incesto-
que partu natus sit, nihilominus legitimum fieri
posse [a]: at alij contrà: qui enim vtroque næuo ma-
culosus sit, odiosior cêseri debet. Cui ergo quod
minus est conceditur, id concessum non intelli-
getur quod plus est [b]. Sed ego primam sententi-
am, quæ receptior est, sequor. Si enim quis plu-
res filios, quorum aliqui ex adulterio, aliqui ex A
incestu procreati essent, sustulisset, vtiq; omnes
hac Comitis indulgentia natalibus restitui cura-
re posset [c]: & tamen dubium non est, magis deli-
quisse ob delicti iterationem in his omnibus pa-
trem, quàm qui in vno tantum peccauerit. Qua-
propter si delictum parentum respiciamus, casus
mixtus minor est expressis: si ad filios ipsos at-
tendamus, cùm eorum respectu concessio sit fa-
uorabilis (misericordia enim digni sunt, qui alie-
no laborant vitio [d]) dicendum est, ad hunc quo- B
que concessionem extendendam: quia in fauo-
rabilibus fit extensio, etiam si æquè tanta ratio
non subsit [e]. Nono dubitatur, quoties in aliquo
30 actu duæ qualitates † inuicem contrariæ concur
runt, constat potentiorem attendi [f]: quænam i-
gitur qualitas validior existimabitur? & in pri-
mis quæ dignior erit. Vnde si in eadem causa sa-
cerdos sęcularisque litigent, beneficio initiati e-
tiam profanus fruetur [g]. Sic si maior xxv. annis
communem cum minore causam habeat, & ipse C
minoris priuilegio vtetur [h]. Sic cùm Romanus
Pontifex extraordinarium æruscationis munus
quibuscunque administratoribus indixisset, non
comprændi Cardinales eius purpuratos respon
sum est [i]: talis enim qualitas, tanquam dignior,
cæterorum administratorum nomenclatione
eos eximit: qua de re possent quamplurima exê-
pla adduci, quæ passim apud recentiores colle-
31 cta reperiuntur [k]. Potentior † quoque ea causa
existimanda est, quæ benignior sit: quamobrem D
si pupillo legatum sit ea conditione, vt decem
quæ hæredi naturaliter debebat, solueret, eam-
que pecuniam hæres acceperit, potius iure obli-
gationis datam, quam conditionis adimplendæ
causa creditur, quia id benignius est [l], tum vt le-
gatarij integra legata ex voluntate defuncti con
sequantur, tum vt videatur pupillus bona fide o-
mne quod debebat, restituisse. Nec me mouet
quòd in lege Aquilia si elephantes vel cameli oc
cisi fuerint, fit condemnatio tanquam iumentis E
occisis, cùm tamen mixtum sit genus: natura e-
nim eorum fera est, quæ feritas si respiceretur, le-
gi Aquiliæ locus non erat [m]: nam id inductum
credibile est, vt domino elephantis vel cameli
damnum resarciatur, quòd certè benignius est,
ne impunè in re aliena damnum detur. Rursus
32 † potentior ea est causa, quę iure communi iuua-
tur, quam quæ iure speciali, vel commentitio su-
stinetur. Quapropter miles in dubio voluisse se-
cundum ius commune testari magis creditur, F
quàm militari priuilegio vti [n]. Hinc est, quòd si
lex municipij non permittit aduersus doctorem
inquiri, aduersus verò militem concedit. Si quis
idem & doctor & miles sit, qui crimine promi-
scuo deliquerit, ea respicietur qualitas, quæ iuri
communi magis accedet [o]. Causa quoque na-
turalis fortuitæ & extrinsecus accidenti, quoti-
es contrarij inuicem effectus erunt, præualebit
[p]: nisi tamen aliud ex subiecto argumento appa-
reat, vt cum frater miles alium fratrem militem

a Bart. d. l. ij. de verb.
b l. cui pacto. de ser. exp.
c l. iij. C. de episc. aud.
d l. leg. C. de na. lib.
e c. si. de sim.
f c. per hoc. de hæ. in vj. d. l. quę ritur.
g l. præcipimus §. hoc eodem. C. de app.
h l. si communẽ ff. quem adm. ser. amit.
i Rom. consil. ccccl xxxxviij.
k Fel. c. ij. de Iudæ.
l l. si pupillus. ad leg. fal.
m l. ij. in fin. ad legem Aquil.
n l. nam si. de in iust. rup.
o Bald. l. si quis dec. C. de fal.
p Bar. l. qui habet. de tut.

hæredem instituit, ex causa militiæ, & aucto ob
contubernium amore, reliquisse potiùs credi-
tur, quàm iure sanguinis, castrenseque id peculi-
um existimabitur [q]: quod arbitror fauore militię
constitutum. Specialis quoque causa potentior
generali existimanda est [r], sicut & causa prohibi-
tiua permissiuam superat [s]: & qualitas quæ no-
cet, magis in animaduersione est, quàm quę pro-
sit [t]. Vnde si ordinis lege cautum sit, vt nullus do
ctor possit scholasticorum rector esse, qui philo-
sophiæ doctor sit, medicinæ verò auditor, legis
prohibitione ex Baldi [u] responso continebitur.
Sed & hæc & huiusmodi ab alijs diffusius tradi-
ta in præsentia non vlterius pertractanda duxi.
Et hæc quidem, quod ad extensionem attinet,
satis sunt. Superest, vt pauca illi affinia attinga-
mus. Et regula est generalis, quod vt agimus,
non valet, saltem eo modo valere, quo facere
possumus. Ea sub se quasdam species continet,
qualis illa: Si dispositioni imposibile aliquid
per conditionem addatur, omnia vitiantur [x]: si
per modum, modus reijcitur, dispositio sustine-
tur. Rursus alia: Qui actus propriè intellectis ver
bis non valet, ex improprietate sustinebitur. I-
tem alia: In ambiguis ea semper fit interpretatio
vt actus valeat potius, quàm pereat. Rursus quar
ta: Actus nullus nullius effectus est, nisi quòd ex
eo quoque mens testatoris declaratur [y], ex qua
quandoque eandem vim habet, atque si validus
esset: vt quando conditionem de facto impleri
sufficit [z]: quod suprà attigimus. Idem in pœnis,
quando quis ita ex actu nullo inquietatur, ac si
validus esset [a]. Quod & in criminibus quoque
receptum est: cùm enim iure fieri nequeant, se-
quitur vt si quis de facto committat, legitimis
pœnis subijciatur [b]. Sed an actus nullus nomen
saltem seruet? Et non videtur. Quapropter stipu
latio nulla, propriè stipulatio non est [c]: testamen
tum nullum, non est testamentum: sententia nul
la, non est sententia. Sic in citatione, in instru-
mento, in cessione. Quod procedere Bald. cen-
suit in actibus iuris [d], aliàs actus facti etiam pro-
priè nomen seruant, tametsi perperàm fiant [e].
Sed quid in contractibus iurisgentium? hi enim
facti sunt. Et videtur venditionem nullam, pos-
se venditionem appellari [f]: sicut & matrimoni-
um nullum, matrimonium dicitur [g]: quod & in
diuortio receptum est. Sed cùm à iure ciuili fo-
mentum recipiant, verius reor, non nisi impro-
priè & demonstrationis cuiusdam causa sic ap-
pellari. His accedit, quod paria existimantur,
non habere, & inutilem habere [h]. Quapropter
idem esse Accursius scripsit, siue mulier maritum
non habeat, siue habeat quidem, verùm inuti-
lem [i], sed hoc ex effectu accipitur: quantum enim
ad verba attinet, certum est maritum habere. Sed
de his speciebus satis est. Nunc istam principa-
lem declaremus, in qua à Bartol. eiusque in hoc
crebriore calculo recepta sententia necessariò
recedendum mihi video, quòd omnes casus non
comprænderit, & etiam non omnino vera ratio-
ne innitatur. Igitur sciendum, non generaliter
hîc nos quærere, vtrum actus nullus aliquem ef-
fectum pariat, quod suprà declarauimus, nec de
quocunque effectu nos loqui, sed de eo tantum,
qui actui attentato confinis est, qualis pactio sti-
pulationi, codicilli testamento, fideicommissum
substitutioni, actus viæ, & si qua huiusmodi affi-
nitate quadam iunguntur. In his ergo affirman-
dum, actum qui ea forma & modo, quo agitur,
non

q l. cum alleges C. de cast. pec.
r l. seruis vrba. §. fin. de lega. iij.
s l. Sabinus. ff. com. diui.
t l. si quis in gratiam. §. fin. ad Syll.
u Bal. in proœ. de cre. iij. col.
x l. imposibil s de verb. obliga.
y l. fi. de reb. eo.
z l. mulier. §. j. de cond. inst.
a l. vbi. C. de transf.
b l. nemo martyres. C. de sacr. san. eccle.
c l. j. §. sed simi-hi. de verb. obl.
d Bald. l. iij. de test. tu.
e d. l. mulier.
f l. Labeo. in verb. emerit. ff. eod.
g l. quod Seruius. de cond. ob cau.
h c. j. de præsc.
i gloss. l. fi. C. de plag.

non valet, in eum, qui possibilis sit modum susti
neri, si modò testatoris vel contrahentium volū-
tas eiusmodi præsumatur: nam & hoc credere
humanius est, & ex eo suadetur, quòd semper id
interpretatione agendum, ne irriti omnino & e-
lusorij sint contractus. Quod maximè absque du
bio procedit cum expressum est per partes, men
tis ipsorum esse, vt omni meliori modo, quo pos-
33 sunt, actus valeat [a]. Quæ clausula † si in tabulis
addita sit, testamētum præteritione filij nullum, A
saltem iure codicillorum sustinebitur: & si pater
filio certam rem reliquerit, propter hanc clausu-
lam iure institutionis reliquisse censebitur [b]. Nō
tamen tanti effectus est, vt actum sustineat in ca-
sum à partibus non cogitatum, vt quia deinde
insperatò euenit [c], vel perquàm raro accidere so-
leret: nec sola generalitas verborum sufficeret, si
mens verisimiliter ab eo casu abfuit [d]. Quod in
ea specie receptum est, cùm testator, non valebit
testamentum, iussit iure codicillorum obseruari B
præterito enim posthumo, rumpetur, nec in vim
quidem fideicommissi poterit sustineri: non e-
nim verisimiliter id voluit testator [e]. possunt ta-
men id agere partes, vt etiam in casum non pro-
uisum valeat, vt cum aliquis ex causa quacunque
etiam incognita liberatur [f]: quod tamen adhuc
temperatur, ne dolum remissum facilè credamus
[g]: & hæc quidem cum mens partium clara est.
Cæterùm etiam in dubijs, vt prædixi, potius cre
dendum est, voluisse partes actum non omnino C
inutilem facere: & ideo pro regula affirmandum
est, huiusmodi quod geritur, prout fieri potest,
34 sustineri. Quæ regula † tunc non procedit, cùm
alicuius disponentium mens aduersatur: veluti
cùm apparet: quem voluisse testamentum face-
re: nō enim si irritum sit, interpretabimur saltem
iure codicillorum defendi [h]. Id ea ratione niti-
tur, quòd non videtur testator, qui de toto volu-
it disponere, id egisse, vt diuisa in partes re, aliter
atq; aliter censeatur, q hæres ex testamēto est, so D
lidū cōsequitur, qui ex codicillis, partē iure fidei
commissi, cùm aliam partem legitimus hæres
directè ex S.C. Trebelliano retineat: quæ diuisio
cùm diuersa sit ab eo, quod testator egerat, non
arbitrabimur id sensisse, vt actus in hunc modum
sustineatur. Qua ratione & libertas directa seruo
alieno in testamento data in vim fideicommissi
non firmabitur [i]: transiret enim in penitus diuer
sam speciem, cùm per directam soli seruo proui-
deatur, per fideicommissariam etiam hæredi pro E
pter ius patronatus, quod quidem in bonis testa
toris nec verè est, nec produci quidem potest [k],
vnde & ad extraneos hæredes non transit: quòd
si in bonis testatoris esset, non ita diuersa species
existimaretur. Qua ratione substitutio directa, in
fideicommissariam quandoque flectitur: nempe
quoties à principio ceu directa valere non potu
it [l]: si enim potuisset, quia actus non dicitur irri-
tus, qui valere potuit, non fiet hæc interpretatio
[m]. In contractibus quoque cùm aliquem nobis F
obligamus, regula non procedet: cum enim non
nisi ex vtriusque partis consensu contractus vim
accipiant, non est verisimile eum, qui obligatur,
in alia specie consensurum [n]: quinimò creden-
dum est, qui inutiliter se obligat, delectari actum
inutilem se facere, nec creditorem admonituru
[o]. Quapropter dominus pro seruo inutiliter fi-
deiubens, quasi iusserit non obligatur [p]. Sic fi-
deiussor eo tempore datus, quo in peculio nihil
est, nisi sic acceptus sit, vt in futurum tempus,

a l. j. de iure codicil.
b Alex. consil. cxij. in iij.
c Roma consil. ccxciij. Fel. c. cū super. de offi. de lega.
d l. fistulas. §. frumenta. de contrah. emp.
e Soc. con. xciij. in iiij.
f Alex. consi. xj. in ij. col. pen.
g l. tres fratres. de pact.
h l. non codicillum. C. de testa.
i l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. de le. j.
k Bar. l. j. col. iij. de lega. j.
l l. Scæuola. ad Trebel.
m l. verbis. de vulga.
n l. j. §. si quis ita. de verb. obli.
o l. an inutilis. de accep.
p l. j. §. deinde. quod iussu.

quo in peculio aliquid erit, obligaretur frustra
acceptus censebitur [q]. Sic inutiliter transigens,
non videtur voluisse ex pacto obligari: quis e-
nim credat aduersario, qui cum litigatum est, vo
luisse quenquam donare [r]? Cæterùm & vbi lex
pro forma aliquid requirit, ea non seruata, omni
no actus perimitur. Vnde stipulatio cuius forma
seruata non sit, nec in vim pacti quidem valebit
[s]: fauore tamen liberationis receptum est, vt si
acceptilatio inutilis fuit, tacitâ pactione id actū
videatur, ne petatur, quod Paul. scripsit [t]: non
quòd ea tacitum pactum in se habeat (cùm enim
acceptilatio causa liberationis fiat, vinculum ob
ligationis nullum debet inducere) sed ex qua-
dam æquitate naturali, qua quis obligatur non
petere [u]: & ita ego sentio, licet alij aliter. Et hæc
omnia quidem ex coniectura mentis inducun-
tur, quæ tempore initi actus fuisse præsumitur.
Sed quid si casus aliquis deinde superueniat,
quem si partes euenturum credidissent, aliud cō
stituissent? Et in † hoc breuiter distinguendum 35
est, cùm quæritur, an voluntas intelligatur rebus
sic stantibus: Aut in his loquimur, quæ ex vnius
arbitrio pendent, & tunc si res incidat in eum ca
sum, in quem verisimile sit eum aliter dispositu-
rum, mutata voluntas intelligitur [x]. Qua ratione
si pater filio tutorem dederit, isque improbus fa
ctus fuerit, non sequetur magistratus iudicium
testatoris [y], quem verisimile est, si hoc præuidis-
set [z], tutorem non fuisse huiusmodi filio datu-
rum. Quo exemplo & procurator constitutus, si
prodigus, negligens, stupidus fiat, reuocatus cen
sebitur [a]. Sic legatum ex inimicitia deinde con-
tracta, vel per alienationem reuocatur [b]. Sic te-
stamentum natiuitate liberorum [c]. Sic cùm te-
stator alienationem fauore pupilli prohibuisset,
deindeque constituisset pupillo eam expedire,
respondit Aretin. iudicis auctoritate venditio-
nem concedendam [d]. Sic cùm testator iussisset,
ne in fundo institutus eo ampliùs quicquam pe-
teret, censuit Bartol. ius accrescendi sublatum
non videri [e]. Sic priuilegia monachis concessa
propter exuberantem eorum numerum reuocã-
tur [f]. Hinc ex facto cùm quidam vnicum filium
hæredem scripsisset, & consanguineę puellę pro
dote centum legasset, quæ summa tempore testa
menti propter amplas eius facultates minima vi
deri poterat, deinde ad paupertatem redactus,
eodem testamento decessisset, legatum arbitrio
iudicis moderandum plerisque visum est, ne plus
filio extranea puella consequatur. Aut in † con- 36
tractibus loquimur, qui ex duorum voluntate
interpretationem recipiunt, & tunc non intelli-
getur rebus sic stantibus tātùm facta promissio,
nec alterius voluntas mutata quicquam innoua
bit [g]. Quod tamen perpetuum non est. Quid e-
nim si prior contractus ex errore processisset [h]?
quid si ex fiducia [i]? quid si aliqua causa hoc suade
ret, de qua à partibus nihil cogitatum fuisset? vt
si promiserim tibi gladium restituere, deinde fu-
rens petas [k]. Quapropter & in scholastico re-
sponsum est, quamuis in aliqua Academia laure-
am Doctoratus, vt vocant, accipere etiam sub iu
risiurandi religione promiserit, nihilominus si
in aliud gymnasium transeat, & ibi examine fa-
cto approbetur, non censeri periurum [l]. Sed &
conditiones quę tacitæ ex natura contractus in-
sunt, semper intelliguntur. Si igitur tibi do-
mum locauero, & habere licere promisero, intel
ligetur rebus sic se habentibus: & pensione inte-

q l. eo tempore. versi. sed fideiusso. de pecu.
r l. suus. C. de rei pu. hær.
s l. j. §. cum qui. de const. pe.
t l. si vnus. §. si acceptilatio. de pactis.
u Bar. l. vbi. C. de transact.
x l. Paulo. §. j. de leg. iij.
y l. Mæuia. §. fi. de an. leg.
z l. in confirmando. de confirm. tut.
a l. cum quis. de sol.
b l. rem legatā. ff. de adi. leg.
c Auth. ex causa. C. de lib. præter.
d Aret. consil. xxij.
e Bar. l. quoties. §. si duo in fin. de hær. instit.
f c. suggestum. de decim.
g l. sicut. C. de act. l. Lucius. de euict.
h Bart. l. fi. §. qui fuit. de condi. inde.
i l. fi. C. de non num. pec.
k xxij. q. ij. ne quis.
l Imol. c. inter P. de ren.

rim recepta [a]. Sed & cùm lex ex noua causa rescissionem contractus inducit, vel reuocatoriam actionem concedit, apparet rebus sic se habentibus promissum tantummodo fuisse: vt cùm quis donat, deinde liberos suscipit, rescinditur ex Cõstantini rescripto contractus [b]. Cæterùm & quãdo tacitum pro expresso habendum sit, eodem ferè modo distinguitur: in his enim quæ vnius ex sententia conficiuntur, non est dubium haberi [c], in contractibus verò non haberi, si ab altero tantum id actum sit [d]: si ab vtroque, secùs est: tũc enim idem est, quod in vltimis voluntatibus diximus, nisi actus in forma peccauerit [e], cum enim forma ex necessitate legis requiratur [f], voluntas partium in nulla animaduersione est, idem cum
37 hac voluntas probari non potest. Sumitur † autem probatio ex natura rei, vt quia quod omissum est ex natura rei, in eum contractum accedere [g]: sumitur & ex consuetudine, quæ in actionibus humanis potissimam vim habet [h]: sumitur & ex præfationibus, huiusmodique alijs coniecturis legitimis, quas omnes referre præsentis
38 instituti non est [i]. Sed † nunquid tacita hæc dispositio ex lege inducta, an potius ab homine censebitur? Et discernendos tres casus arbitror. Primus, quoties lex aliquid à partibus, actum præsumit, nec huic partes ipse renuntiare possunt [k], tunc huiusmodi legis dispositio, non autem hominis censebitur. Quapropter ius accrescendi tametsi ex tacita quoque testatoris mente proueniat, tamen ex legis dispositione magis procedere existimatur [l]: non enim potest quis partim testatus, partim intestatus mori. Sic Bartol. in actione tutelæ, diem ex dispositione legis inesse, non autem ex hominis credidit [m]: quoniam si partes agerent, vt ante diem ea actio oriretur, vtique frustra agerent [n]. Sic idem tradidit, procuratorem ad agendum legali dispositione, ad defendendum quoque constitutum censeri: vt enim id faciat, à lege ipsa etiam præter domini voluntatem adigitur [o]. Sic receptum est, tempus quod à lege iudicatis concessisue indulgetur, tametsi in sententia iudicis sit expressum [p], pro legali tamen dilatione accipi, cum in arbitrio iudicis non sit, qualem terminum constituat [q]. Nam & generaliter idem Bartol. definiuit, illam obligationem à lege descendere, cùm præter verisimilem contrahentium voluntatem inducitur. Quæ enim ex præsumpta voluntate oritur, hominis obligatio, non legis est [r]. Nec obest, si quis dixerit, nónne legibus voluntatem suam regere quilibet creditur [s]? Respondeo, verum id esse in his quæ libero partium arbitrio relicta sunt, alioquin non spontè facere, sed legis iussu partes creduntur [t]. Quapropter legi Falcidiæ aduersus voluntatem testatoris locum esse scriptum est [u]: nec enim facere potuit testator, quo minus ea lex locum in testamento suo haberet. Secundus casus est, cùm lex aliquid præsumit, cui partes renuntiare possunt, & tunc huiusmodi dispositio hominis, non legis dicitur: vt quòd in mutuo æquè bonum reddatur: in promissione dandi Carthagini, tempus quo illuc iri commodè possit: & si qua similia. Sensit hoc & Bartolus [x], dum alias esse conditiones tacitas scripsit, quæ ex lege descendunt, alias quæ ex natura rei, alias quæ ex præsumpta voluntate. Quapropter cùm lex municipalis consanguineos de controuersijs compromittere iuberet, si compromissum fuerit, necessariò id dicetur factum, non

a l. quæro. loc.
b l. si vnquam. C. de reuoc. do.
c l. interuestem. de auro & argẽ.
d l. si repetendi. C. de condit. ob cau.
e l. j. de verbor. obligat.
f l. iubemus. C. de testa.
g d l. quæro.
h l. quod si nolit. § quia assidua de ædil. edi.
i d. l. si seruus plurium § fi.
k l. si paterfa. in princ. de adop.
l l. si in testa. in fi. de vul.
m Bart. l. ita stipula. j. q.
n l. cerdonem. de oper. lib.
o Bar. l. non solum. de proc.
p l. iiij. § condẽnatus. de re iud.
q l. ij. eod tit.
r Bar. l. stip. non diuid. q viij. de verb. obl.
s l. quidam cum fil. de verb. obl.
t l. iiij de reg. iu.
u l. Titia. ad leg. Falc.
x Bar. l. quæ extrinsecus. de cõ. & demonst.

spontè, cum huic legi per alterum renuntiari nequeat: licet Salicetus & Alexander hac in re aliter senserint [y]. Ex hoc quoque consequens est, vt contractui depositi clausula dolum malum abesse, legis dispositione inesse credat, non sponte contrahentis [z]: non enim illi renuntiari potest, cum dolus malus in futurum remitti neque at [a]. Tertius casus est, quoties lex absque partium respectu aliquid inducit, & tunc quoque dispositio cẽsebitur legalis [b]. Qua ratione id quod interest, rectè pœnam legalem appellauerimus [c]: inducitur enim in obligationibus faciendi, vt quanti ea res est soluendo, debitor liberetur, tametsi de hoc nihil actum sit. Et hæc scitu vtilia sunt, tum quòd mitius cum lege agitur, quàm cum homine, tum etiam quod dispositioni legis contrafaciens insolidum condemnatur, dispositioni verò hominis, pro hæreditarijs portionib. tantum [d]. Possent & aliæ differentiæ referri, quas in præsentia recensere nihil attinet. Postremò videndum est, quoniam superius dictum à nobis fuit, non solùm dispositiones hominum à legalibus differre, sed inter ipsas quoque humanas actiones plerunque non parum interesse, cur aliud constitutum in vltimis uoluntatibus, aliud in contractibus non raro reperiamus. Exponendum itaque, quomodo certius hæc quoque discerni queant. Et regulariter † solet affirmari, eo- 39
dem iure vltima morientium mandata, viuentiumque contractus accipienda esse, deque altero ad alterum, ceu ad similem rem, interpretatione procedendum [e], nisi tamen diuersa in his ratio afferatur: ea diuersitas quinque vt plurimum causis solet oriri. Prima, quod in testamentis fauorabilior interpretatio, quàm in contractibus fiat [f]: hinc est quòd institutis testamento filijs, etiãm fœminas admitti indubitati iuris est: cùm tamen si quis pro se & filijs emphyteusim recipiat, masculos tantùm admitti ferè receptius sit [g]. Eodem modo, insti[illegible]is filijs, dubium non est nepotes quoque con[illegible], cum in contractibus contrà responsum sit [h]. Sic à legato quod filijs relictum sit, monachi non excludentur, in quorum album nomina filij dederint [i], cùm in contractibus huiusmodi interpretatio minimè accipienda videtur [k]. Sic si fidei filio commissum sit, coniectura paternæ pietatis plùs dictum, minùs scriptum creditur, conditioque, si sine filijs decesserit, extrinsecùs sumitur [l]: quod in contractu locum sibi non vendicat. Sic legata domo, aditum quoque deberi responsum est [m]: at vendita, vel familiæ erciscundæ iudicio diuisa non deberi [n]. Sic conditio impossibilis vltimas voluntates nõ vitiat, sed ipsa reijcitur [o], cum tñ cõtractus ratos esse non sinat [p]. Secunda causa est, quia vltimæ † 40
voluntates promptius executioni mittũtur: pluribus enim actionibus in his succurritur, nunc rei vendicatione, nunc pignoratitia ob hypothecam [q], quandoque & officio iudicis, quod persecutionem vocant. Sed & interdicto plerunque succurritur possessionis adipiscendæ causa [r]: quã ob causam & edictum diui Adriani olim in vsu erat [s]. quæ omnia in contractibus aliter se habent: ex his enim ordinaria actione experiendum est, nullaque executio præstatur [t]. Eadem ratione & illud dicimus, vltimas voluntates postquam dies cesserit in pendenti esse non posse, cùm in contractibus aliud sit iuris [u]: vnde & illud receptius est, legatarium, qui partem ab altero hærede petierit, non censeri ius crediti diuisisse [x], cum in contra-

y in l. si quis [illegible] ior. C. de transa.
z Pau. Are § Cato. v. opp.
a l. iurisgentiũ. § pen. de pactis.
b Bar. d. l. stipulationes. q. viij.
c l. cum stipulatus sim à Proculo. eod. tit.
d l. in depositi. ff. depo.
e l. ita stipul. de ver. obl.
f l. in testa. de re gu. iur.
g l. j. § j. de verb. sig. ff.
h Bar. l. liberorũ de ver sig. Sal. l. ij. C. de iu. emp.
i auth. nisi. C. ad Treb.
k Spe. tit. de loc. ver cxx.
l l. cum acutissimi. C. de fi. l. vbi Bal. in fi.
m l. testatrix. § ser. vend.
n l. in vendẽdo. de cõtrah. emp.
o l. j. de con. inst.
p l. impossibilis de verb. oblig.
q l. fi. C. comm. de leg.
r l. fin. C. de edi. di. Adria.
s l. fin. C. quor. bo.
t l. minor cuj fid. de min.
u l. receptum. com. præd.
x l. si ex toto § j. de leg. j.

contractibus constet diuisionem fieri [a]: faciliùs enim hoc modo testatoris voluntas exitum habebit [b], nec suspendetur quatenus alius cohæres non soluat. Sic & si tibi seruum arbitratu Seij legauero, eo intra annum non eligente, nihilominus legatum debebitur, nec vlterius erit expectandum [c], cùm in contractibus à persona nõ recedatur, longiorq; præstetur dilatio [d]. cui rei con
41 sequens est, quòd cautioni † Mutianæ in contractibus locum non esse vulgò traditum est [e], cùm & debitor in diem ex causa legati cauere debeat, quum dies venerit se soluturum [f]: quod in cõtractibus admissum non est, nisi magna ex causa [g]. Tertia causa, quod vltimæ voluntates ab vnius tantùm, nempe testatoris, iudicio pendent, contractus non nisi omnium contrahentium consensu perficiuntur: in illis igitur sola defuncti mens in animaduersione est. Quapropter, si bona sua
42 alienari † prohibuerit, ex causa tamen dotis distrahi poterunt [h]: quoniam verisimile non est, voluisse cum à se descendentes fœminas indotatas agere: quod in prohibitione, quæ in cõtractu addita sit, non procedit [i]. Eadem ratione vltima voluntas posterior, tametsi non omnino perfecta priorem extinguit [k], cùm aliud sit in contractib. [l]: ex actu enim inutili voluntas tamen perspici potest, quod in legatis solum sufficit [m]. Item annuum legatum iuris interpretatione plura legata, plures obligationes continet: at si annuũ quid dari nobis stipulemur, vna erit obligatio [n]. Cuius rei ea videtur ratio, quòd in legatis voluntatem spectamus, quæ præstationem pluries fieri decreuit, meritò plura sunt legata: in stipulationibus ad formam verborum attendimus, quæ vnica est. Quarta causa originem à præcedẽti ducit: ea est,
43 quòd in vltimis † voluntatibus pœnitentiæ, reuocationique locus est, cum in contractibus quod factum est, infectum, quod ratum, irritum, altero dissentiente, fieri non possit [o]. Hinc si libertus de se bene merentem amicum donatione aliqua remunerauerit, non fiet causa patrono, vt in sui fraudem id factum conqueratur [p], cùm si causa mortis dederit, secùs sit [q]: quòd enim huiusmodi alienatio ex nutu eius reuocari possit, facillimè fraudis coniecturam tunc accipimus. Sic adolescens, cui curator datus sit, absque eius auctoritate contrahere non potest [r], cum tamen testari, legare, causa mortis donare possit [s]: nec enim hîc vllum subest periculum, ne damnosè agat, cùm arbitratu suo omnia reuocandi ius illi sit [t]. Quapropter si municipali plebiscito cautum sit, ne absque agnati consensu mulier contrahat, id tamen valebit, quod donatione causa mortis tradiderit: non enim legis ratio, ne mulier decipiatur, locum hoc casu sibi vendicat, cum pœnitere possit [u]. quo exemplo & illud quoque responsum fuit, cùm consuetudine quadam peregrinorum facultates, quæcunque eorum vltima voluntate relicta, ad principem pertinerent, si donationis nomine quicquam ab his alienatum esset, non videri fraudem fisco factam [x]: quod eo magis recipiẽdum est, quoniam illud in confesso sit, dispositionem stricti iuris in vltima voluntate inductam,

a l. si creditores C. de pac.
b l. vel negare. ff. quemad. test. aper.
c l. fin. § sed & si quis. C. commu. de lega.
d l. si quis arbitratu. de verb. oblig.
e l. Mutianæ. de cond. & demõ.
f l. inter. l. seq. qui sa. cog.
g l. in omnibus. de iudic.
h auth. res quæ. C. ad leg. Falci.
i l. nulla. C. de iu. dot.
k l. legatum sub conditione. § fi. de ali. lega.
l l. j. de noua.
m l. fin. de reb. cred.
n l. si Stichum. § j. de verb. oblig.
o l. sicut. C. de pacto. & oblig.
p l. vnic. § si quid in fraud. patro.
q l. j. § j. eod. tit.
r l. si curatorem. C. de in integ. restit.
s l. Aurelio. § Caius de lib. leg.
t l. sed interim. § de don. inter vir.
u l. as. l. ij. de le. j.
x d. l. viuus.

ad contractus minimè producendam esse [y], nec è conuerso. Quinta causa est, quia contractus etiam ex summi iuris rigore effectum habet, quòd de re sua quemlibet disponere posse iustum est: at vltimæ voluntates indulgentia solùm quadã; dispensationeque legis sustinentur [z]: cùm in id tempus earum effectus cõferatur, quo quis mortuus est, nec res ampliùs sua est: quo fit, vt suprema hæc iudicia, ceu specialiùs quoddam auxiliũm à legibus cõsecuta, legum ipsarum naturam, magis, quàm cõtractum imitentur [a]. quapropter & in legatis, & in legum iussionibus, si quicquã factum non sit addita pœna, statim fieri debet, ne in pœnam incidamus [b]: cùm in contractibus non priùs pœnæ locus sit, quàm declaratum fuerit amplius fieri non posse [c]. Inde quoq; est, quòd prohibita à testatore alienatione, non magis dominium transferri non potest, quàm si lex expressim vetaret [d], cùm tamen in contractu prohibitio eam translationem nõ impediat, sed in id quod interest agendum sit [e]. Cæterùm & contraria ratione institutum est, vt antequam vltimæ voluntates legis fomento conualuerint, contractibus ipsis imbecilliores censeantur: quapropter ante conditionis euentum, in eis transmissioni locus non est [f]: cùm stipulatio conditionalis nihilominus ad hæredes transeat [g]: firmius enim vnicuiq; acquisitum id censetur, quod propria ope consecutus est, quàm quod alieno beneficio adipiscit [h]. Vnde alimentis mihi ex contractu debitis, possum ex sententia mea trãsigere: cùm si postremo alicuius elogio debeantur, absque prætoris decreto non possim [i]. Qua ratione sunt, qui putẽt, in ambiguo disiunctiuæ obligationis casu ad legatarium electionem spectare [k], cùm in contractibus ad debitorem ipsum pertineant [l]: differentiæq; rationem esse, quòd hæredis hac in re damnum in animaduersione nõ est, qui & de lucro agit, & alieno facto fortunatus est, vt cui contigerit (quod poëta ille ait) Res non parta labore, sed relicta. Cui tamen rationi illud obesse videtur, quòd traditum est, si manumissus à domino superstite seruus fuerit, peculium illi concessum censeri: sed si testamento ab hærede libertas ei legata sit, non censeri: quod argumentum tripliciter bene sanè dissoluit Accursius [m]. Ego etiam illud dici posse arbitror, ideo ita constitutum, ne dominus quicquam illi vlterius impendendi causam haberet, sed peculium illi pro alimentis sufficeret. Siquidem & apud Plautum Epidicus ait: *Nouo liberto opus est quod pappet.* Cui respondet senex: *Soccos, tunicam, pallium tibi dabo, præbebo cibum.* Seu an potius id inductum credamus, quoniam qui hæredi seruum relinquit, necessariò relinquit? at in necessitatibus non ita fit liberalitatis & munificentiæ larga interpretatio [n]: nam & traditum est alienationes, quæ testamentis fiunt, non ita facilè in fraudem cuiusquam factas videri, quoniam necessariò fiant [o]: vulgò enim dicitur, superstitis est mancipium, & morientium sedes viui occupant, nec nisi [illegible] nudos orcus recipit.

y l. non dubiũ C. de testam.
z l. j. C. de sac. san. eccle.
a § disponat. in auth. de nunt.
b gl. l. j. C. de his quib. vt indig.
c d. l. ita stipulatus.
d l. Marcellus. § res quæ ad Treb.
e l. ea lege. C. de cond. ob cau.
f l. j. § sin autem sub. C. de cad to.
g § ex conditionali. inst. de ver. oblig.
h gl. l. j. C. si aduers. ven.
i l. cum hi. § plane. de transa.
k l. Lucio. de lega. ij.
l l. plerunq;. in fi. de iu. dot.
m l. j. C. de pec. eius qui libert.
n l. rem legatã. de adi. leg.
o l. ex hoc edicto. de ali. iud. mut. l. reos. de sol.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOL. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, LIBER QVARTVS.

SVMMÆ.

1 *Figurarum ortus.*
2 *Metaphoræ vsus.*
3 *Καταχρήσεως natura.*
4 *Parœmiæ, transactionis species: eius vsus, & dictio.*
5 *Aposiopesis effectus.*
6 *Prolepsis vis.*
7 *Antonomasiæ virtus.*
8 *Synecdoches vsus.*
9 *Hysterologia inuertit.*
10 *Auxeseos natura.*
11 *Superfluitatis figuræ.*
12 *Cauillationis natura.*
13 *Hyperbole auget, minuitue.*
14 *Anaphoram variè fieri.*
15 *Geminationis genera.*
16 *Parallages vsus.*
17 *Amphibologiæ ortus.*
18 *Tractus, temporum complexio.*
19 *Allegoria, translasio.*
20 *Noxæ noxiæq; discrimen.*
21 *Mulierem etiam de virgine dici.*
22 *Muneris acceptio multiplex.*
23 *Peculium variè accipi.*
24 *L. librorum. §. si cui. explicari.*
25 *Veteratorem variè sumi.*
26 *Iurisconsultos verbis ab alijs non receptis vti.*
27 *Iurisconsultis peculiaria verba.*

CVM superiorib. libris à nobis de quadruplici verborũ significatione non indiligẽter sit scriptum, superest vt de figuris & tropis aliqua subijciamus: quæ cùm mixtæ cuiusdam sint naturæ, operæpretium visum fuit in hunc locum eas reseruare, quòd sat commodè
D non videbantur posse supradictę distinctioni cõiungi: nam figurarum quædam solum ornatum respiciunt, & hæ ad ꝓprietatem ipsam pertinẽt, imò elegantiorem, & magis perspicuam orationem, quam ex ipsa proprietate deprompta verba faciunt, vt meritò Fabius Quintil. scripserit, Quæ bene translata sint, etiam propria dici solere. Quædam ad impropriationem penitus pertinent, & in vitium orationis inclinãt, qualis † est earum maxima pars: alię ab vsu prudentium au-
E ctoritatem sumunt: nonnullæ ferè nihil à verbis mutuantur, sed ex interpretatione vim omnem accipiunt, veluti vt plurimum sunt parœmię. Meritò igitur in vltimum librum recipiendum hũc tractatum censui, prę sertim cùm sic quoque gratiorem me rem facturum hisce opinarer, qui iuris scrupulositatibus offensi, in amœniora studia diuertere desiderant: his enim hic libellus magis arridebit, qui non pauca ex humanioribus studijs contineat, quantaque veterum Iureconsultorum in eis diligentia fuerit, declaret. Velim tamen hi sciant, me non omnino ex Grammaticorum, aut Rhetorum declarationibus, sed crassiore minerua, quod nostratibus Doctoribus magis placere deprændi, huiusmodi schemata & tropos interpretari: & sicut apud Ennium Neoptolemus philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis, nam omnino, haud placere: sic & ipsi mihi video cum Rhetoribus aliquantisper conuersandũ esse, omnino haud placet. Quòd si ipsi in hoc argumento à Grammaticorum traditionibus recesserunt, æquo animo ferre debent, si Iurecõsul-
A tus eos & ipse non omnino sequar, sed aliqua cõsultò innouanda duxerim, quæ huic nostræ professioni magis conducere existimaui. Ex his igi- 2
tur † longè frequentissima est quam μεταφορὰν, id est, translationem vocant, sine qua nec quotidianus quidem sermo consisteret, cùm propter vocabulorum angustiam similibus plerunq; vti cogamur, vel quia proprium deficiat, vel quia translatum proprio elegantius sit: vt cùm Ureconsulti adulterinam monetam, adulterinam sciẽtiam
B vocant, & adulterari rationes dicunt, id est, conturbari, vel falso describi [a]. Sic ambulatoriam vo- (a l. j. in … cor.)
luntatem, actionem, legis potestatem, stipulationem dicimus: sic viam aperire, sic calcem ꝑ fine, cunabula pro initijs plerunque reperire est: hinc anfractus litiũ antiquare, id est, extinguere: hinc defloratæ species, enucleatum ius, frœni temperies, nuda conuentio: sic in promptu dicimus, ad manum, in pendenti, prima facie, laquei legum: sic inhiare commodis, quod à lupis translatum
C est: sic rempub. florere, dotem & donationem ꝓpter nuptias æquis passibus ambulare [b], tempo- (b l. si C. de don. ante nup.)
ra largiri, causam capitalem, quæ ad statum pertiner, dicimus, & si qua similia, quæ nusquam in quocunque auctorum genere non occurrunt. Ab hac † non multum distat quæ κατάχρησις, id est, 3
abusio dicitur, cùm omisso proprio & peculiari nomine, aliud apponimus: vt cùm lex Iulia adulterium stuprum appellauit, generalissimo nomine vsa, cum speciale crimen insequeretur: me-
D ritò Paulus, lex, inquit, Iulia stuprum & adulterium non promiscuè (vt habent vulgati codices) sed καταχρηστικωτέρως appellat φθοράν. qua figura etiam parricidam dicimus, qui matrem interfecit. Sic & Caius inter gestum & factum, inquit, καταχρηστικῶς nihil interest. Sunt qui generaliter catachresin definiant, quæ nomen suũm proximo accommodet. Metaphoræ quoque affines sunt parœmiæ, de quibus Erasmus Roterodamus locupletissimum, & immortalitate dignum opus iamdiu edidit, in quo solus
E videtur mihi veteres omnes superasse: is enim sic definiuit: Parœmia † est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne. Sunt autem in 4
iure id genus quamplurima adagia, quorum insigniora ille vir diligentissimus per quàm eleganter explicauit: qualia sunt, Glauci & Diomedis permutatio: Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus: Non soli atridæ vxores amant: Pecunia absque peculio fragilis: Officere luminibus: Cum sacco adire: Manu longa, manu breui: Actum ne agas: Leonina societas: Illotis manibus: Longè lateque: Sarta tecta: Ruta cæsa. Cæte-

rùm quædam & nos ab eo, fortè consultò, prætermissa adnotauimus, quæ quamuis non ita forsan elegantia sint, non tamen eiusmodi visa fuerunt, vt silentio omittenda duceremus. Ea sunt, HERCVLIS CLYPEVS, in Hexasticho quod Iustinianus ipsis Digestis præposuit:

Οἷα τις Ἡρακλῆι παναίολον ἀσπίδα τεύξας.

dicitur autem de re pulcherrima, & varijs ornamentis insigni: ab Hesiodo sumptum, in opere cuius titulus ἀσπίς. DVPONDII iuuenes:
A studijs tantum initiati, in proœmio, à dupondio nummo, quasi duobus assibus æstimarentur: seu à pondere dupondio, quod & stater dicitur, & τετράδραχμον: sunt enim adhuc modici valoris, nos pupillos vulgò dicimus. Eôdem pertinent, LYTHE & Prolythe: quo nomine vocantur postquam perfecti, absolutique in ea disciplina fuerint. Sic eodem loco edictum perpetuum, sparsim & quasi PER SATYRAM collectum
B dicitur prouerbiali schemate, à satyra lance ex varijs ferculis nullo ordine collatis composita. Vnde & Sallustius in Iugurthino: Quasi per Satyram sententijs exquisitus in deditionem accipitur: id est, non seruato ordine, vt seniores prius sententiam rogarentur: sed vti ipsi Imperatori libuisset. Eodem pertinet, quòd Sabinus à Pomponio [a] Cato sui temporis dictus est. Sic (a l. ij. de ori. iur.)
SATVRNINVM recentiores quidam vice versa vulgò dicunt, qui phantasticas, absurdasúe opiniones in iure ciuili sectatur [b]: ab huius nomi- (b l. j. de senat. Bal l. j. C. de sac. sanct. eccl.)
C nis Saturnino, quem Vlpianus notat. περὶ λόγου, id est, ad verbum prouerbialiter Vlpianus [c] dixit, de his, qui congruenter interrogationi sibi factæ respondent, quod à nobis in Dispunctionibus diffusiùs explicatum est. Id Cicer. RESPONDERE AD ROGATVM dixit in oratione pro L. Flacco: Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quàm ad rogatum. EREMODICIVM Iurisconsulti [d] ap- (c l. de ætate. §. ꝗ autem. de interrog. act.) (d l. et si sine §. fi. ff. de min.)
D pellant, quoties in iudicijs, absente altera parte, ius dicitur. Vnde qui facilè & citra contradicentem victoria potiuntur, eremodicio potiores dici possunt. Lucianus etiam ad calumniatores transtulit. Demosthenes separatim ἰδίᾳ λῆξιν appellat. In periuros quoque prouerbiale est dictum, Vlpiano auctore, προπετῶς μὴ ὄμνυε, temerè ne iura: quod illis [e] superindici solebat, cùm fu- (e l. si duo. in fin. de iureiu.)
stium vel flagellorum ictibus subijcerentur. DVBIVS EVENTVS LITIS ex Scæuola [f] di- (f l. quod debetur. de pecu.)
E ci solet, apudque nos ferè prouerbij loco vsurpatur, apertissimamque habet significationem. PROBATIONES de domo [g] vocantur non (g l. pe. de testi.)
tam suspectæ, quod domestici testes non recipiantur, quàm confessiones, & ipsius accusati rationes, cùm quis proprio ore conuincitur, & suo, quod dicitur, gladio iugulatur: quo sensu & Græcum adagium accipi potest, οἴκοθεν ὁ μάρτυς. VESPERTILIONEM appellari in iure [h] (h l. si ita quis. de euict.)
F apparet eum, qui ne creditoribus satisfaciat, latitet, & vespere tantum exeat, vel rationes conturbauerit: opinor ex Aesopi fabula, qua inter cætera proditur vespertilionem cum mergo societatem nauticam contraxisse, & summersa naui, cùm vterque decoxisset, vespertilionem non nisi noctu, metu creditorum vagari, mergum frequenter in vndas se demittere, mercimonia amissa perquirentem: vt proculdubio male sentiant, qui vespillonem, vel versipellem pro vespertilione legunt. Traditur & quandoque IACTVS retis [i], pro re dubia, & mera spe, qua ple- (i l. si iactum. de act. emp.)
runque homines decipiuntur. A MANV quoque variæ parœmiæ deduci videntur, vt cùm dicimus, de manu in manum, & per manus tradi [k], & ad manum non habere, & extra manum demisisse, & manus iniectionem retinuisse. Emis- (k l. ꝗ per manus. ff. de iure codic.)
sam quoque manum Modestinus dixit [l], pro cau- (l l. quidam. de prob.)
tione manu facta. Dicitur & manus pro arte, vnde & manus pretium Caio [m]. DOMVM quo- (m l. mulieris. ff. cod.)
que suam vnicuique tutissimum refugium Ca-
A ius [n] scripsit, ex notissima testudinis opinor fabula, οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος, OMNEM fortunam (n l. plerique. de in ius voc.)
in sinu meo habui [o], prouerbialiter etiam dixis- (o l. qui testamẽtum. de probatio.)
se videtur Scæuola, non solùm eo sensu quo in manu, id est, potestate habere dicimus, sed etiam vt occultam, & sibi soli creditam rem ostenderet: vnde & in sinu gaudere Ciceroni III. Tusculanarum: quamuis & alio sensu alibi accipiatur. ERRONEM quoque, frequenter vagantem, & rebus nugatorijs tempora consu-
B mentem ex Vlpiano [p] dicere possumus, metaphora ab erronibus seruis ducta. Ouidius in Epistola Sapphûs, (p l. quis sit ꝗ erronem. de ædil. edict.)

Nec vos erroneum tellure admittite nostrum.

Cui non multum absimilis est & miles qui EMANSOR dicitur, hoc est, vt Modestinus interpretatur, qui diu vagatus, ad castra reuertitur. FELICI diplomate vti dicuntur [q], qui o- (q l. continuus. de verb. obl.)
mnia præproperè agunt: ab his ducto prouerbio, qui cursu publico per dispositos equos o-
C mni tempestate contempta, nocte dieque iter agunt: quod absque principis diplomate (tractatoriam recentiores Cæsares [r] appellant) face- (r C. de cur pub. lib. xij.)
re minimè concessum erat: cuius rei præter Iureconsultos Plin. quoque ad Traianum, & Cornelius Tacitus meminerunt. Ἐν πλάτει quoque frequenter Iureconsulti [s] dicunt, eo sensu quo nos, (s l. in summa §. item Labeo. de aqua plu.)
largo modo, solemus dicere, veteres non ad liquidum appellabant: id latius à nobis Dispunctionum libro II. tractatum est. Cui significa-
D tioni non absimile est, quod Vlpianus [t] παχυμερέστερον dixit, id est, crassius & pingui minerua: quo (t l. quam Tuberonis. de pecu.)
sensu & Aulus Gell. lib. 14. cap. I. vtitur. PEDEM in fouea habere, id est, in periculo mortis esse Põpon. [u] dixit his verbis: Ego discendi cupiditate, (u l. apud. de fid. lib.)
quam solam viuendi rationẽ optimã in octauum & septuagesimum annũ ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur Iulianus: Etsi alterũ pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quædã vellem. COLOR quæsitus dicitur [x], (x l. sed Iul. ff. ad Maced.)
E cum id q, verè agimus, simulatione aliqua obtegimus, siue fraudandę legis gratia, siue alia ex causa id fiat: solentq; hoc loquendi modo Iurecõsulti plerunq; vti metaphora, vt opinor, à Rhetorib. accepta, qui verborum colorib. veritatẽ plerũq; offuscant. FACTVM transactum est [y], de re finita (y l. transacta ꝗ. cod.)
& quę amplius in dubitationẽ deduci nõ possit. Cicero in Cati. lib. III. Atq; illud q, faciendũ primum fuit, factum atq; transactũ est: translatione ab eo ducta: q, finis litib. per transactiones impo-
F natur. CONNIVENTIBVS oculis Vlpianus scripsit [z], id est, per dissimulationem, cùm is qui videt, oculos interdum claudit, dum perspicere (z l. iiij. de manumiss.)
non curat. Accursius stricta iuris ciuilis ratione non inspecta interpretatus est.

DE PLANO [a] apud eosdem fieri dicitur, quod facilè & absque causæ cognitione conceditur, origine ꝓuerbij à iudicibus ducta, qui grauiores & arduas causas pro tribunali sedentes cognoscunt: vbi verò descenderint, in plano constituti, leuiora negotia decidunt. Honorius Impera- (a l. nequicquam. §. de plano. de off. procon.)

Imperator LEVATO VELO[a] id fieri dixisse videtur: Cùm causæ, inquit, huiusmodi leuato velo cognoscantur: quod & ipsum prouerbiali figura non caret. IN FOLLE offerre Callistratus[b] intellexisse videtur eum, qui ad liquidum rationes non reddit: metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marsupium ostentant, ita tamen, vt nec qualis, quantaúe sit agnoscatur: vnde vulgari sermone circunfertur, in folle merces non emendas. Illa quoque à prouerbij vsu dissidere non videntur, cùm OMNI exceptione maiorem, dicimus integerrimæ fidei hominem. ISAVRICVM, pro atroci latrone, à vitio gentis. VSVRAS nauticas, pro centesimis & magnis. SPARGERE aquam, pro demulcere & blandiri, metaphora ab equis ducta. HVMANITVS contingere, id est, mori. Sed & eôdem pertinet, quod alibi dicitur: SITIENTIBVS agris tuis alienos irrigas[c].

AEQVA quoque LANCE dicimus, & PASSIBVS æquis, de his quæ similia sunt: vnde & lance vna trutinare apud eosdem reperitur. Iustinianus etiam κατὰ πόδα fieri dixit, quod alienis vestigijs insistere veteres dicere consueuerunt, cum quis de suo nihil addit, sed aliena solùm recitat: vnde & VESTIGIIS inhærere ductum est. Vsurpatur eiusdem Imperatoris exemplo[d], de re quæ amplius in vsu non sit, vt AB AVLA recessisse dicamus, translatione ab emeritis Palatinis iudicibus accepta. Idem quoq; prouerbialiter loquutus videtur, quum sub finem Institutionum, Sufficiat, inquit, hæc summo digito, & quasi per indicem tetigisse: vbi Accursius indicē digitum intelligit: ego posse etiam de tabula, seu vt Græci dicunt, elencho accipi arbitror. Sed & Gratianus[e] EMENDICATA suffragia appellauit, quæ leuiter causam adiuuant, vt potentium commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta. Prouerbialiter quoq; Gordianus dixit[f], NOXA caput sequitur: quoniam vt Marcus Cato ait, nequiter factū semper durat, & reū comitatur. Sic & Ouidius:

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Sed & Constantinus Imperator[g], SVO MARTE, inquit, causæ discurrant: id est, suis viribus, non autem aliunde accersitis adminiculis. In iure quoque pontificio eiusdem monetæ pleraque leguntur, quorum aliqua referre nō omnino extra rem erit, qualia sunt: COLLYRIO vno omnibus morbis mederi[h]. FACIBVS solem adiuuare[i]: quod de superuacuis & absurdis dici consueuit.

FALCEM in alienam messem mittere[k]: de cognitionem, quæ ad alios pertinet, sibi arrogantibus. PARIES dealbatus, ex actis Apostolorum pro dissimulatore, & fœdo homine[l]. LABYRINTHVS, de re confusa & inexplicabili: vnde Labyrinthus erroris[m]. MARGARITAE ante porcos. ALTARE spoliat, vt aliud operiat. MINGERE ad parietem. Mus in pera. Serpens in sinu[n]. Frustratim lupus comedit agnum[o]. Malus choraules bonus symphoniacus[p]: & si qua similia. Cæterùm & vulgò ex Accursio recentioribusque interpretibus quædam nobis in vsu sunt, non omnino indecora, vt quibus sola vetustatis opinio desit, cætera quæ prouerbio necessaria sunt, abundè supersint: vt cùm de re difficili, AFFRICANI LEGEM dicimus[q], quòd huius Iureconsulti responsa, quæ passim in corpore leguntur, obscura sint, & interpreta-

a l. pe. C. de nau fr. lib. xj.
b l. cum seruus. de con. & dem.
c l. præses. C. de ser.
d l. ne in arbitris. C. de recep. arb.
e l. accu. C. de accus.
f l. licet. C. an ser. ex del.
g l. j. C. ne lic. po.
h xxix. dist. necesse.
i vj. q. j. si oīa.
k cle. venerabilis. de elec.
l xxiij. q. j. paratus.
m xxix. dist. c. j.
n c. etsi de Iudæ.
o §. quia ergo. xiij. q. j.
p xvj. q. j. legi.
q Ias. l. quæ dotis. so. ma.

tione indigeant. QVID AD rhombum[r]? de his quæ ad collationem admitti non debent, vel nihil ad rem propositam faciunt. videtur à pisce rhombo optimi saporis deductum, cuius cognitionem ex Iuuenalis carmine habuit Accursius. REM non nouam aggredi[s]: de his, qui vxores vetulas accipiunt, obiectum risus causa ab auditoribus Bulgaro, cum huiusmodi vxorem duxisset, & manè constitutionem, cuius initium illis verbis conceptum erat, auspicaretur.

Ob solum punctum caruit Robertus *Asello*[t].

Ortum ex historia, quam Albertus Rosat. recenset. Robertus opulenti sacerdotij, cui Asinus nomen, vt vocant, Abbas erat, cæterum auarus, & inhospitalis: quapropter carmen, quod pro foribus monasterij proscriptum erat, commutato puncto inuertit,

Porta patens esto nulli, claudaris honesto.

Id cùm Pontifex Romanus resciuisset, sacerdotio hominem priuauit: vnde in fabulam vulgi transijt, prouerbialeque carmen ortum, de modico momento, rem magnam amittentibus.

OVA hodie præstant, quos lux det crastina pullis[u]. vulgare carmen repræsentationis vtilitatem aduersus procrastinatores ostendens, quale est apud Plautum, Nihili coactio: in Aulularia. Sunt coactores, qui in iure Collectarij dicuntur[x]: hi in auctionibus reliqua publicanorum solent emere, quæ illi vel ob grauiores curas, vel ob debitorum procrastinationem nequiuerunt exigere. væneunt autem huiusmodi nomina, cùm mala sint, modico pretio, quod vsu etiamnum videmus. Hora. Si præco paruas, aut vt fuit ipse coactor Mercedes sequerer. Meminit & Sueton. in Vespasian. itemque Seneca. CVI aduenit vnum, non aduenit solùm[y]: prouerbialiter dixit Accursius, quòd vno ex malo plura consequantur: vnde & poëtis CATENATI labores dicti. DOMINVS cùm rogat, præcipit[z]: & id habet apertam significationem. QVALIS veruex, talis offa[a]: videtur non absimilis significationis esse illi, Similes habent labra lactucas: cùm par pari refertur. ASINVS asinum non prændit[b]: de æmulatione, quæ inter æquales est, cùm alteri quis cedere negat, quia paris fuerit cum eo cōditionis. HEBRAEVS nihil Hebræo, Catilina Cethego[c]: cùm idcirco alteri quis obijcere aliquid criminis nequit, quòd & ipse eodem laboret morbo. non absimile illud Iuuenalis carmen, Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum. TEMPORE quisq; lepores sectaē eodem[d], Aut neutrum, aut certè non capit ille duos. vulgatum carmen, illi Iuuenalis non dissidens, Pectora nostra duas non admittētia curas. Nec item illi Palladæ in Epigram.

γευόμενος πάντων οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

Omnia qui gustas nil proprij sed habes.

TANTI offa, quanti panis intinctus[e]: de his quæ diuersa existimantur, cùm eadē effectu sint. Citantur & prouerbij nomine ab Accursio Ouidij illi versus:

Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Sicut & ab Iasone[f] illud Vergilianum,

Apparent rari nantes in gurgite vasto:

in materia difficili & latissima, ad quam tamen extricandam pauci interpretes accessérint. Sed & Picus quoties Bartolum, aut alium magni nominis doctorem incesseret, solebat hoc Ouidij afferre:

A ca-

r gl. auth. licet. C. de na. li.
s gl. l. rem non nouā. C. de iud.
t Alb. in Dictio. §. punctus.
u l. cum fil. de transact.
x l. quisquis. C. si cer. pe.
y gl. in auth. vt iud. sine quo. verb. illicito.
z glos. l. j. quod iussu.
a gl. l. cū in hæredem. §. eligere. de trib.
b gl. l. j. §. veteres. de acq. poss.
c gl. l. quoniam C. de Iudæ.
d gl. l. nemo. C. de asses.
e Ias. l. quę extrinsecus. de verb. oblig.
f Ias. l. re coniūcti. de lega. iij.

A cane non magno sæpe tenetur aper.

REVOLVTO mantello, ex vulgari sermone dixit Accursius[a], cùm contrarijs exceptionibus quis aduersus diuersos vtitur, ab his ducta metaphora, qui vt scenæ seruiant, mutant pallium. Et hęc quidem, quod ad parœmiam attinet, satis & sup, ne de fæce (quod ille inquit) haurire videar. Ad reliquas igitur figuras transeundum.

5 APOSIOPESIS, id est, reticentia, † apud nos est, cùm tacemus, quod dicendum erat, sed ita tamen, vt subintelligi possit. Hæc apud oratores habet affectum vel iræ, vel solicitudinis, vel id genus similem, apud nos non item: quare quoties Iureconsultus quæstionem refert, nec expressè decidit, si affirmatiuè thema proponit, censetur etiam affirmatiuè decidere, si negatiuè, censetur & negatiuè respondisse[b]. Ἓν διὰ δυοῖν, quoties ex duobus vnum dicitur: vt, Pateris libabat & auro, id est, pateris aureis. Sic Scæuola[c]: Semissem patrimonij & portionis restituant, id est, patrimonij in portiones diuisi. Sic Iustinianus: Exigat quod legitimè, vel quod pacto debetur, id est legitimo pacto. Cui non absimile, cùm lex, Arguamus, inquit, id est, arguendo conuincamus[d].

6 PROLEPSIS, quædam † anticipatio, quæ fit ex mente defuncti, credentis id aliquo tempore futurum, quod prius acciderat. vnde dicitur posthumus, etiam qui viuo testatore post testamentum natus est[e]. Cui non absimile, cùm insulam appellamus, quę amplius non est, sed fuit. Sed & ex destinatione animi nomen attribuitur, cùm dos dicitur, quæ verè dos non fuit[f], sed destinatione tantum: & cùm venderes, interpretamur, id est, vendere velles[g]. Cæterùm & quandoque diuersas res præcedentes neutrò adiectiuo omnes terminamus, quod Zeugmatis genus est, vt cùm dicimus, vxori vestem, ornamenta, mūdum, aurum, argentum, quod eius causa paratū esset, omne lego[h]: intelligitur legata etiam vestis eius causa non parata.

7 ANTONOMASIA † est, cùm ius ciuile Romanorum appellamus, per excellentiam[i] κατ' ἐξοχήν. Sic Vrbs absolutè pro Roma: quæ & quandoque vrbs æterna dicitur[k]. Ausonius:

Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino.

vt errent qui ibi Hectoreæ legunt.

8 SYNEDOCHE, † cùm pars pro toto legō portionem domus, in qua consueuimus morari[l], intelligitur etiam de tota: nam & plerunque de parte ad totum in iure ratiocinamur. Huc pertinet etiam, cum totum pro singulis sui partibus ponimus[m], vt quo anno, pro qua anni portione: pro tempore, id est, pro quacunq; temporis parte: sic & eodem die dicimus, pro eius diei quacunq; parte.

PROTHESIS, vt cum dicimus, de dote prælegata: præabundat.[n]

9 HYSTEROLOGIA, † conuersus ordo, vt cū Iureconsultus prius determinat secundam quæstionem quàm primam[o]. dicitur etiam hysteron proteron.

SYNCOPA, cum de medio tollitur, vt hæres meus dare damnas esto, id est, damnatus, alij tamen *damnes* legunt, ea ratione qua & copes dicitur copiosus. Sed ego veterem lectionem magis probo.

LYPTOTE, id est, defectiua, cùm minus dicimus, plùs intelligimus: vt cum Scæuola interrogatus[p] de eo, quem mater in actis professa erat ex alio, quàm ex marito sibi natum, re-

a gl. l. Pap. §. sed nec imp. ff. de inoff. testam.
b l. cum fundus §. seruum. si cer. peta.
c l. Lucius. §. Caio. ad senat. Tre.
d l. iij. §. possumus. naut. cau.
e l. iij. §. j. de iniust. rupt.
f l. si seruo. ff. de fundo.
g l. si rem. §. si cū mihi. de præscrip. verb.
h l. hæres. §. vxori. de le. iij.
i §. sed ius. insti. de iur. nat.
k l. j. C. de suariis lib. xj.
l l. vxori. in pri. de leg. iij.
m l. quæ de tota de rei ven.
n gl. in rubr. de don. præl.
o l. iij. §. Labeo. de incend.
p l. fin. de prob.

spondit veritati locum superfore: intellexit enim non stari dicto matris, & præsumi filium mariti, si in domo vicinis scientibus natus sit. Idem est cùm, non ademit legatum, dicimus[q], id est, dedit. 10 Eius contraria † AVXESIS, id est, augmentatiua, vt cùm Papinianus[r], Huius inquit, rei fortissimum argumentum est, cùm loqueretur de argumento à contrario sensu, quod tamen plerunque subuertitur: sic & quandoque euidentissimum dicitur, quod solis coniecturis constat[s]. 11 PLEONASMOS, cùm † dictio abundat: vt cùm quis dicit, se oculo vidisse monachum[t]. Cui non multum apud grammaticos dissidet PARELCON, quæ est superflua vocis additio: sed apud nos frequentior est, quæ Græcè παρεγγύα dici potest, id est, vt ita dicam, otiositas, cùm aliqua dictio vel etiam clausula additur, quæ minimè ad rem, de qua agitur, necessaria sit, ita vt etiam si ea desit, nihilominus idem iuris fuerit constituendum[u]: & propterea vulgò solet dici, ex verbis facti narratiuis, enuntiatisúe non sumi argumentum[x], nisi in eis specialiter lex decisionem suam constituat. Huc pertinent Vlpiani verba[y], quòd ait lex, cùm filia adulterum deprænderit, otiosum non est; voluit enim in ipsa turpitudine deprændi, quod Solon & Draco dicunt ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα, id est, obscœna, in obscœnis habentem: veteres tamen codices † ἐν ἔργῳ castigatius habent. Intelligit Vlpianus otiosum, id est (vt nos non satis eleganter solemus dicere) non sine mysterio: quo sensu & Fabius Quintilianus frequenter vtitur. Plinius ad Traianum, itemque Scæuola[z] otiosam pecuniam dixit repositam, ex qua quis lucrum non faceret: aliquando etiam vacua dicitur[a]. EPANADOSIS est quædam correctio, vt cùm dicimus[b], Stichus, imò Pamphilus liber estō. 12 CAVILLATIO, cùm † quis scienter falso argumento vtitur[c], aut verba captat: nam, vt inquit Cicero oratione pro Aug. Cecinna: Sermo hercle familiaris, & quotidianus, non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur: denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Extat & facetus Aesopi mythologi iocus, qui simulans domini iussis parere, vnicam lentem emit, cùm ille indefinitè lentem emi mandasset. Quintilianus metaphoræ speciem esse arbitratur, cùm indefinita pro vniuersali, singulare pro plurali ponitur. 13 HYPERBOLE, † excessus, vt cùm lex probationes luce clariores requirit[d], vel momento fieri iubet, quod satis est, si nullo extraneo actu interueniente fiat[e]. Item cùm Antonius Imperator se totius mundi dominum dixit[f], qui nec Persis, nec Scythis, neque Sarmatis vnquam imperauerit. Eôdem pertinet & Constantij constitutio[g], Qui adorant, inquit, fabricenses nostram æternitatem: quam hyperbolen Ammianus Marcellinus Historiæ libro xv. irridet. Fit quandoque hyperbole etiam diminutionis causa, vt cùm locationem dicimus vno nummo fieri, vel cùm fundum appellamus palmum terræ: cuius rei Accursius meminit[h], & hac ratione dicit constitutum, ne stipulatio fundi in genere valeat, quia dando palmum terræ debitor liberaretur: viderat, opinor, ipse Accursius Ciceronis carmen in ioculari libello, Fundum

Varro

q l. legata. de adi leg.
r l. j. de off. eius.
s l. si constante. so. mar.
t xx. q. iij. præsens.
u l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. oblig.
x gl. in l. j. C. quando non pet.
y l. quod ait lex. de adult.
† nempe P. Flo.
z l. qui semisses. de vsur.
a l. Quintus. de poss.
b l. Stichus. de man. testam.
c l. j. de reg. Cat.
d l. fi. C. de prob.
e d. l. cōtinuus.
f l. deprecatio. ad legem Rhodiam.
g l. ij. C. de fab. li. xi.
h l. cum post. §. gener. de iure do.

Varro vocat, quem poſsim mittere funda, Ni tamen exciderit, quà caua funda patet.

Hyperboles exemplum eſt etiam in contractibus, vt cùm equi venditor eum commendans dicit, meliorem eſſe equum, qui ſit in Italia: huiuſmodi enim generalitas tanquam ὑπερβολικῶς dicta non obligat, idque pleriſque videtur. Eſt & ANA-
14 PHORA, id eſt, † relatio, cuius varia exempla in iure habemus, cùm & ipſa varijs modis fiat: quandoque enim fit relatio ad eandem dictionem in principio orationis [a], quandoque non fit ad dictionem, ſed ad tempus: vt cùm lex dicit [b], nepotes poſt aui mortem conceptos, illis cognatos dici non propriè, ſed ἀναφορικῶς. quandoque alijs
15 modis. Eſt & EPANALEPSIS, cum † maiore ſignificatione facta repetitio [c], quàm ſimpliciter nos geminationem dicimus: & multi effectus eſt, ſiue clauſulam geminatam dicamus, ſiue ſolam vocem, vt ſi princeps iudici dicat, tu tu cognoſcas, non demandabit alij cauſam, vt Baldus putauit [d]. Illud non dubium, geminationem ex interuallo factam, maiorem vim habere: quod & communiter proditum eſt [e]. Eſt & alia geminationis ſpecies, quæ in vitium tranſit, & nullius effectus eſt, vt PERISSOLOGIA, id eſt, verborum adiectio ſuperflua, quam & Conculcationẽ noſtrates vocant [f], cuius quoque exempla plurima in Iuſtiniani Authenticis habemus. Vlpianus [g]: Vitium morbumque ædiles dixerunt, tollendæ dubitationis gratia ἐκ παραλλήλου. id etiam à grãmaticis τὸ αὐτὸ dicitur. Quandoque eorundem verborum inducitur repetitio, quæ BATTOLOGIA eſt, cuius exemplum apud Ouidium Metamorph. libro II.

—Et me mihi perfide prodis,
Me mihi prodis, ait.

Quandoque huiuſmodi geminatio, diuerſam ſignificationem inducit [h], vt cùm dicimus, qualis qualis, pro qualiſcunque: vbi vbi, pro vbicũque. Eſt & quæ NVGATIO dicitur [i], cum quis verbis quidem aliquid dicere videtur, efficitur verò nihil: vt cum creditor alienationi pignoris conſentit, ſaluo iure ſuo. Eſt etiam PARALLAGE, quæ
16 † per literarum tranſmutationem fit, vt in eo, qui cùm Cratinum ſeruum ſolum haberet, Cratiſto libertatem legauit [k]: valet enim legatum. Cui non abſimile quod dicitur de eo, qui monumentum inſtar illius, quod erat Publ. Septimij Demetrij, fieri iuſſerat, cùm ſolum reperiretur, quod erat Publ. Septimij Damæ [l]. Eſt & ſubauditio, quã ſæpe Iureconſultus vel taxatiuam vel augmentatiuam dictionem ſubintelligit. In taxatiua exemplum eſt apud Venuleium [m], cum morbum ſonticum dixit, qui perpetuus noceret, non qui tempore finiretur: ſubauditur, tantum. Sed quid ſi ex tempore cum antiquis codicibus legas, id eſt, ſtatim? Melius itaque Vlpianus, Furti actionem [n], non dominus rei ſurreptæ, ſed & ipſe habet: intelligitur enim non dominus tantum. Sic Cic. lib. de Offi. II. eam orationem ſuſceptam dicit, non de filio, ſed de toto genere: ſubauditur, de filio tantùm. Augmentatiuæ exemplum eſt apud eundem Vlpianum [o], dum ſcripſit, Si duo filij in poteſtate patris ſunt, eorum munera patrem non ſubire: intelligitur enim, maximè ſi in poteſtate: nam nec emãcipatorum quidem ſubit. Idem apud Calliſtratum [p]: Scio, inquit, propter rem minimam quenque non reſtitui, ſi maiori rei præiudicetur: ſubauditur, maximè. Eſt &
17 AMPHIBOLOGIA cùm † ambiguitas oritur,

a l. ij. in princ. C. de off. præfect. præt.
b l. item. de ſuis & leg.
c l. baliſta. ad Treb.
d Bal. c. fi. de off. deleg.
e Iaſ. l. j col viij. de offi. eius.
f gloſſ. l. lecta. ſi cer. pet.
g l. j. de ædil. edict.
h l. gerit. de acq. hær.
i gl. l. ſi debitor. §. j. quib⁹ mod. pig.
k l. qui habebat de fid. li.
l l. in teſtamento. de conditio. & demonſt.
m l. fi. ff. de ædil. edict.
n l. j. furti aduc. naut.
o l. iij. §. fin. de mun.
p l. ſcio. de in integ. reſti.

vel ex ſingulis vocibus, vel ex coniunctis, de qua elegantiſsimè per Fab. Quintilianum lib. VII. noſtri Iureconſulti ſub rubrica, de rebus dubijs, pleraque attigere. Huic affinis eſt & ille locus, quem tractatum τῶν ἀκύρων veteres dixerunt [q]: fit, quoties quicquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperitur. Eôdem etiam pertinent quæ perplexa dicuntur, quorum exemplum & in ſucceſſionibus, & in ſtipulationibus habemus [r]. Eſt &
A τμῆσις, id eſt, ſectio, cum vox in duas partes diuiditur: vt cùm lex iubet [s] ſatis poſſeſſorem dare, vel cum vſu hominem cepiſſe ait, id eſt, ſatiſdare, & vſucepiſſe [t]: Eſt & DIALITON, cùm ſine coniunctione aliqua clauſula cõficitur, noſtri appellant ſolutam orationem [u]: figura non ſolùm nobis cum Grammaticis communis, ſed etiam cũ Rhetoribus. Eſt & quandoque IRONIAM reperire, cùm verba oppoſitum eius indicant, quod nos reuera ſentimus: Latini etiam diſsimulatio-
B nem vocant: vt cùm lex, Pater, inquit, filium exhæredauit [x], maximam ſcilicet ad illum affectionem oſtendens. Videtur & quandoque Iureconſultus per Oxymorum ſeu Gryphum, qui ænigmatis eſt ſpecies, voluiſſe lectorem morari: vt cùm dixit [y]: ante diem x. Calendarum, & poſt diem x. Calendarum: vtroque ſermone XI. dies ſignificatur, quod loco ſuo explicaturus ſum. Eſt etiam παρυπόνοια, cùm præter expectationem aliquid reſpondetur: vt, promittis centum? tu re-
C ſpondes, Arma virumque cano [z]. eius exempla apud Ariſtophanem pleraque. Sed & Plautus in Aſin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centupondium, vbi manus manicæ complexę ſunt, atque adductæ ad trabem, nec dependens, nec propendens, quin malus nequamque ſis: hæc enim verba, quin malus, nequamque ſis, ſunt per παρυπόνοιαν dicta. Non multum illi abſimilis ἀπόνοια, cùm à propoſito quis cadit, hoc eſt, ἀπὸ νοῦ. Malum eſt, inquit Auguſtinus, cadere à propoſito [a], ſed
D peius ſimulare propoſitum. In id vitium incidiſſe videtur Modeſtinus, dum ſub rubrica de pignoratitia actione, C. Seium quem prius creditorem appellauerat, debitorem dicit: ſi tamen fidelia ſunt exemplaria. Eſt & TRACTVS, cùm
18 † verbo vtimur, quod non ſolùm ad prẹſens tempus refertur, ſed futurum quoque comprændit, quod Iureconſulti ſolent παρατατικῶς dicere [b], id eſt, cum extenſione: vnde apud Græcos præteriti perfecti nomen. Vlpianus: Si inteſtatus mortu-
E us eſſet [c], παρατατικῶς non ad mortis tempus referuntur. Sed & alibi hæc verba, neque defenderẽtur [d], παρατατικῶς ſcripta ſunt, vt neque ſufficiat vnquam defendiſſe ſi non duret defenſio: neq; obſit, ſi nunc offeratur. Qua ratione, egerit, quandoque interpretamur, id eſt, agere perſeuerauerit. Eſt & δύναμις, quæ & poſsibilitas. Sabinus [e], Qui à fideiuſsione petit, τῇ δυνάμει, à reo petit: nam & pleraque verba, quæ effectum ſignificant, ad potentiam ſolùm referuntur: vt cùm lex dicit, Si
F qua pluuia noceat, id eſt, nocere poſsit [f]. Sic, committunt ſe partes prætori [g], id eſt, committere poſſunt. Sic, competit, id eſt, competere poterit [h]. Sic finitum dicitur, quod finiri potuit [i]. Is quoque modus loquendi ad figuram pertinet, cùm prẹſumptum pro vero ponitur: vt, magnum damnum non eſt in mora modici temporis [k], id eſt, eſſe non præſumitur. Et natus in domo vicinis ſcientibus eſt filius, id eſſe præſumitur. Et ratio eſt, quoniam præſumptio pro veritate in iure accipitur [l]. Sed & quandoque id appellamus eo nomine,

q l. qui CCCC. ad legem Falci.
r l. æquiſsimũ. ad Tert. l. ſi Titij. de verb. ob.
s l. quod ſi ſpeciali. de minor.
t l. ſi poſt accep. de iud.
u l. ſæpe. ff. eod.
x l. cum quidã. C. de legat.
y l. anniculus. ff. eod.
z l. quæ extrinſecus. de verb. ob.
a xij. q. j. certè.
b l. Calus. de pi. act.
c l. j. vnde leg.
d l. iij. ex quib. cauſ. in poſſ.
e l. aduerſus. de arbit.
f l. j. in princ. de aqu. plu.
g l. j. §. & poſt. de oper. no.
h l. ſi quis prioris. in prin. C. de ſecun. nup.
i l. j. C. de pœn.
k l. ſi debitori. de iudi.
l l. fin. de prob.

nomine, quo prima fronte videtur, licet eiuſmodi non ſit: vt cùm lex accuſatum arbitrio iudicis [a], pro innocẽtia perſonæ remittit: intelligitur enim prima facie innocentem, licet diſcuſſa cauſa reus appareat. Sic & quandoque ab eo quod fieri debet, quis nomen accipit: vt cùm dicimus, intelligo, id eſt, intelligere debeo [b]. Appellauit propter violentiam iudicis [c], id eſt, appellare debuit. Allegoriam autem † non temerè
91 apud Iureconſult. reperies: cùm enim perpetua & remota ſit translatio, apud nos in vſu eſſe nequit, qui ex verbis voluntatem cõijcimus: alioquin quot capita, tot eſſent ſententiæ, verũq; id carmẽ faceremus, quod à Iaſ. audiui, cùm de recẽtioris cuiuſdam in tractatum de pactis interpretationibus ſententiam rogatus eſſet: Campana [d] ſonat, phantaſticus quod ſomniat. Sunt tamen qui huc trahant cùm Iureconſultus ait [e], Imperium eſt gladij poteſtas: nec enim de fabrili gladio materialiter, vt ita loquar, dicitur, ſed ἀλληγορικῶς de iure puniendi facinoroſos homines. Sũt & alia figurarum genera, quibus etiam Iuriſconſulti vtuntur, veluti quod vni rei proprium eſt, alteri damus nomẽ, quale eſt apud Iuſtinianum in procemio Inſtitutionũ is, quod armis propriũ eſt, legib. tribuit, & viceuerſa. Sic enim apud eũ ſcriptũ eſt, Imperatoriã maieſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiã legibus oportet eſſe armatã. Sed eo figuræ, dicendiq; genere ideo vſus eſt Imperator, vt oſtẽderet leges, & arma mutuis indigere auxilijs: ſicut in ea re teſtis eſt idẽ [f] Imperator. Iſtorũ enim (inquit) alterũ alterius auxilio ſemper eguit, & tã militaris res legibus, quã ipſæ leges armorum præſidio ſeruatæ ſunt. Idem penè quoq; expreſsiſſe mihi viſus eſt diuinus ille Pſaltes, Non in curru meo ſperabo, ſed per arma legesq; cuſtodit Dominus. Conſimili ferè figura vſus eſt prẹcipuus apud Latinos poeta Verg. [g]

Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.

Sed & armari iura gladio dixêre Imp. Conſtãtius, & Conſtans [h] ad populũ Rom. in hæc verba reſcribentes, Cùm vir nubit in fœmina viros paritura quid cupiatur, vbi ſexus perdit locũ? vbi ſcelus eſt id, q̃ nõ proficit ſcire? vbi Venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel futuri ſunt rei. Vtuntur & Iuriſconſulti & Imperatores Anaſtrophe, quam Fabius Quintil. reuerſionẽ vertit, qualia ſunt vulgò, mecũ, tecum, ſecum, apud Oratores & Hiſtoriographos, quo de, qua de re, quibus de rebus agitur. Exẽpla ius ciuile diligentiſsimis oculis perluſtranti fient obuia. Plurimus quoq; gnomarũ eſt (quas ſententias dicimus) vſus apud Iuriſconſultos. Huius generis eſt hẹc ad rem tantùm relata. Vlpianus [i], Quid enim (inquit) tam congruum humanæ fidei, quã ea quæ inter eos placuerint, ſeruare? Idem lib. xxvij. ad Edictum [k]. Hoc (inquit) edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit. Quoniam graue eſt fidem fallere. Gnomarum ornatu, grauitate, pondereque omnia ferè M. Ciceronis ſcripta ſunt: ex quibus excerpti ſunt ſelectiorũ ſententiarum libri. Epiphonemate etiam vſus eſt Imperator Iuſtinianus [l]. Is enim poſt narratam Digeſtorum, ſeu Pandectarum diſtributionem ita acclamare mihi viſus eſt & à nobis (ait) ad tanti operis conſummationem electa ſunt. Simili figura vſus eſt & Vergilius [m]:

a l. j. de cuſt. re.
b xxij. q. v. quacunque.
c l. j. §. ſi quis ipſius. quando appell. ſit.
d l. peluis.
e l. imperium. de iuriſdi. om. iud.
f l. vnica. C. de Iuſti. cod. cõfir.
g lib. ix. Aeneid.
h l. cum vir. C. de adult.
i l. j. de pact. ff.
k l. j. de conſtit. pecu. ff.
l l. ij. §. qui omnes. de veter. iu. enucl. C.
m lib. j. Aeneid.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Noemate ſæpiſsimè vtuntur Iuriſcõſulti: dum ea, quæ nõ dicunt, intelligi volunt. Huius ferè generis ſunt permulta Scæuolæ reſponſa. Eo etiã vtimur in ſeruitutibus. Nam ſi quis mihi ius hauriendæ aquæ conceſſerit, ius adeundi cõceſſiſſe intelligendus eſt, idq; Neratius Priſcus libro iij. Membranarũ apud Vlpianũ [n]. Huc pertinẽt quæ de ſubaudito intellectu ediſſeruerunt varijs in lo-
A cis interpretes. Porrò Viſcellus, & Cellus apud M. Fab. enthymema figurã faciũt, eſt autẽ enthymema (definitore Fabio) cõmentatio: habetq; vnum intentum, quo omnia mẽte concepta ſignificat. Huius tria ſunt genera vnũ de quo iam nũc dicebamus: alterũ, quo ſententiam cum ratione, aliquando etiam ſine ratione: tertium, quo certã quandam argumenti concluſionem vel ex conſequentibus, vel ex repugnãtibus: quanquam (inquit Fabius) de hoc parum conuenit. Hoc figuræ
B aut (ſi malis argumenti genere permultæ leges conſtant extantq; in Codice Iuſtinianeo. Huius generis eſt Impp. Diocletiani, & Maximiani ad Menelaũ cõſtitutio [o]. Actor (aiunt) quod aſſeuerat probare ſe nõ poſſe, reũ neceſsitate mõſtrandi cõtrarium nõ adſtringit: cùm per rerũ naturã factũ negãtis probatio nulla ſit. Efformemus igitur enthymema. Propoſitio. Reus, quod adſeuerat actor, probare non debet. Ratio. Nam is, qui negat, probare nõ debet per rerum naturam. Pro-
C nũtiatum ſiue propoſitio probatur ſuperiùs adducta conſtitutione. Hoc diui Antonini [p] reſcripto iuuatur. Qui accuſare (inquit) volunt probationes habere debent. Sed & ei, qui dicit, incumbit onus probandi, vt ait Iulius Paulus [q]. Innumera extãt reſcripta enthymemate circunacto conſcripta. Perſpiciet igitur Iuriſconſultus futurus quantum ſibi adiumenti adferãt artium miniſtræ Grammatica ſcilicet, Rhetorica, & diligens diſſerendi ratio, quam Dialecticen adpellant: Nam ſi
D his deſtitutus, iuri operam dederit quis, ſenſus ſuos ludit inertes, oleum, & operam perdit: & illotis (vt eſt in prouerbio) pedibus, manibusq; ad iuris ciuilis ſtudium fruſtrà ſeſe confert.

Schematôn anacephalæoſis.

Quum ſchematum vſus vtilis, iucundúſue ſit, ſi modò velut parcè aſperſo condimẽto vtamur, meritò virtutis nomẽ ea meruêre. Defendi autẽ poſſunt, auctoritate, vetuſtate, cõſuetudine, & ratione. Schematôn tria ſunt genera, figura, virtus,
E vitiũ. Figura aut ſunt λέξεως, aut διανοίας. Schemata lexeos duorũ ſunt genera, alterũ loquẽdi rationẽ vocant: alterũ, quod ad collationem maximè exquiſitum eſt: illud Grammaticũ hoc Rhetoricũ eſt. Ad Grammaticũ pertinet orthographia Orthographiæ ſpecies ſunt, protheſis, epentheſis, paragoge, ſyncope, apocope, ectaſis, ſyſtole, ſynalepha. Ad Grammaticum ſchema referri poteſt prolepſis, zeugma, ſyntheſis, ſynecdoche, &c. Ad Rhetoricũ ſchema pertinent, Epana-
F lepſis, paranomaſia, aſyntheton, ſimiliter deſinẽs cõplexio, &c. Figuræ autẽ διανοίας, mẽtis ſunt, vel Fabio teſte. Ad virtutes pertinent tropi. Eſt autẽ tropus (vt M. Fabius definit) verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cũ virtute mutatio, vt metaphora, &c. Quì à figuris differant tradit idem lib. ix. ca. j. Inſtit. Orator. Ad vitia eandẽ deueniendũ eſt qualia ſunt κακέμφατον, μείωσις, ταυτολογία, μακρολογία, πλεονασμός. Solœciſmus quoq; rarò occurrit, tametſi ſunt qui à Solone legũlatore dictũ putẽt, quòd is in legibus ſuis pingui Minerua lo-

n l. iij. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſt. præd.
o l. actor. C. de probat.
p l. iiij. C. de edend.
q l. ij. ff. de proba.

quutus sit: nostri enim auctores puri sermonis obseruantissimi fuere: nisi quis solœcum putet, cùm dixit Vlp.[a] si quis in graui valetudine affectus: præpositio enim abundat. Cumq; Caius teneri venditorẽ ad interesse dixit[b], cùm id quod interest dicendum fuisset. Sed excusatur exemplo Græci sermonis: sicut & Persius, Nostrum istud viuere triste. Et Vergilius: Donat habere viro. Quòd & Fab. Quintilianus annotauit. Est & solœci species, quam ἀντίπτωσιν dicere possumus, cùm casus pro casu ponitur: vt Eam quam frater instituit[c], nihil prohibet fideicommissum peti: pro, ab ea qua. Cui similis ἀλλοίωσις, cùm numerus pro numero ponitur[d], cuius exemplum non ratò occurrit. Barbarismus verò procul omnino abest, tametsi vulgari consuetudini nõ parũ tribuisse Iurecõsultos appareat: vt cùm liberũ pro filio singulari numero dixerũt[e]: & exorcizare cã taminibus mederi[f], ex vulgari impostorũ verbo: & denaria neutro genere[g]: sed vtrunq; à Græco acceptũ est. Quapropter & in Modestini responsis de excusatione tutorũ, & in Iustin. authenticis, nõ spectandã Latinitatẽ fateret, quandoquidẽ eos cõstat Græcè scripsisse, eorũq; libros in Latinũ sermonẽ ab homine versos, qui nec Gręcè, nec Latinè sciuerit. Laurentius tamẽ Valla, vt maximè vir doctrinæ, ita & suprà vires suas audax, nec à Iureconsultis quidẽ reperauit, quò minus illis diem diceret, & de verborũ quorũdam significatione, ceu Latinę maiestatis læsæ, reos faceret: cuius accusationis nouẽ & viginti capita breuiter ego confutanda duxi, tũ vt tantam eius arrogantiã nescio certè φιλαυτίαν, aliquatenus retunderẽ, tum vt hi literatores non esse temerè à nostris recedendũ cognoscerẽt, & veriora à Iureconsultis, etiam in alienis professionibus tradi quàm ipsemet Valla, alioquin Grammaticorum præstãtissimus, in ꝓpria arte cõmẽtari potuerit.

a l. v. ad Syll.
b l. quod sæpe. in fin. de contrah. empt.
c l. eam quam. C. de fideic.
d l. qui cum tutorib. in fin. de transact.
e l. ius agnationis. ff. de pact.
f d. l. j. de var. cog.
g l. Publia. dep.

APOLOGIA IN L. VALLAM.

20 Primò Iustiniani † sententiam non approbat, noxam appellantis ipsum quoque serui corpus quod nocet, noxiam verò maleficium: qua in re & Beroaldum sectatorem habuit. Ego apud veteres Noxam à nocendo dictam inuenio, vnde præter pœnam etiam nocumentum significare. Ouidius, Sine noxa luce bibuntur. Meritò ergo seruus qui nocuit, noxa dici potest: sicut & ἄτη illa Homerica, noxa appellatur. Noxia verò, ipsa culpa, seu maleficium. Plautus Bacchid. Sat sic suspectus sum, cùm careo noxia. M. Maul. Quin etiam infelix virtus & noxia felix. Vnde meritò Seruius Vergilium noxam pro noxia dixisse scripsit, Vnius ob noxam: quo exemplo & alij veteres sæpius vtuntur, quod & alibi attingam[h]. Secundò Iustinianum irridet, qui testamentum ex eo appellatum esse dixerit[i], testationem mentis esse auctoritateque Auli Gellij nititur, alioquin & ornamentum, vestimentum, pauimentum, idq; genus similia, à mente deducerentur. Respondeo, non etymologiam ibi Iustinianus adducit, sed allusionem, qualem Grammatici paronomasian, Rhetores parison habent, solũq; in ea nominis cõformitas spectatur: quod & Fab. Quintil. nõ latuit, cùm nõ ad originẽ vocis. sed ad soni similitudinẽ referatur, vt hoc casu eò melior fuit allusio, quòd veritatẽ etiam respicit: in testamentis enim mens potissimum domi-
21 natur. Tertiò † negare videtur mulieris appellatione virginem contineri, quod Caius adfirmauerat: at ego idem aio, cùm ad sexum hęc vox refertur, quandoquidẽ nec etymologia repugnat, cùm Lactantio auctore, à mollitie mulier dicatur. Quartò, aduersari Martianum Vlpiano ait, quòd ille munus rectè dici, † quodcunque do- 28
num sit: hic donum generis nomen, munus speciei asseruerit. sed difficilima non est resolutio, cùm munus generaliter acceptum, etiam officia & onera compræhendat, tum etiam quamcunque largitionem significet, siue cum causa, siue absq; causa: at si specialiter pro largitione tantũ ponatur, tunc largitionem cum causa. Nec mirũ est eandem vocem & specialiter & generaliter accipi, vt in iurisdictione adoptioneq; dicimus: quam rem, sicut & alias plerasque alibi, nimirum locis suis, diffusius tractabo. Quintò, Vlpiani[k] sententiam confutat, peculium pusillam pecuniam appellantis: confingitque absque aliquo auctore peculium id esse, quod † quis industria sua 2
lucratur. at aliter ex auctoribus dicẽdum est, qui peculium matrimoniũ testatoris appellant: quia olim census Romanorum in pecore erat, vnde & pecunia dicta: cæterùm quoniam diminutiua forma peculium profertur, pro parte census accipi cœptum est qualem seruis domini concedunt, qualemque filijfamiliâs à patre separatim habent: addit & Celsus, ex consuetudine rusticorum senum sic eam partẽ patrimonij dici, quam quis in numerato, & ad casus repentinos repositam habet. Græci thesaurum dicunt, quòd reposita sit εἰς αὔριον, id est, in crastinum, seu futurum tempus fruenda: vnde & θησαυρίζειν reponere est. Sextò, in Modestinum inuehitur, qui possessionem dixerit ab agro iuris proprietate distare: ridiculumque & imperium eum asserit, qui substantiam rei diffinire volens, de qualitate differuerit. at ego (Valla) respondeo, quod alij obijcis vitium, id tibi est, qui nescis veteres possessionẽ appellasse fundum per vsucapionem acquisitũ, quo casu non iure dominij in eius vsu defendimur, sed auctoritate legis: atque ita in lege xij. tabularum accipi, Festus quoq; Pompeius auctor est. Vnde adparet, non qualitatem, sed substantiam à Modestino definiri: quod in eius responsi declaratione infrà latius ostendetur. Septimò, in Nouali visus est à Paulo[l] dissentire dum terram proscissam esse, quæ anno cesset, Paulus ait: Valla etiam Nouale dici, aruum nuper, & cum magna cura ad culturam redactum: sed & id opinor nõ negâsset Paulus.

Octauo, librum interpretatur partem operis, vtputa duodecim sunt libri Aeneidos: Volumen verò minus esse libro, ex Plinij auctoritate: Qui tres, inquit, libri sunt in sex volumina propter amplitudinem diuisi. & ideo Vlpiani[m] sententiam confutat, qui, Si cui certum † inquit, libri 24
legati sint, centum volumina ei dabimus, non centum quæ quis ingenio suo meritus est, vt Homeri xlviij. Sed sciendum est, non de significatione verbi agere Vlpianum, sed de mente defuncti: quam, nemo est tam à naturali ratione abhorrens, qui probaturus non sit talem esse, qualem Vlpianus credidit. quòd si in modo loquenti eum Valla reprobat, rectè Iureconsultum loquutum assero, & quid sibi vellet, nesciuisse Vallam: siquidem solebant veteres in pugillaribus scribere, quos inuolutos, & duobus inclusos vmbilicis manu gestabant: vnde & enchiridia Græcis dicuntur, nobis à pugno pugillares, & ab inuolutione volumina: fiebant autem non secundum librorum distinctionem,

sed

h l. plebs. §. fi. de verb. sig.
i Instit. de test. ord. in princ.
k l. deposi. §. peculium. de verb. sig.
l l. sylua. §. nouale. de verb. signific.
m l. librorũ. §. si cui. ff. de leg. iij.

sed secundum gestantis commoditatẽ, quòd satis Plin. ipse ostendit. Cùm igitur Vlpianus non de diuisione librorũ ab auctore facta, legatũ illud ex mẽte testatoris intelligeret, sed ex diuisione, quã testator in cõcinnãdo, vnicoq; corpori cõglutinãdo fecerat, dixit xlviij. lib. id est, vnũ Homeri volumẽ, pro libro accipiendos, nimirũ voluminis voce metaph. vsus, vt sicut vnũ corpus in pugillaribus, etiã non obseruata auctoris in libros diuisione, volumẽ dicitur: ita in codicibus, cũ asserculis tabellísue cõcinnatis, vnum corpus etiã volumẽ dicitur, cùm nec etymologia repugnet: vnica enim inuolutione cõstat. Quòd si ꝓbatur Vergilij, Valerijq; Maxi. loquutio, qui volumẽ in cauda serpentis dixerunt, quãtò magis probandus est Iuriscõsulti sermo, propter maiorẽ rei ad finitatem longè clarior? cùm & Cicero librũ pro corpore accepisse videatur, Epistolarũ ad Quintum fratrẽ lib. ij. Sed vtros eius habueris libros (duo enĩ sunt corpora) an vtrosq; nescio. Nono, Probrum & Opprobrium Vlpianus[a] idẽ est, inquit: Valla Probrum ipsum dedecus esse, Opprobrium dedecoris exprobrationẽ: nõ tamẽ negat & apud Ciceronẽ ad Atticum, & apud Liuium, probrum etiã pro ipsa dedecoris exprobratione poni: vnde satis defenditur Vlp. qui nõ generalẽ definitionẽ horũ verborũ posuit, sed in edicto ꝑtoris declarauit idẽ significare. Decimò, Modest.[b] insectat, qui adulterium in nuptã cõmitti, stuprũ in viduã, virginẽ, puerúmue scripsit: nã existimat Valla, etiã adulteriũ stuprũ dici posse autoritate Quintil. Sed vt ego nõ negauerim generaliꝰ esse stupri nomẽ, vt q, à turpitudine dicat, vnde & Plau. Amphit. Stupri dedecoris à viro argutã meo: ita Modestini verba non rectè intellecta affirmauerim: cùm enim cõcubitus cum nupta speciale adulterij nomen habeat, non fuisse satis generali stupri voce vti: id enim propriè dicitur, quod peculiari, & sibi tantùm conuenienti voce appellatur, vnde & Proprium pro peculiari doctiores accipiunt. Vergil.

Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem.

Quintilianus quoq; optimè id propriũ interpretatur, quo nihil inueniri potest significãtius. Qua ratione & vndecimum accusationis caput nõ consistit dum Paulum[c] dãnat, qui parẽtes vsque ad tritauos proprio vocabulo dici asseruit, vlteriores verò maiorum appellatione cõtineri: nam quãuis etiam maior dicatur pater, auus, pro auus, tamen hoc nõ est proprio, id est, ipsis tantũ conuenienti nomine, sed generali: Iurisconsultus autẽ de proprio vocabulo agit. Duodecimò, Vlpianum[d] improbat, qui dixerit nõ dubiũ esse, quin stragula vestis sit omne pallium. sed incidit Valla in deprauatos codices: Vlpianus enim non omne palliũ, sed omne περίστρωμα scripsit: certissimũ autem est Græcè sic dici omne quod insterni tur, & circum inijciatur. Decimotertiò, Offilij apud Vlpianum differentiam damnat, qui[e] Verberare, dixit, est cum dolore cædere, Pulsare sine dolore: aitq; verberare potius esse cum verbere, seu flagello cædere, pulsare cum graui & vehementi ictu. Sed profectò Iureconsultum non latuit, verberare à verbere, flagello, seu ferula dici, vt qui alibi attestatus sit, verberasse abusiuè dici & eum qui pugnis cæciderit: sed in lege Cornelia, quam tunc interpretabatur, quæ actionem iniuriarum ei dabat, qui se pulsatum verberatúmue diceret, non potuit alia capi interpretatio: si enim Vallam sequeremur, qui sine graui impetu saxo percuteret, verbis legis non contineretur, quia saxo non diceretur verberasse, quia sine impetu non pulsasset: quæ sententia oppidò quàm futilis est. Meritò Iurisconsultus maluit verberare cum dolore in ea lege accipere, verbo illo lata significatione accepto: & pulsare sine dolore, cũ frequentatiuum sit à verbo pello, vnde fit pulto, pulso: impellitur autem quis etiam sine dolore. Decimoquartò[f], Masurij Sabini sententiam non omnino videtur sequi, pellicem pro concubina accipientis, quòd apud Oratores Pellex dicatur, quæ cum eo, cui vxor sit, iungitur. Sed ego veram quoque Sabini sententiam arbitror: siue enim à Græco παλλακὴ veniat, siue Latina sit vox, à polliciendo, quod auctoritate Plauti in Pœn. magis probo, qui Allex viri, ab alliciendo dixit, vtraq; etymologia interpretationi Sabini cõuenit, cui & Q. Curtij, & Iustini auctoritas accedit: quorũ veterem scripturam interpollauere pleriq; Vallam secuti, cùm eos ex antiquis codicibus constet pellicum scripsisse, non pallacarum, quę vox ante Plinium & Tranquillum in sermone Latino nulla erat: in Græco verò non aliud significat quàm pellicem, vt appareat Vallam, quiq; ei consentanea tradiderunt, pellicis significationẽ non ex auctoribus accepisse, sed regula planè Lesbia vsos, auctores ipsos inuertisse, vt id quod ipsi sentiebant, attestarentur. Decimoquintò[g], Caium obliquè perstringit, qui sentire videatur, idem esse cauillari & calumniari. sed quomodo hoc Valla collegerit, nõ video: cùm enim Caluiri verbũ apud veteres esset frustrari, metaphora à caluis militibus ducta, quamuis & Cauillatio, & Calumnia inde deducatur, nõ tamẽ cõsequens est, alterum cũ altero idem esse: sicut cùm dicimus, à verto fit versus, & versura, non sequitur versurã idem quod versum esse. Rursus impetit Vlpianũ[h], quoniam Cauillatio dicatur, etiam si ab euidẽter veris ad falsa non fiat transitus. Respondeo, Vlpianũ loqui quando cauillatio pro argumento sophistico accipitur, quod Græcè non σκῶμμα, vt ipse credidit, sed σόφισμα est. Decimosextò, prę uaricari, tergiuersari, calumniari generalius accipienda existimat, quàm Iurisconsulti docuerint: nimirum oblitus, non docere eos simpliciter eorum verborum significationem, sed specialiter in S.C. Turpilliano quomodo accipi debeant, vt eius pœnæ locus sit. Decimoseptimò, portare ait id etiam significare, quod quis corpore suo baiulat, cùm tamen Iurisconsultus aliter docuerit. Sed ego arbitror ex origine verbi Iurisconsultũ adiuuari: siquidem πορθμεύειν Græcè traijcere est, vnde Portus, in quem naui res deportantur: sic & exercitum nauibus deportari Liuius plerunque dixit. Quapropter etiam si quis iumento ducat, hac similitudine portare dicitur: quòd si ipse ferat, non propriè sed μεταφορικῶς putauerim portare dici. Decimooctauò, Conuicium negat à vocum concertatione quasi conuocium dici. & aduersus Labeonis[i] sententiam, etiam sine vociferatione conuicium fieri putat, sentitq; à vitio potius, vel à vitãdo deduci: qua in re, opinor, egregiè fallitur: quid enim tunc coniunctiua illa particula operaretur? Cur item si à vitio deducitur, secundam syllabam producit cõuicium? cùm constet vitium corripi: nam & Cicero, quem ipse adducit, petulantiorem iactationẽ in conuicio requirens, pro Labeone est: vt mirer eum tam leuibus argumentis, à recepta vbiq; Labeonis sententia desciuisse, quæ & ortographiæ

a l. probrum. de verb. sign.
b l. stuprum. de adult.
c l. Iurisconsultus. §. parentes. de gradib.
d l. instratum. de verb. sign.
e l. lex Cornelia ff. de iniurijs.
f l. Masurius. ff. de verb. signific.
g l. si calumnietur. ff. eod.
h l. natura. ff. eod.
i l. item apud. ff. de iniurijs.

ratione defenditur, cùm per c, conuicium, non per t, scribatur. Decimononè, Versicolores Vlpianus [a] appellat lanas, quæ natiuum colorem mutarunt, siue purpura, siue cocco, siue alio colore infectæ sint. Valla ex varijs auctoribus ostendit, versicoloré aliquam rem dici, quæ variorũ colorũ sit. Sed Vlpiani locũ à Valla nõ intellectũ arbitror, alioquin quæ à se dicuntur, satis agnouisset Valla nihil Vlpiani sententiæ aduersari. Igitur sciendum, ex origine vocabuli eã rem esse versicolorem, cuius color in alium versus sit: sicut & versipellis, nõ cui varia pellis, sed quia in aliam pellẽ versus est: vnde homines in lupũ mutati, versipelles Plinio appellãtur. eadẽ ratione lanæ versicolores dicũtur, quæ per tinctũrã in alium colorem sunt versæ. Dubitat igitur Iurisc̃ũltus, lanis versicoloria apud veteres nõ cõprænsa: legato verò lanarũ versicoloriũ, eas intelligi, quæ tinctę sunt, &(quod dubitabilius erat) etiã netæ, dummodo neq; detextæ, neq; cõtextæ adhuc sint: tũc enim nõ lanæ, sed vestimentorũ [b] appellatione continentur. Neta lana dicitur, quæ tamẽ & subst amẽ est: detexta dicitur, cùm perfecta est, & à textrinis instrumẽtis detrahi potest: vnde & detexere, auferre est. Plautus: Hunc egò hominẽ detexam pallio. quapropter & Vergil. x. Aeneid. Dũ texit Imaona Alesus: id est, spoliat. Contexta est, quæ quidẽ in opere consummato est, sed cui tamen deest prætextura, quam Cimosiam vulgò vocamus. Ex his apparet versicolores vestes varij coloris idcirco dici, quia ex versicoloribus lanis cõficerẽtur: à qua similitudine, & versicoloria arma Vergilius, & versicolorem plumam Propertius, & versicolorem caudam Cicero dixit.

Vicesimò, Penes, idem quod apud, significare ostendit, cùm tamẽ Vlpianus scripserit penes te, amplius esse, quàm apud te. Sed nec Vlpianus puto negasset differẽtiam illam suam ab auctoribus quandoq; cõfundi, quæ tamen ex vi verbi verissima sit: deducitur enim à dictione penitus, vnde & penisimus, & penitissimus, vt Plaut. cæteriq; antiquiores dixerunt. Vicesimoprimò, Vlp. [c] sententiã confutat, qui victus appellatione etiã vestẽ contineri scripserit, cùm plurimæ gentes in Aethiopia absq; vestibus æuum degant, quasi Vlpianus Aethiopum leges interpretur, & non Romanorũ, qui absq; vestibus non viuũt: & quasi qui in Italia victũ amico legauerit, de eiusmodi victu sentiat, quo Aethiopes se tolerant, & nõ ipsi Itali, quo nihil absurdius dici potest. Vicesimosecundò, Pignus & Hypothecã idem esse, cũ Martiano [d] sentit, sed alteram Græcã, alterã Latinam vocem: cùm tamẽ Vlpianus [e] propriè esse pignus dixerit, quod creditori traditur, hypothecam cùm interuenit traditio: & ideo in mobilib. pignus, in immobilibus hypothecam esse. Sed hæc non tam Vallæ oppositio, quàm ipsorũ inter se Iurisconsultorum quædã quasi antinomia est: ea sic dissoluitur: Ex proprietate quidem sermonis veram esse Vlpiani sententiam, siquidem à pugno pignus dicitur, & ideo in rebus mobilibus oppositis sic dici, in immobilibus verò solitos veteres Iurisc̃ũltos potius Græca voce vti, id est, hypotheca, quæ Latinè suppositio dici potest, & ad vtraq; eorum sermone trahitur. Catullus oppositionem dicit: Furi villula nostra nõ ad Austri flatus opposita est, nec ad Fauoni, Verum ad millia quindecim & ducenta: subaudiuntur autem sestertia.

Vicesimotertiò, Ferruminare dixit esse consolidare, & conglutinare, non solùm per eandẽ materiam, vt Iurisconsulti tradiderunt, sed etiã per aliam: idq; plurimis Plinij exemplis probat, qui ferruminari furculum, ferruminari aqua muros, ferruminari in lapides dixit. Sed cùm ferruminatio propriè sit ferri ipsius vi iguis liquefacti conglutinatio, adparet metaphoricè hoc verbo vti Plinium, & ideo Iurisconsulti sententię nihil aduersari. Vicesimoquartò, Pomponium, inquit, atque Vlpianum corrumpere linguam Latinã, qui quot mensibus, vel quot diebus scripserint, pro singulis mensibus singulis diebus. cui ego dixero, tale conuicium Plauto quoque, M. Catoni, & deinq; doctissimo omnium Varroni commune esse. Plaut. in Stich. Meministis quot Calendis petere demensum cibum, Cato de re rust. Capita oleagina quot mensibus fodere oportet. Varro: Sacra quot mensibus feruntur in arcem: quod ante nos & alij notarunt. Vicesimoquintò: Turbam non multitudinis hominum perturbationem, vt Labeo scripsit, sed simplicem perturbationem, etiam duorum existimat, & à tali perturbatione turbam pro multitudine dictam, quòd multitudo non ferè vacet perturbatione: vnde vulgatum carmen, Septem conuiuium sunt nouem conuicium. Sed mihi hæc controuersia non admodum ei absimilis videtur, quam Censorinus tradidit, priusne ouum fuerit, an gallina. Labeo prius significatum turbæ, id est, multitudinis, atq; inde factam postea perturbationem: tu perturbationẽ priorem contendis. sed nec quos adducis auctores, sententiam tuam adiuuant, qui μεταφορικῶς potuerunt turbam etiam duorum dicere: nec etiam Græcus sermo τὸ ὄχλος, in quo eadem potest esse hæsitatio. & vt demus opinionem tuam veriorem, in edicto certè prætoris, quod Labeo interpretatus est, probabilior est Iurisc̃ũlti sententia. Verba edicti sunt [f], Cuius dolo malo in turba damnũ quod factum esse dicetur: ea non possunt commodè de perturbatione intelligi, quæ semper eũ adficit, cui damnum infertur: necessariò igitur de multitudine accipiendum. Vicesimosextò [g], Iulianum improbat, qui exauctorationẽ à principe simpliciter factam, ignominiæ notã inurere scripsit: contrà Valla, cùm exauctorare sit simpliciter militem missum facere, quod T. Liuij testimonio varijs locis probatur. Respondeo, in veteri Republica hæc sententia posset procedere, quo tempore ex solo commeatu vel ducis licẽtia milites exauctorabantur: verùm ordinata ab Augusto successoribusq; militia, à qua non nisi post viginti stipẽdia mittebãtur, tributa quoq; illis sunt militaria insignia, quorũ detractio infamiã irrogat, quoniã non nisi turpi missione dimissis detrahũtur. Vicesimoseptimò, Depectũ simpliciter pactum significare ait, ex auctoritate Terentij in Phorm. Depascisci mortem cupio: cùm tamen Vlpi. in edicto de calumniatoribus depactus dicat, est turpiter pactus. Sed mihi videtur & verba Terentij, & Vlpiani [h] declaratione posse intelligi, & etiam Cicer. ad Her. lib. ij. Depectus cũ hostibus, vt arma reliqueret. Sed idẽ auctor in Verrem actione v. Scito te biduum cibo tectoq; prohibitum, biduum in foro custodijs detentum, neque antè demissum, quàm ad conditiones eius depactus est. His accedit, quod huiusmodi præpositio quandoque in malam partem accipitur, vt desperatus, demens, dedecet, deformis, degener. Vicesimooctauò, Lapillum si magnus est, gemã esse adserit: quo nomine & margaritam dici posse

a l. sicui §. j. de leg. iij.

b l. vestimentũ. de aur. & arg. leg.

c l. penes. ff. de verb. sig.

d l. tres. §. inter. ff. de pig.

e l. si plures. §. pignus. de ver. signific.

f l. prætor. §. de incen. rui. nau.

g l. ij. de iusum.

h l. iij. de calũ.

posse arbitratur, aduersus Sabini, Vlpianiq; sententiam, gemas pellucidæ materiæ esse existimãtium, vt smaragdos, chrysolithos, amethystos: nõ translucentes verò, lapillos, vt obsidianos, & veientanos: at margaritas nec lapillos, nec gemas esse, sed conchas, seu vniones. Verum vt in sententiam Iurisconsultorũ ego transeam, illud me in primis mouet, quòd etymus pro illis est: videtur enim gema dicta, quasi gemina, propter translucentẽ naturã. deinde videmus à similitudine gemas dici, vt Fab. auctor est, & in Catone Maiore M. Cicero. Vnde ostenditur nõ ideo dici gemas, quia magnæ sint. Idem & Plinij auctoritate constat, in anulis gemas deferri adfirmantis: vnde & dactylothecæ dictæ, quod profectò maioribus non conuenit. ad hæc, quæ rationes à Valla adduc̃untur, sanè quàm frigidæ sunt: Lapillus, inquit, generale nomẽ est: bene sanè, sed cũ translucet, peculiariori nomine gema dicitur. Rursus: Gemas, inquit, accipimus multorũ cubitorũ inueniri. Accepit fortè à Luciano de veris narrationib. miraculi certè loco refertur alueolus trium pedũ in triumpho Põpeij ex duabus gemmis subijcit: Quid si nõ perluceant, quia adhuc incõptæ & imperfectæ? atqui satis est, si natura sui pelluceant, possintq; manu artificis in hunc vsum poliri. Addit, hac ratione etiã marmor Parium gema esset, quia translucidæ est naturę: quasi Iurisconsult. omnia translucentia definiat gemmã esse, & hũc honorẽ etiã speculis tribuat, qui de lapillis, non de marmoribus loquitur. Postremò, inquit, reperiuntur qui partim perluceant, partim non perluceant. Respondeo, de his nihil à Iurisconsulto dictũ, & fortè ex regula iuris qualitas potentior in his obseruaretur. Addit secũ sentire Q. Curtiũ, itemq; Horatium, quorũ alter, Lapilli, inquit, ex auribus pendebant, cãdore & magnitudine insignes: alter, Niueos, inquit, viridesq; lapillos. Ipse quid horũ verba sententiæ nostræ obstent, nõ video, puto nec ipse Valla satis norat, cùm absque scrupulo ex Iurisconsultorũ distinctione possint intelligi. Illud nõ diffiteor, differentiam hanc inter gemmã & lapillum nõ semper ab auctoribus obseruari, vt cùm Catullus dixit: Aut pellucidi delitijs lapidis: aut Plinius cùm generaliter sub capite de gẽmis, omnes lapillos descripsit: sed Iurisconsultus de proprietate loquitur, non de abusu & translatione. Vicesimonono, Venulei [a] definitionẽ confutat, qui veteratorem ex Celsi sententia non spatio seruiendi, sed ex genere & causa esse existimandum ait: magisq; approbat hac in re Vlpianum [b], qui veteratores, trita & veterana mancipia appellat, quę difficilè sit reformare. Quibus verbis apparet, spatio seruiendi definiri veteratorẽ, erigitq; hoc loco in Iurisc. cornua, tãquam contraria inuicem scripserint: quem & alij recentiores sequuti, pro antinomia nominatim hunc locum citant. Sed profectò æquius fuisset, & etiam magis nomini suo consuluissent hi grãmatici, si intra profelsionis suæ cancellos constituissent: quandoquidem vulgò dicitur, quam quisque nouit artem, in hac se exerceat: nõ enim furores supra crepidam iudicassent, nec ceu testudines porrecto extra testam capite, periculis se obnoxios fecissent. Igitur distinguendi † tres sunt casus: Aut loquimur in venditore, seu mangone, qui mancipium distrahit, & ex edicto ædilium non potest veteratorem pro nouitio vendere, tumque nouitius secundum Vlpiani sententiam ex tyrocinio seruitutis accipitur, veterator qui diu seruiuit, & iam ea in conditione callum fecit. Aut loquimur [c] in ipso patrefamiliãs de seruis suis nouitijs, veteratoribusque disponente: & quia hoc omne ab eius sententia dependet, pro nouitio habuisse videtur, quem nulli ministerio præposuit: rursus pro veteratore duxisse, quem in veteratorum numero habuit, vt quia muneri alicui præposuit, in quod veteratores describi solent. Meritò igitur Celsum sequemur, vt ex genere & causa cõstituamus, quem dominus pro veteratore habuit. Aut de causa vectigalis ãgitur, & cùm Respublica hac in re voluntatẽ emptoris seu patrisfamiliãs nõ sequatur, simpliciter Veterator accipietur, qui anno seruiuit, Nouitius qui minus anno: vt hic vectigal pendat, ille nõ pendat: & hoc casu Martiani sententia est probanda. Ex his igitur constat, nõ inuicem pugnantia scripsisse Iureconsultos, sed diuersa diuersis casibus tradidisse. Postremò fuere ex grammaticis, qui Iureconsultos nostros manifesti furti arguerent, quòd bonã partẽ legis secundæ de origine iuris, itemq; pleraq; de officio præfecti prætorio, procõsulis, præsidis, à Festella surripuerint, eius nusquã facta mentione. Sed hi velim mihi eius rei fidem faciant, à Festella Iureconsultũ accepisse: qui enim titulo Festellæ liber circũfertur, à Pomponio Læto ex varijs auctoribus in quandã farraginẽ compositus fuit, eo indito titulo, vt vendibilior hoc nomine, impresso ribus sq; lucrosior fieret: idq; ego à Iano Parrhasio nõ semel accepi, qui suã quoq; hac in re operam illi adhibuisse se testabatur: stylõq; ipse planè indicat, vnius auctoris opus illud non esse. Et hæc quidẽ in Laurentium præter animi mei sententiam, vt qui minimè litigator, aut φιλαίτιος sim, scribenda duxi: quoniam eius exemplo adeò excreuerat quorundã grãmaticorum insolentria, vt in suis cõmentarijs vbiq; errorẽ aliquem Iurisc̃ũltis nostris impingeret, nimiũ quo ipsi nõ peccarent, errori statim adscribentes. Spero autem cùm viderint, quibus hoc in argumẽto ipsorum primipillus Valla tenebris offusus est, modestiores eos, & alieno exemplo cautiores fore. Sed hæc hactenus. Non negauerim tamẽ apud Iureconsultos quędam reperiri, quæ delicatũ lectorẽ posint aliquantisper remorari: sed si qua vitium sonãt † librariorum incuriæ proculdubio tribuendũ: nam & Caij, *Interesse*. cuius suprà meminimus, in antiquis codicibus nõ reperitur, in quibus simpliciter venditorem teneri scriptum est, apparetq; à glossematico aliquo margini adscriptum, deinde scriptorum imperitis in ipso cõtextu relatum. Vnde & Vlpianum [d] scripsisse, si quis graui valetudine affectus: arbitror, nõ in grauibus metsi sint, qui ingrauem iunctim dictum putent, quasi valdè graue, sicut incantamenta Vergilius dixit: &, *Ind: fficilem casum*. Scæuola [e]: in quo tamen veteres codices refragantur, in quibus scriptum est, ille casus, *In difficilis est*. quam lectionem castigationem arbitror. Nam & in diui Seueri rescripto [f], quo vulgo legitur, eos qui testamẽto quid alienari verant, nullius momenti scripturã esse, correctiora exemplaria, *Eorum*. scriptum habent. Sicut & in Pauli responso [g], dum dicitur *Econtrà*. si inter virum & vxorem facta sit donatio, simpliciter *Contrà* scribendum est, *Adinstar verò*. quod Iureconsulti quandoque scripserint, non instar tãtum, exemplo veterum nõ caret, suntque huiusmodi controuersiæ non tam doctrinæ, quàm iudicij: sicut cùm, *Exæqui*. passiua significatione Vlp.

a l. fin. de ædil. edic.

b l. præcipiũt. eod. tit.

c l. §. quæritur. de publ.

d l. iij. ad S. C. Silla.

e l. gallus. §. fin. de lib. & post.

f l. filius fa. §. di ui. de leg. j.

g l. si inter. de don. int. vir.

dixit a, quærebatur an iudicis ſententia, *Exequi.* poſsit: vel idoneior Modeſtinus: ſic & quod in meo fundo naſciturum eſt, dixit Pomponius b; ſic &, *Præſtauimus.* verbo, pro, *Præſtitimus.* vti Tribonianus non erubuit. Erunt & quib. omnino non placebit, *Deuirginare ancillam.* dixiſſe Paulum c: & à Modeſtino ſcriptum, decreto Adriani plectendos, qui menſuras & pondera, *Falſaſſent* d. Iidem & ſordidum verbum exiſtimabunt, *Certiorare.* pro eo quòd eſt, certiorem facere, quo paſsim Iureconſulti vtuntur, eadem ratione deductum, qua & veteres, *Meliorare.* dixerunt. vnde L. Columellæ, *Melioreſcere.* Sed &, *Coloniam.* agrum colono locatum quandoque appellant, cùm alio ſenſu antiqui ea voce vtantur.
27 Sanè illud † diffitēdum nō eſt, apud eos quaſdam dictiones eſſe, quæ alijs in auctoribus nuſquam eo ſenſu reperiantur, vt cùm *Exhibere:* verbo plerunq; pro eo vtūtur, quod eſt alere, *Donare ad proceſſus* e. id eſt, vt eo donarius vtatur in pompa, vel cùm in principis eſt comitatu: id enim ſignificat proceſſus: vnde & alibi dicitur f, Cùm *Proceſsiſſet Imperator, ſalutatus eſt,* &c. Et, *Copiarū.* negotium pro mercimonijs earum rerū, quæ ad victum pertinent g. & ad exercitum deferuntur: & *Dardanarij.* pro his, qui annonam flagellant, qui & à Grçcis προπῶλαι dicuntur. Eſt & apud eos, *Friuſculum* h. pro digreſſu temporario vxoris ob iurgium cum marito, vox nuſquam alibi à me lecta, vt fortè friguſculum dicendum ſit, cùm maritalis amoris ardor aliquātiſper refrigeſcit, *Friuola* i. pro ſupellectili inquilini, tametſi & hac voce vſus videri poſsit Iuuenalis: Iam friuola trāsfert Vcalegō k, *Lanipendia* mulier, pro lanifice, ſeu quæ lanificibus ipſis penſa diuidit, *Latrunculator.* pro iudice rerum capitalium, ſeu quod magis arbitror, præfecto apparitorum, & militum, qui latrones conquirunt, *Notoria.* pro denuntiationibus delictorum, quas Irenarchæ deferebant, *Pannicularia ratio* l. quæ ad eas veſtes viliores pertinet, quas rei & damnati rerum capitaliū habēt, cùm ad ſupplicium ducuntur, *Perfunctoriè.* eſt leui cura, & aliud agendo: vnde pfungi & defungi, p eo q eſt, vtcunq; explicare, *Peſſum dat.* pedib. percutit, nouè dixit Paulus, cùm in edicto ædilitio, Bouem, inquit, cornu petit, vitioſum, itē mulas quæ peſſum dant, *Spectabiles.* quoq; & *Specioſæ perſonæ.* gradu quodam dignitatis inſignes, in iure plerūque dicuntur, cùm hoc ſenſu hæ voces apud Ciceronem & antiquiores nullæ ſint, *Reliquare.* quoque apud eos dicitur, qui æs alienum integrè nō ſoluit: vnde reliquatores vectigaliū, qui reliqua publico debent, *Sequioris vitæ.* eum appellant m, qui ſibijpſi alimenta ſuppeditare nequeat, ſed de alienis laboribus pendet: vnde & Sequior ſexus, ni fallor, Apuleio, id eſt, muliebris *Solarium.* n pro vectigali, quod publico præſtatur, ob ſoli publici occupationem. ſed idem quoq; in priuatis videtur. Vlpianus o: Si quis in lapidicinis cædere voluerit, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſalarium domino præſtet, quamuis Accurſius nunc ſolarium, nunc ſolatium legat, *Schemata cognationum.* in antiquis codicibus dixit Paulus emendatius, vt arbitror, quàm ſtemmata Iuuenalis. Imagines enim in gentilitijs armarijs vſui erant, at coronæ nō erant: cùm enim ſtemma vox Græca eſſet, mirum ſi apud Græcos pro gradu cognationum, vel imaginibus nunquam reperiri, *Venenarij.* ſunt, qui aliquem veneno ſuſtulerūt, eiuſq; criminis ſunt rei. Sunt & apud eos aliç dictiones, vtiq; & ipſe raræ, ſed tamen ab alijs quoque auctoribus vſurpatæ, quas ſimul referre operæpretium duxi,
A *Aduerſione locare, affirmatores, antapocha, antidora, antipherna, apocha, archiuium, arrogatio, auditorium. Baſilica, belliſsimè, breuiarij rationes, caleiariū, calendarium, chacarium, cœnacularium, cœnaticum, cancelli, cancellarij, capſarius, captioſus, captatorius, caſtratus, catellus, chaſma, commentarienſis, coactor, collectarius, colonarium, conturbare, chorus pro congregatione, decidere, decreta lis poſſeſsio damnas eſto, decoctor, dominica pecunia, delicatus, debitor, depoſitarius.* eadem forma qua, *Alimentariū* dixerunt, *cōmodatarium, donatarium, mandatarium, legatarium,* & ſimilia. *Dilapidat bona, dimiſit creditores,* id eſt, ſoluit, *diarium, dietarij, diffiſus dies, deſultor, emenſor, equitiū, errones ſerui, extorris, exiguiores res, fœnebris pecu*
B *nia, fœnerauit,* id eſt, accepit fœnera, *fiduciaria hæreditas,* id eſt, fideicommiſſaria, *Functiones.* pro tributis, *Genuina pietas* p. quamuis vulgati codices habeant gemina. *Hamæ.* pro inſtrumento ad arcendū ignē: Debet, inquit lex q, præfectus vigilū noctu coerrare cum hamis. Sic Iuuenalis: Diſpoſitis prædiues hamis. Meminit & Cæcilius Plinius. *Imaginaria venditio, incontinenti, informatur actio, in pendenti, iuriſdictio reſtituenda, impoſsibilis, imperſonalis, inſolidum,* id eſt, pro parte r, *in ſumma,* id eſt, breuiter, *intātum, in-*
C *uētarium, largitur annus, largiūtur tempora, licētia, lucratiuus titulus, manuaria mola, medianum cœnaculum, miſsilia, magis eſt, nudus ſermo, nudum pactum, nugatoriæ res, in necem.* id eſt, in damnum, *optiones, obrepere iudici, officiales* s, *opiſtographum, orcinus libertus, pantheron rete, parapherna, partiarius colonus, pedanei iudices, peregrini pro deportatis, periculum.* quandoque pro ſpe nautici fœnoris, quandoque aliter, vt in Rubrica codicis de ſententijs ſine † periculo recitandis. Sic. n. habet & codex Theodoſianus, vt appareat de peri
D culo, ſeu experimento memoriæ accipiendum, *perpetuarius emphyteuta, pagani.* pro quibuſcunque non militantibus, *plaga.* pro parte fundi. *polia.* pro grege equorum, *præbenda, locare, præiudicium, prætorium.* pro domo ruſtica, *promercalis res, perſona: potitus hoſtium,* id eſt, captus ab hoſtibus, exemplo Plauti in Captiuis: licet in titulo de captiuis, à quibuſdam malè ſit immutatum: *pulſare.* id eſt, agere, vel conuenire: *quæſtuarius.* quo de agitur per inuerſionem, reatus, receptitia dos, regimenta Reipubli-
E cæ, *repertorium, repetita die, repedare, reſtaurari, religioſiſsimus princeps, in ſacris patris, ſynedria nauis, ſtrata terrena, ſtrena, ſuſpendioſi: ſuus hæres,* de cuius vocis ſignificatione interrogatus à Socino Angelus Politianus, obmutuit, cū tamen gloriatus eſſet in gloſſematis iuris ciuilis ſe vel Accurſium ſuperare poſſe. *Simplaria venditio, topiarius, temporaneus tutor, teſtamētarius* pro tabellione, qui teſtamentum ſcripſerit: *teſtimoniū.* pro ipſius teſtis aſſeueratione in ſcripturam redacta: *velamentum operæ venalitium ſer-*
F *uorum, venter* pro infante necdum nato: ventrem facere, paries, cùm in vicini ædes porrigitur: *veſtiarium, viaticum, vinarij* qui & *vinoſi.* vinacia, *voluntarium, vſta.* Græca vox pro ſubſtantia, *vſurpare.* id eſt, vſucapere, *vtenſilia.*

a l. cum quædā iuriſ. om. iu.
b l. quod in rerum. de leg. j.
c l. ſi de offic. præſ.
d l. pen. de fal.
e l. nam Imperator. de do. inter vir.
f l. j. C. de ſent. paſſ.
g l. ob negotiū. de comp.
h l. cum hic ſtatus. de don. int.
i l. ſolutum. de pig. act.
k l. ſed ſi vir. de don. int.
l l. diuus. de bo. damnat.
m l. cum hi. de tranſ.
n l. ij. ne quid in loco pub.
o l. vend. cōm. præ.
p l. iij. de lib. ho. exhi.
q l. ij. de offic. præfect. vig.
r l. ad ea. de reg. iur.
s l. præſidis. ſi cert. pet.
† *ex breuiculo recitā. Budæus.*

AND.

AND. ALCIATVS SVO LEOPOLDO DICKIO S.

ORATIONEM, quam ſuperioribus annis frequenti gymnaſio habui, cùm æditurus eſſem, nemo potior mihi viſus eſt, cui eam mitterem, quàm tu es, Leopolde chariſsime, cùm ob amorem erga te meum, tum ob latinæ linguæ peritiam, quam cum iuris ciuilis prudentia ita coniunxiſti, vt dubium reliqueris, vtra magis præualeas. Leges itaq; qualemcunq; hanc lucubrationē noſtram, amoris noſtri monumentum. Tu vale.

ANDREAE ALCIATI IVRIS-CONS. ORATIO IN LAVDEM IVRIS CIVILIS PRINCIPIO STVDII HABITA CVM AVENIONE PROFITERETVR.

COGITAVI ſæpenumerò, animiq; incertus mecum volutaui, Auditores præſtantiſsimi, an prçfatione aliqua mihi pro felici ſtudiorū huius anni auſpicio vobiſcum opus eſſet. Cùm enim ex ſuperiorum annorum vſu exploratiſsimum haberem, quo vos animi deſiderio ad perdiſcendam Iuris prudentiam feramini, quaq; adtentione aures præceptoribus veſtris adhibeatis, & qualiacunq; dictata noſtra excipiatis, minimè mihi neceſſarium videbatur, id apud vos dicendi munus adſumere. Nam & noſtra ſtudia ſuapte natura ita prolixè, magniſq; cōmentarijs tractata ſunt, vt multiloquio orationum ceu auctario aliquo non indigeant: & qui vos inuitare ad ea capeſſenda velit, nō ſatis induſtriā veſtram perſpectā habere videri poteſt, qui ad id adhortet̄, ad quod ſpontè, veliſq; & remis, quod dicit̄, accurrere vos videat: poſſetq; nō immeritò mihi obijci nō tam q ſuperuacuis in rebus tempus contererem, q quòd veſtris de ſtudijs nullā fiduciā conciperē, qui cùm biennio continuo ſummā moderationis, induſtriæ, attētionis exemplū dederitis, ſubuereri viderer, ne in præſenti quoq; anno eoſdē mores nō præſtaretis. Quæ omnia cùm vera ſint, nō tamen à maioribus noſtris inſtitutum morem omittere conſilium fuit, tum ne videremur manibus quodammodo illotis hæc ſtudia attrectare, tum etiam, quòd ſapientiſsimi illi patres optimè præuiderunt, ſemper ab huius tam excellentis diſciplinæ laudibus incipiendum, vt qui eius cognitionem adepti ſunt, ſibijpſis, quòd tantum boni habeant, gratulari poſſent: qui verò initiati in his rudimentis verſantur, diligentiùs alacriùſq; operi inſtent, vt ad ſummum felicitatis culmen tandem perueniant. Cùm enim pulcherrima quæque eadem & difficilima ſint, meritò & Iuris hæc prudentiæ ars quò dignior, honeſtior, laudabiliorq; eſt cæteris profeſſionibus, eò & ſummas in ſe difficultates, inextricabileſq; nodos ferè continet. Quapropter ne in ipſo limine, viſq; apertis ſtadij carceribus, iuniores abſterreantur, æquum fuit ſingulis annis eos admoneri: & ſicut in ipſis bellorum congreſsibus ſono tubæ equos, ſic præceptoris voce candidatos ipſos ad ſtudia hæc addiſcenda animari. Quamuis enim ſtrenuis ipſis veteraniſq; militibus virtutem verba non addant, & quem res ipſa, euidenſq; periculum non moueat, vix vlla Imperatoris ſui oratio poſsit impellere: tyronibus tamen ipſis conciones iſtas non parum proficere vſu videmus, qua ratione & tum demum ingentes ſpiritus concipiunt, cùm præeuntem animoſq; ſibi facientem ducem ſequuntur. Idem etiam in literaria hac militia quotidie deprçhendimus, poſſemq; veterum quampIurima exempla in hanc rem afferre, ſed ſatis nos noſtra çtas inſtruit, in qua ex ſtudioſis vix decimus quiſq; eſt, qui nō abſterreat̄, & ad doctoris apicem aſcendat: & ſicut apud Græcos artifices, q cytharœdi eſſe nequeūt, tibicines fiūt, ſic ex eis, qui ob has difficultates in Iuriſcōſultos euadere nō poſſunt, vel Pragmatici, vel Cauſidici efficiū

tur. Nõ iniuria igit istud orandi munus multis vtile, pluribus necessariũ apud vos susceρi, non ꝙ de vestra erga me beneuolentia, attentioneꝙ essem dubius, sed quò peritiores ipsos cõsolarer, eosꝙ suorũ ornamentorũ admonerẽ: iuniores verò bona spe implerẽ, vt facilius in huius disciplinæ amorẽ incitati, in hoc albo nomẽ darent. Adeste ergo, & dijs fauentibus, benignas nobis aures præstate. Dicendũ in præsentia est de legibus, quarũ origo omnis & fundamentũ est iustitia. Cæterum tam latus est de his dicendi cãpus, vt huius materiæ vel integra autorũ volumina extent, tum etiã Panegyrici quãplures, quibus recitandis id præsertim causam præstitit, ꝙ singulis annis à professorib. id argumentũ semper tractatũ sit. Quo fit, vt plerunꝙ eadem à docentibus pro suggestu audiant, qui, sicut mali medici solent, qualicunꝙ oculorũ egritudini idẽ semper collyriũ imponunt. Quos ego hac in re minimè imitari cõstitui, cùm ꝙ infelicis, ingratiꝙ ingenij semper existimaui de aliorum verbis pendere, nihilꝙ de suo cõferre, tum ꝙ non istorũ more multa, sed pauca & vtilia differere melius duxi. Igit vt ab earũ origine exordiamur. Crediderunt antiqui auctores, à dijs immortalib. leges primùm esse ꝓpagatas: Cretensem enim Minoën à Ioue, Lacedæmoniũ Lycurgũ ab Apolline, Solonẽ Atheniensem à Pallade, edoctos: quod vt pleraꝙ alia mysticè ab eis dictũ esse crediderim: siquidẽ vt locũ leges sibi vendicare possint, & maxima cũ sapientia cõditas esse oportet, & à summo iure, quod Crucẽ veteres dixerunt, procul abesse, bonũ æquumꝙ respicere. Ad hæc eas ad principis curã pertinere, quibus si ipse vixerit, cęteris clarissimo erit exẽplo, audacterꝙ subditos in earũ obseruationẽ compellet, quas ipse quoꝙ inuiolatas, sacrosanctasꝙ habeat. Apollinem enim, ꝙ Planetarũ potentissimus sit Sol, potentiæ symbolum esse existimarunt: sicut Palladẽ prudentię, Iouẽ æquitatis atꝙ clementię, vnde & à iuuando nomẽ à Latinis acceperit. Potuerũt fortasse etiã ab Hebræorũ voluminibus sententiã hanc accepisse, in quibus Mosen à Deo opt. max. decem leges habuisse legitur: idꝙ proculdubio vt credamus, Christiana veritas admonet: cuius etiã aliqui auctores tradunt, Platonẽ cùm in Ægyptũ venisset, eos libros reuoluisse, & mutatis nominibus, de eis multa in suum opus trãstulisse. Quapropter eius Theologia nõ multũ à Christianorũ traditionib. discrepat. Cæterùm vtcunꝙ sit, siue rei veritatẽ secuti, tam nobilem legibus originẽ dederint, siue ad mysticam interpretationem respexerunt, abundè constat, quantum honoris deferendum esse illis censuerint, quarũ præstantiã ex eo facilè indicauerunt, cùm cæterarũ artium originẽ nõ ad deos immortales, sed ad homines retulêre, qui demum inuentionis suæ præmiũ hoc habuerunt, vt in deos referrentur. Sic Medicina Æsculapiũ, Astrologia Athlantem cõsecrauit. Ipsam verò legum prudentiã ab ipsis maiorũ gentium dijs in homines transfusam, diuino quodã cultu meritò accipiendam existimauêre, à Ioue ipso ceu pręcipuũ quoddam donũ mortalibus tradi tam, à iustitia neruos accipientẽ, à prudentia intellectũ, à fortitudine executionẽ: cui si diuinæ virtutes hæ absint, non iam leges dicunt, sed hominũ carnificinæ, sed seditiones, & quoduis potiùs aliud, ꝙ leges. Neꝙ enim verba ipsa, & quòd vel membranis scribitur, vel ære figitur, Lex est: sed quod iustitia dictante, æquitate pręuia, bono consilio profert, verum Legis nomen habet. Alioquin & Saturnini, & Gracchorum, & C. Marij per vim & Tribunitij furoris impotentiam lata plebi scita, Leges dicerentur: quod minimè antiqui illi patres concesserũt, qui iuris ciuilis scientiam nunquã ab æquitate seiunxerunt, qui hanc professionem ita exercuerunt, vt bonum neminem oppugnarent, innocentes & miseros tutarentur: ea instructi, improborũ captiones, dolumꝙ malũ euitarent, pœnas & supplicia in malos & cõdignos aduerterẽt, Chrysippi præcepta ad vnguẽ obseruarent. Is iustitiæ imaginẽ ita expressit, vt puellari virginis forma, aspectu vehemẽti, luminibus oculorum acerrimis conspiceretur, quòd videlicet Iudicẽ incorrupto esse iudicio, sanctum, seuerũ, cõtra improbos inexorabilem, vi & maiestate æquitatis, veritatisꝙ, terrificum esse oporteat. Quapropter memoriæ traditũ est, magistratuũ statuas à Thebanis ita solere formari, vt sine manib. essent, principũ vero clausis oculis: nimirum

Iustitia fundamentum legum.

Leges à dijs propagatæ.

Lex quid & à quibus virtutibus mutuò accipiat.

Lex quid.

Iustitiæ imago.

mirum eam iustitiæ naturam esse ostendentes, vt incorrupta sit, nec pretio, precibusue, aut alienæ vlli voluptati cedat. Cùm itaꝙ tot egregijs virtutibus Legũ hęc prudentia præcellat, quæ omnes ad eam producendam in vnum cõspirasse videntur, non est mirum, si clarissimas quaslibet artes in se aut contineat, aut fulgore suo exornet. Et vt ab eloquentia incipiamus, tradunt antiqui auctores, in primæua illa rerum humanarũ infantia fuisse homines insociabiles, qui per montes agrosꝙ passim, & bestiarum more vagarentur, non diuinæ religionis, nec humani officij memores, quiꝙ omnia sola fortitudine pro viribus corporis administrarent, donec siue Mercurius (vt Plato & Aristides credidit) siue quilibet alius vir sapiens eloquentiæ artibus adiutus, accommodata oratione eos congregauit, quantumꝙ in se vtilitatis mutua conuersatio, & studia ciuilia haberent, admonuit. Sic humanũ genus mite, & mansuetum effectum est, sic fides culta, sic mutuis officijs certatũ, & exutis agrestibus illis moribus, meliores accepti: quæ omnia eloquẽtiæ debemus. Nec enim fieri potuit, vt qui plus posset, atꝙ viribus in cæteros prœcelleret, ad ius sine vi vellet descendere, patereturꝙ se imbecillioribus æquari, nisi magni alicuius Oratoris eloquentia allectus, rationibusꝙ persuasus esset. Quæ eloquentię gloria cum nostra hac arte communis proculdubio est: nec enim fidem seruare, iustitiam colere, simultates abolere, sub legibus esse, eloquentiã magis ꝙ professionẽ hanc nostram respicit, vt inde apertissimè deprehendi possit, studia hęc simul iuncta esse, & ab antiquissimis vsꝙ temporibus inuicẽ suffragantia, & quorũ alterũ altero indigeat. Nam & eloquẽtia, nisi iustitiæ annexa fuerit, Reipublicæ calamitatis, omniumꝙ malorum causa est. Quapropter ab omnibus sapientibus laudata est Antiphontis illa sententia, qua non esse fas dixit, eum qui malè fecerit, idcirco seruari, ꝙ bene dicat: sicut nec eum, qui rectè agat ob malũ aliquod verbum perire, cum animi delicta vlcisci, non linguæ lubricũ, æquum sit. Meritò ergo eloquentia Legum scientiæ quædam quasi soror, sine ea nullam maiestatẽ autoritatemꝙ consequitur. Idem & in poëtica arte senserunt Platonici, dum sub figmentis, verborumꝙ ambagibus tradiderunt sapientiæ studia à Poëtis celebrari solita. Sic Vlisses, comite Minerua, omnia monstra superat, Tyrannos conficit, blanditijs, voluptatibusꝙ non allicitur. Sic Prometheus prouidẽtiæ dono vulturi iecur depascendũ tradit, quod sapiẽtię, pręsciẽtiæꝙ symbolũ id animal repręsentet. Sic Saturnus primus regnat, ꝙ potissima principib. cura esse debeat popularis annonę. Sic tres Harpyię tria iustitiæ genera indicãt, Cùm aliena desiderant, cùm re ipsa auferunt, cùm ablata, ne ad dominũ peruenire possint, clàm habent. Sic Phaëton temeritatis, Cyclops impietatis, Phineus auaritiæ, Cacus furti, Sylla libidinis pœnas dederunt. Sic Midas nõ esse temerè Iudicibus maledicendũ, malo suo didicit, nimirũ asininis aurib. deformatus. Sic Paris, cõstuprati iudicij reus, malè mulctat: quæ omnia hisꝙ similia quamplurima, à Poëtis finguntur, vt animos mortaliũ ad verę iustitiæ cultũ deflectant: quod etiam ad professionẽ nostrã pertinet. Alioquin si Poëtæ vel Grãmatici à iustitia abhorreãt, verũ erit quod in illos Dion Sophista cõtorsit, eos videlicet ab Homero Vlysis errores quotidie inquirere, suos verò minimè. Cui & illud simile, Philoctetæ mala bene cantitãt, sua bona malè disponũt. Ad Philosophiã venio, quæ ita cum hac professione coniũgitur, vt altera sine altera esse nullo modo possit. Nam ea demum vera Philosophia est, quæ iustitiæ inhæret. Quapropter legumlatores illi ipsi veri sunt Philosophi. Sic Solon ab Atheniẽsibus, sic Zaleucus Locrensibus, Charondas Thurijs, Pheidon Corinthijs appellati. Qua ratione etiam videmus celeberrimos quosque huius sectæ auctores de Legibus scripsisse, vt Chrysippus, vt Plato, & Platonem imitatus M. Cicero. Quid aliud habent Aristotelis Ethica, Politica, Oeconomica, quàm priuatas publicasꝙ sanctiones, & quã quisꝙ iustè sanctèꝙ viuendi legem obseruet? Neꝙ enim veteres illæ trita ꝙ altercationes, de vniuerso, de materia, de ideis, de causis, de inani, de motu, cæteraꝙ huiusmodi, seu physica, seu mẽtaphysica respiciãt, quicꝙ habent ad veram sapientiã pertinens, cùm propter incertitudinẽ, tum ꝙ ea sola vera est Philosophia, quę probum,

Eloquentiæ effectus.

Eloquẽtia iurisconsulto necessaria,

Eloquentia Legum soror.

Philosophia Legali scientiæ cõiuncta.

bum, ſyncerum, incorruptum hominem efficit: quæ vtilitas minimè de eis decer-
Vera philoſophia. tationibus habetur. Vnde ille diuinus Plato cenſuit ſapientiam, quæ à iuſtitia ſe-
iungatur, calliditatem eſſe, nec quicquam ad virum bonũ pertinere. Si igitur ciuilibus ſtudijs iuncta ſit ſapientia, tunc demum nomen ſuum retinet: vt meritò nos
Theologia à legibus pendet. veram Philoſophiam colere, cæteros ſimulatam, Vlpianus ſenſerit. Eandem conditionem ſequitur etiam Theologia, quæ, ſeu antiquiſsimam illam Orphei & Muſæi reſpiciamus, ſeu recentem, & à Chriſtiana lege exortã, tota ab his ſtudijs pendet. Scripſit poëta Tragicus Euripides, cùm beluinam vitam priùs homines agerent, legibus latis cœpiſſe eorum facinora coërceri. Cæterùm cùm manifeſta tantummodo punirentur, ne clàm quoque peccaretur, à viris prudentibus perſuaſum ceteris fuiſſe, extare in cœlis deos immortales, his omnibus infeſtos, qui propter ſecreta facinora pœnas legibus non dediſſent. Sic legis prudentia, Theologiáque eandem ob cauſam fuerunt introductæ, vt ſcilicet obuiam iretur delinquentibus: alteráque ſecreti mali, altera manifeſti vindex eſſet: vt non iniuria nos
Legum cauſa. Theologi appellemur, qui iuſtitiam colimus, qui diuina ſtudia profitemur, qui, vt pietate maxima ſuperi colantur, introduximus. Senſit & idem Plato, exemplumque Indicæ cuiuſdam gentis adducit, in qua non qui ſacrificandi peritior, ſed qui rerum gerendarum prudentiſsimus eſt ſacris præficitur, nihilque aliud precibus
Peccatum quid. à dijs immortalibus petit, quàm iuſtitiam. Nam & cùm Neoterici peccatum eſſe diffiniuerunt, id faciendi voluntatem, quod iuſtitia vetet, nonne apertiſsimè nequaquam nos poſſe ſcire, quid ſit peccatum (quod Theologici muneris eſt) oſtenderunt, niſi id priùs perſpexerimus, quid vetet vel permittat iuſtitia, quod ad le-
Theologis et Iuriſconſultis communia. galem profeſsionem pertinet? His adde tot nobis cum eis communes materias, de ſumma Trinitate, de Baptiſmo, de Hæreticis, de Euchariſtia, de pœnitentijs & remiſsionibus, de poteſtate clauium, atque his multa ſimilia: quibus facilè oſtenditur, quæ verè ad rerum diuinarum ſcientiam pertinentia ipſi tractant, à noſtra profeſsione fuiſſe accepta: quæ verò propria habent, vix ad Theologiam pertinere, qualia ſunt infinita altercationum volumina, innumeræque ineptæ quæſtiones, quæ id in diuino cultu poſſunt, quod canis in balneo. Porrò & apud Ægyptios Mercurius, cui Triſmegiſti nomen fuit, quòd ſacerdos, Philoſophus, maximuſque Rex extitiſſet antiquæ Theologiæ celeberrimus auctor, idem & legislator fuit, primuſque hæc ſtudia populos ſuos edocuit: vnde in tanta hominum veneratione eſt habitus, vt templa in eius honorem quamplurima ædificata ſint, nomenque eius proprium quod eorum lingua Tempungina dicebatur, pronuntiare religioſum eſſet. Sic non modò ipſe Theologus, ſed & legislator, & Deus exiſtimatus eſt. quæ opinio de Lycurgo quoque Spartiata ferè inualuit, quem Pythia vates edito oraculo dixerit neſcire, quo nomine ſalutaret, hominem ne, an potiùs
Legibus cætera contineri. Iuriſconſulti cæteros antecellunt. Deum. Cùm igitur hæc ars cæteras omnes in ſe contineat, haud quaquam mirum eſt, ſi omnibus temporibus ſumma ſemper in exiſtimatione eius profeſſores fuerunt. Cùm enim eos cæterorum primores eſſe conſtet, qui ſibi ipſis, quid in re ſit, ſciant conſulere: ſicut ſecundos, qui rectè admonentibus obediant: poſtremos verò & omnium deterrimos, qui nec ipſi quid agant, norint, nec bene ſuadentibus parêre, in animum inducere poſſunt: meritò Iuriſconſulti cæteros omnes excellunt, qui non ſolùm ſibi ſciunt proſpicere, ſed etiam ſui muneris id præcipuum habent, vt alios quoque tueantur, bonoque conſilio confirment. Quapropter & hodie ſimpliciter ſapientes appellantur, ne ſolos illos ſeptem habuiſſe ſe Græcia prædicare valeat. hi res priuatas, publicaſque ferè omnes tractant, nihil in domeſticis
Iuriſconſulti ſapientes. extraneisque negotijs ſine his tutò fieri poteſt, horum vigilantia ciuilis concordia conſeruatur, ob horum auctoritatem ſummi cum infimis pari iure vtuntur, hi humani fœderis vincula ſacroſancta continent, hi pacis ſtudia amplectuntur reſectis vitijs ciues ad bonam frugem perducunt. Si hi de medio tollerentur, exploratum nemini eſſe poſſet, quid ſuum, quid alienum, quid à patre accepturus, quid liberis porrò relicturus foret, nihil denique inter mortales æqui boniq; relinqueretur,

tur, diſcordiarum ſemina vndique pullularent. Fugerent de ciuitate omnes virtutes; *Iuriſprudentiæ effectus.* omnes bonæ artes contaminarentur, vis & auaritia vbique regnarent, innocentes nuſquã tuti eſſent: quibus omnibus malis ſola hæc legalis ſcientia fræna imponit: hæc in facinoroſos omnes ſeuerè animaduertit, diuinumque iudicium exequitur: bonos præmijs inuitat, oppreſſos calamitatibus erigit: Quam ob cauſam ampliſ- *Iuriſconſultorũ præmia.* ſima dignitate eius ſectatores culti, magnos magiſtratus, ſummas dignitates, honeſtiſsima officia à regibus impetrant, primum in ciuitatibus locum obtinent, principis ipſius vox & conſilium exiſtimantur, ſine his nihil egregij principes moliuntur, ipſi etiam multa ſine illis: eorum arbitratu non ſolùm pacis opera digeruntur, ſed etiam plerunque bella diſcutiuntur. Cùm ergo tot propoſita præmia huius diſciplinæ ſtudioſis videatis, agite, omnes totis viribus adnitimini, vt per tot laborioſos tramites hoc caliginoſum iter ſuperetis, & ad metam ipſam quamprimùm perueniatis, in qua omnia dulcia, omnia iucunda deguſtetis. Huic negotio accingant ſe, qui nobilitate, qui diuitijs præpollent, non deſperent ignobiles, confirment ſeipſos pauperes, omnibus hæc ars ex æquo patebit, qui in ea perdiſcenda plurimùm operæ impenderint. Aliud ſemper honos artes, nullaque tam barbara ætas fuit, in qua docti viri in pretio non eſſent. Poſſem hic vobis multa commemorare, cùm vetera, tum recentia exempla, quibus oſtenderem, qui viri ex minimis, ignobilibuſque initijs ſola doctrinæ commendatione ad maxima dignitatum decora aſcenderint. Fuit Alphenus Iuriſconſultus (quod ſatis conſtat) ſutrinæ ta- *Alphenius.* bernæ alumnus, qui calceis, inſtrumentoque omni coriario Cremonæ (quæ illi patria fuit) relicto, Romam profectus, in maximi nominis Iuriſconſultum euaſit, Conſulatumque adeptus, & publico funere honoris cauſa à populo Romano elatus eſt. Fuit & Domitius Vlpianus origine non ſatis nobilis, vt qui Syrus ex Phœ- *Vlpiani origo.* nice eſſet, & tamen eius virtuti is honos eſt habitus, vt Imperatoris Alexandri tutor eſſet, eiusque conſilium Romanum imperium adminiſtraretur. Poſſem quamplurima ſuggerere eorum quoque, qui hac literaria commendatione ſummas in eccleſia Chriſtiana infulas aſſecuti ſunt: ſed eorum tantus eſt numerus, vt nec huius loci, nec temporis ſit latiſsimum hunc campum ingredi, ſatiusque ſit nihil dicere, quàm pauca de his attingere. Non igitur cuiquam deſperandum eſt, ſi materia ipſa difficilis, obſcura, indigeat longo ſtudio, quamplurimisque extrinſecus adiumentis, fauentem ſibi fortunam requirat: omnia tamen, ſi duraueritis, proſperè ſuccedent. Græcus eſt poëtæ Menandri verſiculus, quo diſcipulos ſuos venerabilis ſenex admonuit, vt alacri animo ſtudijs incumberent: ſic enim fore, vt opes quoque ſibi magnas compararent. Cui nos non abſimilem latinum habemus, Studioſus eſto, & poſsidebis plurima. Hinc alius poëta optimam ſtudiorum matrem pauperiem appellat: alius neceſsitatem nihil non audere exclamat: alij aliter: in hunc tamen ſenſum omnes, vt nemo propter pauperiem abſterreatur. nec in hoc adipiſcendæ virtutis deſiderio diuites alijs cedere debent, cùm nemini magis conueniant eiuſmodi ſtudia, quam illis, qui ea mercenaria minimè habituri ſint: nec enim diuitiæ magnum in ſe momentũ in hominũ vita habent, niſi virtutibus honeſtent. Vnde & beatiores iſti, quò magis omniũ oculis expoſiti ſunt, eo etiã decet optimis diſciplinis eſſe imbutos, ne aliter veteri adagio purpuratæ ſimię vulgò appellẽtur: nã in hoc ipſi alijs deteriori ſunt cõditione, q̃ pauperi imperitia nõ æque oneri eſt, ſicut illuſtri generoſoq; homini, qui cùm ſe nobilem profiteatur, ſi indoctus ſit, etiã plebeis & vulgaribus viris ridiculo habetur. Nõ eſt homo effigies illa, quam vides, ſed quod intus latet. Sic adoleſcentẽ affatus dicitur Socrates, Loquere, vt te videam. Index enim veri hominis eſt ſermo, nihilq; tacens ſtultus à ſapiente differt. Verumenimuero nec illud ſtudioſum quicq̃ impedire debet, vel quòd labili memoria, vel quòd modico ingenio, vel minimo iudicio ſit: nõ omnes Papiniani, Pauli, Sceuolæ eſſe poſſumus: eſt in hac profeſsione etiam mediocrib. locus. Quod memoriæ deeſt, ſuppleat: quod propter ingenij vitium aſſequi nõ poterit, diligentia conſequatur. Meritò maximus poëtarum, Labor, improbus omnia vincit.

uincit. Legi ego, extitisse summos aliquot iuriscõsultos perquàm tenui memoria, vt Angelum, Fulgosium q. Rursus alios minimo iudicio, qualis Andreas Siculus, & alij, quos nominare non attinet. Fuit Ludouicus Romanus tam dicendo ineptus, vt vel optima quæq in eius ore sordescerent. Et tamen hi omnes summam dignitatem nacti, inter professores primarij tempore suo habiti sunt. Consoletur ergo vnusquisq seipsum, & spe plenus nobiscum hæc studia aggrediatur, ego illi prævius per aspera, per deuia, per omnes anfractus adero, nec mihi ipsi satisfactũ putabo, donec in summo huius artis culmine eum constituero. Scio me magna promittere, & quibus vires meæ haud facilè respondeant: sed tamen opinio quam quisq de præceptore suo conceperit, plurimum potest: & dij facientes (vt est in prouerbio) adiuuant. Adeste mihi assidui, & quotidie de ore meo pendete. Nam si studia quoq uestra accesserint, non est cur dubitetis, quin ad optatum finem sitis quamprimum peruenturi. Vtrunq vt præstetis, vobis necessarium est: nec enim mea vos lectio peritos vnquam fecerit, nisi ingentem operam in diligenti eorum, quæ à me exceperitis, consideratione collocaueritis. Nec solum studium vestrum sine præceptore perfectè vos instruet: non sunt huiusmodi hæ artes, vt per se possint percipi, opus est duce, qui rectam vobis viam demonstret. Damnat Hieronymus arrogantiæ eos, qui sine magistro se didicisse gloriantur. Vetus est Cleobuli Lyndij (qui vnus ex septem sapientibus fuit) dictum, Debere hominem libentissimè audire, illibenter loqui. Apud Platonem Socrates in Phædro disciplinas ex sermone potius & viua voce, quàm ex lectione hauriendas esse existimauit: eas enim sic magis memoriter teneri, & melius intelligi, quod quædã subtiliora quandoq occurrant, quàm vt scriptis tradi commodè possint. Nam si satis esset ex solo commentario sapere, haudquaquam operæpretium fuit tot philosophis, vt per exteras regiones peregrinarentur, eos audituri, quorum libros iam in cubiculo legissent. Cogitet ergo, qui se domi continet, non se Pythagora, non Platone, non Apollonio prestantiorem, qui maximas difficultates, summa incommoda perpessi sunt, dum vt viua præceptoris voce meliores fierent, per varias prouincias proficiscuntur. Nulla est pernicios ior studiorum calamitas, quàm sui ipsius confidentia & admiratio: hunc morbum Græci φιλαυτίαν appellant. Est autem etiam adulatione deterior, eoq hominem inducit, vt se existimet optimè scire, quæ non intelligit, redditq eum negligentem, superbũ, ociosum, aliorum contemptorem. Emendatur id malum non tam lectione, quàm frequenti auditu & collatione, quæ cum peritioribus habeatur. Quapropter cauete quæso auditores charissimi, ab hac bellua: nulla erit veræ sapientiæ capitalior hostis, nisi assiduam præceptori operam dederitis, eius dogmata diligẽter obseruaueritis, idq cum philosophis persuasum habeatis, quæcunq explorata vobis sunt, minimam esse eorum partem, quæ ignoretis. Nec à nobis hæc dicuntur, quòd velim mihi tantum credi, vt de Pythio tripode dictata nostra emanasse existimetis: absit à me, cæterisq bonis eiusmodi arrogantia: & nos homines sumus, & quidem vt modici ingenij, ita nihilo felicioris memoriæ. Fallimur plerunq, & glaucomata, quod ille ait, ob oculos patimur. Sed beneuolentia erga me vestra id suasit, vt liberrimè vobis sententiam meam exponerem, vosq boni & æqui consulturos, quicquid à me dictum fuisset, existimarẽ: nam nisi summa erga me humanitate vtamini, seueramq de studijs nostris trutinam quandoq remittatis, aliqua ignoscatis, nunquam expectationi vestræ satisfacere potero. Eiusmodi huius artis est natura, vt in ea quandoq falli liceat. Nemo ex antiquioribus tam felicis fuit ingenij, qui hanc notam euitauerit. Quapropter & præceptori vestro quædam concedenda erunt, & de summo iure sibi aliquid indulgendum, & vobis eadem quoq licentia nõ denegabitur, vt vel ob hoc audentiores ad hanc disciplinam esse debeatis, in qua etiam erranti tanquam controuersum ius responderit, sit parata venia. Dixi.

FINIS.

D. ANDREAE ALCIATI IN CELEBERRIMA TICINI ACADEMIA PROFITENTIS ORATIO HABITA.

IAMETSI moris non sit, vt qui pomeridiana hora profitentur orationem vllam habeãt, siue quia id muneris ad ordinarios magis pertinet, siue quia satis esse videatur, quòd pridie initiorum in ipsis sacræ Missæ auspicijs copiose hoc præstari soleat, mihi tamen commilitones optimi haudquaquàm visum fuit tam repentè ad legum interpretationem descendere, ne illotis quodammodo manibus, mysteria hæc tractare existimer: præsertim cùm personę, quam sustineo, qualitas me adhortaretur, vt ea quæ vobis optima, & studijs vestris vtilia essent, in medium proponerem, quæ si qui vestrûm iam sciunt, habent quod in sinu gaudeant, tanquàm ex primo excellentissimoq hominum genere sint, qui, vt in Hesiodi carmine est, per sese omnia norunt. Quòd si qui adhuc non perspexerint, proximi prioribus esse possint, vt qui recta monenti pareant, Tertium enim illud genus, eorum qui nec ipsi sciũt, nec bene cõsulentibus obsequi volunt, omnino respuendũ esse, tanq prorsus inutile, idem poëta cecinit: à quo vos omnes abesse satis video, resq ipsa indicat. Cur enim plericq vestrûm dimissa patria, relictis parentibus, amicis, cõsanguineis, hùc venistis, nisi amore virtutis, & vt diligentia vestra, summisq cum laboribus ad legalem hanc sapientiam peruenire possitis? Solent homines ad aliquod munus capessendũ varia ratione impelli. Alij gloria alliciuntur, alios spes vel præsens vtilitas trahit. Sunt qui vt principibus viris placeant, etiam difficillima aggrediuntur. Quòd si ita res se habet, nihil profectò est quod vos allicere magis debeat, quàm huius quam profitemur artis studium. Videmus nõ apud ciues nostros tantum, sed vbiq prorsus gentiũ, quanta nominis celebritate, quanta gloria agant iurisconsulti: quot sibi amicos, quot clientelas parent. Quænam maior animi alacritas, quàm periclitantẽ de salute aut facultatib. clientem protexisse, & facundia doctrinaq sua defendisse? Tu sola, inquit Valerius Flaccus, animos mentemq peruris gloria, te viridem videt immunemq senectæ. Quòd si hoc nomine tantopere celebrati sunt veteres illi Argonautæ, & ferè numinũ loco habiti, qui tot per immensa pericula, ad vellus aureũ rapiendum properarint, quanto magis vos veram laudem adipiscemini, qui ad hanc clarissimã artem pernoscendam accurristis, in qua proculdubio precios ius aurum inuenitur, quàm in adeò decantata illa ouicula. Est quidem virtus omnis sibi ipsi pulcherrimum præmium, sed tamen rerum humanarũ conditio quandoque etiam sapientes cogit, vt ad vtilitatem respiciant, quæ certè nostris maxima est, si cæteris conferantur studijs. Videmus passim, qui se arti militari dederint (quod genus hominũ ob bellicas calamitates maximo in vsu nuper fuit) summis laboribus, infinitis periculis, paratissimo vbique exitio, in exigui stipendij spem nihil sibi reliqui facere, perpetuis solicitari ærumnis, cùm tandem ita vertentibus fatis, malus malè perditur, & quod armis adeptus est, armis amittit. Videmus alios qui nullis literarũ ornamentis adiuti, Pontificũ Regumq palatia ambiunt, summamq in eo gloriam reponunt, si principibus viris placuerint: mutata repentè fortuna, collabescenteq regis sui amore, inopem plerunque senectam transigere, & infructuosam tot annorum solicitudinem mœstos deplorare. Videmus alios alijs addictos scientijs, non minore labore, longè minoribus tamen præmijs affici. Celebratur Alexandri Magni egregium facinus, qui cùm hominem spectasset, grana cicerum spacio distante missa in acum continuò & sine frustratione inserentem, donasse eum eiusdem leguminis modio dicitur, præmium, vt Fabius inquit, illo opere dignissimum, cùm scilicet vano labori, inanis quoque & nullius momenti merces rependitur. At contrà videtis, quàm magnifica præmia Iuris studiosos maneant. Promisit illis Iustinianus, legitimo opere perfecto, rempub. se eorum fidei in partibus curandam gubernandamq traditurum. Quam pollicitatio-

nem ſcimus omnes, in hanc uſq; diem continua ſerie à principibus omnibus obſeruatam. Hoc Romani Pontifices, hoc Cæſares, hoc Reges omnes, breuiter vniuerſus orbis, inſtitutum habent, vt eos potiſsimum à conſiliis ſumant, qui legali hac doctrina excellere credantur. Quod ſi quiſquam hactenus piè religioſeq; obſeruauit, noſter profectò dux Sf. nemini, cùm veterum tum recentium, hac virtutis laude ceſſurus eſt, qui tanto iudicio in locum ſenatorium doctiſsimos quoſq; coptauit, tanta diligentia Rectores ciuitatum, Prætores, Vicarios, Iudices elegit, vt omnium voce conſtet nuſquam meliores poſſe conſtitui. Meretur certè tam prolixum, tam magnificũ eius ſtudium, vt propenſiſsimo animo oẽs operã virtuti detis, quam adeò cordi illi eſſe quotidie experimini. Accerſiuit me ille de longinquis regionibus, & ſola virtutis commendatione agnitum reuocauit: reſiſtentiq; mihi, & quodammodo tergiuerſanti, iure ſuo iniecit manum, & ſummæ dignitatis codicillis ornatũ, condigno quoq; in hoc honorario donauit, vt vobis vſui eſſem, ſtudiaq; veſtra excolerem, & quoad eius fieri poteſt ad excellentis diſciplinæ huius arcem viam vobis aperirem. Agitè ergo optimæ ſpei iuuenes, & in hiſce artibus præeuntem me ſequimini, quæ vos in tutiſsimum portum ſemper comitentur. Sumite de me præceptore veſtro exemplum, qui bellica clade afflicto cenſu, cùm nuſquam iam in patria auderem conſiſtere, ad ſacram hanc ancoram confugi, à qua ſalutem, honorem, opes, ſummum deniq; decus conſecutus ſum. Tradunt Zenonem philoſophum, cùm naufragium feciſſet, dixiſſe, nũquam ſe felicius nauigaſſe, quoniam rebus amiſsis vacare philoſophiq; deinde cœperit. Idem & vſurpare ego poſſum, qui cùm in patria ocio quõdam, nimiaq; tranquillitate ferè marceſcerem, atrocitate bellorũ demum excitatus peregrinari cœpi, & ad hanc diſciplinam confugi, quæ mihi planè fuit, quod prouerbio græco dicitur, Myrtili clypeus. Fuit is ingentis animi miles, ſcuto pugnare ſolitus, qui cùm ad maritimam expeditionem nauigaſſet, ſubmerſa fortè naui, eidem clypeo innixus in tutum relatus eſt. De quo hunc in ſenſum ſcripſit Leonides poëta:

Myrtili clypeus.

Bina pericla vnis effugi Myrtilus armis,
Cùm premererq; ſolo, cùm premererq; ſalo.
Incolumem ex acie clypeus me præſtitit, idem
Naufragum apprenſus littus aduſq; tulit.

Sic mihi egregia hæc profeſsio, omni in tẽpore, omni in fortuna auxilio fuit, quod ceu ſenectuti veſtræ viaticum vt & vos comparetis hortor ſuadeoq;. Id autem facillimè conſequimini, ſi conſilio meo parêre volueritis: Obſeruaui ego quatuor potiſsimum vitia eſſe, quibus plerunq; oppreſsi iuuenes ad bonam frugem peruenire non poſſunt. Alij cùm ſuperuacaneo quodam labore inutiles artes proſequuntur, quod malum Græci καταστιχίαν vocãt. Alij amore capti detinentur. Sunt quibus alea & luſoriæ chartulæ bonas horas ſurripiant. Plericq; ingenio feroci, in armis agunt, aliasq; ex alijs turbas ſemper concitant. Vitanda ſunt hæc omnia, veſtraq; omnis cogitatio hac duntaxat in diſciplina eſt conſtituenda. Si libeat vobis recto iudicio ad hoſce effectus attendere: non admodum difficile erit remedium. Nam qui irrito labore inuoluuntur, ſi finem ſpectent, cõfeſtim ſe colligent, amiſſumq; inaniter tempus noua diligentia reſarcient. Quo in numero ſunt qui magicis libris dant operam, qui Chemiſticæ arti, huiuſmodiq; imperitorum ineptijs, quas lex noſtra vbiq; reprobat, falſasq; eſſe oſtendit. Huc pertinent & qui hiſce artibus incumbunt, quæ quidem ex ſe optimæ ſunt, ſed tamen leuiter & ſummis labris iudicio ſapientum attingendæ ſunt: vt verborum diſceptatio, in qua laborandum eſſe, ſed paucis, veteres voluerunt. Vt rudimenta grammatices, in quibus Pallades poëta ait eſſe cauendum, ne vſque ad ſepulchrum quis fatigetur, vt onuſtus regulis ad orcum deſcendat. Vt linguæ vulgaris, & idioticæ anxia ſcrupuloſitas, quam adeò atroci odio eſt proſequutus Alexander Imol. vt in Boccatium eius autorem, non ſine ſtomacho inuehatur, quòd ſcilicet (vt ipſe ait) nulla bona ars ex hiſce libris addiſcatur, ſed ſoli amores, ſed muliercularum fabellæ, ſed ocioſorum

ocioſorum duntaxat ineptiæ: admoneoq; ſcholaſticos, vt ab hac Syrene maximè caueant. Quid hodie diceret, ſi rediuiuus ad ſcholas ſuas aſcenderet? Quod verò ad eos attinet qui amore capti ſunt, quid aliud ego remedij adeſſe dicam, q̃ quod præſtantiſsimi medicorũ cenſuerũt: è quibus Paulus Ægineta lib. III. eos perinde ac inſanos pharmacis curat, obliuionemq; eis vel nouam ſolicitudinem ratione victus inducit, ſicq; affectam animæ partem adiuuandam cenſet. cuius ſententiæ empirices autor quoq; Cælius Aurelianus fuit, adducto Platonis loco, qui cum duplicem furioſorum ſpeciẽ conſtituiſſet, in altera eum collocauit, qui ἐρωτικὸς, id eſt, amatorius dicit. Videtis q̃ malè à ſapientibus audiant, qui hac affectione ſunt tacti: vt mirum non ſit, ſi quãplurimis fabulis triſtiſsimos horũ ſucceſſus oſtenderint poëtæ, vt cùm alium amore Proſerpinæ ad inferos deſcendiſſe aiunt, alium amore Amphitrites nymphæ in mare præcipitẽ ſe dediſſe, alium de Leucadis promontorio, alium de Attieæ ſaxo in caput cecidiſſe. Qua ratione & confictam fabellam illam Alexander Aphrodiſieus arbitratꝰ, qua proditum eſt Erinnyn furiam ab ipſo Cupidine adamatam fuiſſe, quòd ſcilicet plericq; varijs iniquisq; cupiditatibus afficiantur. Cæterum quid de luſoribus dicam? qui & ipſi pari mentis vitio vexantur: quibus plurimũ expediret, ſi nullas vnquam haberent pecunias. Videntur mihi veteres luriſconſulti vanam hanc animi paſsionẽ non abſurda pœna corrigere voluiſſe, cùm ſuſceptores duntaxat puniendos eouſq; cenſuerunt, vt nullam ſurreptarum, dum luditur, rerum, damni aut iniurię actionẽ haberent. Prohibuit generaliter luſtinianus omnẽ luſum, excepto qui virtutis cauſa fiat: quoniã blaſphemię impietatisq;, itemq; rixarũ maximam præſtet occaſionẽ. Ego verò vobis ea quoq; ratione vitandum cenſeo, quoniã bonas horas malè conſumit. Longum ſatis tempus, inquit Cicero, ad conſequendas arteis natura nobis ſuppeditauit, ſed breues noſipſi facimus, in delicijs, iocis, voluptatibus, ſodalitatibus, bonã eius partẽ abſumentes. Extat Heſiodi poëtę carmẽ: ἀρχομένῳ δ' ἐπίθυ καὶ λήγοντι κορέσσαθαι, Μέσσοθι φείδεσθαι, quo iubet, in ſummo vaſis, itemq; in imo, quantũ libet potare, dum in medio ſimus parci: quod eius poëtę interpretes ἀλληγορικῶς dictum putant, quoniam temporis in pueritia ſenectuteq; nulla nobis ſit reddenda ratio: at medię ætatis, quòd ea maximè ſtudijs ſit accõmoda, debere nos eſſe q̃ parciſsimos. Supereſt vt de eis verba faciamus, qui in armis agunt, & perpetuò rixas ex alijs alias nouãt, turbas cõcitãt, manus cogunt, huiuſmodiq; vitam degũt, qualem ducere milites inter claſsica deceret. His quid aliud ego dicam, quàm Palladi cũ ſtolidiſsimo illo omniũ deorũ Marte nihil conuenire? Haud facilè eſt vt quæ manus ferrũ, poſito ferat enſe libellos. Nõ iure Quiritũ duntaxat, ſed omniũ ferè populorũ moribus immunes à bellicis muneribus ſunt profeſſores, quòd ſatis exiſtimarent veteres, haudquaq; poſſe hęc iungi. Eloquẽtiſsimus ille Demoſthenes cùm arma tractare voluiſſet, græco ſcõmate notatus irriſusq; eſt, & βίλαοπις quòd clypeũ præ metu abieciſſet, vocatus. Qui ſtudijs apti ſunt, hi plurimũ atræ bilis habent. Qui rixis ſe dedunt, flaua conflant. Quo fit, vt ratione naturali ſimul iũgi ſtudia & turbę nequeãt. Libenter Heſiodi teſtimonio propter antiquitatẽ grauitatemq; autoris vtor: is duas facit eſſe Eridas, hoc nomine contentiones vocans: alteram mortalibus peſtiferã, alteram ſanequã vtilẽ. In priore certaminis genere qui victor fuerit, diſcedit impudentior: qui victus infelicior. In poſteriore qui ſuperior fuerit, diſcedit glorioſior: victus verò ſeipſo redditur melior. Illa ad tumultuantiũ iurgia, hæc ad ſtudiorũ contentiones diſputationesq; pertinet. Quin ergo poſitis gladijs vltimã hanc exercetis, & cum aduerſarijs de æquo & bono diſputantes, palmã occupatis? vt ſi vinci vos contingat, meliores efficiamini. Dicitur Pythagoras, cùm in huiuſcemodi homines incidiſſet, qui iamiam præ furore in quodam conuiuio viderent arma rapturi, iuſsiſſe tibicinẽ mutare harmoniã, & dorion canere, quo cõcẽtu illos ad ſanitatẽ erubeſcẽtiamq; reduxit. Quod ille muſices beneficio conſequutus eſt, facite quæſo vos, ſi q huius ingenij eſtis, vt legalis hæc doctrina impetret: quæ cùm ad nobiliſsimã philoſophię partẽ, nempe Ethicen Politicenq; pertineat, humanos vos & modeſtos,

De luſoribus.

De ijs qui in armis agunt.

quietiſsimos q̃ animo reddere debet, ne ſcilicet nomine ſolùm philoſophari, non aũt re ipſa exiſtimemini. Mementote hanc in Academiã vos eo conſilio veniſſe, vt poſt exantlatos ſtudiorũ labores, in patriam ſumma cum adeptæ virtutis expectatione reuertamini. Quod quidem ab eo fieri non poterit, qui hiſce turbis operam dederit. Huic cicatrices potius, q̃ ingenij aliquod monumentum oſtentanti, rectè Vlyſſeũ illud in aurem quis inſuſurrauerit: Quid ne domũ fertis decimo niſi dedecus anno? Et hæc quidẽ partim ad vniuerſos, partim ad paucos quoſdã dicta ſint. Reliquum eſt vt de me verba faciam: quod argumentũ diffuſiorem expoſtularet orationẽ, ſi incognitus apud incognitos ſermonẽ haberem. Quamplurimi veſtrũ optimè ſciũt, vt belli calamitatibus eiectus, derelicta patria trans Alpes profectus ſum: ibi profeſſorio muneri addictus, aliquot annos ſumma cum omnium gratia morã traxi. Quod an illorũ humanitati tribuam, an qualibuſcunq; noſtris ſtudijs, non ſatis ſcio. Tria certè magnifica hac in diſciplina tribus in celeberrimis gymnaſijs mihi contigerũt, quę neſcio, quod citra arrogantiã dictum ſit, an cuiquam alij. Primum, vt Auenioni, cùm nunq̃ ad eam diem cathedrã aſcendiſſem, ſtipendium ſexcentorũ mererer, & ætate lõgè impar, ſenioribus tamẽ æquarer. Alterũ in Biturigibus: quorũ liberalitate magiſtratus, Chriſtianiſsimo ipſo rege adiuuãte, ſecundo quàm eò venerã anno, duplicatũ mihi eſt honorarium, & mille ducentiq̃ præſtiti. Tertium eſt, quòd à tam longinquis partibus in patriam ab excellentiſsimo Duce noſtro accerſitus, Senatoria dignitate ornatus, hanc acceſsionẽ ne cogitãs quidem, tantũ abeſt vt petierim, ſum conſequutus. Quæ ego meritis meis tributa minimè interpretor, qui ſciam quàm omnia in me ſint mediocria, ne dicã exigua: ſed tantorũ principum maximę propenſiſsimęq̃ in ſtudioſos munificentię accepta fero, qui meo exemplo voluerũt omnibus bonę ſpei iuuenibus oſtendere, quàm ſe faciles, quàm liberales erga eos præſtent, qui bonis artibus operã dare velint. Animãtur enim hoc potiſsimũ modo literarũ cultores, cùm parata eſſe ſuis laboribus præmia cõſpicantur. Cùm igit̃ apud Gallos recto exemplo omnibus fuerim, cùm & patriæ regionis, Italiæq̃ ipſius, quantum in me erat, honorem decusq̃ auxerim, æquiſsimũ eſt me mutua beneuolentia à vobis excipi, vt eundem à noſtratibus fauorem experiar, quem ab alienis ſemper ſum cõſequutus. Tractabimus hoc anno materiam omnibus contractibus cõmunem, quæ de verborũ obligationib. inſcribitur. Nolite arbitrari vllum in iure noſtro argumentum eſſe, quod aut in actione forenſi frequentius, aut aduocatis ipſis conducibilius ſit. Extãt maiorũ noſtrorum innumera hunc in titulum cõmentaria, quæ ſi recenſere omnino vellem, neſcio an operępretiũ eſſem facturus. Illud certò ſcio, nihil eum proceſſurum, qui tali modo profiteatur. Omiſsis ergo longis enthymematũ ambagibus, quę ad ingenij oſtentationem potius, quàm ad doctrinam abſoluendam faciũt, breuiter vobis referã, quid ſentiendum ſit: taliq̃ ratione interpretationem noſtrã fulciam, quæ ſola ſubmouendis cæterorũ contradictionibus ſufficiat. Si quibus in locis erraſſe veteres Doctores videro, eorũ nominibus parcã, neq̃ canoris (vt ita dixerim) nugis ideo me acutiorem videri volam, ſed tanq̃ aliud agens, oſtendam tamen quatenus eis ſtandum ſit. Tributum eſt vitio Ariſtoteli, quòd quæ compilaſſet, eis accepta non ferebat, à quibus habuerat: at è cõtrario eoſdem vbi peccaſſe exiſtimaſſet, nomina tim carperet atq̃ inſectaret. Demus id iuris tanto exemplo Peripateticis concedi, nobis certè Iuriſconſultis agendũ eſt modeſtius: moralis enim quam profitemur ſapientia, hoc ceu inhumanũ & inciuile nõ admittit. Tendũt huiuſcemodi altercationes in artis opprobriũ, non in cõtrouertentis cõmendationẽ. Ego ſemper qualiacunq̃ ſtudia mea publicæ vtilitati prodeſſe optaui, & citra omnem ambitionẽ, bona fide auditores meos docui. Scio natura ita comparatũ eſſe, vt nõ omnes eadem ambiãt. Sunt qui breuitatẽ eam deſiderent, quam veteres, Dynus, Oldradus, Petrus Rayne. affectarunt: ſunt qui maiorem copiam velint, etiam citra acumẽ vllum, qualẽ in Barbatij, Felini, & id genus enarrationibus inuenimus. Alij ſubtilitates perquirũt, & cum Aretino, Socino, Ruino imaginari malunt, vel vt expreſſius

ſius loquar, quod de Socrate ait Ariſtophanes, ἀεροβατεῖν καὶ περιφρονεῖν τὸν ἥλιον, id eſt, per aëra incedere, & circa ſolem ſatagere. Verùm ipſo vſu didici, neminẽ vnum ſequendũ eſſe, ſed optima quęq̃ de ſingulis decerpenda. Floriferis, quod inquit Lucretius, vt apes in ſaltibus omnia libant, Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta: debetq̃ ſcholaſticus magis doctoris ſui iudicio deferre, q̃ ſuo. Alioqui ſummæ eſſet arrogantiæ, vel philautiæ potius, ſi rectius ſe iudicare poſſe iuuenis exiſtimet, quàm is qui docendo vſum maximũ cõpararit, tyro quàm veteranus, vmbraticus quàm ſoli aut pulueri aſſuetus. Cæterùm quod ad ſtylum & docẽdi phraſim attinet, mediocrem elegimus, & qui omnino barbarus ruſticúsue non ſit, vt ſi qui bonas literas callent, cõmentariorũ noſtrorũ lectione ſermonis candorẽ non maculent: ſi qui nõ callent, intelligant tamen quæ diximus, poſſintq̃ ipſi vel ex dictatis noſtris ornatiores fieri. Nec me quicquã eorum voces mouerint, qui barbari moris patrociniũ ſuſcipiant, & recentiorum infantiam malint ſequi. Cur enim tales mihi interpretes magis imitandos proponã, quàm veteres illos, Paulos, Papinianos, Scæuolas, quorũ beneficio Latini ſermonis arx ipſa à barbaris mãſit inexpugnabilis? Stultiſsimũ eſt nõ optima quęq̃ ad imitandũ proponere. Minus certè mihi laborioſum id eſſet, ſi eorum ſententiæ acquieſcerẽ. Sed hi videant, ne ſibi obijciat, quod rudi ſeculo illis agricolis, qui frugibus à Cerere inuentis, ipſi tamen glande veſci malebãt: adeò in malis aſſueſcere durum eſt. Non dubito tamen quin hac quoq̃ ratione ſim ei omnia facilia redditurus, qui lectioni noſtræ attentus eſſe velit: quæ me cauſa cõpulit, vt cùm defungi munere meo horæ ſpacio poſsim, duplicare tamen clepſydras maluerim, vt ſcilicet legitimo tempore cæterorum more doceam, reliquo verò ſcribentibus dictem: vtq̃ poſt horam, qui ſcribere aut nolit, aut nõ poſsit, abeat: qui verò velit, & hoc à me ceu auctarium conſequatur. Nihil in Iuriſcõſulto magis neceſſariũ eſt, quàm memoria: at eam valde extenuat cogitatio, quæ circa Iuris ſubtilitates vertitur, quocirca calamo adiuuari debet. Nam etſi quis ea præpolleat, alijs tamen curis, denicq̃ & diuturnitate tẽporis obtundit̃. Aduerſus quod malum vnicum eſt in ſcriptura ſubſidiũ. Adde, quòd ſi qua in decurſu ſermonis minus præcepta erunt, ex cõmentario poterit cõfeſtim diligens auditor intelligere, meq̃ iterato illius repetitionis tędio ſubleuare, quo ſolent aliqui ad nauſeam vſq̃ audientium aures infeſtare. Agitè igitur ſtudioſi iuuenes, & mecum ad hæc ſtudia capeſſenda conſurgite. Quod facillimè vobis cõtinget, ſi græci verſiculi memineritis, cuius ſimilem nos hunc Latinum habemus:

Venter, pluma, Venus, laudem fugienda ſequenti.

Dixi.

ANDREAE ALCIATI I. C.
ORATIO HABITA FERRARIÆ, M. D. XLIII. CVM PRIMVM PROFESSVRVS ILLVC VENIT.

CVM ea conditione primùm creati ſint homines, vt per varios labores atq̃ ærumnas vitam ſuam trãſigant: idq̃ vſu compertum ſit, pleroſq̃ quò maiore collocati ſunt in faſtigio, eò etiam grauioribus curis affici: eos ego, ſpectatiſsimi auditores, cæteris ſapientiores arbitror, qui humanis hiſce incommodis quantum fieri poteſt minimo negotio defunguntur. Sunt mechanicæ fabriléſque artes ciuitati neceſſariæ, verùm contemptibiles, & modicæ vtilitatis, & hæ quidem nec perpetuæ, cùm ſenectute grauatos artifices ſoleant deſerere. Eſt mercatura, ſi copioſa ſit, ſatis honeſta, multiq̃ rem ſuam non infeliciter tractarunt, qui eam cautè diligenterq̃ exercuere: verùm & ipſa fortunæ lubrico plurimum ſubijcitur, contingitq̃ non rarò vt vnde maximos fructus ſe percepturum negotiator arbitratur, ſpe fruſtratus ſortem ipſam deſideret: ſicq̃ deficiente pecunia perit omne mercimo-

Artium diuerſarum cũ re literaria cõparatio.

nium, nec eius instaurãdi modus amplius subest, cùm angusta fides esse incipiat. Fuit & militia aliquibus vtilis, verùm tot periculis exposita est, vt ab antiquissimis temporibus non nisi inopes & necessitate adducti, in eius albo nomẽ darent. Pauper, inquit Vergilius, in arma pater primis me misit ab annis. Hodie verò cum disciplina militaris ferè extincta sit, raroq; vllæ bonæ artes ad eam afferantur, maximè videtur detestanda, vt mirum sit quenquam inueniri qui ludicrum hoc mortis non auersetur: & cùm olim vilissimi serui vel mille drachmis vænum irent, hodie reperiantur qui diurna drachma animã simul & corpus eant perditũ: vt meritò Vlpianus noster milites à malitia duritiaq; dictos interpretetur, sicut & Græci athletas suos quasi ἀθλίους, vt Cl. Pergamenus inquit, id est, miseros vocãt. Vnũ est literarũ studiũ, quod sedentaria opera, non magno corporis periculo fortunarũ ue iactura nobis paratur, quod perpetuò vsq; ad senectutem nos ornat atq; illustrat, quod amitti à nobis extorqueriue vllo fortunæ impetu non potest: qui enim ei se dedunt, haud sanè frequenter fortuitis casibus subijciuntur, imò plerunq; fluctuantibus alijs, ipsi in portu nauigãt: si pacis tempora sint, in magno honore habentur: si Mars sæuus populos affligat, minore quàm cæteri damno afficiuntur, siue quòd imminentes ictus euitare pro prudentia sua optimè calleant, siue quòd militaris auaritia magis in mercatores inquirat, qui id in arca habẽt, quod ipsi desiderant, & cuius potiundi causa omnibus se periculis subijciunt. Solebant veteres fortunam ipsam ita effingere, vt mulier esset, quæ pilæ insisteret. At Mercuriũ studiosorũ numerum cùm designabant, basem quadratã, seu vndiq; quatuor angulis nitentem tesseram efficiebant: hoc modo firmitatem studiorum repræsentantes, quę nullo fortunæ impetu possint cõcuti. Sic Bias ille Prieneus omnia sua secum portare prædicauit. Sic Aristippus Cyreneus ciuibus suis mandauit, vt eas sibi pararẽt possessiones, quæ naui fracta simul cum possessore enatarent. Igitur hi mihi sapientes videntur, qui periculosis artibus derelictis, togæ studia sequuntur. Et cùm omnes literarum disciplinæ ad publicam vtilitatem pertineant, ea tamen est maximè laudanda, quæ diuini humaniq; iuris cognitionem nobis aperit: quam ego toties pro suggestu celebraui, vt iam nihil amplius possim dicere, quod nõ sit dictũ prius. Non negauerim ad eam adipiscendam magna diligentia, cõtinuo studio, assiduo labore opus esse: sed & hoc omnibus disciplinis cõmune est, & vetustissimum est Hesiodi carmen, Virtutem posuere dei sudore parandam: tametsi is labor multa habet remedia, vnde alleuari gratiorq; effici possit. Nec nos terrere debet librorũ multitudo, totq; scriptorum numerus, qui nostra hac disciplina ad hanc diem adeò excreuit, vt duo & triginta interpretes in titulũ quẽ exposituri sumus extẽt: siquidem & in apparatissimo cõuiuio numerus ferculorũ neminẽ onerat, sed patrisfamiliâs liberalitatẽ ostẽdit, cùm vocati eligere possint, & non nisi ne cessarijs dapibus saturari. Nõ ideo rosas negligimus, q̃ inter sentes & ruborũ aculeos lateãt. quo exemplo & uobis licebit eos interpretes eligere, quos sequamini, & ex multis paucos, sed meliores, continuè in manibus habere. Ad publicã quidẽ vtilitatem pertinuisset Iustiniani edictum obseruari, & eam studiorum methodum sequi, quàm ipse procemio Digestorum præfixit. Cæterum humana curiositas modum non habet, & eò planè deuentũ est, vt velimus nolimus, manus dare consuetudini nos oporteat. Non æquales mei, non auditores, non gymnasiorũ præfecti sinerent amplius nos obsoletum illum morem in vsum reuocare: plurisq; faciunt cœptam ducentis abhinc annis docendi viam, quàm ipsius legislatoris iussum. nec ego hac de re controuerti quicquam amplius velim: quid enim hoc aliud esset, quàm aduersus torrentem natare? Fertur equis auriga, necq; audit currus habenas. Curabo tamẽ quantũ fieri possit, vt proximi veteribus accedamus, vtq; iandiu recepta consuetudo sit vobis vtilissima. Naturaliter contingere solet vt homines dissentiant: vnde sicut apud veteres Cassiani diuersam à Proculianis sectam habebant, ita apud nos magna sunt inter Doctores dissidia. Ille copiosus, vberrimo ingenij fonte, magna memoria: ille breuis, acutus, quibusdam quasi

Fortuna cur pilæ, Mercurius verò basi quadratæ insistat.

punctis

punctis solùm pugnat: alius fluit luculentus, sed clarus & crassiore minerua: alius legum verbis, alius Doctorum decisionibus nititur: sic non omnia vni placent, nec omnia vni dij dederunt, sed maximè in eo genere quisq; proficit, ad quod suapte natura est propensior. Ego in nullius magistri verba addictus, quod optimum esse iudicauero, in medium afferam: quandoquidem vt in omnibus artibus, ita in hac nostra maximè primas partes tenet sanum iudicium: & vix fieri potest vt qui natura sit dubiæ sanitatis, idem legalis sapientiæ sit certus doctor. In hac tamen temporis breuitate, quæ homini ad bonas artes perdiscendas data est, vtilia tantum & quæ ad bonam frugem pertineant sunt perdiscenda: alioquin de friuolis rebus disceptare, & de victoria magis quàm de veritate esse solicitum, maximè, vt Cicero ait, contra prudentiam est. Versiculus est prouerbialis, Nimium altercãdo veritas amittitur. Sed dialectici, sunt & quandoq; oratores de verbis magis quàm rebus soliciti: at nos ad res magis attendimus, verborumq; curam in secundis habemus. Negat idem Cicero, si sibi duplicetur ætas, habiturum se tãtum temporis, quo lyricos poëtas legat: adeò multi erant. eodem modo & dialecticorum captiones. Quid arbitramur dicturum Iustinianum, quid alios veteres Iuris antistites, si recẽtiorum commentarios in Ius nostrum aspicerent? de qua re toties à me declamatum est, vt non existimem operæpretium verba amplius facere: alius fortasse de hoc differendi, cõquerendiq; potius erit locus. In præsentia enim, cùm huius anni lectiones auspicandæ sint, omnes nos querelas abijcere oportet, cùm à bono potius omine, atq; à votis precationibusq; sit incipiendum. Dicamus ergo bona verba, & Deum opt. max. precemur, vt successus nobis prosperos det atq; largiatur: quod nõ dubito futurum, si manibus puris, si mundo corde ad hæc studia accedatis. Nam sicut optima vina, si mucido vitioso q; vasi cõmittãtur, in vappam transeunt atq; corrumpuntur: sic doctrina legalis malis hominibus credita, nihil aliud est quàm quod vulgò dici solet, in manu furiosi gladius. Habetis hic vrbem studijs aptissimam, ab ipsa sui origine pacis alumnã, vt quæ à Smaragdo patritio exarcho ceu tutissimo in loco cõstituta, mœnibusq; munita aduersus imminentes barbaros fuerit, qui alioquin per totam Italiam debacchabantur: de cuius celebritate atq; gloria, quod de Carthagine Sallustius ait, melius est silere, quàm pauca dicere. Existimat M. Cicero, plurimum ad studiorum disciplinam cõferre vrbis nobilitatem: quo potissimum nomine Athenas celebrat, quæ optimis exemplis admonere atq; instruere studiosos possent. At ego hac maximè laude ciuitatem istam celebrem esse existimauerim, siue ciuium elegantiam, cultum, modestiã, probitatem inspicere velimus, siue mores castigatissimos, & publicam priuatãq; opulentiam, siue pacem & concordiam, maximamq; tranquillitatem, qua studiosorum animi valde incitantur, & ad virtutem capessendam stimulari solent. Plurimum potest & autoritas per longissima tempora eodem tenore cõseruata. Scribit Ammianus Marcellinus, Alexandrinæ academiæ tantam fuisse olim existimationẽ, vt ad summam artis peritiam ostentandam sufficeret, si in eo se operam studijs dedisse quis prædicaret. quod & de hac vniuersitate dici potest, in qua olim tot egregij viri, & quorum edita sunt opera, vt Salicetus, Aretinus, Felinus, Riminaldus, idq; genus alij, professi sunt. Libet hac de re verba Pij Pontificis, quæ in historia Europæ posuit, referre, vt locupletissimo testimonio cognoscatis, non nunc solùm, sed ab antiquis quoque temporibus maximam fuisse huius academiæ autoritatem. Apud Ferrariam, inquit, dum Pontifex Eugenius cum Græcis synodum vniuersalem haberet, palàm factum est Latinos homines, qui iampridem bellicis artibus & armorum gloria Græcos superauerant ætate nostra etiam literis & omnium virtutum genere anteire. Fuit autem (subjicit ille) domus Estensis semper doctis amica. Nostra ætate non solùm Hugonem præstantissimum medicum magnis ad se præmijs traxit, sed multos in iure ciuili, plures in cæteris facultatibus honorauit: habueruntque plerique doctissimi viri vnicum apud Estenses in ea ciuitate senectutis suæ refugium, & illud quidem ho-

nestum, dignumq; virtutibus suis. Hæc ille. Vt mirum non sit, si maiorum suorum vestigijs innitens excellentissimus dux Hercules, post tot summos in omni artium genere professores, qui hanc academiam illustrant, opera quoq; nostra vti voluerit. quæ res animos vobis ad capessenda hæc studia augere debet, quando videtis Ducem ipsum tam propense ea amplecti, tamq; insigni munificentia studiosos prosequi: ad hæc tantæ integritatis ab eo constitutos magistratus, vt exemplar quoddam atq; illustre specimen omnium virtutum de se quotidie præbeant: hi etiam vobis exemplo principis inuitati fauebunt, studiaq; vestra adiuuabunt. Aiebat Sergius Galba Imperator, Italorum ingenia huiusmodi esse, vt nec totam libertatem ferre possent, nec totam seruitutem. quod ego in scholasticis quoq; verum esse arbitror: si enim quicquid volunt eis liceat, varijs affectionibus obnoxij iuuenes, non quæ sibi vtilia sunt prouident, sed iurgijs atq; rixis diditi ætatem in armis agunt, in studijs nihil proficiunt. At hic, quæ magistratuum est autoritas atq; diligentia, à tumultibus eos cessare oportet, pacisq; & tranquillitatis studia amplecti, vt neq; se neq; alios in eiusmodi tricas conijciant, quæ non nisi autorum damno sedari possint: quæ res efficiet, vt ijs qui totos se studijs dedere velint, aptissima futura sit hæc academia: tametsi arbitrer, & huius rei certissimus quodammodo sim, vos vestra sponte ab hisce malis temperaturos, qui cùm virtutis amore huc cõuolaueritis, humanos quoq; & modestos mores allaturi videmini, illudq; meminisse, pacis vos, studiorum atq; togæ cultores, nõ armorum aut sagi esse. Prouerbio Græcorum hi notantur, qui inter graculos primas partes ambiunt, cùm aquila esse possint. Solent hi qui vel ingenio destituti, vel inertia allecti ad lauream doctoralem peruenire posse desperant, ad militiam trãsire, quòd ea præsertim nostro tempore cuiusq; ocioſi quoddam quasi asylum sit. Nolite quæso militares mores legitimis præferre, sed cùm legum scientiam profiteamini, secundum leges viuite. Sæpissimè dixi, nihil stolidissimo deorum omnium Marti commune cum Pallade esse: expertus ego id pluries sum, & magno cum malo meo. Scio plerisq; suspectam esse posse tam frequentem mutationem meam, qui nũc Auenioni, nũc Biturigibus, nũc Ticini, nũc Bononiæ professus sim: nec deerunt qui incõstantiæ hoc tribuant, tanquam nusquam possim consistere, & quod in carmine Horatiano est,

Romæ Tybur amem ventosus, Tybure Romam.

Etenim non bene compositæ mentis argumentum est, cùm quis huc atq; illuc vagus discurrit, nec quiescere potest. Cæterùm mihi excusatio est in promptu: notissimumq; omnibus est, me dum bellicos tumultus subterfugio, tutamq; studijs meis sedem perquiro, diutissimè esse peregrinatum, principumq; iussionibus huc atq; illuc agitatum, certam sedem tenere non potuisse: Enimuero, inquit Plautus, dij nos tanquam pilas homines habent. Sic ego raptus instar lignorum quæ pro aquarum impetu feruntur, varijs fluctibus agitatus fui, & tamen quicquid erroris hoc fuit, in publicam vtilitatem semper cessit. Nemo est qui solem vituperet, quòd dum radijs & calore suo cuncta viuificat, ambitum terræ omnem circumquaq; percurrit. Nec quisquam est qui adeò fixas stellas laudet, vt errantes improbet. Commendat Vlyssem Homerus, quòd mores hominum multorum vidit & vrbes. Constat & veteres philosophos, vt Platonem, vt Apollonium, vt pleroscp alios, doctrinæ causa peregrinationes maximas suscepisse. Scribit Philostratus, Dionem Prusiensem quòd ad Celtas Sarmatasq; se contulisset, tanti à Traiano Imperatore factum, vt reuertentem aureo curru exceperit. Sed & Aristoteles, ei qui ciuilis conuersationis studia profiteatur, admodum conuenire peregrinationem existimat, idq; exemplo Hippodami Milesij, qui diutissimè per multas vrbes errauit, priusquam quicquam scribere aggressus sit. quod & de Lycurgo, Solone, Zaleuco, Philolao, multisq; præterea alijs legumlatoribus proditum est. Hinc est quòd Sophocleum illud, οἶκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα, id est, domi manendum est cuncta cui sunt prospera, interpretantur sapientes, ad eos

duntaxat

duntaxat pertinere, qui priuatam vitam agunt, quiq; domi & in ocio marcescere citra publicum incommodum possunt: alioqui studiorum professori, qui in luce omnium agere debet, haudquaquam conueniens est linguam, quæ plurimis academijs prodesse potest, intra vnum locum, vbi propter bella nullum gymnasium sit, cõcludere. Sed quantum hac ratione alijs profuerint maximi professores, satis notum curiosis potest esse: mihi certè peregrè agenti firmissimum semper fuit in doctrina præsidium: fuitq; e nobis legalis hæc professio tanquam Palladis ægiferæ clypeus, quo superatas Gorgones, id est, mõstra omnia, in fabulis dicitur. Accidit quidem vt atrocitate temporum studia hæc nostra non leuem iacturam patiantur: sed tamen discussis hisce tempestatibus emergunt denique, & faciem suam fulgorémque pristinum recuperant. Libet huius rei exemplum ex historia, quod ad præsens argumentum pertineat, repetere, & interim titulum operis, quod explanandum hoc anno sumpsimus, vobis declarare. Cùm leges hasce nostras Iustinianus ex vetere illa confusione in clarissimum hunc ordinem redegisset, aliquóque tempore summo in honore hæ fuissent, paucis post eius mortem annis adeò barbarorum armis atque sæuitia omnes Latinæ prouinciæ concussæ sunt, vt bonæ literæ prorsus interirent, eaque Iuris nostri pars † quæ ad successiones vniuersales, nempe dotium & hæreditatum pertinebat, exoleſceret, sicq; in vsu esse desineret, vt libri quoq; extinguerentur. Quid enim de rebus suis homines, vel de dotibus mulieres, post mortem suam disponerent, cùm nec viuẽtes quidem hoc possent, Hunnis illis & Vandalis, denicq; & Sarracenis anniuersarios fructus locustarum more deuorantibus? Conqueritur nouella quadam constitutione Valentinianus Cæsar, quòd propter Alarici Gothorum regis in Italiam ingressum, tot aduocati iudicesq; perissent, vt rarò aut minimè reperirentur qui Iuris aut legum gnari essent. Quid credimus deinde tam diutinis bellis factum fuisse? non solùm professores, sed professorum instrumenta, id est, libri ipsi perierant, donec vicissitudine rerum ita ferente, pacatæ tandem sunt prouinciæ, moxq; subsequuta pacis studia. Et cùm Rauennæ, quæ Græcis ad eam diem paruerat, extaret integrum Iuris corpus, placuit inde librum qui amissus fuerat repeti: deinde & † Infortiatum dici, quòd qui eum tradiderant Græci, suo sermone se φορτία nobis dare iactabant, id est, vtilissimam partem Iuris, & quæ maximè ad farinas faceret: panes enim & farra, idq; genus edulia Græci φορτία vocant. Siquidem vt in eius constitutionis procœmio, quam de æqualitate dotis sanxit Iustinianus, verissimè traditur, hæc pars omnem humanæ vitæ mimum, id est, principium & finem continet, dotes scilicet, vnde nuptiæ & procreatio liberorum est, vltimasq; voluntates: vt mirum non sit, si maxima inde aduocatis parantur lucra, honestæq; diuitiæ. Sensit hoc Baldus, quem fama est ex vnius tituli legibus tot responsa confecisse, vt supra quindecim aureorum millia pro honorario consequutus sit. Senserunt & alij maiores nostri, quorum consilia si diligenter perspiciamus, maxima ex parte ad hanc Iuris speciem pertinent. Cæteræ hominum actiones & contractus non adeò nobis vtiles esse possunt, quòd in ijs vel de re modica, vel certè alteri debita agatur: at quæ ex dotibus vel hæreditatibus lucra percipiuntur, aduentitio quodam bono ceu cœlitus missa liberaliorem clientem reddunt. Ostendit hoc Plaut. à quo vice prouerbij vsurpatur, Sine sacris hæreditas. ostẽdit & Martialis, cùm potissimũ adnumerans quę beatiorem vitam faciat, Res, inquit, non parta labore, sed relicta. Quot hodie in amplissimis curijs cõtrouertuntur lites, quarum cardo in aliqua substitutione consistit? solet enim nõ in testamẽtis solùm, sed in donationibus quoq; nobilissimus quisq;, ob nominis sui familæq; perpetuandæ studium, substitutiones potissimum adijcere: quarum cognitionem & interpretandi diligentiam qui negligunt scholastici, hi mihi videntur nec vtilitatẽ suam satis agnoscere, & quod dicitur, extra oleas atq; repagula deferri. Nam quod ad ingenij acuminisq; exercitationem attinet, nihil nos in amplissima hac Iuris nostri sylua, maiore perspicacia subtilioreq; arte fabricatũ habemus: vt cùm Iurecõsulti

† Infortiatum mẽ tria.

Infortiatum vide dictum.

sulti nostri vndecunq; admirabiles sint, hac certè in parte etiã seipsos superasse videantur. Nec est quòd pluribus vos horter ad capessenda alacerrimo animo hæc studia, satis scio quãto cũ ardore, quanto desiderio his artibus incumbatis. Haudquaquã dux ego nouus, neq; milites vos ignoti duci vestro estis. Pleroscq; vestrum nominatim citare possum, iandiu mihi studiorũ cõsuetudine notissimos. Sæpissimè expertus sum quantũ singuli, quantũ vniuersi mihi tribuatis. Estote & hoc in nouo missu mihi fauentes, & si quãdo aliàs vos erga me beneuolos sum expertus, eandẽ mihi humanitatem hac in academia præstate: animũ meum tanta mutatione fatiscentẽ, obsequio officio vestro cõfirmate. Nunc nunc insurgite remis Hectorei socij, nunc illas promite vires, nũc animos. Id si feceritis, obscurissimas legum difficultates, quæ hoc anno occurrunt, facilè superabitis, vt vobis maxima vtilitas, mihi non vulgaris honos accedat. Dixi.

ORATIO ANDREAE ALCIATI,

DVM BONONIAM ADSCITVS ESSET, ET COOPTATVS IN LOCVM PAVLI PARISII,

Ad publicè profitenda iura ciuilia, frequentissimo conuentu III, *nonas Nouembris*, M. D. XXXVII *pronuntiata.*

SI MIHI hoc tẽpore corã auditoribus, discipulisq; meis disserẽdũ esset, maiore quadã fiducia vterer. Nec eos admodũ verẽdos ducerẽ, quos assiduã mihi operã dantes, quotidie essem cõspicaturus. Verùm cùm vos videã, Antistites dignissimi, Magistratus integerrimi, Equites nobilissimi, tãto numero huc confluxisse: vix meipsum colligere possum, animũq; confirmare, vt cõmodè ea in medium adducã, quæ dicturũ me proposuerã. Ea est nominis vestri amplitudo, ea oris dignitas, vt proculdubio cognoscam, haudquaquã posse me talẽ orationẽ habere, quę eruditissimis auribus vestris satisfaciat. Nam quamuis, vt in Homerico est carmine, ad eas cantiones audiendas frequentissimè homines convolẽt, quę maximè recentes & nuperrimè editę sunt: vos tamẽ ego honoris mei causa potiùs huc ascendisse existimo, & vt dictionis meæ filum exploraretis: quã cùm ego sciam esse tenuissimam & non satis dignam, quæ vestro iudicio subijciatur: non possum aliqua ex parte non terreri, mecúmque optimè agi existimare, si veniam consequar: tantùm abest, vt laudem vllam promereri me existimem. Quod ergo officium mihi pro vestra humanitate præstatis, illud idem, & eo vsq; producite, vt non vobis, sed discipulis meis me verba facere interpretemini: sinatisq; tantisper me illos alloqui, ac si soli ipsi adessent, qui discendi causa quotidianam nobis operam nauare constituunt. Quamvis iuris ciuilis professio, quam exercitaturus huc veni, præcipuæ mihi semper curæ fuerit, facundiámque & dicendi artem nunquam tractauerim, existimaui tamen, præstantissimi commilitones, in præsentia ex altera in alteram desultandum mihi tantisper esse, dum expectationi vestræ aliqua ex parte satisfaciam. Haudquaquam enim æquum est illotis me manibus hanc disciplinam attrectare, cuius adyta non nisi reuerenter, atque admodum religiosè fas sit ingredi. Adhortabor itaque vos alacri animo ad capessenda ciuilis disciplinæ mysteria, assiduámque illis operam præstandam. Et quamvis vestra sponte diligenter vos id facere perspiciam, (quæ enim alia ratio ex totius Europæ partibus hanc in academiam vos compulit, quàm studiorum, quorum causa hic voce mea, ceu quodam classico, estis congregati?) non tamen committam, quin pro vestri consuetudine, vos magis & magis animatos incitem, & currentibus calcar (quod dicitur) adijciam: Si ad id capessendum vos adhortarer, quod ambiguæ esset vtilitatis,

litatis, vel à quo animi vestri abhorrerent, tum & mihi diligenti insinuatione esset opus, & summum oratorem res ipsa expostularet: sed cùm de ipsis studijs amplectendis tractemus, quæ omnium sententia præcellunt, præconium aliquod non est necessarium. Nam & vulgo dici solet vendibili vino suspensa hedera opus non esse: & P. Mimi extat versiculus, formosa facies, muta commendatio est. Habent quidem aliæ atque disciplinæ singulæ aliquid præclarum, vnde studiosi ad eas addiscendas allici possint: at nostra hæc legalis æqui bonicq; ars, quicquid in alijs egregium est, ad se traxit. Vetus est Theognidis carmẽ, ab Aristotele quoque celebratum hũc in sensum, Iustitia in sese virtutes cõtinet omnes. siue enim ad corporis, siue ad animi bona respiciamus, ea est, quæ sola vtranque paginam in omni humanæ vitæ ratione facit: vnde & ex iuris nostri auctoribus haudquaquam difficile est omnes disciplinas agnoscere. Apud veteres nulla fuit præcipua Theologorum professio, sed legali doctrinæ iunctam ipsi existimarunt: hincq; Plato illum Minois cum Ioue sermonem, cuius Homerus meminit, ad legum disciplinam pertinere indicauit: & Orpheus, qui primus Theologi cognomentum tulit, se carminibus suis & de Iouis cultu scripsisse ait, & quas leges mortalib. Ceres dederit, id est, (vt eius verbis vtar) λατίαν & νομοφορίαν cecinisse. Sic & apud nos Iustinianus à summa trinitate & fide catholica Codicem suum exorsus est, & non paucos titulos adiecit, qui ad diuini potiùs, quàm humani iuris scientiam pertinent. Nam de philosophia quid dicam? cuius prima potentior pars Iureconsultorum præcipua est: nempe illa, quæ de moribus & ciuili conuersatione disputat. Vnde qui primi leges condiderunt, philosophi duntaxat sunt appellati, vt Thales, Milesius, vt Solon, vt Lycurgus, & si qui similes. Quantum autem Iureconsulti nostri & veteribus & magni nominis philosophis præcelluerint, eo argumento satis ostenditur, quòd Platonis & Aristotelis, qui curiosè prolixéque de legibus & ciuili conuersatione scripserunt, nemo libros in eum vsum recepit vnquam, vt secundum eorum decreta ius diceret. Atqui nec ipsi quidem Græci vnquam admiserunt. Vnde proverbialiter cùm quid inconcinnum & friuolum iudicare volunt, frigidius esse Platonis legibus aiunt. At Iureconsultorum nostrorum responsa, Romanáque leges, non Romanæ solùm prouinciæ, sed hostiles quoque populi obseruare non sunt dedignati: & qui Romanum imperium armis euerterunt, Romanis tandem legibus propter earum æquitatem, vim, acumen maiestatem libentissimè ceruices submiserunt. Sic hodie Gotthi, Alani, Vandali, qui in Hispania consedere: sic Oruli, Burgundi, Franci, qui Gallias tenent, iuri nostro dant operam. Quod verò ad eloquentiæ studia pertinet, nemo est qui non adeò hæc coniungi legali doctrinæ sentiat, vt absque ea consistere nullo modo possint: irridebat Lucius Crassus, impudentissimósque eos oratores arguebat, qui circa forum volitarent, causísque agendis se iactitarent, si iuris ciuilis prudentiam non essent assecuti. Quid aliud apud Græcos egit Demosthenes, Lysias, Aeschines, Isæus & plerique alij, quorum ingens in eloquentię studijs est nomen, quàm vt foro seruirent, &, quod causarum patroni etiam nunc faciunt, clientum suorum rem tuerentur: quod proprium iurisperiti munus est? Id tamen nos inter & eos distat, quòd si qua in re Veterum illa eloquentia inutilis, aut veritati contraria videbatur, à Iurisconsultis nostris immutata, castigatáque est, vitijs ipsis procul submotis. Quid absurdius, quàm cuiquam permittere, vt meliorem causam dicendo peiorem faciat, vel contrà? quod Lysiam, Gorgiamq; pollicitos esse, Plato attestatur, quodque Protagoras, insyncerus, vt Gellius ait, philosophus, se docere palàm profitebatur, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Quid perniciosius, quàm in republica sinere, qui verborum arte simplices homines quamlibet in partem arbitratu suo impellat, & ficto sermonis lenocinio, quandam quasi tyrannidem in animos exerceat? Viderunt id Athenienses, qui nullos affectus actori moueri permiserũt. Vidêre & Lacedæmonij, qui huiusmodi viros de ciuitate sua eiecerunt. Viderunt meliùs, perfectiùs, absolutiùs Iurisconsulti nostri, quorum sententiam omnis posterior

sterior ætas approbauit, qua vbique inductum est, solis legibus quancunque litem dirimi, non affectibus tantùm sublatis, sed omni prorsus rhetorico colore, ne veritati quicquam tenebrarum vllius facundia posit offundi. Gloriatur M. Cicero se in Cluentij causa oculis iudicum caliginem insperssisse. id ne hodie fieri à quoquam possit, legali nostra scientia provisum est. Nec à me hæc dicuntur, quòd Rhetoricæ minùs faueam, eiusq; luminibus velim obstruere: sed vt adeò eam legalibus studijs coniungi ostendam, vt sine illis nullo modo rectè consistat. Aversantur sapientes quorundam ciborum vsum, qui quandoque mortis causam attulerunt, etiamsi & aliquando salubres fuerint, quod non existimãt cauti, aut prodẽtis hominis esse, vt se periculoso eventui subijciat, dubiamq; fortunam experiatur. quis (inquit Vlpianus) coëgit, vt te arctares? Veterum moris fuit, vt prætextatos, postquam Grammaticen didicissent, ad declamatores mitterent, qui fictis cõtrouersiis in alterutram partem eos plurimis rationibus argumentari docerẽt. Sumebantur autem themata plerũque ex iudicialibus causis. quod institutum hodie exoleuit, quod qui hoc facere possunt, opulentiorem forensium operarum artem sequi, quàm inter pueros conseneſcere malunt, adeò quibus rudimentis olim Rhetores, hodie iurisconsulti instituuntur. Cùm igitur quicquid in cæteris artibus boni sit, ad legalem philosophiam pertinere videatis, meritò huic adipiscendæ omnibus viribus insudandum est, & vt tam larga deorum munera consequamini, nulli impendio, nulli labori parcendum est. Quò enim in conspectu difficilior videtur, eò fructus magis vberes eadem præstabit, nec vllus labor deterrere vos debet, cùm & in cæteris rebus humanis nihil absque summa diligentia, maximisque vigilijs adipiscamur. Sic Hesiodus virtutem parari sudore pronuntiauit. Sic Satyricus, nil, inquit, sine magno vita labore dedit mortalibus. Sed tamen pleraque hic vobis adsunt commoda, quæ & animi alacritatem augere, & hosce labores minuere vobis possunt. Habetis inprimis tot illustres huius reipub. magistratus, qui omnibus studiosis mirum in modum fauent, qui'que hanc in Academiam vndique accersitos literarum gloria celebres viros, ceu in tutissimum doctrinarum portum, inuitant: de quorum laudibus si in præsentia differere velim, latissimus vtique mihi pateret dicendi campus. Habetis hic vrbem studijs vestris mirum in modum accommodam: de cuius origine, antiquitate, celebritate, quod de Carthagine Sallustius ait, satius est silere, quàm pauca dicere. Existimat Marcus Cicero plurimum ad studiorum disciplinam conferre vrbis nobilitatem, quo potissimum nomine Athenas celebrat, quę optimis exemplis admonere studiosos posset: at ego hac maximè gloria ciuitatem istam celebrem esse existimauerim, & nullum veterum concedere, siue ciuium elegantiam, cultum, modestiam, probitatem inspicere velimus, siue mores castigatissimos & publicam priuatámque opulentiam, siue pacem & concordiam, maximámque tranquillitatem, qua studiosorum animi valde incitantur, & ad virtutem capessendam stimulari solẽt. Plurimum potest & auctoritas per longissima tempora eodem tenore conseruata. Scribit Amianus Marcellinus Alexandrinæ Academiæ tantam fuisse olim existimationem, vt ad summam artis peritiam ostendẽdam sufficeret medico, si in ea se operam studijs dedisse profiteretur: quod & in legum disciplina hac de vniuersitate prædicari meritò potest, quæ iam supra ducentos annos ab Azone ad summum decus evecta, ad hanc vsque diem eandem celebritatem maiestatémque cõseruauit. Aiebat Ser. Galba Imp. Italorum ingenia huiusmodi esse, vt nec totam libertatem ferre possint, nec totam seruitutem: quod ego in scholasticis quoq; verum esse arbitror. Sunt enim aliquæ academiæ, in quibus tanta permittitur auditoribus libertas, vt omne, quod velint, illis liceat. quo fit, vt iuuenes varijs affectibus obnoxij non quæ sibi vtilia sint, prouideant, sed iurgijs atque rixis dediti, ætatem in armis agant, in studijs verò nihil proficiant. At hic, quæ magistratuum est integritas & diligentia, à tumultibus cessare eos oportet, pacisq; & tranquillitatis studia amplecti, vt neq; se, neq; alios in eiusmodi tricas conijciant, quæ nisi auctorum ipsorum

rum malo sedare possint: quæ res efficit, vt ijs, qui totos se studijs dare velint, nulla alia aptior magisq; idonea academia vsquam sit. Habetis hic omnium disciplinarum præstantissimos professores, omnibus viribus enixuros, vt sua vobis opera vsui sit, quiq; nihil sibi reliqui sunt facturi, dum prodesse vobis possint: quos inter & ipse pro virili mea elaboraturus sum, ne vos lectionis meæ pœniteat, & quamuis expectationi, quam de me concepistis, parem me præstare difficillimum sit, conabor tamen labore atq; diligentia assequi, ne omnino spe vestra decepti videamini. Scio quàm arduum sit tam ad amussim omnibus placere, vt nemo sit qui conqueratur. supra enim humanas vires est ita se gerere, vt nihil desideretur. etenim naturaliter homines dissentiunt: & alia alijs placent: imò etiam mutatur iudicium tempore, & quæ olim vulgò probabantur, ceu iam exoleta, negligi incipiunt. Veteres, vt Azo, Accursius, Pileus, cæteriq; glossematici Doctores, ita iura interpretabantur, vt tanquam canes in Aegypto, biberent, & fugerent: paucis oppositionibus contenti, ad alia subinde festinabant. qui deinde secuti sunt, Bartolus, Baldus, Paulus diffusiùs omnia attigerunt, & certis regulis atq; doctrinis, ceu compedibus quibusdam, ius ciuile concluserunt, non vsqueadeò tamen, vt omnia in vnũ locum congererent: duntaxat vacationem diebus aliquam legem iterum interpretandam accipiebant, quam diffusiùs disputarent, ideoq; Repetitiones dixerunt: & hodie omnes repetitiones sunt, nihilq; plerisq; dictum videtur, si quicquam omissum fuerit, quod commodiùs in alium locum reseruetur. Vnde efficitur, vt singulis annis paucas admodum leges interpretemur: habeatq; quelibet docendi via atque ratio defensores suos, adeò vt in vtranq; partem plurima dici possint. Ego hãc rem ita moderabor, vt quoad eius fieri queat, plurimum progrediamur, multasq; interpretemur leges, & tamen nihil eorum desiderari sinamus, quæ perfectiori doctrinæ conuenire videantur. Nec enim ausim ego aduersus torrentem niti, & quæ iam vbiq; recepta sunt, traditionibus meis eleuare. Satis mihi & super negotij cũ illis fuit, qui non nisi illiteratis literis tradi disciplinam nostram patiuntur, quiq;, sicut veteres illi Arcades, & quos Ennius Cascos vocat, glande vesci soliti, meliores fruges aspernantur: nec ipsi eos tangere dignantur, aut alijs apponi æquo animo ferunt: toties aduersus hoc hominum genus à me declamatum est, vt idem argumentum tractare amplius operæpretium non sit. Non iniusta eorum esset postulatio, si ideo me legum difficultates minùs explicare ostenderent: sed cùm nihil mihi reliqui ad summam diligentiam in eis declarandis faciam, non possunt liberali venditori obijcere, quòd ornatiores, politioresq; venalitios tradiderit, quàm ex lege emptionis deberet. Missos itaque huiusmodi castigatores facio, & ceu nullius iudicij homines, haud dignos arbitror, quibus respondeam. Interpretabimur hoc anno tractatum, qui de verborum obligationibus inscribitur: cuius vtilitas toties à maioribus nostris prædicata, iterata, inculcataq; est, vt minimè commendatione nostra amplius indigeat. Cæterùm, vt vetere prouerbio dicitur, χαλεπὰ τὰ καλὰ, efflagitat hæc materia auditorem attentum diligentem'que, & qui meditatus huc accedat, vt tutiùs & certiore vestigio hisce in salebris me sibi præeuntem sequatur: quod non dubito pro vestra prudentia atq; addiscendi desiderio vos, dilectissimi Auditores, esse facturos. Dixi.

ANDREÆ ALCIATI, PRÆLECTIO IN VESPERTINAS LECTIONES IVRIS CIVILIS ANNI TERTII, M.D. XXXIX.

SI de Legalis doctrinæ laudibus in præsentia disserere vellem, Auditores præstantissimi, & rem actam agerem, & quæ hoc in suggestu toties dicta, decantata, inculcataue sunt, repetere necesse haberem. Quòd si vos ipsos ad studia alacriore animo suscipienda adhortarer: non satis scio, an operæpretium facturus essem. Etenim studiosi & bonæ spei adolescentes suapte natura adacti, verborum meorum aculeum non expectabunt: desides verò & otiosi nullis cuiusquam adhortationibus flecti poterunt: qui cùm rei ipsius tam clara, tam manifesta vtilitate non moueantur, haudquaquam orationi meæ fidem sunt habituri. Sed tamen illi, vt libet, agant: nos non ideo cessabimus, quin quæ publicè vobis vtilia futura sint, libenter admoneamus. Poterit fortasse aliquis, diuina quadam facundia & Ciceroniana imitatione animos vestros allicere, & in quamcunque partem impellere: mihi ea non contigit. Dixerit alius magno cum acumine, variamq; eruditionem ostentarit: mihi satis erit eum admirari, quem æmulari, aut æquare non possim. Non omittam tamen, quin pro muneris mei fide, & quam sustineo, persona, vobis rectè consulam, eaq; tradam præcepta, quæ si obseruaueritis, leuiorem vobis hac in doctrina capessenda laborem reddant, aditumq; ad legalis philosophiæ mysteria patefaciant. Fuere vestrum plerique, qui me priuatim conuenientes anxiè rogarunt, vti se consilio iuuarem, atque methodum quãdam edocerem, qua possent ex artis huius labyrinthis faciliùs extricari. Quibus cùm aliter atq; aliter pro conditione cuiusq; respondérim, libet nunc publicè & in vniuersum aliquid afferre, quo vos sententiæ meæ & qualiscunq; iudicij faciam certiores. Expediret fortasse omnibus auctoris nostri atq; etiam institutoris Iustiniani Cæsaris præceptum sequi, obliteratamq; maiorum incuria traditionem reuocare, quam ille in ipsa Digestorum præfatione obseruari mandauit, dum quid singulis annis sit discipulis prælegendum, ac quomodo leges nostræ explicandæ sunt, docet: verùm propter tot Interpretum commentarios, qui suprà modum excreuerunt, non ausim affirmare, an fieri id hodie possit. Difficilimum certè foret, & (vt arbitror) supra multorum vires, qui quod assequi ipsi non possunt, calumnijs deprimerent: aperiretur q'e hac ratione magna inuidis occasio, qua nobis obtrectarent, qui seculi nostri sapientia contenti esse noluissemus. Præeat itaq; nobis vetustissimus Italiæ Philosophiæ auctor Pythagoras, qui discipulos suos carmine Græco, quod maximè necessarium adipiscendæ disciplinæ esset, admonuit, quodq; quotidie eos in ore habere iusserit: id est huiusmodi:

πῇ παρέβλως; τίδ' ἔρεξας; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Quò prætergressus, quid agis, quid omittis agendum?

Etenim tria hæc non tam præcepta, quàm oracula, vnicuiq; nostrum semper ante oculos esse debent. Imprimis scilicet, ne qua in re aut excidas, aut transuersus ab instituto tramite feraris. quod ijs contingit, qui alijs in rebus animi intentione occupata, ad scholas tamen accedunt: vt qui vel amore capti, vel armis rixisq'e dediti, vel aleæ lusuiq'e mancipati, vel artibus illicitis addicti, scholastici tamen nomen seruant. In hos Annæus Seneca veteris Iureconsulti verbis inuehitur: Etiam magna (inquit) pars vitæ elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Qui enim auribus solis præsentes, mentem aliò intendunt, ij aliud agere Latinis dicuntur. Alterum est, vt attendamus ad id, quod agimus: vt cùm quid boni à nobis factum fuerit, magna voluptate afficiamur: si verò quid malè vertisse viderimus, in futurum abstineamus. etenim præmium virtutis maximum ipsa est animi voluptas. Iisce enim iuuenibus, qui in sophisticis cauillationibus, vel legum optimarum ambagibus diutius immorantur, rectè qui

qui dixerit: Vide, quid agas. cuius rei exemplum in huius anni lectionibus accipi potest. Fuerunt florente Romano imperio varijs in eorum Repub. magistratus: vt præfecti prætorio, vt proconsules, vt præsides prouinciarum, vt clarissimi, vt spectabiles, vt illustres: si qua alia sunt huiusmodi nomina. hæc hodie mutata Reipub. forma exoleuerunt, nec vllo in vsu permanserunt, sed vnusquisq; iudex eam habet cognominationem, quæ sibi vel lege municipij, vel principis sui diplomate concessa est, ideoq; parum refert diutius in veterum magistratuum muneribus dignoscendis versari. Bartolus certè & Veteres non vltrà tres, aut quatuor lectiones hac in re videntur consumsisse. Quod si quis maiorem anni partem hoc in argumento transigere velit, huic rectè præceptum Pythagoricum insusurrabitur: Vide quid agas. Superest tertium, *ne quid agendum omittamus.* In quo sanè adeo peccant vniuersi studiosi, vt vix vllum superfit remedium. Professurus sum hoc anno, in primam Digesti noui partem: vtilesq; aliquas materias interpretandas accipiam: sed ita, vt quæ dicturi sumus minima eorum pars sit, quæ ex hoc volumine deberemus addiscere: adeo diffusi sunt cùm Veterum, tum Recentum commentarij: & tam paucæ toto vertente anno lectiones occurrunt, vt quæ exposituri sumus, eorum quæ omittuntur, comparatione pro nihilo sint. Oportet ergo, vt quibus diebus à publicis lectionibus vobis sunt feriæ, priuato studio insigniores quasq; leges ipsi perspiciatis, & adhibito vno interprete, puta Bartolo, rem ipsam delibetis. Et hoc enim proderit, ne aduersus Pythagoricum carmen commissum quicquam videatur. Cæterùm & quid agendum, quidue omittendum sit, acri iudicio opus est. Occurrunt enim quandoq; aliqua ab Interpretibus nostris magna cum scrupulositate tractata, quæ tamen satius esset omittere. vt cùm dubitant, An tabellio inter nos Christianę sectæ homines confecto documento diuinum nomen inuocare possit: vel cùm Bartolus subtiliter hic perquirens, Cur Digestum nouum id volumen appelletur, Quia (inquit) nouum significat iniquum. Aut iniquum dicitur, quia punit iniqua. Huiusmodi ego commenta tutò omitti posse, & debere censeo: nec tantum cuiusquam doctrinæ autoritati tribuendum, vt etiam eius vitia imitemur. Comparabitis autem iudicium ex assidua lectione. nam sicut in orationibus primæ partes actioni tribuuntur, ita Iureconsultis eruditioni atq; doctrinæ. ea domi studendo, foris verò in scholis audiendo, facilè acquiritur. Adiuuabo vos ego, quantum vires ferent, nec vllum diligentiæ locum relinquam, vt vobis vtilis esse possim. Egregiè, vt cętera omnia, Epictetus philosophus, qui sicut in maritimis partibus exiguæ faces splendoris multum luminisq; emittunt, errantibusq; per maria nauibus plurimum auxilij præstant, ita censuit nos esse oportere, & doctrinæ splendore errorum tenebras propulsare, quibus iuuenum mentes facilè occupantur. Agitè igitur studiosi iuuenes, & doctrinæ huic legali omnibus viribus incumbite: Perseuerantiam adhibite: à nobis dictata, cùm domi eritis, diligenter perpendite: ipse (quantum in me erit) non deero, vt sordidam hanc seueramq; in conspectu disciplinam, facilem vobis allectabilemq; reddam: adsit modò industria vestra, & cœpta Deus Optimus Max. nomine suo secundet. Dixi.

PRÆLECTIO ANDREÆ ALCIATI, IN BONONIENSI SCHOLA, M.D.XL.

QVAMVIS nec ego facundiam, dicendiq; artem vnquam exercuerim, hicq; locus magis ad legum interpretationem, quàm ad orandi facultatem nos excitet: non possum tamen, Auditores ornatissimi, me continere, quin aliqua in medium adducam, vobis Iureconsultis cum Rhetoribus cæterisq; professoribus communia. Quod ego facturus sum, ne illotis quodammodo manibus attrectare legalis disciplinæ mysteria videar: tum, vt veterem maiorum nostrorum morem imiter, qui in vrbanum quiddam, rusticumq; ferè esse semper existimârunt, absque aliqua præfatione cuiusquam artis traditiones ingredi: tum etiam, vt expectationi vestræ aliqua ex parte satisfaciam, qui libentissimo animo soletis ad huiusmodi prælectiones accurrere: nec vnquam magis fauetis linguis, quàm cùm argumenta hæc me tractantem auditis. Consueuerunt plerique omnes pro felici studiorum auspicio vos ad ea alacriore animo capessenda adhortari, hacque in re bonam orationis suæ partem consumunt. quod & à nobis toties factum est, vt eadem repetere æquo animo nequeam. Suadere enim vt egregium aliquod facinus aggrediaris, proculdubio bonum est: sed id solum non sufficit, nisi & rationem afferas, qua id commodè fieri possit. Neque enim illustrandis tenebris satis est, si quis lucernam emungat: atqui & oleum infundere opus est, quò clariùs, diuturniusque lux ipsa sustineatur. Sunt autem duo maximè submouenda studiosis impedimenta, duo vitandi scopuli: ad quos allisi plerunq; adolescentes portum ipsum contingere nequeunt. Alterum à professoribus ipsis prouenit: in altero scholasticorum est culpa. Instituit Iustinianus noster in Digestorum præfatione methodum quandam, certissimamq; viam, qua insistentes ad legalis scientiæ frugem facilè perueniant. ea nostratium Interpretum ingeniis derelicta, neglecta, adeoq; immutata est, vt in vsum præsentem amplius reuocari non possit. Exercitatissimum enim laboriosissimumque doctorem requireret, auditoresq; ipsos non minùs solicitos atq; diligentes. quod genus hominum delitiæ nostrorum temporum non ferunt. Sed & tot, quæ extant, euoluendaq; à nobis sunt commentaria, tantum nos procedere non sinerent, quantum ex Iustiniani præscripto progrediendum esset. Exoletam igitur hãc viam omittamus, & clarissimorum medicorum exemplo ei vlceri mânum nõ admoueamus, quod insanabile sit, maximè cùm recentiorum quoq; doctorum via & ipsa vtilis, bonæq; frugis plena sit, si modo rectè & cum iudicio adeatur: quod potissimùm in docentis ipsius facultate, aptitudineq; consistit. Is enim & claro & facili sermone traditiones suas explicare debet, simpliciterq; rem proponere, ne de eius lectione id dici possit, quod de Diogenis Tragici Poetæ fabula aiunt Melanthium respondisse, illam scilicet se non vidisse nimio verborum ornatu obumbratam. Illud quoque cauendum est, ne superfluis, aut inutilibus rebus diutius immoremur. Tam copiosa est ciuilis hæc sapientia, tanta rerum atq; argumentorum varietate abundat, vt aut Deus, aut dijs similimus videri is possit, qui eam omnem adipisci, & in pectoris sui promptuario habere poterit: tantũ abest, vt etiam superfluis onerari, inutilibusque prægrauari debeat. Quantus quisque vestrum est, qui semel totum iuris nostri corpus perlegerit? At quantò melius, vtiliusque fuisset ea in lectione versari, quàm longas Recentiorum interpretationes peruoluere, in rubrica aliqua integro trimestri consenescere. Aretini, Socini, Ruini opiniones, longis verborum ambagibus, ceu in trutina, ponere, in aliorum responsione totum tempus conterere, senioribus contradicere, in receptam sententiam temerè inuehi. quę omnia recentiorum professorum vltrà à paucis annis, atq; adeò memoria mea cœperunt, his ducibus, qui plurimum ambitionis, minimum verò iudicij atq; sapientiæ ad ius nostrum attulere. Oportet itaq; eum, qui proficere hac in disciplina velit, nouitiam hanc methodum, perinde ac scopulum quendã, effugere.

Nunc

Nunc ad ipsos scholasticos transeamus: qui sua ipsorum culpa ad doctrinæ legalis metam peruenire nequeunt. Nec ego in præsentia de his sum verba facturus, qui armis, rixis, tumultibus dediti thoracati incedunt. hos ego milites potiùs appellauerim: non Palladis, sed furiosissimi Deorum omnium Martis assecla. Nec rursus de his, qui animi vitio totos dies in alea, chartis, atq; etiam (si dijs placet) in scortis agunt. Summoueamus & hos interim ab hoc numero, donec resipiscant. De his loquamur, qui studiosi sunt, quiq; perinde ac debent, nullum laborem euitare parati sunt, dum ad huius doctrinæ arcem peruenire possint, & tamen sua eos fallit opinio. & quamuis multa moueant, nihil tamen promouẽt: verùm oleum & operam perdunt. qui tamen digni sunt, vt adiuuentur: vt, quod errore viæ ab eis peccatur, consilio atque præceptoris opera resarciatur. Nolite arbitrari, eiusmodi esse artem nostram, vt absq; duce & magistro rectè percipi possit. Oportet enim, qui aliquod sibi nomen in ea parare velit, in scholis assiduum esse, diligentem operam audiendo dare, condiscipulos interrogare, disputationibus interesse. Doctorem suum consulere: castigationem libenter admittere, errata sua emendare. quamuis aliquid non perceperit, non ideo desperare. Tradunt Cleanthem & Xenocratem, cùm tardioris ingenij essent, hocq; nomine ab æqualibus irriderentur, sedato animo omnia scommata pati solitos, secq; fateri vrceis, seu angustioris vasis esse similes, quod doctrinam difficulter caperent: tandem tamen receptam certò & tenaciter tenerent. Ejiciendus ergo ex iuuenum animis est omnis fastus: & sicut ventũ ex vtribus extrudere solemus, cùm quicquam vtile infundere volumus: ita & elationem illam mentis, suiq; amorem, quem Græci φιλαυτίαν vocant, prorsus amouere. Id enim vitium maximè studiosos & bonæ indolis iuuenes affligit, adeò vt condiscipulis interrogare erubescant, rarò ad scholas accedant, rarissimè cũ præceptore sint, sibi plurimum tribuant, cùm tamen minimũ præstare possint. A Græcis auctoribus traditum est, Libanium Sophistam, summæ facundiæ atq; eruditionis virum, haudquaquam pares ingenio suo declamationes scripsisse, quod in dicendi genere præceptoribus operam dare detrectasset, sibiq; ipsi nimium placuisset. Ostenderunt hoc quoq; ἀλληγορικῶς Mithyci Poetæ, qui Narcissum puerum sui ipsius amore captũ finxerunt quod, νάρκη Græcis stupor & animi torpedo sit. Meritò igitur & id vitium emendare nos conuenit, mihiq; operam dare. Quod si qua in iuris nostri parte necessarium est, in hac profectò, quam hoc anno sumus tractaturi, omnino est obseruandum. Interpretabimur enim omne id argumentũ, quod ad legata atq; fideicommissa pertinet: cuius cognitio atq; scientia adeò vtilis est, vt nulla alia in iure sit, quæ ei hoc nomine possit conferri. Sunt enim vltimæ voluntates cùm in frequenti hominum vsu, tum & plerũq; ambiguæ, & quæ magnam aduocatis pecuniam parent. Traditum à Græcis est, Stratoclem Atheniensem Rhetorem quosdam; alios eius collegas sese mutuò solitos ad messem auream inuitare, sic forum & curiam ioco appellantes. Quo exemplo & ego vos hoc anno ad messem hanc, aureumq; vellus vocabo, qui sciam, quantum vtilitatis hac ex materia quotidie percipiatur. Qua autem subtilitate tractatum sit à Iureconsultis hoc argumentum, ostendunt tot tituli, tot responsa, & ea quidem omnia magna scrupulositate reddita, tot leges, & compositione scabrosa, & intellectu difficiles: quarum rationem non nisi longa meditatione acriq; studio possis assequi: tot denique Interpretum commentaria, tot consulentium responsa: quæ & si magnam lucẽ posteris attulerint, magnum etiam laborem in eis perscrutandis requirunt. Verum vos forti animo esse oportet, & minimè viribus vestris diffidere. Præibo ego: & per anfractus atq; labyrinthos omnes vos tutissimè deducam: adsit modò diligentia vestra, & discendi ardor, atq; erga præceptorem charitas, & fiducia. Dixi.

GNA

ANDREAE ALCIATI ORATIVNCVLA,

cùm Christianiſsimus Gallorum Rex FRANCISCVS VALESIVS lectioni ſuae adeſſet, habita.

CVm animi tui magnitudinem, fortunæq; immenſam amplitudinem tuæ conſidero, auguſtiſsime omniq́ue virtutum genere ornatiſsime Rex, cùm item profeſſorio hoc in munere vires meas perpendo, non poſſum extricare quod mihi conſilium ſit ſuſcipiendum: taceámne, & quam nulla oratione exprimere admirationem poſſum, ſilentio tranſmittam: an Aegyptios ſacerdotes imiter, qui inarticulata voce deos ſuos colunt, vt ſe plurimùm quidem cupere, nihil autem poſſe ſignificent. Sed hac in re voluntati tuæ minimè obſequerer, qui in theatrum hoc deſcendiſti profitentem me viſurus. Loquere (inquiebat adoleſcēti Socrates) vt te videam. quæ enim corporis ſuperficies eſt, perſona potiùs quædam hominis, quàm homo eſt: at mens ipſa atq; animus verum hominem efficiunt, quæ non niſi ſermone loquentis poſſunt aut videri, aut agnoſci. Vt igitur tu me videres, id eſi perpenderes, qua ego ratione iuuentutem Regni tui inſtituerem, cùm in Cymnaſium hoc deſcenderis, video omnino mihi conſuetum docendi munus exequendum eſſe. Quibus autem verbis tantam prudentiam tuam laudem, profectò non reperio. Solis quidem partes ſunt illuſtrare radijs orbem: at tu, Rex maxime, nullam regni tui partem oculo tuo non perluſtras, vt illud vndiq; reddas illuſtrius, vtq; quod Valgius Auguſto Imperatori dixit, tua maieſtas omnibus humanis malis medeatur. Quantum arbitraris: exemplo hoc tuo animos ſtudioſorum excitari, vt perdiſcendis bonis artibus omnes incumbant, quas adèo in honore apud te eſſe vident, vt earum profeſſorem tu ipſe audire volueris. Conſtat enim eſſe Reges ſubditis, qualia ſunt lucidiſsima ſpecula. Quod ſi ars vlla fauore tua digna, hæc profectò maxime eſt, quæ ad iuris ſtudia inſtitiæq; cultū attinet: hæc eſt, quæ propriè Regibus conuenit. Vtar conditionis tecū tuæ hominum exemplis. cùm viſitaſſet Agapetus, qui deinde Rom. Pontifex fuit, Iuſtinianum Imperatorem, eum hoc ſermone Græcis verbis vſum apud Auctores traditur: Regna atq; Imperia fato dātur, & qui ea habent, plus ipſi Deo debent, quia & plus acceperūt, cùm honore ſuper cæteros homines præcellenti ab eo ſunt ornati. Hoc autem modo gratiam Deo referunt, ſi ad regni cæleſtis ſimilitudinem ſubiectos regant. tradidit (inquiebat ille) tibi Deus humanæ poteſtatis ſceptra, vt homines Iuſtitiæ cultum edoceas, vt & legibus obtemperent, & ſecundum ius regantur. Interrogatus Lacedæmoniorum rex Ageſilaus, vtra præſtantior virtus, fortitudo an iuſtitia in omnium animis eſſet? Sic & Phraati Parthorum regi Pompeius non armis, ſed iuſtitia dirimi fines reſpondit. Cùm igitur hæc ſtudia adèo tibi curæ ſint, quis non auream ætatem hanc eſſe credat, in qua & philoſophi regnent, & reges philoſophentur? Prima enim philoſophiæ pars hæc eſt, quæ ad mores pertinet, & cùm huius argumenti ſupra quadraginta libros Plato Ariſtoteleſq; ſcripſerunt, non tamen noſtris quos profitemur æquiparandos eſſe illud indicat, quòd ſecundum eorum politica nemo vnquam Rempſuam rexit, cùm ius Romanum etiam hi qui eorum imperium ſubuerterunt, Goti, Germani, Franci, Eruli, Longobardi, libentiſsimè ſeruauerunt. mille & ſeptingentorum P. M. annorum ſerie conſtituta eſt hæc profeſſio, quam vnuſquiſq; ingenioſiſsimus pro virili excoluit, tot Imperatores, tot Reges ad Aedilitatis normam direxerunt: arbitror in tot Imperatorum ſchemate nullum illuſtriorem, nullum laudatiorem M. Antonio, quem & Philoſophum cognominarunt, fuiſſe: at is & Scævolam libentiſsimè audiuit, & filium M. Commodum ei dare operam iuſſit: cuius exemplo & Alexandrum idem factitaſſe conſtat. Si Francorum Regum hiſtorias perlegamus, fuit omnino celebris Sigisbertus, quem Greg. Turonenſis maximè propenſum liberalemq; in Andarchum tradit, quòd Theodoſianæ legis fidiſsimus eſſet interpres: oſtenduntq; id & quæ etiam nunc extant eius paraphraſes. Macte igitur virtute felicitateq; eſto, Rex prudentiſsime, qui & hæc ſtudia me profitentem vt audires, dignum duxiſti: quæ vtinam ego in præſentia tractare commodè poſſim. ſolitus enim coram iuuenibus duntaxat auditoribus meis verba facere, quo modo ante te maximum Regem, ante tot proceres tuos hiſcere auſim? ſolabitur tamen me Auſonij carmen,

Non habeo ingenij. princeps ſed iuſſit. habebo:
Cur me poſſe negem, poſſe quod ille putat? Dixi.

AND.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONSVLTI MEDIOLANENSIS DECLAMATIO.

ALCIATVS MINVTIO S.

IN, candidiſsime Minuti, nouam quandam controuerſię ſpeciem, non quæ ſuaſoria ſit, & ad artem pertineat, quales illæ ſunt, quas Anneus Seneca compoſuit, ſed quæ de iuris ciuilis fontibus à nobis deriuata ſit: ita tamē compacta, vt Senecam imitari videamur, tanquam lineamēta ab eo petentes, materiam nos exhibuerimus. Scio quicquid hoc negotij eſt, tibi placiturum: tum quod hic oſtēdamus, quæ Iuriſperitorum conſilia vulgò eduntur, hac forma poſſe ciuitate Romana, vel ſaltem latinitate donari: tum etiam quòd frequens hæc eſt quæſtio, & quotidie in foro verſatur, & fortaſſe tu ſecundum eam quandoque iudicaſti. Mihi certè, cùm coram Philippo Vicecomite, Iuriſconſulto clariſsimo, & fiſci aduocato, in facto proponeretur, viſum eſt in codicem rationum mearum hunc in modū referre, tibiq; nominatim dicare: quòd is eſt meus erga te amor vt in laudum tuarum præconio mihi ipſi nunquam ſatisfaciam. Accuſationis in hac controuerſia partes Burdeloto Turonenſi tribui, quòd videlicet publicè interſit, id munus non niſi innocentiſsimo cuique iniungi: alioqui, ſcio, me rideres ὄρῶν λεοντῶ ἐπὶ κρεοκομπῶ καὶ μῶνν. vir enim ille vtriuſque linguæ ſtudijs exercitatiſsimus, tantum à delationibus faciundis abeſt, quantum à cæteris noxijs, à quibus eſt omnino alienus. Pari ratione & eos ſelegi qui patrocinium præſtarent, homines quorum doctrina cum probitate ſumma certaret, quique mihi & amici eſſent, & collegæ nimirum felices animas, quarum neque candidiores terra tulit, neque quis me ſit deuinctior alter. Necq; tu mihi Pindarum obijcias, qui vno hymno in Olympiacis Alcimedontem, Timocratem, Meleſiamq; celebrauit, quòd ſinguli non ſat digni viderentur: quandoquidē ipſe Flaccū noſtrū maluerim imitari ſyncerius cum ſuis agentē, neq; Græcæ illius ſcrupuloſitatis obſeruatorem. His addidi Ioannem Pyrrhum & Nicolaum Beraldum, Galliæ duo togatorum decora: quorum virtutes vel tuo ore mihi prædicatas non poſſum non amare, vel potiùs venerari. Meritò igitur & inter amicos mihi eos repoſui: cùm quòd quæ tua ſunt, eadem nobis communia habes: tum quòd Homerico carmini credendum fuit:

ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Sed & Albucio ſcribæ perſonam ſuſtinendam tradidi, vel Græcos veteres imitatus, qui hoc munus non niſi honeſtiſsimo cuiq; demandabant, vt Aemilius probus ſcribit. Accipe igitur quicquid hoc eſt noſtri laboris, nec eius opera lectione tua indigna ducas, cuius vitam & mores longa iam conuerſatione approbaſti. Vale.

ARGVMENTVM.

IVNIVS Attius à Caluiſio bina millia petit: ex teſtibus primus Afer mille & cc. numeraſſe Attium, Secundus Rauidus DCCC. quoq; atteſtatur. Publicatis teſtimonijs coram quæſtore rerum criminalium, vterq; tortus ſe ſubornatum ab Attio falſum dixiſſe contendit: qui ſuperat tertius vtriq; concors teſtis auſugit. Attius ſe innocentem aſſerens in carceribus conſtituit.

PROCVRATOR FISCI.

IOANNES BVRDELOTVS. Nonne manifeſto delicto in legem Corneliam commiſſum eſſe Iudices perſpicitis? teſtis vnus atque alter proprium ſibi ſcelus, & ipſi Attio commune detexerunt. bene habet quòd veritas diu in occulto eſſe non poteſt: idcirco tradunt eam temporis filiam. An ignorabas Atti vulgò dici ſolere iuſtitiæ oculum quacunque perſpicere? cùm ſubornabas teſtes, cùm illis

vel auri montes pollicereris, num in mentem venit, malos malis afferre perniciem consuesse? detecta sunt consilia, reuelatæ fraudes, expectanda solùm legis vltio: & ne aduersus dicta testium cauilleris, absq; tormentis dixerunt, torti perseuerarunt: cur non adhibenda illis fides [a]? sublata est omnis exceptio: reprobare non potes, quos cùm in iudicio ciuili produceres, approbasti semel: expecto, quid respondsurus sis, quemadmodum refelles. Num in delictis, quæ clàm solent committi, etiam socij criminis ad testimonium recipiuntur [b]? Habemus decretali epistola expositum, posse pecunia corruptos conspiratores, tametsi tacere iurauerint, ad dereitandum cogi: & idcirco quòd periuri videantur, eorum fidei nil derogari vt enim veritas eluceſcat, etiam probationes alioqui non idoneæ fidem faciunt. Verum quid vltrà dubitemus? nonne clarissimorum Iurisconsultorum auctoritate constat, pecunia redemptos testes aduersus eum probare qui corruperit? hoc Bald. hoc recentiores omnes tradiderunt. Sed & Bartolum tibi opponam [c], qui in delictis quæ principaliter in alterius odium non fiunt, sed facinorosi commodum respiciunt, scelestos de participibus interrogari posse asserit: sequitur què id cum quibusdam alijs Nicolaus Abbas [d]. Indubitatum quoque illud est, tum ex Alexandri responsis, tum ex recentiorum collectaneis, mandatarium aduersus sceleris mandatorem attestari posse [e]. Hoc & acriùs tuum scelus ostendit quòd primus testis schedulam quandam exhibuit, quam tua manu scriptam agnouisti: schedulam, inquam, nequitiæ tuæ indicem, qua testem admones, vt reminiscatur numerasse te Caluisio mille & ducenta, huiusmodi conclaui? huiusmodi tempore: cur ergò, Iudices, ex tot indicijs non torquetur Attius, ex tot probationibus non condemnatur? in crimine falsi, in quo fit acerrima indagatio [f]: & torturæ quæstionisq; subijcere reos faciliùs, quàm in cæteris delictis latrunculatores solent [g]. Cùm etenim tertius testis aufugerit, & ex lege municipali pro confesso & conuicto habeatur, quid obesse potest, quò minùs firmissimo falsitatis argumento contra Attium probet? Sed & in iudicio, quo iuris solennitates reijciantur (qualia sub nostro quæstore reddun-
tur) participem criminis iustum iudicem esse Corneus existimauit [h].

a Angel. in l. de tormentis. C. de quæst. Cep. consi. xxv. bc. si. de test. co.

c Bar. in l. rep. de quæst.

d c. j. de confes.

e Alexã. consil. ixxxvij. in v. vol. Hip. in l. j. §. diuus. de quæstio.

f l. iubemus. C. de probat.

g Curt. consil. lxxiij. in fin.

h Cor. consil. cxlj. in iij. volum.

PRAGMATICVS.

ALBVCIVS AVRELIVS. In actis hæc animaduertere est. Incidens testis audiuisse ab Afro refert, Caluisium illi promisisse, si præstitum testimonium reuocasset, se alieni æris indemnem eum facturum. Attius instruxisse eos testes pernegat: nec recordari schedulam cuiquam eorum dedisse. eam vbi legit, non diffitetur se Afro dedisse, sed vt existimat, iam præstito testimonio, vt si repetereturmemoria non excideret, non tamen recordari. Lecta iterum schedula, cùm quædam verba contraria obijcerentur, dedisse antequam attestaretur, dixit, à teste dictatam, à se scriptam. Secundus testis Rauidus, primò vera esse, quæ in iudicio ciuili dixerat, asseruit: mox pœnitens profitetur esse falsa: perseuerat in tormentis. Interrogatus, an tertium viderit cum Attio pecunias Caluisio in argentaria numerãtem, etiam in tormentis annuit, sed nesciuisse numerum. Rursus paulò pòst interrogatus, negat, nec vidisse vnquam, nec argentariam Caluisij nosse. Grauissimæ autoritatis duo attestantur Attium probatissimæ vitæ virum, cuius fidem exploratissimam habent, nec hominem esse qui trecenties tanta pecunia falsum committeret.

PATRONI.

BONSIG. HOMODEVS. Falsi quæstio, Iudices, huiusmodi est: vt in primis diligenter animaduertendum sit, is qui defertur, culpatæ sit & reprobatæ vitæ, an verò vir bonus & frugi, qui verisimiliter huiusmodi crimina non machinaretur: idq; maximè in Attio est: quem probatum est optimum esse hominem. At Afer & Rauidus aliter dixerunt. Videamus quantum illis fidei adhibendum sit, quos periuros manifestè cõstat. Huiusmodi, inquit Rom. pont. [k], hominum testimoniũ (cùm periuri sint) aliquatenus non est admittendum: negat constitutio admittendos, ita vt nec indicium aliquod faciant: quod Innocentius & alij adnotarunt,

i Bal. in l. ij. C. de fal.

k c. sicut. de test.

runt, quin & creberrima sententia [a] est, ijs quæ primò dixerint, fidem præstandam: quæ posterius referuntur, repellenda: quoniam à parte subornatos contraxisse lex præsumit. at in iudicio ciuili loquuntur autores: quid tum? ratio legis generalis est, nec facilè differentiam assignaueris, vt aliter in accusationibus existimemus. sed & in proposito casu, inquisitionem iure scribi non posse existimauerim, quam sententiam Fulgosius duobus consilijs [b], & nouo responso Decius probant [c]. HIERONYMVS ARCHINTVS. Attium omnino absoluendum præterea crediderim, quoniam vt de falso quisquam condemnetur, necessarium est, quæ à testib. dicta sunt, esse falsa. Fateamur Rauidum nihil scire, an idcirco sequitur, Attio Caluisium quantitatem eam non debere? minimè verò. Puniri itaq; lege Cornelia Attius nõ debet: sed de temeritate leui pœna, q̃ verum debitum exigere per testes veritatis non conscios affectauerit: & id integro consilio tuetur Ancharanus [d]: deberi q̃ppe sibi mille & CC. Attius quoq; ꝓbauit regij quæstoris rationibus, quæ plenissimã fidẽ iure ciuili faciunt. Sed & vt hæc argumenta missa faciã, ostendo non solũ non condemnari, sed nec plecti eũ posse: cum peruersi hi testes dubio procul cõscij sint criminis, quos indiciũ quæstioni non facere oẽs censuerũt, Suzarius, Augustinus, Ariminensis [e], tum alij: cæterum inquisitioni sufficientem coniecturam ex eorũ attestationibus solùm oriri. AND. RVBERTVS. Quod verũ opinor in aliorũ delictorum conscijs: verùm periuros nec ad inquirendum satis esse, vt Fulgosius & Decius tradunt [f]: deficit quippe in his & cardo omnis, & fundamẽtum testimonij, videlicet fides ipsa. Cùm igitur constet eos fide carere, quid hisce viris credamus? Possunt aliqui esse homicidæ, possunt esse sicarij, esse latrones, fidem tamen seruabunt: quapropter nõ omnino derogat eorũ testimonio lex, sed quę dicũt, nõ prorsus falsa cõiectat, inquirijq; propterea permittit: ast ei quẽ euidentissimè cõstat periurum esse, qui propria cõfessione huiusmodi criminis reus est, quantũ fidei adhibeat? nihil sanè. VALTERIVS CORBETES. Eos qui iuris infamia notant, tametsi quæstioni subditos, nullã tamen p̃stito testimonio, ꝓbationẽ facere constat: vt nec cõfici quicq̃ torturæ sufficiens posit [g]. At Afrum ego & Rauidũ infamiæ notã ciuili lege sustinere nõ dubitauerim, quando quidẽ in hoc consentiũt autores quãuis piurus simpliciter de facto tantũ noteť, eiusq; existimatio apud graues viros tantũ deprimat [h]: cùm tamẽ q̃squã ex peieratione in deos atq; homines cõmittit, veluti si aliq̃d inde detrimentũ homines patiantur (q̃ in ꝓposito casu est) tũ & iuris nota affligi. tradiditq; id Ioannes Lenianus, & recentiores quidã [i]. Vt parum Attio obesse possit, q̃d in tormentis deploratissimi testes pseuerarint: quandoquidẽ nec tũ eis creditũ. siquidem legalis disciplinæ signifer Bar. [k], tum Aretinus, & alij [l], quamuis testimagis credi ꝓfiteantur, cùm in tormentis secundò confitetur: si tamẽ de se & de alio interrogeť, primum dictũ extra tormenta efficacius secũdo esse malunt. Sed & idem Bartolus [m], post publicatas attestationes, non ideo magis credi q̃niam plectatur, autor est, cùm & verisimilia sint, quæ prius dixerunt [n]. NICOLAVS BERALDVS. Annotasse memini, si in eadem depositione testis aliq̃d neget, dein tortus fateať, posteriori dicto fidẽ p̃stari: alioq; semper prius testimoniũ prævalere. Videmusq; id quotidie, cũ quæstor capitalis maleficum capit: quẽ si viderit in negatione perseuerantem, per equuleum extorquere veritatem solet. Igit non puto Afri & Rauidi tormẽta duriorem causam Attio facere. At fidem eorum semel approbauit Attius, amplius reprobare non debeť: approbauit quidem, cum adhuc bonæ existimationis essent: non etiam approbaturus est, cũ periuri, scelesti, fœdifragi, improbi facti sunt. an nescis, q̃ de nouo emergunt, nouis indigere remedijs? FRANCISCVS REINA. Obijcis decretalem epistolam [o], tanquã eius legis aut mente, aut verbis offendamur, cùm tamen neutrum obsit, cùm verba & mens legis priusquam attestantur cõspiratores, absolui eos à iuramento velit, nonne ostendit periuros, quales Afer & Rauidus sunt, nõ admittiť? qd præterea cõmune habet quæstio falsi eum conspirationeť: conspiratio enim solùm ab his qui in ea deducunt nomẽ, agnosci solet. quamobrem ne veritas in obscuro sit, & conscij sceleris admit-

a c. cum in tit. per Moder. de testi.

b Fulg. consil. clxxiij. cvij.

c Deci. consil. clxxxix.

d Anch. consil. xxiiij.

e In tract. malefi. Ang. in verb. fama.

f Cons. clxxxvij.

g Bar. in l. mari tus. de quæ.

h Iaso. in l. j. C. de sacrosecc.

i Pet. in c. testimoniũ. de testi.

k Dec. clxxxix.

l Bart. in l. j. §. quæstio. de quæstio.

m Bart. in l. sed & si negauerit. §. pe. de adult.

n Socin. consil. cclij.

o c. fin. de test. cog.

admittuntur. Falsum aliter probari quàm ex participum testimonio, regulariter potest: quippe constitutionem eam sibi locum non vendicare, plurimorum consensu traditur, cùm delictum huiusmodi est, quod generaliter per alios probari potuisset [a], quamuis eo casu quo agitur, non possit. Quid item, si dixerimus speciali iure illud statutum esse in conspirationibus [b]: cùm in crimine læsæ maiestatis constet singulari iure concessum, vt de conscleratis interrogari quilibet reus possit: coniurare autem in Archiepiscopum, species perduellionis est [c]. Obijcis & quod Baldus [d] alijq; tradiderunt, posse aliquem corruptum testem aduersus corrumpentem attestari: quod vtiq; fateor, & summa veritate nititur, dum non accipiamus periurum hunc esse, quid enim si Titio centum dem, vt testimonium verum perhibeat: nonne de huiusmodi corruptela testari poterit: quid item, si vt falsum dicat: nonne antequam dicat admittetur [e]: Sed & quæ de Bar. sumpta affers, parum nos vrgent, asserit quippe Bar. in delictis quæ dicentis commodum principaliter respiciunt, interrogari de conscijs posse concedamus hoc, cum præsertim nõ sequatur, vt idcirco coniectemus ad torturam. Ex hac enim interrogatione inquiri solùm potest, non plecti conscius, quod consilio quodam Cornæus explicat [f]. Quamuis nec; nostrum casum Bartoli scripta attingere opinor, cùm Afer & Rauidus in sui commodum principaliter non deliquerint, sed ob vtilitatem Attij. Verum & probare possem, eam Bartoli sententiam communi interpretum calculo non probari, sed eã quam Azo [g], Accursius, Archidiaconus, cum innumeris alijs secuti sunt: & ni huius operis ratio à tot autorum nomenclatura abhorreret, idipsum profectò ostenderem. Cæterum & quòd mandatarium admitti aduersus mandantem allegas, verum affirmauerim, cùm rem mandatam non executus est: alioquin repellitur, quia conscleratus, vt Baldus, & Hippolytus autumãt [h]. IOANNES PYRRHVS. adducitur tanquam quæstionis omnis præiudicium, quod scripserit Attius notulam, qua instruit Afrum, subornatq; dicendo testimonio, adducitur quòd inconstans, & varius Attius, nunc se non meminisse, nunc recordari quidem, sed dixisse posteaquam testatum sit dicat, nunc antea: quæ inconstantia, & titubatio expressum dolum arguit, præsertim cùm ex Baldo constet, eum qui se oblitum fatetur eius, quod sit verisimile non excidisse memoria, plecti posse [i]. Sed audite quæso quid respondeam, quemadmodum dubio procul innocentem virum tuear. Et sciendum illud in primis est, aliud esse testem instruere, aliud μνημόσυνον seu chartulam aliquam memoriæ causa præstare. Illud prohibetur, hoc conceditur [k]: quia qua ratione capitula producimus, vt dicta testium coërceantur, vt quæ ad rem nõ faciunt, explodantur: eadem & huiusmodi monumenta possumus dare: nemo est qui hoc abnuat, sed & testis qui dixit se non recordari, deinde affirmauit, vel negauit, non idcirco mendax est, aut inconstans, cum memoria plerunq; fragilis sit, & hodie meminisse possim, quod heri exciderat, vt autore Bartolo, quamplurimi tradiderunt. verisimile enim est, oblitum fuisse Attium eius quod ante biennium scripserat, præsertim cùm error in tempore perquàm probabilis sit, vt Innocen. & Baldus [l] asserunt. Nam & Attius non admodum fidæ memoriæ est, qui quandoq; etiam longè maioris ponderis negotiorum sit oblitus. At facilius in falsi crimine tormenta decernuntur, quàm in cæteris: Nego hoc, & crebriorem esse repugnantium sententiam affirmo: solumq; facilius in carcerem reum deduci, cum Decio [m] magis sentio.

[a] Iaſ. in d. l. j. in fin.
[b] gl. in l. rep. ſ. alleg.
[c] l. j. ad leg. Iul. maieſt.
[d] Bal. conſ. xcij.
[e] Iaſ. in l. j. ff. de condit. ob turp. cau.
[f] Conſil. lviij. in j. in fin.
[g] Glo. in l. ſi. C. de accuſ.
[h] Hipp. in d. l. j. §. duuus.
[i] Bal. in d. l. presbyteri. C. de epiſ. & cle.
[k] Fel. in c. præterea. de teſtib. cog.
[l] in d. l. presbyteri.
[m] Dec. conſil. clxxxix. & in c. porrecta. de conſtr. vtil.

ANACEPHALÆOSIS.

HIERONYMVS LVRANVS. Eò redactum negotium intelligo Iudices, vt adseueret aduersarius idcirco plectendum Attium: quoniam prꝛterquam quòd à conscijs reus delatus est, adsunt etiam adminicula quædam: quale illud est, quod ex ipsa schedula deprehenditur: quamuis enim probationem non faciat, coniecturam tamen non modicam inde colligi existimandum esse. A qua sententia tantum absum, quàm qui maximè: quinimò fortioribus, & probabilibus magis argumentis vti Attium ex actis quoq; ostenditur. Probatum est, hominem hunc haud

haud huiusmodi, qui falsum committeret: demonstratum est ex publicis rationibus, verum creditorem esse. qualiquali probatione constat Afrum pecunia redemptum contraria iurasse, vt ipso iure falsitas lege Cornelia præsumatur. Rauidus in criminali quoque iudicio, semel quæ in ciuili dixerat, vera esse attestatur: idem vbi negauit, vidisse eum quidem pecunias, numerantem adfirmat, cæterum nescisse quantitatem, quæ res maximè Attium iuuat. Idem pugnantia rursus enarrãs, nosse Caluisij argentariam nunc in tormentis adfirmat, nũc negat. Sed & hi testes singulares sunt, & de diuersa summa attestantur, vt indicium planè non faciant: omni enim exceptione maiores hoc casu lex requirit, non improbissimos & sceleſtos, periurosq;. nec quicquam numero adiuuantur, cùm in criminalibus, & paulò grauioribus causis, tam nullam fidem vnus testis reprobus faciat [a], quantum mille. Quapropter iudicis officium aliter exercendum cum Baldo [b] opinor, quàm vt Attium absoluat. Nam quid de tertij testis fuga dicam: cui ipse Caluisius cùm impetrare non posset vt testationem reuocaret, suasit vt solum verteret. Non itaq; Attio eius fuga [c], sed Caluisio ipsi obesse debet. Non est ergo cur dubitandum sit Attium absoluendum, si legem sequi quæstor velit: liberum quippe eius arbitrium, principis duplomate hac in causa secundum iuris æquitatem redigitur: vt minimè Cornæi [d] illud responsum (alioquin etiam falsum [e]) nobis obsit.

[a] Bald. in cap. ad noſtrã. Dec. in c. licet. de probat.
[b] In l. ſi filium. C. de lib. cauſ.
[c] Bart. in l. eius qui. ff. de iure fiſci.
[d] Cor. conſil. ccxli. in iiij.
[e] Bar. in c. teſtimoniũ. de teſti.

AN-

Andreas Alciatus Galeacio Vicecomiti.

V. C. & Eq. S. P. D.

Historia.

MAxima semper apud veteres fuit historiæ auctoritas, eoque omnibus temporibus in honore habita, vt cùm plurima variarum rerum studia & quidem nobilissima haberentur, rerum tamen gestarum scriptores semper primas partes sibi vendicarent. Prosit corporibus medicina, publicè interfit plurimos esse Iurisconsultos, summo se in fastigio positos credant philosophi, de gradu deijci non sinat se militaris gloria, cedunt hæc tamen cessereque omnia historiæ auctoribus: cumque nulla non artium aliquo tempore malè audiuerit, solam hanc professionem extra aleam esse, semper existimatum est. Eiecti vrbe Roma pluries philosophi, & rhetores fuere, senatusconsultis quoque diffamati mathematici, nec medici nisi post sexcentesimum & eo amplius annum conditæ vrbis admissi, cum tamen interim (n. Piso, Fab. Pictor, cæterique annalium scriptores summam dignitatem nanciscerentur. Si enim id genus professores cur tantopere suis studijs incumbant, diligenter animaduerterimus, non aliud certè causæ erit, quàm pecuniæ cupiditas. Quid enim æs medicis parat, nisi abominatione dignissimus morbus, malique aliqua lues? quid militibus, nisi humani generis discordia, rapacitasque? quid aliud nostrorum temporum philosophia respicit? at sola gloriæ cupiditate scribitur historia, non mercenario obnoxia stipendio, sed quæ sola sibijpsi pulcherrimum præmium sit. Hinc non à vilissimo quoque tentata, sed in principum ferè & illustrium virorum exercitamentis fuit: vt Cæsarem Augustumque mittamus, Claudiæ gentis Imperatores vel à se, vel à potentissimis quondam populis gestas res, commentarijs suis componere minimè dedignati sunt. Patrum quoque nostrorum memoria Turcarum regis frater Zyzymus gentis suæ fortia facta, tametsi exul & maximis oppressus curis, complexus est: exemplo fortasse Thucididis existimauit, qui cum magnorum exercituum ductor relegatus esset, fore vt historiæ scriptor reuocaretur. Sicut enim militaris ars plerunque suis legionibus tribunisque pernicioſa est, quæ videlicet lubrico fortunæ ictui subiaceat: ita omnibus vtilis historia firmissimo pedamento nititur: quippe quæ omnia moralibus in disciplinis à prudentioribus disputata ante oculos proponit, & quæ simplici admonitione ab illis sint tradita, facta esse exemplis docet, vt quantò magis humanam mentem exempla præceptis mouent, tantò philosophiæ ipsa præcellat. Exploratissimum id habuere veteres: quapropter non alia ratione Saturnum colentes, in templorum eius iamuis Tritonum imagunculas statuebant, quàm vt ab eo cœpisse historiam, æternitatemque illis debere deos osteuderent, quorum præconio fuissent celebrati: vt meritò non parum Plinij Secundi sententiam damnandam opiner, potiorem historia Astronomiæ curam existimantis, cùm puræ putæ ea sit superstitionis ars, incertaq; & plerunque falsa, quæ solis curiosorum auribus feliciter excipiatur: cùm contrà bonorum ingentibus præmijs, legum in scelestos digna seueritate, bene beatéque viuendi exemplis, historiæ lectione admoneamur: quæ sola profectò certissima philosophia videtur nobis esse. Adde quòd etiam tantum ex se iucunda est, lectorisque gratiam sic aucupatur, vt quoquo modo scripta sit, lectio eius plurimum delectet: & sicut facta dictis priora sunt, ita res ipsas summa auiditate vt plurimum percurrimus, verborumq; & structuræ rationem in postremis ducendam arbitramur. Quapropter qui ornatissimis verbis dissidentes veritati res prosequuti sunt, sophistarum infami nomine dignos tantum diiudico: quorum nemini non celebratus Herodotus, quem historiæ, si dijs placet, parentem vocant, princeps est. Sequitur Diodorus, Philinus, Aristides, aliique plures, in quibus veritatem desideres, elegantiam dicendi non requiras. Grauiores Latini sunt, magisque synceri animi: idq; potissimum in eis deprendas, quò politiore stylo maioréque doctrina sunt, eò etiam veriora prodidisse: quod omnium consensus ostendit, easdem res posteris tradentium. Qua tamen in re vt cæterorum laudi detrahere nihil ausim, ita Cornelium Tacitum nulli cedere constanter adfirmauero. Non probet in Liuio Patauinitatem Asinius, exprobret Crispo mendicata de antiquarijs vocabula Lenæus, defendat Iuly Cæsaris breuitatem titulus operis, notent incuriæ Trogum, eiusdemq; semper coloris. Q. Curtium critici, Tacito certè nihil horum sine cauillo obieceris. certat sermonis grauitas cum elegantia, mauultq; aliqua animo lectoris cogitanda relinquere, quàm longis eum narrationibus oneratum dimittere. qua ratione fit, vt tametsi delicatioris stomachi

Philosophi. Rhetores. Mathematici. Medici.

Principes, alijq; viri illustres historia scribenda se exercuerunt.

Zyzymus Turca.

Astronomia.

Cor. Tacitus.

machi lectorem eius nunquam satietas capiat, cùm huiusmodi viris etiam lactea Liuij vbertas plerunque fastidio sit: vt sicut illi non nisi inepte aliquid addideris, ita huic non nisi temerè quicquam detraxeris. Sed grauior Tacitus, inflaturq; magis, siue quòd rerum dignitas hoc expostulet, siue quòd sub Vespasiani id dicendi genus magis placuerit. At Liuio, Crispoq; vti ætate maioribus, ita etiam dignatione cedere Tacitum vt æquum ducam, illud certè recti iudicij nemo diffitebitur, longè lectu digniora esse, quæ hic scripserit. Bella, tribunitiæ seditiones, armorum strepitus, optimatum conspirationes, minimum ad bonos mores exemplo conducunt, quamuis et hæc quoq; Tacitus exequatur: at senatorum varias sententias, ingentes quorundam etiam instante fato spiritus, rerum gestarum consilia, principum varios motus, & pacis tempore necessarias artes, apud alios non æque offendas. Sed & nobis præ Tatico sordescet Liuius, cùm ille clarorum virorum exemplo plurimis nos præceptis instructos dimittit, quemadmodum in caput auctorum scelera vertantur, quantum nominis ex constantia animiq; fortitudine nobis quæramus, quàm cautè cum malis principibus agendum, quàm modestos cum omnibus esse conueniat: nisi magis mortalibus prodesse longas prodigiorũ narrationes aliquis credat, procuratáq; à Pontificibus portenta: tum fusius explicatos annuos magistratus, quorum nomenclatura vel diem dicendo eximere quis posset. Eò temeritatis progredi nequaquam ausim, tantum virum vel in leuissima re vt damnare velim: sed cùm vtrunq; summopere & probem & admirer, alterius tamen in delectu iudicium præpono. Meritò igitur tanti à P. Annio Tacito Imperatore habitus est, vt eius effigiem omnibus in bibliothecis poni edicto mandauerit, librosq; tanta cura adseruari, vt singulis annis decuriones ciuitatum eius historiam describendam nouis exemplaribus curare iussi sint, in publicisq; archiuis seruare, ne aliquo vnquam tempore deperiret. Quanquam tantùm boni inuidentibus humano generi satis, magna quoq; pars etiamnum desideretur, essetq; adhuc ἀνέφελος Tacitus, nisi Christiani orbi Maxim. Pontifex Leo x. priores quinq; libros de barbaris redemptos, postliminio vt tandem reuerterentur effecisset: quo nomine tantum illi studiosi omnes debent, quantum parenti eius Laurentio bonæ literæ, qui eas ferè solus in Italia à cæteris desertas curauit, sustinuit, tutatus est. Cæterùm & quamuis à doctissimis viris emendata volumina in lucem venerant, subterfugerunt tamen eorum limam errata quædam, quæ accuratum lectorem meritò possent remorari. Erant & aliqua, quæ tametsi castigatione non indigerent, propria tamen obscuritate studiosis incognita, operam nostram desiderare potuissent. Ea omnia, vt tibi doctissime nobilissimeq; eques Galeaci morem gererem, in arctissimum libellum collecta, ad te eo animo destinaui, vt mei erga te amoris perpetuum monumentum essent: cùm enim affinitate iungamur, cùm & Græcis Latinisq; literis pari cura operam dederimus, cùm & tu mihi studiorum hortator, impulsorq; extiteris, ingratissimus certè essem, nisi singulari te quodam amore prosequerer. Qua ratione etiam de me impetrare id potes, vt supra vires nihil non aggredi te auriga moderatoreq; non dubitem. Quamuis enim noui exempli esse penes nostrates viros cognoscerem, vt Iurisconsultus etiam historicos pertractaret, tua tamen autoritas præualuit, præsertim quòd in hoc veteres me imitaturum tu quoq; asserebas, quorum Modestinus etiam periochen in Vergilium composuit, idemq; Græcè dissertauit. Antistius quoq; Labeo non iuris scientiæ solùm, sed & alijs studijs tantum operæ dedit, vt in eis etiam peritissimus haberetur: quo in albo & Seruium Sulpitium oratorem celeberrimum eruditi omnes ponunt, Iabolenumque: quorum responsis ceu gemmulis Digestorum libri creberrimè respersuntur. Iure igitur clientibus horulas paucas subtraxi, succisiuisq; temporibus quantum per frequentes aduocationum occupationes licuit, in amœnæ hæc Taciti vireta diuerti, tum animi causa, tum vt id quantulumcunq; officij est, eius memoriæ impenderem, quò clarior intellectuque facilior per docta hominum ora volitaret. Qua in re si tibi satisfacio, summum desiderij mei fructum fero: sin minus, quod tute intristi, tibi, vt in prouerbio, exedendum est, qui me ad intermissa grauioribus negotijs studia paulisper regredi coegisti, in quibus id potuerim, quod canis in balneo. Vale.

Vtilis Taciti lectio.

ZZZZ

ANDREAE ALCIATI IVRIS-CONS. MEDIOLANEN. IN P. CORNELIVM TACITVM ANnotationes.

EX LIBRO PRIMO.

Alias ccccxxxv. LEGATA NON *vltra ciuilem modum, nisi quod populo & plebi* CCCCLXXXV. †Præscriptos hosce numeros Tranquillus quadringẽties, item tricies quinquies significare ostendit. Subaudiuntur autem ex consuetudine loquẽ A di centena millia, quod infrà ex Liuio demõstraturus sum. Extant adhuc argentea numismata cũ denarij nota x. quorum octo vnam vnciam pendunt, vt inde constet nostris asibus nouem valuisse denarium: hincq; numi quoque valorem cognoscamus, quorum quatuor denarius complectitur. Idem autem est numus quod sestertius æris. at mille numis argenti sestertium neutro genere æstimatur: qua ratione vigintiquinque co- (Numus.) ronatos nostros æquabit. Igitur quadringenties B centena millia numorum, quadringenties centena sestertiorum argenteorum sunt, hoc est, monetæ nostræ coronatorum decies centena millia. quibus si addas tricies quinquies, hoc est, octagies septies millies coronatorum cum quingẽtis, totum legatum quod Tacitus coniunctim, Tranquillus separatim retulit, confeceris: & cum tribus Pop. Rom. xxxv. essent, sequitur centena sestertia vnicuiq; legata.

Denis in diem aßibus animam & corpus æstimari. Ostẽ- C dit hic locus denarium decem asses æris esse, q. diurnum stipendium erat militi: quam summam etiam Germani pedites impræsentiarum accipiunt, treis videlicet coronatos singulis mẽsibus, hoc est, Imperatorias libras xiii. asses x.

Germanicus agendo Galliarum censui intentus. Quę regiones ius ciuitatis Romanę non habebant, grauioribus tributis vexabantur: censuali enim lege profiteri cogebãtur, quot capita essent in qua- D libet familia, quot iugera terræ, quot seruos quis haberet. sed & de lacubus piscatorijs census soluendus erat Vlpiano Pauloque Iureconsul. Vt hinc simpliciter accipiendus non sit census, cùm numerus ciuium defertur, vnde agnosci posit qui militiæ nomina dare debeant. Hinc censiti, & censitores dicti.

Batyllus. *Dum Mecœnati obtemperat effuso in amorem Batylli.* Fuisse hunc histrionem, ostendit quoque Iuuen. *Molli saltante Batyllo.* Horatius à Mecœnate dilectũ E quoque est auctor dum ad Anacreontis puerum, cui statuam erexit Polycrates Samius, etiam Apuleio id prodente, videtur allusisse:

Non aliter Samia dicunt arsisse Batyllo.
Anacreonta Teium.

Subsequiturq; ad Mecœnatem scribens:

Vreris ipse miser.

Bacelus. Tranq. auctor est Augustum pro stulto Baceolũ dixisse. ipse Bacelum probo, quòd βάκηλος eunuchus fuerit, procerus quidem statura, sed insipi- Batalus. ens, vt in prouerbium cesserit Suidæ. Sed & Batalus odiosus quidam alius & turpis eodem autore fuit, de quo alij multa: hinc Vergilius,

Batale cygneas repetamus carmine voces.

Quas dictiones hîc congessi, vt Acronis Porphyrionisq; in Horatiũ Sabellici in Tranq. incuriam detegerem.

Aquilæ figi limosa humo non poterant Dion loculum paruum esse tradit, in quo aquila aurea collocetur: eum longissimo conto præfixum in exercitu à signiferis gestari: qui, vt faciliùs impingi terræ posit, in acutam cuspidem desineret.

Orantibus Florentinis ne Clanis solito alueo, &c. Fesulam, quam φαισύλαν Theon appellat, ex Hiadibus vnam Fesulæ ciuitati nomen dedisse, recentiores scripsere. ea à Gothis diruta, concessisse ciues in proximam planiciem, & vrbem habuisse, quæ à flore sibi Caroli Magni munificentia pro insignijs donato, nomen Florentiæ sumpserit: quæ falsa esse nedum hic Taciti locus, sed & alij auctores ostendunt. Procopius à Totyla non potuisse expugnari auctor est. Sed & in fragmentis Frontini de colonijs ita legitur: C. Cæs. & Anton. & Lepid. IIIVIR. colonia Florentina deducta à III Florentia. viris. adsignata L. Iulia centuriæ Cæsarianæ in iugera CC. per cardines & decumanos termini rotũdi pedales distant à se in pedes CCCC. Meminit & Ptolemęus, vt dubio procul antiquam nobilemque coloniam extitisse credendum sit, Frãcorum beneficio minimè conditam. celebrat eã & Plin. lib. XIIII. cap. III. & in scholis Græcis φλουέντια. quapropter helleboro indigere arbitror qui Fluentiam dicunt.

EX LIBRO II.

Tertia fermè vigilia insultatum est castris. Hoc est, à sexta hora noctis. Suidas in dictione προφυλακὴν quatuor esse vigilias seu φυλακὰς tradit in nocte, quarum vnaquæq; treis horas habet. de his Vergilius: Et noctem custodia ducit.

Ne vestis serica viros fœdaret. Maximi pretij fuisse Serica. hanc vestem, illud argumento est, quòd Alexan. Imp. nunquam holosericam induit. Procopius ex Indis Romanos mercatores sericum emere solitos tradit, vnde vestis conficiatur, quę olim Me Medica. dica dicebatur. Celebratur & à Paulo Iuriscõsulto νῆμα σηρικὸν tanquam Indica species. Arcadij principis constitutione sericobaptæ vsus priuatis hominibus prohibitus est, vt ferè suspicer sericas vestes non esse quibus vulgò vtimur.

Libero Liberæq; & Cereri ædes dedicauit. Pro Libera Proserpinam accipiendam arbitror. Diodorus in iiij. auctor est, ex Ioue Cererem, Liberum genuisse. In antiquis spectationibus legitur huiusmodi epitaphium:

FAB. ACCONIAE PAVLINAE C. F. ACONII CATVLINI V. C. EX PRAEF. CONS. ORD. VXORI VECTI PRAETEXTATI V. C. PRAE. ET CONS. DES. SACRATAE APVD ELEVSINAM DEO BACCHO CERERI ET CORAE SACRATAE APVD LAERNAM, DEO LIBERO CERERI ET CORAE SACRATAE APVD AEGINAM, DEABVS TAVROBOLIAE ET HIEROPHANTRIAE.

[Augustinus † tamen de ciuitate Dei, ostendit Liberam dictam esse Ariadnam, quod & magis quadrat.] (In alijs exemplaribus his notis [] inclusa desiderantur.)

In conuiuio coronæ aureæ magno pondere, &c. Solebãt antiqui

antiqui in compotationibus coronas gestare, vt est apud Aristophanem in equitibus, vt poëta, ὥσπερ (ait) κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς. inuehitur enim in Cratinum tanquam ebrium & insanientem. meminit & Diogenianus. vnde Plauti carmen in Pseud. Quid ego video? cum corona ebrium Pseudolum tuum. mentio est etiam Athenæo, & alijs auctoribus.

Et cupere renouari dextras. Tacitus xviij. ostendit dextras concordię signa vltro citroque destinari A ab exercitibus solitas.

Rampsen Aegyptiorum regem. Fuisse hũc in ordine xviij. Hieronymus & Eusebius autores sunt. cæterùm regẽ illius regionis inenarrabilem ferè opulentiam eo coniectari est quod Suidas tradit, idcirco memoratu dignum, quoniam Christianę veritatis dogma summopere adiuuat. fuisse enĩ Aegypti regem Thulem (corruptè Thuris legitũ apud Eusebium) qui vsque ad Oceanum dominatus sit, nomenq; insulę Thyle dederit: hic cum B Serapidis oraculum adiuisset, inter cætera rogauit, num quisquam esset, vel futurus foret se potentior. cui respondit oraculum:

Πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
Σύμφυτα δὲ τρία, πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

Est Deus in primis, mox verbum, & spiritus ipse:
Iuncta simul tria sunt, sed conuenientia in vnum.

Dominus. *Acerbè increpuit Tiberius eos, qui ipsum dominum dixerant.* Tametsi appellatio hæc priscis temporibus vti nimis superba, principibus non adderetur, suadente tamen fœda adulatione tandem quoq; recepta, mox etiam in priuatos trãsijt. notum est illud Martialis: Edictum domini deiq; nostri. & Plinij in epist. ad Traianum, vocem hanc identidem ingerentis. Sed & Seneca ad Lucil. Quomodo obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. Martialis quoq; rursus:

Cùm te non nossem, dominum, regemq; vocabam.

Sed nemo certè felicius, nemo elegantius Græcꝗ poëta Pallada, hoc tetrastico:

ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ αὐθὺς ἔγραψον,
ἢν δ' αὖ μήτι λάβῃ, τὸ φράτερ ἄπε μόνον.
ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμινα.

Negat poëta velle se dominum salutari, quia nõ habet quod det assentatori hoc modo eum salutanti. Ludit autem similitudine nominis δόμινε & δόμινα.

Atq; illo prætendente sexaginta dies ad consultandum datos, &c. Crimen adulterij ex lege Iulia publici iudicij est: expectantur autem sexaginta dies, quibus maritus in accusatione præfertur: quid si interim neglexerit, adulterę pater admittitur, hinc alij, Iuriscõsultis auctoribus. maritus autem, qui matrimonium suum ita cõtemnit, vt adulteram vxorem non accuset, lege Iulia tenetur Vlpiano.

EX LIBRO III.

Lex Papia. *Pòst lex Papia Poppæa, quam senior August. incitandis cœlibum pœnis et augendo ærario sanxerat.* Plura sunt capita legis Papiæ: inter cætera vno cauebatur, vt qui coniuges filios non haberent, quod alter alteri legasset, decuma parte fisco applicaret. Hinc apud Iuuenalem: Iura parẽtis habes, propter me scriberis hæres, Legatum omne capis. debere enim sibi maritum adulter ait, quòd filios suo beneficio de vxore gignat: quam ob rem totum legatũ assequitur, quod alioquin ex lege Papia decima parte fisc. accepisset: vt mira sit in illud carmen lex interpretum negligentia. Rescriptum autem deinde est à diuis Cæss. Arcadio & Hono-

rio in hæc verba: Inter virum & vxorem rationẽ cessare ex lege Papia decimarum, & quamuis nõ interueniant liberi, ex suis quoq; eos solidum capere testamentis (nisi fortasse lex alia minuerit derelicta) decernimus. tãtum igitur post hæc maritus vel vxor sibi inuicem derelinquant, quantũ superstitis amor exegerit. est autem hæc lex titulo de infirmandis pœnis cœlibatus, qui locus Dispunctionum libro tertio à nobis planè diffusiore tractatu explicatus est.

Vti Dianæ Leucophryenæ perfugium inuiolabile foret. Fuisse huius deę hoc cognomento aram Athenis quoque, auctor est Pausanias, cui à Themistoclis filijs dedicata statuã fuerit. Sed fani quod in magnetibus sit pulchritudinem amplitudinemque Strabo in xiiij. exequitur.

EX LIBRO IIII.

Confarreati. *Nam patritios confarreatis parentibus genitos.* Legitima matrimonia ab antiquis ità celebrabantur, vt farreum libum communicarent & degustarent. Festus & Boëthius auctores. Apuleius quoque, Talis, inquit, mulieris publicitus matrimonium confarreaturus. meminit & Dionysius Halycarnasseus.

Celium appellitatum à Cele Vibenna, &c. Querquetulanam portam à querquetis dictam, etiam Festus scribit. Cęterum hic locus sic fortasse emendabitur: Cælium appellitatum à Cæle Vibenna, qui dux gentis Hetruscæ cum auxilium aduersus Sa- C binos præbuisset, sedem eam acceperat à Tarquinio. cum Sabinis enim tunc belligeratum Festus quoq; scribit & Dionysius.

Cæsar solennia incipientis anni Cal. Ianua. epistola precatus. Caius de verborum significatione: Post diem, inquit, tertiũ Calen. Ianuariarum vota pro salute principis suscipiuntur. meminit huius rei & Plinius Cæcilius ad Traianum.

EX LIBRO V.

Sacrificantibus cùm hic more Romano suo vetaurilia da- D *ret.* Corruptus locus est, vt reponendum suspicer Solitaurilia. Sunt hæc sacrificia quibus tres di- Solitaurilia. uersæ hostiæ immolantur, taurus, aries, verres: sic dicta, q. integri corporis hæc animalia sint. Solum, Osca lingua totum significat. Festus. hinc solopychium Catullo. Erunt fortasse quibus nihil immutandum videbitur, vt vox sit composita à sue, oue, & tauro: sed certè nimis insolens est compositio.

EX LIBRO XI.

Cognita præuaricatione. Præuaricator dicitur, qui E cum reo colludit. Marcellus ad S.C. Turpil. Ac- Præuaricator. cusatorum, inquit, temeritas tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricãtur, aut tergiuersantur. calumniari, est falsa crimina intendere. præuaricari, est vera crimina abscondere. tergiuersatur qui in vniuersum ab accusatione desistit. (Calumniari. Præuaricari. Tergiuersari.)

CCCC. numorum millibus. Hæc summa nostro ære F decem millibus ducatorum valet: quandoquidẽ illud constat, mille nummis sestertium argenti æstimari: esse autem sestertium libras duas & semissem, hoc est, vncias argenti xxx. quæ plus minus xxv. nostros coronatos æquant pretio.

Lex Titia. *Legem Titiam flagitant.* Hac lege tenebantur aduocati qui mercenariam clientibus operam prestabant. Inuehitur Ausonius in mollitiem Iurisconsulti, eumque deridet, quòd legem Titiam non metueret: quòd enim indoctus erat, nihil lucrabatur.

Vſque ad decẽ ſeſtertia. Iuriſconſulti tradunt, licere aduocato in ſingulas cauſas pro honorario centum aureos accipere. hanc ſummam eandem cum H-S. X. arbitror, cum centeni numi aureo penſentur, & decem ſeſtertia decem millibus numorum ſeſtertiorum valeant. qua æſtimatione conſequens eſt, æſtimari aureum antiquum vndecim libris, aſsibus quiq; noſtris, hoc eſt, duob⁹ ducatis coronatis cum dimidio.

Præfecturæ. *Proximas præfecturas corripiat.* Varia huiuſce dictionis eſt ſignificatio. Agennius Vrbicus libro de controuerſijs agrorum, præfecturas eos agros dici auctor eſt, qui cùm alterius iuriſdictionis eſſent, principis placito alicui ciuitati aſcribuntur. Sunt & præfecturæ dictæ, munia præfectorum. Auſonius: Præfecturarum titulo tenuêre ſecundo. Sunt enim quatuor dignitatum in iure ciuili ordines, illuſtres, ſpectabiles, clariſsimi, præfectiſsimi. ex his præfecti ſunt ſpectabiles, vt meritò dictum ſit, ſecundum his titulum dari. B Sed & non abſimili ſignificatione in Aſſyrijs & Medis perfecturæ erant: ſic enim vertit Plinius, quas Græci νόμους Herodotus etiam σατραπείας appellauit, vt Laur. Valla infeliciſsimè portiones tranſtulerit.

Curt. Rufus. *De origine Curtij Rufi.* Sunt qui opinentur hiſtoriam rerum ab Alexandro geſtarum huius eſſe qui vulgò Q. Curtius citetur, defenduntque indepræn ſo teſtimonio, obſeruaſſe ſcilicet in antiquis codicibus. Ipſe Angleriæ apud Verbanum, C aram marmoream pluribus ſignis illuſtrem vidi, cum titulo Quinti Curtij ſextumuiri, à quo fuiſſet dedicata.

EX LIBRO XII.

Nomen. *Rogata lex qua in familiam Claudiam & nomen Neronis tranſiret.* Eum adoptionis morem attingit, quæ per arrogationem fiebat: de qua etiam Gellius. Cæterum & hoc nomẽ hîc pro gentili familia accipitur. Cintius, & Cice. in Topicis. Gentiles, inquit, mihi ſunt qui eodem nomine vocãtur. Val. D Maximus auctor eſt, à Q. Metello eiuſdem nominis viros exhęredatos, hoc eſt, agnatos, gentilesque ſuos: vt inde exiſtimem, in tribus Roma. nominibus, vt C. Iulius Cæſar, nomẽ Iulij familiam ſignificare. quo exemplo mihi nomen erit Alciatus, Andreas magis cognomini quadrabit, quàm prænomini, licet nemo non contrarium opinaretur. Sed aliàs latius.

Vectigales agri *Prædationibus & vectigalibus auxerat.* Non hîc accipienda arbitror tributa quæ ob res vrbi inuectas E euectasúe ſoluuntur, ſed potius agros vectigales intelligendum. Scribit Iulius Fronto in opuſculo de limitibus agrorum, ſolitos veteres quos agros de hoſtibus capiebãt, alios veteranis in præmia aſsignare, in alios colonias deducere, quoſdam mancipibus in lõgum tempus locare, vt annuam aliquam mercedem principi darent: hos vectigales dici. Auxerat igitur his regnum Vannius, non tributis aut portorijs, quibus Germanos F nunquam atteri potuiſſe, auctorum conſenſu traditur. In hoc ſenſu vectigalium mentio eſt etiam Iuriſconſultis.

Sicambri. *Sicambri traiecti in Gallias fuere.* In Menapijs conſediſſe, ex auctorum lectione depræn di, vt hi ſint qui nunc Geldrenſes, quaſi Galli Rhenenſes vocentur: Nimagum, Venloëmq; pagos habent, & Vahalem Rheni attingunt.

Agrippinam Imperatore genitam, ſororem & matrem & coniugem eius qui rerum potitus ſit, &c. Si Imperatorem quales erant ante occupatam rempub. accipiamus, non ita magnum erit exemplum: ſi pro principe, falſum: quandoquidem Germanicus Agrippinæ pater dominationem nunquam aſſumpſerit. Igitur ſciendum inter Cæſares & Imperatores & Auguſtos multum interfuiſſe. Cæſares dicti qui Auguſtæ maieſtatis hæredes deſignati eſſent, adminiſtratione rerum illis interdicta, niſi aliquam fortaſſe prouinciam Auguſti iuſſu adminiſtrandam haberent. hinc nulla eis donatiui militibus dandi facultas erat. in comitatu eos ſolùm habebant, quos princeps tribuiſſet. Paulò maior Imperatoris dignitas, qui licet infra Auguſti faſtigium poſitus, eiuſq; arbitrio bella gereret, ſummam tamen poteſtatem in magiſtratus, inque milites habebat, iuſq; illi indicendi belli erat. Solo itaq; Imperatoris nomine decoratus fuit Germanicus, ſicut à Galba Piſo Cæſar ſolum nuncupatus eſt. Cæſarum Imperatorumque creandi poteſtas militibus conceſſa, primum Maximinum poſthabita ſenatus auctorita te milites Auguſtum fecere. Hæc ex Ammiano, Lampridio, & conſtitutionibus.

Cæſares.

Imperatores. Auguſti.

Refertur de pœna fœminarum quæ ſeruis coniungerentur. Senatuſconſultum hoc Claudianum in iure appellatur, cuius quoque mentio in inſtitutionibus.

EX LIBRO XIII.

Regnum luſu ſortientium, euenerat ea ſors Neroni. Iuli⁹ Pollux onomaſticôn nonò, luſum quendã deſcribit, qui βασιλίνδα dicatur, eum ducta ſorte aliquis fit Rex, & is quidpiam difficile miniſtro, qui ſorte pariter obtigerit, imperat. de hoc intellexiſſe Tacitum dubio procul exiſtimo, ſicut & Trogũ in primo.

Quum & duas manumittendi ſpecies inſtitutas. Tradit Tacitus, eos qui vindicta manumiſsi ſint, ex ingratitudine in patronos in ſeruitutem non reuocari: quod ex Conſtanrini Magni conſtitutionẽ falſum ferè conuincitur. Quòd ſi is, inquit, qui noſtro concilio vindicta liberatus eſt, poſt coërcionem pœnitentia dignum ſe præſtiterit vt ei ciuitas Romana reddatur non prius fruatur beneficio libertatis, quàm ſi hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit. l. ſi manumiſſus. C. de lib. & eorum liber.

Ingenuitatis iudicium. quo pronuntiabatur aliquẽ nunquam ſeruiuiſſe, ſed liberis parentibus natũ: is enim propriè ingenuus dicitur Iuriſconſultis, iuxta illud Theognidis:

——φύνται
ὄδ' ἐπιτ' ἐκ δόλης τέκνον ἐλευθέριον.

Seſtertium quadringenties. Subintelligenda ſunt cẽtena millia. Liuius libro quarto. Punici belli: Cũ deeſſent nautæ, COSS. ex S. C. edixerunt, vt qui L. Aemilio & C. Flaminio cenſoribus millib. ęris quinquaginta ipſe aut pater eius cenſus fuiſſet vſq; ad C. millia, aut cui poſtea tanta eſſent facta, nautam vnum cum ſex menſium ſtipendio daret qui ſupra centum millia vſq; ad tercentum millia, tres nautas cum ſtipendio annuo: qui ſupra treſcentos millia vſq; ad decies æris, quinq; nautas: qui ſupra decies, vij. Quibus verbis oſtenditur, decies æris, decies centena millia æris ſignificare: vt hîc non parum mirer, quemadmodum oculatiſsimus vir Budæus præuaricatus ſit.

Factum S. C. vltioni & ſecuritati. Vocatur id in iure ciuili. S. C. Piſonianũ, cuius Paulus meminit Dige. lib. xxix. tit. ad Syllanianum. l. S. C. Piſon.

EX

EX LIBRO XIIII.

Collegia, quæ contra leges inſtituerant diſſoluta. Legem Solonis intelligit, cuius verba Caius refert in tractatu de colleg. illicit. ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερᾶς † ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ συσίτιοι, ἢ ὁμοτάφιοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λέαν † οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅ τι ἂν † τούτων διαθῶνται, πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. *Puteoli ius coloniæ & cognomentum à Nerone adipiſcuntur.* In fragmentis quibuſdam Iulij Frontini de agrorum limitibus & iuriſdict. ita legitur: Puteolis colonia Auguſta. Auguſtus Nero deduxit: ex vno latere iter P.R. debetũr pedum triginta: ager eius in iugerib. veteranis, & tribunis legionarijs eſt adſignatus, cognomentum igitur Auguſtæ acceperat Puteolorum colonia à Nerone.

† ἱερῶν.
† σύνσιτοι.
† λίαν ἐπιοιῶ.

Tabularij. † Tabellarius. *Fabianus tabularius † obſignat.* Hi tabelliones vulgò dicuntur. lege antiqua erant pars decurionũ, & Reipublicæ rationes conficiebant. recentiores Cæſares videntur noua voce hos catolicianos appellaſſe.

Catoliciani.

EX LIBRO XV.

Cæſar nationes alpium maritimarum in ius Latij tranſtulit. Locus hic admonet, vt varia alpium nomina attingam, quando eorum, qui de his ſcripſêre, etiam ex recentioribus, diligẽtiam non ſatis probem. Igitur Alpes Pœninas ipſe eas opinor, per quas ex monte maiore diui Bernardi in vallem Auguſtæ deſcenditur, quæ via noſtro quoque tempore eſt frequens. Graias verò, quibus per eandem Auguſtæ vallem ad montem minorem C ſancti Bernardi acceditur. Sunt & maritimæ ꝙ p eas Hercules iuerit, vbi & Monœci portus eſt, illi ſacer, vt auctor eſt Ammianus lib. xv. Cottias aũt exiſtimauerim ꝙ à Seguſio oppido rectà ad Brigantionẽ ꝑtinent, vbi mons eſt Ienehe, ſic dictus à matronę nomine, quę deinde ꝑceps ruit: tamet ſi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula, Cottias eſſe exiſtiment, in quib⁹ Bobiũ vrbs eſt: ꝙ antiquis auctorib. nõ eſt ꝓbabile. Sed D & Cottias appellatas quandoq; etiã Iulias, non falſo fortaſſe aliqui tradunt, ꝙ in eas ꝑ Tricaſpinos eatur. Belloueſum aũt ꝑ Tricaſpinos in Iulias Alpes veniſſe, Liuius eſt auctor. Sed & nõ malè Iulias Tacitus appellat Alpes, quæ verſus Carnos ſunt, vnde & Iuliũ Carnicũ, & Forum Iulij, quà ex Venetia in Noricum itur. cui ſententię ex recentiorib. adſtipulatᷓ Sabellicus in Aquileien. hiſtoria. Sunt & Rhæticæ alpes, quib. in Rhætos vadimus, quos vulgò Chriſones vocant: incipiũt ab Adya monte (Straboni corruptè legitᷓ nunc Adula, nũc Aduela) id eſt, inacceſſo: vernacula ſimplicitas montẽ Bralium nuncupat in Voltureña, ſeu, vt imperiti, in valle Tellina, & in Venetiã ꝓtenduntur, donec Ocræ ſubeant. Lepõtię adhuc ſeruant nomẽ: ſunt in Suitenſib⁹, quà Claronam ex Bilitionis caſtro rectà tendimus. In Alpibus, quas Cæſar in cõmentarijs Summas appellat, cũ cæteris cõuenio. Sũt inter Sedunos & Veragros, vbi & Octedorus eſt pagus, quẽ ſancti Mauritij vocant. Cæterũ quamuis hęc noſtra ſententia videatᷓ plurimis auctorib. congruere, non arbitror ommittendũ, eſſe etiã ꝙ refragentur, quando Ptolemæus inter Adulã & Ocrã Pœnas alpes collocet. quo in loco eſſe Rhætica iuga ipſe ꝑdidi: verùm ex Plinio illius ſententia confutatᷓ, ꝙ de Graijs & Pœninis in Salaſſos deſcendi tradit. Eſt & adhuc Suitenſibus, ꝙ vulgò eorũ ſermone alpes Grey dicatur mons, quà Friburgũ tendim⁹. Ipſe inter veteres nõ omnino conſtitiſſe harũ nomenclaturã exiſtimo. Nam & Plinius in Lepontijs diſsidere ferè viſus eſt, qui cùm Cottiana iuga Centronib⁹ vicina tradidiſſet, Graijs alpib. aut eaſdẽ aut certè contiguas Leopontias mauult: quod non ꝓbo, cùm longè grauior ſit auctor Cæſar, vnde noſtra ſententia fulcitur, & Plinius nõ adfirmet, ſed aliorum relatione ex etymo innuere videatur.

Alpes Pœnæ.

Graiæ.

Maritimæ.

Cottiæ.

Iuliæ.

Rhæticæ.

Lepontiæ.

Summæ.

EX LIBRO XVI.

Calpurnius Fabatus eques Rom. Fuit hic patria Nouocomenſis, C. Cęcilij Plinij proſocer. eius antiqua memoria adhuc Comi viſitur Iouij Benedicti v. CL. opera, eruto monumento in hæc verba:

C. CALPVRNIVS. L. F. O. V. F. FABATVS VIVIR. IIIIVIR. I. D. PRAEF. M. PRAEF. PRAET. TRIB. LEG. XXI. RAPAC. PRAEF. COHORTIS VII. LVSITAN. ET NATION. GETVLIC. ARSEN. QVAE SVNT IN NVMIDIA FLAM. DIVI AVG. PATRIMON. T. F. I.

Cladem Lugdunenſem quadragies H-S. ſolatus. Aeſtimatur hæc ſumma centum millibus ducatorum noſtræ ætatis.

Ludis ceſticis ab Antenore inſtitutis. Agonas pugilum inſtitutos poſſet quis credere, quando ceſtus manibus inducti appenſo plumbo pugilum inſtrumenta ſint Maroni & Flacco. Cæterum quid ad rem faceret habitus tragicus? niſi immutatam lõgo ſeculo ludorum formam quis crediderit, aut ceſticos dictos quòd habitu mulierum viri in his exercerentur. κεστὸν Veneris veſtem propriè eſſe in ſcholijs Græcis traditur, ſed per abuſum cuiuſcũque mulieris indumentum dici, vt in epigram. ὁ κεστὸ φωνάδος ἀκρώτηρα. Erunt & quibus arridebit vt xyſticos ludos legamus, quod non probo.

EX LIBRO XVII.

Aegyptũ regebat Tib. Alexander eiuſdem nationis. Hunc lacerari ſatyrico carmine crediderim,

Atq; triumphales inter quos auſus habere,
Neſcio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches.

D Euſebius enim libro ſecundo ſacræ hiſtoriæ Arabarchen fuiſſe hunc Alexãdrum ſcripſit: idem & Ioſiphus † in antiq. Iud. xx. lib. apud quẽ Rufinus ineptè Araarchen interpretatᷓ ſalis ꝓfectũ, quaſi ἁλοσάρχην legerit. Extat Impp. Val. Grati. Theod. in hæc verba conſtitutio: Vſurpationem totius licẽtiæ ſubmouemus, circa vectigal Arabarchiæ per Aegyptum atque Auguſtaneam conſtitutum, nihilq; ſuper tranſductione animalium vendicari permittimus. quæ verba indicant Arabarchen ꝓfectum fuiſſe, & ſcripturarium exigundo vectigali de pecuarijs, quę ex Arabia in Aegyptum deuehebantur: vt ſit illud nomen officij publicanorũ. Meritò ergo Iuuenalis Alexandrum taxãs, & officij vtilitatem obijcit: vt non iniuria damnandi ſint, qui ſimpliciter mollem accipiunt, idq; editis annotationibus probant. quapropter & in Epiſto. M. Tullius ad Atticum appellat Arabarchẽ M. Antonium, quaſi Aegyptium publicanum: extorquebat enim ab illis ingentia vectigalia, vnde F pecuniam conflaret, quam deinde prodigeret, vt eſt apud Plutarchum.

† Ioſephus.

Arabarches.

Annulus donatum libertum. Paulus iuris auctor, Quius, inquit, aureorum annulorum impetrauerit, vt ingenuus habetur: idemq; reſcripſiſſe diuum Adrianũ Vlpianus ſcribit. cõcedebat aũt ſol⁹ Imperator etiã fœminis, vt natalib. reſtituerentur.

Quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agẽti viritim centenos numos diuidebat. Tranq. aureum dare ſolitum tradit: vt inde fortiſsimum ſit argumentum, centum numis æſtimari aureum.

Barbium Proculum Teſſeranum ſpiculatorem. Fortaſſe

Tesserarius.

Tesserarium. Modestinus in re militari sic appellari eos scribit, qui pręcepta Impp. per contubernia significant. In antiquis inscriptionibus Comi, Tesserarij dolabrarijs iungũtur pago cliuio. Ammianus Marcellinus lib. xiiij. aurigariam, inquit, aut artem tesserariam profitentur: vt coniectura ducar, esse qui quod vulgò vocant intarsiatum faciunt, quos recentiores Cæs. diatretarios, vti suspicor appellant.

Diatretarij.

Virginium equestri familia. Cæcil. Plin. vicina Como vrbe genitum Virginiũ tradidit, quapropter secum habuisse cõiunctas possessiones, tum suæ villæ nomen Alsiam: vt dubio procul Virginius Mediolanensis fuerit, quod ostendunt frequentia marmora, quæ passim hîc occurrunt Verginij nomine inscripto. Sed & Alsia adhuc seruat nomen in Varisiensi præfectura, vnde & familia est mea.

Alsia.

Superior Germania. Et paulò inferius: *Belgica & Lugdunensis Gallia.* Ammianus scribit ita diuisas Galliæ Germaniæque prouincias. Prima Germania Moguntiaco Argentoratoque nobilis. Secunda Germania, in qua Agrippina, & Tungri. Prima Belgica Mediomarrices & Treuiros habens, tum secunda, Remos, Sequanos, Ambianos complexa. Hinc Lugdunensis prima, Senones, Bituriges, Lugdunum, Augustodunum. Secunda Rotomagum, Mediolanum, Tricastinos Alpes continebat. Eodem modo & Aquitaniæ fines distincti.

Germania. prima. Secunda.

Quotidianis Alpibus Italiam irrumpere. Nemo, opinor, vel semidoctus non cognoscet Cottianis legendum: vt inde eorum sententia cõfutetur, qui Genuam quoque in Cottijs esse dixerunt: nec enim illac trãsisse Vitellianos quisquam prodidit.

Heluetiorum sedes qui tenuerint olim, & teneant hodie.

Heluetij Gallica gens. Eutropius eorum sedes à Quadis occupatas satis ostendit, vt suspicer omnes deletos, cum Quadi Marcomanique sub Aureliano in Italiam prorupêre. Extat adhuc in eis vallis Marcomana nomine. Periere & illi, atque ab Alamanis (colluuies Germanorum erãt) superati, in eorum nomen concessêre. A Theodorico deinde Gotho victi, Francis ex fœdere dediti sunt. aucti demum Saxonum accessione, quos ob violatam pluries fidem sedibus eiectos Carolus Magnus in Alpes coniecit, Suitenses cœpêre dici. Paruere deinde regibus Germanorum. Centum ferè anni sunt, cùm se cæsis præfectis in libertatem asseruêre, cum cæde repressis Cæsaribus. Hac ætate prima illis peditatus gloria. A Philippo Vic. quod deletis cohortibus decus subierant, frequentibus nunc victorijs recuperauêre, nisi quòd nuperrimè memorabili p̃lio in suburbanis Mediolani à Francisco Francorum Rege cæsi, superbos titulos deponere rurs⁹ coacti sunt.

Iulius Cordus. Existimo castigatiorem lectionem esse Manilius Cordus. Extat Bononiæ Post petronij fanum tumulus in hæc verba.

Q. MANILIO C. F. CORDO. TR. LEG. XXI. RAPAC. PRAEF. EQVIT. EXACT. TRIBVIT. CIVITAT. GALL. FAC. CVR. CER. LIB. IN AGR. P. XLIX. IN FRO. P. XLIX.

EX LIBRO XVIII.

Neque abhorrebat à Berenice iuuenilis animus. Fuisse hanc forma conspicuam, quodam disticho Asclepiades in eius imaginem scribit, si modò de eadem sensit: nam & aliæ hoc nomine celebrantur:

κύπριδος ἢδ' εἰκὼν, φέρ' ἰδώμεθα μὴ βερονίκης.
διστάζω ποτέραν φῇ τις ὁμοιοτέραν.

Ambigo an hæc veneris sit imago, vel Berenices.
Sit mage vtri similis, hospes amice refer.

Conditorem templi regem Venerianum vetus memoria, quidam ipsius deæ nomen id perhibent. Id regis deæque nomen, non facilè quenquam offendas qui in promptu habeat. Ipse Vranium lego: vnde Paphia Venus Vraniæ nomen sumpsit. Pausanias in Attica Vraniæ Veneris templum extitisse auctor est, quam mortalium primi Assyrij coluerint, mox Paphij, deinde Phœnices, qui Ascalonem Palæstinæ incolunt: à quibus edocti Cytherei, ijsdem sacris initiantur. Sanè huius Paphij templi fusiùs meminit Lucianus dialogo qui inscribitur ἔρωτες.

Pagani.

Pagani. Vox hæc in iure magis frequens quàm in cæteris auctoribus, accipitur eo significatu, vt omnes comprænhendat qui milites non sint, à pagis, id est, oppidis deducta. qua ratione Persium credibile est semipaganum se dixisse, quasi semi militem se fuisse denotaret, & idcirco non plenè poëticam, quæ ars vmbratica est, edoctum. alioquin me non latet, pagum prima origine à fonte dictum.

Semipaganus.

Ad XII. à Cremona locus Castrorum vocatur. Paulus Orosius Castoris vocari eum locum est auctor.

Legio vna & vigesima, cui nomen Rapax, ex parte Othonis prima adiutrix. Indebant hæc cognomina legionibus fortuitò, & plerunq; arbitrio Imperatoris: vnde & primam legionem Mineruiæ nomen habuisse Spartianus scribit. Sed & in veterum marmorum inscriptionibus hæc earum cognomina reperi, vt secunda legio Italica, Germanica, Parthicaq; sit dicta iij. legio Augusta, Cyrenaica, prætoria, Gallica. iiij. Macedonica. v. etiam Martia. vj. Ferratensis & Gallicana. vij. Claudia Geminia Gamilensis. ix. bis Augustalis. x. Fretensis. Geminia. xj. Apollinaris, sicut & xvj. Sed & legio xx. victrix. xxij. primigenia. xiij. & xiiij. Geminia quandoque, & Germanica. xxx. & xxxij. Virginia. Cæterarum nomina adhuc non comperi.

Causa fingend: fuit, vt diplomata Othonis, quæ negligebãtur, lætiore nuntio reuiuiscerent. Institutum erat ab Imperatoribus, vt certis locis dispositi haberentur equi, quorum mutatione celerrimè possent rerũ gestarum nuntij ad Cæsarem ex prouincijs venire. Non dabatur autem hic cursus publicus, nisi ei qui sacrum duploma haberet, vt videlicet ante cæteros omnes, quicquid generetur Imperator sciret. Quapropter præsides prouinciarum nisi ex magna causa priuatis duplomata non concedebant: quod ostendit Plinius Cæcil. in epistolis ad Traianum. Venuleius Iurisconsultus: Non debet, inquit, felici duplomate vsus, omni tempestate contempta continuare iter diebus & noctibus. Ex his clarissimus redditur Cor. Taciti hic locus.

Sacrum duploma.

EX LIBRO XIX.

Hostilia.

Hostilia. Vicus olim Veronensium, nunc Ferrariensis agri nomen seruat Tacitus annuere videtur paludibus Tartari: cùm ferè per sexaginta milliaria distet. Eam Padus alluit. non longè est à Vitelliana, quam vulgares Viadanam vocant.

Magnitudine eximia balista. Formam balistæ explicat libro vltimo Vetruuius, Vegetius quoque quædam addit. hi omnes saxa tantùm balistis iaci auctores sunt cum Tacito, sed dein mutata quoque forma est. quapropter in commentarijs Theodosij schema balistæ quadrirotis vidi, eum interpretatione, qua ostẽditur, sagittas ex ea cœptum fuisse iaculari. Clauarium donatiui nomẽ esse, Tacitus auctor est. Ipse clauem in constitutionibus Cæsarum legi, nomen cuiusdam indictionis extraordinarijq; tributi esse: quapropter libro xij. Cod. Iustin. titulus est in hæc verba, De prætoribus & collatione, & gleba, & claui, & pholle, & septem solidorum functione.

Clauarium.

EX LIBRO XX.

Tunc fatum & ira Dei vocabatur. Caius libro x. ad edictum prouinciale, Vis, inquit, maior, quam Græci θεῶ μῆνιν vocant, videntur enim auctores quicquid graue, quicquid horriferum mortalibus accidit, diuinæ iræ adscribere: cuius rei ex Homero Apollonioq; aliquando plura.

Iussu magistratuum. Decuriones intelligit: hi enim propriè magistratus municipales sunt Iurisconsultis.

Sestertium sexcenties. Quindecies centena millia ducatorum quantitas huius pecuniæ æquat.

Pontem Nauæ fluminis abruperat. Non celebratus hic fluuius autoribus est, solum Ausonium mentionem eius facere depraendi:

Transieram celerem nebuloso flumine Nauam.

Pleriq; Ditem patrem insignibus quæ in ipso manifesta. Non explicat Tacitus huius dei formam, quam in sacra historia Rufinus ex Eusebio sic exequit: coluisse Chaldæos ignem, & per Asiam circumtulisse, vt cum cæterarum gentium dijs congrederetur: cumq; cætera idola vel lignea, vel ex metallo essent, facilè victor ignis ea vel comburebat vel liquabat. quapropter suo deo metuentes Aegyptij sacerdotes, tale quippiam commẽti sunt. Hydriæ in Aegypto fieri solent crebris minutisque admodum foraminibus, quibus aqua defluens defecatior limpidiorq; redditur: harum vnã eiecto priore simulacro columnæ imposuerunt, caputq; addiderunt, & cera obtusis foraminibus repleuerunt aqua: sic aduenientibus Chaldæis cùm ignem statuæ circundedissent, liquefacta cera demanantibus aquis extinctus est, victorque hoc potissimum modo Aegyptius fuit. hinc eius effigies perexiguis erat pedibus, attracto collo, ventre tumido, dorso tereti, hydriam plane referens. Addit Canopi fuisse simulachrum, vt meritò quis credere possit diuersam ab ea statuam quam Tacitus refert.

EX LIBRO XXI.

Vitis aurea templo reperta Liberum patrem coli argumẽto est. Bacchum à Iudæis cultum, Plutarchus in Symposijs tradidit, appellatumq; eorum lingua σάββον vnde sabbati nomen: quam sententiam Iudæi ipsi etiamnum derridiculo habent. Mirum autem est qua impietate Tacitus Hebręorum historias peruertat, & quod Dei opt. max. ope factum est, à miraculi admiratione diducat, tum quę Dei sunt, humanis viribus adiudicet.

IN DIALOGO.

Quicquid aridissimis Hermagoræ & Apollodoro libris: Hermagoras Aeolides Carion cognomine, scripsit rhetoricos libros sex de accurata oratione, de elocutione, de decore, de figuris: docuit Romæ post Cæcilium sub Augusto. Fuerunt & alij illi cognomines, quos referre nihil attinet. Apollodorus Pergameus Cæsaris Augusti præceptor & familiaris, scripsit rhetorica, & nouæ hęreseos fuit auctor. ex Suida & Strabone.

IN AGRICOLÆ VITA.

Et breuibus cætris missilia nostrorum vitare. Cetra, est species scuti Verg. & Grammaticis.

Legendum Cetris.

IN LIBRO GERMANORVM.

Danubius præcipiti & excelso mõtis Arbonæ iugo oritur: Ausonius ignotum Danubij fontem esse scribit:

Danubius penitus caput occultatus in oris.

Apollonius ab Hyperboreis nasci eum cecinit manifesto commento. Sed omnino Taciti vera est sententia, si non Arbonæ, sed Arnobi legatur: in eius enim radicibus oriri iam notissimum est prope Herciniam syluam: vulgò syluæ Nigræ nomen seruat. ex aduerso Rauracũm, quorum oppidum est Basilea. Arnobi Plin. Ptolemæusque meminit. De ostijs quoque non eadem sentiunt autores.

Boiemi.

Boiemi. Populos hos esse Germaniæ, non Tacitus tantum, sed & Ptolemæus auctor est. Hi ex Germanorum instituto sedes mutauerunt, montanosq; locos occupauere iuxta Albis fluuij fontes. Seruatur adhuc nomen. vt Pium pontificem non parum admirer, de eorum origine fabulosa quædam memoriæ prodentem, & id in historia.

Langobardi.

Langobardi. Ex Scandauia insula venisse Paulus Diaconus scribit. à barbę longitudine, quòd eam promitterent, dictos existimauit Georgius Merula. Addit quisquis fuit Theodatus, cùm Vuinili dicerentur, cumque Erulis congredi pararent, deæ cuiusdam Godæ impulsu mutasse nomen. quæ omnia fabulosa sunt, quandoquidem puri puti Germani fuere, barbara appellatione nuncupati, quæ de Latino idiomate minimè sit trahenda Christianos ętate sua fuisse, Procopius nõ vno in loco est auctor, cùm recentiores omnes in Italia suscepisse fidei rudimenta perquàm incuriose scripserint.

CAN-

CANDIDO LECTORI PAR-
DVLPHVS PRATEIVS IV-
RISCONSVLTVS AV-
gustobuconias.

RECTISSIME illi mihi censuisse visi sunt qui res inuenisse sat non esse, nisi hæ apte disponantur, collocenturue, existimarunt: Nam ordine pertracta dilucidiora esse apud Iulium Paulum de doli mali exceptione loquentem animaduerti. Eius sententiam mihi probare visus est Horatius ordinem lucidum appellans. Quod si quid confusaneum oculis subieceris, prodigium aliquod edidisse te credas. Id enim neque memoriæ consecrari, neque plane intelligi posse manifestius est quàm quod dici scribiqúe debeat. Difficilia itaque ordine explicanda tractandáue optimo iure censuit diuinus Homerus. His adductus Barptholemæus Anulus vir omni disciplinarum genere instructissimus cum Andreæ Alciati Patritij & Iurisconsulti Mediolanensis Emblemata sparsa & confusanea in rythmos Gallicos verteret, breuiaqúe illis epimythia adfingeret & Latina & Gallica: quæ commentarij vice esse possent, ea in locos communes, & tanquam in certas classes, velutqúe in artem redegit à summis ad infima nempe à D E O Optimo Maximo ad arbores progressus: cuius institutum aliquot ante annos sibi significatum non improbauit Alciatus Responsoria ad Anulum epistola scripta, tum super eo ordine, tum super quibusdam obscuris Emblematibus de quorum origine arcana sententia addubitabat ipse interpres & super his ipsum autorem consulebat tunc adhuc superstitem, qui paulo post fatis concessit Fama æternum victurus. Vale. Lugduni quarto Nonas Iulias M. D. L I X.

AND.

EMBLEMATA

ANDREAE ALCIATI,
AB IPSO AVTORE RECOGNITA, AC NOVIS ALIQVOT EMBLEMATIBVS AVCTA.

CLARISSIMI VIRI ANDREÆ ALCIATI,
in librum primum Emblematum præfatio,
Ad Chonradum Peutingerum Augustanum.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes chartula picta viros:
Hæc nos festiuis Emblemata cudimus horis,
Artificum illustri signáque facta manu:
Vestibus vt torulos, petasis vt figere parmas:
Et valeat tacitis scribere quisque notis:
At tibi supremus pretiosa numismata Cæsar,
Et veterum eximias donet habere manus.
Ipse dabo vati chartacea munera vates,
Quæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.

EMBLEMATVM DEDICATIO.

Ad illustriss. Maximil. ducem Mediol. super insigni Ducatus Mediolan.

EXiliens infans sinuosi è faucibus anguis,
Est gentilitiis nobile stemma tuis.
Talia Pellæum gessisse numismata regem
Vidimus, hisque suum concelebrasse genus:
Dum se Ammone satũ, matrẽ anguis imagine lusam,
Diuini & sobolem seminis esse docet.
Ore exiit, traduntsic quosdam enitier angues,
An quia sic Palas de capite orta Iouis?

Mediolanum.

BIturicis veruex, Heduis dat Sucula signum.
His populis patriæ debita origo meæ est,
Quam Mediolanum sacram dixêre puellæ
Terram: nam vetus hoc Gallica lingua sonat.
Culta Minerua fuit, nunc est, vbi numine Thecla
Mutato matris virginis ante domum.
Laniger huic signum suis est, animálque biforme,
Acribus hinc setis, lanitio inde leui.

Nunquam procraſtinandum.

ALCIATAE gentis inſignia ſuſtinet Alce,
Vnguibus & μισ᾽ἐν fert ἀναβαλλόμενος.
Conſtat Alexandrum ſic reſpondiſſe roganti,
Quî tot obiuiſſet tempore geſta breui?
Nũquã (inquit) differre volẽs. Quod & indicat Alce:
Fortior hæc dubites, ocyor ánne ſiet.

DEVS, SIVE RELIGIO.

In Deo lætandum.

ASpice vt egregius puerum Iouis alite pictor
Fecerit Ibiacum ſumma per aſtra vehi.
Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, hæc Mæonius finxerit vnde ſenex?
Conſilium, mens atque Dei cui gaudia præſtant:
Creditur is ſummo raptus adeſſe Ioui.

Non tibi, ſed religioni.

ISidis effigiem tardus geſtabat aſellus,
Pando verenda dorſo habens myſteria.
Obuius ergo Deam quiſquis reuerenter adorat,
Ptáſque genibus concipit flexis preces.
At ſi aſinus tantum præſtari credit honorem
Sibi, & intumeſcit admodum ſuperbiens:
Donec eum flagris compeſcens dixit agaſo,
Non es Deus tu, aſelle, ſed Deum vehis.

Ficta religio.

REgali reſidens meretrix pulcherrima ſella,
Purpureo inſignem geſtat honore peplum.
Omnibus & latices pleno è cratére propinat:
At circum cubitans ebria turba iacet.
Sic Babylona notant, quæ gentes illice forma,
Et ficta ſtolidas religione capit.

Sapientia humana ſtultitia
eſt apud Deum.

QVid dicam? quonam hoc compellem nomine monſtrum
Biforme: quod non eſt homo, nec eſt draco?
Sed ſine vir pedibus, ſummis ſine partibus anguis:
Vir anguipes dici, & homiceps anguis poteſt.
Anguem pedit homo, hominem eructauit & anguis,
Nec finis hominis eſt, initium nec eſt fere.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis.
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc vafrum eſt ſpecies, ſed religione carentem,
Terrena tantum quique curet, indicat.

Quà

Quà Dij vocant, eundum.

IN triuio mons eſt lapidum: ſupereminet illi
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
Mercurij eſt igitur tumulus. Suſpende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monſtrat iter.
Omnes in triuio ſumus, atque hoc tramite vitæ
Fallimur, oſtendat ni Deus ipſe viam.

VIRTVTES.

FIDES. Fidei ſymbolum.

STet depictus Honos Tyrio velatus amictu,
Eiuſque iungat nuda dextram Veritas.
Sitque Amor in medio caſtus: cui tempora circum
Roſa it, Diones pulchrior Cupidine.
Conſtituunt hæc ſigna fidem, reuerentia honoris
Quam fouet, alit Amor, parturítque Veritas.

Silentium.

CVm tacet, haud quicquã differt ſapiẽtibus amẽs:
Stultitiæ eſt index linguáque vóxque ſuæ.
Ergo premat labias, digitóque ſilentia ſignet:
Et ſeſe Pharium vertat in Harpochratem.

Non vulganda conſilia.

LImine quod cæco, obſcura & caligine monſtrum
Gnoſiacis clauſit Dædalus in latebris:
Depictum Romana Phalanx in prælia geſtat,
Semiuiróque nitent ſigna ſuperba boue.
Nóſque monent, debere ducum ſecreta latére
Conſilia: auctori cognita techna nocet.

Nec quæſtioni quidem cedendum.

CEcropia effictam, quam cernis in arce Leænam,
Harmodÿ (an neſcis hoſpes?) amica fuit.
Sic animum placuit monſtrare viraginis acrem
More feræ, nomen vel quia tale tulit.
Quòd fidibus contorta, ſuo non prodidit vllum
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.

Fœdera.



HAnc citharã, à lẽbi quæ forma halieutica fertur
Vendicat & propriam Muſa Latina ſibi,
Accipe Dux: placeat hoc noſtrũ tibi tempore munus,
Quo nouã cum ſociis fœdera inire paras.
Difficile eſt, niſi docto homini, tot tendere chordas:
Vnáque ſi fuerit non bene tenta fides,
Ruptáue (quod facile eſt) perit omnis gratia concha,
Illéque præcellens cantus, ineptus erit.

Sic Itali coëunt proceres in fœdera concors,
Nil est quod timeas, si tibi constet amor:
At si aliquis desciscat, (vti plerunque videmus)
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

PRVDENTIA.

Prudentes. Problema.

IAne bifrons, qui iam transacta, futuráque calles,
Quisque retrò sannas (sicut & antè) vides,
Tot te cur oculis, tot fingunt vultibus? an quòd
Circunspectum hominem forma fuisse docet?

Prudens magis, quàm loquax.

NOctua Cecropiis insignia præstat Athenis,
Inter aues sani Noctua consilij.
Armiferæ meritò obsequiis sacrata Mineruæ est,
Garrula quo cornix cesserat antè loco.

Vino prudentiam augeri.

HAec Bacchus pater, & Pallas cõmuniter ambo
Templa tenent, soboles vtraque vera Iouis:
Hæc caput, ille femur soluit: huic vsus oliui
Debitus, inuenit primus at ille merum.

Iunguntur merito: quòd si qui abstemius odit
Viua, Deæ nullum sentiet auxilium.

In statuam Bacchi.

DIALOGISMVS.

BAcche pater quis te mortali lumine nouit?
Et docta effinxit quis tua membra manu?
Praxiteles, qui me rapientem Gnosida vidit:
Atque illo pinxit tempore qualis eram.
Cur iuuenis, teneráque etiam lanugine vernat
Barba, queas Pylium cùm superare senem?
Muneribus quandoque meis si parcere disces
Iunior, & forti pectore semper eris.
Tympana non manibus, capiti non cornua desunt,
Quos (nisi dementeis) talia signa decent?
Hoc docco, nostro quòd abusus munere sumit
Cornua: & insanus mollia sistra quatit.
Quid vult ille color membris penè igneus? (omen
Absit) an humanis vteris ipse focis?
Cùm Semeles de ventre parens me fulmine traxit
Igniuomo: infectum puluere mersit aquis.
Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene diluit vndis:
Qui non ardenti torret ab igne iecur.
Sed nunc me doceas quî vis miscerier? & qua
Te sanus tutum prændere lege queat?
Quadrantem addat aquæ, calicem sumpsisse falerni
Qui cupit. hoc sumi pocula more iuuat.
Stes intra heminas: nam qui procedere tendit
Vltrà: alacer, sed mox ebrius indefurit.
Res dura hæc nimium. sunt pendula guttura, dulce
Tu fiuis. Heu facilè commoda nulla cadunt.

Prudentes vino abstinent.

QVid me vexatis, rami? sum Palladis arbor:
Auferte hinc botros: virgo fugit Bromium.

Gra

Gramen.

GRamineam Fabio patres tribuere corollam,
Fregerat vt pœnas Hannibalémque mora.
Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,
Vulgò aiunt, pullos sic fouet illa suos.
Saturno Martique sacrum, quo Glaucus adeso
Polybides, factus creditur esse Deus.
His meritò arguitur nodis tutela salúsque,
Herbáque tot vires hæc digitalis habet.

Νῆφε καὶ μέμνησ', ἀπιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶ φρενῶν.

Sobriè viuẽdũ, & nõ temerè credendũ.

NE credas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto.
Hi nerui, humanæ mẽbráque mentis erunt.
Ecce oculata manus credens id quod videt. Ecce
Pulegium, antiquæ sobrietatis olus,
Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

Vigilantia, & custodia.

INstantis quòd signa canens det gallus ẽoi,
Et reuocet famulas ad noua pensa manus:
Turribus in sacris effingitur, ærea mentem
Ad superos peluis quòd reuocet vigilem,
Est leo: sed custos oculis quia dormit apertis:
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Custodiendas virgines.

VEra hæc effigies innuptæ est Palladis: eius
Hic Draco, qui dominæ constitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum
Huic data: sic lucos, sacráque templa colit,
Innuptas opus est cura asseruare puellas
Peruigili: laqueos vndique tendit amor.

Consilio, & virtute Chimeram superari, id est, fortiores & deceptores.

BEllerophon (vt fortis eques) superare Chimæram,
Et Licij potuit sternere monstra soli.
Sic tu Pegaseis vectus petis æthera pennis:
Consilióque animi monstra superba domas.

Maturandum.

MAturare iubent properè, & cunctarier omnes,
Ne nimium præceps, neu mora longanimis.

Hoc tibi declaret connexum echeneide telum,
Hæc tarda est, volitant spicula missa manu.

In deprehensum.

IAmdudum quacunque fugis te persequor: at nunc
Cassibus in nostris denique captus ades.
Amplius haud poteris vires eludere nostras.
Ficulno anguillam strinximus in folio.

Πῆ παρέβην τί δὲ ἔρεξα; τί μοι δέον, ἐκ τελέσθη;

Quid excessi? quid admisi? quid omisi?

ITalicæ Samius sectæ celeberrimus auctor
Ipse suum clausit carmine dogma breui.
Quò prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?
Hanc rationem vrgens reddere quenque sibi.
Quod didicisse gruum volitantum ex agmine fertur,
Arreptum gestant quæ pedibus lapidem,
Ne cessent, neu trahi fuersas mala flamina raptent.
Qua ratione hominum vita regenda fuit.

IVSTITIA.

Tandem tandem Iustitia obtinet.

AEacidæ Hectoreo perfusum sanguine scutum,
Quod Græcorum Ithaco concioiniqua dedit:
Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum.
Naufragio vt dominum posset adire suum.
Littoreo Aiacis tumulo nanque intulit vnda,
Quæ boat, & tali voce sepulchra ferit:
Vicisti Thelamoniade, tu dignior armis,
Affectus fas est cedere Iustitiæ.

Bonis à diuitibus nihil timendum.

IVnctus contiguo Marius mihi pariete, necnon
Subbardus, nostri nomina nota fori.
Ædificant bene nummati, satagúntque vel vltrò:
Obstruere heu nostris vndique luminibus.
Me miserum, geminæ quem tanquam Phinea raptat
Harpyæ, vt propriis sedibus eiiciant.
Integritas nostra, atque animus quæsitor honesti,
His nisi sint Zetes, his nisi sint Calaïs.

Etiam ferocissimos domari.

ROmanũ postquàm eloquiũ, Ciceronе perempto,
Perdiderat patriæ pestis acerba suæ:
Inscendit currus victor, iunxítque leones,
Compulit & durum colla subire iugum:
Magnanimos sessisse suis Antonius armis,
Ambage hac cupiens significare duces.

Nec

Nec verbo, nec facto quenquam lædendum.

ASsequitur, Nemesísque virûm vestigia seruat,
Continet & cubitum, duráque frena manu,
Ne malè quid facias, néue improba verba loquaris:
Et iubet in cunctis rebus adesse modum.

Gratiam referendam.

AErio insignis pietate Ciconia nido,
Inuestes pullos pignora grata fouet.
Taliáque expectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentûm,
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Abstinentia.



MArmoreæ in tumulis vnà stat parte columnæ,
Vrceus, ex alia cernere maluuium est.
Ius hæc forma monet dictum sine fordibus esse,
Defunctum puras atque habuisse manus.

FORTITVDO.

Signa Fortium.

DIALOGISMVS.

QVæ te cauja mouet volucris Saturnia, magni
Vt tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo. Quantum inter aues ego robore præsto,
Tantùm Semideos inter Aristomenes.
Insideant timidæ timidorum busta columbæ,
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Ανέχου καὶ ἀπέχου.

ET toleranda homini tristis fortuna ferenda est,
Et nimium felix sæpe timenda fuit.
Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet
Multa pati, illicitis absque tenere manus.
Sic ducis imperium vinctus fert poplite taurus
In dextro: sic se continet à grauidis

In adulari nescientem.

SCire cupis dominos toties cur Thessalis ora
Mutet, & vt varios quærat habere duces,

Nescit adulari, cuiquámve obtrudere palpum,
Regia quem morem principis omnis habet.
Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
Nec sæuire tamen domino fas. vltio sola est,
Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.

Obdurandum aduersus vrgentia.

NItitur in pondus palma, & cõsurgit in arcum,
Quò magis & premitur, hoc mage tollit onus.
Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
Queis mensas inter primus habetur honos.
I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui constantis erit, præmia digna feret.

Omnia mea mecum porto.

HVnnus inops Scythicíq; miserrimus accola pŏti,
Vstus perpetuo liuida membra gelu.
Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyæi,
Et pretiosa tamen stragula semper habet.
Nam murinæ illum perstringunt vndique pelles.
Lumina sola patent, cætera opertus agit.
Sic furem haud metuit, sic ventos temnit & imbres,
Tutus apúdque viros, tutus apúdque deos.

CONCORDIA.

Concordiæ symbolum.

COrnicum mira inter se concordia vitæ est,
Mutua státque illis intemerata fides.
Hinc volucres hæc sceptra gerunt, quòd scilicet omnes
Consensu populi stántque, cadúntque duces:
Quem si de medio tollas, discordia præceps
Aduolat, & secum regia fata trahit.

Concordia.

IN bellum ciuile duces cùm Roma pararet,
Viribus & caderet Martia terra suis:
Mos fuit in partes turmis coëuntibus hasdem,
Coniunctas dextras mutua dona dari.
Fœderis hæc species id habet concordia signum,
Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Concordia insuperabilis.

TErgeminos inter fuerat concordia fratres.
Tanta simul pietas mutua, & vnus amor:
Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryonis.

Vnum

Vnum nihil, duos plurimùm posse.

LAertæ genitum, genitum quoque Tydeos vnà,
Hac cera expressit Zenalis apta manus.
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est,
Solum mens hominem, dextráve destituit.

Firmissima conuelli non posse.

OCeanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
Danubiumque omnem barbare Turca bibas,
Non tamen irrumpes perfracto limite: Cæsar
Dum Charlus populis bellica signa dabit.
Sic sacræ quercus firmis radicibus astant,
Sica licet venti concutiant folia.

SPES.

Illicitum non sperandum.

SPes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet vt speres non nisi quod liceat.

Spes proxima.

INnumeris agitur respublica nostra procellis,
Et spes venturæ sola salutis adest:
Non secùs ac nauis medio circum æquore, venti
Quam rapiunt: falsis iámque fatiscit aquis.
Quòd si Helenæ aduenient lucentia sydera fratres:
Amissos animos spes bona restituit.

In simulachrum spei.

DIALOGISMVS.



QVæ Dea tam læto suspectans sydera vultu?
Cuius penicubis reddita imago fuit?
Elpidÿ fecêre manus: Ego nominor illa,
Quæ miseris promptam Spes bona præstat opem.
Cur viridis tibi palla? Quòd omnia me duce vernĕt.
Quid manibus mortis tela refracta geris?
Quod vivos sperare decet, præcido sepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
Sola domi mansi volitantibus vndique noxis,
Ascræi vt docuit musa verenda senis.
Quæ tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscen,
Est bene cùm nequeat dicere: dicit, Erit.
Qui comites? Bonus euentus, præcépsque Cupido,
Qui præunt? vigilum somnia vana vocant.
Quæ tibi iuncta astat? Scelerum Rhamnusia vindex,
Scilicet vt speres nil nisi quod liceat.

In dies meliora.

ROstra nouo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hæcq; cliens ventri xenia (dixit) habe.
Progreditur ſemper, nec retrò reſpicit vnquam,
Gramina cùm pando proruit ore vorax.
Cura viris eadem eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Cedat: & vt melius ſit, quod & vlterius.

PVDICITIA.

POrphyrio domini ſi incæſtet in ædibus vxor,
Deſpondétque animum, præq; dolore perit.
Abdita in arcanis naturæ eſt cauſa, ſit index
Synceræ hæc volucris certa pudicitiæ.

VITIA.

PERFIDIA.

In victoriam dolo partam.

AIacis tumulum lacrymis ego perluo virtus,
Heu miſera albentes dilacerata comas.
Scilicet hoc reſtabat adhuc, vt iudice Græco
Vincerer: & cauſa ſtet potiore dolus.

In fraudulentos.

PArua lacerta, atris ſtellatus corpora guttis
Stellio, qui latebras, & caua buſta colit,
Inuidiæ, prauique doli fert ſymbola pictus.
Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
Nam turpi obtegitur faciem lentigine quiſquis,
Sit quibus immerſus Stellio vina bibat.
Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
Quam, formæ amiſſo flore, relinquit amans.

In recepratores ſicariorum.

LAtronũ furúmque manus tibi ſæua per vrbem
It comes; & diris cincta cohors gladiis.
Atque ita te mentis generoſum prodige cenſes,
Quòd tua complureis allicit olla malos.
En nouus Actæon, qui poſtquàm cornua ſumpſit,
In prædam canibus ſe dedit ipſe ſuis.

Maledicentia.

ARchilochi tumulo inſculptas de marmore veſpas
Eſſe ferunt linguæ certa ſigilla malæ.

Dolus

Dolus in ſuos.

ALtilis allectator anas, & cærula pennis
Adſueta ad dominos ire, redire ſuos,
Congeneres cernens volitare per æra turmas
Garrit, in illarum ſe recipítque gregem,
Prætenſa incautas donec ſub retia ducat.
Obſtrepitant captæ, conſcia at ipſa ſilet.
Perfida cognato ſe ſanguine polluit ales,
Officioſa aliis, exitioſa ſuis.

Ei qui ſemel ſua prodegerit, aliena credi non oportere.

COlchidos in gremio nidum quid congeris? eheu
Neſcia cur pullos tam malè credis auis?
Dira parens Medea ſuos ſæuiſſima natos
Perdidit, & ſperas parcat vt illa tuis?

In adulatores.

SEmper hiat, ſemper tenuem qua veſcitur aurã
Reciprocat Chamæleon.

Et mutat faciem, varios ſumítque colores,
Præter rubrum, vel candidum.
Sic & Adulator populari veſcitur aura,
Hiánſque cuncta deuorat.
Et ſolùm mores imitatur principis atros,
Albi, & pudici neſcius.

STVLTITIA.

Veſpertilio.

ADſumpſiſſe ſuum volucri ex Meneide nomen,
Socraticum auctores Chærophoonta ferunt.
Fuſca viro facies, & ſtridens vocula, tali
Hunc hominem potuit commaculare nota.

ALIVD.

VEſpere quæ tãtum volitat, quæ lumine luſca eſt,
Quæ cùm alas geſtet, cætera muris habet,
Ad res diuerſas trahitur. mala nomina primùm
Signat: quæ latitant, iudiciúmque timent.
Inde & philoſophos, qui dum cæleſtia quærunt,
Caligant oculis, falsáque ſola vident.
Tandem & verſutos, cùm clàm ſectentur vtrunque
Acquirunt neutra qui ſibi parte fidem.

In temerarios.

ASpicis aurigam currus Phaëthonta paterni
Igniuomos auſum flectere Solis equos.
Maxima qui poſtquàm terris incendia ſparſit:
Eſt temerè inſeſſo lapſus ab axe miſer.
Sic plerique rotis Fortunæ ad ſydera Reges
Euecti, ambitio quos iuuenilis agit.
Poſt magnam humani generis cladémque, ſuámque,
Cunctorum pœnas denique dant ſcelerum.

Teme

Temeritas.

IN præceps rapitur, frustrà quoque tendit habenas
Auriga: effræni quem vehit oris equus.
Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,
Et temerè proprio ducitur arbitrio.

Furor & rabies.

ORa gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptũ in summo margine carmen habet.
Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida
Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

Cuculi.

RVricolas, agreste genus, plerique cuculos
Cur vocitent, quænam prodita causa fuit?
Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore vites
Qui non absoluit, iure notatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit vxor adulterio.

In eos qui supra vires quicquam audent.

DVm dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam cæteráque arma tenet,
Alcidem Pygmæa manus prosternere letho
Posse putat, vires non bene docta suas.
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et sæui implicitum pelle leonis agit.

Fatuitas.

MIraris nostro quòd carmine diceris Otus,
Sit vetus à proauis cùm tibi nomen Otho.
Aurita est, similes, & habet ceu noctua plumas,
Saltantémque auceps mancipat aptus auem.
Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus Otos,
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Impossibile.

ABluis Aethiopẽ quid frustra? ah desine. noctis
Illustrare nigræ nemo potest tenebras:

Ira.

ALcæam veteres caudam dixêre Leonis,
Qua stimulante iras concipit ille graues.
Luthea cùm surgit bilis, crudescit & atro
Felle dolor, furias excitat indomitas.

In eum qui sibiipsi damnum adparat.

CApra lupum, non sponte, meo nunc vbere lacto,
Quòd malè pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille simul, mea me post vbera pascet.
Improbitas nullo flectitur obsequio.

Obliuio paupertatis parens.

CVm lupus esuriens mandit ceruarius escam,
Præd, fame captum deuorat hinnuleum,
Respiciat si fortè aliò, vel lumina vertat,
Præsentem oblitus quem tenet vngue cibum,
Quæritat incertam (tanta est obliuio) prædam.
Qui sua neglexit stultè, aliena petit.

SVPERBIA. Superbia.

EN statuæ statua, & ductũ de marmore marmor,
Se conferre deis ausa procax Niobe.
Est vitium muliebre superbia, & arguit oris
Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.

Impudentia.

PVbe tenus mulier, succincta latrantibus infrà
Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.
Monstra putantur auarities, audacia, raptus.
At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.

Φιλαυτία.

QVòd nimium tua forma tibi Narcisse placebat:
In florem, & noti est versa stuporis olus.
Ingenij est marcor, cladésque Philautia, doctos
Quæ pessum plures dátque deditque viros:
Qui veterũ abiecta methodo, noua dogmata quærũt.
Nílque suas præter tradere phantasias.

Garrulitas.



QVid matutinos Progne mihi garrula somnos
Rumpis? & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus Epops Tereus, qui maluit ense putare,
Quam linguam immodicam stirpitus eruere.

INVIDIA.

SQuallida vipereas manducans fœmina carnes,
Cuique dolent oculi, quæq; suum cor edit,
Quam macies, & pallor habent, spinosáque gestat
Tela manu. Talis pingitur Inuidia.

LVXVRIA.

Luxuria.

ERuca capripes redimitus tempora Faunus
Immodicæ Veneris symbola certa refert.
Est eruca salax, indéxque libidinis hircus,
Et satyri nymphas semper amare solent.

Luxuriosorum opes.

RVpibus aëriis, summique crepidine saxi
Immites fructus ficus acerba parit,
Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,
Qui nihil humanæ commoditatis habent.
Sic fatuorum opibus parasiti & scorta fruuntur:
Et nulla iustos vtilitate iuuant.

Amuletum Veneris.

INguina dente fero suffossum Cypris Adonin
Lactucæ foliis condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tantum lactuca resistit,
Quantum eruca salax vix stimulare potest.

In amatores meretricum.

VIllosæ indutus piscator tegmina capræ,
Addidit vt capiti cornua bina suo,
Fallit amatorem stans summo in littore Sargum,
In laqueos similes quem gregis ardor agit.
Capra refert scortum, similis fit Sargus amanti,
Qui miser obscœno captus amore perit.

Tumu

Tumulus meretricis. Διαλογιστικῶς.



QVis tumulus? Cuia vrna? Ephyræa est Laidos:
ah non
Erubuit tantum perdere Parca decus?
Nulla fuit tum forma, illam iam carpserat ætas,
Iam speculum Veneri cauta dicârat anus.
Quid scalptus sibi vult aries, quem parte leæna
Vnguibus apprensum posteriore tenet?
Non aliter captos quòd & ipsa teneret amantes.
Vir gregis est aries, clune tenetur amans.

Cauendum à meretricibus.

SOle satæ Circes tam magna potentia fertur,
Verterit vt multos in noua monstra viros.
Testis equûm domitor Picus, tum Scylla biformis,
Atque Ithaci postquàm vina bibêre sues.
Indicat illustri meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere, quisquis amat.

Inuiolabiles telo cupidinis.

NE dirus te vincat amor, neu fœmina mentem
Diripiat magicis artibus vlla tuam:
Bacchica auis præsto tibi motacilla paretur,
Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
Ore crucem & cauda, & geminis vt complicet alis,
Tale amuletum carminis omnis erit.
Dicitur hoc Veneris signo Pagasæus Iason
Phasiacis lædi non potuisse dolis.

Lasciuia.

PROBLEMA.

DElicias, & molliciem mus creditur albus
Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
An quòd ei natura salax, & multa libido est?
Ornat Romanas an quia pelle nurus?
Sarmaticum murem vocitant plerique Zibellum,
Et celebris suaui est vnguine muscus Arabs.

DESIDIA.

Desidia.

DEsidet in modio Essæus speculator, & astra,
Subtus & accensam contegit igne facem.
Segnities specie recti, velata cuculo,
Non se, non alios vtilitate iuuat.

Desidiam abiiciendam.

Quisquis iners abeat. Nã in chœnice figere sedẽ
Nos prohibẽt Samÿ dogmata sancta senis.
Surge igitur, duróque manus adfuesce labori,
Det tibi dimensos crastina vt hora cibos.

In facile à virtute descisentes.



Parua velut limax spreto Remora impete venti,
Remorúmque, ratem sistere sola potest.
Sic quosdam ingenio, & virtute ad sydera vectos,
Detinet in medio tramite causa leuis:
Anxia lis veluti est: vel qui meretricius ardor
Egregiis iuuenes seuocat à studiis.

Ignaui.

Ignaui ardeolam stellarum effingere serui
Et studia, & mores fabula prisca fuit.
Quæ famulum Asteriam volucris sumpsisse figurã:
Est commenta: fides sit penes historicos.
Degener hic veluti qui cæuet in aëre falco est,
Dictus ab antiquis vatibus ardelio.

AVARITIA.

Auaritia.

Heu miser in mediis sitiẽs stat Tantalus vndis,
Et poma esuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur auare,
Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

In auaros.

Septitius populos inter ditissimus omnes,
Arua senex nullus quo magis ampla tenet.
Defraudans geniúmque suum, mensásque paratas,
Nil præter betas, duráque rapa vorat.
Cui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit?
An ne asino? Sic est: instar hic eius habet.
Nanque asinus dorso pretiosa obsonia gestat:
Séque rubo, aut dura carice pauper alit.

In aulicos.

Vana Palatinos quos educat aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus.

In sor

In sordidos.

Quæ rostro (clystere velut) sibi proluit aluum
Ibis, Niliacis cognita littoribus,
Transtit opprobrÿ in nomen: quo Publius hostem
Naso suum appellat, Battiadésque suum.

In diuites publico malo.

Anguillas quisquis captat, si limpida verrat
Flumina, si illimes ausit adire lacus,
Cassus erit: ludétque operam, multùm excitet ergo
Si cretæ, & vitreas palmula turbet aquas,
Diues erit. Sic iis respublica turbida lucro est,
Qui pace, arctati legibus, esuriunt.

In auaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur.

Delphini insidens vada cærula sulcat Arion,
Hócque aures mulcet, frænat & ora sono.
Quàm sit auari hominis, non tã mẽs dira ferarũ est:
Quique viris rapimur, piscibus eripimur.

GVLA.

Vrculione grui tumida vir pingitur aluo,
Qui Larum, aut manibus gestat Onocrotalũ:
Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,
Et gula quos celebres delitiosa facit.

Captiuus ob gulam.

Regnatórque penus, mensaq; arrosor herilis
Ostrea mus summis vidit hiulca labris:
Queis tenerã apponens barbam falsa ossa momordit,
Astea clausérunt tacta repentè domum.
Depræsum & tetro tenuerunt carcere furem,
Semet in obscurum qui dederat tumulum.

In garrulum & gulosum.

Voce boat torua, prælargo est gutture, rostrum
Instar habet nasi multiforisque tubæ.
Deformem rabulam, addictum ventrique, gulæq;
Signabit, volucer cùm truo pictus erit.

Ocni effigies. De his qui meretricibus donant, quod in bonos vsus verti debeat.

IMpiger haud ceſſat funem contexere ſparto,
Humidáque artifici iungere fila manu.
Sed quantùm multis vix torquet ſtrenuus horis,
Protinus ignaui ventris aſella vorat:
Fœmina, iners animal, facili congeſta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inque ſuum.

In Paraſitos.

QVos tibi donamus, fluuiales accipe cancros,
Munera conueniunt moribus iſta tuis.
His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximáque aluus adeſt.
Sic tibi propenſus ſtat pingui abdomine venter,
Pernicéſque pedes, ſpiculáque apta pedi.
Cùm vagus in triuiis, menſæq; ſedilibus erras,
Inq; alios mordax ſcommata falſa iacis.

Paruam culinam duobus ganeonibus non ſufficere.

IN modicis nihil eſt quod quis lucretur: & vnum
Arbuſtum geminos non alit Erythacos.

ALIVD.

IN tenui ſpes nulla lucri eſt: vnóque reſidunt
Arbuſto geminæ non bene Ficedulæ.

DOCTORVM agnomina.

MOris vetuſti eſt, aliqua profeſſoribus
Superadiici cognomina.
Faciles apertóſque explicans tantùm locos,
Canon vocatur Curtius.
Reuoluitur qui eodem, & iterátque nimis
Mæander, vt Pariſius.
Obſcurus & confuſus, vt Picus fuit,
Labyrinthus appellabitur.
Nimis breuis, multa amputans, vt Claudius,
Mucronis agnomen feret.
Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,
Dictus truo eſt ſcholaſticis.
Contrà eſt vocatus, tenuis eſſet Albius
Quod voce, veſpertilio.
At vltimas mutilans colobotes ſyllabas,
Hirundo Craſſus dicitur.
Qui ſurdus aliis, ſolus ille vult loqui,
Vt ſturnus in prouerbio eſt.
Hic bleſus, ille raucus, iſte garriens,
Hic ſibilat ceu vipera.
Tumultuatur ille rictu, & naribus.
Huic lingua terebellam facit.
Singultit alius, atque tuſſit hæſitans.
Conſpuit alius vt pſecas,
Quàm multa rebus vitia in humanis agunt,
Tam multa ſurgunt nomina.

NATVRA.
Naturæ vis.

PAna colunt gẽtes, (naturã hoc dicere rerum eſt)
Semicaprúmque hominẽ, ſemiuirúmque Deũ.

Eſt

Eſt vir pube tenus, quòd nobis inſita virtus
Corde oriens, celſa verticis arce ſedet.
Hinc caper eſt, quia nos natura in ſecla propagat
Concubitu: vt volucres, ſquamea, bruta, feras.
Quod commune aliis animantibus, eſt caper index.
Luxuriæ, Veneris ſignáque aperta gerit.
Cordi alij ſophiam, aly tribuêre cerebro.
Inferiora modus, necratio vlla tenet.

Ars Naturam adiuuans.

VT pilæ Fortuna, cubo ſic inſidet Hermes;
Aritibus hic, variis caſibus illa præeſt.
Aduerſus vim Fortunæ eſt ars facta: ſed artis,
Cùm fortuna mala eſt, ſæpe requirit opem.
Diſce bonas artes igitur, ſtudioſa iuuentus,
Quæ certa ſecum commoda ſortis habent.

In iuuentam.

NAtus vterque Iouis, tener atque imberbis vterque,
Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
Saluete, æterna ſimul & florete iuuenta,
Numine ſit veſtro quæ diuturna mihi.
Tu vino curas, tu victu dilue morbos,
Vi lento accedat ſera ſenecta pede.

In quatuor temporis anni.



ADueniſſe hyemem fringilla renuntiat ales.
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat æſtatem ſeſe expectare cuculus.
Autumno eſt tantùm cernere ficedulas.

ASTROLOGIA.
Scyphus Neſtoris.

NEſtoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
Quod grauis argenti maſſa profudit opus.
Clauiculi ex auro: ſtant circum quattuor anſæ:
Vnamquanque ſuper fulua columba ſedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Neſtor.
Mæonide doceas quid ſibi muſa velit?
Eſt cœlum ſcyphus ipſe: color argenteus illi eſt:
Aurea ſunt cœli ſydera clauiculi.
Pleiadas eſſe putant, quas dixerit ille columbas.
Vmblici gemini, magna minórque fera eſt.
Hæc Neſtor longo ſapiens intelligit vſu:
Bella gerunt fortes, callidus aſtra tenet.

In Astrologos.

ICare per ſuperos qui raptus & aëra, donec
In mare præcipitem cæra liquata daret:
Nunc te cæra eadem, feruénſque reſuſcitat ignis,
Exemplo vt doceas dogmata certa tuo.
Aſtrologus caueat quicquam prædicere: præceps
*Nam cadet impoſtor, dum ſuper aſtra volat *.*

* Vehit.

Quæ ſupra nos, nihil ad nos.

CAucaſia æternùm pendens in rupe Prometheus
Diripitur ſacri præpetis vngue iecur.
Et nollet feciſſe hominem, figulóſque peroſus
Accenſam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur variis prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant ſcire, deûmq; vices.

Qui alta contemplantur, cadunt.

DVm turdos viſco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta altiuolam ſigit arundo gruem,
Dipſada non prudens auceps pede perculit: vltrix
Illa mali, emiſſum virus ab ore iacit.

Sic obit, extento qui ſydera reſpicit arcu,
Securus fati, quod iacet ante pedes.

AMOR.

Potentiſsimus affectus Amor.

ASpice vt inuictus vires auriga leonis,
Expreſſus gemma puſio vincat Amor:
Vtq; manu hac ſcutică tenet, hac vt flectit habenas,
Vtq; eſt in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul eſto: feram qui vincere talem
Eſt potis, à nobis temperet anne manus?

Potentia Amoris.

NVdus Amor vidén' vt ridet placidumq; tuetur?
Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet.
Altera ſed manuum flores gerit, altera piſcem:
Scilicet vt terræ iura det, atque mari.

Vis Amoris.

ALigerum fulmen fregit Deus aliger, igne
Dum demonſtrat vti eſt fortior ignis amor.

In ſtu

In ſtudioſum captum amore.

IMmerſus ſtudiis, dicundo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Helianiran amat, quantùm nec Thracius vnquam
Princeps ſororis pellicem.
Palladacur alio ſuperaſti iudice Cypri?
Num ſat ſub Ida eſt vincere?

In ſtatuam Amoris.

QVis ſit amor, plures olim cecinere Poëtæ,
Eius qui vario nomine geſta ferunt.
Conuenit hoc, quòd veſte caret, quòd corpore paruus:
Tela, alásque ferens, lumina nulla tenet.
Hæc ora, hic habitúſque Dei eſt. Sed dicere tantos
Si licet in vates, falſa ſubeſſe reor.
Eccur nudus agat? diuo quaſi pallia deſint,
Qui cunctas domiti poſſidet orbis opes.
Aut quî quæſo nives boreámque euadere nudus,
Alpinum potuit, ſtrictáque prata gelu?
Si puer eſt, puerúmne vocas qui Neſtora vincit?
An noſti Aſcræi carmina docta ſenis?
Inconſtans puer hic: obdurans pectora quæ iam
Trans adiit, nunquàm linquere ſponte poteſt.
At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
An curuare infans cornua dura valet?
Alas cúrve tenet, quas neſcit in æthera ferre?
Inſcius in volucrum flectere teba iecur.
Serpit humi, ſempérque virûm mortalia corda
Lædit: & haud alas ſaxeus inde mouet.
Si cæcus, vitámque gerit, quid tænia cæco
Vtilis eſt? ideo num minus ille videt?
Quíſve ſagittiferum credat, qui lumine captus?
Hic certa, aſt cæci ſpicula vana mouet.
Igneus eſt, aiunt, verſátque in pectore flammas.
Cur age, viuit adhuc? omnia flamma vorat.
Quinetiam tumidis cur non extinguitur vndis,
Natadum quoties mollia corda ſubit?
At tu ne tantis capiare erroribus audi,
Verus quid ſit Amor carmina noſtra ferent.
Iucundus labor eſt, laſciua per otia. ſignum
Illius eſt, nigro punica glans clypeo.

Αντέρως, id eſt, Amor virtutis.
Διαλογιστικῶς.

DIc vbi ſunt incurui arcus? vbi tela, Cupido?
Mollia queis iuuenum figere corda ſoles?
Fax vbi triſtis? vbi pennæ? tres vnde corollas
Fert manus? vnde aliam tempora cincta gerunt?
Haud mihi vulgari eſt (hoſtes) cũ Cypride quicquam,
Vlla voluptatis nos neque forma tulit.
Sed puris hominum ſuccendo mentibus ignes
Diſciplinæ: animos aſtráque ad alta traho.
Quattuor éque ipſa texo virtute corollas,
Quarum quæ Sophiæ eſt, tempora prima tegit.

Αντέρως, Amor virtutis,
alium Cupidinem.
ſuperans.

ALigerum, aligeróque inimicum pinxit Amori,
Arcu arcũ, atque ignes igne domãs Nemeſis:
Vt quæ aliis fecit, patiatur. at hic puer olim
Intrepidus geſtans tela, miſer lacrymat.
Ter ſpuit, ínque ſinus imos (res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris amor.

Dulci

Dulcia quandoque amara fieri.

MAtre procul licta, paulùm secesserat infans
Lydius: hunc diræ sed rapuistis apes.
Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
Cùm nec ita immitis vipera sæua foret.
Quæ datis, ah! dulci stimulos pro munere mellis,
Proh dolor. Heu sine te gratia nulla datur.

Ferè simile ex Theocrito.

ALueolis dum mella legit, percussit Amorem
Furacem mala apes, & summis spicula liquit
In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue.
Et quatit errabundus humum: Venerique dolorem
Indicat, & grauiter queritur, quòd apicula paruum
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque, dixit,
Nate feram: qui das tot noxia vulnera paruus.

Sirenes.

ABsque alis volucres, & cruribus absque puellas,
Rostro absque & pisces, qui tamẽ ore canãt:
Quis putet esse vllos? iungi hæc natura negauit,
Sirenes fieri sed potuisse docent.
Illicium est mulier, quæ in piscem desinit atrum,
Plurima quòd secum monstra libido vehit.
Aspectu, verbis, animi candore, trahuntur,
Parthenope, Ligia, Leucosiáque viri.
Has musæ explumant, has atque illudit Vlysses.
Scilicet est doctis cum meretrice nihil.

In obliuionem patriæ.

IAm dudum missa patria, oblitúsque tuorum,
Quos tibi seu sanguis, siue parauit amor.
Romam habitas: nec cura domum subit vlla reuerti.
Aeternæ tantum te capit vrbis honos.
Sic Ithacûm præmissa manus dulcedine loti
Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Senex puellam amans.

DVm Sophocles (quamuis affecta ætate) puellam
A quæstu Archippen ad sua vota trahit,
Allicit & pretio: tulit ægrè insana iuuentus
Ob zelum, & tali carmine vtrunque notat:
Noctua vt in tumulis, super vtq; cadauera bubo,
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

In colores.

INdex mœstitiæ est pullus color: vtimur omnes
Hoc habitu, tumulis cùm damus inferias.
At synceri animi, & mentis stola candida puræ.
Hinc syndon sacris linea grata viris.
Nos sperare docet viridis: spes dicitur esse
In viridi, quoties irrita retrò cadit.
Est cupidis flauus color, est & amantibus aptus:
Et scortis, & queis spes sua certa fuit.
At ruber armatos equites exornet amictus,
Indicet & pueros erubuisse pudor.
Cæruleus nautas, & qui cœlestia vates
Attoniti nimia religione petunt.
Vilia sunt giluis natiuáque vellera birris:
Qualia lignipedes stragula habere solent.
Quem curæ ingentes cruciant, vel zelus amoris,
Creditur hic fulua non malè veste tegi.
Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,
Fortunæ æquanimis tædia quíque ferat.
Vt varia est natura coloribus ingignendis,
Sic aliis aliud: sed sua cuique placent.

FORTVNA.

Virtuti Fortuna comes.



ANguibus implicitis, geminis caduceus alis:
Inter Amalthææ cornua rectus adest.
Pollentes sic mente viros, fandíque peritos
Indicat, vt rerum copia multa beet.

Fortuna Virtutem superans.

CAesareo postquàm superatus milite, vidit
Ciuili vndantem sanguine Pharsaliam:
Iamiam strícturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
Infelix Virtus & solis prouida verbis,
Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

In occasionem. Διαλογισικῶς.

LYsippi hoc opus est, Sycion cui patria. Tu quis?
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis stas? Vsque rotor. Talaria plantis
Cur retines? Passim me leuis aura rapit.
In dextra est tenuis dic vnde nouacula? Acutum
Omni acie hoc signum me magis esse docet.
Cur in fronte coma? Occurrens vt prændar. At heus tu
Dic cur pars calua est posterior capitis?
Me semel alipedem si quis permittat abire,
Ne possim appranso postmodò crine capi.
Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes:
Vtq; omnes moneam: pergula aperta tenet.

In subitum terrorem.

EFfuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Paupertatem ſummis ingeniis obeſſe, ne prouehantur.

DExtra tenet lapidē: manus altera ſuſtinet alas.
Vt me pluma leuat: ſic graue mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces,
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

Semper præſto eſſe infortunia.

LVdebant parili tres olim ætate puellæ,
Sortibus: ad Stygias quæ prior iret aquas,
Aſt cui iactato malè ceſſerat alea talo,
Ridebat ſortis cæca puella ſuæ:
Cùm ſubitò ictta caput labente eſt mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduerſis mala ſors non fallitur: aſt in
Fauſtis, nec precibus, nec locus eſt manui.

Remedia in arduo, mala in prono eſſe.

AEtheriis poſtquàm deiecit ſedibus Aten
Iuppiter: Heu vexat quàm mala noxa viros!
Euolat hæc pedibus celer, & pernicibus alis,
Intactúmque nihil caſibus eſſe ſinit.

Ergo Litæ, proles Iouis, hanc comitantur euntem,
Sarturæ quicquid fecerit illa mali.
Sed quia ſegnipedes, luſcæ, laſſæq; ſenecta,
Nil niſi poſt longo tempore reſtituunt.

Ex damno alterius, alterius vtilitas.

DVm ſæuis ruerent in mutua vulnera telis,
Vngue leæna ferox, dente timendus aper,
Accurrit vultur ſpectatum, & prædia captat.
Gloria victoris, præda futura ſua eſt.

Malè parta, malè dilabuntur.

MIluus edax, nimiæ quem nauſea torſerat eſcæ,
Hei mihi mater ait, viſcera ab ore fluunt.
Illa autem, quid fles? cur hæc tua viſcera credas,
Qui rapto viuens ſola aliena vomis?

Bonis auſpiciis incipiendum.

AVſpiciis res cæpta malis, bene cedere neſcit.
Felici quæ ſunt omine facta, iuuant.
Quicquid agis muſtella tibi ſi occurrat, omitte:
Signa malæ hæc ſortis beſtia praua gerit.

In mo

In momentaneam felicitatem.

AEriam propter creuiſſe Cucurbita pinum
Dicitur, & grandi luxuriaſſe coma.
Cùm ramos complexa, ipſúmque egreſſa cacumen,
Se præſtare aliis credidit arboribus.
Cui pinus: Nimium breuis eſt hæc gloria: nam te
Protinus aduenient, quæ malè perdet hyems.

Nil reliqui.

SCilicet hoc deerat, poſt tot mala denique noſtris,
Locuſtæ vt raperent, quicquid ineſſet agris.
Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
Qualia non Atilæ, caſtráve Xerxis erant.
Hæ fœnum, milium, farra omnia conſumpſerunt:
Spes & in angusto eſt, ſtant niſi vota ſuper.

In illaudata laudantes.

INgentes Galatûm ſemermi milite turmas,
Spem præter trepidus fuderat Antiochus.

Lucarum cùm ſæua boum vis, dira proboſcis,
Tum primùm hoſtileis corripuiſſet equos.
Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
Inſuper & ſociis, Occideramus ait,
Bellua ſeruaſſet ni nos fœdiſſima barrus.
Vt ſuperaſſe iuuat, ſic ſuperaſſe pudet.

HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen.

CRediderat platani ramis ſua pignora paſſer,
Et bene: ni ſæuo viſa dracone forent.
Glutiit hic pullos omnes, miſerámque parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hæc, niſi mentitur Calchas, monumenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Ex literarum ſtudiis immortalitatem acquiri.

NEptuni tubicen, cuius pars vltima cetum,
Aequoreum facies indicat eſſe Deum:
Serpentis medio Triton comprænditur orbe,
Qui caudam inſerto mordicus ore tenet,
Fama viros animo inſignes, præclaráque geſta
Proſequitur: toto mandat & orbe legi.

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi Ducis Mediol.

PRo tumulo pone Italiam, pone arma, Ducésque,
Et mare, quod geminos mugit aduſque ſinus.
Adde hic Barbariem conantem irrumpere fruſtrà,
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger aſt ſummo ſiſtens in culmine, dicat:
Quis paruis magnam me ſuperimpoſuit?

Optimus ciuis.

DVm iuſtis patriã Thraſybulus vindicat armis,
Dúmque ſimultates ponere quemque iubet,
Concors ordo omnis magni inſtar muneris, illi
Palladiæ ſertum frondis habere dedit.
Cinge comam, Thraſybule, geras hunc ſolus honorem,
In magna nemo eſt æmulus vrbe tibi.

Strenuorum immortale nomen.

AEacidæ tumulum Rhœtheo in littore cernis,
Quem plerunque pedes viſitat alba Thetis.
Obtegitur ſemper viridi lapis hic amarantho:
Quòd nunquam heros ſit moriturus honos.
Hic Graium murus: magni nex Hectoris. Haud plus
Debet Mæonidæ, quàm ſibi Mæonides.

Alburij ad Alciatum, ſuadentis vt de tumultibus Italicis ſeſubducat: & in Gallia profiteatur.

QVæ dedit hos fructus arbor, cælo aduena noſtro,
Venit ab Eoo Perſidis axe prius.
Tranſlatu facta eſt melior: quæ noxia quondam
In patria: hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium linguæ, fert poma ſimillima cordi,
Alciate hinc vitam degere diſce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus:
Multum corde ſapis, nec minus ore vales.

Duodecim certamina Herculis.

Αλληγορικῶς.

ROboris inuicti ſuperat facundia laudes:
Dicta Sophiſtarum laqueóſque reſoluit inanes.
Non furor, aut rabies virtute potentior vlla eſt.
Continuum ob curſum ſapienti opulentia cedit.
Spernit auaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet,
Vincit, fœmineos ſpoliátque inſignibus æſtus.
Expurgat ſordes, & cultum mentibus addit.
Illicitos odit coitus, abigítque nocentes.
Barbaries, feritáſque dat impia denique pœnam.
Vnius virtus collectos diſſipat hoſtes.
Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris.
Docta per ora virûm volat, & non interit vnquam.

In no

In nothos.

HErculeos ſpurij ſemper celebretis honores:
Nam veſtri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius eſſe Deus potuit, quàm ſugeret infans
Lac, ſibi quod fraudis neſcia Iuno dabat.

Imparilitas.

VT ſublime volans tenuem ſecat aëra falco,
Vt paſcuntur humi graculus, anſer, anas:
Sic ſummum ſcandit ſuper æthera Pindarus ingens,
Sic ſcit humi tantum ſerpere Bacchilides.

Nobiles & generoſi.

AVrea Cecropias nectebat fibula veſtes:
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
Calceus Arcadico ſuberat cui lunula ritu,
Geſtatur patribus nulla Romulidis:
Indigenas quòd ſe aſſererent, hæc ſigna tulerunt
Antiqua illuſtres nobilitate viri.

Aemulatio impar.

ALtiolã miluus comitatur degener harpam,
Et prædæ partem ſæpe cadentis habet.
Nullum proſequitur, qui ſpretas ſargus ab illo
Præterità ſque auidus deuorat ore dapes.
Sic mecum Oenocrates agit: at deſerta ſtudentum
Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.

In deſciſcentes.

QVod ſinè egregios turpi maculaueris orſus,
In noxámque tuum verteris officium,
Feciſti quod capra, ſui mulctraria lactis
Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

PRINCEPS.

Principis clementia.

VEſpam quòd nulla vnquam Rex ſpicula figit:
Quódque aliis duplo corpore maior erit:
Arguet imperium clemens, moderatáque regna,
Sanctáque iudicibus credita iura bonis.

In Senatum boni Principis.
DIALOGISMVS.

EFfigies manibus truncæ ante altaria diuûm
Hîc reſident: quarum lumine capta prior,
Signa poteſtatis ſummæ, ſanctíque Senatus
Thebanis fuerant iſta reperta viris.
Cur reſident? Quia mente graues decet eſſe quietâ
Iuridicos: animo nec variare leui.
Cur ſine ſunt manibus? Capiant ne xenia nec ſe
Pollicitis flecti muneribúſue ſinant.
Cæcus at eſt princeps, quòd ſolis auribus, abſque
Affectu, conſtans conſilij acta probat.

* Iuſſa ſenatus agit.

Quod non capit Chriſtus, rapit fiſcus.

EXprimit humentes, quas iam madefecerat antè
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad ſummum fures: quos deinde coërcet,
Vertat vt in fiſcum quæ malè parta ſuum.

Opulẽtia tyrãni, paupertas ſubiectorũ.

HVmani quod ſplen eſt corporis, in populi re
Hoc Cæſar fiſcum dixerat eſſe ſuum.
Splene aucto, reliqui tabeſcunt corporis artus.
Fiſco aucto, arguitur cinica pauperies.

Princeps ſubditorum incolumitatem procurans.

TItany quoties conturbant æquora fratres,
Tum miſeros nautas anchora iacta iuuat.
Hanc pius erga homines Delphin complectitur: imò
Tutius vt poſſit figier illa vadis.
Quàm decet hæc memores geſtare inſignia Reges,
Anchora quod nautis, ſe populo eſſe ſuo?

Conſiliarij Principum.

HEroum genitos, & magnum fertur Achillem
In ſtabulis Chiron erudiiſſe ſuis.
Semiferum doctorem, & ſemiuirum centaurum,
Aſsideat quiſquis regibus, eſſe decet.
Eſt fera, dum violat ſocios, dum proterit hoſtes:
Eſtq́ homo, dum ſimulat ſe populo eſſe pium.

RESPVBLICA.
Salus publica.

PHœbigena erectis Epidaurius inſidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt ægri, veniátque ſalutifer orant:
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Reſpu

Reſpublica liberata.

CAeſaris exitio, ceu libertate recepta,
Hæc ducibus Brutis cuſa moneta fuit.
Enſiculi in primis, queis pileus inſuper adſtat,
Qualem miſſa manu ſeruitia accipiunt.

VITA.
In vitam humanam.

PLus ſolito humanæ nunc deſle incommoda vitæ,
Heraclite: ſcatet pluribus illa malis.
Tu rurſus (ſi quando aliàs) extolle cachinnum
Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
Interèa hæc cernens meditor, qua denique tecum
Fine fleam, aut tecum quomodo ſplene iocer.

Aere quandoque ſalutem redimendã.

EVt pedibus ſegnis, tumida & propendulus aluo,
Hac tamen inſidias effugit arte fiber:
Mordicus ipſe ſibi medicata verilia vellit,
Atque abiicit, ſeſe gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo diſces non parcere rebus,
Et vitam vt redimas, hoſtibus æra dare.

MORS.
Cum laruis non luctandum.

AEacide moriens percuſſu cuſpidis Hector,
Qui toties hoſteis vicerat antè ſuos:
Comprimere haud potuit vocem, inſultantibus illis,
Dum curru, & pedibus nectere vincla parant:
Diſtrahite vt libitum eſt, ſic caſsi luce leonis
Conuellunt barbam vel timidi lepores.

De Morte, & Amore,

ERrabat ſocio Mors iuncta Cupidine: ſecum
Mors pharetras: paruus tela gerebat Amor.
Diuertêre ſimul, ſimul vna & nocte cubarûnt.
Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
Alter enim alterius malè prouida ſpicula ſumpſit:
Mors aurata, tenet oſſea tela puer.
Debuit inde ſenex qui nunc Acherontícus eſſe:
Ecce amat, & capiti florea certa parat.
Aſt ego mutato quia Amor me perculit arcu,
Deficio: iniiciunt & mihi fata manum.
Parce puer, Mors ſigna tenens victricia parce,
Fac ego amem: ſubeat fac Acheronta ſenex.

In formoſam fato præreptam.

CVr puerũ Mors auſa dolis es carpere Amorem?
Tela tua vt iaceret, dum propria eſſe putat.

In mortem præproperam.

QVi teneras forma allexit, torsitque puellas,
Pulchrior, & tota nobilis vrbe puer.
Occidit ante diem, nulli mage flendus (Arești)
Quàm tibi, cui casto iunctus amore fuit.
Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
Adstruis: & querulis vocibus astra feris.
Me sine abis dilecte? neque amplius ibimus vnà?
Nec mecum in studiis otia grata teres?
Sed te terra teget, sed fati, Gorgonis ora:
Delphinésque, tui signa dolenda dabunt.

Terminus.

QVadratum infoditur firmissima tessera saxũ,
Stat cirrata super pectore imago tenus,
Et sese nulli profitetur cedere, talis
Terminus est homines qui scopus vnus agit.
Est immota dies, præfixáque tempora fatis,
Déque ferunt primis vltima indicium.

Opulenti hæreditas.

PAtroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis,
Hinc socij, atque omnis turba Pelasga vetat.
Obtinet exuuias Hector, Græcique cadauer.
Hæc fabella agitur, cùm vir opimus obit.
Maxima rixa oritur, tandem sed transigit hæres,
Et ceruis aliquid, vulturiisque sinit.

AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem durans.

ARentem senio, nudam quoq; frõdibus vlmum,
Complexa est viridi vitis opaca coma:
Agnoscítque vices naturæ: & grata parenti
Officij reddit mutua iura suo,
Exemplóque monet, tales nos quærere amicos,
Quos neque disiungat fœdera summa dies.

Gratiæ.

TRes Charites Veneri assistũt, dominámque sequuntur,
Híncque voluptates, atque alimenta parant.
Lætitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem,
Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
Cur nudæ? mentis quoniam candore venustas
Constat, & eximia simplicitate placet.
An quia nil referũt ingrati: atque arcula inanis
Est charitum? qui dat munera, nudus eget.
Addita cur nuper pedibus talaria bis dat
Qui citò dat. minimi gratia tarda pretij est.
Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratus
Fœnerat huic remanent vna abeunte duæ.
Iuppiter iis genitor, cœli de semine diuus
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

Auxilium nunquàm deficiens.

BIna pericla vnis effugi fedulus armis,
Cùm premerérque sólo, cũ premerérque salo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit: idem
Naufragum apprænsus littora ad vsque tulit.

Mutuum auxilium.

LOripedem sublatum humeris fert lumine captus:
Et socij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors sic præstat vterque:
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

HOSTILITAS.

In detractores.

AVdent flagriferi matulæ, stupidíque magistri
Bilem in me impuri pectoris euomere:
Quid faciam? reddámne vices? sed nônne cicadam
Ala vna obstreperam corripuisse ferar?
Quid prodest muscas operosis pellere flabris?
Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Inanis impetus.

LVnarem noctu (vt speculũ) canis inspicit orbem:
Séque videns, alium credit inesse canem,
Et latrat: sed frustrà agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

Aliquid mali propter vicinum malum.

Προσοποποῖα

RAptabat torrens ollas, quarum vna metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa: velit sibi proxima ferri:
Iuncta vt præcipites vtraque sistat aquas,
Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia curæ,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat:
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vnda:
Ipsa ego te fragilis, sospite sola terar.

Obnoxia infirmitas.

PIsciculos Orata rapit medio æquore sardas,
Ni fugiant pauidæ, summa marisque petãt:
Ast ibi sunt mergis fulcísque voracibus esca.
Eheu intuta manens vndique debilitas.

In eum qui truculentia suorum perierit.

PROSOPOPOEIA.

DElphinum inuitũ me in littora compulit æstus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam si nec propriis Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?

Ἐχθρῶν ἀδῶρα δῶρα, In dona hostium.

BEllorum cæpisse ferunt monumenta vicissim
Scutiferum Aiacem, Hectoráque Iliacum.
Baltheã Priamides, rigidum Thelamonius ensem,
Instrumenta suæ cepit vterque necis.
Ensis enim Aiacem confecit, at Hectora functum
Traxere Aemoniis cingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes
Munera, venturi præscia fata ferunt.

A minimis quoque timendum.

BElla gerit Scarabæus, & hostem prouocat vltrò,
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis aquilæ clàm se neque cognitus abdit,
Hostilem vt nidum summa per astra petat.
Ouáque confodiens, prohibet spem crescere prolis:
Hócque modo illatum dedecus, vltus abit.

Vel post mortem formidolosi.

CAetera mutescent, coriúmque silebit ouillum,
Si confecta lupi tympana pelle sonent.
Hanc membrana ouium sic exhorrescit, vt hostem,
Exanimis quamuis non ferat exanimem.
Sic cute detracta Zischas, in tympana versus,
Bœhemos potuit vincere pontifices.

VINDICTA.

Alius peccat, alius plectitur.

ARripit vt lapidem catulus, morsúque fatigat,
Nec percussori mutua damna facit:
Sic plerique sinunt veros elabier hostes:
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Iusta vltio.

RAptabat volucres captum pede coruus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
Ast ille infuso sensim per membra veneno,
Raptorem in stygias compulit vltor aquas.
O risu res digna! aliis qui fata parabat,
Ipse perit, propriis succubuitque dolis.

Iusta

Iusta vindicta.

DVm residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
Hæc secum teneras concinit inter oues:
Pascite vos herbas: sociis ego pascar Achiuis,
Postremúmque Vtin viscera nostra ferent.
Audiit hæc Itachus, Cyclopáque lumine cassum
Reddidit. En pœnas vt suus author habet?

Parem delinquentis, & suasoris culpam esse.

PRæconem lituo perflantem classica, victrix
Captiuum in tetro carcere turba tenet.
Queis ille excusat: quòd nec sit strenuus armis,
Vllius aut sæuo læserit ense latus.
Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,
Qui clangore alios æris in arma cies.

Insani gladius.

SEtigeri medius stabat gregis ensifer Aiax,
Cædesuum, credens cadere Tantalidas.
Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas
Pro Laertiade, procaueáque dabat.
Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab ictu,
Consiliique impos in sua damna ruit.

PAX.

TVrrigeris humeris, dẽtis quoque barrus eburni,
Qui superare ferox Martia bella solet,
Supposuit nunc colla iugo: stimulísque subactus,
Cæsareos currus ad pia templa vehit.
Vel fera cognoscit concordes vndique gentes:
Proiectíque armis munia pacis obit.

Ex bello pax.

EN galea, intrepidus quam miles gesserat: & quæ
Sæpius hostili sparsa cruore fuit.
Parta pace apibus tenuis concessit in vsum
Alueoli: atque fauos gratáque mella gerit.
Arma procul iaceant: fas sit tunc sumere bellum,
Quando aliter pacis non potes arte frui.

Ex pace vbertas.

GRandibus ex spicis tenues contexe corollas,
Quas circum alterno palmite vitis eat.
His compta Halciones tranquilli in marmoris vnda
Nidificant, pullos inuolucréque fouent.
Latus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
Aequorei si rex alitis instar erit.

SCIENTIA.

Doctos doctis obloqui nefas esse.

QVid rupis heu Progne vocalem sæua Cicadã,
Pignoribúsque tuis fercula dira paras?
Stridula stridentem, vernam verna, hospita lædis
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
Ergo abiice hanc prædam. nam musica pectora summum est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Insignia Poëtarum.

GEntiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
Sũt quibus aut serpens, aut Leo signa ferũt.
Dira sed hæc Vatum fugiant animalia ceras,
Doctáque sustineat stemmata pulcher Olor.
Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus:
Rex olim veteres seruat adhuc titulos.

Eloquentia Fortitudine præstantior.

ARcum læua tenet: rigidã fert dextera clauam,
Contegit & Nemees corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud
Quòd vetus & senio tempora cana gerit.
Quid quòd lingua illi leuibus traiecta cathenis:
Queis fissa facileis allicit aure viros?
Annè quòd Alcidem lingua non robore Galli
Præstantem, populis iura dedisse ferunt?
Cedunt arma togæ, & quamuis durissima corda
Eloquio pollens ad sua vota trahit.

Musicam Diis curæ esse.



LOcrensis posuit tibi Delphice Phœbe cicadam
Eunomus hanc, palmæ signa decora suæ.
Certabat plectro Sparthyn commissus in hostem,
Et percussa sonum pollice fila dabant.
Trita fides rauco cœpit cùm stridere bombo,
Legitimum harmonias & vitiare melos,
Tum Citharæ argutans suauis sese intulit ales,
Quæ fractam impleret voce cicada fidem.
Quæq; allecta, soni ad legem descendit, ab altis
Saltibus, vt nobis garrula ferret opem.
Ergo tuæ vt firmus stet honos (ô sancte) cicadæ,
Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.

Litera occidit, spiritus viuificat.

VIpereos Cadmus dentes vt credidit aruis,
Scuit & Aonio semina dira solo:
Terrigenûm clypeata cohors exorta virorum est,
Hostili inter se qui cecidêre manu.
Euasêre quibus monitu Tritonidos armis
Abiectis data pax, dextráque iuncta fuit.
Primus Agenorides elementa, notásque magistris
Tradidit, iis suauem iunxit & harmoniam.
Quorum discipulos contraria plurima vexant,
Non nisi Palladia quæ dirimuntur ope.

Facun

Facundia difficilis.

ANtidotum Aeææ medicata in pocula Circes
Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.
Moly vocant, id vix radice euellitur atra,
Purpureus sed flos, lactis & instar habet.
Eloquij candor facundiáque allicit omnes:
Sed multi res est tanta laboris opus.

Antiquissima quæque commentitia.

APOLOGESIS.

PEllenæe senex, cui forma est histrica, Proteu,
Qui modò mẽbra viri fers, modò mẽbra feri.
Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,
Nulla sit vt vario certa figura tibi?
Signa vetustatis, primæui & præfero secli:
De quo quisque suo somniat arbitrio.

Dicta septem Sapientum.

HAec habeas, septẽ sapientum effingere dicta,
Atque ea picturis qui celebrare velis.
Optimus in rebus modus est (Cleobulus vt inquit,)
Hoc trutinæ examen, siue libella docet.
Noscere se Chilon Spartanus quemque iubebat.
Hoc specula in manibus, vitráque sumpta dabũt.
Quod Periander ait, fræna adde Corinthius iræ:
Pulegium admotum naribus efficiet.
Pittacus at ne quid (dixit) nimis: hæc eadem aiunt,
Contracto qui gith ore liquefaciunt.
Respexisse Solon finem iubet. vltimus agris
Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.
Heu quàm vera Bias, est copia magna malorum.
Musimoni insideat effice Sardus eques.
Ne præs esto (Thales dixit) sic illita visco
In laqueos sociam parra, merópsque trahit.

IGNORANTIA.

Submouendam ignorantiam. Διαλογισμός.

QVod monstrum id? Sphinx est. Cur candida virginis ora,
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blãda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid Delphica littera posit:
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Namq; vir ipse, bipes, tripês, & quadrupes idẽ est,
Primáque prudentis laurea, nosse virum.

Mentem, non formam plus pollere.

INgressa vulpes in Choragi pergulam,
Fabrè expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, vt spiritus
Solùm deesset, cæteris viuisceret.
Id illa cùm sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est? sed cerebrum non habet!

Dives

Diues indoctos.

TRanat aquas residēs pretioso in vellere Phrixus,
Et flauam impauidus per mare scandit ouē.
Ecquid id est? Vir sensu hebeti, sed diuite gaza,
Coniugis aut serui quem regit arbitrium.

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam.

ECcepuella, viro quæ dextra iungitur. Ecce
Vt sedet: vt catulus lusitat ante pedes?
Hæc fidei est species: Veneris quam si educat ardor.
Malorum in læua non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris sunt, sic Schenēida vicit
Hippomenes, petiit sic Galathea virum.

Reuerentiam in matrimonio requiri.

CVm furit in Venerem, pelagi se in littore sistit
Vipera, & ab stomacho dira venena vomit.
Murænámque ciens, ingentia sibilla tollit,
At subito amplexus appetit illa viri.
Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
Æternum debet coniugi & obsequium.

In fœcunditatem sibiipsi damnosam.

LVdibrium pueris lapides iacentibus, hoc me,
In triuio posuit rustica cura nucem.
Quæ laceris ramis perstrictóque ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili posset contingere turpius? heu,
Infelix: fructus in mea damna fero.

Amor filiorum.

ANte diem vernam boreali cana palumbes
Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet:
Mollius & pulli vt iaceant, sibi vellicat alas,
Queis nuda hyberno deficit ipsa gelu.
Ecquid Colchi pudet, vel te Progne improba? mortem
Cùm volucris propriæ prolis amore subit?

Pietas filiorum in parentes.

PEr medios hostes patriæ, cùm ferret ab igne
Aeneas humeris dulce parentis onus:
Parcite (dicebat) vobis sene adorea rapto
Nulla erit: erepto sed patre summa mihi.

Mul

Mulieris famam non formam vulgatam esse oportere.

DIALOGISMVS.

ALma Venus quænā hæc facies, quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumque referri
Fœmineum, nostra iussit ab effigie.
Quódque manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Suppositi pedibus talia signa meis.

Nupta contagioso.

DIi meliora piis (Mezenti) cur age, sic me
Compellas? emptus quòd tibi dote gener,
Gallica quem scabies dira, & mentagra perurit.
Hoc est quidnam aliud (dic mihi sæue pater)
Corpora corporibus, quàm iungere mortua viuis,
Efferáque Etrusci facta nouare ducis?

In pudoris statuam.

PEnelope desponsa sequi cupiebat Vlyssem,
Ni secum Icarius mallet habere pater.
Ille Ithacam, hic offert Sparten. manet anxia virgo.
Hinc pater, inde viri mutuus vrget amor.
Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos.
Ista verecundi signa pudoris erant.
Queis sibi prælatum Icarius cognouit Vlyssem,
Hocque pudori aram schemate constituit.

ARBORES.

Cupressus.



INdicat effigies metæ, noménque Cupressus
Tractandos parili conditione suos.

ALIVD.

FVnesta est arbor, procerum monumēta Cupressus,
Quale Apium plebis, comere fronde solet.

ALIVD.

PVlchra coma est, pulchro digestæq; ordine frōdes,
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

Quercus.

GRata Ioui est quercus, qui nos seruatq;, fouetq;,
Seruanti ciuem querna corona datur.

ALIVD.

GLande aluit veteres, sola nunc proficit vmbra.
Sic quoque sic arbos officiosa Ioui.

Salix

Salix.

QVod frugiſperdam Salicem vocitârit Homerus,
Clitoriis homines moribus adſimilat.

Hedera.

HAudquaquã areſcẽs Hederæ eſt arbuſcula, Ciſſo
Quæ puero Bacchum dona dediſſe ferunt:
Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,
Exterius viridis, cætera pallor habet.
Hinc aptis vates cingunt ſua tempora ſertis:
Palleſcunt ſtudiis, laus diuturna viret.

Laurus.

PRæſcia venturi Laurus fert ſigna ſalutis.
Subdita puluillo ſomnia vera facit.

ALIVD.

DEbetur Carolo ſuperatis Laurea Pœnis,
Victrices ornent talia ſerta comas.

Buxus.

PErpetuo viridis, criſpóque cacumine Buxus,
Vnde eſt diſparibus fiſtula facta modis:
Delitiis apta eſt teneris, & amantibus arbor:
Pallor ineſt illi, pallet & omnis amans.

Cotonea.

POma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus conſtituiſſe Solon:
Grata ori & ſtomacho cùm ſint, vt & halitus illis
Sit ſuauis, blandus manet & ore lepos.

Ilex.



DVritie nimia quod ſeſe rumperet Ilex,
Symbola ciuilis ſeditionis habet.

Abies.



APta fretis Abies in montibus editur altis:
Eſt & in aduerſis maxima commoditas.

Picea.



APicea emittat nullos quòd ſtirpe ſtolones?
Illius eſt index, qui ſine prole perit.

Malus medica.

AVrea ſunt Veneris poma hæc: iucundus amaror
Indicat, eſt Græcis ſic γλυκυπίκρος amor.

Morus.

SErior at Morus nunquàm niſi frigore lapſo
Germinat: & ſapiens nomina falſa gerit.

Amygdalus.

CVr properãs foliis præmittis Amygdale flores?
Odi pupillos præcocis ingenij.

Populus alba.

HErculeos crines bicolor quòd Populus ornet,
Temporis alternat nóxque diéſque vices.

BASILEÆ,
Ex officina Guariniana, anno ſalutis humanæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo.